XXXI.

Fermosini

1667.

10.

D. D.

NICOLAI RODRIGVEZ

FERMOSINI,

DE

EXCEPTIONIBVS,

PRÆSCRIPTIONIBVS,

SENTENTIIS ET APPELLATIONIBVS.


ÆTATIS SVÆ. 57.
ILL. D. D. NICOLAVS RODRIGVEZ
AVSTVRICENSIS

D.D. NICOLAI RODRIGVEZ

FERMOSINI,

QVONDAM COLLEGÆ

DIVI ÆMILIANI SALMANTICÆ,

PRO SACERDOTIBVS ET GRADVATIS; DEINDE CANONICI Doctoralis Ecclesiæ Austuricensis, & post Canonici Pœnitentiarij Vallisoletanæ Ecclesiæ, & in eius Tribunali Sanctæ Inquisitionis (Fiscali Electi) iam Inquisitoris Creati; & itidem à Rege PHILIPPO IV. Iudicis Bonorum Confiscatorum dictæ Inquisitionis etiam Intitulati; demum Fiscalis Electi pro Supremo Consilio Sanctæ & Generalis Inquisitionis, nunc eiusdem Consiliarij, & iam Episcopi Austuricensis.

TRACTATVS QVARTVS.

DE

EXCEPTIONIBVS,

AD TITVLVM VI. LIBRI II. DECRETALIVM GREGORII PONTIFICIS IX.

Ad Titulos de Exceptionibus, vsque ad Titulum de Confirmatione Vtili vel Inutili.

Cum Indice multiplici Titulorum, Capitum; Quæstionum, Canonum, Legum, Iurium, Locorum, Rerum & Verborum in hoc Tractatu contentorum.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.



LVGDVNI,
Sumptibus HORATII BOISSAT & GEORGII REMEVS.

M. DC. LXII.

CVM PERMISSV SVPERIORVM.

RVBRICÆ, TITVLI, ET CAPITA

QVÆ CONTINENTVR IN HOC TRACTATV QVARTO Libri II. Decretalium, à Rubrica & Titulo de Exceptionibus, vſque ad Rubricam & Titulum de Confirmatione Vtili, vel Inutili, quibus integer Liber II. Decretalium, vberrimè enodatur, & prædictorum Titulorum, eius capita repetuntur, & alia quamplura iura in vtroque Iure experſa explicantur ſub contextura quæſtionum omnium, quæ in hoc corpore aſſignantur.

RVBRICÆ, TITVLI, ET CAPITA

QVÆ CONTINENTVR IN HOC TRACTATV QVARTO Libri II. Decretalium, à Rubrica & Titulo de Exceptionibus, vſque ad Rubricam & Titulum de Confirmatione Vtili, vel Inutili, quibus integer Liber II. Decretalium, vberrimè enodatur, & prædictorum Titulorum, eius capita repetuntur, & alia quamplura iura in vtroque Iure experſa explicantur ſub contextura quæſtionum omnium, quæ in hoc corpore aſſignantur.

Ad Rubricam, & ante Rubric. *De Appellationibus*, cum 64. quæſt. p.390

Ad Rubricam, *De Clericis Peregrinantibus.* p.598.

Ad Rubricam *De Confirmatione vtili, vel inutili*, cum 14. quæſt. *pag.*602

Sub his Capitibus includuntur, atque tractantur ex propoſito 786. Quæſtiones, præter alias quæ etſi ſint de materia, quia alibi tractatæ ſunt, vt aſſignantur ante Rubricam Titulorum, non repetuntur; item inſinuantur ſub Paraphraſi huius textus aliæ tractatæ, aut tractandæ.

SERIES

SERIES
CAPITVM, ET QVÆSTIONVM,
quæ continentur in hoc volumine, De Exceptionibus, Sententiis, & Appellationibus Libri II. Decretalium, à Titulo de Exceptionibus, vſque ad finem dicti libri.

AD TITVLVM De Exceptionibus, ante Rubricam.

QVÆSTIONES SIGNANTVR ad hanc materiam pertinentes, iam alibi tractatæ.

Ad Rubricam. pag.3.

Ad Textum in Capite VII. Causam quæ, hoc Titulo. p.100

Ad Textum in Capite VIII. illud, hoc Titulo. p.124

Ad Textum in Capite IX. Quia indicante, hoc Titulo. p.142

Ad

AD TITVLVM

De Sententia, & Re Iudic. p.215

ANTE RVBRICAM.

QVÆSTIONES SIGNANTVR ad hanc materiam pertinentes, iam alibi tractatæ.

XXI

AD RVBRICAM. p. 217

An

AD TITVLVM

De Appellationibus, Recusationibus; Supplicat. & Relationibus, ante Rubricam.

QVÆSTIONES SIGNANTVR ad hanc materiam pertinentes, iam alibi tractatæ.

AD RVBRICAM.

Ad

AD TITVLVM
ET RVBRICAM.

AD TITVLVM

De Confirmat. vtili, vel inutili.

QVÆSTIONES 158. HIC INSINVATÆ sunt quæ deducuntur ex littera cuiusque Textus hic repetiti quæ nec ponuntur ad longum quia cum potius pertineant ad alia capitula vbi vel sunt tractatæ vel conueniit tractari ideo longos commentarios fugiendo sufficit insinuasse illos vt desideranti perlegere facilis sit earum perquisitio.

De Exceptionibus.

CAPVT III. Cum Ecclesiæ.

Beneficiorum incompatibilitatis tractatio hic suadebatur, sed quia latissimè dico sub cap. multa 28. de præb. recurres ad ibi dicta aliqua sub cap. 4 de ætate ordin.

Morbo eodem laborans, seu an reus criminis possit aduersus alium de eodem crimine competere, notaui sub cap. testimonium de testibus cap. fin. de testibus cogend. vbi *num. socij criminis admittantur in testes*, Et applicabis aliam relatam sub cap. per tuas 20. de testib. quæst. 1. num. 1. vbi *an testis similem habens causam admittatur contra alium*, de quo ibi aliquid sub cap. 6. & aliam, *an Iudex recusari queat qui in simili Iudicauit causa*, dixi sub cap. 4 de foro compet. q. 31. à n. 8. vers. *ad tertiam*. p. 31

Institutionis collationis atque præsentationis beneficiorum materia, hic valebat excitari & de differentia inter illos, ad verb. *Nosettur inuestitus*, de quibus aliquid sub tit. de officio Archidiaconi & ibi in cap. ad hæc late in titulis infra de institut. de concessione præbendæ item & de Iure Patronatus notaui aliquid in cap. cum adeo 17. de rescript. in cap. cum super de caus. possess. in cap. dilecti 8. hic. ibid.

Retinendæ possessionis remedium natura, ad verb. *Et pacifica possessione gaudere*, & in vers. *Quo tuam*, applicabis quæ dixi in tit. de restitut spoliat. c. 1. & c. 4. cum ibi notatis. ibid.

CAPVT IV. Pastoralis.

Ius nouum an per verbum, decernimus inducatur, ad vers. *Respondendo decernimus*, dixi in cap. 2. de Iudiciis, quæst. 1. ibid.

Instrumenta de nouo reperta an possint produci post conclusum in causa seu post sententiam, ex Doctrina Textus hic valet disputari, sed dixi in cap. cum dilectus 9. de fide instroment. & applicabis quæ scripsi in cap. 55. de sentent. & re Iudic. ibid.

Possessorium an sit proponendum in Iudicio ante conclusum in causa, de quo in cap. pastoralis 5. de causa possess. & propriet. & de Doctrina exceptionis ad hunc Textum bene, Couarruuias lib. 6. variar. cap. 16. numero 13. per totum. ibid.

Protestationis materia hic valet applicari, ad verb. *Quos non fuerant protestatæ*, de qua dixi latissime in cap. fin. de appellat. aliquid in cap. cum M Ferrar. de constitut. vide infra sub cap. 2. de præscriptionibus eodem verbo ibid.

CAPVT V. Cum inter priorem.

Excommunicatus actor, aut reus an repellantur

CAPVT VIII. Cum Venerabilis.

CAPVT VII. Olim.

fidentis, applicabis quæ dixi sub cap. licet de probat vbi quod *antiquior possessor præfertur*, alia dicta sub tit de causa posses & de rest spoliat. & sub c. fin. de ordin cogn. p 105

CAPVT IX. Quia indicante.

Agrimensoris vnius dicto an stetur circa fines & territoria cuique signanda, Per hunc Textum Doctores, sed applicabis quæ dixi, *de vnico teste credendo aut non* in cap. licet 28. de testibus. Item & quæ dixi *de Matronis & peritis in arte*, in c. 4. de probat. p. 142

Fines diœcesum seu aliorum terminorum qualiter & quibus probentur ? ad verb. *Exhortam de finibus quæstionem*, late resoluitur per illa quæ dixi in cap. cum causam 13. de probation. & aliquid dixi sub c. 3 eodem quatenus agitur de actione finium regundorum. ibid.

Visus iudicis ad informandum cæteros coniudices præcipue in partitione & distinctione terminorum, vulgo, *Mojones inter duos populos aut fundorum inter duos conuicinos*, & de hoc Doctores ad verb. *Præsentia faciatis terminari*, de quo dixi in cap. fin. de libelli oblat. quæst. 4. §. 19. ad praxim, *Et solent instrumenta quibus aliquid intenditur probari inspici à Iudicibus & ab aliis peritis, & per comparationem aliorum instrumentorum à Tabellionibus peritis decerni ad quos Iudices committunt*, d qua praxi sæpius in inquisitionibus & nostro Consilio vidi & video ad fugiendas simulationes quæ solent interuenire & supplantari in informationibus puritatis & applicabis quæ dixi de inspectione priuilegiorum in capit. de fide instrumentorum & sub similibus quæstionibus quas refero in tract. de probat. ad dict. capit. 4. vers. *Inspectio*, & applicabis quæ dico in capit. 1. quæst. fin & in cap. ex litteris 32. & in capit. inter dilectos, & capit cum Suarez vbi latissime de falsitate instrument. quibus probanda : videbis infra in cap. 22. de Re Iudicata vers. probatio visus & ibi, n. 8. ibid.

CAPVT Ex transmissa.

Mhatrix Ecclesia siue chatedralis quæ dicatur ? ad verb. *matrici Ecclesiæ*, dixi sub cap. 1. hoc tit. & sub cap. 1. §. 1. de summa Trinit. & fide cath.

CAPVT Accedentes.

Priuilegium in quibus differat, à præscriptione à lege, à consuetudine, ad verb. *per speciale priuilegium*, dixi sub Rubrica de constit. & alibi in eo tract. de legibus Ecclesiasticis tit. de rescript. & consuet. aliquid noto hic in cap. penultimo, p. 145

CAPVT Cum non liceat.

Membra non possunt discedere à capite, ad verb. *Hic eum non liceat à capite membra discedere*, sunt hic applicanda plura quæ dixi sub Rubr. de constit. & sub cap. Ecclesias Mariæ ibi, in capit. 1. de probat. aliqua sub cap. cum venissent 11. de Iudic. & ibi à quæst. 1. vbi *Quod interpretari leges & priuilegia est capitis non membrorum inferiorum, &c.* p. 157

CAPVT XIII. Ad audientiam.

Probatio per libros in antiquis fit ? ad verb. *Ad quod probandum*, late dixi sub c. cum causam 13. de prob. & valent applicari dicta sup hic in cap quia indicante & sub c. 2. & 3. de officio Archipresbyteri, quæst. 2. vers. *ad secundam, & tertiam, quartam, &c.* ibid.

Vbi de libris & matriculis habendis à parochiis ad comprobandus velationes, Baptisma, funera & alia, & quæ fides eis præstentur in antiquis; *Libri quam probationem faciant*, hic iam est notatum in vers. antecedenti. ibid.

Instrumenta antiqua an debeant esse vt probent. custodita in archiuio publico & recondito? ad verb. *Liber censualis suspectus existeret quia non fuerat in Camera receptus nostra & ibi, Licet cum in nostra sed in Cardinalis tit.* Doctores per Textum hunc sed applicabis quæ dixi supra per Textum ibi in cap. cum causam 13 de probation. applicãdo etiam quæ dixi sub c. cum P. & c. fin. de fide instrum. *Originalia instrumenta vbi & in quo loco seu archiuio quærenda vt exemplaria eorum credantur.* ibid.

Scrintarius, Vulgo Tabellio scriba siue notarius qualiter credantur & quid si de falsitate impetuntur ? ad verb. *Scrinarius alio modo scripsisset, &c.* & *qualiter eius instrumentum de falso improbetur*, per hæc verba agi valeat, sed late percipies ex his quæ dixi sub cap. 3. cap. dilect. cap. cum Ioannes cap. 1. & 2. cap. cum P. cap. fin. de fide instrument. aliquid sub cap. quoniam contra falsam 11. de probation. & de aliis noto hic item, & sub capit. 5. de officio vicarij & ante vbi, *de fide quæ præstatur nonnullis officialibus Reuer. Cameræ Apostolicæ.* ibid.

Probatio per instrumenta an fortior sit quam quæ fit testibus ? ad vers. *Nos igitur magis auctoritatem priuilegij quam*

depositiones

Restitutio

AD TITVLVM *De Clericis peregrinis.* *p.* 598

AD TITVLVM *De Confirm. vtili, vel inutili. p.* 602

ũ ad

CAPVT VIII. Venerabilis.

CAPVT FIN.

INDEX ALPHABETICVS CAP. DECRETAL.

Sexti Decretalium, Clementin. Extrauag. Decreti Gratiani Trident. Concilij aliorumque locorum Scripturæ sacræ: Item legum, ff. Codicis, Authentic. Voluminis, & Iuris Regij Hispani, Legum Part.7.ex Recopilatione noua legum ordinamenti Regij. Fori, legum, styli, & ex legibus Tauri, ac loca nonnulla bonorum Authorum & enodantur Iura quasi quincenta.

DECRETALIVM GREGOR. IX. CAPITA.

A

C

Cap.

A

B

C

L.*Si*

CODICIS, II.

Authentica

NOVELLAE.

INSTIT. §. §.

PARTITARVM.

RECOPIL. LEG.

TAVRI LEGES.

ORDINA

ORDINAMENTI.

STYLI LEGES.

CICERO.

D.D.

D. D.

NICOLAI RODRIGVEZ

FERMOSINI,

HISPANI,

IN TRIBVNALI VALLISOLETANO,

Sanctæ Fidei Inquiſitoris,

ET IAM

EPISCOPI AVSTVRICENSIS.

AD RVBRICAM ET TITVLVM *DE* EXCEPTIONIBVS.

PRÆMISSVM RVBRICÆ.

I. VBERIVS tractatio de exceptionibus, quibus vti ſolet à litigatoribus in Iudiciis aduersùs actionem intentatam agatur, & ne moleſta repetitione eorum, quæ iam ſcripta ſunt, aut alibi commodè tractanda legentibus appareant, duxi pro maiori extenſione internæ materiæ Exceptionum, & ante generalia huius Rubricæ innectere, & aſſignare reſumptiuè quæſtiones nonnullas de Exceptionibus iam per me tractatas, vt ſic ad eas recurrendo ſtudioſi proportionaliter deſiderata apprehendant, accipies ſequentia pro Rubricæ Præmiſſo.

II. Exceptio quæ competit legato, aut aliis priuilegiatis pro reuocando domum, an ſit dilatoria, vel peremptoria, egi *in cap. fin. de foro comp. q.* 27. vbi quod eſt peremptoria reſpectu cauſæ publicæ, dilatoria reſpectu priuatæ. Et an quæ obſtat delegato, obſtet deleganti, *in cap. ſi quis contra de foro comp. quæſt.* 15, vbi negaui.

III. Exceptio Dominij an obſtet agenti interdicto recuperandæ poſſeſſionis dixi, *in cap.* 1. *de ordine cognitionum, q.* 2. proprius, *in cap.* 1. *de reſt. ſpoliat. q.* 1. & *in cap.* 5. *eodem*, & affirmari vt ibi.

IV. Exceptionem opponens nunqnid videatur litem conteſtari *in Rubrica de litis conteſt. quæſt.*8. vbi quod non de iure communi quid de Regio oppoſitis exceptionibus peremptoriis.

V. Exceptio ſeruituti oppoſitæ an impediat litem conteſtari *in Rubrica de litis conteſtat. quæſt.*10. affirmo, niſi in caſibus vbi ſeruus agere poteſt de Exceptione ſpolij oppoſita per Reum, & quid in excipiente de inuentario non confecto quando excipiens eſt intra tempus, ad illud conficiendum, & quid ſi opponatur per viam notorij *vbi reſoluo quæſt.*8.

VII. Exceptio tu plus tempore, an ſuſpendat Iudicium in totum; dixi *in cap.*1.*de plus pet.q.*2.*verſ.ad ſecundam* vbi ſub diſtinctione dilatoriæ, & peremptoriæ reſoluo.

VIII. Exceptio in quantum facere poteſt reſpectu clerici feudatarij, *in cap.*5. *de iudiciis quæſt.*19. affirmaui.

IX. Exceptio præſcriptionis, an objici poſſit agendi remedio recuperandæ, *in cap.*1. *de reſt.ſpoliat.quæſt.*4. vbi qnaliter.

X. Exceptio de tempore vindemiæ nunquid admittatur, *in c.fin.de Iud.q.*5. affirmaui.

XI. Exceptio criminis an admittatnr, & impediat ſpolij reſtitutionem, *in cap.ex litteris, & in c.item cum quid de reſtitutione ſpoliatorũ* & in præmiſſo *à n.*1. vbi affirmo.

XII. Exceptio dolo facis an obſtet interdicto recuperandæ *in c.in litteris de reſt.ſpoliat. q.*5. remiſſiuè, & quod exceptio Dominij in continenti probanda obſtet agenti interdicto recuperandæ ſi adſit culpa ex parte aduerſarij vbi *in cap.*1. *quæſt.*1. *num.*22. *&* 24.

XIII. Exceptio loci non tuti an poſſit opponi vbicumque *in cap. accedens* 4. *vt lite, non conſtet. q.*2. *à n.*4.

XIV. Exceptio inopiæ à Clerico oppoſita, an impediat executionem latæ ſententiæ etiam in poſſeſſorio *in cap olim de reſtitut.ſpoliat.quæſt.*1. vbi affirmaui.

XV. Exceptio renunciationis: an ſit legitima, *in cap.*2. *de reſtit. ſpolit. quæſt.*1. & ad aliam an Reus poſſit expellere exceptione Rei Iudicatæ Actorem qui cõuenit cum interdicto vti poſſidetis *in cap. accepta* 4.*eodem quæſt.*3. verſ.*ad tertiam*; vbi cum diſtinctione.

XVI. Exceptio ſpolij quo tempore proponenda, vt eadem terminetur ſententia, *in cap.*2.*de ordine cogn quæſt.*

XVII. Exceptio, an poſſit opponi poſt litem conteſtatam intra quindecim dies *ibi q.* 5.

XVIII. Exceptio, an poſſit opponi aduerſus agentem actione depoſiti ad retinendum *ibi q.*5.

XX. Exceptio, an poſſit opponi ad interrumpendam præſcriptionem *ibi q* 6.

XXI. Exceptio priuatarum rerum an obſtet agenti ſuper rebus Eccleſiaſticis & è contra *ibi q.*7.

XXII. Exceptio ſpoliationis, an perpetuo poſſit opponi ibi *de q.*7. verſ. *ad ſecundam* & dixi vt intra annum.

XXIII. Et quid oppoſita ſpoliatio per viam exceptionis *in d.cap. q.*2.*de hac* dicit Barboſa *in cap.*4. *hoc tit. quod ſi dilatoria.*

XXIV. Exceptio in procuratorem quandoque opponitur *in c.*9. *de Iudic.ſub.q.*4.*&* 5.

XXV. Exceptio criminis, quæ non fuit oppoſita contra teſtem, an poſſit opponi in ſecunda appellationis inſtantia *in c. teſtimonium* 54.*de teſtib.q.*4. vbi quid ſi non eſt probata in 1. poſſit opponi in 2.

XXVI. Exceptio illegitimitatis oppoſita quocumque tempore, an ita ſit præiudicialis, vt nullo modo poſſit laicus Iudex in cauſa ſucceſſionis procedere quouſque ſuper illegitimitate ab Eccleſiaſtico pronuncietur, vbi de natura præjudicialis exceptionis & quid ſi expeditio dependens *in cap.tuam de ordine cognitionis q.*2.

XXVII. Exceptio Rei Iudicatæ in ſummario; an obſtet in ordinario *in Rubr.intra de re Iudicata q.*1. *n. ad ſecundam.*

XXVIII. Quid de exceptione contra teſtes quòd ſunt falſarij, & criminoſi *ibi q.*5. verſ. *ad quintam n.*20. ad aliam d.q.4. *verſ.* ad ſecundam

XXIX. Exceptio non numeratæ pecuniæ qualiter locum habeat latè dictum eſt. *in c. ſi cautio* 14.*de fide Inſtr.q.*4.5.*&* 6.vbi videbis ad plura huius exceptionis.

XXX. Exceptio excommunicationis oppoſita an debeat apertè probari, vel ſufficiat fama & cui incumbat eius probatio *in cap. intellex imus de Iud. q* 17. verſ. *ad ſecundam* n.6.A verſ *ad tertium* n.22.

XXXI. Exceptio litis pendentiæ an diſtat, & quomodo, ab ea, quæ eſt, ne continentia

nentia causæ diuidatur egi in rubrica vt lite pendente nil mouetur, q. 1. versic: *ad tertiam.*

XXXII. *Ad alias quæstiones videbis*, suprà in Rubrica de litis contest. à q 4. *Nonnulla applicabis quæ dixi*, sup. in Rubrica, & tit. de dilationibus, *& quia video Ripol.* in cap. 4. *vbi tractat.* de Except. *huic tractatui iniungere de oppositione reconuentionis, adiunges quæ latè adduxi*, suprà in Rubr. & tit. de mutuis pet.

XXXIII. *Ad alias quæstiones applicabis dicta* suprà in Rub. & tit. cap. 2. de Confessis, quæst. 1. 2. & 3.

XXXIV. Exceptio Reiudicialis quæ sit, & quæ operetur *dixi suprà*, in cap. tuam 3. de ordine *cogn. DD. de ea latè* sub hac Rubrica, & tractat. *agunt, eamque communicari inter dilatorias docent Azeuedus* in l. 1. tit. 5. lib 4. comp. *Didacus Perez* in l. 1. tit. 8. lib. 3. ordinam. gloss. 1. coll. 707. §. præiudicialis, *Matanta* in praxi p. 4. dist. 20. ex n. 1.

AD RVBRICAM
De Exceptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Doctores agentes de materia.*
2 *Exceptio quid sit, & eius diuisio.*
3 *Exceptiones dicuntur arma Reorum.*
4 *Exceptionis vera definitio, & numeris sequentibus expenditur, & n. 7.*
6 *Exceptionis mater æquitas vulgò appellatur.*
7 *Exceptio defensio appellatur.*
9 *Exceptio dicitur etiam præscriptio.*
10 *Præscriptiones longi temporis, etiam exceptiones appellantur.*
11 *Exceptio varios habet significatus.*
12 *Exceptio denegata audientia quid operetur* remissiuè *vide remissio sententia.*

1 PRIMO quidquid desideres pro plena explicatione huius Rubricæ & Tituli, videbis præter antiquos Ripol. *variarum resolut.* cap. 4. Osualdum *ad Donell. lib. 22. commentar. c. 1. per totum, & cap. fin. de replicationibus.* Ioannem Baptistam Vanagol, Andream Valensem, Zipeum *in Rubr. nostra* & Vvesembechius *in Rubr. ff. & Cod. eodem* Anton. Pichard. & alio scribentes *inst. de exceptionibus, & replicationibus*, Riccium *collect.* 1988. Reuardum *variar tomo 2. lib. 2. c. 13. & de praiudicijs cap. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.* Anostasiũ Germonium *in Paratitlis ad nostrum titulum* Canisium *in summa Iuris Canonici*, Cartaginem *in expositione Iuris Canonici*, & alios, quos adducit in Barbosa, vbi assignat. Doctores agentis *de exceptionibus*, quæ oriri possunt tam abintestato, quàm ex testamento. Et de impedientibus litis ingressum, & de exceptionibus iudicij de reprobationibus testium, de dilatoriis & peremptoriis, videbis nonnulla, quæ adduxi *supra in cap. 1. de ordine cogn.* Et inter practicos Villadiego *in Practica*, Curiam Philipicam, Paz. Rodrig. & alios qui diuersis in locis scribunt exceptionum materiam, de quibus *inf. plures refero.*

2 Præmissis ergo nonnullis generalibus ad Rubricam, deinde de nonnullis dubiis & quæstionibus scribo certam sedem non Cauentibus sub Rubro huius Tituli, de cæteris autem suis propriis locis acturus.

3 Cum ergo exceptio sit actionis, vel intentionis exclusio agentis *ex l. 2. in pr. ff hoc tit.* quæ in genere, vel est facti, seu intẽtionis, vel iuris, facti, seu intentionis quæ actoris nullo iure agentis intentionem excludit, vt v. g. eius, qui agit ex promissione, metu, dolove malo, impellẽte sibi facta ad id quod promissum est, metu inquam cadente in constantem virum, *c. cum dilectus de his quæ vi metusve causâ fiunt*, qualis est metus mortis, amissionis omnium bonorum, vel maioris partis eorum, *cap. 2. 3. 4. eodem, tit.* & huius quæ iuris est aliæ sunt dilatoriæ, aliæ peremptoriæ & perpetuæ de quibus agit Consult. *in d. l. 2. § fin. ff. de exception. de inst. in §. appellantur inst. eodem*, de quibus, *infra* sigilatim breuiter dico & DD. *in dictis iuribus & hic.*

Vnde cum iam superioribus titulis latè egerim, *de iudiciis & personis contendentibus*, vt pote 4
actor, & Reus, & huc vsque de iure actoris actum sit qualiter in iudicio deducatur aduersùs reum contingatque malè, aut ineptè intentatum ob id que superfit reo defensionis Ius quod mediis exceptionibus iurisdicis satius expellitur ideo recta docendi series expostulat, vt armis, quibus vtuntur actores ad impugnandum reos cognitis rei instruantur, quibus se aduersùs eos tueri, & defendi possint. Exceptiones autem arma reorum solent appellari; Glossa *in principio, inst. hoc titulo*, ad quos absoluendos iura sunt promptiora, *l. Arrianus ff. de oblig. & actionib. c. cum inter 5. hoc tit.* vbi doctores.

Quo pacto etsi iam breuiter dictum dictum sit 5
vt exceptio sit actionis exclusio, *ex d. lege 1.* Et hæc definitio, cum non explicet integram exceptionis materiam & quidditatem ostensam, *in d. l. 2.* ob id commodius definies dicendo, *vt sit oppositio æquitate ad excludendam actionem, vel condemnationem*, vbi verbum *oppositio*, stat loco generis, comprehendens alias oppositiones quæ non diriguntur ad excipiendum necessariò esse opponendam alioquin si prætermissa sit non prodesse; quia iudex eas non oppositas supplere non potest. Ex officio suo cum positæ sint arbitrio litigantium, *lege Papinianus 16. ff de publiciana in rem actione*, expendunt Zangerus *de exceptionibus tertia parte, cap. finali à numero 16.* Gilquenius *de præscriptionibus prima parte, c. 3. n. 3.*

Et illa verba posita in difinitione, *competens ex* 6
æquitate, origiuem & causam difinitionis explicant, quia omnis exceptio ex æquitate orta est, & *Æquitas*, vulgò appellatur exceptionis mater, *l. qui æquitate 12. ff de dolis exceptione, leg. Marcellus 66. ff. de regulis iuris* tradunt Turrius Decianus *responso 41. num. 29. tomo 3.* Folerus *in additionibus ad Marantam sexta parte, membro 9 num 10.* Petrus Faber *in dicta l. Marcellus*, Fortunius Garcia *in l. si vnus 27. § pactus, num. 37.* † Verba verò 7
illa in definitione posita, *ad excludendam actionem vel condemnationem*, posita sunt vt explicent in-

tentum,& ſcopum exceptionis,quam cũ intendat actor conſequi id,quod petit, & per conſequens reum condemnare: perinde reus opponendo exceptionem,intendit excludere actorem, & conſequi finem ſuæ defenſionis, quæ ſibi competit per exceptionem, & præſcriptionem tradit Dominicus *conſilio* 95.verſiculo *ſuper iſto*, bene omnia explicat Pichardus *in Rubrica inſt.de exceptionibus,à num.*10. vbi *ſub, num.*13. addit hæc verba etiam oſtendere,vt nulli competat exceptio, niſi actio præcedat, quia ſit obligatus Iure Ciuili ex Iuſtiniano *hic* & iuxta hunc ſenſum dici exceptionem actionis excluſionem ab Vlpiano, *in dict. leg.* 2. *hoc titulo*, & à Cicerone *libro* 2. *de inuentione.*

8 Iam ergo vides reum ab impetitione actoris exceptione defendi ob idque in iure exceptio defenſio appellatur, vt *in leg. ſed & ſi* 51.*ff. de iudiciis* 14. *l. ſi quidem* 9. *l. defenſionis*, *ff. hoc tit. l. ſufficit* 56. *ff. de cond. indebiti l. Babius* 30. *ff.de pactis dotalibus*, *l.* 1. *Cod. de iuris & facti ign. l. emptio* 18. *C. de euictionibus, c.cum inter* 5.*c.dilecti* 8. *hoc titulo.*

9 In ſuper *exceptio*, plerumque ſolet à iuris Authoribus *præſcriptio*, appellari in tantùm vt hæc nomina promiſcuè accipiantur, taliter vt præſcriptio nil aliud ſit, quam exceptio, & ſic videmus,*in Cod.* ſcriptum eſſe titulum de exceptionibus, deinde quia quæ vſitatè exceptiones dicuntur, eædem dicuntur præſcriptiones & è conuerſo:quare ſic dicitur,*præſcriptio rei iudicatæ*, vt *in l. iudicatæ* 29. *ff. de exceptionibus rei iud* præſcriptio doli *in l ſi debitor* 91.*ff. de ſolut.* præſcriptio fori, *l.fin. Cod. hoc tit.l. pen. Cod. de pactis*, præſcriptio tranſactionis, *l.* 9. *in princ. de tranſactionibus*, præſcriptio dilatoria, *in l.* 8. *Cod. hoc tit.* præſcriptio militiæ, *l. ſi ita l.*3. *Cod. de procurat.* præſcriptio mandati, *l.*2. *Cod. ſi contra Ius,vel vtil.publ* præſcriptio lonocinij *l.ita* 28.*Cod.ad iul.de adult.*præſcriptio non petiti tutoris, *l. mater* 3. *Cod. ad ſenatum, C.ad Tertull.*& alia tradens Barboſ.*in Rubr. de præſcr. ſub, n.*5.ibi ſtrictè,& propriè loquendo ait accipi præſcriptionẽ pro exceptione ſua,quæ in principio litis proponenda, & tractanda ante probatam intentionem actoris ad effectum, vt proceſſus deferatur vel vt actio perimatur, & agens omnino excludatur à iudicio, cuiuſmodi ſunt exceptiones peremptoriæ & nonnullæ dilatoriæ, quæ in principio ante litem conteſtatam proponi poſſunt in vim dilatoriarum concludentes actorem omnino excludendum,iuxta Textum *in l.ſi maritus* 15.§.*vlt.* verſic. *præſcriptiones*, *ff. de adulteriis,& ex l.penult.ff. de re indicata:*& inſuper probatur ex eo, quia propriè loquendo his tantùm exceptionibus accommodatur nomen *præſcriptionis*, ſi quidem qui prædictas exceptiones proponit præſcribit,id eſt prius,ſiue ante ſcribit, & ante per analogiam, prius proponit & probat ante quam actor de iure ſuo doceat, & alia ibi addit.

10 Item vt quæ vſitatius præſcriptiones ſolent appellari, iuxta dicenda *in titulo ſequenti*, vt ſunt præſcriptiones longi temporis, etiam interdum exceptiones appellantur *l. creditor* 12.*ff. de diuerſis & temporalibus præſcript. l. penult. Cod. de præſcript. longi temporis*, imò & idem eſſe *præſcriptio* quid *excipere* ſatis, colliges ex textu *in l.Titia*, §. *Caius*, *ff. de leg.*2. taliter vt Tertullianus librum ſcripſerit, de præſcriptione aduersùs hæreticos, quibus & aliis probant, & tenent Zaſius *in Rubr. ff. hoc tit.* Vveſembechius, *ff. hoc tit.* Donellus *ad titulum*, *Cod. eodem*, *num.*15. *&* 16. *& lib.*22. *comment.iuris cap.*218.vbi fuſiſſimè Oſuald. *littera N*, *& O*, Piatcius *de verbis iuris* verbo *exceptio* Reuardus *lib.*1.*de praiudiciis cap.*7.8.*&* 9. Cujac. *in parath. ff. hoc titulo* Zangerus *p.*1. *de except. cap.*3. *num.*25. Conanus *lib.*3. *comment. cap.*11. *n.*3. Alciatus *lib* 4. *diſput. cap.*23.*& in l. quinque pedum*, *num.*22. *Cod. finium regundorum*, Petrus Faber *lib.*1. *ſemeſtr. cap.*21. Couarruuias *in regula poſſeſſor. prima parte in principio*, *num.*1. 2. *&* 3. Zangerus *de excep.p.*1.*c* 3.*n.*25.Parladorius *lib.*1. *rerum quotidianarum c.*1.§.*à n.*3.congerit Pichardus *in Rubr.inſt.huius tit.n.*3.*& ſub n.*14.cum Petr. Gregor. *lib.*21. *ſyntagm. cap.*17. vbi tradit exceptiones dici arma Reorum, qui ex multis, *n.*3. *&* 4.explicat reſcriptionem *de exceptionibus.*

Et quod nomen *exceptio* varios habet ſignificatus veluti *detrahere*, *deducere*, ſeu *excludere* ex *l.ſiquis* 39 *ff.de vſufruct. l. hæres*, *ff.de petitione hæred. l.*1. §. *accuſatione*, *ff. ad Turpillianum:* & ita noſtra Tractatione, exceptio ſit *actionem excludere*, ſeu *illi detrahere d. l.*2.*l.Paulus*, *ff. hoc titulo* nam ſicut, ex regula caſus quoſdam detrahit exceptio, ita & hîc de vniuerſo iure, actionis pars aliqua detrahatur Oſualdus *ad Donell. lib.*22.*c.*1. *littera X*, Batgalius *lib.*4. *de dolo cap.*2. *num.*56. Item ſignificat *ſuſcipere* vt *in l. ſi Titius* 48. *de fideiuſſoribus l. obſeruare* 4. verſic. *antequam*, *ff. de officio proconſulis l. ſi diuortio* 25. *ff. de pœnis leg. eum qui* 41.*ff. de Iure fiſci* cum aliis à Briſonio congeſtis *de verborum ſignif.* verbo *exceptio.* Item quod excipere aliquando idem ſit *quod paciſci, comprehendere,ſuſtinere & ineptum proferre* Oſuald. *d.lib.*22.*comment.*Donellus *c.*1. *littera L*,imo Reuard.*de præiudiciis* vbi latè agens dixit exceptionis non ſolùm in præſcriptiones nonnunquam transmutari verùm & in præjudicium ,eum leges *d.c.* 7.8. *&* 9. imò & *in capitulis ſequentibus* vſque ad 14. vbi quid ſit præjudicium ſcribit. 11

Exceptio denegatæ audientiæ quid operetur ſcribit Ciriacus *ſub cont.*185. *tomo* 1. quem leges ad alia vide *reuiſio ſententiæ:* & ad Rubricam huius tituli leges quæ nouiſſime adducit Matthæus Tollerus *de proceſſibus executiuis*, *p.*1. ad noſtrum titulum. 12

QVÆSTIO I.

An ſicut exceptiones communiter dici ſolent dilatoriæ, ſeu temporales, & aliæ peremptoriæ, & perpetuæ fortè in iure noſtro, alia exceptionum inſcribatur diuiſio veluti exceptionis anomalæ, & emergentis, & nunquid eædem ſint, ſeu differant: Et an in eis proponendis antiquitus, certa ſeruaretur formula, ſicut obſeruabatur in actionibus ab actore deducendis?

SVMAMRIVM.

1 *Exceptio alia dilatoria alia peremptoria & quid de anomalis & emergentibus,n.*12.

2 *Exceptio hoſtica quæ.*

3 *Exceptio temporalis & perpetua quæ.*

4 *Dilatoria exceptio eſt quæ tempus nocet & quare dicatur temporalis,n.*6.

5 *Exceptio pacti coniuncti eſt dilatoria: Item procuratoria*

curatoria & exceptio legitimationis personæ.

7 *Exceptio dilatoria regulariter opponitur ante litis ingressum; sed non est substantia, quod opponatur ante litem contestatã, vel post, n. 15 11.*

8 *Exceptio dilatoria triplex dicitur vel respicit ad Iudicis personam, vel ad litigantes, vel ad causam principalem, n. 9. & 10.*

11 *Exceptio peremptoria siue perpetua quæ exemplificatur.*

12 *Exceptionum diuisio in anomalas seu mixtas, & quæ ista, n. 13. & 14.*

13 *Exceptio anomala qualiter vt peremptoria opponatur.*

14 *Exceptio anomala opposita vt dilatoria qualiter opponatur.*

16 Cap. Pastoralis, cap. venerabilis 6. *versic.* licet hoc tit.

17 *Exceptio excommunicationis mixta solet esse, & quæ forma in ea opponenda seruetur, n. 18.*

19 *Exceptio incidens, & emergens quæ, vbi de aliis* remissiuè.

20 *Exceptionis proponendæ formula antiqua, n. 21, & 22.*

1 AD Primam difficultatis partẽ, etsi verum sit omnes exceptiones diuidi in dilatorias, & peremptorias; hæque (vt statim dico) aliquas subdiuisiones recipient quas congerunt Maranta *de ordine Iud. p. 6. membro 9. c. de Exceptionib.* Petrus Gregor. *3. p. syntagm. Iuris tit. 21. c. 17. à n. 7.* etenim & *in cap. 1. de litis contest. lib. 6.* fiat mentio de exceptione, transactionis, litis finitæ, & rei iudicatæ, quæ vel in vim dilatoriarum, siue peremptoriarum exceptionum possunt opponi, ex Bart. doctrina *in l. fin. ff. pro suo*, Iasonis *in l. nam & postea, n. 5. ff. de Iureiur.* Gregor. *in l. 8. tit. 3. p. 3.* Azeuedo *in l. 1. tit. 5. lib. 4. recopil. n. 44.* item exceptio excommunicationis, *in cap. exceptionem hoc tit.* quæ cum sit dilatoria etiam post litem contestatam potest opponi. Item & Gl. *in cap. 1. de ordine cognitionis* alias refert exceptiones quæ sequuntur. Rebuffus *in arbor. exceptionu, à n. 60.* Mandus. *in tract. de commission fol. 8.* Parianus *de probat. lib. 1. c. 38.* Zangerus *de except. 1. p. cap. 3. à n. 43.* dicentes alias esse incidentes alias emer-

2 gentes. † Alia appellatur *Hostica*, habens locum quando aliquis est submonitus ex parte Regis ad pugnandum contra hostes, & ad se excusandum, vel vt contumax non appareat allegat impedimentum, alia plura tradunt Speculator *in hoc tit. per tot.* Angelus *in tit. de except.* Abbas & Felinus *hic.*

3 Nihilominus dicendum est omnes exceptiones in iure diuersis nominibus, ornatas eo quòd secundùm species diuersas materiarum nũcupantur, vt ex breuiter iam dictis & assignatis *sup. sub præmisso Rubr. nostra* potest videri ad duo tantùm genera exceptionum reduci, nempe ad exceptiones dilatorias, & tẽporales; vel ad peremptorias & perpetuas iuxta textum *in d. l. 2. & in l. 3. ff hoc tit. & in § appellant. inst. eod. l. 8. l. 11. tit. 3. part. 3.* ita communiter docent Doctores, inter quos Zangerus *1. p. c. 3. de except. n. 58.* Scaccia *de iudic. causarum ciuilium lib. 1. c. 101. n. x.* Donell. *lib. 22. comment. c. 2. & in Rubr. hoc tit. n. 12.* Pichard. *in § appellant. inst. hoc tit.* idem *in manuduct. ad praxim p. 1. præcepto 3. & 11.* Balbina *in cap. 1. de ordine cogn. n. 18. & in cap. Pastoralis hoc tit. à n. 3.* qui cum aliis dicunt hanc esse vnicam diuisionem exceptionum, seu aliarum principalissimam, ad quam omnes aliæ pertinent; siquidem vel sunt proponendæ ante litem contestatam, vt pote contingit in exceptionibus dilatoriis, & temporalibus, vel post, vt contingit in peremptoriis & perpetuis.

Quo supposito dicendum est, dilatoriam exceptionem esse eam, quæ ad tempus nocet & temporis tribuit dilationem, nam eo tempore transacto non impeditur actor agere in iudicio. 4
† Huius enim generis est. Exceptio *pacti conuenti* cum ita conuentum est, ne intra certum tempus ageretur veluti intra quinquennium; nã eo tempore finito, non impeditur actor, rem persequi. Itẽ exceptio procuratoria exceptio legitimationis personæ, & similes, quarum meminit Consultus *in d. l. 2. ff. h. t. § fin.* Menoch. *de Arbitr. lib. 2. casu 240.* Scaccia, & alij iam *suprà* adducti, Fachineus *lib. 8. controuers. cap. 52.* Donell. *d. lib. 22. comment c. 9.* † Et ex ipso dici temporalem vt *in d. l. 3. ff h. tit. & in § temporales, inst. h. t.* & quia causã differt, & non finit, dicitur dilatoria. † Hæc enim regulariter ante litis ingressum proponenda est, nam postquam cœptum est iudicium, ea non est, vtendum ex *l. pen. & l. fin. C. hoc tit. l. ita demum, C. de procurat. c. inter monasterium de re iudicata, l. 9. tit. 3. p. 3.* Socin. *Reg. 226.* Grat. *reg. 170.* Donell. *d. lib. 22. Comment. cap. 9.* Cujac. *lib. 18. obseruat. cap. 34.* Matta *de iurisdictione 4. parte, centur. 1. casu 36.* 5 6 7

Hæc exceptio dilatoria, tripliciter dicitur, nam vel respicit ad personam Iudicis, qualis est exceptio declinatoria fori, & incompetentiæ Iudicis, *l. fin. C. de Except. gl. in cap. Pastoralis hoc tit.* verbo *protestatus*, de qua nonnulla adduxi *sub Rub. de foro competenti*, & alibi, vtpotè, quia imperitus sit Iuris, aut impar magnitudini causæ. Exceptio recusationis Iudicis, vt *in l. apertissimi, C. de Iudic. c. quod suspecti 3. q. 5. cap. postremo 56. cap. cum speciali 91. de appellat.* de qua egi latissimè, *in c. 4. de foro competenti.* † Alia respicit ad personam litigatorum, veluti si compareat pupillus sine tutore vt per totum. *C. qui legitimam personam. l. fin. § & filius. C. de bonis quæ liberis*, vbi de filiosfamiliàs sine consensu patris, & *in l. 55. Tauri*, & *in l. 1. & 2. lib. 5. comp.* vbi vt vxores sine licentia mariti non agant in Iudicio, de quibus & aliis, latè dixi, *in c. 9. de Iudic.* Balb. *in d. c. Pastoralis hoc tit. n. 5.* vbi refert aliud exemplum de procuratore, ne agat sine mandato ad quod loquitur text. *in l. 2. l. ita demum, C. de procurat.* vel de substituto à procuratore, non habente potestatem substituendi, vt *in l. quod quis 8. C. de procurat. c. 1. § 1. eod. tit. lib. 6.* de quo dixi, *in d. c. 9. de Iudic.* vbi etiam adduxi de seruo, qui nequit in Iudicio stare sine licentia Domini, item & de religioso, qui, vt stet, debet esse de licentia Prælati: item de excommunicato, qui, vt agat nõ stat in Iudicio, iuxta late dicta *sup. in c. intelleximus de Iudic.* de proscripto criminoso, argumento eorum, quæ adduxi, *sup. in c. testimonium 54. de testib. & infra in c. 1. hoc tit.* de muliere c. 10 fœminã, Muto, Surdo, accusato de crimine & de aliis inhabilibus, de quibus *in d. c. 9. de Iudic.* egi aliqua *ibi in Rubr.* & breuiter refert, & assignat *hic* Andreas Valens. *n. 9.* Item si respiciat ad personam rei, vt si reus conuictus, quæratur coram Iudice, se ab actore spoliatum, qui antequam ei cogatur, respondere, beneficium restitutionis implorat, de qua exceptione plura adduxi. *sup. in c. 1. & 2. & in cap. fin. de ordin. cogn.* item & *in cap. 1. & c. 24. c. in literis 5. cum aliis, de restit. spoliat.* vel si actor ex 8 9

legitima causa reuocet domum, de qua videbis, quæ latè adduxi, *in cap. fin. de foro competenti* breuiter exemplificas Valent. *hic n. 10.* † Alia autem
10 dilatoria dicitur quæ causam principalem respicit velutì exceptio inepti libelli de qua latè adduxi, *in cap. 15. de Iudic.* vel obscuri libelli, vt dixi, *in cap. 2. de libelli oblatione*, vel exceptio, quæ opponitur contra rescriptum, vt *in cap. ceterum 3. & in c. Postulasti 27. de rescriptis.* Vel exceptio illa, ante diem petis, vt late dixi, *in c. vnic. de plus petitionib.* vt exceptio litis pendentiæ coram aliquo Iudice, iuxta textum, *in l. si quis postea quam, ff. de Iudicijs*, de qua latè adduxi, *in c. penult. de foro competenti, & alibi.* Et exceptio ex loco vel tempore, velutì vt si citatio tempore feriarum facta sit iuxta notata, *sup. in cap. 1. & tote tit. de ferijs*, aut ad locum non tutum de qua dixi, *in cap. accedens 4. vt lite non contest. quæst. 1. à n. 4.* vias duas assignat hic Valensis *d. n. 10 versic. denique.* Item exceptio ne fiat condemnatio vltra quam facere potest, *l sunt. qui 16. cum seqq. ff. de re iudicata, §. penult. inst. de actionib.* hæc namque exceptio tandiu nocet, quandiu debita soluendo non est, *l. vnica, §. cum autem, C. de rei vxoriæ actione*, de qua nonnulla dixi, *sup c. fin. de libelli oblat. q. 4. § 4.* vbi adduxi, *de processu cessionis bonorum*, & late ago, *in c fin. de solutionibus*, aliqua de priuilegio Clerici debitoris obligati ad soluendum, *sub cap. si diligenti de foro competenti.*

11 Peremptoria siue perpetua exceptio est, quæ negotium principale perimit omnino quia eâ probatâ ius actoris penitus extinguitur, vt *in l. 3. §. perpetua, ff. hoc tit.* Bursatus *consil. 201. in princip.* Petrus Greg *lib. 21. syntagm. c. 17. n. 1.* Zaugerus *de exceptionib. 3. q. cap 19. n. 3.* refert Pichard. *in d. §. appellamur hoc tit.* & Balboa *in d. c. 1. de ordine cogn. n. 6.* dicentes ad hanc pertinere exceptionem pacti non petendi, iurisiurandi, rei iudicatæ, & aliæ similes de quibus agit Imperator Iustinianus *§. præterea*, & *§ atque, §. item si in Iudicio*, vbi Pichard. cum multis ab eo relatis, & Donellus *lib. 22. comment. c. 1.* quæ in quacunque parte Iudicij possunt opponi, *l. peremptorias, C sententiam rescindi non posse*, vbi communiter scribentes, alia dico *sub q. 3. in fin.* & Gratian. cum multis ab eo relatis, *reg. 348.* ait quod exceptio compensationis, exceptio cessionis, potest post sententiam opponi, & quod exceptio solutionis, & exceptio æris alieni, vel deducta ne egeat, possint opponi executioni sententiæ, item & exceptio expensarum, quæ in re vendita factæ fuerint, & exceptio inuentarij non confecti. Et Marianus Socinus *in cap. cum olim, à n. 16. de litis contest.* enumerat 32. species exceptionis peremptoriæ.

12 Ex his iam vides omnes alias exceptiones, vel ad peremptoriam vel ad dilatoriam reduci, quia etsi, vt iam dictum est DD. alias fingant species exceptionum vtpotè anomalas, seu mixtas, alias iustas, alias friuolas, seu impertinentes, alias incidentes, alias emergentes; tamen eas merito rejicit Osuald. Hilligerus ad Donell. *d. lib. 22 Comment. c. 2 littera A*, Pichard. *in d. § appellantur, n. 3. in fine*, Balboa *in d. c. 1. de ordine cogn. à n. 17.*

13 † Et enim licet exceptionis anomalæ, seu mixtæ sint, vtpotè transactionis, litisfinitæ, & rei iudicatæ quæ ante litem contestatam opponi debent, vt actor repellatur à limine Iudicij & quamuis merita causæ respiciant, & ius actoris extinguant; Etenim non peremptoriæ, sed anomalæ dicantur; quoniam opponi possunt in vim dilatoriarum, non ideo desinunt esse peremptoriæ, eo quod semper actionibus obstent vt eius Ius perimant, vt *in d. l. 2. §. fin. cum l. seq. ff. hoc tit.* nam earum natura non mutatur, ex eo quod ante litem contestatam opponi possint cum præcipuè in talis exceptionibus opponendis Ius publicum versetur, ne instaurentur iam finitæ lites, vt prohibitum est, *in d. l. postquam lite, Cod. de pactis, l. causas Cod. de transact. l. fin. C. de re iudicata*, tradunt relati, & Valensis *hic n. 15.* & has non anomalas, nec mixtas; sed priuilegiatas appellat Balboa *in dict. cap. 1. de ordine cognitionum sub n. 17.* vbi cauendum esse existimat & communi sententia antiquorum panormitani *in d. cap. 1. de ordin cogn. n. 89.* Parisij *n. 6.* Felini *in c. exceptionem, n. 36. hoc tit.* dicentium omnes exceptiones peremptorias admitti & opponi posse ante litem contestatam, ad impediendum litis ingressum, si paratus sit reus de Iure suo docere incontinenti, & sic præstatas exceptiones; de quibus fit mentio, *in d. cap. 1. de litis contest. lib. 6.* expectare ad Ius quoddam singulare. Imò addo cum Bartolo *in l. fin. ff. pro suo*, Iasone *in l. nam & postea, n. 15. ff. de Iureiurando*, cum Greg. Lopez *in d. l. 8. tit. 3. p. 3.* Azeued. *in l. 1. tit. 5. lib. 4. recopil. n. 44.* quod cum prædictæ exceptiones *in d cap. 1.* relatæ, opponuntur ante litem contestatam ad impediendum litis ingressum, reducantur ad dilatorias si verò opponantur ad perimendum Ius actoris, & causam finiendam, tunc peremptorias vocari, cum opponantur post litem contestatam. † Sed 14
qualiter debeat opponi exceptio anomala, quando obijcitur tanquam dilatoria, aut tanquam peremptoria; inter Doctores sub Iudicio est, nam aliter Bartol. *in l. fin. ff. pro suo*, Maranta *in prax. p. 6. tract. de except. num. 13* post Baldum, & Alexandrum, aliter Paz *in praxi tomo 1. p. 1. temp. 7. num. 3. & 4.* qui tres decidendi modos refert, Carleual. *de Iudicijs, parte 2. tit. 3. disp. 5. num. 26.* vbi cum eodem Paz *suprà num. 6.* existimat id percipi ex forma libelli, quo reus objicit exceptiones anomalas vt videlicet reus in ipso libello expressè dicat, se objicere exceptiones in vim dilatoriarum, vel peremptoriarum, prout melius de Iure locum habuerit ad impediendum etiam litis ingressum vel progressum. † Est 15
enim dicendum non esse de substantia exceptionis, quod proponatur ante vel post litem contestatam; sed solùm quod sit temporalis, & ad tempus actionem excludat, quoniam ea solemnitas Iudiciorum à Iure positiuo inuenta de opponendis dilatoriis ante litem contestatam, & peremptoriis post contestationem, naturam exceptionis non mutat, Balboa *in d cap. 1. de ordin. cogn. n 18. in fine.* vide *infrà in cap 4. versic. ad secundam.* † Vnde lucem accipit textus, *in c. Pastoralis 5. & cap. cum venerabilis 6. versic licet autem h t. & in c. nostra de procuratorib.* vbi habetur quod 16
si dilatoriæ exceptiones exortæ fuerint, post litẽ contestatã, vel post elapsum tẽpus, aut ad notitiã suam peruenisse reus Iureiurando affirmet, vel talis sit exceptio quæ retrotractũ processum reddat nullũ cuiusmodi est quæ vel madati, vel iurisdictionis defectũ arguit, seu præscriptionis, vel non numeratæ pecuniæ excõmunicationis, nam etsi harum, & aliarum nonnullæ sint de sui natura peremptoriæ adhuc proponi queunt ante litem cõtestatam, iuxta text. *in d. c. 1. de litis contest.* item etsi aliæ de sui natura sint dilatoriæ, quæ regulariter opponuntur ante litem contestatam,

tamen

tamen ex causa iusta, vt probatur, *in d. c. Pastoralis, & in dict. versic. licet autem, & in dict. cap. in nostra,* & post litem contestatam proponi poterunt notant Panormitanus *in dict. cap. Pastoralis, num.* 10. Felinus *n.* 9. Parisius 12. Alexander de Neuo 19. *num.* 14. & 15. Rebuffus *de except. num.* 101. Azeuedo *in dict. l.* 1. *n.* 44. *tit.* 5. *lib.* 5. *recop.* Valensis *hic num.* 11.

17 Ex quo patet quod etsi communicationis exceptio sit dilatoria iuxta Textum *in cap. exceptionem, hoc tit. cap.* 1. *eodem, lib.* 6. *cap. decernimus de sententia excommunicat. lib.* 6. aliquando mixta solet appellari, nam in vim dilatoriæ opponitur ad repellendum excommunicatum, interdum ad effectum annullandi collationem, seu præsentationem factam ab ipso excommunicato, *cap.* 1. *pastoralis* 7. *de clerico excommunicato ministrante, c. cum inter* 16. *de electione, cap. constitutis de appellat.* cum adductis à Couar. *in cap. alma mater* 1. *p.* §. 7. *n.* 9. Balboa *in dict. cap. pastoralis, num* 16. qui *in dict. c.* 1. *de ordine cognit.* ait hoc ideo fieri particulari ratione, nempe propter animarum periculum, *ibi num.* 26. & ne quis cogatur cum excommunicato communicare, *ex dem.* 1 *hoc tit. & in d. cap exceptionem,* aduertit Valensis *hic sub, d. num.* 11. Madera *lib. singulari animaduersionum,* ob idque concludit, Balboa *in d. cap.* 1. *de ordine cogn. d. num.* 18. *in fine,* quod etsi solemnitas proponendi hanc, & aliàs exceptiones dilatorias, post tempus assignatum de iure, vel præfixum à iudice sublatum sit, non ideo debere, aliam esse exceptionis speciem constituendam quæ neque peremptoria neque dilatoria sit.

18 † Et notat Valensis *hic d. num.* 11. *in fine,* quod in proponenda hac excommunicationis exceptione, debet seruari forma præscripta, *in c.* 1. *eodem, lib* 6. ne per malitiam opponatur, hocque procedere in prima instantia, nam si succumbens appellauerit prætextu excommunicationis propositæ à prosecutione apellationis repelli non debebit, cum omnis legitima defensio reseruetur etiam excommunicato, *in c. signif.* 11. *hoc tit* iuxta latè adducta *suprà in cap. intellex imus* 6. *de iudiciis,* vbi etiam *in quæst.* 17. *num.* 6. versic. *ad secundum, & num.* 12. versic. *ad tertium,* egi de ea quæstione, *an exceptio excommunicationis opposita, debeat apperte probari, vel sufficiat fama, & cui incumbat onus probandi.*

19 Itaque dici debet commentitias esse alias exceptionum diuisiones de quibus Glossa *in d. c.* 1. *de ordine cogn.* Rebuffus *in arbore exceptionis n.* 60. Mandosius *in tractatu de commissionibus, fol* 8. Patianus *de probat. lib.* 1. *d. cap.* 38. Zangerus *de except p. cap.* 3. *num.* 43. quatenus dicunt alias esse incidẽtes, aliàs verò emergentes cum reuera huiusmodi omnes, aut sunt dilatoriæ, aut peremptoriæ, nam etsi Doctores clarioris Doctrinæ gratia sæpe causas occurrentes quæstiones incidentes, aut emergentes vocent, teste Menoch. *de arbitrariis, lib.* 1. *quæst.* 45. Faquineo *lib.* 1. *contr. c.* 45. verùm Patianus *de probation. lib.* 1. *cap* 50. post longam disputationem, & alij relati, & Balboa *in d. c.* 1. *de ordine cognit. n.* 19. & 20. docent incidentes appellari quæ merita causæ respiciunt & Ius agentis perimunt, emergentes vero quæ personas in iudicio consistentes, & ordinẽ iudicij respiciunt, sequitur Gilquenius *in l.* 1. *Cod de ordine iudiciorum,* ob idque omnes incidentes, & emergentes, peremptorias, & dilatorias esse, etiam, & iustas, siue iniustas friuolas, & alias quascunque iam supra signatas, aut in vsu iuris nominatas reducendas esse ad relatam nostram diuisionem traditam à Iurisconsulto *in d. l* 1. & 3 *ff. hoc tit.* videbis sic comprobantem Robertum *lib.* 1. *sentent. cap* 12. & his adiungo, quæ tradit Carleual *de iudiciis p.* 1. *disp.* 5. *tit.* 2. & *tit.* 3. *disp.* 16. & 17. cum ab eo relatis, qui ex multis, *num.* 4. signat tertium genus exceptionis anomalæ & huius numerauit Marianus Socinus *in cap. olim. inter ex num.* 16. *de litis contest.* species 33. impedientes litis ingressum & Francus *in d. c.* 1. *eod. lib* 6. assignat. 43. & præter omnes copiosè Blancus *de except. tom.* 3. *tract.* 1. qui congerit septuaginta exceptiones.

Ad secundam difficultatis partem breuiter respondeo quod sicut olim actio sub certa formula impetrabatur à Prætore, & concipiebatur, *l.* 1. § *deinde ex his, ff. de origine iuris, l.* 1. & 2. *Cod. de formulis imp. sublatis.* latè Rebardus *in Rubr. de interd. ctis,* ad quod applicabis *dict. sup. in Rubr. de iudiciis* vbi de ea quæ *in ius vocando concipiebatur,* ita similiter exceptio eodem contextu & oratione à Prætore certa formula concipiebatur, & iudici in dando orationem præcedentem de condemnando reum temperabat, *l. sicut* 8. §. *quod si is.* versic. *non voluntate ff quibus modis pign.* soluatur, vbi ad notant Gotofredus *l. si quis sub conditione* 7 *ff. de conditionibus, inst si* in versic fin. ita legens. *quanquam & si cautum esset in ipsa actione exc. pt. tuendus esset promissor* cum Brisonio *lib.* 7. *de formulis pag* 449 quam & alias ad hoc notat Cuiac. *lib* 5. *obs cap.* 34. 20

Formula nam concipiebatur, & præscribebatur à Iusdicente iudici dato his voculis & articulis, *nisi, si non, si nihil* & similibus, *vt in leg. fin.* §. *si ad ianuam,* versic. *aut exceptionem ff. quod vi aut clam. leg.* 2. §. 2. *ff. de doli except. in l si. quis rem* 28. *ff. de except. rei Iud. l. qui cum harede* 15. *ff. de oblig. & act. l. si præteritus* 15 *ff. de bonorum poss. contra tabulas, l. fundum* 16. *ff. hoc tit.* & in aliis, veluti si ita diceret Prætor *si pact. Lucium Titium decem mutua Caio dedisse nisi quid Lucius Titius pactus erit ne à Caio petere iudex condemnato,* obseruat Alciatus *lib.* 4. *disp. c* 23. Zangerus 1. *p de except. cap.* 3. *n.* 19. Duarenus *in leg. iuris gentium,* § 3. versic *actionem à Prætore dandam ff de pactis,* Cuiac. *in parat. C. hoc tit. & dict c.* 34. Donell. *lib.* 12. *com. c.* 1. 21

Et quia formula concipiebatur sub conditione, ideo Paulus *in l. exceptio* 22. *ff hoc tit.* dixit exceptionem nil aliud esse, quam conditionem, vti eam accipiunt vltra Donellum & Zangerum relatos Hotomannus *in* §. 1. *inst. hoc tit enunt.* 1. Petrus Faber, *lib.* 3. *semestrium, c.* 14 Antonius Faber explicans actionem hypothecariam *de erroribus pragm. decade* 18. *errore* 3. Melchior de Valencia *Epistola iuris exercit. Epistola* 3. *exercitat.* 4. *n.* 7. Pithardus *in Rub. de except.* dicens lectionem hanc Pandectarum Florentinarum verionem esse non vulgarem quæ habet *contradictionem,* quam amplectitur Petrus Gregorius *lib.* 21. *sintag. cap.* 17. *num.* 1. reprehensus à Petro Fabio *in leg* 154. *ff. de regulis iuris.* 22

QVÆSTIO II.

Exceptio litis pendentiæ an impediat executionem sententiæ: An exceptio de iure tertij detur in iure: An statuto prohiberi queat; vt exceptio opponatur: Et an exceptio nullitatis rei iudicatæ possit opponi in executione sententiæ: Et an exceptio sit indita iure naturæ: Et an sit iuris aut facti?

SVMMARIVM.

1 *Exceptio litis-pendentiæ quando impediat executionem sententiæ, num 2. vbi de exceptione, ne continentia causæ diuidatur, & quæ differentia inter vtramque, n.3.*

4 *Exceptio, ne continentia causæ diuidatur est dilatoria.*

5 *Exceptio de iure tertij regulariter non datur, fallit in plerisque, n 7.*

7 *Exceptio non obstante statuto potest in multis casibus opponi, imo & quæ oritur ex visceribus instrumenti. nec censetur sublata exceptio excommunicationis, n.8 & 9.*

10 *Exceptio nullitatis rei iudicatæ qualiter potest opponi in executione, n. 11.12.13 14.15.*

16 *Exceptio nullitatis contra executionem, opponi potest in casibus hic expressis, n.17.18.19.& 20.*

21 *Exceptio est indita à iure naturæ & quibus modis consideretur, n.22. & 23. & est iuris non facti, n.27.*

23 *Exceptionis defensio quando per Principem, tolli potest, n.24 & 25.*

24 L.si vnus, §.ne peteret ff.de pactis.

1 AD primam difficultatis partem, vt plenè respondeas, leges quæstionem de qua *supra in Rubrica vt lite pend. nil nouetur, quæst.1.* versic. *ad tertiam*, vbi *an exceptio litis pendentiæ distet ab ea scilicet, ne continentia causæ diuidatur*, ad quod applicabis, quæ adduxi, *supra in c fin. tota quæst.1. de iudiciis.* † Cum ergo controuersum sit, quo

2 tempore exceptio, ne continentia causæ diuidatur, seu litis pendentiæ opponenda sit, & Albericus *in l.nulli.num.1.de iudiciis*, vbi alij. Riccius *collect.366.* Affinius *in praxi, §. 3. cap.2 limit.18* & cum aliis Carleual *de iudiciis, p.1 tit. 2. disputat.1. num.9 10.11.* cum aliis ve[...] adnotant, posse opponi in qualibet parte iudicij ex eo quia, quāuis hæc exceptio sit dilatoria cum tamen ex diuisioni iudicij resistat, & imponat pœnam, *in dict. l.nulli*, ac per consequens quidquid contrafit nullum esse, *l.non dubium Cod.de legibus*, ob idque iudiciū post oppositionem istius exceptionis quandocunque opponetur esse nullum: Nec obstat Iason *in d.l.nulli, n 6.* quatenus dicit hanc exceptionē, vt dilatoriam debere opponi ante litem contestatam, iuxta Textum *in l prætor, § fin ff. de vacatione, & excuss.mun. l exceptionem, Cod. de probat.c. inter Monasterium 20. de sent. & re iud. l.9 tit.3. part.3.* & alia iam *supra*, adducta; quia respondeo ex dictis ad nostram Rubricam vbi dixi non esse de essentia dilatoriæ exceptionis, vt opponi debebeat ante litem contestatam, cum hæc Regula ab alio principio quidditatem sumat. Tunc etiam quia nulla causa cum se ipsa potest habere continentiam, quia continentia, cum relatio sit præsuponit diuersitatem inter extrema.

Imo, & si vt verissimè alij existimant præfata exceptio non sit eadem, ac exceptio litis pendentiæ, vel præuentionis, quia ista debet opponi ante litem contestatam taliter, vt eâ iam contestatà, non opponatur. vt considerant Baldus *in l. peremptorias, num.40. Cod. sententiam rescindi non posse, & in Auth sed nouo Iure, num.12.Cod. de seruis fugitiuis*, Alexander *cons 105.num.26. lib 3.* Felinus *in cap cum Ai ferrariens.num.25. de constitut.* Carleual *vbi supra dict. num.9. 10 & 11.* & quod inter hanc exceptionem litis pendentiæ, & alias dilatorias sit non leue discrimen, cum præfata exceptione ne continentia causæ diuidatur. Tamen vtcunque sit existimo hanc exceptionem litis pendentiæ oppositā, impedire executionem sententiæ. † Et quod exceptio ne continentia causæ diuidatur sit dilatoria, dicunt Craueta *in cons 818.num 2.* Minsingerius *cent.2 obs.97* Barbosa *in cap 4.hoc tit.num.6.& ibi num.8.* cum aliis, aut exceptionem litis pendentiæ, vbi dilatoriam ante litem contestatam opponendam esse, vbi *num 9.* ait, quod contumax nequit allegare exceptionem litis pendentiæ & *ibi num. 10.* ait cum aliis litis pendentiam indici ex certa citatione in qua sint expressa ex per quam reus possit instrui. 3 4

Ad secundam quæstionis partem, respondeo cū Bart. *in l.2.C hoc tit.* non dari de iure tertij exceptionem in iure sequitur Riccius *col. 605.* vbi ex Anna *sing.131.* referre decisum, quod feudum possidens conuentus non opposuit de iure tertij; & idem, *col.1987.super Rub ff. hoc tit.* ait regulariter de iure tertij opponi non posse, & Ferret. *dec.330. p.3.* refert decisum post sententiam transactam in rem iudicatam non admitti exceptionem de iure tertij, & ita visum fuisse senatus cataloniæ. 5

Tamen in pluribus èconrà dici debet nam fallit regula *numero præcedenti*, scripta primo quādo hæc exceptio in totum Ius agentis excluderit Robertus *rerum iudicatarum, lib 2. decis 3.* Secundo in ipsomet tertio authore qui de alicuius iure vult opponere, nam tunc valet oppositio, dummodo Ius, quod adducit, plenè probet, & sit exclusiuum iuris alterius, ita Rota Romana teste Verallo *decis. 254. parte 2.* Tertiò vbi de iure tertij potest opponi, quando agens cessit Ius suū alter., quia ei potest opponi *tu cessisti Ius tuum alteri*, & sic cum nullum Ius apud te remanserit, non potest experiri, ex eo, quia sufficit reo vt vincat ob non Ius agentis etiam si de iure suo non constet sic Gaid.[...]ap. *dec.530.& dec.567.* Rubinus *decis.1[...]* qui allegat Textum, *in l.fin C de re vindicatione.* Quarto quando in totum excludit ius alterius. [...] si dicas rem quam à me petis non est tua, sed Titij quia non est cur audiaris, cum petas rem in qua nullum Ius tibi competit; verùm etiam et si solùm in parte Ius agentis excludit, vt pote si qui totum petat cum sint alij Ius simile in eadem re obtinentes, sic Aetamanus *dec.3.de except.* quem sequitur Riccius *d col. 1988.* versic. *limita septimo.* Quinto poterit etiam opponi, vbi actus, quo quis vtitur, esset ipso iure nullus Vibius *decis.291.num 11.* Sexto ex Cornaz *in decis. 23.* quatenus agi posse allegari Ius tertij ab eo cuius interest, & sic Thesaurus *dec. 4.* dicit in quacunque materia posse allegari Ius tertij ab eo cuius interest, & refert decisum Michael Ferrer. in senatu Catalan. *dec 128.li 3.obs* Septimo de iure tertij liceat opponere, vbi quis aliquod dānū pateretur 6

retur nisi excipleret, prout decisum refert in Senatu Cataloniæ Michael Ferrer. *dec.* 328. *lib.* 3. *obseruat.* allegans Textum *in l. quandin . ff. de bonis libertorum.* Octauò in beneficialibus ; Nam in illis licitum est excipere de iure tertij , Cancerius *decis.* 223. *tit. de tertiis opposit.* Nonò vbi agitur de bono publico , & allegatio de iure tertij concerneret publicam causam , idem Cancerius 8. *tit. de tertiis opposit. decis.* 16. Et ob eam causam Seraphinus *in decis. Rota Rom. M.* 333. decisum refert posse tertium opponere de nullitate alienationis rerum Ecclesiasticarum ob non seruatam vtilitatem, etiam Ecclesia nolente. Item regula limitatur in casu , de quo scribit Osascus *in decis.* 74. & in aliis casibus adductis à Thesauro *d. decis.* 4. vbi plenissimè regulam præfatam limitationibus exornat. Alia dico *infrà in cap.* 17. *de re iudicata* , vbi *de tertio se opponente per exceptionem.*

7 Ad tertiam quæstionis partem , quia Bart. *an Textum in l.* 1. *§. parui , ff. quod vi aut clam* magistraliter agit de materia statuti prohibentis exceptiones opponere ; Ideò breuiter dico , quod non obstante præfato statuto , potest opponi exceptio simulationis, Robertus *lib.* 1. *rerum iudicatarum* 16. Secundò vt possit etiam opponi exceptio præscriptionis Ant. Faber *in decis.* 5. *Cod. de præscript.* 30. *Annorum.* Tertiò exceptio descendens ex defectu competentiæ Iudicis , Minsing. *cent.* 5. *obs.* 5. ibi nonnullos casus huic similes adiungit ; Alios refert Riccius *collect.* 464. vbi idem procedere ait in exceptione nullitatis secundum Vibium pulchrè agentem *decis.* 120. Item exceptio quæ prouenit ex defectu citationis, cum citatio sit de iure naturæ , vt colligitur ex Afflictis *decis.* 281. Item & omnis exceptio opposita per debitorem, idem Vibius *decis* 175. Sextò exceptio Iudicis suspecti Iastedus *decisione* 29. quod notat ad intellectum Glossæ *in cap. ad hæc de rescriptis* , quo loco latè disputatur si Princeps possit causam remittere cum clausula *remota suspicione.* Et applicabis quæ dixi *supra in cap.* 4. *de foro comp. quæst.* 14. vbi de clausula *appellatione remota* ; Imò applicabis , quæ dico statim *infrà* in
8 in versic. *ad quintam quæstionis partem.* † Item nec censentur exclusæ exceptiones illæ quæ oriuntur ex visceribus instrumenti , vel contractus Bart. *in leg.* 1. *§. parui , ff. quod vi , aut clam.*
9 Ripol. *cap.* 4. *num.* 44. † Et idem *n.* 140. ait quod exceptio excommunicationis non censetur sublata per constitutionem si auferrentur omnes exceptiones cum Bart. Felin. & Berojo.

10 Ad quartam quæstionis partem , an exceptio nullitatis rei iudicatæ possit opponi in executioni sententiæ ; Igitur vt clarè hæc dificultas intelligatur . etsi communis Doctorum praxis sit, & resolutio , vt possit opponi in executione sententiæ , vt Doctores agnoscunt *in l.* 1. *Cod. de executione rei iudicatæ* ; Tamen duo sunt distinguen-
11 di casus. † Vel cum nullitas obiicitur sententiæ aut instrumento post captam executionem , ad impediendum eius cursum , aut obtinendam victoriam , aut in casu , quo executio, aut pignorum captura fieret sine citatione , vt hic Castellæ fit virtute cuiuslibet instrumenti guarentigij iuxta ea quæ latè adduxi *in cap.* 1. *de fide Instrum.* vel obiicitur nullitas eo tempore , quo est expeditum mandatum de patendo virtute sententiæ , aut præceptum soluendi cum comminatione executionis virtute instrumenti guarentigiati ad impediendam ipsam executionem , quibus temporibus nullitas obiecta planè obiicitur per modum
exceptionis. † Secundus est casus quando nul- 12
lius obiicitur per viam actionis , veluti si nulla mota lite ab alio creditore , aut Actore super executione sententiæ , aut instrumenti , nec petita executione Reus ipse , aut debitor obligatur ex sententia , aut instrumento petit sententiam, aut instrumentum declarari nulla mouens ipse primò litem , Aduersariumque præueniens nondum prouocatus , vel quando iam facta executione , & quiescente Aduersario , qui eam obtinuit victus proponit nullitatem sententiæ , aut instrumenti executionem contendens omnia reuocari deberi.

In primo enim casu nullitas obiecta constat 13
ex actis , vel potest in incontienti probari , tunc impediet, seu extinguet executionem ; quia quod nullum est , nullum potest habere effectum *l.* 4. *§. condemnatum , ff. de re iudicata l. non putauit* , *§. non quauis , ff. de bonorum possess. contr. tabulas leg. non dubium* 5. *Cod. de legibus . l. si aut nullum* 4. *Cod. de legitimis hered. cap. illud* 8. *de iure patronatus , cap. non præstat* 52. *de regulis iuris in* 6. Decius *in cap. in litteris* 9. *num.* 16. *de officio & potest. Iud. delegati* , Rolandus *consilio* 59. *num.* 3. *volum.* 3. Gailius *obsernat. pract. lib.* 1. *obseruat.* 113. *num.* 2.
† Aut nullitas proposita , vt probetur, & con- 14
stet requirit altiorem indaginem ; Nam tunc non impedit executionem sententiæ, aut instrumenti, quia in via executiua non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem , Bartolus *in d. l.* 4. *§. condemnatum , ff. de re iudicata* , *num.* 3. Romanus *cons.* 76. *num.* 3 Vantius *de nullitate tit. quot , & quibus modis nullitas in iudicio proponatur*, *num.* 32. Couarr. *pract. cap* 24 *num.* 6. *& cap.* 25. *in principio.* Scaccia *de appellat. q.* 19. *remedio* 1. *col.* 5. *num.* 4. & *ex tit.* 23. *&* 34. Giurba *decis.* 100. *num.* 8. Cencius *de censibus* 2. *p. cap.* 2. *q.* 4. *art.* 12 *n* 8. Ioannes Garcia *de expensis cap.* 24 *ex num.* 11. Rodericus *de annuis redditibus lib.* 1. *q.* 10. *num.* 29. *circa finem* , Gailius *vbi suprà* Carleualius cum multis *de Iudiciis p.* 2. *tit.* 3. *disp.* 16. *à num.* 1. de quibus exceptionibus requirentibus altiorem indaginem *infrà* dico.

In secundo autem casu nullitatem non impedi- 15
re executionem sententiæ , aut instrumenti , sed pendente causa nullitatis a Reo motam sententiam, vel instrumentum esse executioni mandanda contra debitorem ; docent Angelus *in l.* 1. *n.* 5. *ff. nil nouat. appell pend.* Bald. *in l. si quando* 7. *n.* 5. *Cod. de ordin cogn.* Vant. *vbi suprà n.* 29. Guttierr. *de iuram. confirm.* 1. *p. c.* 2. *n.* 29. Azeued. *in l.* 1. *tit.* 21. *lib* 4. *recop. n.* 143. Scaccia *de appellat. q.* 19. *rem.* 1. *concl* 4. *ex n.* 1724. multis aliis Carleuall. *in d c.* 16. *à num.* 2. ex eo , nam esset iniquum vt debitor timens ne conueniretur à debitore præueniendo ipsum solùm proposita nullitate, & nondum probata fraudaret creditorem , auferens illi viam executiuam, & illum illudens se liberaret à celeri & breui exactione debiti, ad quam se obligauerat, deinde quia nullitas quæ proponitur agendo requirit processum, & rem ordinariam Iudicij; quam regulam limitant Doctores relati , si nullitas sententiæ , aut instrumenti , aut contractus constaret in promptu ex ipsis actis , aut instrumento, aut probaretur in continenti ; Nam tunc nullitas opposita per viam actionis impediet executionem postea intentam , cum similiter hæc militet in hoc casu , ac suprà dictum est quando op-

ponitur

ponitur per viam exceptionis ſiquidem, quod conſtat nullum eſſe, nullum effectum poteſt operari ex *d.l.*4. §. *condemnatum de re iud.* cum aliis plenè Antonius de Amato *variarum reſolut lib.*1. *reſolut.*36. Afflictis *deciſ.* 83. Octauianus Veſtr. *in Curia Romana lib.* 8. *cap.*1. *n.* 7. Carleual. *ſuprà num.*23. qui *num.*24. 25. 26. limitat de iure Neapoli.

16 Itaque ſecundùm præfatas diſtinctiones infero ad caſus ſequentes, in quibus exceptio nullitatis opponi quit contra executionem. Primò in exceptione adminiſtrationis tutelæ, licet non impediat executionem, Vibius *deciſ.*317. *num.*1. *lib.*2. *Rota*, vt per Sarnon *deciſ.* 65. Licet Puteus *deciſ.*146.*lib.*1. aſſerat hunc Articulum non fuiſſe diſcuſſum, & hoc idem fuerit reſolutum in Romana Salniani interdicti 19. Nouemb. 1599. coram Cardinali Lanceloto, vt refert Statilius Pacificus *deciſ. Rota* 121. & facit Afflictis *in de-*
17 *ciſ.*13. *num.*16. † Secundò in exceptione ſupplementi legitimi, licet non retardet etiam executionem, idem Statilius *deciſ.* 190. Riccius *collect.*1245. qui cum Seraphino *deciſ.* 390. Tertiò ampliat in exceptione dominij, quod intelligunt Paliotus *deciſ.*32. Puteus *deciſ.* 54 *lib.* 2. *&* *deciſ.* 233. *&* 243. *lib.* 2. niſi dominium eſſet iam probatum, vel in continenti probatur, quia tunc executio ſuſpenditur, quod tamen intelligit Riccius procedere in ſecundo caſu *ex deciſione Rota* 103. *p.*1. *diuerſ.* aliquid adducit Capicius *deciſ.*10. *num.* 19.

18 Quartò procedit in exceptione non complementi, quæ impedit executionem aduerſus obligationem cameralem, Caputaq. *deciſ.* 117. *p.* 3. quæ locum habet etiamſi in minori parte verificetur Puteus *deciſ.*340. *num.*1. *lib.*1. *&* *deciſ.* 357. *lib.*3. Caputaq. *deciſ.*316.*p.*3. quod intelligit Riccius *dicta deciſ.*1245. *ex Rota diuerſ. deciſ.*810 *p.*1. ſi à parte opponatur aliàs valere Iudicium præcipuè in contractibus innominatis, & tradit reſolutum in Rota in vna Romana Vineſer-
19 riet. 1592. coram Cardinali Blanq. † Quintò procedit etiam in exceptione oppoſita da non iure agentis, quæ executionem retardat Caſſadorus *deciſ.* 1. *de deſtit. ſpoliatorum*, Rota diuerſ. *deci-*
20 *ſione* 340. *p.*3. *lib.*3. † Item procedit in exceptione periurij; licet executionem non retardet, vt fuit reſolutum in Rota Romana *in vna deuolutionis Malendini* die 23. Februarij 1579. coram Lauretano Riccius *ſuprà*, vbi tanquam indubitatum dicit executionem ſententiæ retardari per appellationem, quoties ea venit admittenda; ſecùs ſi non ſit permiſſa, vt in Iudicio momentaneæ poſſeſſionis iuxta ea quæ dico latè *infrà in cap.*4. *&* 7. cum aliis *de appellat. & ſub tit. de re iudicata*, Carleuall. *de Iudiciis* 2. *p. lib.*1. *diſp.*17. ait quaſdam exceptiones opponi, non contra ſententiam; ſed contra executionem eius, quæ modificatiuè dicuntur, de quibus dico *infrà quæſtione ſequenti.*

21 Ad quintam quæſtionis partem, an exceptio ſit iuris naturæ indita, vt reſpondeant Cottaſ. *lib.*2. *miſcel. cap.*16. *num.* 11. Didacus Perez. *in lib.*1. *tit.*8. *lib.* 5. *ordinam. colum.* 22. verſic. *quid*
22 *dicendum* diſtinguunt. † Dicentes exceptionem, aut conſiderari in abſtracto, quoad ſuam ſubſtantiam, & vltimum finem, qui eſt defendere & ita conſideratam eſſe iuris naturalis quatenùs defenſionem continet, & tunc veram eſſe ſententiam, Panorm. *num. fin.* Felin. *num.* 4. Decij *num.*6. hic *in Rubr. de except* eo quod exceptiones continent defenſionem, *l. ſiquidem* 9. *l. defenſionis facultas*, *Cod. de Iure Fiſci lib.*10. *cap. cum inter* 5. verſic. *inquiſitionis*, *cap. ſignificauit hoc tit* quia vt iam *ſuprà* adduxi, dicuntur arma Reorum, ſed nemo ignorat defenſionem eſſe iuris naturalis, *l. vt vim* 3 *de iuſt & iure l.* 1. §. *cum arietes*, *ff. ſi quadrupes paup. feciſſe dicatur*, *l. ſcientiam* 45. §. *qui cum aliter*, *ff. ad legem Aquill.* ergò & hæc doctrina confirmatur ex adductis *ſuprà in cap.* 1. *de cauſa poſſeſſionis q.*2. *q* 3. *& q.* 4. vbi multa *de neceſſitate citationis*, *& in cap.*2. *de Teſtibus*, *& in cap. pen. de foro comp. cap.*6. *de Iudiciis.q.*15.

Vel eſſe conſiderandam in concreto quatenùs 23
reſpicit modum & formam excipiendi, & eo caſu eſſe de iure poſitiuo, & ciuili, ſicque poſſe tolli Principis reſcripto, & ſecundùm iſtum dicendi modum eſſe intelligendos Bartoli *in lex. ex hoc iure ff. de Iuſt. & iure*, *num.*19. vbi Oroſcius *num.*69. Mantua *in Rubr. hic num.* 12. Antonius Faber *in Papinianea deſt.* 2. *principio* 5. *illat.* 5. eo quod exceptio eſt actionis exclusio, ſed cum omnes exceptiones quantumcumque ex obligationibus iuris gentium deſcendant ſint iuris Ciuilis *l.*2. §. *deinde*, *ex his ff. de origine iuris*, *l. actionum genera* 14. *in fin ff. de oblig. & act. leg. in commodato* 17. § *ſicut*, ibi *actioneſque Ciuiles*, *ff. commodati*, Forcatulus *Dialogo* 82. Faber *vbi ſup.* ergò & ſimili modo dicendum erit exceptiones eſſe iuris Ciuilis; Item & quia exceptio tollitur lege poſitiua, & Principis reſcripto *l.*3. §. *ſi is*, *pro quo*, *ff. quod quiſq iuris*, *l. exempto* 16. *Cod. de Decurionibus lib.*10. *cap. ex parte*, *& l.*2. verſic. *niſi exprimatur de offic. Iudic. deleg. l* 1. *tit.*31. *lib.*4. *recop.* quæ ſi iuris eſſet naturalis non tolleretur, *l. eas obligationes* 9. *ff. de cap. diminut.* §. *ſed naturalia inſt. de iure naturali.*

Sed quia Principes, & leges Ciuiles, ſeu Ca- 24
nonicæ non ſolùm tollere poſſunt exceptiones, quo ad modum, & formam; Verùm & quoad ſubſtantiam, taliter quod nullomodò exceptio admittatur *ex d.cap. ex parte*, cum aliis iam relatis; Ideò veriùs cum ad Principem ſpectet ius naturale interpretari, arg. Textus *in l. bona fides* 31. *ff. depoſiti*, ſicut ad Romanum Pontificem ius diuinum *ex cap. per venerabilem*, verſic. *rationibus, qui filij ſint legitimi*, D. Thom. 2. 2. *q.* 54. *art.* 4. Soto *de Iuſt. & iure lib.*1. *q.*7. *art.* 3. de quo iam alibi nonnulla dixi, ſequitur dicendum quod etſi defenſio iuſta ſit iuris naturalis, ſiue fiat per mores ab ipſo iure naturali inuentos, vt extraiudicialis, armis manibuſque, ſiue per modos ab ipſo iure ciuili traditos, vt Iudicialis, citatione, appellatione, exceptioneque; Tamen ſi Principi conſtiterit nullam defenſionem competere iuſtam poterit auferre omnis defenſionis modum, ſiue ſit extraiudicialis prout aufertur condemnatis ad mortem, qui abſque labe peccati defendere ſe non poſſunt, D. Thom. 2.2. *q.*69. *art.*4. Soto *de Iuſt. de iure lib.*5. *q.*6. *art.*4. Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.*1. *num.* 21. Gutierrez. *lib.* 2. *Canon. cap.* 24. ſiue iudicialis vt tollit citationes, exceptiones, appellationes, & recuſationes, *cap. cum ſit Romana*, §. *fin. de appellat.* de quibus aliqua dixi *alibi*, ſed non ob id dici debet, quod exceptio deſinat eſſe iuris naturalis, cum tantùm eam interpretetur Princeps declarans caſum, aut caſus, in quibus locum non habet; ſic docet Pichardus *in Rubr. inſt. de except. num.*19. *&* 20. Oſualdus ad
Donell. *lib.*22. *comment. cap.* 1. *littera E.* † Et ad 25
hanc

hanc doctrinam reduci debet Ripol. *var. cap. 4. num. 9.* quatenùs dicit posse Principem tollere exceptiones, quæ recipiunt ordinaria Iudicij. & in quibus parùm præiudicium partibus inferri possit; secùs quoad exceptiones, quæ respiciunt merita causæ, & interesse principale partium *ex l. ita nobis pudor, lege quoniam Alexandrum, Cod ad leg. Iul. de Adult. cap. Pastoralis de re iudicata, & in Clement. eiusdem tituli,*

26 Ex quibus dubium est, an exceptio sit quid facti, aut iuris, & respondeo breuiter exceptiones iuris esse, non meri facti; nec obstat Textus *in l. si vnus 27. §. pactus ne peteret, ff. de pactis* ibi *in stipulationibus ius continetur in pactis autem fa-*
27 *ctum versatur.* † Exceptio est quid iuris, non facti; quia etsi Glossa ibi varios cumulet intellectus, existimo vt sit facilis intellectus si prædicta verba conferantur cum aliis præcedentibus. Vult ergò innuere Consultus quod stipolat fortiùs sit vinculum quam stipulatio; nam etsi illa contrahatur per actum facti argumento, *l. consilio, §. penult. ff. de curator. furios.* Tamen interuenit in eo iuris mysterium, quod videlicet præcedat interrogatio, & sequatur responsio interrogati promitteotis dare, fallere super quo interrogatus fuit *l. stipulationum alie 5. §. stipulatio 1. ff. de verb. oblig.* quæ solemnitas constituit vinculum iuris vt *Inst. in princ. de verb. oblig.* quod non procedit in pacto; quia nihil tale est in eo, cum sit nudi facti consistens; videlicet in consensu, vel placido duorum, aut pluriom absque eo quod procedat interrogatio eius, cui aliqnid dari, vel fieri promittitur *ex l. 1. ff. de pactis*, per se non habens aliquod robur iuris, Iason. *in d. § pactus*, nisi talis pactio confirmetur, aut adiuuetur *l. 6. ff. de pact.* sic resoluit Matthæus Colleius *in Rubr. hoc tit. num. 9.* dicens vt sicut indubitatum est conuentionem inter stipulantes ab initio facti esse & tamen actio inde nata dicitur iuris arg. *l. si ex plagis 12. §. 2. in clino ff ad l. Aquiliam* ita exceptiones licet in his in principio versetur factum inesse productæ dicantur iuris, ex quo à lege non sint reprobatæ

Qvæstio III.

An exceptio declinatoria sit dilatoria, siue peremptoria; quid de recusatoria: Quando & coram quo Iudice qualibet proponatur, quid de exceptione expensarum, compensationis, inuentarij, & de aliis similibus: Et an exceptiones modificatiuæ opposita in causa principali ante sententiam, & reiecta à Iudice possint post sententiam opponi, & quid de peremptoriis?

Svmmarivm.

1 *Declinatoria verius est vt sit propriè exceptio dilatoria, num. 2. & 3.*
2 *Declinatoria quando opponi possit, n 3. & 4.*
5 *Recusatoria propriè est in Iudicem exceptio, & quando opponatur, num. 6.*
7 *Exceptia Incompetentia, coram quo Iudice proponenda.*
8 *Exceptiones expensarum, compensationis, inuentarij, pretij cadendarum actionum beneficij Epistola Diui Adriani, possunt opponi post rem iudicatam.*
9 *Exceptiones attentatorum ineptitudinis libelli, quod debent dari alimenta, & vt quis non conueniatur, vltra quam facere potest, quando opponantur.*
10 *Exceptiones modificatoria, qua & quando possint opponi. num. 11.*
11 *Exceptionis tacita reiectio quando intelligatur cognitum de ea, num. 12.*
13 *Exceptio peremptoria pluribus in casibus post sententiam allegari quit, vbi de Vellaiani, & Macedoniani exceptione.*
15 *Exceptio respectu militum minorum, & maiorum restituendorum, & pacti de non petendo quando opponatur.*
16 *Exceptio peremptoria præscriptionis nunquid censeatur tacitè reiecta.*
17 *Exceptio defectus iurisdictionis, & contra Iudicem suspectum, & qua reddant processum retrò nullum non censentur reiecta Iudice ad vlteriora procedente.*

AD primam quæstionis partem, vt congruum præbeamus responsum, aduerto dubium inter Doctores fuisse; an *dilatoria* verè sit exceptio, & cum partem negatiuam tuerarentur Padilla *in l. 1. Cod. de iuris & facti ign. n. 59.* Cujacius *in l. diffamari, Cod. de ingenuis, cap. 6. num. 7.* Vuesemb. *in parath. Cod. hoc. tit. num. 1* Zangerus *de except. 1. p. cap. 3. num. 11.* eo quod exceptio hæc tantùm exceptionem differat, sed non eam excludat contra exceptionis officium; Ideò cum communiter declinatoria exceptio dilatoria dicatur eam propriè exceptionem non esse dixit Panormitanus *in cap. quoniam contra falsam 11. de probat. num. 11,* motus ea ratione, quia declinatio iurisdictionis non proponitur aduersus actionem, nec ad excludendum Actorem, sed Iudicem, & sic hanc non contineri existimat in statuto loquente de exceptionibus. 1

Veriùs tamen est ex iam dictis *suprà ad principium Rubrica*, exceptionem dilatoriam propriè dici exceptionem; Nam dum durat, actionem excludit, quare Osualdus ad Donell. *lib. 22. comment. cap. 1 littera F,* ait hanc doctrinam comprehendi statuto loquente de exceptione, Gregorius Lopez. Madera *libro singulari animaduersionum cap. 28. num. 5. & 6.* Pichar. *in Rubr. inst. hoc tit. num. 16* & probant Doctores per Textum *in l. 2 §. sanè. leg 1. §. temporalis, ff hoc tit.* Ergo & si declinatoria primariò, & directè ad Iudicem respiciat; Tamen quia obliquè, & secundario ad Actorem, itavt aliquo modo eius actio deterior efficiatur, vt benè considerat *suprà*, Osualdus sequitur dicendum declinatoriam verè exceptionem esse iuxta Textum *in l. vlt. Cod. hoc tit l. 2. Cod. si contra ius, vel vtilitatem publ. l. 2. §. fin. l. 3. in fine, ff. hoc tit.* defendunt Couarr. *in Regula possessor. p. 1. in princ. num. 5.* versic. *quinto hinc apparet*, Zangerus *de except. 3. p. cap. 1. in princ. & p. 3. cap. 26. num. 49.* Gotofredus *in notis ad d. l. 2. §. 2. tit.* taliter vt statutum loquens de exceptionibus debeat etiam intelligi de dilatoriis ex Zangero *dict. cap. 26. num 63.* Pichar. *in Rubr. inst. de except n 15.* de dilatoria exceptione dixi latè *in Rubr. de foro comp. q. 3.* & applica *ibi q. 4. & in c. 4. de Iudiciis quæst. 77.* 2

Cumque inter exceptiones dilatorias illæ, quæ respiciunt personas Iudicis, videlicet declinatoria, 3

natoria, & recusatoria sint ante omnes alias dilatorias proponendæ, ne illis omissis, & procedendo ad vlteriota videatur Iudicis persona approbata, & prorogata eius iurisdictio iuxta ea quæ adduxi *suprà in cap. significast.* 18. *de foro compet.* Ant. Ropol. *variar resol. cap.* 1. *ex n.* 84. Maranta *in praxi p.* 6. *tit. de except. num.* 1. Carleual. *de Iudiciis* 5. *part. disp.* 2. *quæst.* 8. *ex num.* 991. in vt ipse *p.* 2. *tit.* 2. *disput.* 5. *à n.* 7. dicat hanc declinatoriam esse proponendam ante suspicionem, seu recusationem Iudicis; Nam suspicio Iudicis obiecta, & recusatio videtur præsupponere Iudicem incompetentem, cum incompetens per ipsam declinatoriam facillter, & sine ambagibus remoueatur, non per accusationem quæ plures solemnitates requirit, propositionemque, & exaexamen causarum, propter quas recusatur Iudex; Notat cum multis Carleual. *suprà*, Baldus *in leg. fin. Cod. de Iudiciis*, Ripol. *d. cap.* 2. *n* 88. Bart. *in l. quidam consulebant* 57. *num* 9. *&* 11. *ff de re Iudic.* & faciont plurima quæ adduxi *de recusatione Iudicum in cap.* 4. *de foro comp. per plures quæ-*
4 *stiones legendas.* † Barbosa autem *in cap.* 4. *hoc tit. num.* 13. cum altero Barbosa *in leg. cum Prætor* §. *fin. ff. de Iudiciis num.* 13. probat quod exceptio respiciens defectum personæ Iudicis, potest opponi post litem contestatam.

5 Recusatoria exceptio ligat etiam Iudicis manus, ne possit post eius obiectionem vlteriùs procedere, aut saltem non debeat; Nam acta facta à Iudice recusato an sint nulla controuertitur inter Doctores, quos referunt Tuscus *littera S, conclus.* 913. Scaccia *de Iudiciis lib.* 1. *cap.* 101. *ex n.* 16. Bobadilla *in Politica cap.* 8. *ex num.* 118. Carleuallius *d. secunda parte de Iudiciis tit.* 2. *disput.* 5. *num.* 11. vbi ex multis probat nullitatis vitio laborare acta facta à Iudice suspecto, & re-
6 cusato solemniter. † Imò hanc exceptionem esse proponendam ante litis contestationem, omnes communiter docent, nisi fortè postea de nouo causa recusationis, seu suspicionis emerseтit, quæ nouo quis habeat remedio *l. de ætate* 11. §. *ex causa, ff. de interrog.* aut in notitiam eius venerit Reus cum iusta iuris ignorantia excuset, *l. qui in alterius, ff. de Reg iuris:* arg. Text. *in cap. Pastoralis hoc tit.* ob idque meritò Iudicem recusari posse, probatur *ex cap. insinuante* 25. *de officio, & potest. Ind. deleg.* Andreas Valensis *hic num.* 7. qualiter, & quando de iure Ciuili proponeretur Textus est, vbi Doctores *in l. qui iurisdictioni* 10. *ff. de iurisdict. omnium Iud. l. apertissimè* 16. *Auth. si verò, l. cum specialis* 18 *Cod. de Iudiciis, quando de iure Canonico in cap. causam quæ est, dict. cap. insinuante* 25. *cap. suspicionis* 39. *de officio delegati cap. cum speciali* 61. *de appellat.* Scaccia *vbi suprà cap.* 101. *à num* 22. de iure nouiori quo ad recusationes Iudicum inferiorum *in leg.* 1. *&* 2. *tit.* 16. *lib.* 4. *recop.* quoad Superiorum *in l.* 1. *& toto titulo* 10. *lib.* 2. *recop in veteri ordinamento l.* 3 *tit.* 5. *lib.* 3. & in prædictis locis Didac. Perez. & Azeuedus, cum aliis Carleual *sub dict. num.* 11. vbi quid de iure Neapoli, sed quia ego dixi latè *in dict. cap.* 4. *de foro comp.* Ideò hæc sub compendio recipiens de hac exceptione recusatoria proponenda esse omnes alias exceptiones dilatorias multis adductis probat Barbosa *in cap. Pastoralis* 4. *hoc tit. num* 22.

Vnde quia iam ibi egi, coram quo Iudice re-
7 cusationis causa est agitanda; Nunc de incompetentiæ exceptione breuiter dico quod regulariter de hac potest cognoscere Iudex, coram quo opponitur ad quem pertinet determinare, an sua sit iurisdictio *l. ex quacumq.* 2, *in prin. ff. si quis in ius vocatus non ierit, l. si quis ex aliena* 5. *de Iudiciis*, vbi Glossa, & Doctores Canonistæ *in cap. super litteris* 20. *de rescript.* vbi Panor. Butrius, Felinus, & alij Valenzuela *cons.* 52. *à n.* 23. *& cons.* 200. *ex num.* 52. de quo iam adduxi *sub Rubr. de foro comp & in cap. penult.* ibi, *q.* 26.

Ad secundam quæstionis partem de exceptio- 8
nibus expensarum, & aliis ibi propositis dico breuiter exceptionem expensarum, quæ obiicitur vindicanti, aut exceptio compensationis inuentarij, pretij ab Emptore non soluti, cedendatum actionum, beneficij Epistolæ Diui Adriani, etiam post sententiam, & rem Iudicatam opponi posse; Nam cum prædictæ exceptiones non coarguant sententiam de iniustitia, sed dumtaxat eius executionem moderentur, & intra certos limites contineantur posse opponi per sententiam, singula singulis referendo, probant Doctores ex Textu *in l. domum* 5. *Cod. de Rei vindic. l. finali Cod. de const. pecun. l. Iulianus* 13. §. *offerri, ff. de act. emps.* Bart. *in l. in fundo* 38. *num.* 16. *ff. de Rei vind. & in leg.* 2. *num.* 1. *Cod. de compens.* Bart. Cinus, Baldus, Salicetus, Iason. *in l.* 1. *ff. de iuris & facti ignor.* Carleoal. *de Iudiciis* 2. *p. tit.* 3. *disp.* 17. *num.* 4. cum Menesio *in d. l.* 1. *ex num* 34. *vsque in finem*, latè prosequente. † Exceptio at- 9
tentatorum, & exceptio ineptudinis libelli potest opponi post litem contestatam, item & exceptio quod debent dari alimenta, vt cum aliis tradit Barb *in c.* 4. *hoc tit. n.* 15. 17. *&* 18. vbi *n.* 16. idē dicit de exceptione inuentarij, *& n.* 14. Idem de exceptione vt quis non cōueniatur vltra quam facere potest, vide adducta *suprà q.* 1. toto vers. *hac except.*

Ad tertiam quæstionis partem breuiter etiam 10
dico, quod licet regula sit vt exceptiones modificariuæ possint opponi post sententiam, sed non procedit quando eædem exceptiones fuerint oppositæ ante sententiam in causa principali, & Iudex illas expressè, aut tacitè reprobauit, quia eo in casu non poterunt rursus opponi in causa executionis, vt v.g. si maritus condemnaretur à Iudice ad solutionem dotis insolidum, quamuis ipse ante condemnationem allegasset se non posse vltra vires hæreditatis condemnari, quia fecisset solemne inuentarium nihilominùs à Iudice condemnaretur ad aliquid soluendum vltra vires hæreditarias, tunc enim exceptiones istæ non possent iterùm allegari post sententiam tempore executionis, quia videntur reiectæ, & ratio est, quia harum, & similium exceptionum reiectio tacita, vel expressa, cum semel sententia, quæ transiuit in iudicatum, parit, & producit exceptionem rei iudicatæ, quoad opponentem iuxta Textum, & ibi dicenda *in cap. quoad consultationum* 15. *de sent. & re Iud.* tradit Gloss. *in l. Nessen.* 41. *ff. de re iud.* Iason. *in d. l.* 1. *num.* 19. *ff. de iuris, & facti ignor.* Barbosa *in l. maritum, ff. soluto Matrimonio*, qui alios refert, & respondet ad quosdam Textus difficiles Molina *de iust. & iure tractatu* 2. *disp.* 160. *n.* 14. Quod si dubites quando dicatur tacita reiectio exceptionis, & hoc propriè inspiciatur cum v. g. Iudex non habitâ ratione exceptionis oppositæ ad vlteriora procedit in processu, & colligitur *ex c. ex parte* 67. *de appell. cap. suborta* 21 *de re iud.* de qua alia *infrà* dico, verùm existimo hoc dictum respectu exceptionum peremptoriarum, quæ sunt incompatibiles cum

iustitia

iustitia sententiæ admitti posse; sed respectu exceptionis modificatiuæ, si Iudex eius non habitâ ratione ad vlteriora procedit non intelligitur tacitè reprobari, sed magis ad tempus executionis reseruare, ideoquè poterit de nouo tempore executionis allegari quasi ad illud reseruatæ, hæc enim exceptio est compatibilis cum iustitia sententiæ, quia respicit moderationem executionis, & non tam propriè obiicitur contra sententiam quam contra executionem, & sic non videtur vt Iudex procedendo ad sententiam proferendam, pro Actore reiiciat tacitè prædictam exceptionem, quæ non est incompatibilis cum iustitia sententiæ, nec repugnat, aut aduersatur illi, potiùs verò eam in tempus executionis reseruat, vt notant Panorm. *in cap. cum in causam 7. n. 25. de iuram calum.* Carleual. *de Iudic. d. 3 p. disp. 18. n 8. circa finem*, vbi infert cum Menoch *de præsupt. lib 2. præsumpt. 74 n. 13.* cum Paulo *in l. ex diuers 17. §. si in iudic. n. 1 ff. soluto matr.* Rip. *in l. qui Romæ, §. duo fratres n. 26. de verb oblig.* Barb. *in d l mariti 13. n 53* quod exceptio modificatiua quamuis sit opposita ante sententiam, si de eius viribus cognitum non fuit, vel fuit cognitum & tamen non fuit à iudice expressè reprobata, possit rursus opponi in executione sententiæ, quia censetur in id tempus reiecta & reseruata.

12 Sed quando censeatur cognitum de exceptione, & quod necessaria sit cognitio, vt per processum ad sententiam videatur reiecta exceptio, tractant Paul. de Cast, *in l. vlt in prin. n 7 ff si cert. pet.* Gabriel *lib 2. commun. opin. tit de except. conclus. 1. n. 15. & 16.* Franc. Marc *decis. 157. p 2. a n. 1.* quod vberius intelligitur *infrà quæstione sequenti.*

13 Ad quartam quæstionis partem cum iam *suprà* dictum sit *de perempt. except.* quid sit quando opponenda, & quod regulariter opponatur ante sententiam *ex l. perempt. 2 Cod. sententiam resc. in 2i non posse*, veluti si reali actione conuentus præscriptionem, vel si personali exceptionem pacti de non petendo opposuerit, vt refert Carleual. *d. disp. 37. n 6. & d. disp 4. n 5.* cum pluribus ab eo relatis; Tamen prædicta Regula plures limitationes habet itavt post sententiam pluribus in casibus allegari queat, vt latè prosequuntur DD. *C de iuris & facti ignor.* Gratian. *Regula 348.* nam exceptio Macedoniani, quæ odio creditorum est introducta.

14 Et exceptio Vellaiani, quæ fauore mulierum, quamuis in actionem intentatam obiiciantur poterunt nihilominùs post sententiam opponi, *l. tamen 13.* vbi notat Gloss. *1. ff. ad Macedon.* † Sic
15 & militibus conceditur, quos arma magis, quam iura scire oportet *l. si minus 22. in fine principij, Cod. de iure deliber.* in eo succurritur beneficio prædictæ legis 1. vt peremptoriam exceptionem omissam post sententiam possint opponere notant Valasc. *de priuil pauper. & miser. pers. q. 17. num 159.* quemadmodùm & maioribus per beneficium restitutionis *l. minor 25. annis omiss ff. de minor.* Imò & exceptio pacti de non petendo post sententiam poterit opponi si factum fuerit post sententiam Carleual. *d disp. 17. sub n. 6.* alia adducit videnda cum multis Gratian. *Reg 348.*

16 Quare, vt ad punctum difficultatis propositæ, de effectu scilicet pronuntiationis tacitæ super peremptoria respondeam, dico aliter dicendum esse, ac dictum est de exceptione modificatiua, Nam si v. g. dominus egit aduersus rei suæ possessorem vindicatione rei & possessor opponit se legitimæ præscriptionis titulo rem comparasse, & Iudex non habita ratione præscriptionis oppositæ possessorem condemnauit ad rem restituendam, tunc eo in casu dicendum esse Iudicem tacitè reiecisse oppositam exceptionem præscriptionis iuxta regulam Textus *in dict. cap. ex parte de appellat. dict. cap. suborta de re iud. in fine*, & Bart. doctrinam *in l. à procedente 4 num. 4. Cod. de dilationibus*, & Pauli qui notabiliter loquitur *cons 311. num. 3. lib. 2.* Carleual, *de Iudiciis dict. p. 2. tit. 3. disp. 57. sub num. 8.* ex ea ratione, quia prædicta exceptio præscriptionis non est incompatibilis cum iustitia sententiæ, per quam Reus condemnatur, vt rem restituat, quæ si præscriptio esset completa, non ad Actorem, sed ad ipsum Reum pertineret iuxta Textum *in leg. 3. ff de vsu cap.* Et ideò vt sententia dicatur iusta dicendum esse videtur Iudicem tacitè prædictam exceptionem reiecisse, alias iniustè iudicasse si Reum effectum iam Dominum per præscriptionem ad rei propriæ restitutionem condemnasset, nam cum sententiam approbauerit contrariam, & incompatibilem cum exceptione, videtur reprobasse, & obiecisse exceptionem argumento à contrariis iuxta vsum Textus *in capite cum renuntiatur. 31 quæstione 1. leg. sed etsi pupillus 11. §. si in institutoria, ff de institutoria actione* facit Textus *in leg. ius nostrum, ff. de regulis iuris.*

Et pro complemento breuiter dico cum Ripol *variarum cap. 4 à num. 45.* quod exceptio defectus iurisdictionis non censetur reiecta Iudici ad vlteriora procedente, neque exceptio contra Iudicem suspectum ad vlteriora procedente, nec censeri tacitè reiectas exceptiones, quæ reddunt processum retrò nullum, improbat cum aliis. 17

QVÆSTIO IV.

Restitutio in integrum an sit actio, vel exceptio, & qualiter valeat opponi: Exceceptio rei iudicatæ quem effectum producat, & qualiter opponatur: Exceptio discussionis an proponatur, & dilatoria: Et exceptio quod Actori non competit ius, quando debeat opponi: Et quando sit declarandum à Iudice super exceptionibus oppositis: Et an tertius comparens pro suo interesse in causa possit in quacumque parte Iudicij in qua comparuit exceptiones dilatorias opponere?

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum opposita, quando vt exceptio intelligatur.*

3 *Exceptio Iudicata ad quos effectus opponatur quando vt peremptoria, seu aliter opponatur, num. 4.*

5 *Sententia lata à Laico inter Ecclesiasticos in possessorij causa obstat agenti coram Ecclesiastico.*

6 *Exceptio rei iudicata, quando opponatur. Et quando censeatur Reus pati iterùm de ea disceptari.*

7 *Exceptio rei iudicatæ, vt legitimè opponatur quæ requirat.*

8 L. cum ante, ff. de dolo & contumacia.

9 *Exceptio discussionis opponitur tanquam dilatoria, vbi de exceptione discussionis, n. 10.*

11 *Exceptionem non opponens intra legitimum tempus ei renūtiasse videtur, & quale hoc sit, n. 12.*

13 *Exceptio quod Actori non competit ius opponi potest in vim dilatoria, & peremptoria.*

14 *Exceptiones dilatoriæ illicò à Iudice declarantur, si ad vlteriora procedat, n. 15.*

16 *Exceptiones respicientes personam Iudicis, aut defectum iurisdictionis expresiè decerni debent. Idem si respiciant personas litigantium, n. 17. quid in dubiis, n. 18.*

19 *Exceptiones quando censeantur non requirere altiorem indaginem.*

20 *Exceptiones anomalæ quando illicò decernantur.*

21 *Et quid quando sunt intricatæ tertius ibi, & n. 13. comparens pro suo interesse nequit opponere dilatorias exceptiones: secus quando comparet tanquam author laudatus, n. 15. quid in exceptione fori declinatoria, n. 16.*

1 ADd primam quæstionis partem breuiter respondeo quod quando restitutio in integrū proponitur contra executionem per viam exceptionis; tunc eam nec esse veram exceptionem, sed propriè ad officium iudicis pertinere nobile, quo exponitur *ex l. quod si minor 24. §. vlt ff. de minor. l. nam postea 9. § si minor ff. de iureiur.* vbi DD. Faquin *controu lib. 12 c. 19. vers. ad vltimum*, Octauian, Vestr. *in praxi Rom. Cur. lib. 8. c. 3. n. 3.* sed posse in Iudicium deduci tanquam exceptionem, aut actionem vt iam de nullitate *suprà dixi*, probant Bart. Bald. & cæteri *in d § si minor Vestr. in d. c. 3. n. 19* Cont. *in l. 1. C si de moment. poss. limit. 8. n. 60. & 61.* Carleual. *de iudic. p 2. tit. 3. disp. 18. à n. 27.* Vbi probat cum infinitis exceptionem restitutionis oppositam incidenter, seu in modum exceptionis contra executionem sententiæ, aut instrumenti, cuius iustificatio constet ex actis, vel possit in continenti probari impedire executionem sententiæ, vel instrumenti exequibilis ex eo quia si causa restitutionis constat ex actis, aut probatur in continenti, debet restitutio concedi, & concessa rescindit instrumentum, seu contractum, idemque procedere, si per viam actionis opponatur iuxta dicta *suprà de nullit.* Idem Carl. *d. disp. 16. à num. 38.* omninò videndus quia longè disputat & *n. 36.* cum Faquin. *d. c. 17.* Sforc. Oddus *de rest. 1. p. q. 42. art. 6. ex num. 22.* & in specie *à n. 16.* relatam sententiam probat ex eo etiam, quia remedium restitutionis in integrum nunquam censetur sublatum; nisi prohibeatur expressè, & hoc quantuncumque sint generalia statuti verba, nec obest de iure Regio *l 5. tit. 21. lib. 4 recop.* vbi videtur ex eius verbis reiecta restitutionis exceptio; quia etsi eius verba sint generalia, tamen postea restringit, & admittit omnes exceptiones aduersus executionem, quæ de iure possunt admitti, ad cuius explicationem videbis *ibi* Azeud. *ex n. 59.* Orosc. *in l. tale pact. in princ. n. 42. & 43 ff. de pact.* Paz. *in praxi 1. tom. p. 4. c. 3. per totum*, Palad *rerum quotid.*
2 *c. fin. p. 5 § 11. ex n. 1.* † Carleual. autem *in d. disp. 16. à n. 40.* refert nonnullas declarationes, seu limitationes huius sententiæ, videlicet si iam esset facta executio, vel si petatur restitutio contra sententiam Principis, vel si adsit præsumptio, aut suspicio calumniæ contra eum qui postulat restitutionem, & quod restitutio postuletur animo protogandi litem, & protrahendi solutionem debiti, verùm in istis limitationibus adhuc exceptio restitutionis locum habet, si actus, de cuius executione tractatur esset irreparabilis, seu irretractabilis vt contingeret, si tractaretur de exequenda sententia capitali in criminalibus, aut mutilationis membri, aut torturæ, vel vt multi dicunt carcerationis. Nam in istis casibus semper impeditur restitutione postulata; nullà factà distinctione. Ita probant Scacc. *de appell. c. 19 remedio 2. ex num. 73.* plures allegans Lancel. *de attent. c. 18. n. 134* Sforc Oddus *de rest. c. 43. art. 1. n. 17. art. 1. n. 86. articulo 8. ex num. 97.*

Ad secundam quæstionis partem exceptio rei 3
iudicatæ, quem effectum producat, & qualiter opponatur, vt respondeas adiunges adducta *sup. q 2. vers ad quartam*, vbi de exceptione nullitatis rei iudicatæ, nunc verò quia Imp. Iust. *Inst h. t. § item si in Iudic. §. hac exempli 6. & in §. quarum eodem*, describit causam inducendi hanc exceptionē ad defendendum Reum contra Actorem volentem post rem iudicatam Reum absolutum impetere iuxta Text. *in l 1. & toto, ff. de except. rei Iud. l. sed etsi 3. ff de perpet. act l. term. Cod. de fruct. & lit. expens. c. 5. de litis contest lib. 6.* Paul. *lib. 5. sent tit. 5.* Cujac. *lib. 7. Pauli ad edict. & in l. & an eadem 14. ff. de except. rei iud.* Donell *lib. 2 comm. c. 5.* P. Fab. *lib. 10. semest. c. 2.* Zang. *de except. 3. p c. 17.* Pichard. *in d. §. item si in Iudic. inst. h. tit.* omninò videndus cum ab eo relatis optimè expendens

Hoc supposito dico rei iudicatæ exceptionem 4
tanti effectus esse, & valoris, quam tres sententiæ, vt docent Mich. Ferr. 45. *obseru 67. n. 7. ex c. cum dilect. in fine de elect. c. cum inter de sent. & re iud. iunct. Clem. 1. eodem.* item dico quod quando hæc exceptio opponitur ad merita causæ, tunc opposita censetur, vt peremptoria, & tunc indistinctè potest Iudex de ea habere rationem, vt declarat Bald. *in l. posteaquam litis, C de pact. & in l. except. in fine, C. de probat.* Bart. Alex. & communiter omnes *in leg nam postea in prin ff. de iureiur.* sed quando vt dilatoria opponitur debet deduci ante litis contestationem & tunc ad impediendum litis ingressum censetur opposita ex *d c. 1. de lites contest. lib. 6.* Cumanus
cons. 56. n. 5. Asinius *in praxi §. 13. n. 5.* † Et sic 5
intelligitur Riccius *in collect.* 1458. qui addit in versic. *amplia tertio* quod sententia lata à Iudice laico inter Ecclesiasticos in causa possessoris obstat etiam agenti coram Ecclesiastico; Sic *decis. triuis. Rota ven.* 17. diligenter notans ad Textum, *in cap fin hoc tit. lib. 6.*

Vnde ad formam proponendi talem exceptio- 6
nem aduerto, quod Reus statim in termino præfixo debet eam opponere (& alias dilatorias) quæ tunc facit vt Actor omninò repellatur à iudicio, & obstabit rei iudicatæ exceptio iuxta Textum *in d. c. 1. de litis contest.* verùm si Reus prædictam exceptionem sibi competentem non opposuerit in initio causæ, sed passus fuerit ingredi ad merita & ea disceptari, & in iustificatione, & in discursu causæ pro sua intentione sententiam transactam in rem iudicatam opposuerit censebitur de re iudicata consentire, quod iterùm cognoscatur, & ipsa iterùm iudicio nouo subiiciatur, & sic non obstante tali exceptione Iudex de meritis cognoscet, sic notant elegātissimè Innoc. *in c. cum dilecta in fine* Gloss Mag. *de rescrip. & & in c. fratern de frig. & malef. c. cum Berth. de re ind.* & quæ tradit Asin. *de re Iud. in praxi §. 13. cap. 6. n. 7.* Ripol. *variar.*

cap.

cap.4. à.n.84. ex eo qoia Iudex debet iudicare de rebus, quas in processu videt, *l.de qua re. ff. de re iudic.cap.cum supra de causa poss.* Alex.*cons.63. volum.4.*Ripol.*vbi suprà,*qui *n 57.*ait hanc exceptionem opponi quandoque, vt dilatoriam, quandoque vt peremptoriam, Maraota *de ord. Iud. 6. p. memb.9. num.11.*

7 Quæ tamen requirantur vt prædicta exceptio valeat legitimè opponi; dico requiri priùs quod sit finitum tempus ad appellandum iuxta tradita per Decium *cons.436. n.31.*& quæ notant Bart. & cæteri scribentes *in l.1 ff.de except.rei ind.* DD. *in d.c.1.de litis contest lib.6.*Ripol.*d.c.4 var. n 80.*Secundò vt posteà agatur de eadem re, id est vt sit idem corpus, quantitas eadem, ius idem, *l cum quaritur 12.cum duabus sequent l si cum Testam.21. §.1 ff.de except.rei ind* Tertiò vt eadem sit causa petendi *l.& an eadem 14. l.cum de hoc 57 ff.eodem tit.* & sic Iulianus ait exceptionem rei iudicatæ obstare, quoties eadem quæstio inter easdem personas reuocatur, *l Iul.3. l.si quis 7.§ & generaliter ff. eodem tit.* quæ coniunctim requiruntur, itavt deficiente vno corruat exceptio, Cujacius *lib.70. Pauli ad edictum in d l.& an eadem* Orom. *ad l.1.C.de Iudic.* Petr.Faber *lib.1.semest. cap.21.* Donell.& Osuald.*lib.11. comment. c.5.*Picbardus *in d.§.5.inst.de except,n.7.*Zang.*de except.3.p.c.17. n.5.* & hæc breuiter adducens Ricc. super Text *in l.cum quaritur ff.de except.rei ind.* cum Caputaq.° probante fuisse decisum in Rota Romana *decisione 93.p.3.*qui cum Anna,*singul.176.* ait præfata tria requisita omninò necessaria esse,videbis eundem Annan. pro amplitudine *in alleg.43. p.1.* imò & idem *cons. 17. vol.* addit ad hoc vt filius non censeatur eadem persona cum patre,& quod propterea exceptio rei iudicatæ, quæ obstare poterat contra Procuratorem, non obstet filio cum deficiat vnum ex requisitis prædictæ legis cum quæritur scilicet; vt sit eadem persona.

8 Ex quibus patet intellectus ad Textum *in leg. cum à te ff. de dolo,*quatenùs ex ea videtur probare hanc exceptionem non competere Debitori absoluto aduersus creditorem de eadem pecunia agentem, nam vt docent idem Pichard.*sup.num.8.* Cujac.*lib.11 Pauli ad edict.*Faber *in ration.*ibi cum Textum procedere, quando dolo debitoris fuit persuasus Actor,& passus,vt Debitor absolueretur, nam tunc cessat de dolo actio taliter vt possit Actor ex integro causam agere, & suscitare, & sic concilianda venit lex *seruus Titius,l.8.§ 1. ff. eodem,* vt præcitati senserunt,& videbis Balb. *in cap. Aduersario 13 hoc tit.*

9 Ad tertium de exceptione breuiter dico quod hæc exceptio tanquam dilatoria est opponenda: Ita fuit declaratum in Regia audientia Catalan. vt refert Ant Oliuan in causa quæ vertebatur inter Vicecomitem de Caneto ex vna,& Raphaelem Laudes ex altera 26.Februarij 1592.& Ripol.*var. c.4.n.37.n.38.*& Negus.*de pign.1.membro p.8.prin. tit.39.*cum duobus sequentibus Guid Pap.*decisione 39.& 431.coll.3.* vers.*an hac except.*Bart.*cons.143. n.6.8.lib.2.*Asin.*in praxi §.13.n.7.*qui docent prædictam exceptionem discussionis competentem tertio possessori ab eo esse proponendam si conueniatur actione hypothecaria ante litis contestationem,& Alex. *cons.29 n.14 in fine,& 58.lib.7.* idem *cons.220 n.10.lib.6.* Crauet *cons.148. n.6.* Ripol *suprà n.39.*docent quod talis exceptio non fuit inuenta ad impediendum ortum obligationis & actionis hypothecariæ,sed solùm ad impediendum illius exercitum,& sic si non opponatur intra tempus dictum censebitur ei renontiatum. 10 † Et Barb.*in c.4.h.t.n.4.*cum multis ait exceptionem executionis esse dilatoriam, & si alij ab eo relati & alter Barb.*in l.si const.n.99.ff solut. Matr.* dicant hanc esse anomalam,itavt in vim dilatoriæ & peremptoriæ opponi queat. 11 † Constat enim, quod si quis intra legitimum tempus non opposuerit exceptiones eis renuntiasse *ex c inter Monast.de re iud cap.causam,de appell.l.ita demum C.de procur.l sancim.in fin C de ind.* Iason.*in l.si arrogat. n.59 ff.de adopt* Paris.*in c.except h.t.à n 4.* Felin. *in c.in fin.n.1.de offic.deleg.*Ripol.*d.c.4.n.49.* 12 † Et tempus de iure Regio est nouem dierum *in l.1. tit. 5. lib.4.comp.*& de iure Cataloniæ octo dierum. Verùm existente nulla litis contestatione; tunc poterit opponi exceptio dilatoria, quia perinde habetur ac si litis contestatio foret fienda iuxta textum *in l,licet gloss mag.*verb.*inueniat C de procurat. gloss.in l. si pater* verbo *status. C. de statu defunctor. gloss.in auth.offeratur,*verbo *prombito,C.de litis contest* Felin.*in d.c.except.n.21* vers.*fallit 9..de except.* Alex.& Paul.quos refert, & sequitur Rip.*variar. c.4.n.147.* alia tradit videnda Ricc.*collect.1091.*

Ad quartam quæstionis partem breuiter ex illam *suprà* adductis dico.quod exceptio,nempè vt Actori non competat ius ad id quod petit,possit & in vim dilatoriæ, & in vim peremptoriæ opponi. si in vim dilatoriæ ante litis contestationẽ impedit litis ingressum, si tamen in vim peremptoriæ in quacumque parte litis proponi poterit. nam quælibet exceptio, per quam concluditur Actori ius non competere de sui natura impedit litis ingressum iuxtà Bartoli doctrinam Baldi, & Alex & communiter scribentium *in l. Prætor. in princ.ff de ineiur.*nec obstat quod in vim dilatoriæ hæc opponatur exceptio, vt etiam peremptoriæ producat effectum iuxta tradita per Zened.*in l.1. C.de litis contest.*& Bart.& alios DD. *in l cum quærebat. ff.indic.solui,*Soc.*in d.c p.1. de litis cont. lib 6. n.7.*vers *secundo,* refert Ripol.*d.c.4.n. 35.* qui cum *gloss in c.1.de elect.*verb *absentia lib.6.* Ant.de Butr. *in c.cum M.de const.l.nulla,*vbi notant Bart.Imola, & Alex.*Cod.de procur* exceptionem dilatoriam in causa vbi deficit litis contestatio, docent opponendam post primum actum.qui fit eo loco, quo fienda esset litis contestatio, nam quando non contestatur lis primus actus post reproductionem citationis habetur pro litis contestatione. 13

14 Ad quintam quæstionis partem quando sit declarandum à Iudice super exceptionibus oppositis sub distinctione credo esse respondendum, & primo dico exceptiones omnes emergentes, quæ non respiciunt merita causæ, sed processum, vt exceptio breuitatis,dilationis, an testes sint recipiendi,vel ne, & similes statim,& ante omnia esse definiendas,& super illis interloquendum tacitè, vel expressè, nam nisi hoc fiat negotium principale nequit expediri Innoc. *in c. cum inter R.16. n.4.*vers *si verò.de elect gloss.1.in d.c.1.*vbi Abb.Panor.& alij *de ord.cogn.* Parian *de prob.lib.1. c.58. à num.19.*Menoch.*cons.368.*vbi plures allegat cum multis Carleual.*de indic p.1 tit.3.disp.5.n 58.*

15 Vnde etsi eo ipso quod Iudex procedendo ad vlteriora videatur exceptiones oppositas à partibus reiicere *c.ex parte M.67. de appellat* vbi Baldus *n. 12.* Zabarella *n.1.* Panor.*num. 2.* Ancarranus *5.*Imol.*4* Franc.*4 & 5.*Decius *ex n 8.*Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 64. num.10.*Parianus *d. cap. 58. num.12.* Tamen locum non habet hæc

Regula cum proponantur exceptiones respicientes personam Iudicis, aut defectum Iurisdictionis; Nam debent expressè determinari Natta *cons.271. num.3.* Menoch. *suprà à num.2.* vbi adhibet quatuor declarationes Cortorius *de except. except.22.q.8. num.3.* cum aliis Carleual. *de Iudiciis d.disp.5.n.8. vers.& quãnis.* Idemqueerit in exceptionibus respiciẽtibus legitimationem litigantium vt notant Vant. *de nullit. tit.11.quibus modis sententia nulla defendi possint*, *n.10.* Perez. de Lara *de anniuers. lib.2. cap.10. ex num.63.* Carleual. cum aliis *suprà* vbi idem existimat procedere in omnibus dilatoriis, quæ reddunt Iudicium retrò nullum. Itaque Ripol. *dict. cap.4. variarum à num.91.* agens docet Iudicem illicò pronuntiare debere super exceptionibus respicientibus personas litigantium, veluti iurisdictionis, mandati, & similium, taliter vt si eaceptiones istæ sunt claræ, & in promptu ad probandum, sit super eis illicò ius dicendum, nec reseruari posse ad merita causæ ea Bart. & aliis *in l.fin. ff. de iureiur.*

17 Tamen si sint dubiæ, ant respiciunt altiorem indaginem si iuris ordo peruerteretur illas reseruando, tunc super eis est illicò pronuntiandum secundùm Hostiens. *in cap. cum contingat de officio*
18 *deleg.* Felin. *ibi, n.4.* versic *credo.* † Aut iuris ordo non peruerteretur, & tunc posse ad merita causæ reseruare volunt, Glossa, Bart. Angel. & DD. *in l.illo à quo n.3.§.etsi de testam.ff. ad Trebell* Granmat. *decis.65.n 83.& 85.* Afflictis *decis.61.* Capitius *decis.20. n.19.* cum multis, & latè Asinius *in*
19 *praxi § 18 cap.3.per totum.* † Vide quæ ea multis docet Ricc. *collect.1519.* ad Textum *in d.l. ille à quo, §.si de Testam.ff ad Trebell.* vbi dicit exceptiones non requirentes altiorem indaginem eas esse quæ aliam non requirunt oppositionem, nec probationem, sed in promptu aliter instrumentis probantur, & etiam quæ non sunt multis ambagibus inodatæ istasque noo reseruari ad merita causæ; secùs de aliis.

20 Ea his infero ad exceptiones anomalas, de quibus iam aliqua diai suprà *sub q. 1.* quod si de eis constat in continenti, cum opponuntur, vel offertur à Reo earum probatio in continenti est super eis ante omnia pronuntiandum, vt sopiatur lis, & vlterios non procedat concesso eas alleganti breni termino ad eas comprobandas, aut non constat de illis, quia requirunt altiorem indaginem, nec possunt breuiter liqnidari, quia sunt intricatæ in facto, & tunc reseruandas esse in tempus definitiuæ probant DD. per Textum *in l. nam postea 9. in prin.* & *ibi Gloss.* verbo *exceptioni, ff.de Iureiur.* Bart. *n.2.& 5.* Bald. *n.1.* Menoch. *de arbitr. lib.q.53. & lib.2.cent.1. casu 19.* Scraderus *de feudis p.10. in præambulis, n.36.* Gratian *discept.for. tom.1.cap.160. ex n.1.* cum infinitis Carleual. *de Iudic.d.disp.5.n.13.* Salgad. *de Regia protect.p 1.cap 18. ex n.45. & 62.* & Riccius *vbi suprà d.collect. 119.* ait inter exceptiones intricatas, & altiorem requirentes indaginem, qoæ reseruantur ad merita causæ aonnmerari eaceptionem *l. benè à Zenone Cod.de quadriennij præscript.* Defranch. *in decis.377.* item Iurisiurandi oppositam per eum, vel transactionis, Afflictis *decis.63.* Putens *decis.233. lib.3.* Rota Romana *collect. in decis.475.* Item exceptio pragm. editæ Ioannis Angeli Pisanel. *in pragm. 1. de possess. non turbari n.63.* & exceptionem requirentem altiorem indagioem esse tractandam, vt peremptoriã probat Rip. *var.c.4 n.166.* cum Bart. *in l. cum quærebatur, C. de iuris & facti ign.* & Alex *in leg. vir bonus in addit.ad Bartolum.ff iudicatum solui.*

Dubium tamen est nunquid reseruetur super 21
eis pronuntiatio si tales exceptiones sint intricatæ de iure, & qood statim super illis sit pronuntiandum, interim suspenso processu causæ principalis, docent Bald. *in d.l.postquam liti 4 n.8 C de pact.* & *in l.ancilla 12.n.2.C.de furt.& seru.corrupt.* Marian, Socin. *in d.c.1.de litis contest.lib.6 num.25. & 26.* Menoch. *de arbitr. lib 1.q.53.n.4 & 5.* Salg. *vbi suprà d cap.18.ex n.50.* Mastrill. *decis.8. ex n.7. & 20* ex eo quia super disputatione iuris non requiritur ordo iudiciarius, & vna debet esse semper apud Iudicem determinatio. Et ea eo quia lis, in qua solùm de iore dubitatur, non de facto, quod certum est, & in qua partes conueniunt, expenditur nulla concessa dilatione termino enim solùm eget dubium super facto quod in termino liquidatur iuata doctrinam Innocentij *in d. cap. cum inter R.* versic. *sedit quod vbicumque de elect. n.3.* Mastrill. *decis.217. n.5. 17.& 18.* Franchis *decis.221. n.12.* Ronitus *pragm.7 n.12.de ordin.cogn.* Anna *singulari.* 470. & hanc partem de iure veriorem esse docet Carleuall. *d.disp 5.num.7.* qui ex vsu & stylo practicabilem refert contrariam opinionem Angeli *in §. æque inst. hoc tit. n.16.* Socini *cons.39.n.2.& 5 lib.3.& in Rubr.ff de reb dub.n.1.2. & 3* Capicij *decis 10.n.19 & 29* Franchis *decisione 289.n 4.* Castilli *decis.224. num.9.lib. 2.* Suidi *cons.252. n.10. & 11. lib.2. note cons.152. n. 2.* ex eo quia dubitatio iuris æquiparatur dubitationi facti, & quãuis iuris determinatio certa sit quod attinet ad rerum naturam, tamen qoatenùs ad hominis intellectum applicatur lea dicitur esse dubia propter varias DD.opiniones, vt notat Mast. *decis 217.n.19.* optimè Angel *de acquir. possess q.2. art.4 per totum*, tum sic practicari ob Iudicũ ignorantiam, & socordiam, qui decisioues dubias semper procrastinare, & differre solent, quia exosum habeot studiorum laborem; tamen prædictis fundamentis in fauorem primæ sententiæ satis facit Menoch *d.q.13. de arbitr.n.9 & 10.*

Ad vltimam quæstionis partem de tertio com- 22
parente pro suo interesse, quando eaceptionem queat opponere præter *infra* referenda *in c.cum inter 57.de re iud.* vbi latè ago *de tertiis opposit.* dico quod tertius sua voluntate comparens in Iudicio nequit opponere exceptiones, lite iam contestatã dilatorias scilicet, quia cum voluntariè comparcat sibi imputandum erit, litigare in eo Iudicio, in quo comparuit maximè cum frequentius sit, quod eaceptiones dilatoriæ patui sin præiudicij.
† Verùm quando ipse tertius comparet necessa- 23
rio tanqnam Actor laudatus, tunc poterit ille tertius deducere tales exceptiones dilatorias in qoacumque parte Iudicij, Angel. *in l si quis libert. in prin.col.3.n.2* vers *sed Bart.hic ff. de petit. hered. & in l si vend.n.1. ff de Iud.* Ruin. *cons 98. n.4. in fine, lib 5* Felin *in c.except.h t.* qui pluribus hoc dictum comprobat *ibi n.18 & n.11.* Barbat. *in c. cum M. Ferrar. de const.n.39.* Ripol. *var.d.c 4. à n.142.*

Sed Felin. *in d.c.except. n. 58.* Ancarr. *cons.323.* 24
n.2. Angel. *in d.l si libert.* Ripol *d.c.4.n.146.* docens quod etsi tertius possit opponere exceptiones dilatorias in ea parte Iudicij, in qua comparet, non habet locum prædicta resolutio in eaceptione fori declinatoria, quia licet dilatoria sit, non poterit per tertium comparentem opponi, ad aliam verò quæstionem, an possit tertius se opponere executioni sententiæ coram Iudice requisito, dico *in dict.cap. 17. de re Iudicata.*

QVÆST.

Qvæstio V.

An allegans exceptionem teneatur semper eam probare: Et an qui habet exceptiones si tardus sit in proponendis condemnetur in expensis: Et an exceptione oppositâ coram laico quæ spectet ad Ecclesiasticum veluti si sit vsurarum nihilominus possit laicus assignare terminum intra quem definiatur talis exceptio, seu declarêtur, & an requisitus iudex debeat cognoscere de exceptione opposita, vel remittere ad requirentem iudicem: Et an si quis dixerit, quod non intendit proponere exceptiones, quia ipsis renunciat censeatur renunciasse omnibus, vel tantùm illis de quibus notitiam habet vbi de aliis ad materiam spectantibus?

SVMMARIVM.

1 *Exceptionem allegans tenetur comprobare quoties habet actoris vim: Secus si opponat per affirmatiuam, vt si alleget contra impetrantem rescriptum falsum narrasse, n.2.*

3 *Exceptiones tardus opponens condemnatur in expensis: Et nunquid pronuncietur super eis si opponens salariam deponat, n 4.*

5 *Laicus nequit statuere parti terminum, intra quem pars deducat ad sui fauorẽ in indicio Ecclesiæ.*

6 *Laicus quit statuere parti terminum intra quem declaret Ecclesiasticus.*

7 *Index requisitus quando cognoscat de exceptione opposita? Et quando eam remittat ad requirentem? n.8. & n.9.*

10 *Renunci.tio generalis exceptionum non extenditur ad non excogitatas aut non deductas in iudicio.*

20 *Processus fructus cum excommunicato valet, nisi aduersùs eum excipiatur: Et quid de facto absque legitimatione persona, n.13.*

12 *Appellatio omisso medio valet, nisi pars opponat.*

14 *Testibus examinatis absque interrogatoriis creditur parte non opponente.*

15 *Instrumenta possunt post conclusum in causa produci, si pars non opponat.*

16 *Libellus generalis sustinetur si pars non opponat.*

17 *Excipere prohibitus non censetur prohibitus negare.*

18 *Excipiens probatione oneratur.*

19 *Negatio absoluta facti, non est vera exceptio.*

20 *Defensio reo non est necessaria vbi negat factum vel agendi causam.*

21 *Reus contendens actorem litem mouere non censetur excipere.*

22 *Solutio est exceptio, & quando opponatur quid in stricta disputatione, n.24.*

23 *Solutio, acceptilatio, præscriptio, tua non inter est annumerantur inter exceptiones animales.*

24 *Exceptiones aliæ facti, aliæ iuris, vel actionis.*

1 AD pcimam quæstionis partem, breuiter respondeo cum Boerio *tomo 1. decis.344 num.9.* & cum Ripol *variar. cap.4. de except. à num.170.* quod si exceptio dirigatur ad merita causæ siue opponatur in vim dilatoriæ, aut peremptoriæ, aut non afficiẽs principale negocium, veluti excommunicatio actoris, vel Taciturnitas in impetratione rescriptio, tunc quia assumens habet penes se partes actoris, tenetur probare, sic ex Textu *in l si quando, Cod. de dilationibus. c. ei autem dilatio 3. quæst 3.* † Verùm si excipiens opponat excep- 2
tionem per affirmatiuam, veluti si dicat, quod is v.g. qui obtinuit aliquod rescriptum narrauit falsum, tunc ille, qui illud obtinuit debet probare factum verum, quia cum fundamentum validitatis rescripti sit veritas narrata, ideo debet ab eo, qui illud obtinuit, probari veritas illius, & addit Ripol. *d c 4. n.106.* quod exceptiones. quæ consistunt in facto, debent probari, & faciunt aliqua, *dict. sup. q 4.*

Ad secundam quæstionis partem de eo, qui 3
habet exceptiones, & tardus sit in eis proponendis, dici condemuandum esse in expensis, docet Bellam. *decis. 226.* qui loquens in clerico, qui ob retardatam fori declinatoriam exceptionem, in expensis condemnandus est sequuntur Felinus *in cap. accedens de except.* Vbi Ripa *num* 17 Capella Tholosana *dec. 203. num. 4. & 5.* Ripol. *d. c 4. n. 174.* & Doctores per Textum *in d. cap. exceptionem, hoc tit.* † Et disputans Ripol. *dict. cap. 4. à num. 18. de* 4
questione, an opponens exceptiones, debeat deponere salarium, ait quod si pars deponat salarium etiam lapsis 30. diebus nullâ factâ interpellatione per actorem, seu contradictione, valeat tale depositum, & iudices teneri super exceptionibus pronuntiare, & declarari, & dare locum purgationi moræ, quod si lapsis triginta diebus pars deduxerit lapsos ipsos fuisse, & prædictas exceptiones pro non oppositis haberi, tunc depositum factum post dictam contradictionem nullius esse momenti, nec posse iudicem de illis habere rationem, quia iam res non erat integra quando depositum fuit factum, quia non est locus purgationi moræ, iuxta notata *in l. & si post tres, ff si quis cautionibus*, per ea quæ notant Bart. & Ripa *in l si insulam, ff. de verb. oblig.*

Ad tertiam quæstionis partem, vt abundan- 5
tius respondeas applicabis dicta *supra in cap. 2. 3. & 4 & in cap. qualiter de indiciis*, nunc verò breuiter dico non posse iudicem laicum statuere terminum intra quem declarare teneatur Ecclesiasticus iudex, quia iudex laicus quoad hoc, nullam habet iurisdictionem, *cap. ex insinuatione de appellat*, testatur Iason *in l. 2. num. 12. ff. de re iudicata, & num. 15*, dicit hanc esse communem & receptam sententiam, est enim laicus incapax iudicandi Ecclesiasticos aut imperandi eis. † Sed benè 6
posse laicum iudicem statuere terminum parti ad hoc vt deducat in iudicio Ecclesiastico quidquid deducere in suum fauorem prætendat taliter, vt ipse iudex sæcularis possit inspicere an probata releuent & si non releuant ad vlteriora procedere, ita vt hoc semper sit menti tenendum ex sententia Alexandri refert, & sequitur Mascardus *de probat. concl. 689. n. 4.* Ripol. *var. d. c. 4. à n. 162.*

Ad quartam quæstionis partem, Bartol. *in* 7
lege à diuo Pio in princ. num. 7. ff. de re iud. quem verisimilibus rationibus defendit Socin. *ibi ex n. 25.* Zassius *in d l, sententiam, n. 5.* Ancharranus *in clement. 1. n. 10. de re iudic* Barbosa *in l si Prætor 75. in princ. n. 15. 20. & 62. & in §. Marcell. 8 ff. de iudiciis* docent iudicem istum requisitum de quo in quæstio non solùm non posse pronuntiare super exceptionibus, sed nec de illis cognoscere quinimo statim post quam opponuntur de iure remittere ad iudicem requirentem, qui de illis cognoscat, & eas definiat.

8 Tamen alij Doctores distingunt inter exceptiones, quæ respiciunt merita causæ quæ possunt opponi etiam post latam sententiam, vt in casu Teatus *in l.1.C.de Iuris. & facti ign* & in hoc casu posse requisitum iudicem istas exceptiones & de illis cognoscere, non quidem vt eas definiat sed vt videat an verè omittent, & obstent executioni, quod si viderit eas non obstare, nec subsistere & calumniosè opponi, debeat illis non obstantibus ad executionem procedere, vt 9 *in l.satis 2 Cod.ad legem Corneliam de falsis.* † Sin autem videat tales exceptiones obstare, non debebit, nec poterit super illis pronunciare, sed debebit abstinere ab exequendo, & remittere ad iudicem Principalem requirentem iuxta Textum *in l. cum fideicommissum 7 ff. de confessis, & in l. si Prætor 75. in princ. & in §. Marcellus. ff. de iudiciis*, sumpto argumento ad iudice dato ad delegatum, vel ordinatium requisitum. Sic Angelus *in d. l. à Diuo Pio in principio*; *num.4.* Imola *num.5.* Cumano *num. 5.* Alexander *ex num.9.* Iason *num.12.& 13. Glos.in c. Pastoralis 28.§ quia verò*, verbo *etsi sciat de officio & potest.iud.delegati*, Menochius *de arbitr.lib.1.quæst.38 num.9.* Cancerius *variar.resol p.2.cap.15. à num.17. & à n 23.* Surdus *cons.158 num.14.& num 15.lib 3.* Salgadus *de Regia protect.p.4 cap.7 ex num.18.* Carleual *de iudicijs,p 2. tit 3. disp.17. num 12.* Babadilla *lib.2. politica,cap.20 ex num 45.* sed quia de hoc latè *infra in cap.de cætero 5 de sent.& re iudicata*, ideo non immoror tamen de requisitis iudicibus, & de requisitoriis applicabis dicta *sup. in c. Postulasti 14. de foro comp & in c.si quis est 8.de test.à quæst.8.* vbi *de remissoriis literis.*

10 Ad quintam quæstionis partem breuiter etiam respondeo, renunciare censendum esse illis tantùm exceptionibus, quæ sibi competebant, de quibus renuncians habebat scientiam ita Speculator *in tit.de except.1.p.num.2.* probans *ex l. Mater, ff de in officioso, l.tres fratres, ff.de pactis*, quia generalis renunciatio exceptionum non valet, nisi specialiter exprimantur, *l sed si quis ff. si quis cautionibus, §.quæsitum*, quia cum renunciatio sit stricti iuris non est cur extendatur, solùm enim debent comprehendi in renunciatione ea, quæ verisimiliter apparent esse de mente ipsius renunciantis, iuxta tradita per Palacios Rubios *in rubrica de donat.inter virum & vxorem,§.* o.*num.*10. Alex. *in l. si ab hostibus, num 15. ad finem, ff. soluto Matrim.* Ruinus *cons.60.num 17 volum 3.* Magon. *decis florent.64 num.67* Ripol. *variar.dict. cap.4. à num.151.* & probatur ea multis adductis, *de renunciatione tacita in cap. 1 de foro comp. & in cap. antepen. 18. eodem*, & ibi *in cap. si diligenti*, & alibi.

11 Et quia præcitati Doctores vberius materiam exceptionum pertingunt de quibus & ego alia, *sub Rubro huius tituli*, dico ideo breuiter pro ampliore enodatione nostræ Rubricæ accipies sequentia. Primò quod in tantùm in multis requiritur, vt exceptiones opponantur à parte, quod aliàs valeant, & sic processus factus cum actore excommunicato valet, nisi opponatur, Rota *in*

12 *decis.27.de sent excommunicationis in antiquis.* † Et sic parte non opponente, valet appellatio facta omisso medio, Minsing.*cent.1.observ.67.* quæ aliàs

13 non valeret. † Et processus factus absque legitimatione personæ, est ipso iure nullus, si scilicet

14 opponatur, Cornaz Rotæ Lucens.*in dec.195.* † Ité quod testibus examinatis absque interrogatoriis parte non opponente præstatur fides Rota *collect.*ad Farinac. *in decis 818.* † Item quod & pos- 15 sint post conclusum in causa instrumenta produci si pars non opponat. † Et quod libellus 16 incertus, & generalis substineatur, si pars non opponat de quibus omnibus Riccius *col.694. ad Textum, in l.Patre furioso, ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris*, & latè egi suis propriis locis, vt *in cap 2 de libelli oblatione in cap. præsentium de testibus in cap. cum dilectus de fide instrum.& in cap. intelleximus de iudiciis* alia *infra quæst sequenti*, versic. *ad secundam.* † Ea quo infero vt prohibitus ex- 17 cipere non censeatur prohibitus nempe, dicit Baldus relatus à Cardinali Tusco *littera, E, conclusione 37. num.2.* quod vtile est respectu *legis 4. tit.8.lib.3.ord.hodie l 1.tit.21.lib.4 recop.* vbi is contra quem executio facta est prohibetur opponere exceptiones præter expressas in eadem lege, tamen poterit negare se recepisse in scriptura contentum Azeuedus *in d.l.1.num.101.* Pichardus *in Rub.inst.hoc tit.num.22.* Vvesembecbius *in paratit. ff hoc tit n.2.*

Cumque excipiens oneretur probatione *l. in 18 exceptionibus 19. Cod.de probat.*& non ille, qui absolute negat, *l actor 23.Cod eodem.* † ideo dicen- 19 dum est meram & absolutam facti negationem, non esse veram exceptionem, videndi Cujacius *lib. 69. Pauli ad edictum in l.2. ff. de probat.* † Et 20 sic vbi à reo factum vel causa agendi negatur defensio ei non erit necessaria Teatus *in l. si quidem in prine Cod. hoc tit.* Petrus Gregorius *lib. 21. syntagm. cap 17. num.3.* Couarruuias *in regula possessor. p 1. in princ.num.5.* Pichardus *supra num.21.*
† Qui *num. 25.* ea multis probat, vt reus con- 21 tendens actorem de facto litem mouere, non censeatur excipere, vel quia nunquam fuit, aut si fortè fuit ipso iure extincta sit veluti solutione exceptionem certè non esse, quia implicat quem liberari ipso iure, aut ope exceptionis, *l.qui seruum, §.1. ff. de oblig. & act.* cum planè omnis obligatio ipso iure tollatur, *§.1.inst.quibus modis tollitur oblig.* sic docent Cotta *in l si exceptione*, verbo & *infecta, num.6. Cod.de non numerata pecunia*, Cujacius *in l.si tibi,§.pign ff.de pact.* Donell.*in Rub.C.hoc tit. & in c.1.lib.22.*

Huic tamen modo dicendi communis inter- 22 pretum assumptio, nempe vt inter exceptiones annumeretur solutio de quo Panorm. *in cap. except.hoc tit num.12.* versic. *alij*, vbi ait quod si hæc exceptio solutionis opponitur ad processum impediendum si tunc opponenda ante litem contestatam si verò opponatur ad merita causæ videlicet ad extinguendum in totum Ius actoris vt sine actione agere videatur tunc ea opponi possit in toto discursu causæ Capell.Tholos. *quæst.279.* Barbat. *in cap. cum M. Ferrar. num.36.* versic. *octauo de constit.* Angelus *in §. appellantur instit. hoc tit. numero 35.* Ripol. *variar. quæst. 4. numero 148.& 149.*

Cum multis Carleualius *de iudiciis, p.2. tit.1. 23 disput.5. num.27.* vbi inter exceptiones anumalas annumerat hanc exceptionem solutionis, item & acceptionis, præscriptionis tua non interest, vel si quæ aliæ, quæ significant actionem actori non competere; vel sine actione agere, quod idem est perempta actione agere eo quod sine actione nemo permittatur in iudicio experiri, & reum vexare, *l. si pupilli, §. videamus*, vbi Glossa verbo *non habuerit, ff. de negotiis gestis, l. si quid 34.§ illud ff.de petit hæred l.quoties 10.§.item*

si

si temporali, ff. de administr. tutorum l. tutores, qui 40. ff. eodem, Glossa *in cap. constitutis 47.* verbo *quo iure*, de electione nonnulla dixi *supra*, & de exceptione solutionis, & de qualibet alia per quam concluditur actori Bartol. *in l. cum quærebatur 13. num. 3. ff. de iudicatum solui*, Surdus *cons. 252. num. 1. & 4. lib. 2.* Marcus Antonius Blancus *tract. de exception. imped. litis ingres. n. 49. & 50.* & sub *tit. 4. exactionis defectu ex numero 91.*

24 Verùm etsi in stricta disputandi ratione procedant dicta *supra*, de solutione quæ liberat ipso iure, & sic exceptionem non propriè dici, sed cum iam, vt *supra*, adduxi, *in principio Rubricæ*, exceptionem dici etiam defensionem, & vsus interpretum communiter obtineat omnis generis defensiones quæ intentiones agentis repellunt exceptiones dici, aliasque vocari exceptiones iuris, vel actionis, aliàs facti, seu intentionis, quando reus contendit actori, cui nulla sit de iure actio de facto litem mouere alij simpliciter exceptiones largiori significatu dicant, vt prosequuntur latè, & doctè hanc sententiam tenentes Medicis *in tractatu de disinit. 1. p. cap. 36.* Osualdus *ad Donellus, lib. 22. comment. cap. 1. littera, D*, Petrus Gregorius *lib. 21. syntagmat. cap. 17. num. 5.* Couarruuias *in Regula possessor. 1. in princ. num. 4. & 5.* Gilquenius *de præscriptionibus, cap. 2. num. 33.* Menchaca *libro 2. controuers. illustr. cap. 54. num. 8.* ideo iam rectè videbis quo pacto hæc exceptionum materia vendicetur.

QVÆSTIO VI.

An semel exceptio disceptata possit iterum alia in causa refricari, vel sit reiicienda: An cum reseruantur exceptiones sit de illis facienda mentio in sententia: Et an valida sit sententia, quæ non pronunciat super exceptione reseruata expresse etiam instante parte: Vbi referuntur duæ formæ, pronunciandi?

SVMMARIVM.

1 *Exceptio semel discussa iterum non tractatur.*

2 *Exceptiones mentionandæ sunt in sententia si pars instat, sed si non instet valet sententia, etiamsi de eis non fiat mentio: num 3. quid in praxi, n. 4. & 5.*

4 *Sententia valet etiam si expressè non pronunciet super exceptione reseruatâ; quid de opposita exceptione in vim dilatoria aut peremptoria, num. 5.*

6 *Exceptiones reseruare ad merita causæ vel processus, differt reseruare eas ad finem iudicij & n. 7. & qualis sit effectus earum, n 8.*

1 AD primam quæstiònis partem, ex iam dictis breuiter respondeo quod si inter partes fuerit opposita exceptio aliqua vt merita eius fuerint discussa, non possit vlterius de ea ratio haberi, quia declaratio in vna causa facit Ius quoad aliam iuxta ea quæ tradit Lancelotus *de attentu, p. 2. cap. 17. de attent. nulit. pendente 151.* Ripa *in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 58. de verborum obligat.* vbi Paulus Castrensis Magon. Decis. Florent. 94. num. 1. Ripol. *variar. cap 4. de except. num. 165.*

Ad secundam quæstionis partem, etiam bre- 2
uiter Respondent cum distinctione Doctores, nam, aut Reus instat decidi exceptiones reseruatas, aut non instat primo casu sententia lata non decisis exceptionibus reseruatis erit nulla, & probari videtur, *ex l. de qua re 74. in principio, ff. de iudiciis*, & faciunt quæ adduxi, *supra quæstione præcedenti in fine*, versiculo *& quia*, vbi de multis, quæ valent parte non opponente, quod supponat, aut petat, nulla sunt; deinde quia omnia quæ in iure disponuntur in fauorem alicuius, intelligenda sunt habere locum parte petente, & opponente, non secus cum multis Carleual *de iudiciis, p. 1. disputat. 2. quæst. 7. sect. 1. num. 797.* & præter eos Rodericus Suarez *in l. quoniam in prioribus ampliatione 10. num. 2. Cod. de inofficioso testamento*, Franchis *decis. 487. num 9.* qui multos al-
legat. † In secundo autem casu erit valida, & 3
ratio est, quia Reus dum patitur Iudicem ad sententiam procedere, & non instat decidi exceptionem reseruatam videtur illi renunciasse iuxta tradita à Decio *in l. res iudicata 20 num 4.* Assinius *in praxi, §. 19. cap. 5. limitat, 12.* Montero *decis. 12. num 56.* Cancerius *variar. resolut p 1. c. 20. ex num. 10. & 21. & parte 3. cap. 17. num. 2. 3.* Gonzalez *in Regula 8. Canc. Glos. 66. ex num. 38.* Cesar Butrius *decis. 154. ex num. 8. ad vtrumque*, Treuis. *decis. 2. à num. 8. lib. 1.* Giurba *decis. 21. num. 9. & a num. 12.* Salgado *de regia Protect. de opressor. 2 p. c. 18. ex n. 61.* sed qualiter practicetur dico *infra in seq.*

Ad tertiam quæstionis partem, quæ depen- 4
det ex integra intelligentia præcedentis, vt respondeat Carleual. *de iud. p. 2. tit. 2. disp. 5. num fin.* ait dubitare de primo membro distinctionis tactæ *supra dubio præcedenti*, quatenus credit validam esse iudicis sententiam, qui specificè non pronunciauerit super exceptione reseruata etiam si pars petierit, & instet pro specifica determinatione & sufficere si solùm determinauerit prolata difinitiua super principali negotio, ex eo quoniam dum iudex pronunciat super principali non est necessarium memorare expresse exceptionem oppositam, illam reprobando per ipsam sententiam; vt illam videatur reiecisse, sed sat esse pronunciare super principali, non sic etiam, censetur tacitè pronunciasse super exceptione, dummodo de illa plenè cognouerit, tuncque ex sententia oriri exceptionem rei iudicatæ aduersùs prædictam exceptionem probant Gracianus *discept forens. tomo 3 cap. 445, ex num. 13.* Pacianus *de probat. lib. 2. cap. 58 ex num. 63.* Farinacius *in praxi, p. 100. cap. 2 num. 89. & 90.* videndi Menochius *de arbitr. lib. 2. cent. 1. casu 165. ex num. 4.* & alij *supra*, relati à Carleualio & sic video in praxi obtentum, vt quamuis opponens exceptiones petat super illis pronunciare si iudex eas reseruet ad difinitiuam tunc in sententia non fieri mentionem expressam, & distinctam de illis; sed sufficere pronunciari super principali quod tamen solet exprimi, est nempe, quod non obstantibus allegationibus, seu exceptionibus vnius partis, quam condemnare vult, pronunciat in fauorem alterius super negotio principali.

Vnde Bartolus *in l. à proced. C. de dilation n. 4. &* 5

*in l. 1. Cod. de ordine Iudiciorum, n.*8. expresſè loquutus de exceptione tranſactionis rei iudicatæ, & iuriſiurandi, ait ſi exceptiones opponantur in vim dilatoriarum, & tanquam emergentes eſſe de illis pronunciandum; ſi verò in vim peremptoriarum, & tanquam incidentes ſatis eſſe pronunciare ſuper principali. Verùm etſi exceptionibus dilatoriis oppoſitis Iudex ad vlteriora procedit tacitè de eis videtur pronunciare, eas rejiciendo vt *ſuprà* adduxi. & docent præter Bart. Baldum *in l. cum ciuili 3. n 2. Cod. de ordine Iudiciorum*, Paulus de Caſtro *in l. cum prior 19. n 3. in vltima oppoſitione, ff. de Iudicijs*, a qoa ipſe ſolùm excipit Paulus exceptionem incompetentiæ Iudicis, ſuper qua expresſè pronunciandum eſſe ad quod decidendum repetes *ſuprà dicta q.4.* verſic. *ad quartam.*

6 Ad quartam quæſtioois partem pro complemento huius noſtræ quæſtionis principalis dico, diſcrimen verſari inter duas formas pronoaciandi ſuper reſeruatione exceptionum, nam aliud eſt reſeruare exceptiones ad merita cauſæ, vel proceſſus, aliud reſeroare eas ad finem Iudicij, ſeu ad tempus ferendæ diffinitiuæ ſeotentiæ; quia pronunciatio facta primo modo, eum habet effectum, vt factà publicatione in cauſa, primus actus, qui debeat expediri parte petente eſt,

7 vtrum exceptiones reſeruatæ obſtent. † Sed cum reſeruaotur in finem cauſæ, ſeu tempus ſententiæ, tunc examinari in finem cauſæ prædictas exceptiones, etſi conſtiterit eo tempore exceptiones obſtare, tunc totum proceſſum reddi nullum quia vt optimè dicit Baldus, reſeruare exceptiones, non eſt aliud niſi reſeruare effectum earum *ibi conſil.96. volum n.4.* per textum, *in l. ſi fideiuſſor 7. in princip ff. qui ſatisdare cogantur.* ita diſtinguit Afflictis *in conſtitut exceptione filiationis, n.8* quem ſequitur Maſcardus *in praxi lib.1. parte 5.* Gloſſa *reſeruatio, num.27. & 28.* tu tamen ex dictis iam optimè percipies dubium de quo hîc.

8 Quod ſi interroges, qualis poſſet eſſe effectus prædictarum exceptionum, reſpondeo, quod impedire litis conteſtationem, & proceſſum cauſæ, vnde cum ex poſt facto appareat litem non debuiſſe conteſtari, nec in cauſa procedi per conſequens conteſtare quidqnid factum eſt, non eſſe ritè & rectè factum, quia conteſtario non ritè facta pro nulla habetur Authent. *offeratur in fine, Cod. de litis conteſt.* quemlibétque actum non ritè factum cenſeri non factum docent Bartol. *in l. ille, à quo 13. §. ſi de teſtamento, num.5. ff. ad Trebellianum*, vbi Angelus *num.1.* Iaſon *in §. præterea, inſt. de actionibus, num.58.* Giurba *deciſ.21. num.5.* qui limitat *num.7.* Muſcatellus *in praxi lib.9 p.5.* Gloſſ. *reſeruatis, num.26.* Salgadus *de Protectione Reg. 1.p. cap.18. num.59. & 66.* Maranta *in praxi 6. parte, de exceptione, num.15.*

QVÆSTIO VII.

An exceptiones, quæ debitoribus competant, competant, & eorum fideiuſſoribus: Et an cum plures competant exceptiones ſi reus vnam proponat, & ſuccumbat poſſit poſtea aliam proponere: Et an replicationes, & duplicationes habeant connexionem cum noſtro titulo de Exceptionibus: Et an exceptio de Iureiurando, quæ prodeſt debitori proſit, & fideiuſſori, quid de exceptione periurij?

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones rei cohærentes competunt fideiuſſori non ſic cohærentes perſonæ debitoris, & quæ ſint, & n.2. & 5.*

3 *Exceptio pacti de non petendo rei cohæret, & an competat fideiuſſori, n.5. 6. & 7.*

4 *Reſtitutio in integrum oppoſita in vim exceptionis nunquid competat fideiuſſori debitoris, & n.9. 10. 11. 12. 13. & 14.*

5 Lege ſi vnus. §. pactos, ff. de pactis.

6 Lege fin. ff. de pactis.

7 *Pactum quando in perſonam, quando verò in rem concipiatur.*

8 *Pactum, quod interceſſit animo donandi non datur fideiuſſori.*

9 L.2. ff. de fideiuſſoribus, l. exceptiones 7. ff. de exceptionibus, & n.11.

10 L. in cauſæ cognitione, ff. de minoribus.

11 L.1. Cod. de fideiuſſ. minor.

13 L. minor 51. ff. de procurat. l.2. §. fin. ff. de adminiſtr. tutorum l. ſi pupillus 89. ff. de acquirenda hæreditate.

14 L.3. §. ſed vtrum, ff. de minoribus.

16 *Replicationes, & duplicationes reducuntur ad exceptiones.*

17 *Exceptio iuriſiurandi rei cohærens prodeſt fideiuſſori, & mandatoribus, n.18.*

19 *Iuratum de re dicitur, ſi iurauerit, non deberi id, quod petebatur de perſona ſi rem confeſſus vtitur exceptione.*

20 *Exceptio periurij quæ dicitur litis finitæ, & participat dilatoria, & peremptoria quando opponi poſſit.*

21 *Exceptiones ceſſionis bonorum, & quæ dantur humanitatis cauſa cohærent perſonæ.*

22 *Exceptio omnis peremptoria, quæ non impugnat ſententiam poteſt poſt eam opponi niſi eſſet ante ſententiam oppoſita, & per Iudicem reprobata. n.23. declaratur n.24. & 25.*

AD primam quæſtionis partem, vt reſpondeam, præmitto exceptiones quaſdam quibus debitor defenditur fideiuſſoribus etiam accommodari, quales ſunt rei cohærentes veluti pacti conuenti, rei iudicatæ, doli mali, & ſimiles. † Quaſdam vero eſſe qoæ debitori ſoli competunt, nec ad fideiuſſores tranſeunt, vt omnes perſonæ coherentes, & non rei, quales ſunt ceſſionis bonorum, & inopiæ, ne parens, maritus, Patronus, ſocius, vltra id quod facere poſſunt conueniantur, iuxta textum, *in l. exceptiones 7. l. omnes 19. ff hoc tit. §. exceptiones 4. inſt. de replicationibus, l. fideiuſſori 14. ff. de donationib. l. ex perſona 32 ff. de fideiuſſoribus, l. fideiuſſor 15. ff. de*

ff. de doli exceptione, l. si cum testamento 21. *§. fin. ff. de except. rei iudicatæ, l. duobus* 28. *§.* 1. *ff. de Iureiurando, leg. & heredi* 21. *§ fin. ff. de pactis, l. etsi fideiussor* 24. junctis legibus præcedentibus. *ff. de re iudicata, l. verum* 63 *ff. pro socio*: præter ordinarios in dictis locibus exornant Cujacius *lib.* 19. *obseruat. cap* 29. Zangerus *de except.* 3. *p. cap. fin. à n.* 119. Bergalius *lib.* 4. *de dolo, cap.* 2. *n.* 84. *& seqq.* Hetingius *de fideiuss. cap.* 27. Donell. *lib.* 22. *Comment. cap.* 3. 4. 5. *&* 6. *& lib.* 24. *c.* 7. Anton. Faber *lib.* 8. *coniecturarum, cap.* 3. & faciunt adducta *in cap.* 147. & *cap.* 9. *de Iureiur.* quæ proportionabiliter applicabis.

3 Hæc tamen doctrina videtur sequentibus impugnari, primò quia exceptio pacti de non petendo rei non personæ cohæret, *d. l. exceptiones*, & tamen fideiussoribus nō competit, *l. si unus* 27. *§. pactus ne peteret*, ibi, *eadem ratione contingit*, ne & fideiussoribus prius pactum prosit, juncta *l. fin. ff. de pactis*, ergo quantumuis exceptio rei cohæreat non datur fideiussoribus.

4 Secundò, quia si in integrum restitutio opponatur in vim exceptionis iuxta *d. suprà q.* 4. *à n.* 1. causæ non personæ cohæret, quia non solùm minoribus, sed etiam eorum hæredibus competit, *l. non solùm* 6. *ff. de in integrum restitutione, l. minor* 19. *§. fin. ff. de minoribus* & tamen non competit fideiussoribus minorum, *l in causæ cognitione* 13. *in princ. ff. eodem, d. l. exceptiones* 7. *ff. hoc tit. l.* 1. *Cod. de fideiuss.* ergo eluditur distinctio *suprà n.* 1. jacta. His ergo, & aliis non obstantibus defendenda est præfata distinctio nempe exceptiones rei cohærentes ad fideiussores transire non verò, quæ personales sunt ex *d. l. exceptiones* 7. *ff. hoc tit.* cuius decisione declarantur aliæ leges sine distinctione loquentes, & sic omnino accipi debent textus, *in d. l.* 19. *ff. eodem*, quæ simpliciter dixit omnes exceptiones reo competentes, eo etiam inuito fideiussoribus competere, *l. si stipulatus* 16. *leg. ex persona* 32. *ff. de fideiussor. l. defensiones* 11. *Cod. de Exceptionibus*, aduertunt Donell. *in d. leg. defensiones*, & Antonius Faber *d. lib.* 8. *coniect. c.* 3. *in principio.*

5 Hæc obstat primum argumentum desumptum ex verbis Pauli *in d. §. pactus ne peteret*, quia si fideiussor in posteriori pacto consentiat in pristinam obligationis causam suâ sponte seipsum reponit, & sicut debitor exceptionem amittit ita & ipse fideiussor, nec ullam ei iniuriam irrogari cum consentiat.

6 † Nec turbatur hæc solutio per textum, *in l. fin. ff. de pactis*, quatenus probat quod si reus pactus sit à se non peti pecuniam ita, vt pacti exceptio fideiussoribus competat, licet posteriori pacto in contrarium hoc agatur vt peti possit semel quæsita pacti exceptio fideiussori eo inuito non extorquebitur, & posterius pactum soli debitori nocebit non item fideiussori, quia hîc nullum consensum præstat fideiussor eum potius Consultus loquatur de eo inuito, secus *in d. §. pactus ne peteret*, vbi, vt dixi, loquitor Paulus de fideiussore sciente, & consentiente, Cujacius *lib.* 3. *Pauli ad edictum in d. l. si unus, §. pactus ne peteret*, & in notis ad textum, *in d. §. exceptiones autem instit. eod.* vbi Pichard. *n. fin.* Borcoltem *n.* 1.

7 Ex quo breuiter infertur, quod exceptio pacti conuenti fideiussoribus proficit si in rem factum sit, *l.* 7. *l. hered.* 21. *§. fin. l. tale pactum* 40. *ff. de pactis*, quod procedit, quando pactum in rem, & generaliter conceptum est, vt scilicet non petatur, vel id suadeat mens contrahentis *ex d. l. exceptiones*, ibi, *igitur etsi reus pactus sit in rem*, Donell. *d. lib.* 22. *Comment. cap* 4. Pichardus *sup. num.* 3. qui aliter docent quando tale pactum in personam conciperetur, & quando pactum in personam, quando verò in rem concipiatur [sic] de primo, *in d. l. hered.* 21. *l. idem* 25. *§.* 1. *ff. eod.* de secundo, *in l. Iurisgentium* 7. *§. pactorum autem, l. tale pactum, ff. de pactis*, Donell. *d. cap.* 4. *& ibi*, Osualdus videndus omnino, *littera Q. & L.* Anton. Faber *in d. l. pactorum*, Cujacius *lib.* 18. *obs. cap.* 2 Othomanus *lib* 1. *amicabilium, cap.* 29. Connanus *lib.* 5. *Comment. cap* 5. *n.* 4. *&* 5. Duarenus *ad titulum de pactis, cap.* 6. *n* 10. Forter. *de pactis, cap.* 4. *membro* 3. Charondas *lib* 2. *verosimil. cap.* 4.

Quod si pactum animo donandi intercessit non datur fideiussori, text. est *in l quod dictum* 32. *ff. de pactis*, ex qua ratio deducitur nempe quia cum fideiussor, etsi soluat pro reo mandati actionem contra eum hoc in casu non habeat, *leg. si remunerandi* 6. *§. si passus, ff. mandati*, non est cur ei subueniatur cui datur exceptio propter rei personam, quia qui à fideiussore petit à reo petere videtur, *l. aduersus* 34 *ff. de receptis arbitris propter mandati actionem*, itaque Donell. *in d. c.* 4. *lib* 22. *Comment.* Brisonius *lib.* 3. *de solutionibus, pag.* 438. Cujacius *lib.* 19. *obseruat. cap.* 19. docent, vt quibus in casibus fideiussori soluenti non datur actio aduersùs debitorem, in his exceptionem, quæ debitori competit fideiussori non prodesse, quia nihil interest debitoris eum liberari. 8

Non obstat secundum in quo, & similiter distingendum est, nam vel minor dolo aduersarij circumscriptus, fideiussores dedit & restitutioni causam præbet dolus aduersarij. Et in hoc casu certi iuris est restitutionem in integrum, quæ minori competit ad fideiussorem esse protrahendam, textus *in l.* 2. *ff. de fideiuss. minorum*, ita accipiendus textus, *in d. l. exceptiones* 7. in illis verbis, *aut pro minori viginti annis circumscripto, aut circumuento*, vt intelligit Ant. Faber *lib.* 8 *coniect. cap.* 3. ex eo quia restitutionis auxilium doli mali exceptio fideiussori competebat, *l. si testam.* 49. *ff. de fideiussor.* atque ita non mirum si hæc exceptio non personæ, sed causæ tribuatur. 9

Vel an minor in re sit deceptus dolo aduersarij remoto, ita vt sola in integrum restitutio ei supersit ad rescindendum contractum, quia sola læsio cum priuilegio ætatis restitutioni causam præbeat, & in hoc casu existimo exceptionem restitutionis fideiussori non prodesse taliter, vt ea non obstante posse creditorem securè eum conuenire, ad hunc casum referendum esse text. *in arg.* adductum, *in d. l. in causæ cognitione* 14. *ff. de minoribus*, vbi dicit Vlpian. æquum non esse subuenire fideiussori in necem creditoris, qui fidem non adhibuit minori, & ideo fideiussorem ab eo exegit, & ne debitor restitutus periclitetur, & actio mandati denegetur fideiussori, quæ aliàs secundùm regulas competit fideiussori soluenti aduersùs principalem, ideo quia quemadmodum minor restituitur contra creditorem, sic & pariter debeat restitui contra fideiussorem cui si debitum solueret, nullum commodum consequeretur ex restitutione, vt obseruat Donell. *lib.* 22. *Comment. cap. fin.* 10

Quo

11 Quo pacto docet Pichardus in d. §. exceptio-
nes 4. Inst. de replicationib. n.11. lucem accipere
textum in l.1.Cod de fideiuss minor,& id esse,quod
scripsit Paulus in d.l.exceptiones 7.in finalibus ver-
bis ibi quod si deceptus sit in re, tunc nec ipse ante
habet auxilium quàm restitutus fuerit, nec fideiussori
danda est exceptio docet ergo C.S. multùm referre,
an minor, qui fideiussorem dedit deceptus
vt in rem, an ex proposito si ex proposito com-
petet minori non solùm ius petendæ restitutio-
nis sed etiam ius excipiendi de dolo si fortè con-
ueniatur, quæ exceptio vtpote rei cohærens
competeret fideiussori, tametsi nec restitutus sit
minor, nec exceptionem obiecerit, quod si in
se deceptus sit doli exceptio minori non com-
petit, ac proinde nec fideiussori, quare ait Pi-
chard. cum Antonio Fabro lib.7. coniect.cap.3.in
fine, contra Holeandrum aliter legentem, scili-
cet cum negatio ne ibi, quod si deceptus non sit in
re superesse vnum remedium, illud scilicet, vt
in integrum restituatur quod fideiussori non cõ-
12 petit. † Et quia ea multis idem Pichard. alia
refert, à n.12 in d. §.etsi exceptiones 4. de replicat:
vbi reddit rationem, quare restitutio in inte-
grum non detur fideiussoribus, cum ad hæredes
transeat cum Donello lib 21. cap. fin. taliter vt
quamplura iura relata distinctione concilient
ipse, & Anton. Faber d. lib.8. coniect. cap.3.
Donellus ad titulum de fideiuss. minor. Mauriciua
de restitut. cap.14. Tremacinquius lib.1 pract. re-
13 soluit, de minorum resolutione 4. † Nec turbetur
ea distinctio per textum, in l. minor 51. ff. de pro-
curat in l a §.fin. ff. de administr tutorum. leg. si
pupillus 89. ff de acquirenda hered. quibus gene-
raliter, & indistinctè traditur per restitutionem
minorum fideiussoribus etiam succurri, quæ
iura loquuntur in casibus specialibus, vt latè ex
multis expendit idem Pichard. suprà n.14. & 16.
14 videndus omnino. † Ideo cum eo, & per eum
relatis intelliges iuxta præfatam distinctionem
textum, in l.3. §.sed vtrum, ff de minoribus, ad
cuius intellectum videbis ibi, Anton. Fabrum in
rationali, Cujacium in recitationibus solemnibus ad
eundem, Donell.lib.21.Comment. cap.7. vbi plura
Osualdus in notis littera E, & F, Melchiorem
de Valentia epistolarum exercitatio, epist.3. exerci-
tatione 5. quare ego non repeto, ne ab instituto
absim.

15 Ad secundam quæstionis partem, vt respon-
deas adjunges hîc, quæ dixi surrà in cap. exami-
nata 15. de Iudic q.8. & quæst.9. vbi an electa ab
actore viâ ordinariâ possit ad executiuam redire.
Et an quis possit ab actione proposita recedere
aliam intentando. Et applicabis, q.4. & 5. & 13.
d. cap. examinata.

16 Ad tertiam quæstionis partem de replicatio-
nibus, quæ sunt institutæ aduersùs exceptiones
reorum & de duplicationibus, quæ item insti-
tutæ pro reis sunt aduersùs replicationes acto-
rum, quæ nimirum vt omnes agnuscunt, om-
nimodam habeant connexionem cum exceptio-
nibus sic Imperator Iustinianus agnoscit, in prin-
cipio titul. Inst. de replicat. & in nostra rubrica
tangit Andreas Valensis n. fin. quare ego possem
ad longum de earum natura, & officio hic in-
nectere; sed quia infrà sub rubro in cap. 2. cap. di-
lect.8 cap. Apostolica 9. potest commodè de hoc
puncto agi, ideo hîc non insisto.

17 Ad quartam quæstionis partem, vt respon-
deam supposito, quod iurisiurandi exceptio
competit debitori, qui iurauit se nihil dare opor-
tere aduersùs creditorem, qui iusiurandum de-
tulit de ea re, de qua iuratum est, l. nam postea-
quam 9. §.1. Donell lib.22. Comment. cap.4. in
fine, & ex professo, lib.24. cap.7. vbi plura Os-
ualdus, Pichard. in §. idem iuris, cum aliis, Inst.
hoc tit. à num.10. ideo dicendum est, vt cum iu-
risiurando exceptio rei, & causæ non personæ
sit, d. l. exceptiones 7. hoc tit. quæ nullâ habitâ
ratione personæ datur ea sola, quia iuratum est
proficiat fideiussori, & hoc est quod dicitur, in
l. duobus 28. §.1. ff. de Iureiurando quod reus iu-
rauit fideiussori prodesse. † Idémque obtinere 18
in mandatoribus, leg. fin Cod. de const. pecunia,
quod est intelligendum si de re iuratum est, se-
cus si de persona vt Paulus dicit in dict. leg. duo-
bus §.1.

Quod si scire velis quando de re, aut de per- 19
sona iurasse quis videatur, breuiter dico de re
accidere veluti si iurauerit non deberi id, quòd
petebatur; de persona autem si rem deberi con-
fessus exceptione personæ coherenti est vsus vt
exemplificat Consultus in l fin. ff. de Iureiurando
veluti si pupillus aliquid promisit ea iuxta cau-
sa fideiussoremque dederit, nam si postea pupil-
lus conueniatur eique Iureiurando delato iura-
uerit & absolutus sit, ad hoc vt fideiussori eadem
exceptio competat, videndum est quomodo iu-
rauerit, nam si de contractu, & re iurauit se eam
pecuniam non debere hæc exceptio vtpote rei
cohærens fideiussori etiam competet; at si iura-
uit se promisisse sine tutoris authoritate fideius-
sori exceptionem non accommodari, quia de
persona iure videtur iuxta sententiam dict. l. fin.
expendunt Carrocius q.2.14. quæstionis principalis
n.3. Donellus in posterioribus comment. ad titulum
de Iureiurando c.4. idem Donell. lib.24 comment.
c.7. n.5. Petrus Faber lib.2. semestrium c.16. &
lib.3. cap.24 Othomanus lib.4. obseruat.cap.15.
applica dicta in cap.14 de Iureiurando.

Ad quintam de exceptione periurij, dico quod 20
hæc dicitur litis finitæ iuxta tradita per Hypoli-
tum cons.107. n.9. lib.7. & per Doctores in cap. t.
de litis contest. lib.6. & in l.1. & in l.non erit, ff. de
Iureiurando, § dato Ripol. Variar. cap 4. num.131.
& 132. vbi ait hanc exceptionem participare na-
turam dilatoriæ, & peremptoriæ taliter vt in
qualibet parte iudicij proponi possit dummodo
ante processus denunciationem, & conclusionem
in causa proponatur, nam si processus sit denun-
ciatus, & in causa conclusum, licèt de nouo per-
ueniat eius notitia non poterit proponi Abbas in
cap. Pastoralis hoc tit. col.5. versic. item quæritur ibi
Anton. de Butrio col.7.

Plura ergo alia hic innecti possent; sed quia 21
plenè de eis DD. scripserint & dictant ea Pichar-
dus cum eis, in toto tit inst. hoc tit. vbi de exceptio-
nibus pacti conuenti, Iurisiurandi Rei iudicatæ,
doli mali, & his similibus docentes de earum
natura Ripol. d. cap.4. de except. per totum, & alij
iam relati interpretes, ideo iam operæ pretium
erat vt de aliis exceptionibus personæ cohærenti-
bus ageretur, quales sunt cessionis bonorum &
quæ humanitatis causâ dantur ne exceptæ per-
sonæ vltra id, quod facere possint conueniam-
tur, sed quia de istis propius sit locus scriptus in
§. sunt præterea cum tribus sequentibus vsque ad
finem tituli de actionibus & ibi Pichard. & ab eo
relati ideò non insistimus, & alia videbis sub
rubro huius tituli.

Notabis

22 Notabis pro complemento omnem exceptionem peremptoriam, quæ non impugnat sententiam sed tantùm limitat & restringit opponi posse post sententiam *l. fideiussor. §. idem respondit, ff. de fideiussoribus l. Nessenius, ff. de re iudicata l. ex diuerso, §. fin. ff. soluto matrimonio*, Bart. *in l. 1. Cod. de iuris & facti ign.* ibi Iason vbi singularia refert, Felinus *in cap. suborta in princ. de re iudicata cap. cum Ioannes de fide instr.* vbi tradit quando exceptio peremptoria possit post sententiam opponi quando verò Gratianus vbi alia tradit,
23 *regula* 348. † Qui *num.* 12. limitat hoc dictum quando talis exceptio esset antè sententiam opposita, & per iudicem reprobata ita quod ea non obstante sententia lata esset Glossa *in d. l. Nessenius, §. fin.* cum Bartol. *in dicta l. ex diuerso, §. fin.*
24 vbi Alex. & Boërius *decis.* 16. *n.* 2. *&* 3. † Dicit hoc verum si exceptio fuit opposita ad vnum effectum, & ad illam iterum post sententiam opponeretur secus si primo ad vnum, postea ad alium sit opposita, quia tunc venit admittenda.
25 † Item regula limitatur si Iudex statuisset terminum ad omnes exceptiones opponendas, sic Gratianus *num.* 13. cum Iasone *in dict. l.* 2. vbi alias tres limitationes ponit & ibi Bernardus.

QVÆSTIO VIII.

An exceptio, quod in pari causa æquè priuilegiatæ, melior sit conditio possidentis, obstet aduersùs executionem contractus bullaris, si omnes ex eodem contractu causam habeant: Et an si exceptio probationis detecta fuerit aliquo modo ante executionem, tunc præuentio super exceptione, impediat executionem instrumentis?

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non solùm anterioritatis æquè priuilegiatæ admittitur aduersùs executionem contractùs bullaris, sed & etiam ex æquali causa pariter priuilegiata possessio rei subiugata penes tertium conuentum reperiretur: distingue, n. 7. & 8.*

2 *Possidentis conditio in pari causa regulariter potior est: qualiter in pignore, à n. 6. & 7.*

3 *Prohibentis conditio in re communi, & sociali, melior est, siue causa turpitudinis sit, siue bonæ fidei, vt, n. 4.*

5 *Exceptio admittitur in prima executiui Iudicij instantia aduersùs contractum Bullarem, id est, guarentigiatum, si tertius tantùm possideat ex causa pariter priuilegiata, putà inter vsurarij eiusdem contractûs Bullæ*, cum dist. n. 6. 7. & 8.

6 L. si vnus, §. 1. ff. pro socio, n. 7. & 8.

7 L. si debitor, §. inter ipsos, ff. de pignoribus.

8 *Creditores omnes hypothecarij habentur de Iure communi, vti plures socij, & coheredes inter quos non obstat exceptio paritatis.*

9 *Executio sententiæ per præuentionem, non impeditur; secus si agatur de executione instrumenti; & sic componi Innocent. & Bald. vt n. 10. 11. & 12. & qualiter intelligatur Innocentius, infrà, n. 15.*

13 *Nullitas impedit executionem sententiæ, vel instrumenti si sit promptuaria, non solùm opposita per viam exceptionis, sed etiam per viam principalis petitionis; secus si non incontinenti probetur, nisi fraudulenter lis nullitatis opposita fuerit, vt, n. 14.*

14 *Exceptio aduersùs instrumentum non impedit eius executionem, si altiorem indaginem requirat.*

16 *Præuentus tacens, & consentiens exceptionem præuentam detegi, sibi præiudicat in disceptando super natura sententiæ, aut instrumenti*

17 *Nullitatis exceptio competens debitori, potest opponi, non obstante pacto de illam opponendo; aliter si exceptio sit alia: nam tunc pactum non impedit.*

18 *Præuentio non potest fieri per debitorem subnegantem, nisi prius soluat ille, quem excludit, stante statuto rejiciente omnes exceptiones.*

AD primam quæstionis partem, suppositis 1
nonnullis, quæ dixi *suprà sub cap. licet* 9. *de probat.* de antiquiori, siue anteriori possessore; item & *sub cap.* 17. *hoc tit.* vbi de contradictore, siue tertio oppositore, ac videam digladiantes inter se DD. alij negantes exceptioni prædictæ locum dari. alij affirmantes eam admitti, de quo sunt videndi respectu contractus censualis Mulanen. *decis.* 1. *n.* 173. *lib.* 2. Anton. de Ballis *lib.* 5. *ad pragmat. de censibus, q.* 2. *n.* 9. Giurba *decis.* 22. *n.* 1. Angel. Aretin. *cons.* 55. *nulli*, Felician. *de cens. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 7. *tom.* 1. Castillo *decis.* 78. *n.* 6. Afflictis *decis.* 16. *sub n.* 2. Negusant. *de pignoribus p.* 5. *membro* 2. *n.* 1. *&* 2. Cardinal. Tuschus *conclus.* 374. *num.* 4. *littera E, tom.* 3. latè Mastrill. *in Additionib. ad Petr. Gregor. super Bulla, q.* 6. *n.* 93. *& decis.* 17. Conuersan. *in Addition. ad Inrigliol. super Bulla, q.* 51. *litt. A*. Muta *decis.* 27. *n.* 7. qui & alij infiniti, quos refert Amato *resol.* 31. *à n.* 6. videndus per totam firmant, non solùm exceptionem anterioritatis æquè priuilegiatam admitti aduersùs executionem contractus bullaris; sed etiam, si ex æquali causa pariter priuilegiata possessio rei subiugatæ penes tertium conuentum repetiretur. † Cum in pari causa regula- 2
riter sit potior possidentis conditio, *ex l. si debitor, ff. de pignorib. l. verùm, ff. de minorib. §. penult. l. decreto, Cod. qui potiores in pignor. cap. in pari de reg. iuris.* † Et sicut in re communi, & sociali 3
dicitur meliorem esse conditionem prohibentis per textum *in l. Sabinus, ff. communi diuid. cap. in re communi de reg. iuris lib.* 6. *l. fin. §. fin Cod. de seruitutibus*: post alios ex antiquioribus, & modernioribus videndi sunt Scaccia *de commerciis, & cambiis, §.* 1. *quæst.* 7. *p.* 1. *ampliat.* 19. *à num* 98. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib tit.* 26. *n.* 24. *volum.* 2. latissimè Fontanella *de pactis dotalib. glossa* 7. *clausula* 5. *à num.* 10. *&* 11. *volum.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 343. *num* 5. versic *præterea*, Farinac. *quæst.* 111. *art.* 7. *à num.* 107. Tuschus *conclus. quæst.* 27. *littera P, à n.* 54. Surdus *cons.* 469. *lib.* 4. Gratian. *discept. forens.* 402. *num.* 22. *lib.* 3. Gregor. Lopez *in l.* 7. *tit.* 14. *p.* 6. Glossa 1. in verbo *fasta diez años* † Qui & addunt procedere, 4
siue pax causa turpitudinis sit siue bonæ fidei, *per l. per delictum* 197. *ff. de reg. iur. l.* 3. & ibi gl. 1. *ff. de condit. ob turpem caus.* Tuschus Cardin. Paris de Puteo *de syndicatu*, in verbo *officialis cap.* 10. *num.* 6. versic. *tamen dans turp.* Boërius *decis.* 153. *num.* 24. Rota Romana *de re iudic. decisione* 4. *sub num.* 1.

num.1.Rondenel.de syndic. officialis,n.14.& alij.
5 Et sic Mastrill.dict.quæst 6.num.93.versic. quaro si textus in addit. ad Petr.Gregor.dixit quod si ter-
tius non possidet ex causa anteriori,sed ex æquali
causa pariter priuilegiata, potà pro inter vsura-
rij eiusdem contractus Bullæ idest, vt ego iudico
instrumentalis guarentigij apud nos, de quo latè
dixi, sub cap. 1. de fide instrument.) seu pro parte
crediti orientis ex eadem origine titulo, vel con-
tractu, exceptio admittatur in prima executi-
uæ iudicij instantia aduersùs contractum Bullatē;
quia in praxi causa melior est conditio possidētis.
6 Sed quia alij DD. videntur contrarium pro-
fiteri, per leg. Lucius, ff. qui potiores in pignore ha-
beantur, & per l. si vnus, §. 1. ff. pro socio, quos
refert idem Amato. dicta ref. 31. à num. 10. Ne-
gusant.latè examinans de pignorib. memb. 5.p.2. à
num.31. ad 39.respondens contrariis Carroc. de-
cis.109.num.33.& 34.Pereira Castro,decis Portu-
gal.16.Anna allegat.4.dicentes, quod inter plures
socios, vel cohæredes non est potior conditio
possidentis, cum aliis distinguens Zeuallos in
pract.quæst.148.Molin.de inst.contract.d sp 411.sub,
7 num.7. Menochius cons. 46 † Tamen rem hanc
satis dubiam inter DD. existimo sequenti distin-
ctione componendam: nam si disceptatio sit in-
ter litigantes creditores, de pignore, scilicet
actione personali, tunc reuerà prima opinio,
quod exceptio anterioritatis, legitimè opponi-
tur sic intelligendua Textus in l si debitor, §. inter
ipsos, ff. de pignoribus,dum aperit regulam, quod
inter plures creditores pignus insolidum haben-
tes, melior est conditio possidentis, si inter
ipsos de pignore quæstio moueatur: sic Assinius
de executione, § 7. cap. 22. Negusant supra, &
Amato num fin. Vincent. de Franch. decis. 260.
num.4.secus tamen si ex contractu eiusdem diei,
& super eadem re,& ex eadem contextora: nam
tunc creditores agentes hypothecaria non datur
inter illos possessionis anterioritas, nec inter co-
hæredes agentes hypothecaria, & si regula, vt
melior conditio sit possidentis, intelligatur res-
pectu diuersorum contractuum,& ex dictis titu-
8 lis. † Et sic quemadmodum de iure communi
creditores omnes hypothecarij habentur, vel
plures socij, & cohæredes,inter quos non obstat
prædicta exceptio paritatis, causæ, & melioris
conditionis possidentis respectu actionis hypo-
thecariæ, quæ semper remanet communis inter
socios, & apud vnomquemque insolidum;inde-
que ex dicta l. si vnus, §. 1. ff. pro socio, & §.1.
instit. eodem. & ex Glossa, & DD. in l. verum, §.si
cum tres,ff.pro socio,l.labeo.ff.fam erciscunda, rem
quæ fuerit à socio, vel cohærede acquisita, ve-
nire hypothecaria communicandam cum aliis
sociis cohæredibus, vel habentibus quasi vni-
cum Ius in re ex vnica origine, & causa onero-
sa, non habitâ consideratione ad priuilegium
possessionis, & similiter in contractu bullari,
quando omnes ex eodem contractu causam ha-
bent: ita distinguit Marta dicta ref.31. ex num.10.
vbi interpretatur dict. Mastrill. ex Franc. suprà,
quem dicit loqui de diuerso contracto.
9 Ad secundam quæstionis partem, in qua video
Doctores discordes quosdam cum Innocentio in
cap. cum in iure de officio de leg firmantes nullo-
modo executionem impediri, & si super vsura
fiat præuentio ad rescindendum contractum co-
ram Ecclesiastico per Textum in l.fin.Cod.de ordi-
ne cognit. & quia hæc videtur esse natura instru-
mentalis processus iuxta quæ adduxi sub dict.c 1.
de fide instrum.vbi de instrumento guarentigio,senten-
tia,confessione,& schedula recognita executioni man-
dantis per viam,& processum executiuum † Quos- 10
dam alios cum Baldo in Auth qua supplic. Cod.de
precib.imper.offerend.dicentes facta nullitatis,præ-
uentione iudicem non debere esse velocem ad
exequendum,cum iam tunc dubium sit iudici,li-
cet si exequator non dicatur attentasse, nec re-
uocari executionem & hoc per Doctrinam Tex-
tus, in cap. tuam de ordine cognit. vbi latè expen-
di, quatenus ibi exceptio litis-pendentiæ super
illegitimitate, vel super absolutione à Iuramen-
to,de quo etiam latè dixi,sub c.1.de rest.spoliat.vel
super vsuraria prauitate de quo, & sub c.debitores
de iureiurando & similibus præiudicialibus,impe-
dit processum coram iudice laico, & etiam exe-
cutionem instrumenti.
Cumque negari non possit in praxi propter 11
exceptiones præuentas, & oppositas processum
executiuum sæpe sæpius deferri; imo,& aliquo-
ties ad viam ordinariam reduci;ideo Amato cum
Raphael Cuman,& Alex.in l.4.§.condemnatum ff.
de re iud.in 4. addit Suarez post rem declarationis
Regni,§.circa fol 706. num 97 Amato ref 36 cum
infinitis de hac re loquentibus, existimant Inno-
centij opinionem fuire intelligendam,quando sci-
licet agitur de executione sententiæ,quæ vtique
per præuentionem non impeditur. † Secus verò 12
quando agitur de executione instrumenti vigore
statuti,aut legis municipalis ei paratam executio-
nem præstantis,quia tunc præuētio impedit dif-
ferentiæ rationem; quia in processu. in quo sen-
tentia fuit transacta in rem iudicatam, fuerunt
oppositæ,seu debuerunt opponi omnes exceptio-
nes peremptoriæ quæ post sententiam opponi
prohibentur;secus aduersùs instrumentum: sic in-
telligendus Baldus,& eius sequaces.
Et inde Bald.opinionem aduersùs Innocentium 13
sine scrupolo procedere,& locum habere, quādo
non solùm super exceptione recisionis,vel nulli-
tatis sententiæ,siue instrumenti est ante executio-
nē præuentū,sed etiam si lis est contestata,& pro-
cessū est ad testiū examinationem quibus liquido
constat,si sententia, vel contractus sit nullus,vel
ne,& non restat,nisi vt publicetur processus,quia
tunc cum sit liquidum iudicis nullitas,vel excep-
tio præuenta, non videtur requirere altiorem in-
daginē,& tantò magis,quando nō solū esset facta
publicatio,sed etiā dati essēt termini,& præsenta-
tæ exceptiones,& super eis producti testes. † Et- 14
enim nullitas impedit executionē sētētiæ, vel in-
strumēti,si sit prōptuaria,nō solū per viā exceptio-
nis sed etiam per viā principalis petitionis, secus
si non incontinenti probetur,altiorē per indagi-
nem exceptio aduersùs instrumentum, sententiā
requirat iuxta nonnulla,quæ dixi sub c.1.c.2.& d.
c.tuam de ordine cognit.Socin cons 78.n 5. & Alex,
in d.l.4 §. condēnatū,& ex Bart.& Castr.in l. si ex-
pressim ff.de appellat.& ita practicari etiam in nul-
litate sententiæ per viam præuentionis, nisi frau-
dùlenter,lis nullitatis opposita fuerit, aut si con-
staret iudici de manifesta falsitate,& aliis in casi-
bus latè cum aliis multis loquendus idem Amat.
d.ref 36 à n.9.† Qui & n.8.cum Mascard.latissimè 15
loquente de probat concl.687.n.17 limit.5.& prius,
num.13. & 14. Antonio de Canatro de executione
instrumenti, num.90 & 91. quæst 51.& 52. in fine.
dixit etiam opiniones Innocent.intelligi quando
coram diuerso iudice præuentum sit; secus si
coram

coram eodem iuxta Bald. & iuxta hanc distinctionem dicta de executione sententiæ, sunt intelligenda, *num. præcedenti.* ne aliàs obstent plura, quæ dixi, *in cap. suborta, & in c. quo ad consult. & in c. 1. de re iud.*

26 Etenim in praxi quotidie videmus, quod etsi de natura sententiæ, siue instrumenti, veniat in iudicio disceptandum executiuo termino, at si ipse præuentus taceat, & consentiat, ac passus sit exceptionem præuentam detegi per probationes, & testes, tunc sibi præiudicet, cum in iudiciis tacens in quantumcumque præiudicialibus, pro cõsentiente habeatur: sic post ordinatios Fontanella *de pactu dotalib. clausula 7. glos. 2. p. 5. à num 27. volum. 2.* & quia in iudiciis quasi contrahitur, vt *in l. 3. §. item scribit, ff de peculio,* Giurba *decis. 99. num. 4.* cum aliis idem Amato *dict. res. 36. ex n. 17.* vbi quod talis tacitus consensus idem operatur, ac si expresse præuentus consentiret: sic vt non opponendo illico præuentus, & executionẽ causando sibi præiudicet, cum videatur viæ executiuæ renunciasse. Et ad hæc pro latiori disputatione poterunt adiungi, quæ dixi, *in cap. examinata supra de indic. quæst.* 8. dum egi de illa, *an electa ab actore viâ ordinaria, possit redire ad viam executiuam? Et an pendente iudicio ordinario coram vno, possit executiuum coram alio intentari,*

17 Dubium verò est, an si in limine instrumenti, à debitore oppositum sit pactum, per quod renunciat cuicumque exceptioni sibi competenti, obligando se ad nullam exceptionem opponendam, & in hoc puncto sub distinctione est respondendum; quia si debitori competat nullitatis exceptio, non obstante pacto, possit illam opponere; secus si alia exceptio, qua intentatur rescisio contractus, aliàs validi, tunc quidem, donec soluat illũ vti tali exceptione prohiberi, vt docent passim Bursatus *cons. 291.* cum multis Macerat. *var. resol. lib. 1. res 38. n. 19.* Amat. *d res. 36 n. 23. & 24.* Giurba *dec. 103. per totam,* Mastrill. *dec. 13.* Andreas Georgius *alleg. 34.* Fontanell. *de pact. dotalib. clausula 4. Glos. 9. p. 5. à n. 224* Menoch *cons. 644. & cont. 1'11.*
18 *n. 63. & 64* Muta *dec. 94. latè.* † Vbi latè probat, quod præuentio non potest fieri per debitorem subiugantem, nisi prius soluat ille, quem excludit stante statuto rejiciente omnes exceptiones, qui omnes hoc sic quotidie practicari dicunt.

AD TEXTVM
IN CAPITE I.
De Exceptionibus, hoc Tit.
PRÆMISSVM.
SVMMARIVM.

4 *Infamia quid sit? & quotuplex tradunt DD. hic.*

1 COMMVNITER diuidunt DD. integram contextutam nostri Textus interpretes, id est deducunt ex eo tres conclusiones. Prima, quod testis, aduersùs quem exceptio criminis opponitur repellitur, à testimonio. Et quia de hoc latissimè dixi, *in c. test. 54 & in c. fin. de testib.* ideo nec amplius de ea repeto.

2 Secunda probat, quod si sola objiciantur testibus crimina de quibus alio in tempore conuicti, vel confessi fuerant in alio iudicio, nihilominus sint testes repellendi à testimonio ferendo, per ea, quæ etiam adduxi *in d. c. testimon 54. & in c. fin. de testibus.*

Tertia, quod si testes de crimine ad solã exceptionẽ proposito, conuicti, vel confessi sunt, non sunt pœnâ ordinariâ criminis puniendi, de quo etiam nonnulla adduxi, *in prætitatis Iurib.* vbi in dictis Iuribus dixi, *de infamia, quâ testes à testimonio ferendo repelluntur,* ibi, *in d. c. 54. q. 2. 3 4. 5. & 6.* & quia Cou. *in c 11. de testam.* per hunc text. *à n. 6.* & *in c. 18 pract. à n. 12 & 5.* disputat, an testis præsumatur idoneus, iterum recurres ad dicta iura, & ad text. *in c. quoties 5 eod* & ad alia *ibi.* † De infamia quid, & quotuplex sit? disputant DD per nostrum textum, latè Suar. *de censuris disp. 48. sect. 1. per tot. & 2.* videbis quæ notat Mol. *de Iust. & Iure, tom. 5. tr. 4. disp. 7. 8. 9. & 11* plura Donell. *ad textũ nostrum, lib. 18. Commentarior. c. 6. & seqq. de testib. infamib.* Rodrig *de examinando processu, cap. 90. ex num. 30.* alia Balb. & communiter repetentes, & Barb. *hic ad quæst.* Faquin. *lib. 9. Controuersiar. c. 13. lib. 10. cap. 81. & c. 82. & lib. 13. c. 43.* Grat. *reg. 113. & 407.* Farin. *de Testib. q. 54.* Osuald *ad Donellum, lib. 28. Comment. & in lib. 25. c. 8* Mascard. *de Probation. concl. 464. & 1362.* Morla *in emporio lib. 11.* Gom. *tom. 3. Variar. c. 11. n 22.* Cou. *in pract. cap. 28.* Si præter notata, & quæ *infrà* dico, alia cupis scire, leges quæ scribit nouissimè Math Collerus, ad hunc text. *de processib. executiuis, p. 4. pag. 54. ibi à n. 14.* ponit formas libellandi super exceptionibus transactionis, iurisiurandi, vel rei indicatæ, nouationis, compensationis ante litem contestatam, Senatusconsulti Vellaiani, non numeratæ pecuniæ, non adimpleti contractus, simulationis, super simulata emptione, super contractu in totum simulato, doli mali, super metu & violentia; nullitatis exceptione falsi, non factæ citationis, litis non contestatæ, vel aliter resultantis. 3 4

QVÆSTIO I.

An exceptio falsitatis in testes opposita, possit ad eorum repulsam opponi in secunda appellationis instantia: Et quando sit opponenda in prima instantia: Et an minor restituatur ad opponenda crimina, & vitia aduersùs testes: Et an si peccatum & quale, falsum crimen testibus objicere: Et sit obnoxium restitutioni?

SVMMARIVM.

1 *Exceptio falsitatis in testes opposita, an queat opponi ad eorum repulsam in secunda appellationis instantia remissiuè.*
2 *Exceptio falsitatis de Iure Regio potest opponi etiam post sex dies ad publicationem datos, & in quo casu, n. 3 & 4.*
5 L. fin. Cod. de fide Instrumentorum.
6 *Sententia ex falsis Instrumentis, aut testibus lator, quando retractari queat, n. 7. 8. & 9.*
8 Cap. cum venerabilem tit. cap. licèt de probationibus.
9 *Textus noster declaratur.*
10 *Minor restituitur ad opponenda crimina, & vitia aduersùs testes, n. 11.*
12 *Peccatum lethale testibus falsa crimina obiicere; & obnoxium restitutioni, n. 13. 14 fallit, n. 15.*
15 *Peccatum quale sit crimen occultum testes obiicere quãdo id nequit probari nec facit ad causã:*

1 AD primam quæstionis partem dixi iam, *in d.c.testimonium 54. de testib. q.4.& q.5. n.20. de excipiente contra testes,quod sint falsarij,& criminosi:* nunc de quæstione Ioann. Gutt. *pract.lib.1. c.64.* cum ab eo relatis, & de hac exceptione falsitatis, seu subornationis testium vide adducta *suprà in cap.sicut 9. de testibus.*

2 Ad secundam quæstionis partem, etsi *sup.*egerim *in d. cap. testimonium*, de quæstione an hæc oppositio exceptionis liceat post publicatas attestationes, vel post latã sententiã *ibi d.q.4.vers. ad secundã, n.4.*nunc verò ad propositũ dubij, de quo inquiritur dubiũ facit,si stante lege Regiâ 1. *tit.8.lib.4.recop.* quâ assignati sunt sex dies ad repulsas, & exceptiones testium proponendas aduersùs testes nunquid & exceptio falsi criminis aduersùs testes objici possit intra id tẽpus,ac debeat,& videtur non solùm intra id tẽpus, sed & extra post illos ses dies concessos à die factæ publicationis ad testiũ reprobationẽ opponi posse ex doctrina gl.verbo *per sententiã*, cõmuniter receptã à Panorm. *hîc n.7.*Dec.*n.4.* & ab omnibus scribentibus,vt testatur Rodrig.*de ordinando processu, c.9.n.9.*ex alia simili Gl.*in c.ex parte 7. de te-*
3 *stib.*verbo *testes idoneos.* † Vbi ait distingui,ac diuersum Ius cõstitui,si exceptiones istæ objiciantur in personas testium,vel si eorũ dicta velit altera pars redarguere de falso,ita vt priori in casu omnes illæ exceptiones post publicatas attestationes,vel intra terminũ à Iudice assignatũ, ante sententiam opponi possint ex cõmuni regula deducta ex nostro textu,*& ex c.Pastor.h.t.*& gl.verb.
4 *trium mensiũ in c.licet causam 9.de probat.* † In vltimo verò casu quando aduersùs testes objicitur falsitatis exceptio , tunc post publicatas attestationes, & terminũ à Iure vel à Iudice assignatum ante sententiã, siue post sententiam tale falsi crimen aduersùs testes opponi posse intra viginti annorum spatiũ,vt probatur, *ex l querela,Cod.ad leg Cornel de falsis,& in c.cum venerabilis hoc tit.*in versic.*ac non solùm, c.licet causam de probat.*versic. *post hoc, l.13.tit.22.* & *in l.2.tit.26.p.3. & l.5.tit.7. p.7.*Ant.Gom.3.*tom.Var.cap.1.n.5.* Iul.Clar.*lib.5. pract.crim.§.fin.q.51.n.1.*Villadiego *in gl. l.8.tit.4. lib.2. recopilationis, n.4.*

5 Obstat verò textus, *in l.fin.C.de Fide Instr.*qua sancitum est post sententiã falsitatis quæstionem nullo modo moueri posse,cum nec ab eius sentẽtia,per quã ex falsis testibus,aut instrumentis iu-
6 dicatum est appellatio interposita sit. † Tamen DD. communiter per Gl. *in d.cap.licet de probat.* verb.*opponi,*respõdent,quod, licet verum sit sententiam latam ex falsis testibus,aut instrumentis, quæ in hoc parem vim habeant ex doctrina eiusdem Gl.*ibi,& in l.Diuus, ff. de re indicata,* verbo *corruptis* per vulgarem legem in exercendis, *C.de Fide Instrum.* retractari valeat, si postea falsa esse probentur, non obstãte exceptione aliqua rei iudicatæ,*l.qui agnitis, ff.de except.l.si ex falsis.Cod.de transact.* nihilominus si in causa principali falsitatis quæstio mota est nec, quod falso obiectum fuit, probatum est , nec à sententia appellatum, non possit iterum post sentẽtiam,de falso agi,sin autem esset appellatio interposita,benè retractaretur sententia prætextu falsi instrumenti iuxta,
7 *d.l.vlt.vbi notat gl fin.ibi.* † Et ita dixit Greg.Lop. per text.*in l.18.tit.22.& ex l.2.tit.26.p.3.*quem sequitur Amator Rodrig. *vbi sup. d.c.9. de except. n.10. in fine*, quod sententia lata prætextu falsorum instrum. rescinditur , & reuocatur, si etiam ex falsis testimoniis pronuntiata sit falsitate probatâ , etiamsi nulla sit appellatio interposita secundùm textum , *in l.1. & 2. Cod.si ex falsis instr. vel testimoniis indicatum sit.*

Quare post Gl. *in d.c licet causam*,verb.*opponi*, 8
& in nostro textu declarant Bald.& Panorm.*n.5. hîc*, quos sequitur Amat. *d.c.9.n.11.*accipere lucẽ text.*in d c.tum venerabilem hoc tit.*& *in d c.licet de* scilicet vt si nũquam antea obiectum sit de falso tunc post sententiã intra 20. annos possit opponi exceptio falsitatis aduersùs testes,& instrumenta quãuis à sentẽtia non fuerit appellatum propter maximũ falsitatis odium, & periculũ,quod in eo versatur.† Faciunt notata per Balb.*hîc n.53.& in* 9
*d.c.cum venerabilis à n.49.*quatenus declarat textum nostrum procedere in exceptione, quæ opponitur aduersùs personam testium,v.g.quia criminosus vel inimicus quo casu cum Panorm.*hîc n.7.* Dec. *n.4.* & Mantua *n.20.* ait opponendam esse exceptionem ante sententiam.Quod si exceptio opponatur contra testimoniũ potius quam cõtra testẽ, v.g.si pecuniâ corruptus falsum protulit testimonium in illo negotio vel si aduersarius falsis instrumentis vsus fuit,tunc etiam post rem iudicatam eam exceptionem opponi posse Barb.*hîc n.7.* cum Rebuffo *in tract.de exceptionib. n.447.* eo quod exceptio , quæ contra testes objicitur est quasi perẽptoria quia directè nõ perimit intentionẽ aduersarij;sed per obliquũ nempe sublatâ probatione , ius partis inutile remanet.

Ad tertiam quæstionis partem , an transactis 10
dictis ex diebus, *ad l1.tit.8.lib.4 recop.* concessis ad objiciẽda crimina in testes concedatur minori restitutio , & Ecclesiæ aduersùs omissionem huiusmodi allegationis, & prædicta lex in verbis:*Y que no sede restitucion para las poner ni para las probar en la primera ni en la segunda instancia,*negatiuam sententiam demonstrat sequitur Felinus *in cap. fraternitatis,n.5.de testibus,* Couarr. *practicar. q.26.n 4.*versic.5.vbi & Iure communi eam probauit Matthæus de Afflictis *decis. cap.390. n.3. & 6.*Didac.Perez *in l.1.tit.4.lib.3.ordin.colat.937. in princ. & 943.* circa finem Capella Tholosana *q.53.* † Sed Boër. *decis.245. n.7.* Caldas Pereira 11
in repetitione legis si curatorem, verbo *læsis*, *n.30. & 31. C. de in integrum restitut minor, pag.1308. in secunda parte tractatuum restitut. in integr.* docent quod si alias minor perderet causam, tunc restitui debeat ad opponendos defectus , & objectus contra testes , & vt æquius admittit *q 4. à num.1. in Rubrica*, & probatur hoc dictum ex latè adductis *suprà in Rubrica de mutuis petit.* ibi *quæst.15.* egi *de dubio , an minor restituatur ad reconuentionem & in Rubrca de litis contest.quæst.15.* vbi qualiter succurratur minor contumax in non contestando. Et *in cap.1. de litis contest. quæstione 8. à num.1. & alibi.* Et an attestationibus publicatis minor, & Ecclesia restituantur ad probandum , *in cap.31. de testibus , q.2.* versic. *ad quartam.*

Ad quartam quæstionis partem,an peccatũ sit, 12
testibus objicere falsa crimina ad falsum,aut cõtra ordinem Iuris testantibus , & Ioannes de la Cruz *in director.cõscien.p.1.precept.8.art.4.dub.17. concl.7.* cũ Bañez, Led.Orellana Esseuit.probabiliter esse tantùm peccatum veniale objicere testi in quo crimen falsum secluso periurio in objiciente,& testibus ad hoc inducendis videndi Ledesma *in summa tom.2. tract.8.cap.35. concl.21. in fin.*Gasp Hurtado *tract.de Iudic.forensi disp.4.difficultate*

13 *cultate 2.* † Alij autem DD. secundùm Maldcrum *in 2.2. D. Thomæ tract.6.cap.3. dub.3.* quibus assentire videtur Diana *p.3. tract.5. Miscell.1.resol.4.* docent sic objicientem peccare mortaliter, nam non habent Ius defendendi se illo medio cum mendacium sit intrinsecè malum nec in finem bonum ordinabile. † Et tunc non dubito sic objicientem esse ad restitutionem obnoxium, etsi Ledesma *vbi sup.* dicat non peccare contra iustitiam, & ideo ad restitutionem non teneri.
14

15 Vnde infero quod si crimen contra testem opponendum sit occultum; sed verum quidẽ non sit peccatum opponere illud testibus aut infamiæ exceptionem; quia eo ipso quod à iure conceditur, licitum est absque alterius iniuria huiusmodi vti beneficio, arg. text. *in l. fluminum, §. item videamus, ff. de damno infecto*, *l. iniuriarum actio 13. §. 1. & §. quæ Iure, ff. de iniurijs;* probat in specie Abul. *super Matthæum, c. 24. q. 28.* vbi declarat id procedere quando sic opponens posset exceptionem probare, aliàs non posse absque graui diffamationis damno, & peccato arg. text *in c. accusatores 46. dist. c. plerumque 2. q. 7.* sequitur Balb. *hic n. 31.* ibi *n. 40.* ait, quod si criminis exceptio necessaria non est ad causæ victoriam, tunc objiciens peccaret lethaliter etiamsi eam probet exceptionem sic cum Soto *de Iust. & Iure, q. 7. art. 3.* quidem dicendum docet, si causa esset parui momenti, & crimen oppositum enorme, propter quod testis infamià viueret notatus, & hoc etiamsi aliter non posset vincere causam nam vita, & fama proximi temporalibus maximè exiguis præfertur teste D. Thomà *2. 2. q. 73. art. 3.*

QVÆSTIO II.

An exceptio criminis possit in causa matrimoniali aduersùs testes opponi etiam post rem iudicatam, & an exceptio lenocinij ab vxore intentata excludat maritum ab accusatione adulterij: Et an repellatur mulier dotem petens à marito criminis participe etiamsi dicat eam fisco deberi, & quot sint causæ, quibus infamia irrogetur?

SVMMARIVM.

1 *Exceptio criminis potest opponi post rem iudicatam aduersùs dicta testium secus aduersùs eorum personas.*

2 *Lenocinij crimen est grauius adulterio vbi quid sit, n. 3. & vt sit peius homicidio.*

4 *Leno est pejor quam diabolus.*

5 *Leno propriè est qui quæstionis fœminas habet, & de alijs acceptionibus, n. 6. 7. & 8. cum alijs.*

6 *Leno denominatur ab alliciendo.*

9 *Lenones quibus pœnis antiquitus, & hodie plecti consueuerint, & n. 10. de casu* hic *Valisoleti punito.*

11 Leg. cum mulier 47. ff. soluto matrim. n. 12. l. 2. §. si publico Iudicio, ff. ad l. Iuliam de Adulteriis, l. is qui reus 5. ff. de publicis Iudiciis, l. quoniam Alexandrum, C. ad leg. Iuliam de Adulteriis, leg. neganda, Cod. qui accusare non poss.

12 *Lenocinium oppositũ per viam denunciationis nõ repellit maritũ ab accusatione vxoris adulteræ, secus si per viam exceptionis aliter, n. 13.*

14 *Vxor dotem petens à marito dicente eam esse criminis participem non repellitur etiam propter fisci Ius allegatum.*

15 *Infamia irrogatur ex tribus causis, & quæ istæ sint.*

AD primam quæstionis partem fit gradus ex dictis *sup. q. 1.* versic. *ad secundam*, & ex aliis dictis *sup. in Rub.* & licet iam dixerim aliud esse opponere crimen, seu infamiam in personas testium; seu opponere contra eorum testimonium quod sit falsum ita vt in primo casu nunquam liceat criminis exceptionem post latam sententiam opponere licet in secundo aliter fiat tamen regula nostri textus fallit in matrimonialibus causis, arg. text. *in c. lator. c. tenor de sent. & re iudicata*, Couarr. *in 4. p. 2. c. 8. §. 12. n. 12.* multis probat Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp.* 100. quam rationem non admittit Balboa *hic n. 55.* itaque vt plenius hoc dubium dissoluas, leges, quæ *sup.* adduxi, *sup. c. 1. vt lite non contestata non procedatur ad testium receptionem*, & infrà *in d. cap. cum consanguinei de re iudicata*, vbi latissimè. 1

Ad secundam quæstionis partem, quia eius responsio pendet ab intellectu text. *in l. 2. § si publico ff. ad l. Iul. de Adult.* de qua dixi nonnulla, *in c. 2. de confess. q. 1 n. 8* ideo nunc breuiter supponẽdum est crimen Lenocinij esse adulterio grauius, quia adulter solùm in se, leno autem in se & in alium, vt voluit Gl. *in l. Athletas, §. Pomponius*, in verb. *eum qui seruitute, ff de his qui notantur infamià* vbi Bart. & Bald. *n. 7.* & alij communiter. † Facit text. *in l. palam, §. non est ignoscendum, ff. de ritu nuptiar.* vbi dicitur lenocinium facere non minus quàm quæstum corporis exercere, & ibi Gl. verb. *non minus*, dixit, *imò magis delinquere lenonem quàm meretricem*, tradit cum multis Farin. *in pract. crim. q. 144. tit. 16. §. pœna omnis lenonis*, vbi colligit ex Auth. *de Lenon in princ.* hoc crimen esse horribile, pessimum, ac crudele vbi multa inde testatione huius criminis alias inquã recẽsens, & omnes artes fraudes falsitatis, & fallacias Lenonum, quibus vtũtur in decipiendis pauperibus puellis, hæc, & alia similia recensent Pelu. *in pract. lib. 1. c. 9.* in verb *Lenonum, n. 11. & seq.* Angel. *de maleficiis*, in verbo *Arena adulterato la mia domna, n. 69.* Petr. Cauall. *resol. crim. casu 171. n. 1.* Menoch. *de Arbit. qq. lib. 2. cas. 134. n. 1. cent. 6.* † Folen. *in pract. in § item quod fuit leno in pr. en n. 24.* vbi ait quod lenocinium est grauius crimen homicidio, & *n. 33. & 41.* vbi quod leno est pejor, quàm diabolus *practica Conradi in Rub. de lenonibus, num. 1.* Ludouicus Peguera *decis. crim. 4. à num. 2.* 2 3 4

Cúmque leno propriè dicatur is, qui quæstuarias fœminas habet in illisque quæstũ exercet item & dicatur, qui quæstûs causà liberas fœminas aliis prostituit, & etiam qui proprias ancillas in eius potestate existentes iuxta text. *in d. l. Athletas, §. ait Prætor in princip. ff. de his qui notantur infamià.* Menoch. *de Arbitr. lib. 2. cas. 534. cent. 6.* cum multis Farinac. *d. q. 144. §. Lenones, n. 17. & 18.* vbi *n. 21. vsque ad 25.* Lenonem ait esse non solùm is, qui Lenocinium exercet, sed etiam, qui secundario, & accessoriè sub nomine alterius licita exercitii quæstûs causà fœminas viris prostituit iuxta textum, *in dict. l. Athletas, §. ait Prætor*, versic. *sin vero artem*, vbi ponitur exemplum in cauponibus, stabulariis, & Balneatoribus, qui ad hunc effectum vt scilicet se viris quibus seruitia administrant, se prostituant fœminas in caupona seu balneo retinent sub prætextu vt seruiant euntibus ad balneum, & 5

& caupouam ibi Glossa verba *accessoriè*. & in ver
6 bo *non officina.* † Et leuo inquam deuominuetur,
ab alliciendo, eo quia stupra, & adulteria alliciat,
Meuochius *dict. casu 534 num. 3. cent. 6. cum aliis.*
7 † Et sub prædicta deuominatione comprehen-
datur maritua respectu suæ vxoris, veluti si dat
operam, vt vxor sua adulteretur, vt inde aliquid
lucretur, qui tunc leuo publieus vocatur, vel si re-
tiuens vxorem adulteram, eius adulterio consen-
tiat iuxta Textum *in l. 2. § lenocinij ff. ad legem iu-
liam de adulteriis*, vbi *item in eum, qui adulterio de-
prehensam retinuerit*, vbi Bartolus *num. 1.* dixit vi-
rum bunc sic apud se retinentem vxorem adul-
teram diei non publicum; sed ocultum, leno-
nem, faeit Textos *ad literam in l. mariti lenocinium,
ff. eodem*, vbi dieitur, *mariti lenocinium lex coercuit
qui deprehensam vxorem in adulterio retinuit. adul-
teriumque remisit, debuit enim vxori quoque irasci,
qua Matrimonium eius violauit*, alius Textus ad
litteram, *in l. 2. Cod. eodem, & in l. auxilium. §. fin ff.
de minor. & in l castitati, § qui autem, Cod. ad legem
iuliam de adulteriis*, Petrus Gregorius *syntagm. iu-
ris, lib. 36. cap. 11. num. 8.* Meuoch. *d. casu 534. lib. 2
tit. 23. cent. 6.* multis adductis Farinac. *d. q. 144. n. 23.*
vbi dieit de publico lenone iuxta, *Aut. de lenoni-
bus*, quæ ad publicum lenonem quatuor requirit,
8 & sub eadem quæstione, *§. receusio, num. 84.* † Vbi
num 85. infinitas adducit ampliat præfatam regu-
lam ad maritum ducentem vxorem damnatam de
adulterio, eam limitans si vxorem adulteram re-
tineat vi, aut metu coactus, aut si mariti scientia
queat obumbrari aliqua ignorantia vel aliqua
canonica credulitate ex Textu *in l. mariti lenoci-
nium in princ.* verbo *tunc autem, & in § qui quæstum*
verbo *quod si patratur*, in fine ibi *vel nimiam cre-
dulitatem. ff ad l. iuliam de adult.* vbi Albericus vi-
dendus idem Farinacius *à num. 90 qui num. 91.
& 95.* alias tres limitationes adducit excusantes
à lenoeiuio, nempe suspieionem, & patientiam
nam quæstus causa aut retentionem seu reconei-
liationem iuxta. *Auth sed hodie, Cod ad l. iuliam de
adult.* qua, licet videantur leges de lenocinio lo-
queutes corrigi eo quod lieitum sit marito adul-
teram vxorem sibi semel, & pluties recoueiliare,
ex *d. Auth. & Auth. mihi posita, vt liceat matri &
auia, §. adulterinm*, tamen Petrus Barbosa *in l. secun
da in princ. ff soluto Matrimonio, num. 192.* Menoch.
d. casu 534. num. 31. cons. 6. Falernus *in pract.* verbo
item quod fuit leno, num. 27. Peguet *decis. crim. 15.
num. 9.* Angelus *in d. l mariti, § quod aut in fine*, Al-
bericus, & Iacobus, de Aren *in d. l. castitatis*, vbi etiã
Angelus intelligont leges antiquas de lenone, &
lenocinio loquentes non obstante. *prædict. Auth.*
durare, nempe in vxote à marito retenta, quæ ad-
huc durat, & perseuerat adulterans, secus si sit
emendata, & ad meliorem frugem redierit.
9 Imo & cum idem Farinacius *d. q. 144 in pract.
criminali, d. §. lenones*, latè cum pluribus agat de
pœnis, quibus leno puniebatur antiquitus & ibi,
in §. maritus agat, à num. 66. de lenocinio mariti, &
quod sit multù grauius aliis extraneorum lenoci-
niis *ex d. l. mariti lenocinium, §. qui quæstum, ff. ad l.
iul. de adult & quod iure digestorum*, ex Textu *in l. 2
§. lenocinij. ff. eodem leno maritus adulterij*, adulte-
rij pœna debet puniri de iure Auth debeat pu-
uiri expressè pœna vltimi supplicij imo & Fole-
rius *in practica criminali*, in verbo *item quod fuit
leno, num. 2 ad finem*, testetur vidisse semel qoeu-
dam lenonem suæ vxoris & filiæ combustum &
num. 28. post Afflict. *in loco per eum relato*, Antou.
Gomezius *in l. 81. Tauri, num. 73.* qui optimè pro-
bans relatam senteutiam, apud eum tamen te-
statur pœnam fustigationis isto iu casu tantùm
imponi, sed Menochius *de arbitrar quæst. 80. n. 16.*
ex eodem Gomezio restatur apud nos Hispanoa
Senones suarum vxorum morte molctari quan-
doqoe ex aliis refert Farinacius prædictum rigo-
rem esse mutarum iu pœnam exilij quandoque in
pœnam fustigationis seu ductiouis super asiuum
facie versa ad caudam asiui vxore asinum per ma-
nus trahente, & præcone ante eos clamaute *qui sic
faciet sic capiet*, & quandoque ad triremes, & Iure
Canooieo quod leno elerieus fieri nequeat *ex c. si
cuius dist. 34* multi relati etiam à Meuoeb. *d. q. 534.
lib. 2. num. 22. cent. 6* à Farinac. *sup. à num. 72.* & ex
infinitis Pichard. *in manuduction. ad praxim*, quid
antiquitus, quit posteriori iure, & quid apud nos
Hispanos practicari scribés tam in maritis, quam
in aliis sententia seu intereedentibus, vt mulie-
res prostituautur ad quæstum, de quo Greg Lo-
pez *in l. 4. tit. 6. & l. 7. tit. 17. & in l. 2. tit. p. 7.* Couat.
in 4 p. 2 c. 7. §. 2. n. 4. Abiles *in capit. prætor. c. 47.* ver-
bo *manceua, n. 32. c. 6 n. 1* Petrus de Salacar *de vsu-
fructu & consuet c. 1 n 91.* Iul, Clar, *in pract. crimin.
lib. 5 § fin. q. 68.* Masceard. *de probat. concl. 322.* Dida-
cus Perez *in l. fin.* verbo *Rufianes, tit. 24. lib. 8 ordin.*
& alij communiter. † Et hic Valisoleti anno 10
præterito 1652. per iudices eriminales buius Cã-
eellariæ vulgò *alcaldes* aduersùs quemdam ma-
ritum babitum pro leoone id est, cornua consen-
tientem, & aduersùs eius vxorem quo quæstu
adulterantem, fuit ea pœua imposita nempe vt
per calles publicas cousueras irent in duabus bel-
luis maritus ferebat à suo callo pendeutia cor-
uua ante, & retro & eius vxor illum Flagellabat
cum aliorum cnrda vulgò *ristre de ajos*, ad quod
per miuistros iustitiæ etiam ea impellebatur; item
& maritus ferebat in eapite insigniam depictam
plurium virorum, ambo nudati vsque ad Sto-
machum ille ad triremes deceunij damuatus, &
hæc exulata à Regno.
Ideo iam ad punctum quæstionis nostræ eum 11
videam maximum dissidium inter Doctores pro
intelligendis iuribus *in l. cum mulier 47 ff. sol. matr.*
quatenus iudicat maritum repelli ab accusando
propter exceptioné lenocinij, taliter, vt eius decisio
debeat iutelligi autequã nomé mulieris sit receptũ
inter reos, èconttra verò si receptum sit iam inter
reos, tunc non posse vxoré per exceptioné lenoci-
nij maritum ab accusatione adulterij repellere ex
Textu *in d. l. 2. § si publ. iud ff ad l. iul. de adult.* quia
lenociniũ mariti ipsũ onerat, non molieré excu-
sat, de quorũ iurinm expositioue Barbos. *in l. viro
atque vxore. à n. 5. ff. soluto matr.* Osascus *decis. 149.
n. 9.* Clarus *lib. 5. sentent. §. fin. q. 14. n. 13.* Alciatus
lib. 2 parergon. c. 10. videndus hic Balboa *à n. 100.*
vsque ad finem, cum aliis ab eo adductis, sic latè
explicans, & distinguens per rationes ab eo addu-
ctas *ibi à n. 101.* qui *n. 103.* expendit Textum *in l is
qui reus 5. ff de publicis iudiciis l quoniam Alexan-
drum, Cod. ad legem iul. de adult. l. negando, Cod. qui
accusare non possunt*, & uouissime plures relati à
Farinac *in pract. crim. q. 482. n. 79. 80. 81.* eum Bart,
plura scribente *in d. l. cum mulier à n. 1.* & opposi-
tionibus respondente.
Tamen ipse Farinac. *ibi num. 82. & 83.* referens 12
Gofredum *in d. l cum mulier*, præfatam distinctio-
nem refutãtem, & aliã adducentem nempe quod
aut vxor, quæ de adulterio accusatur viro propo-
nit lenoeinium, in modũ aecusationis, & tũc non
repelli

repelli maritum iuxta Textum *in d.§ si publico*, vbi
loquitur de lenocinij accusatione, aut lenocinium
proponit per modum exceptionis, & tunc repelli
virum iuxta Textum sic intelligendum, *in dict.l.*
cum mulier, sentit cum Angelo *de maleficiis*, verbo
chabi adultere lamia dona, *num.* 30 & ibi Augusti-
nus *in additionib.* Laurent. *cent.* 6. *num.* 176. in fine,
13 versic *dixi supra*, & *num.* 77. † Abbas *in cap. sig-*
nificasti de diuortiis, ait magis generaliter opi-
nionem ex *d.l. cum mulier*, procedere quando ma-
ritus agit ciuiliter ad separationem thori, & amis-
sionem dotis, quia tunc mulier excipiendo de le-
nocinio excludit maritum, secus si ageret crimi-
naliter, quia tunc eum non excluderet; sed ambo
punirentur iuxta Textum *in d.§. de publico*, de quo
ait Gofredus non colligi primam distinctionem
vxorem excipientem scilicet de lenocinio non
admitti quia eius nomen erat receptũ inter reos
nihilominus leges Balboam *hic d n* 100. eam sen-
tentiam bene expendentem, & quæ adducit Go-
mezius *in l* 80. *Tauri*, *num.* 71, Barbos. *in d. l. viro,*
atque vxore, *num.* 10. Felinum *hic num.* 15. Panorm.
in cap. 2. *de ordine cogn. num.* 31. & alios ex antiquis
in prædictis iuribus.
14 Ad tertiam quæstionis partem respondeo cum
Bart *in l fin ff de cond sine causa in fin* & Raphaele,
Fulgosio Iasone *ibi*, & si dubitantibus quod si
mulier sciens in gradu prohibito contrahens do-
tem à marito repetere velit non repellatur à ma-
rito criminis participe Ius fisci à legante, seu ex-
cipiente contra vxorem, & dicentem dotem fisco
deberi, ratio est, quia vxor agit ad dotem condi-
tione sine causa, eo quod matrimonium, propter
quod data est dos sequutum non sit nec contra-
hi potuerit, quare euenit vt vxor excludi non de-
beat à marito excipiente Ius fisci non esse poten-
tius quàm vxoris eiusque à lege probate dote
illa, docent Franciscus Ripa *in Rubrica*, *ff soluto*
Matrimonio, *num.* 19. ex Textu nostra Glossa cele-
bratissima *in l. consequenter*, *§ ff familia erciscunda*,
vbi notatur neminem posse aduersus agentem in
iudicio Ius fisci opponere, quã Glossam dicit sin-
gularem Alexander *in l. si patroni. §. qui fideicom-*
missum. *ff. ad Trebell. col pen.* Iason *in l.* 2. *Cod de iure*
emphyteusis num 6 notat Baldus *in cap tua de praesu-*
mpt. Bartol. *in l.* 2 *ff de except rei iudicata*, cum mul-
tis Couarruuias *in* 4. *de sponsalibus*, *p.* 2. *cap.* 6. *n.* 23.
versic *sed & si mulier*, ex eo quia, & si ipso iure
hæc bona ad fiscum deferantur, non tamen pos-
sunt ab ipso delinquente etiam per iudicem au-
ferri donec feratur sententia declaratoria *cap. cum*
secundum leges de hæreticis lib. 6 *l. eius. qui ff. de iure*
fisci alia de actione dotis reperit, vbi *num.* 24 25.
& 26. alibi explananda nunc & videtur præfata
Doctrina confirmari ex distinctione secunda du-
bij præcedentis.
15 Ad quartam quæstionis partem quia latè ex
adductis, *supra in cap. testimonium* 54 *de testibus*, po-
teris respondere, breuiter dico esse tria genera
causarum, quibus infamia irrogatur, vnum est eo-
rum criminum, quæ hoc ipso notantur, quod ad-
missa sunt, & hæc dicuntur crimina, quæ absque
vlla condemnatione irrogant infamiam, de qui-
bus fit mentio, *in l.* 1. *ff de his qui notãtur infam.* Re-
bat *lib* 3. *variar. cap* 11 veluti qui artem ludicram
exercent inde quæstum habituri, Petrus Faber.
lib 2 *semestrium*, *cap.* 11. Menochius *de arbitrar. ca-*
su 69 Osualdus ad Donel. *lib.* 18. *comment. cap* 7.
littera. A. vel qui lenocinium fecit, *l* 4 *§.* 2. *ff de his*
qui not. infam l 2. & 9 *Cod ad Iuliam de adult. l.* 2.
Cod. de spectaculis, *lib.* 11. Alterum est eorum cri-
minum, quæ notantur si quis eo nominè damna-
tus sit, siue pactus, vt distinguit Vlp. *in l palam* 43.
§ pen ff. de ritu nupt. quibus tantùm ex causis, vel
sententia, vel pactione notatum quis infama di-
sertè Donel declarat, *dict. lib.* 18. *num* 26. Nauarra
tom. 1. *de restitutione*, *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 286. Molina
de iust. & iure tract. 4 *disp.* 8. cum multis sequenti-
bus Suarez *de censuris*, *disp* 48. *sect.* 1. *à num.* 6. Soto
de iust. & iure, *lib.* 4. *quæst.* 6 *art.* 3. refert hic Balboa
num. 23. & 14. vbi notat primum penus esse deli-
ctorum quod notat lex, secundum quod notat
sententia, tertium quod notat tum sententia, tum
vero pactio cumque à Doctoribus aliæ duodecim
causæ insinuentur videbis bene explanantem Os-
ualdum in notis ad Donellum *d l.* 18 *coment. c.* 7.
littera, A.

Qvæstio III.

An testis cui obijcitur crimen per modum
exceptionis, incidenter si de eo confessus sit,
vel conuictus, sit puniendus pœnâ ordina-
riâ, siue extraordinaria, aut nullâ?

SVMMARIVM.

1 *Testis cui obijcitur crimen per modum exceptionis*
qualiter venit puniendus referuntur nonnul-
la sententia, n. 2. 3. & 4.
4 Cap. secundo de confessis, & n. 6. cap. per in-
quisitionem 26. de electione.
6 *Textus noster intelligitur.*
6 L. nullum, Cod. de Testibus.

PEr Textum nostrum, in versic. *cæterum*, & 1
in cap. 2. *de ord. cogn* in versic. *quemadmodum*,
disputant DD de hoc dubio latè taliter, vt non-
nulli per Glossam hic docent, vt crimine inciden-
ter probato per exceptionem, reus huius criminis
ordinarie puniatur ita Ant. de Butrio per Not. *in*
cap. per inquisitionem 5. *col. fin. de electione*, Bartol.
in l. 1. *§ si publico*, *num* 20. *ff. ad l. iuliam de adult.*
Caldas *cons.* 1. *de exception.* Panorm. *in cap. su-*
perius de accusation. num. 14. hanc vocat com-
munem Gratianus *Regula* 113. *num.* 1. & facit
pro hac parte ratio illa nam vbicumque delicta
clarueint, sunt punienda, per iudices com-
petentes ex *cap. ecce* 24. *quæst.* 3. & Textus *in c.* 2.
de confessis, vbi testis, qui confessus fuit crimen
à se factum & per litigantem oppositum pœna
priuationis officiis, & beneficiis fuit punitus.
Ad quintam docent pœna extraordinaria esse 2
plectendum ex verbis Textus nostri in D. versic.
cæterum, & in D. versic. *quemadmodum*, *cap.* 2. *de or-*
din. cogn. vbi quia non pœnâ ordinariâ, sed eâ
pœnâ, nempè, vt à perhibendo testimonio testis
remoueatur, ideo relati à Farinacio *de reo confesso,*
& conuicto, *quæst* 81. *num.* 266. existimant testem
incidenter obiectum de crimine extraordinariè
puniendum esse.
Alij verò existimant distinguendum inter ca- 3
sum, quo constat de crimine testis per illius con-
fessionem, & inter casum, de quo constat per
alios probationis modos legitimos, vt primo casu
veniat puniendus testis, in secundo non item sic
refert Barbos. *hic sub n.* 4. versic. *unde* ex Grat *in d.*
reg. 113. & ab eo relatis, *n.* 1, verum ipsum legi, &

non inueni sic distinguẽtem solum enim refert in præfatiónem primam relatam opinionem, & Baldum *in l.presbyt.Cod.de do Episc.& cler.* dicentem quod si testis examinatur in aliqua causa & incidenter & casualiter affirmet se occidisse quemdã ex tali confessione non posse eum damnari absque dubio in crimine probato per confessionem, in crimine autem alias probato tantùm refert, quod aliqui tenuere contrarium ipse tamen credit, quod ex professo facto contra reum possit condemnari ex probationibus adductis per viam exceptionis, quia nullam inuenit differentiam inter confessum, & conuictum.

4 Alij enim existimant faciendam esse distinctionem inter crimen tangens ipsam causam principalem, de qua agitur, & inter illud, quod minimè illam attingit ita vt in priori probata exceptione opposita testis puniatur, non vero in posteriori casu in quo textum nostrum procedere dicunt Abbas *hic n.*14.Felin.10.*dec.*4.*&*7.Bart.*in d.l.*2.§.*si publico,ff.ad l.Iul. de adult.*& alij relati à Barbos. *hic*, & sic Graña hic *n.*18.docet intelligenda esse Iura *in d. cap.*2.*de confessis & in d. c per Inquisitionem* 26. *delectione.* quando scilicet crimen objectum tangit negotium principale cum in eo testis tanquam reus sit inuolutus taliter, vt in hoc casu nõ solùm repellatur imo & puniatur Balb.
5 verò *hic à n.*92. † Latè loquitur de hoc puncto *n.*5. huic tamen solutioni obstant verba textus nostri ibi præsertim ibi *crimen quod eis objicitur causam de qua agitur contingere non videtur*, quæ etsi hic nonnulli explicent.& verbum illud *præsertim* expendant ac *tantum* sicut de verbo *maximè*, alij intelligunt, Barbos. *hic in d.n.*4.versic.*ego* & ab eo relati, quibus adjungo Alexandrum *in d. l.*2. §.*si publica n* 16. & Apostiliam *ff. ad l. Iul. de adult.* Hypolitum *in cons.*67. *n.*49. *& in cons.*89. *n.*75. Fachin. *lib.*13.*contrau.c.*42. Farinac. *vbi suprà n.*267. Felinum, Decium, & alios ex antiquis in nostro textu tenent cessare etiam pœnam extraordinariam ex eadem ratione, quæ ponderatur in textu nostro quare pœna ordinaria testis non mittetur ea nempe quoniam accusatio non præcessit sed hæc ratio etiam habet respectu pœnæ extraordinariæ vbi accusatio, vel Inquisitio non præcedit vel quid simile nunquam pœna imponitur, patet enim ex textu *in c.cum inter c.dilect. hoc tit.* quod nec ex dilecto per confessionem probato denegetur delinquenti defensio nec enim sine instituto iudicij vllus datur accusator *ex c. forus & verb.signif.* cum multis Barb.*suprà* vbi infert quod quando per meram exceptionem crimen aliquod testificanti opponitur in illo Iudicio in quo de causa testimonium dixit quantumcumque crimen objectum probetur etiam per cofessionem illius cui objicitur, dum aliud non proponitur nullum Iudcium dici esse institutum contra testem, ex eo, quia cum Iudicium de quo agitur potius contra producentem, quam contra testem peragatur ideò si de nouo Iudicium contra testem non instituatur non sequi ex eo Iudicio cum producente instituto oriri præjudicium testi cum res sit inter alios acta iuxta *inf. d. in c.*17.*de re iudic.* deinde quia cum textus nostri ibi *sed eius dumtaxat testimonio non credit.* nullam aliam pœnam irroget testi, sequitur liberum esse, tam ab
6 extraordinaria quàm ab ordinaria. † Nec obstat textus *in l. nullum, Cod.de testibus* quia vt ait Faquin. *suprà* vbi testis ostendit aures iudicis falsum dicens non enim sumi argumentum à contrario sensu dicit & addit, quod cum hæc res sit dubio interpretatione pœnæ sunt potius molliẽdæ, quàm ampliandæ *ex l.interpretatione.ff.de pœnis c. in pœnis de reg.iur.*& Barbos.*hic d.n.*4.*in fine* satisfacit textui *in d.c.ecce* dicens regulam ibi positam procedere quando de crimine constat per legitimos tramites idest inchoato judicio cum delinquente & eodem audito, & textui *in d. c.*2. *de Confessis* ibi duos intellectus præstans de quo iam *ibi* dixi actum fuisse iudicium cum delinquente sæpè sibi *dicta quæst.*1. & sic ait Gratian. *ex regul.*113. *in fine* quod quando exceptio criminis esset posita ad repellendam actionem, vel dictum testis tantùm, & non ad accusandum testis nullo modo puniatur vt omnes affirment per textum *in l. Lucius.ff.de his qui not.infam.*

Vnum tamen notabis cum Matania *de ordin. Iud.*6.*p. tit.de Inquisitione num.*85 & cum Ferrara in sua practica in forma Inquisitionis Gloss.1. *num.*36.quod si crimen, vel delictum incidenter probatum non sit ordinariè punitum possit Iudex in alia instantia inordinariè punire, secus alias mihi tamen pro responsione huius dubij non parum attident dicta *suprà in d.cap.*2.*de confessis quæstione* 1. 7

AD TEXTVM

IN CAPITE II.

De Exceptionibus.

PRÆMISSVM.

I LONGAM repetitionem ad hunc textum faciunt reperentes ordinarij in scholis, & quia hic possent quam plura de excommunicatione tam majori quam minori innecti quoad omnes eius effectus; ideo in tam prolixa repetitione supersedeo. II. Et pro intellectu textus nostri repetes omnia, quæ adduxi, & notani *suprà in c.intelleximus de indicijs & alibi* leges Suar. *de censuris disp.*9 *sect.*2.*quæst.*5.*&* 3.*& disp.*15.*per totam* Couarruu. *& disp.*16.*per totam in cap.alma mater* 1.*p.* §. *à n.*1. *&* §.3. *à n.*3. de excommunicatione minori *infrà* dico *in cap.fin. de cleric. excommunic. Ministrante.* III. Applicabis plura *dicta in Rubric.* & quæ dico *infrà in cap.*5.*& in cap.*12.*hoc tit.* Vbi de actore replicante de excommunicatione aduersùs reum qui excepit de ea contra ipsummet actorem. IV. Et quia video Grañam *hic num.*3. aliquid de anathema dicere, ideo adjunges quæ latè scripsi *in cap. cum non ab homine* 10. *de iudiciis quæst.*32. & injunges dicta de interdicto Ecclesiastico *in cap.*9 *de iureiur.quæst fin.*& alia, quæ adduxi *infra de re iudicata ad probandum* 24. & vt repetas ad textum nostrum leges quæ longè repetii nouissimè super eo *& c. dilecti* 7. *infrà* Matthæus Culletus *de processibus executiuis p.*4.

AD TEXTVM IN CAPITE III. Cum Ecclesiæ, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

TExtvs iste quatenus tangit pluralitatem beneficiorum, & incompatibilitatem eorum exposcebat dilationem non minimam, de qua *in cap. de multa* 28. *de præbendis*, vbi quando quis dicatur pacificè possidere beneficium. Verum quia propria huius textus materia sit tantum agere de deneganda potestate excipiendi beneficiorum pluralem possessorem aduersùs alium pluralem possessorem, ideo incidimus in quæstionibus, an simili morbo laborans, vel an reus criminis, possit aduersùs alium de eodem crimine impetere: ad quod applicabis quæ adduxi, *suprà in cap. testimonium* 54. *de Testibus*; item applicabis nonnulla dicta *in cap. fin. de test. cogend.* vbi nunquid socij criminis admittantur in testes. Item adducta *suprà in cap. per tuas* 20. *de Testibus*, q.1. *à n.*1. vbi an testis similem habens causam, admittatur contra alium, de quo aliqua sub *cap.*6. eodem. Et applicabis quæstionem an recusari queat Iudex, qui in simili iudicauit causa, *in cap.*4. *de foro compet. q.*31. *à n.*8. *ad tertiam.* II. Item quatenus hic agit de inuestitura beneficij *ibi*, in versic. *noscitur inuestitus*: applicabis *infrà*, dicenda *in Rubr. de institutionib.* & *in Rubr. de concessione prebendæ*, vbi quid sit inuestire aliquem de beneficio, quæ differentia inter institutionem, collationem, & præsentationem, & proportionabiliter accommodabis notata *suprà in cap. cum adeo* 17. *de rescriptis*, & dicta *in cap. cum super de causa possessionis, & prop.* & *in cap. dilect.* 8. *hoc tit.* Interim videbis Grañam, & Balboam *hic* cum aliis per eos relatis. III. Et quatenus in verbis ibi, *& pacifica possessione gaudere*, iuncta integra in versic. *quoniam*, dicunt DD. remedio retinendæ, expulsos esse Canonicos excipientes; ideo applicabis quæ de hoc remedio adduxi, *suprà de restit. spol. in c. accepta* 4.

AD TEXTVM IN CAPITE IV. Pastoralis, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Formularum proponendarum exceptionum dilatorias etiam in personam procuratoriam de loco non tuto, termini angusti, plus petitionis tempore, & de aliis remissiuè ex Matthæo Colero.*

1 SImiliter integra huius textus materia perpenditur satis ex adductis, *supra in Rubrica*, qua quatenus agit de statuendo termino ad omnes exceptiones proponendas *ibi* dictũ est late, quo in tempore de Iure, & stylo proponantur dilatoriæ peremptoriæ, & anomalæ, aut quæ aliæ. Item applicabis quæ adduxi suprà *in Rub. de dilationib.* aliqua *in Rub. de litis contestat.* videbis notata *sup. in c.*17. *c.*18. & melius *in cap. præsentium de testib.* vbi quo in tempore opponi possit in personas testium, & alibi: applicabis quæstionẽ de assignatione termini à Iudice facta, intra quem quis Ius suum deducat, *in cap. licet de probat. q.*7. *à n.*1. & alibi.† Et in versic. ibi, *respondeo decernimus:* disputant hic DD. an per hoc verbum *in nouum*, inducatur, de quo dixi, *sup. in c.*2. *de Iudic. quæst.*1. 2

Et quia in secunda parte nostri textus admittitur, vt exceptio dilatoria, possit opponi post terminum assignatum in tribus casibus, de quibus hic; ideo pro complemẽto applicabis quæstionẽ, an post conclusum in causa, vel post sententiam, possint produci instrumenta de nouo reperta, *in c. cum dilectus* 9. *de Fide Instrum.* & adducta doctrina textus nostri tractant Faquinet. cum aliis *lib.*11. *Controu. cap.*26. & Couarr. *pract. c.*20. *n.*8. Et applicabis doctrinã quæstionis an possessorium sit proponendum in Iudicio, ante conclusum in causa, de quo *in cap. pastoralis* 5. *de causa possess. & prop.* benè sub doctrina exceptionis expendit Couarr. videndus, & applicandus, *lib.*1. *variar. cap.*16. *num.*13. *per totum.* 3

Et in versic. ibi, *quas non fuerint protestatæ*, de protestationis effectu dico *inf. in c. fin. de appellat.* & DD. *in c. cum M. de constitutionib.* Et quia occasione huius tractatus agit Ripol. *Variar. cap.*4. de tempore, quo reconuentio sit propoponenda, *à n.*51. *& n.*55. agat de quæstione, an reconuentio possit fieri elapso tempore à Iure præfixo; ideo leges, & applicabis dicta *in c.*1. *de mutuis petitionib. q.*4. Et pro vberiore explicatione textus nostri leges quæ nouissimè, scribit Matth. Colerus ad hunc textum *de processib. executiuis, p.*4. qui *à n.*13. ponit formas proponendi exceptiones dilatorias, etiam in personam procuratoriam; & cum protestatione, de loco non tuto termini angusti plus petitionis tempore, ratione delicti cuius nomine, aut ea fuit instituta accusatio, de continentia causæ non diuidendæ de non permissa recõuentione, sed quia de nonnullis hic in textu nostro, & in Rubr. ago & de aliis, *cap.*4. vt litẽ non contestata de plus petitionibus, de mutuis petitionibus, *in cap.*14. *de Iure comp.* cap. fin. de Iudiciis ideo non recedo. 4

QVÆSTIO I.

An Exceptio dilatoria possit opponi post nouem dies à iurante peruenisse ad suam notitiam de nouo & num vt dilatoria, aut vt peremptoria, tunc opponatur: Et an vtique verum sit vt dilatoria superueniens post litem contestatam opponi possit? Et an Iudex possit assignare terminum non solùm ad proponendas exceptiones dilatorias, vt hic verum, & ad peremptorias. Quid in dilatoriis contrariis: Et an textus nostri decisio, vt pote noua extendatur ad Ius ciuile, & Regium: Et de qua protestatione textus iste loquatur?

SVMMARIVM.

1 *Iurans peruenisse ad eum notitiam exceptionis sibi compe*

competentis, poteſt eam opponere poſt terminum, n. 2.

3 *Ignorantia probatur iuramento eam allegantis.*

4 *Exceptio de nouo orta poſt terminum, qualiter, & quando, vt dilatoria poſſet opponi, quando, vt peremptoria, n. 5. 6. 7. & 8.*

5 *Litiſpendentia, vel alia exceptio fori, eſt opponenda ante litem conteſtatam.*

8 *Exceptio dilatoria de nouo orta, eſt proponenda, cum primum orta ſit.*

9 *Exceptio qualibet dilatoria de nouo orta, poteſt opponi poſt terminum aſſignatum, vel poſt litis conteſtationem, etiamſi ſuperueniat ſuper pacto de litigando, n. 10. & etiamſi ſit omiſſa per facti errorem, n. 11. & in eo, qui ignorat ſibi competere, n. 12. & in eo, qui dubitat, n. 17. & in cauſa appellationis, n. 15. & etiamſi oriatur poſt ſententiam, n. 16. etiamſi tali exceptioni eſſet, aliàs prouiſum, n. 17. declaratur, n. 20. cum qua proteſtatione, n. 35.*

13 *Exceptio dilatoria opponitur poſt terminum, quando ſtetit per Iudicem.*

18 *Exceptio, qua incipit competere lite iam conteſtata, ſi eſt dilatoria poteſt opponi, non obſtante termino.*

19 *Exceptio dilatoria, nequit poſt terminum opponi, ſi parti negligentia imputetur.*

20 *Exceptio dilatoria, qua concernit principale negotium, quandocunque poteſt opponi quid de exceptione procuratoria, n. 21. quid de exceptione cautionis, n. 22.*

21 L. 2. §. fin. l 3. §. procuratoria, ff. de except.

22 L. 1. Cod. de conſortibus, lit.

23 *Exceptio peremptoria, vt opponatur, non pendet ab aſſignatione termini, qua Iudici denegetur, n. 26. qua differentia inter peremptoriam, & dilatoriam, n. 20. fallit, n. 27.*

L. 9. tit. 3. p. 3. & n. 33. & 34.

25 *Exceptiones anomala quando opponi queant.*

27 *Exceptio peremptoria in ſupremo tribunali poteſt opponi, etiam poſt 10. dies.*

28 *Exceptiones omnino contraria poſt terminum, non opponuntur, ſecus ſi tantum diuerſa ſint, n. 29. 30. 31. & 32.*

30 *Exceptiones diuerſa, qualiter exemplificentur, num. 31.*

32 *Exceptio dilatoria, regulariter non opponitur extra terminum à Iudice aſſignatum omni Iure Canonico, Ciuili & Regio, n. 33. & 34.*

33 L. Procuratorem, ff. de procurat. l. ita demum, Cod. eodem, l. fin. Cod. except. cap. exceptionem 12. de except. cap. c. 1. & 2. de litis conteſt. lib. 6. lib. 1. tit. 3. lib. 3. ordinamenti, l. 1. tit. 5. lib. 4. recopilat.

35 *Proteſtatio debet eſſe ſpecifica, nec ſufficit generalis, cum poſt terminum eſt opponenda exceptio dilatoria de nouo orta, n. 36. & 37.*

36 Cap. præſentium de Teſtibus.

37 Cap. ad diſſoluendum de diſpenſatione impuber.

1 AD primam quæſtionis partem videbatur dicendum, quod iurans ad eius notitiam poſt terminum Iuris, aut Iudicis perueniſſe, exceptionis opponendæ remedium, non ſit locus ei, vt opponat eam ea eo, quia excipienti non eſt cui credatur abſque probatione, nam quemadmodum actor, qui dicit tenetur probare plenè; ſic & reus excipiens ſuam exceptionem probare debet ex doctrina eorum, quæ adduxi, *ſuprà in cap fin. §. fin. q. fin. de Iureiur.* & per totum illum textum, excipiens enim oneratur probatione, *l. in exceptionib. ff. de probationib.* vbi Doctores

Sed eſt commune placitum ex noſtro textu 2
ſecundum Maſcardum *de probat. concl. 953. à n. 5.* Parianum *de probat. lib. 5. cap. 4. à n. 9.* Padillam *in l. error, Cod. de iuris, & facti ignorantia n. 39.* Balboam *hic n. 24* quod quando exceptio dilatoria orta fuit ante terminum, vel litem conteſtatam & peruenit poſtea ad notitiam opponentis, poſſit præſtito iuramento poſt litem conteſtatam opponi, ea eo quia ea, quæ ab animo pendent, proprio iuramento probantur iuxta noſtrum textum, & *in cap. præſentium 31. de teſt.* de quo iam dixi ſub *tit. de teſtibus. & Iureiurando.* † Et ſic in 3
Gloſſa hic verbo *fidem faciat iuramento*; notant DD. quod ignorantia, cum ſit quid in animo conſiſtens, probatur iuramento cum multis Barboſa *hic n. 19* contra quod admitti poſſe probationem in contrarium dicunt Tiraquell. *de retractu tit. 1. §. 4. n 1.* faciunt tradita à Couarruu. qui noſtrum textum optimum dicit *lib. 2. variar. cap. 10. n. 1.* verſic. *tertio.* Et applicabis quod dixi *in cap. cum à nobis 28. de teſtibus*, vbi *ſub quæſt. 1.* egi de quæſtione *an teſtis vnicus deponens de facto proprio aliquando probet* & ibi *quæſtione 2.* verſic. *ad tertiam, à num. 45.* & ſic non obeſt argumentum, vt de ſe patet, etenim parti iuranti ſæpius creditur, vt percipies ex adductis, *in d. c fin. de iureiurando.*

Ad ſecundam partem quæſtionis, vt reſpon- 4
deas adiunges, *ſuprà in Rubrica. quæſt. 1. à num. 1.* & à verſic. *quo ſuppoſito*, & verſic. *eſt enim dicendum*, & verſic. *ex quo*, nunc verò video quod Gutierrez *lib. 1. pract. quæſt. 53.* inquirens iuxta Textum *in l. 1. tit. 9. lib. 4. recop.* an ſi poſt nouem dies à lege ibi aſſignatos, reus allegat exceptionem aliquam dilatoriam in vim dilatoriæ, ad impediendum litis ingreſſum iurans eam de nouo ad ſuam notitiam perueniſſe, dicat eam, non in vim dilatoriæ eſſe admittendam, ſed ſic admiſſam eſſe, vt peremptoriam, non vt peremptoriam non vt impediat litis ingreſſum, non alia ratione niſi, quia in lege illa poſt limitationem terminationem termini nouem dierum ad proponendas exceptiones dilatorias, addit eam *lex, y noleſea dado maſtermino*; nam alias, vt inquit Olanus ſic tenens *in ſuo epilogo leg part. correct. num. 19.* multis petitriis, & dilationibus litium occaſiu ſuppiditaretur.

Et confirmatur quia ea eadem lege Regia litis 5
pendentia. vel alia exceptio fori, eſt opponenda ante litem conteſtatam, prout iam dictum eſt, *ſupra q. 1.* Rubricæ, & probat textus, *in leg. fin. Cod. de except.* vbi Bartol. & cæteri notat Gloſſa *in cap. exceptionem hoc tit.* vbi latè Felinus, Bart. & Iaſon *in l. eleganter, §. ſi quis poſt à num. 4. ff. de condict. indebiti*, idem Bartol. *in l. ſi conuenerit, ff de Iuriſdict. omn. iudicum*, vbi Iaſon *n. 33.* idem Bartolus plura adducens, *in l quidem conſulebant, à n. 9. ff de re iudicata*, & probat textus, *in l. 9. tit. 3. p. 3.* vbi quod poſt litem conteſtatam non admittuntur; ſed quia idem Gutierrez *d. lib. 1. pract. q. 50. ſub n. 1.* cum Gregorio Lopez *in d l. 9.* Gloſſa 1. id intelligit procedere, non vt differatur Iudicium, quia tunc exceptio dilatoria poſt litem conteſtatam non admittitur, ſecus autem, vt omnino excludatur, quia poſtea poterit quælibet dilatoria in vim peremptoriæ, vt

cum

cum Abbate concludit Gregor. *vbi suprà*, ideò videbis sequentia.

6 Imò idem Greg.Lop. *in dicta l.9. Glossa non debe seroydo tit. 3. p. 3.* aut posse illam exceptionem post terminum, vt dilatoriam admitti, vti videtur in exceptione peremptoria, seu præiudiciali, quæ admittitur etiam post terminum viginti dierum *cum iuramento de eiusdem noua notitia iuxta Textum in dicta l.1 tit.9. lib.4. recop.* cumque Textus noster sermonem faciat de exceptionibus dilatoriis tantùm quas in tribus casibus post terminum assignatum ad eas admittit opponi, veluti si de nouo orta est; Nam ea quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio *l.1. in princ. ff. de ventre inspiciendo, cap. caterùm de iuramento calumniæ*: notant Panorm. *hic num.* 22. Parisius *n.* 36. Decius *num.*17. Felinus *num.*39. & Glossa. & communis Doctorum *in cap. insinuante de officio delegati* in verbo *post medium*, de quo Textu ait Balb. *hic num.*22. sic esse intelligendum; Nam exceptio declinatoria de nouo orta fuit post litem contestatam; vel terminum à Iudice præfixum, & ob id potuisse post illum exceptionem opponi recusationis.

7 Et confirmatur ex adductis *suprà in Rubr. dicta quæst.* 1. in versic. *est enim*, vbi dixi non esse de substantia exceptionis dilatoriæ, quod proponatur ante litem contestatam, vel post, sed solùm quod sit temporalis, & ad tempus actionem excludat, & sic Rebuffus *in hoc tract. de exception. num.*476. & ad leges Gallicas *in tract. de dilationibus* Glossa vnica *num.*1. Tiraquel. *de retractu lynagier tit.3. §. 1. Glossa 5. num.* 10. Perez. *tit. 6. lib.5. ordinamenti pag* 577. & Barbosa *hic num.*11. docent quod etsi iuxta Textum nostrum, vel regulas iuris exceptio dilatoria intra terminum à Iudice prostitutum, seu ante litem contestatam proponenda sit; nihilhominùs admittatur opponens eam statim, & incontinenti post terminum elapsum, aut litem contestatam.

8 Et sic Felinus *hic num.*16. Decius *num.*17. Couarr. *lib.*1. *var. cap.*16. *num.*13. idem *pract. n.* 26. *num.*2. docent exceptionem dilatoriam de nouo ortam esse ab excipiente proponendam, cum primum orta ea sit; & antequam Iudex ad vlteriora procedat, aliàs eam non admitti, cum opponens in tali casu videatur eidem exceptioni renuntiasse iuxta Textum *in dicto cap. insinuante, de officio deleg.*

9 Ad tertiam quæstionis partem dicendum est ex nostro Textu quamlibet exceptionem dilatoriam de nouo ortam opponi posse post terminum à Iudice assignatum, vel post litis contestationem: probant iura *in l. ita demum, Cod. de procurat.* iuncta *l.2. Cod. de consort. eiusdem litis*, & præter ordinarios hic, & *in dict. cap. præsentium* 31. *de Testibus, & in dicto cap. insinuante de officio delegati*, probant Abbas *in cap.1. num.5. de obligat. ad ratiocinia*, Felinus & Abbas *in cap. cum M. Ferrar. de constit.* Couarr. *in pract. cap.*26. *sub n.*2. Maranta *de ordine iudiciorum 6. p. 2. actu de appellat. num.*74. Alex. *cons.*33. *lib.* 4. Ludou. Rom. *in l. si vero, §. de viro* 51. *fallent. ff. soluto Matr.* Iason. *in l. eleganter, §. si quis post, ff. de condit. indebiti*, probat optima *lex* 7. ad finem, & ibi Montalb. *tit.*10. *lib.*2. *fori, & dicta lex* 1. *tit.*5. *lib.*4. *recopil.* Socinus *Reg.*41. *in addit. & Reg.* 126. *limit. fin.* cum aliis Gratianus *Regula* 136. † Qui

10 cum Antonio *in cap.1. de Iudiciis col.* 22. Felino *in cap. insinuante de offic. deleg.* ampliat hoc dictum vt procedat etiamsi dilatoria superueniat super pacto de litigando.

Imò etiam procedit quando hæc exceptio 11
omissa sit per facti errorem, Glossa, & communiter omnes *in l. error. Cod. de iuris & facti ignorantia* vbi Præses de Padilla magis hanc communem ostendit, *num.*34. contra Glossam *in leg. qui Procuratorem, ff. de procurat.* & alios quos refert cum ista Glossa tenentes.

Imò Cynus, & Baldus *in l. manifestissimi, §. sin* 12
autem nesciens, & dubitans, Cod. de furtis docent dictum procedere etiam in eo, qui ignorat sibi competere dilatoriam. † Rebuffus *tractatu de* 13
*exception. num.*379. vbi *num.* 381. idem declarat quando non stetit per partem, quominùs opponeret, sed per Iudicem, Barbosa *hic num.*12. † Imò 14
& in eo qui dubitat, vt sequitur Iason. *in l. quandiu. Cod. qui admitti, num.*4. † Qui *in l. cum rem.* 15
*num.*5. *Cod. de procuratoribus*, docet & procedere dictum in causa appellationis, quod qualiter sit, benè docet Villalobos *in ærario, comm. opin. litera F, conclus. seu num.*103. † Item Bart. *in dicta* 16
*l.*1. *Cod. de iuris & facti, num.* 5. ait procedere etiamsi oriatur exceptio post sententiam, quod qualiter intelligatur, docet Felinus *in dicto cap. insinuante n.*9. *fallent.*5. † Et Iason. *in dicta l. ele-* 17
*ganter, §. si quis post num.*4 *ff. de conditione indebiti*, ampliat vt procedat etiamsi tali materiæ exceptionis nouiter ortæ esset, aliàs prouisum de modo agendi, qui etiam tripliciter limitat. † Et 18
Couarr. *dicto lib.* 1. *var. cap.*16. *num.*13. Rebuff. *de exceptionibus num.* 378. Barbosa *hic*, & Glossa Textus nostri ibi, *id est post terminum*, dicunt quod exceptio dilatoria, quæ incipit competere, lite iam contestata, potest tunc opponi non obstante termino finito.

Verùm Abbas *hic num.*23. Iason. *in l. naturali-* 19
*ter, §. nihil commune, ff. de acquirenda possessione n.*136. docent prædictam nostri Textus declarationem non procedere quando parti potest imputari, & negligentia notari, quare dilatoriam non opposuerit ante litem contestatam: Tradit Ias. Baldus *decis.*40. † Imò Panormitanus *in cap.* 20
*exceptionem hoc tit. num.*12. Gratianus *dicta Regula* 136. *num.*9. declarant doctrinam iuxta Textum nostrum iactam procedere in exceptione dilatoria respiciente ipsum Iudicium, quæ vt opponi queat ante litem contestatam, requirit vt de nouo proueniat: tamen si exceptio dilatoria concernat negotium principale, tunc quandocumque opponi posse probant.

Vnde infero interpretationem ad Textum *in* 21
l.2. §. fin. l.3. §. procuratoria, ff. hoc tit. vbi exceptio procuratoria, quæ dilatoria est, adhuc opponi valet in quacumque parte litis, etiam post sententiam definitiuam, *cap. in nostra 5. de procurat.* quod ideò fit, quia defectus mandati procuratorij reddit retrò processum nullum, & sic respicit principale negotium, quemadmodùm iam *suprà in Rubrica* dixi de exceptione excommunicationis iuxta Textum, *in dicto cap. except. hoc tit.* quæ quamuis sit dilatoria quia respicit periculum animæ; Ideò opponitur post contestatam litem *ibi q.1.* versic. *ex quo patet*

Item infero ad Textum *in dicta l.2. Cod. de con-* 22
sort. litium, vbi cautionis exceptio, de qua *ibi* potest opponi post litem contestatam, quia ibi sic factum fuit, quia Procurator interuenit post litem contestatam, & ob id eam exceptionem emersisse de nouo iuxta speciem nostri Textus,

&

& dicta *suprà*, io hoc dubio, notat Bart. *in l. Pomponius, §. rati habitationis ff. de procurat.* in cuius etiã specie; & si videatur deduci procuratoriam exceptionem esse opponendam, ante litem contestatam: tamen respondebis exceptionem cautionis non præstitæ, de qua *ibi*, non reddere iudicium retro nullum; & sic, vt mere dilatoriam opponendam fuisse ante litem contestatam, Graña *hic* sub *num.* 3.

3 Ad quartam quæstionis partem, quia Textus noster tantùm expresse loquitur de exceptionibus dilatoriis; ideo eius decisionem ad peremptorias non extendi, dicendum est quia in istis non militat eadem ratio malitiæ differendæ litis, quæ militat in dilatoriis, de quibus iudex, & cognoscere, & pronunciare, aut iudicare tenetur de peremptoriis, & si cognoscat, non pronuntiat, iuxta tradita, *supra in Rubrica ex Textu in cap.* 1. *de ordine cognit.* deinde quia in exceptionibus dilatoriis agitur de modico præiudicio, secus io peremptoriis, *l.* 2. *Cod. de precibus Imperatoris offerendis.* Et sic teneut Glossa hic relati à
24 Felino *num.* 5. Decius *num.* 14. † Balboa *hic n.* 13. rem veriorem & receptiorem dicens; eo quod magnum est discrimen inter dilatorias, & peremptorias exceptiones cum assignatione termini ad proponendas dilatorias, iuxta Textum nostrum, nulla desideretur causa, at in termino ad proponendas peremptorias, & causæ cognitio, & illius expressio desideretur: argumento Textus *in l.* 2. vbi Doctores *ff. de re iudicata*, dicit communem Decius *hic num.* 6. Mantua *num.* 16. Et sic ait intelligendam esse, *legem Regiam* 9. *tit.* 3 *p* 3. & ibi Gregor. in verbo *das vnplezo.*

25 Quo fit, vt secundùm præfatam doctrinam, nec nostri Textus decisio extendatur ad exceptiones mixtas seu, anomalas, de quibus iam dixi, *supra in Rubrica* & notanter docet Balboa *hic num.* 14. & mihi tam de istis, quàm de peremptoriis probatur, quia cum exceptiones peremptoriæ, seu anomalæ, vsque ad conclusionem in causa de iure proponi possint, *l. peremptoriam, Cod. sententiam rescindi non posse*, *l. fin. tit.* 3. *p.* 3. & nostri Textus decisio noua sit, quid mirum, vt non extendatur ad prædictas exceptiones, de quibus nec tacitè aliqua fit mentio,

26 Quare non probo Bartoli sententiam, *in l.* a. *num.* 4. *ff de re indicata*, Alex. *num.* 5. Iasonis *num.* 20. *ibi*, & Felini *hic num.* 5. Parisij 7. Mantuæ 25. dicentium iudicem ex iusta causa posse designare terminum ad proponendas exceptiones peremptorias, quia regulariter omnis dilatio à iure concessa, restringi, vel prorogari potest à iudice ex iusta causa, secundùm ea, quæ late addoxi, *supra in Rubrica & tit. de dilationibus, in cap.* 1. *quæst.* 3. *quæst.* 4. *quæst.* 5. *quæst* 9. *& quæst.* 11. quia respondeo illud intelligi iuxta rationes, de quibus, *ibi* quæ hic non militant, ex fundamentis pro prima sententia adductis.

27 † Video tamen Gutierrez *pract. dicto lib.* 1. *c.* 53. *num.* a. cum Olano *in epilogo leg. part. correct. num.* 19. exceptiones peremptorias, admitti etiam post terminum ao dierum *dict. l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 4. *recopilation.* apud suprema tribunalia, taliter, vt si petitum fuerit declareturque *la sentencia de prueba se entienda con ellas*, tamen non admitti dicunt præiudices inferiores, sic colligentes, ex verbis prædictæ legis ibi, *saluo si los de el nuestro consejo vieren por las consideraziones suso dichas en la ley primera que con Iuramento de la parte se deuen rezibir, y que no se alegan maliciosa mente que en tal casso, las pueden rezibir.*

Ad quintam quæstionis partem, vt respondeam præmitto Baldi dictum, *in l. si quidem, Cod. hoc titulo*, & *ibi*, Angeli, & Saliceti, Decij *hic num.* 12. dicentium reum excipiendo, contraria allegantem audiri, per Glossam *in dict. l.* & Decius huius dicti, *n.* 13. assignat tria exempla, vt declarat videndus Cepola bene loquens in materia, *in l. venditioni, ff. de vsucap. pro emptore, num.* 10. *&* 11. Guid. Pap. *singul.* 706. §. *allegans*, Gratianus *reg.* 97. *num.* 5. 28

† Quare existimo nostri Textus decisionem, etiam procedere in exceptionibus contrariis; ita vt termino à iudice designato, elapso, nullo modo exceptiones contrariæ possint opponi: argumento Textus *in §. qui autem inst. de excusat. tutor.* probaut Panormit. *hic num.* 19. Felinus 16. Alexander de Neuo *num.* 40. Parisius *num.* 31. Alciatus *de præsumpt. reg.* a. *præsumpt.* 21. Decius *decis.* 43. *num.* 10. quod vtique semper verum est in exceptionibus omnino contrariis in quibus reus necessario de mendacio conuincitur, quæ nec etiam disiunctiuè, aut conditionaliter oppositæ proderunt, aut admitti debebunt: argumento Textus *in Auth. contra qui, Cod. de non numerata pecunia l.* 1. §. & cum etiam, in versic. *interdum. ff si quadrupes pauperem fecisse dicatur, l fin ff. de rei vindicat. l.* a. §. *sed si alius ff quando appellandum sit, cap. imputari de fide instrum.* vbi plura adduxi videnda *ibi* Bellameta *n.* 18. Balboa *hic n.* 19. Couar. *lib.* 1. *var c.* 2. *n.* 1. *&* 3. 29

Et quamuis Decius *hic num.* 34. Bald. *in l.* 1. *C de furtis, num.* 19 Glossa in verbo *audiantur*, Glossa *in cap. cum dilectus de fide instrument.* verbo *præscriptione*, absolutè doceant dilatoriam exceptionem contrariam post terminum admitti posse, veluti si reus proposuit dilatoriam in termino, & in ea succumbat, possit post terminum aliam dilatoriam contrariam opponere, veluti si primo opposuit procuratorem non habere maodatum ad agẽdum, & in ea non obtinuit, postea verò proponit mandatum non esse legitimũ, vel si opponat exceptionem declinatoriam iudicis, & in ea succũbat; postea verò opponat iudicem esse sibi suspectum, & illum recuset ex ea ratione, quia cum à principio non potuerit contrarias exceptiones opponere, & probare: argum. *in l. vbi repugnantia ff de reg. iur l.* 1. *C. de furtis, c. solicitudinem de appellat.* ideo fit, vt possit eas exceptiones successiuè proponere, *in l nemo ex his* 43 *ff. de reg.* taliter, vt succumbens, in vna, possit ad aliam accedere, ex *l contra maiores, C. de inofficioso testamen. c. auditis de præscript.* ita vt aliàs puniretur contra regulam Textus *in c* 2. *de const.* 30

Tamen crediderim prædictas exceptiones, non esse contrarias, sed tantùm diuersas, & in diuersis eã doctrinam libenter admitterem, non in omnino contrariis ex iam dictis, nisi fortè conditionaliter opponerentur, ita aut in eis reus nõ conuinceretur mendacio ex *l. si quidem*, & ibi Glossa *C. hoc tit.* notat bene Cagnulus *in dict. l. nemo ex his, num* 8 *ff. de reg. iuris*, vt pote contingit in libello, qui sustinetur in causa appellationis, vbi dicitur sententiam esse nullam, & si quæ iniustam, & ab ea iuste appellatum esse, teste Gloss. *in l.* 1. *C. quando prouocare non est necesse*, verb. *obtinebit*, Bart *in l. si expressim, q.* 3 *ff de appellat.* Paz. *in praxi in proœmio sexta partis, tom.* 1. *n.* 46. 31

Ad

32 Ad sextam quæstionis partem respondeo quod etsi Panormitanus *hic num.*28. sentire videatur nostri Textus decisionem non esse seruandam de iure Ciuili, sed Canonico tantùm, ex quo Iudici conceditur termini designatio per Iudicem, itavt queat fieri ante litem contestatam, & minori termino: Tamen credo ex iam *suprà* adductis, etiam de iure Ciuili in praxi obseruari, ex eo, nam cum etiam hoc iure esset terminus præfixus vsque ad litem contestatam ad proponendam dilatoriam, imò & ex causa post eam, vt iam dixi in Rubrica, & omnes agnoscunt per Textum nostrum, & per Textum *in dicto cap. insinuante de officio deleg. & in cap. inter Monasterium de re Iudicata*; Ideò ex reciproca vtriusque obseruatione, & praxi iuxta Textum *in cap.*1.*&* 2. *de noui operis nunciat.*id iure Ciuili admitti dicendum est, notat Balboa *hic*, *num.*30. quod etiam procedere de iure Regio docet Textus *in dict. l.*9. *tit.*3.*p.*3. vbi Gregor.

33 Vnde & si insurgas dicendo decisionem nostri Textus, vtpotè contra Reorum defensionem esse iniquam, nam si Iudex abreuiet terminum ad opponendam exceptionem dilatoriam; cum tam de iure Ciuil, quàm Canonico antiquitùs admi-nus vsque ad litis contestationem eam opponi, iam sit latè probatum *suprà in Rubr. & hic*, & consequenter aufert indultum à iure beneficium contra iuris Regulam, sed ab exordio litis, vsque ad litis contestatam terminus vtroque iure imò & Regio est designatus per Textum *in l. Procuratorem, ff. de procurat. l. ita demum, Cod. eodem leg. fin. Cod. hoc tit. cap. exceptionem* 12. *infrà eodem cap.* 1. *&* 2. *de litis contest. lib.*6. *dicta leg.* 9. *tit.* 3. *p.*3. *l* 1. *tit.*3. *lib.*3. *ordinam.l.*1. *tit.*5. *lib.* 4. *recopil.* ergò numquam potuisse licitum esse, vt à Iudicis voluntate penderet prorogatio, seu abbreuiatio termini, cum per id regula iuris, & litigantes nimis offendi potuerint.

34 Sed vt iam *suprà* notaui Regulam prædictorum iurium iam regulariter procedere, & declarari iuxta praxim relatam Textus nostri; Taliter vt ea iura non procedant quando Iudex, vt finem litibus imponat, & malitiis litigantium obuiet ante litem contestatam statuerit terminum breuiorem, nam eo elapso dilatoriæ non admittentur, vt voluit Bart. per Textum nostrum *in dicta l.* 2. *ff. de re iudic. num.*4. Panormit. *in dicto cap. inter Monasterium*, *n.*5. *eodem.* & ex Textu nostro *num.*5. Felin. *num.*20. Decius 21. & per illum Textum Didacus Perez. *in l.*2 *tit* 4. *lib.*3. *ordinam.* in verbo *que le da la ley.* Quibus non obstant Iason *in dict. l.*2. *num.*22. *ff. de re iud.* Imola *in cap. cum sit Romana de appellat.* vbi Decius *num.*15. Boërius *n.*59. docentes quod Iudex nequit tempora à lege præfinita sine ministerio iuris mutare; quia respondeo ex dictis *suprà ad titulum de dilation.* hæc omnia limitari quoties relinquitur arbitrio Iudicis, vt per Textum nostrum est dispositum, vtpotè confirmatur exemplis Textus *in l. diffamari, Cod. de ingenuis & manumissis l. Titia, ff de accusat.* ibi *intra tempus à Præside definitum*, *l. petendæ, Cod. de temporibus in integrum restitutionis, leg. quandiu, ff. de acquirenda hæred.* nam quamuis ex iuris regulis contrarium, aut diuersum statuatur tamen ex causis, de quibus in prædictis iuribus Iudex terminum aliàs dicta lege designatum ipse abbreuiat, seu prorogat.

35 Ad septimam quæstionis partem de protestatione requisita iuxta Textum nostrum ad hoc vt dilatoria exceptio possit opponi post terminum à Iudice assignatum, videtur dicendum sufficere vt sit generalis ex Textu *in cap. præsentium* 31. *de Testibus*, sed Glossa ibi, & Panormitanus *hic num.*17. Felin. *n.*13. Decius 11. Parisius 19. Balboa 31. Graña 6. docent non solùm protestationem generalem esse inutilem, sed nec etiam sufficere specificam, nisi exprimatur causa impediens talem exceptionem intra terminum proponere, & probare, vt aduertit Couarruu. *cap.* 26. *pract. num.*2. Et sic noster Textus debet intelligi de protestatione speciali, vbi ad hoc vt dilatoria exceptio possit opponi post terminum à Iudice designatum necesse est vt protestatio fiat nominatim exceptionem exprimendo iuxta Glossam *in dicto cap. præsentium de Testibus* verbo *iuramente*, *& in cap quoniam contrà falsam de probat.* verbo *exceptiones.*

Nec tunc iam obstat Textus *in dicto cap. præsentium*, quia respondetur quod protestatio, de qua ibi nominatim, & intrà terminum proposita fuit, nec fuisse processum impedimentum exprimere, cum sufficeret iurasse: non malitiosè excipere, siquidem forsam Testis in protestantis fauorem deponere potuisset Textus ille in fine, secùs autem esse in protestatione exceptionis, in qua causa exprimi debet, cum diuersa militet ratio. 36

Nec his obstat Textus *in cap. ad dissoluendum de dispens. impuber.* versic. *saluis exceptionibus*, vbi constat quod etiamsi pars non protestat se velle exceptiones dilatorias opponere, adhuc manet ei saluum opponendi ius; Nam respondetur veriùs dicendum quod ibi ideò admittantur, quia Iudex protestauit (ad vlteriora procedens) ac ideò saluum manere partibus supponendi eas exceptiones, cum illa Iudicis protestatio releuet partes ab illa exceptionum protestatione, sic Graña *hic sub n.*6. & confirmatur ex alibi dictis, & hic adiunges quæstionem, quam adduxi *in Rubr. de litis contest. q.*9. *à num.*1. vbi an protestatio impediat litis contestationem: Alia plura de protestatione dico *in cap. de appellat.* ibi videnda. 37

QVÆSTIO II.

An minor vel Ecclesia omittens allegare exceptionem dilatoriam, vel fori declinatoriam ante terminum à Iudice designatum, vel ante litis contestationem possit restitui in integrum aduersus prædictum nocumentum: Et quid de scholastico omittente allegare priuilegium magistri sui, sed errando passus fuit in se litem contestari?

SVMMARIVM.

1 *Præmissum aliarum quæstionum.*

2 *Minor & Ecclesia omittentes allegare dilatoriam exceptionem non restituuntur nisi vbi adsit graue nocumentum, n.*3. 4. 5. *&* 6. *& esse arbitrarium, num.*7.

8 *Scholasticus omittens allegare priuilegium magistri sui, nunquid lite contestata per errorem restituatur.*

AD

1 AD primam quæstionis partem, vt respondeas præsuppones quæ adduxi *supra in Rubr. q.4. à n.1. vbi disputaui an restitutio in integrum fit actio, vel exceptio.* Item applicabis adducta in Rubrica de mutuis petitionibus q.15. vbi egi *de quæstione an minor restituatur ad reconuentionem, & in Rubr. de litis contest. q.15. à num.1.* vbi egi *an minor contumax in contestando succurratur,* & ibi *in cap. 1. q.8. à num.1.* vbi egi *de alia an minor positionibus non respondens vtatur appellatione, vel restitutionis remedio,* & ad alias *in cap. 2. de restit. spol. cap.2. q.3.* & ibi *cap. 14. q.1. & 2. & cap. ex parte q.2. & in dicta Rubrica de mutuis, dicta q.15.* dixi *item & de restitutione Ecclesiæ, & in cap.31. de Testibus, an Ecclesia vel minor attestationibus publicatis restituatur, si non litigent tanquam principales, sed tanquam tertius oppositor ad probandum ibi q. 2.* versic. *ad quartam.*

2 His ergò præmissis ad difficultatem videtur dicendum, quod non restituantur ex generalitate Textus. Primò ex generalitate *l.1. tit.5. lib.4. recop.* Secundò *ex l. 5. tit. 5.* eodem *lib. 4. recop.* per locum à speciali, vbi tantùm conceditur minori restitutio ad opponendas exceptiones nouas in prima instantia ante conclusionem ad diffinitiuam, ergo ad opponendas veteres ea non cedatur, & in terminis per ius commune, docent Innocentius *in cap coram felicis num.2. de in integrum restit.* quem refert, & sequitur Angelus *in l. 2. §. 1. ff. de Indic.* Felin. *in cap. fraternitatis n.6.* versic. *fallit 2. de Testibus,* vbi loquitur de exceptione dilatoria, vel declinatoria, quæ non concernit merita causæ, quia illa dicitur modici præiudicij, & Couarruu. alios allegans *in pract. cap.26. num.4.* versic. *quinto,* sequitur Innocentium, quem etiam alij relati à Capicio *decis. 13. à num.4.* vbi *num. 11.* concludit secundùm hanc opinionem fuisse votarum *in Conf. Neapolit.* & fuisse denegatam restitutionem: sequitur Afflict. *decis.39n. num.2.* vbi loquitur de Ecclesia Iason. *in l. eleganter, § si quis post num 4. ff. de condit indebiti,* dicens benè notandum Monterosus *in sua practica tractatu 2. in princ. fol. 8. col. 2. ad finem,* Sfortia Oddus *p. 2. de restit. in integrum quæst.64. num. 36,*

3 Verùm contra præfatam sententiam, scilicet vt restituantur minor, & Ecclesia aduersus temporis lapsum *ex Reg. Textus in l. minor. 25. annis, ff. de minoribus,* vbi Glossa 1. exemplificat in exceptione dilatoria, latè poteris defendere ex doctrina quæstionum assignatarum *suprà num. 1.* & ex Regula Textus *in Clem.1. de restit. in integrum,* qui generaliter loquitur, & in terminis defendentes refert Orosclus *in l. de die, § si seruus n 3. ff. qui satis dare cogantur,* Speculator *in tit. de restit.in integrum, §. 1. num. 31.* versic. *sed minor,* vbi ita docet.

4 Tamen ex iam adductis *suprà in Rubrica* hæc difficultas venit sub distinctione intelligenda, nam si contingat vt minor, vel Ecclesia ex omissione ipsius exceptionis dilatoriæ, vel fori declaratoriæ grauiter lædatur, tunc competet ipsis restitutio in integrum aduersus prædictam læsionem, sin autem exceptio dilatoria omissa modici momenti sit tunc amplectendam esse opinionem Innocentij, vt ad eam opponendam post litem contestatam minimè concedatur minori, nec Ec-

5 clesiæ defendit idem Oroscius. † Vbi suprà ex Alex. & Croto, Gutierrez. *pract. lib 1. cap.52. num.4,* probat præfatam distinctionem expressiùs Ioannes Andreas *in dicto cap. fraternitatis de Testibus,* vbi totum hoc remittit Iudicis arbitrio, vt si minor & Ecclesia in hoc modicè lædantur restitutio denegetur per Textum *inl. fcio, ff. de in integ. restit.* Sed si propter id lædantur in lite, tunc concedatur.

Imò & probatur ex fundamento Innocentij 6
& Felini, quo suam sententiam probarunt, scilicet quia qui huiusmodi declinatorias fori proponunt, nihil vel paucum consequuntur, etsi obtineant, nam sic remanent ciuiliter, & naturaliter debitores si obtineant in huiusmodi exceptionibus, sicut si succumbant, & ita non læduntur, quia aliquid non amittunt acquirere, alias enim vel si oneri, quod non expediat se subiiciat minor, & huiusmodi omissione benè dicendum erit ex eodem Innocentio restitutionem minori, aut Ecclesiæ dari, vt iam est dictum. Quo pacto Couarr. vbi suprà loquitur in eo, nempè casu, an minor Ecclesia, vel Respublica admittatur ad restitutionem in integrum, vt probat recusationis Iudicium causas post conclusum in causa; ante tamen ortas, & resoluit admittendum secundùm receptiorem opinionem in praxi admissam, cuius potest, & debet esse fundamentum; quia recusationis causam spectat admodùm ad exitum litis, in quo graue præiodicium adest, ex adductis *suprà in cap.4. de foro compet.*

Et quod præfata materia sit arbitraria, docet 7
Capicius vbi suprà, Gutierrez. *dicto num. 4. in fine,* qui dicit dictam distinctionem, & resolutionem esse veram, & tenendam in nostro Articulo, vt sequitur alios citans Sfortia Oddus *dict. 2.p. de restit. in integrum, p. 64. num. 36.* & Molina *de Hispanorum primogeniis lib. 3. cap. 13. num. 60. & 61.*

Ad secundam partem quæstionis de scholari 8
omittente allegare priuilegium Magistri sui, sed errando passus fuit in se litem contestari breuiter Glossa, & Doctores *in l.1.* verbo *consensus de iudiciis,* Angelus, & Salicetus *inl. 1. Cod. de Iudiciis,* Iason. *in l. si per errorem colmuna 2. ff. de iurisd. omn. Iudicum* dicens communem tenent non posse litis contestationem condicere; docet cum eis Ioannes Guttierrez. *pract. dict. quæst.52 num.2,* & pro ampliori enodatione huius dubij applicabis quæ adduxi de exemptione scholarium suprà *in cap. ex parte q.16. de foro comp. & in cap. pen. eodem q.6.* & alibi nonnulla.

AD TEXTVM IN CAPITE V.

Cum inter priorem,

PRÆMISSVM.

1 EX verbis huius Textus tria mouentur, & discernuntur, quæ speciali tractatione indigebant, nempè de Actore excommunicato repellendo ab agendo, & reconueniendo alium in Iudicio, de cuius causa, & ratione latissime, & per plures quæstiones declarari *suprà in cap. intellecximus 6. de Iudiciis à q.1.* II. Item & de Reo aduersus Actorem excipiente, qui etsi excommunicatus sit admittitur ex ratione nostri Textus in versiculo *inquisitioni,* de cuius fundamentis item

dixi

dixi hæc *in d.c.intelleximus à q.19.* cum aliis pluribus, vbi *q. 22.* iuxta nostri textus doctrinam in versic.*cæterùm non sic in reconuent. sentimus ne quod in defensionis remedium sustinetur ad impugnationis materiam extendatur*, vbi egi de quæstione an Reus excommunicatus ab Actore vocatus litigare possit Actorem ipsum reconueniendo super alia re, vt elidat Actoris intentionem & se defendat, &
3 ibi *q.23. an possit opponere compensationem.* † Tertia in versic.*& maxime Iudic.recus.cum periculosum sit coram Iudice suspecto litigare, &c.* Ex quibus verbis poterat hic innecti integra materia recusationis Iudicum, de qua lata suprà adduxi, per quam plures quæstiones *in c.4.de foro comp.*& quatenùs ad tempus, in quo recusationis exceptio, de qua hic debeat opponi, dixi aliqua *in c.4. hoc tit. & in Rubr.q.3.à n.1.* & *ibi* in versic.*recusat. except.*

4 Interim videbis quæ pro explicatione huius textus adducunt DD.*hic*, & nouissimè Balb. Graña, & Barb. qui innumeros colligunt videndi etiã repetentes *in c.except. 12. & in c. 2. hoc tit.*& Couarr.*in c.Alma mater*, §.4.*à n.1* vbi non ineptè applicatur quatenus agit de operibus charitatis ab excommunicatis factis ad quæstionem ex multis Gratian. *Reg 261.* vbi dicit quod iudicialiter conuentus licet aliàs inhabilis sit, & non possit in Iudicio comparere habilitatus censeatur ad comparendum, de qua dico *infrà in d.c.except. hoc tit*

AD TEXTVM
IN CAPITE VI.
Cum Venerabilis,

PRÆMISSVM.

I. TExtvs iste plures materias claudit, de quibus nonnullis iam alibi dictum est vt pote ex eius postilatione apparebit, seu ad dicenda aliis in locis congruentius spectat. Itaque in vers. ibi *cum suis poss & pert. petiuisset*, ad hæc verba adiunges quæ adduxi *suprà in c.cum ad sed. 15. de rest. spol.* vbi *q. 2.* dixi *à n. 2. de pertinentiis, & quid earum nomine veniat.*

I I. Et ibi *eam tamen non poterat Episc.vindicare, quam ex permutationis causa*, & ibi in vers. *cum pars* & ibi *cum permutatio inter contract. bonæ fidei computatur, nec cum alio, quam cum Domino, vel cum eo, qui habebatur loco Domini valeat legitimè celebrari:* potest agi de integra materia permutationis, resignationis, seu renuntiationis beneficiorũ, de qua ad titulos de renuntiatione, & de rerum permutatione, in cuius Rubr. etiam agam de natura contractus permutationis, nunquid sit bonæ fidei, aut stricti iuris, de quo videbis cum multis Pich. *in §. act.18.q.5.à n.4.* & an sit contractus innominatus *q.27.à n.41.* videbis quæ scribit Balb. *hic à n. 66.* vbi quæ requirũtur ad permutationẽ. III Et quare contractus dicantur bonæ fidei, aut stricti iuris, idem Pich.*in d.§.act. à q.1.* cum aliis, & de ratione Couar.*in reg.poss 2.p §.6. à n.4.* per text. nostrum, & per text. nostrum agit de cambiis Narb. *in l.14.t.18.lib.6.recop.* de quibus latè dico *infrà in c.in ciuit.de vsur.* & Grañ.*de permut.* plura dicit *hic à n 9.* Gait.*de cred.pos.Turri*, & alios benè *p.1.tit. 2.*

I V. Et ibi in vers. *porro* potest agi de possessione antiquiori, & minùs antiquiori, & quæ sit præferenda ad dicta *suprà in cap.licet 9. de probat.* & *alibi sub tit. de rest. spol.*

V. Et ibi *licet autem nimis excesserit, qui transcriptum illius instr. falsauit*, per hæc verba applicabis dicta *suprà sub c.1.c.fin.c.cum dilect. cap.cum Ioann. cum P de fide instr.* vbi egi de falsitate instrumenti item qualiter transcriptum, seu transumptum ex originali, & protocollo transcribatur, & cuius authoritate, & qua solemnitate, vt fidem faciat.

V I. Et ibi in vers.*quia tamen delict personæ non debet redundare in damn. Eccl.* ad hæc verba applicabis quæstionem, de qua egi *suprà in c. 3. & 4. de iuram.calum.* vbi an delictum Prælati cedat in Ecclesiæ detrimentum, & nunquid taciturnitas prælati præiudicet Ecclesiæ Balb. per Gloss. finalem hic agit *in c.2. de rescript.à n. 12.* Et an confessio Prælati, siue in Iudicio, seu extra præiudicet Ecclesiæ, *in cap.2. de confess. q.1*, versic. *ad secundam.*

V I I. Et in versic ibi *ac non solùm ante sententiã verùm post obijci potest exceptio falsitatis*, ad hæc verba applicabis dicta *suprà in c.sicut vobis 9. de Test.* vbi plura de falsitate obiecta, item & adducta *in c.testim.54.& in c.fin.de Test.& in c.1.hoc tit. q. 1.* vbi egi de hac exceptione falsitatis opponenda, quando, & qualiter.

V I I I. Et in vers.ibi *cum fals.instr. prætextu lata sententia vsque ad 20.annorum spatium valeat tractari*, ad hæc verba adiunges quæstionem, de qua *in c.4.de fide instr.q.5* versic. *ad quintã n.21* vbi an sententia lata ex falsis instrumentis sit ipso iure nulla, aut veniat retractanda, & etiam adducta *in d.c.sicut vobis 9 de test.* vbi *q. 1.* egi de quæstione an sententia lata ad dictum corruptorem testium sit retractanda, & *ibi* in versic. *ad tertiam à n. 25.* egi de quæstione an detur restitutio aduersus sẽtentiam, vbi testes non falso, sed pecunia, precibusve fuerunt corrupti: alia videbis *in c.suborta de re iud. & in d. c.sicut q.2.à n.1.* egi de quæst. an exceptio falsi possit opponi antequàm obtineatur restitutio aduersus sententiam ex falsis instrumentis latam, & applicabis quæstionem, an sententia retractari queat prætextu, de qua *suprà in c. breui 1-.2.* vers.*ad secundam, à n.31.* nonnulla adduxi de hac exceptione *suprà in Rubr ad quæst.* an excommunicatio lata ex falsis instrumentis, aut falsa causa sit nulla, Abbas agit per Gloss.hic & alij Couar.*in c. Alma Mater de sent. excom. p.1. §.11.n.14.* vers. *secundo* vel an indigeat absolutione applicabis dicta *in cap.1. cap. verum de iureiur.*

I X. Et ibi in versic.*quia verò* agunt DD. de fundanda iurisdictione Episcopi super rebus consistentibus intra suam Diœcesim, applicabis dicta *suprà in c.cum causam 13.de prob.* vbi qualiter probantur fines Diœcesum, aliquid notaui *suprà in c.cum ad sedem de rest spol.*& ex proposito ago *in c. conquerente de offic. ord.* & expendens textum nostrum, Zened. *in pract.q.26.* agit de iurisdictione quam habent Prælati in regulares.

X Et ibi in vers.*verùm*, ibi enim potest agi de effectibus præscriptionis in beneficialibus, & in aliis temporalibus Ecclesiæ, de quibus latè ago ad *tit.de præscript.*& notanda ibi *in c.1.c.1.c.3.c.6.in c. illud 8. cap.ad audientiam cap.cum vobis cap. auditis cap.cum ex officij, cap. cum olim.*

XI Et ibi *quãquam probauerit Episc.Sab bona einsd. Eccl.aliquãto temp.possedisse*, per hæc verba potest agi de quæst.qualiter possit Antecessoris possessio vt præscribat, & insequitur successor ad dicta *in c.quia v.de iud.*& de exceptione præscrip. suprà in principio Rubr. vers. *insuper.* Et applicare poteris

quæstionem signatam ante Rubricam, videlicet an exceptio præscriptionis objici possit agenti remedio recuperandæ *in c.1.de rest.spol.q.4.*

12 Et ibi *vos ab impet. Episc. quoad tempor. eiusdem Eccl sement.duximus absoluend.* Per hæc verba potest ad longum agi de effectibus sententiæ absolutoriæ iuxta ea, quæ per extensum adduxi *suprà sub c.exam.15.de ind.à q.11.ad fin.*& adiunges dicta *suprà in c.fin.§.1.de iureiur. q.3.*vers. *ad quart.n.25.* vbi sententia absolutoria in quo differat ab ea, quæ fit ab obseruatione Iudicii, & ab ea quæ fit ab absolutione à causa, vel petitis, & ibi vers. *ad quintam n.37.* vbi qualiter sententiæ ab obseruatione Iudicij formentur.

13 Et quia *hic* Balb. *n. 73.* agit de regressu ad beneficia, videbis *suprà in cap. 4. de renuntiat.*

14 Item & quia per Textum nostrum Gratian. *in Reg.156.* dicat Ecclesiarum prouisionem ad Episcopos pertinere, cum quatuor ampliationibus, & Felin *hic col.11.* Bern.Diaz.de Luco *in reg.240.* relati ab eodem Gratian. *à 4.17.* alias duas ampliationes, & quinque limitationes scribant, ideò videbis Garciam *de benef.* longè agentem de his, ad quos spectat Ecclesiarum prouisio *p.5, cap.1.2.3. & 4.* & quæ dico ad titulos *de prabend. de concess. prabend. de instit. & de iure patronatus.*

15 Manet ergo ex iam adductis solū principaliter ad textum nostrum pertinere quamplura de quæstione an excipiens videatur fateri, quæ continentur, aut non in exceptione. Et quia potest adiungi quid probet confessio qualificata, seu de confessione Prælati, aut Procuratoris: Appplicabis dicta *in c.2.& c.fin.de confess.* & de confitente homicidium ad sui defensionem, Balb. *hic à 4.30.* de quo dixi *in c.1. de confess.q.6. à n.2.* vers. *ad secundam*: alia de confitente debitum applicabis dicta *in c. si cautio de fide instr.* quibus suppositis iam ad rationem Textus nostri, & ad quæstiones eius contexturæ spectantes ex bonis Authoribus & applicabis dicta ad Textum *in cap 1. de litis contestatione*, vbi de confitente positiones.

16 Si alia desideras præter proximè notata, & quæ in sequentibus quæstioonibus dico, leges quæ nouissimè repetit Math. Coll. ad Text. nostrum *in tract de processibus executoriis p.4.*

Qvæstio I.

Excipiens quare fateri non videatur ea, quæ in exceptione continentur, cum regulariter qui vnam confitetur, etiam confiteri censeatur id quod ex eo necessario sequitur diuersis exemplis exornatur conclusio, & aliis limitatur?

Svmmarivm.

1 *Excipiens multis exemplis negare potest à se petitum, & de differentia, 4.27.*
2 *Excipiens aduersus Actorem negando eius intentionem omninò non fatetur, num.3.*
3 *Negatio mera, & absoluta facti, non est vera exceptio.*
4 *Negare non censetur prohibitus qui agere, aut excipere prohibetur.*
5 *Excipiens conditionaliter, qualiter negare videatur, & n.6. exornatur remissiuè.*
7 *Excipiens simpliciter opponendo solam iuris exceptionem verius est vt non fateatur intentionem Actoris, 4.8.9.10. & n.15.16.*
9 *Causa limitata limitatam producit effectum.*
10 *Intentio Actoris non fundatur ex simplici exceptione dilatoria, vel peremptoria.*
11 *Exceptionem permutationis, aut empti opponens non fatetur.*
12 *Excipiens non fuisse rectè latam sententiam, eam non fatetur.*
13 *Negans non rectè factā, non propterea confitetur.*
14 *Accusatus repetundarum, si respondeat quidquid feci, & habui iuste feci, & habui, non censetur fateri factam.*
15 L. quinquaginta, ff de probat.
17 Cap. præterea de transact. cap. venerabil. 34. de elect. Auth. si Test. C. de Test. l. quoniam ff. de his, qui not. inf. l. in Fisci, ff. de iur. Fis.
18 *Textus noster intelligitur.*
19 *Excipiens sub conditione, si mutuasti, solui, aut fecisti mihi pactum de non petendo, transfert probandi onus in Actorem.*
20 *Loquutio conditionalis, non inducit præcisam dispositionem.*
21 *Soluens secreto qui mutuum accepit, qualiter respondendo liberetur. Et quid si sit statutum, vt debeat simpliciter respondere affirmando, vel negando, n.22. & 23. & q.2. à num.1.*
24 *Excipiens se soluisse, aut opponens pactum de non petendo præmissa debiti confessione fateri videtur. Limitatur. num 25.*
26 *Excipiens si opponit Actori debitum petenti se promisisse sub conditione, vel confitendo in duplici oratione qualiter fatentur.*

Vt ergo huius Textus & difficultatis Thesis 1
facilius percipiatur, dico exceptionem, de qua hic inquiritur cōtingere posse sex modis aut formulis. Primus est quando Reus proponit exceptionē facti; id est excipit aduersus Actoré negādo ejus intentionem, & factum, vt est exceptio non numeratæ pecuniæ, vel quando negatur contractum fuisse celebratum. Secūdus quando quis proponit exceptionem iuris, vt est exceptio pacti de non petendo, vel quid aliud simile. Tertius est quando excipiens nihil aliud dicit, nisi solui, præscripsi, vel quid aliud simile. Quartus modus est quando quis excipit sub conditione hoc modo si mutuasti solui, aut fecisti mihi pactū de non petendo. Quintus modus est quando v.g. Reus fatetur mutuum acceptum ab Actore, sed insimul respondet, aut opponit quod Actor sibi fecit pactū de non petendo, vel ait iam mutuum soluisse. Sextus est quando Actor petit debitum purè, & Reus excipiendo dicit se promisisse sub conditione, de quibus omnibus, quia latè & meliùs quā alij scribat Patian. *de prob.lib.1.c.20.21.22.23.24.25.* cum aliis ab eo relatis, & non pauca dicant *hic*, Balb. Grañ. & Barb. cum infinitis, quos ipsi citant; Ideò ego breuiori, & clariori, quo possim modo omnia claudam sub distinctionibus, & casibus diuersis, quibus nodosa, & alias dificillima iura poterunt in concordiam reduci.

Quo ad primum ergò de excipiente aduersus 2
Actoré negando eius intentionem, vel factum sine dubio est respondeodū taliter excipientem negare eum intétioni, & facto se opponat, sic Butr. *hic sub n.4.* vers. *dic si excep. est fact col.6.* Alex. de Neu. *n.48.* vers. *tamen & clarius intell. col.8.* Aret. *in §.1. inst. de except. 4.25.* vers. *& circa prim. dic. col.13.* Pich *ibi in princ. n.21.* vbi ex Textu *in l. in excep. hoc tit. ff.*

Vbi dicit quod mera, & absoluta facti nega- 3
tio non est vera exceptio; nam excipiens onera-
tur

tur probatione, non autem ille, qui absolutè negat, *l. Actor 23. Cod. eodem*, tenet etiam Cujacius *lib. 69. Pauli ad edictum in l. 2 ff. de probat.* qui referens eam legem ad exceptiones, & vbi factum vel causa agendi negatur à Reo illi defensio, idest exceptio non sit necessaria, vt dixi *supra in Rubr.* his, & aliis fundamentis obseruant Petrus Greg. *lib. 21. syntagm. cap. 17. n 3.* Cooart. *in Reg. poss 1. p. in princ. n. 5.* Roman. *in l. cum mulier n. 18* versic. *tu autem pro veritate conclude col. 3 ff soluto matrim.* vbi dicit hanc sententiam procedere in quacumque exceptione negatiua intentionis agentis Buttigat. *in l. siquidem col. fin.* versic. *item quæro an ille, Cod. hoc tit.* vbi distinguendo inter exceptionem facti & iuris, dicit quod si Reus opponat exceptionem facti, eo quia negat se obligatum, & Actorem habere actionem, tunc certum esse, vt pro negante habeodus sit.

4 † Tradit etiam Balboa *hic n. 5.* & taliter quod ex Baldi sententia *in dicta l. siquidem*, dicat vt prohibitus agere, & excipere non sit prohibitus negare, & idem Baldus *in cap. 1. de litis contest. n 9.* quem sequitur Aret. *in dicto §. 1. inst. hoc tit. n. 27.* expressè docet quod is qui negat non excipit, sed ille dicitur excipere, qui aduersatiuè obiicit. Quare pro explanatione huius doctrinæ iam à fortiori incidimus in his quæ latè adduxi de negatiua *in cap. quoniam contra falsam 11. & cap. sequenti de probat.* to qua per rerum natura nulla est directa probatio *ibi à q. 2.* & in eo quod adduxi *in cap. nonne 5. de præsumpt.* vbi an negans vnum ex duobus illatis censeatur alterum affirmare, aut fateri.

5 Ad secundum modũ respondetur quod si Reus priùs negaret post negationem præmissam, posteà opponat exceptionem conditionalem, veluti conuentus actione commodati, vel mutui negat commodatum, vel mutuum, & postea subiungit, quod si appareret, vel quatenùs de commodato, vel mutuo constaret, ipse opponet exceptionem solutionis vel satisfactionis, tum communiter ab omnibus esse receptum, vt taliter excipiens intelligatur negare Actoris intentionem; adeò vt Actore debitum non probante ipse Reus absoluendus sit appellat turiorem Glossa hic in verbo *confessus*, Abbas *sub n. 26.* vers. *aut Reus dicit non confit. col. 7.* Alex de Neuo *sub n 48.* vers. *secundus casus col 8.* Fel *n. 15. sub tertio casu*, versic. *nota tamen duo col. 4. glossa in c. except de Reg. iuris* vbi Din. *in fine* vers. *sed sign.* egregia Glossa *in d l siquidem* in verb. *contest C hoc tit. glossa in l si filio* verb. *deest C. de liberali causa*, Cinus *in d. l siquidem* versic. *secunda forma ibi* Albetic. *n 2* versic *secunda est non confiteri. ibi* Bald. *n. 4* versic. *tertia est concl.* Clarus *in praxi q. 55. n. 17.* versic. *cautius* Boër. *in decis 242. n. 11.* versic. *quare secundum gloss* practica Papiens. in Gloss *salnis* aliis *n. 9.* versic. *amplius quæritur de forma resp. rei conuen.* vbi dicit hunc esse practicam communem, quem modum respondendi, & si de iure in foro contentioso sit securus iuxta Glossam *in d c. except. de reg. iur.* tamen in foro animæ, vtpote captiosum non esse æque rutum respondet Parianus post longam disputationem, & contra alios *in dict cap. 21. à num 3. ad 9.*

6 Et quia pro perfecto intellectu huius dubij facit illud quod adduxi *suprà in Rubric. de confessis q 1. à n. 1.* vbi Reus si sub aliqua conditione confiteatur an sit habendus pro confesso, quod idem est ac interrogare de confessione qualificata, ideò ad *ibi* dicta te remitto. Et quia idem Parian. latè agit *in dicto cap. 21.* de Reo dubitanter respondente illicò, aut data ei deliberatione, vt respondeat *ibi à n. 10.* applicabis quæ adduxi *suprà in d. q. 1. de confess.* in versic. *ad secundam partem à n 10.* vbi egi de quæstione *quid si Reus sub dubio confiteatur.* Et quia insimul ipse & Parian. inuoluit, seu reducit hunc modum ad illud nempe ad quem Reus tenetur respondere impositionibus ab Actore propositis; ideò adiunges hic quæ lato calamo adduxi *in c. 1. de litis contest.* & ad propositum declarat idem Parian. *in dicto cap. 21. à num. 20.* quem ad plura desiderata leges ne prolixus existam transcribendo

7 Ad tertium modum quando Reus scilicet simpliciter opponit solam iuris exceptionem, velut pacti de non petendo videatur debitum confiteri tenuerunt multi per Textum *in l. quinquag. §. nam etsi credit ff de prob.* vbi habetur quod onus probandi incumbit reo quando respondet se soluisse, nam ex hoc solo intentio Actori intelligitur esse fundata. Secundò ex ea ratione, quod exceptio sit actionis exclusio *l. 2. Cod. de except.* & ideò sicut priuatio præsupponit habitum, *l. manumiss ff. de Iust. & iur* ita etiam qui confitetur se habere iuris exceptionem censeatur cõfiteri, & præsupponere Aduersarium habere actionem, sine qua exceptio stare non potest; Nam quoties ad positionem vnius sequitur necessario aliud antecedens, tunc confitendo consequens videatur ponere, & confiteri eius antecedens, quo argumento vtens Butr. *in d. l. siquidem col. fin. Cod hoc tit.* & practica Pap. *in d. gloss. saluis sub n. 9.* vers *aut opponitur*, tenent hanc doctrinam, & Din. *in d. c. except. prope finem ex reg. iur.* vers *simpliciter*, & alij adducti à Parian. *d. lib 1. de prob. c. 22. à n 1.* vbi ex aliis duobus fundamentis per ipsum adductis corroboratur, & insuper faciunt *infrà* dicenda in hoc Articolo secundùm casus, quibus contraria sententia ex nostro Texto communior, & practicabilior inscribitur.

8 Contraria autem sententia tenenda & sequenda est per Textum nostrum, & per Textum *in d. c. except de reg iur. lib. 6. l vtique 9 ff. hoc tit. d. l siquid. C. & ratio est*, nam sicut Actor non censetur deducere in iudicium quod non sentit, ita nec Reus censetur fateri quod non sentit, vt in Iudiciis par sit conditio Actoris, & Rei, vt ait Glossa *in d. l. siquidem* sed Reus in dubio nunquam censetur velle confiteri intentionem Actoris, cum Reorum natura sit subterfugere; ergò per simplicem exceptionem non dicetur confessus, vt ait Rom. *in d. l. cum mul. ff solut. matr sub n. 19.* versic *quarta quia col. 4.* & confirmatur ex Zino *in l. except. C de prob. sub n 2.* versic. *quid dicemus col. 2.* vbi tradit quod qui simpliciter exceptionem proponit; tunc non videatur approbare intentionem Actoris, nec eum à probatione releuare; tum quia verba, quæ non sunt emissa animo confitendi, non præiudicant; tum etiam quia quod ponitur ad diminutionem alterius, non debet operari eius augmentum *l cum tale §. fin. ff. de cond. & demonst.* idem Cin. *in d. l. siquid.* vers *ego dico* vbi sic interpretatur Text. *in d l vtiq.* deinde quia exceptio tantùm opponitur ad excludendum ius Actoris *d. l 2. ff hoc tit.* ergò non debet contrariũ operari effectum *l legat. inutil. ff. de leg 1.* nam aliàs eadem exceptio duos contrarios effectus produceret, vnum exclusiuum intentionis, alterum corroboratiuũ quod esse non potest *l qui hom. § fin. ff. sol matr.*

9 † Cumque limitata causa limitatum producat effectum *ex leg. magis, ff. de acquirend Domin.* & Reus in præsenti

suam exceptionem ea lege, & conditione limitet, scilicet si Actor suam probauerit intentionem, quia aliàs Actore non probante, Reus absoluitur ex latè adductis *suprà in cap. fin. & §. 1. de iureiurando, l. Actor de probation.* cum vulgatis: sequitur ita tenendum. Et sic Salicetus *in dicta l. exceptionem, Cod. de probat. sub n. 5.* versic. *quæro 2. col. 3.* subiungit quod quamuis exceptio videretur fateri, censeatur tamen fateri conditionaliter, id est si & quatenùs eius exceptio pro vera ponatur, qua posita pro vera confessio erit nullius præiudicij; Taliter vt nec expediat excipienti probare suam exceptionem, nisi Actor suam intentionem priùs probauerit. Similiter docet Roman. *in d. l. cum mulier sub n. 19.* versic. *tertia*, Farinac. pluribus adductis *tom. 2. cum q. 32. n. 60.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 91.* Masc. *de probat. concl. 70. & 887.* Balb. *hic à n. 2.* Graña cum aliis *à n. 1.* & ex aliis rationibus & DD. *d. c. 22. à n. 6.* cum aliis Barb. *hic n. 1. & 2.*

10 Vnde Glossa hic verbo *confessus*, Innocentius *hic n. 2.* versic. *si vero non confiteatur*, *& n. 3.* versic. *sed contra* Ioann. Andreas *n. 18.* verbo *absoluendos*, Abbas *sub num. 26.* versic. *Dominus Antonius*, Imola *n. 20.* versic. *in Glossa confessus*, Alex. de Neuo *n. 49.* versic. *tertius casus*, Felin. *n. 12.* versic. *& inuenies*, Decius latè *n. 75.* & alij ex antiquis *in dicto cap. exceptionem de regulis iuris, & in cap. cum in iure de officio deleg. in dicta l. exceptionem de probat. in dicta l. siquidem, Cod. hoc tit.* quos plena manu refert, & sequitur Patian. *dicto lib. 1. de probat. cap. 12. n. 15.* docentes præfatam sententiam de iure Ciuili, & Canonico communiter teneri dixerunt, & affirmarunt ex simplici exceptione dilatoria, vel peremptoria intentionem Actoris non fundari.

11 Vnde infero breuiter ad nonnullos casus, nempe nec eum qui exceptionem permutationis, nec eum qui exceptionem empti opponit confiteri, vel permutantem rei permutatæ, vel venditorem rei venditæ esse Dominum, provt de vtroque concludit Angelus *in dicta l. non vtique*, vbi dicit quod hæc sunt quotidiana, & si in praxi vidisse testatur, & de permutatione tenet Speculator *in tit. de except. §. viso sub n. 6.* versic. *hodie*, vbi ait quod excipiens de permutatione non videtur confiteri rem fuisse permutantis; sed permutantem non posse contra permutationem venire, vel rem permutatam repetere; sic Patianus *dicto cap. 22. num. 20.* & Innocentius *hic n. 3.* versic. *sed contra*, Alex. *sub n. 44.* versic. *in Glossa* verbo *non fuisse*, & vt ampliùs, & rectiùs percipias istud de permutatione leges *hic* Balboam *à num. 66.* disputantem; vbi ait *n. 67.* quod etsi in permutationibus rerum prophanarum dominium requiratur sufficere in permutatione rerum Ecclesiæ, quasi dominium, qualiter intelligit verba Textus nostri ibi, *nec cum alio quam cum Domino*, id est cum eo qui habetur loco Domini.

12 Secundò infero nec eum fateri sententiam latam fuisse, qui excipit eam non fuisse rectè latam, vt ait Bald. *in l. gallus, §. forsitan, n. 1. col. 2. ff. de liber. & posth.*

13 † Vbi tradit, quod ille qui negat non rectè factum, non propterea confiteri videatur, vel ponere nudum factum *ibi*, tradit Imola, & sic docent Patian. *in d. c. 22. lib. 1. de probat n. 22.* Ias. *in l. Iul. sub n. 13. col. 6. in fin. ff. de cond. & in leg. decem, n. 50* versic. *adde quod Reus, ff. de verb. oblig.* Ioann. de Amic. *cons. 49 num. 5. col. 2.* quod negans qualitatem facti non videatur necessario ipsum factum fateri: † Et idem Ioann. de Amicis ait 14
quod si accusatus repetundarum, vel extorsionis responderit quidquid feci & habui iuste feci, & habui, non censeatur fateri nudum factum exactionis ad fundandam intentionem Aduersarij, de aliis casibus, veluti de lenocinio depetente remissionem delicti, seu veniam, aut de opponente compensationem dico *infra* per quæstiones.

Adducta in contrarium *suprà* in vers. *ad tertium* 15
iam non obstant, non Textus *in d. l. quinquaginta, ff. de probat.* vbi dictum est quod allegant solutionem incumbit onus probandi, quia respondetur legem illam procedere, quando Actoris intentio erat fundata, aliter quàm per simplicem exceptionem, vt ait Alber. *in d. l. siquidem in princ.* versic. *sed contra*, Paul. de Castr. *in l. 1. n. 3.* versic. *sed quæro, Cod. de probat.* Aret. *in d. §. 1. instit. hoc tit. n. 27.* versic. *non obstat* Patian. *d. c. 22. n. 10.* & ex hac generali responsione dimanat intellectus ad plures casus, quos congerit Patian. *dicto lib. 1. cap. 12. à n. 28.* quorum aliquos *infrà* quæstiones expendo.

Nec obstat secundum fundamentum, quia re- 16
spõdeo, quod exceptio non præsupponit necessariò intentionem, cum deputatiuo debito, vel conditionali, vel naturali possit fieri pactum de non petendo, vel etiam possim soluere indebitum, ex quo fit, quod ego habere possim pacti exceptionem, vel solutionis, & tamen tale debitum non procedere propter quod actio legitima posset intentari, vt ait Bald. *in l. 1. n. 7. Cod. de confes.* Roman. *in dicta l. cum mulier, ff. soluto sub n. 19* Salicet. & Iason iam adducti. Hæc tamen ratio non est vrgens, siquidem *ex dicta l. 2 ff. hoc tit.* excipiens intendat elidere actionem, seu intentionem Actoris, sed non sequitur, vt eam fateatur quoties non constat de eius intentione, & sic Cinus declarans *in d. l. except.* & Bald. *in l alia causa, Cod quibus vt indignis, col. 1.* Patian *suprà à n. 12.* alia adducens *n. 13. & 14.* docent quod excipiens videtur credere hoc solùm, vt Aduersarius possit excludi, sed non vt videatur confiteri habitum processisse si quis est, sed potiùs remouere agentem quocumque modo hanc rationem præ cæteris fortiorem asseruit Alber. *in d. l. siquidem, Cod. hoc tit.* Ioann. Monach. *in dicto cap. except. de regulis iuris.* & hanc esse meliorem affirmauit Aret. *in l. decem, n. 6.* versic. *melior col. pen. ff. de verb. oblig.* † Et ex hac doctrina lucem accipiunt iura 17
in cap præterea de transact. in verbis ibi, *confitetur in iure illi domui quondam fuisse subiectos*, & Textus *in cap. venerabilem 34. de elect.* quatenùs ex eo probatur, quod qui excipiens dicit se excommunicatione absolutum fateri videatur Actoris intentionem, quia id vt infrà dico ex alio contingit, expendit Graña *hic n. 3.* vbi *n. 5.* explicat *Authem. si Testis, Cod. de Testib. & Textus in l. quoniam, ff. de his qui notantur infamia, l. in Fisci, ff. de iure Fisci,* vbi *n. 3. in fine*, dicit exceptionem nostri Textus de permutatione non fuisse conditionalem, sed simplicem contra Glossam hic, verbo *confessus*.
† Et ea expendens Balb. *hic à num. 43.* ait Tex- 18
tum nostrum procedere in exceptione pura, etiam nullâ præmissâ negatione; itavt non obstet dicere quod qui taliter confitetur, censeatur fateri id quod ex necessario sequitur. Nam in specie nostri Textus non sequitur per necessariam consequentiam Episcopus permutauit ergò erat Dominus rei permutatæ cum potuisset permutario non de iure, sed de facto interuenire hæc eadem,

vt recollecta à Patiano expendit Balboa *hic à n.17.ad 26.*legendus.

19 Ad quartum excipiendi modum, quando quis excipit sub conditione, v.g. si mutuasti solui, aut fecisti mihi pactum de non petendo, & in hoc casu per Text. nostrum, in versic. *idem nondum Episcopi.* & Glossa verbo *confessus*, Doctores notant, vt excipiens nec censeatur negare, nec fateri, sed tãtùm habendum pro negante, quoad transferendum probãdi onus in aduersarium, quoniã actori
20 incumbit onus probandi suam intentionem. †Ex eo, quia conditionalis eloquutio præcisam dispositionem non inducit, *l. si quis sub cõditione, ff. si quis omissa causa testam.* tradit ad hoc probandum plura Patian. *in c.21. lib.1. de probat.* & cum multis, *in c.23. n.1.2. & 3.* Quare pro hoc articulo repetens iterum *d. sup.* in versic. *ad secundũ modum:* videbis
21 Balboam *hic n.11.12.13.14.15.* † Vbi exactè probat huiusmodi excipiendi genus, vtile esse ad effugiẽdum laqueos illius dubitationis, quomodo consulendum sit illi, qui mutuum secreto accepit, & secreto restituit. Demumque occasione prædicti mutui in iudicio conuentus interrogatur sub iuramento, an mutuum acceperit, nã si fateatur accepisse mutuum sibi præiudicat, cum non possit postea probare restitutionem, remotis arbitris, factum, si verò negat mentitur quod nunquam est faciendum, iuxta Textum *in c. omne genus 22. q.1.* Patian. *d.c.21. n.3.* cum aliis, cum multis relatis *d. c.23. n.3.* in versic. *quapropter*, quos reperit Balboa *hic n.15.* quod reus possit sua prædicta formula iurare, & dicere, si mutuasti, tibi restitui; quoniam per talem exceptionem non censetur reus, neque propriè negare, ne propriè confiteri, & cum non fundet intentionem actoris erit tutus, quoniam ipsi actori incumbit onus probandi mutuum, si voluerit vincere, vt ait Dominicus *in c. cupientes, col.1. de elect.* subiungens, quam reus possit etiam licitè iurare sibi nihil fuisse mutuatum propter quod sit obligatus, quod vltimum addit Imola *in c.1. de mutuis petition. n.12.* Alciat. Purpuratus in locis per Balboam relatis, Alex. *in l. qui totã col.2. ff. ad Trebell.* Curt. Iunior, & Iason *in l. manifestæ. ff. de iureiurando* vnus, *n.17.* alter *sub n.10.* versic. *circa secundum.* Boerius *in dec. 139. col. fin.*

22 Dubium tamen est in praxi, quod remedium aderit, quando v.g. positio sit solùm de mutuo; ad est tamen statutũ, aut lex decernens, vt simpliciter quis debeat respondere affirmando vel negãdu. Et licet Imola *in c.1. de mutuis petition. n.12.* nesciat quomodo succurrendum sit reo. Tamen Iason *in l. Iusiurandum, & ad pecun. §. ait prætor. n.4. in vlt. notab. col. fin. ff. de iureiur.* Alciat. *in l.1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. n.20. col.6.* dicit posse reum coram iudice instare, vt ibi liceat respondere, non solùm super mutuo, sed etiam super restitutione. Et quod iudex in tali casu possit duplicem responsionem admittere, & id probat exemplo delati iuramenti, quod etsi non recuserur, vt iam *sup. dixi, in c. fin. de iureiur.* tamen si actor obtulerit iuramẽtum super mutuo possit illud à reo legitimè recusari, eo quia delatio sit captiosa nisi detulerit illud quoque super restitutione, *ibi* Purpur. *n.35.* Curtius Iunior *n. 10. col.4.* versic. *circa secundum.*
23 † Imo Anchartanus *in c.2. de reg. iur. col.22.* versic. *Iuxta prædicta quæro*, Felin. *in cap. ex tenore. in princ. extra de test.* Barbatia *cons.12. præclare col.3.* versic. *præmitto. vol.2.* Marsilius *in sing. 77. malitiis hominum* Couar. *lib.1. var. c.2. n.4.* versic. *tertio* Boerius *dec.243. n.10.* versic. *sed contra*, docent quod poterit reus iurare salua conscientia nihil sibi fuisse mutuatum, vt malitiis obuietur, & quando quantitas esset magna, & Bald. distinguit inter causas summarias, & ordinarias, quasi in istis iudex possit cogere partem, vt legitima, & præcise respondeat positioni, secundùm formam iuris, vel statutorum, secus in summariis, seu extraordinariis, in quibus cum arbitrio iudicis sit commissa forma, & modus interrogatorium, sic posse interrogare, secundùm conscientiam, quam habet, an receperit, vel an restituerit: sequitur Lanfrancus de Oriano *in clem. sæpe in fin. de verb. sign.* Tamen Patian *d. lib.1. de prob. c.23. n.7. in fin.* cogitandum reliquit, & se remittit ad dicta *in c.21. à n.19. vsque ad fin. ibi* omnino videndus, vbi agit de puncto, an, & quando duplex responsio sit admittenda, & quid in praxi contingat scribit Balboa *à n.15. & à n.33.* & vt exactè respondeas legito quæ adduxi *sup. in c.1. de litis contest.* vbi egi de obligatione rei in respondendo positionibus actoris; itẽ & ad quæstiones, quibus potest hoc declarari: leges dicta *sup. in c.1. de confes. q.4. & 6.* vbi de obligatione respondendi rei, iudice interrogante, nõnulla notaui, *sub tit. de iureiur.* vbi de amphibologico iuramento, *& hunc d. adiunges d. q. seq.*

Ad quintum modum de excipiente præmissa debiti confessione, vt si v.g. reus fundat intentio- 24
nem actoris & eam ab exceptione sua separat, vt si v.g. actore decem petente reus respondeat, verum est, vel confiteor quod mihi mutuasti decem sed dico, vel oppono, quod mihi fecisti pactum de non petẽdo, vel quod tibi solui: tunc reuera excipiens censebitur fateri, & sibi incumbat probandi onus suam exceptionem, si velit euadere condemnationem, iuxta Textum *in c. præterea el 2. de transf.* vbi ex propria rei confessione fundatur, nõ in exceptione transactionis in verbis ibi *confitetur in iure illi domini quandam esse subiectos.* nullo citato expendit Graña *hic n.4.* & Balbua *n.46.* quibus addo Cinum *in d.l. si quidem*, versic. *prima est col.1. C. hoc tit.* Buttrium *hic sub. n.43.* versic *fallit primo*, Abbatem *sub. n.26.* versic *aut enim*, Imolam *n.20.* versic *si autem*, Alex. de Neuo *n.49.* versic. *prima*, Romanum *in l. cum mulier. ff. de solut. matr. n.21.* versic. *fallit autem regul.* Aret. *in §.1. instit. hoc tit. sub n.26.* versic. *aut enim reus*, cum multis Patian. *d. lib.1. de prob. c.24. n.1.* Balboa cum aliis, *hic n.16.*

Tametsi huic formulæ excipiendi adiecta esset 25
clausula *& non aliter, nec alio modo*, tunc eam limitat probatur ex dictis, *vers. seq.* vt late scripsit Patian. *de prob. d. lib.1. c.26. à n.25. vsque ad finem:* aliqua tetigit, *ibi d.c.21. n.9.* & alia adducit, *ibi c.28. q.7. num.3.*

Ad sextum modum, v.g. quando actor petit, de- 26
bitum purè, reus autem excipiendo dicit se promisisse sub conditione, de quo latissimè scribit, Patianus *dicto cap. 25.* cum infinitis ab eo relatis, modo negantibus, modo affirmantibus, & cũ ipse hoc dubium expendat per tres conclusiones iactas *ibi n.4. n.28. & n.42.* vt v.g. Prima quando reus cõfiteatur in vnica oratione, aut vnico capitulo, se conditionaliter, vel sub conditione promisisse. Secunda quando reus conditionaliter excipit, vel confitetur in duplici oratione, vel in duobus capitulis simul connexis, vt si dicat confiteor promisisse, sed sub tali conditione. Tertia quando reus excipit, vel confitetur in duabus orationibus; vel in duobus capitulis separatis, de quibus distinctionibus breuius scripsit Balboa *hic* & hæc reducantur secundùm eos, & DD. ad objicientem

exceptionem qualificatam, vt sentit idem Patianus *in princ. dicti cap.25.* exprimens per totum de stylo copioso, & quibus casibus cõfessio qualificata diuidi possit, & in parte, & in partibus, vt aiunt acceptari, vocans hanc rem valde notabilem, & in foro versantibus necessariam admodum; ideo ad hunc articulum applicabis quæ adduxi de confessione qualificata, *supra in Rubrica de confessis, quæst.1.& in cap.1.ibi quæst.6.* vbi de confidente homicidium ad sui defensionem, & *alibi,* item adiunges pro declaratione harum omnium formarum nonnullas quæstiones sequentes *infra*, quas omnes reducit cum multis videndus Zeuallos *in pract.q.362.* ad duos casus, nempe quã do quis recipit simpliciter; ita vt in hoc confitens non videatur fateri, ex *d.c.exceptionem de reg.iur.* & ex nostro Textu, & Glossa *d.l.non vtique,* cum aliis in secundo distinguit quando est præsumptio contra confitentem, vel non, vt dico infra.

27 Et in quibus præfati modi differant ex expressione formulæ iactæ, in quocunque facilè colligitur, nam in vno fit expressa negatio intentionis actoris, & postea subsequuta est exceptio conditionis, alter fit absque vlla negatione, sed nec sub vlla confessione, alter inquam sub confessione intentionis, adiecta postea qualitate solutionis, seu pacti de non petendo, aut aliter secundùm explicationem Saliceti *in Auth.si quis dicatur, col.2.* sub versic *quid dicemus, C.de testib.* Farinac. *in d.c.exceptionem de reg.iur.lib.6* Patianus *d.c.21.n.16. lib.1. de probationibus.*

QVÆSTIO II.

An si petit quis à me centum, quæ vere mutuauit, & ego idem secretò solui, & distinctè interrogat, vt respondeam receperim, ne illa centum mutuò ab actore possim tuta conscientia, eam positionem, prout ponitur negare, extante hodie, lege Regia 2. tit. 7. lib. 4. recopil. *quatenuor simpliciter negare, vel fateri: Et an interrogatus simpliciter debeat, ne actori mille ex causa mutui, vel alia, & vere quinquaginta debeat, vel aliam minorem tamen quantitatem an possit totam positionem negare: Et an confessio hac in iudicio facta* confiteor, *me promisisse centum, vel quid aliud, sed tamen solui, vel adimpleui, vel factum est mihi pactum de non petendo, sit clara, ita quod statim mereatur exequutionem: Et quid contingat, quando actor exceptionem rei probauerit, sed eam de iure impugnat?*

SVMMARIVM.

1 *Debitor, à quo petitur mutuum, si soluit secreto, & à iudice interrogetur, vt respondeat fatendo, vel negando sub Iuramento, quando si neget accepisse mutuum, tutus sit in conscientia, n.2. & 3.* l.2. tit.7. lib.4. recop. num.2. & 3. & num. 4.

4 *Debitor, qui verè debet quinquaginta, si ab eo petantur centum, quando totam summam possit negare, n.5.*

6 *Confessio promittentis, & respondentis soluisse, &c. an habeat executionem paratam.*

7 *Excipiens non videtur fateri, etiamsi actor approbet eius exceptionem.*

OCcasione Doctrinæ adductæ, *sup.q. praced.* nunc inquiro de nonnullis dubiis, & quoad primum inuenio Doctores discordare, agentes de ea occasione verborum, *dict l.1.tit.7.lib.4.recop.* in verbis, ibi *confessando, o negando simplemente, y sin cautela y no por palabra de creo, o no creo, so pena de quedar confesso, &c.* Et tenent Couar. *lib 1. var. res. c.2.n.3.& 4.* licite id posse à reo negari, quia in eo casu, cum ea soluerit inique, ad iudicium trahitur, & iniustè interrogatur; & sic eum posse quadam responsione illudere inique interrogantis versutiam, & exemplis probat. Verùm Gutt. *pract lib.1. c.60.* fatetur, quod etsi ante prædictam legem Regiam plures Doctores sensissent, vt Couar. tamen nec ante eam, nec hodie potuisse ita sentire, taliter, vt minime liceat prædictam positionem negare, quia negatio iurata contineret mendacium: & sic committeretur periurium. Secundò, quia respondendum est *confesando, o negando simplemente,* vt hac lege cauetur ad excludendas cautelas innumeras reorum, atque actorum in respondendo positionibus, inuentas neruosè, pluribus fundamentis contra Couar. verius probauit hanc partem, Didacus Perez contra Couar. *in l.1. tit 4 lib. ord.col.911.& seq.* & ambo respondent fundamẽto Couar. quod licet verum sit hoc casu, vt inique reus ad iudicium trahatur ab actore, iniqueque ponatur, & interrogetur, sed non ideo, propter iniquitatem actoris est iniquè respondendum cũ Iuramento, sed veritas declaranda, taliter, vt & si liceat aliquando verbis ambiguis iudici inique interroganti fallere, mentiri non vtique ei licere. 1

Vnde etsi Baldus, quem sequitur Iason *in l.Iusiurandum, quoad ad pecunias, §.ait prætor notab vlt. n.4.ff.de iureiurando & in l. manifesta, n.7.* eodem Cæpola, *cautela 132.* incipit, *si debitor.* Curtius Senior, & alij, quos refert Sylua *nuptial.lib.3.n.53. & 54.* & tractatus Doctor. *vol.6.fol.40. col.fin.in antiquis,* Didacus Perez *in d.l.1.tit.4.lib.3. ordinam. col 915.* existiment, quod stante statuto. vt debeat quis cum Iuramento simpliciter positionibus respondere, & possit ex causa responsio modificari, puta si est mutuum, & restitutio eius facta fuerit secreto, possit positioni respondere, *si mutuasti restitui* sed Menoch. *de arbitr.iud.lib.1 cent.1. casu 93 n.16* loquens de iure communi, dixit doctrinam Baldi, Iasonis, & aliorum dubitationem habere, ex traditionibus Doctorum *in l.1.§ si quis simpliciter ff.de verb. oblig.* Boerij *decis.143. n.12. & 13.* dicentis communem opinionem esse, vt respondeat simpliciter Alciatus *in d.l.1. § simpliciter.* Et sic iam hodie ex *d.l.2.tit.7.lib.4.recop.* Gutierrez esse à fortiori tenendum, per illa verb. *confesando, o negando,* quibus manifestè videtur sublatam esse formam respondendi conditionaliter dicit, *d.c 60.lib.1.pract n.3.* Didacus Perez *vbi sup. d. col 915* qui stante dicta lege *de Madrid.* hanc sententiam probar, quamuis aliud velit postea *collect 926* in Glossa *niego, o confiesso.* 2

Quo fit vt Cæpolæ Cautela, quam probauit Maranta *de de ordine iud. p.6.princ.in 5.actu n.28.* nempe vt dicat reus confiteor te mihi nihil mutualse, 3

tuasse. propter quod sim tibi obligatus prædicta *l.2.* stante ceisser & non procedat, vt post Didac. Perez *suprà d.col.915.* vbi refert aliud consilium Ale. in fauore intoi, vt possit scilicet Iudex actorem compellere ad qualificandam positionem eo modo, quo Aleiat. existimabat, cum satis sit eam specialem, & clatam proponere ad hoc, vt reus solutionem à se factã intendat probare; sic Gutierrez *dict. quæst.60. num.2.* vbi ait, vt sibi reus imputet, quod secrete soluerit absque testibus vel apocha; ait tamen *ibi num.6.* cum Couarr. *dicto lib.1. variar. cap.2. num.3. in 1. & 2.* specie; quod si positio, vel petitio actoris contineret reum accepisse centum mutuo ab actore, & illa adhuc ei deberi; tunc si reuera soluta sint, iam posse reum eam negare, prout posita est, quia non est verum actori deberi, cum soluta eidem sint, etsi secreto.

4 Ad secundam quæstionis partem, de qua Doctores practici agunt occasione *dict. leg.2. tit.7. lib 4. recopilat.* adhuc inter eos dubium est non Bartol. *in l. is qui decem, §. vtrum in fine, ff. de rebus dub. & in l. si quis cum totum, ff. de except. rei iudicatæ*, Glossa *in cap. fin. de confess.* & multis adductis, & videndus Gutierrez *dicto lib.1. pract. quæst.61.* Sarmientus *de redditibus Ecclesiarum 4.p. cap.6. num.10.* & Anton Gabriel, *lib.3 comm. opin. tit. de expensis conclus.2.* docent vt teneatur fateri illam summam debitam, & aliam negare, ex eo, quia *dict. leg. reg.* ibi *confesando o negando simplemente*, debeat intelligi, non tantùm super tota positione, sed etiam super qualibet eius parte; ita vt teneatur partem agnoscere, & partem negare, quando veritas in se habet, vel sub pœna peccati mortalis tantùm, vel etiam periurij iuxta resolutionem iam dubio procedenti traditam, quam videtur probare prædicta *lex Regia* ibi *e si la possession su viere dos, o tres, o mas partes.*

5 Sed totam positionẽ posse reum negare probet eadem Glossa *in dicto cap. fin. de confess.* versic. *potest simpliciter*, Speculator *in tit. de positione, §.5.* versic. *secundo vero* Baldus *in cap. dubium e l 2. de elect. n 29.* Aleiatus *num.48.* Couarruu. *lib.2. var. dicto cap.2. num 5.* quam dicit in praxi aduocatos communiter seruare Abbas *in cap.1. de mutatis petition. num.15.* & cum aliis Zeuallos *in pract. quæst.431.* vbi dicit esse sequendam, vt veriorem, & si in foro animæ sit securior contraria; & in quocumque euentu Gutierrez expendens verba *dict leg 2.* in versic. *mandamos*, cum Auendaño *lib.2. cap.27. prætor, num.17.* Barbosa & Gabriel *vbi suprà* ait reum excusari à periurio, si simpliciter interrogatus ab actore totam summam negauerit, secus si actor interrogans ponat clausulam illam, si non confessus fuerit totam summam declaret quantum debeat, vt DD. notant *in l.4. si stipulanti, ff. de verb oblig.* vbi *n.1.* videbis Bartol. & Zeuallos, benè tractantem *pract. quæst.362.*

6 Ad tertiam quæstionis partem, de illo, qui confitetur promisisse centum, vel quid aliud, sed tamen respondet soluisse, seu adimpleuisse, vel sibi factum esse pactum de non petendo, nunquid eius confessio taliter sit clara, vt mereatur exequutionem, dubitant Doctores per textum *in l.5. tit.21. lib.4. recopil.* ibi *o las confesiones claras e echas ante competente Iuez traen aparejada execucion* & non esse claram, & sufficientem confessioné tenent plures, quia confessio, de qua nunc inquiritur est conditionalis, & cum adimento, seu modo facta, quia si reus v.g. petita cognoscat sed solutionem, aut pactum de non petendo allegauerit, non debet confessionem dici exequutioni, sed debet probare reus exceptionem, & Iudex debet terminum ad probandum concedere, qua non probata debet condemnari reus per textum *in l.8. tit. p.3.* in versic. *conozen a las negadas* sic docet Albericus *in cap.10. prætor* in Glossa *execucion num 23.* Parladorius *lib.2. quæst. quotid. p.1. cap. fin. §.4. num.12. pag. 178* contrarium opinionem sequitur Gutierrez *pract. lib.1. cap.26.* vbi latè agit; de qua nouissimè, multis adductis agit Amator Rodriguez *de executione c.1. art.2. n num.15.* de qua iam ego adduxi latè *suprà in Rubrica, & tit. de confess.* & eam resolues ex adductis distinctionibus iactis *suprà quæst.1.* Et videbis Balboam benè disputantem hic *à num.29. & à num 40.* ad quos te remitto, ne iterum repetam: & applicabis ad quæstiones suprà *in Rubric. de tit. contest. q.17.* & ibi *in cap.1. quæst.2.7. & 9.* cum aliis.

Ad quartam quæstionis partem, etsi Bartolus dicat *in l. non vtique ff. hoc tit.* reum excipientem fateri intentionem actoria, & hoc idem affirmet Panormit. *in cap. ex parte decani notab.5. de rescript.* tamen ex nostro textu verius est, vt dicamús, quod siue actor approbet, siue improbet exceptionem rei, nunquam intentio actoria videatur confessata, ex doctrina Baldi, Castrensis *in l. decem, n.3. ff. de verb oblig ibi* Alex. *n.25.* Panormit. *hic num.26.* Decius *num.78.* Balboæ *num 29.* qui dicunt, vt reus nunquam dicatur confiteri, quamuis actor approbet exceptionem; nam voluntas actoris nihil disponit in voluntate rei excipientis, cum ipse solum intendat perimere & negare intentionem actoris ex iam adductis *quæst.1.* 7

QVÆSTIO V.

An confessio queat pro parte acceptari pro parte verò non; quid de confessione qualificata: Et an ille à quo petitur pecunia iam petita, possit respondere negando: An petens delicti gratiam fateri censeatur: An opponens exceptionem facta compensationis, videatur confiteri: Et an excipiens negare videatur, quando est aduersùs ipsum præsumptio?

SVMMARIVM.

1 *Confessio quando pro parte acceptari, aut negari possit, duplici conclusione expenditur, n.2. vbi quid cum continet vnicum factum cum qualitate, & num 3.*

3 *Confessio continens vnicum factum, non potest pro parte acceptari, & negari.*

5 *Fateri non videtur delictum, qui petit gratiam à Principe. Quid de petente gratiam homicidij, n 6 Quid de petente remissionem mutuationis, n.7.*

8 *Compensationem opponens, verius est vt fateri non videtur, n.9.*

10 *Excipiens videtur fateri conditionaliter, si actor probauerit sic, & compensant.*

11 *Excipiens, quando adest aduersùs eum præsumptio*

sumptio, qualiter negari, aut fateri videatur, n.12.13.& 14. vbi quid de fatente si mercede extraxisse cum licentia.

13 *Excipiens fatendo fecisse homicidium ad sui defensionem mitius punitur.*

1 AD primam quæstionis partem de confessione, quæ pro parte acceptatur; pro parte vero non, vt latè respondeas applicabis quæstionem, an confessio præiudicet confitenti, non sequuta acceptatione, de qua *in Rubr. de confessis quæst.2.* versic *ad secundam, à num.3.*& alibi ideo nunc ad dicta *suprà de confessione qualificata* addo sequentia ex Panormitano *in cap. cum venissent*
2 in fine de institutionibus. † Et expendens Riccius *collect.* 150 duas constituit conclusiones. Prima quod confessio continens vnicum factum cum qualitate, quæ nullum reddit ipsum factum, seu illud in alium transfundat; tunc non possit diuidi nec acceptari, reiecta qualitate, sed in totum approbari, vel improbari deberi, vt puta si quis confessus fuerit se possessionem emisse per violentiam: nam qualitas violentiæ reddit actum possessionis nullum, & simul cum ipso concurrere non potest, ob idque non debet considerari seorsum ab ea; ita vt ipsa confessio diuidi non possit, vt tenuit Rota in vna Astorigen. Archidiaconatus 27. Nouemb. coram Costa, & patet *in decis 172. p.2 diuers.*

3 Secunda conclusio est, quod quando contra qualitatem adest præsumptio iuris: tunc possit acceptari confessio rejecta qualitate, vt tenuit Rota in vna Nucerina affictus 13. Maij 1573. coram Cardinali Seraphino, vt patet in eius *decis.163. lib 1.* quando verò contra qualitatem, nulla adest præsumptio, tunc confessio cōtinens vnicum factum non poterit pro parte acceptari, & pro parte impugnari, vt tenuit Antonius Faber *in decis.1. Cod. de confessis* ad quod applicabis quæ iam alibi dixi de connexis, & separatis *suprà sub tit. de restit spoliatorum* aliqua *in Rubr. de appel. sub quæst.6.* de quibus latè cum multis Parianus *de probation. p.1.cap.26.* applica dicta *infrà* in versic. *ad quintam*, & dic vt *ibi.*

4 Ad secundam de illo à quo petitur pecunia iam petita, & soluta, nunquid possit respondere negando: respondebis secundum *dicta quæst.1. & 2.* agit cum multis Zeuallos *in pract q 362.*

5 Ad tertiam quæstionis partem respondeo, quod qui petit delicti gratiam à Iudice, non censetur illud fateri per textum *in cap. exhibita de homicidio,* vbi Abbas *in fine,* quid dicit textum illum probare, quod simpliciter petens veniam ab aliquo, non per hoc fatetur se culpabilem, sed potius videtur hoc fuisse ex quadam humilitate, ac animi benignitate: sequitur Felinus *in cap. litteras, n.19. extra de præsumpt* versic. *adde tamen*, Iason *in l.1. n.4 in 3. notab. ff. de non.oper. nunciat, & in l.decem n.65.* versic. *ad idem facit, col.13. ff. de verb. oblig.* Romanus *in d. l.1. n.3.* versic. *circa primum*, Gabriel *in conclus.23. n.13.* versic. *septimo limita, lib.7.de maleficijs,* Parianus *de probat.lib.1.cap.22.num 24* & præter Glossam *in dicto cap. exhibita*, vbi alios adducit Barbosa, & Riccios per eam dicit, vt per petitionem gratiæ non censeatur quis delictum fateri, quemadmodum, vt ait Guido Pap. *decis 495.* petens veniam non dicitur fateri esse culpabilem.

6 † Quod adeo verum dicit Riccios *collect.1770.* vt petens gratiam, à Principe de prætenso homicidio voluntario; non per hoc censeatur supra dictum homicidium, & consequenter dici posset contraxisse irregularitatem dispensabilem ex vi Trid. *sess.24 canon.6.* sicut à simili de petente absolutionem ab excommunicatione, de quo *infrà* dico. Sed Afflictus *decis.25 in fine* limitat præfatam conclusionem, vbi supplicatio fieret per supplicantem in actis producta, quia tunc potest eo minus contenta, & narrata in dicta supplicatione impugnare: & videbis dicta *infrà in cap cum te 25. de re iudicata.* † Ex quo infero, 7
quod petens à iudice remissionem nunciationis noui operis, non per hoc videatur fateri aduersarium habuisse Ius denunciandi, vel denunciationem fuisse legitimè factam, vt tradit Romanus *in l.1. in princ. ff de noui operis nunciatione, & ibi* Iason. *num 4. in 3. notab.* Parianus *d. lib.1. de prob. cap 22. n.23.*

Ad quartam quæstionis partem affirmant Baldus *in l.cum Papinianus, Cod de sentent.* Aretinus *in l. decem col.pen ff. de verb.oblig.* Natta *cons.134. n.6.& cons.648 num.1.* Romanus *cons.77.* Bouius *de statu vrb. præscript. glossa 21. num.58.* Surdus *decis.24. num.7.* alij relati à Pariano *de probat. d. cap.22.lib.1.n.22.* ex eo quia compensatio est debiti, & crediti in viam facta constitutio *ex l.1. ff. de compens.* qui ergo vult compensare, fatetur, se debitorem, & creditorem alioquin non posset fieri contributio ista. Nec obstare videtur quod qui exceptionem opponit non fatetur *l.non vtique, ff de exception. cap.cap exceptionem de reg. iuris lib.6.*& textus noster, quia respondent compensationem non esse propriè exceptionem, vt tradit Bartolus *in l.2. num.3. ff. hoc tit.* Alex. *in cons.12. lib 2.* notaui plura *suprà in cap.1. & c.7. de iureiur.* & ad quæstionem *in cap.9.* ibi *quæst.3.* versic. *ad tertiam.* 8

Verius tamen, & practicabilis est, vt compensationem opponens, non videatur fateri ex regula iuris qui excipit non fatetur secundum *dicta quæst.1.* & ex eo quia opponens solutionis exceptionem non videtur fateri, Alex. *in dicta l. decem num.25 ff. de verb. oblig.* adducens Glossam *in l. Iulius, ff. de cond. indebiti* Felinus *hic n.17.* versic. *quintus casus est*, Ioannes de Amicis *cons.49. num.7.* versic. *hinc est quod opponendo col.2* Parianus *dict. cap.22. lib 1. de prob. num 20.* defendit, & sequitur Faquineus *lib.1. controuers. cap.6.* tradens regulæ rationem duplicem, vna quoniam excipiens intendit excludere actionem, & ideo non videri, vt eius exceptio operetur contra eius intentionem ex textu *in l. legata non vtiliter, ff. de leg 1.* & hanc rationem dicit habere etiam locum in opponente compensationem. 9
† Altera quia excipiens videtur fateri conditionaliter, si videlicet actor probauerit suam intentionem, pro vt teneatur probare, vt declarat Ioannes de Amicis *dict. cons 49. num.7.* & hanc rationem similiter limitare an Faquineus in opponente compensationem, quia eius est intentio, vt fiat compensatio, quatenus probetur actoris intentio.; hanc partem etiam tenet Carolus de Grassis *tract. de except.16. num.10.* quare & si Surdus *dicta decis.24.* primam sententiam accerrimè defendat verum Faquineus *dicto cap.6.* respondet fatendo compensationem esse debiti, & crediti factam inuicem contributionem, sed ait quod qui vult compensare, supponit debitum probatum, vel probandum ab actore sed non autem illud fateri. 10

11 Ad quintam quæstionis partem, an excipiens negare videatur, quando est aduersùs eum præsumptio, & communis est Doctorum traditio, vt in tali casu excipiens fateri videatur quia tunc intelligitur fundari aduersarij intentio, vt exemplificant communiter Doctores, & in eo, qui se dicit homicidium commisisse ad sui defensionem de quo latissime scribit cum infinitis Patianus *d. lib.1.de prob.cap.25.à num.13.* qui id exemplificat in excipiente conditionaliter, vel modaliter, vel qualificatiue, quoniam non obstante conditione, aut modo, aut qualitate posset confessio diuidi, & in vna parte acceptari, ac in alia reprobari, vt egregiè notauit Angelus *in l.2.Cod.de donat.col.1.* versic. *si vero*, Bartol. Marsilius, Decius, & alij à Patiano relati, etiam *ibi n* 14. qui idem probat,
12 *c.22.n.29.* † Et notat Aretinus *in § 1 inst. de except.* hoc procedere, siue simus in causa criminali, siue ciuili, *ibi n.*17. versic. *& prædicta*. Felinus *hic num.*19. versic. *tertius casus*, Decius *num* 81. versic. *& retenta*: refert multa Balboa *num.*30. vbi impugnat Bartol. sententiam, *in l. Aurelius, §. item quæ, num.2 ff. de liberatione legata*, qui ita tenuit & Bartolum, ac alios explicans, ait quod in præfato exemplo homicidij reuera, ille, qui ad sui defensionem illud fatetur fecisse, negare potius quam fateri videatur cum dicat illud iure fecisse, scilicet ad sui defensionem, nisi admodum aduersùs ipsum non iustè occidisse, vrgeret præsumptio, nam tunc habere locum doctrinam Bartoli, & sequacium; ait nonnullos etiam refert ad vtramque partem Zeuallos *in p.q.*362 *à n.*10. Gailius *de pace publ p.*17 Surd. *conf* 173.*n.*12.
13 Et licet Patianus *dicto cap* 22. *num.*29. versic. *aduertendum*, dicat istud exemplum de homicidio non multum conuenire conclusioni nostri Text. vbi tractatur de excipiente, & consequutiue quæritur an fateri censeatur, si quidem in prædicto exemplo agitur de confessione expressa inquisiti, in quo minor dubitatio videtur esse verum ipse transiens cum prædicto exemplo *dicto cap.* 25. *num.*15. *&* 16. cum multis ab eo relatis, dicit quod confessio talis diuidi & acceptari poterit, respectu homicidij confessi respectu verò confessionis rejici, adjiciens, quod illa qualitas non admittitur nisi à confitente probetur, non tamen eam fructu carere, nam propter adiectionem illius qualitatis, non poterit reus ordinariâ pœnâ puniri, scilicet mortis, vt cum infinitis tradit Zeuallos *d. q.* 362. *n.*11. cum Gomezio *var.c.3.lib* 3.*n.*19. Claro Ber-
14 nardo Diez & aliis. † Item & *ibi n.*17 aliud exemplum ponit in eo, qui confessus est se merces extraxisse cum licentia Datiarij: nam & istam confessionem diuidi dicit, cum fraudatio Gabellæ, sit de genere prohibitorum; ex quibus contra confitentem, mala præsumptio insurgit & *n.*19. vnum addit, scilicet quod huiusmodi doctrina intelligatur esse vera, dum taxat in foro contentioso, sed in foro animæ nequaquam, quoniam ibi confessio qualificata, non potest diuidi, etiam si præsumptio esset contra confitentem, vt ait Aret. *in d.l.decem in fine, ff. de verb.obligat.* vbi infert quod quando agitur ex denuntiatione euangelica ad correctionem peccati, non possit confessio qualificata diuidi, etiam si contra confitentem præsumptio resultaret, de qua re, remittit se ad Doctores *in c.nouit de iud.* de quo ego, *à q.*17.

QVÆSTIO IV.

An excipiens circa habilitatem personæ videatur fateri: Et censeatur fateri semper, qui excipit respectu suæ exceptionis: Quid quando constaret per testes, & instrumenta de obligatione rei, vel quando actor proponit factum interclusum, in exceptione rei: Et an quæ dicta sunt respectu rei excipientis idem intelligantur, respectu actoris replicantis contra reum?

SVMMARIVM.

1 *Fateri videtur se inhabilem esse, si fateatur fuisse manumissum opposito ab actore de seruitute, & sic debet probare se liberum: quid de actore, num.*3.

4 *Excipiens videtur fateri suam exceptionem, exemplum, n.*5.

6 *Fateri excipiens videtur cum constat de obligatione rei, & n.*7. *vbi quid de creditore petente debitum.*

8 *Excipiens proponens factum in exceptione interclusum, videtur fateri.*

10 *Fateri an videatur actor replicans contra reum.*

QVia hæc, & alia dubia inferuntur pro latiori doctrina nostri Textus, & ex ea Doctores tenent referendi, & iam relati; ideo breuiter de singulis loquar, quoad primum suppositis his, quæ adduxi, *supra in cap. fin de præsumptionibus*, de habilitate, & bonitate, in qua quis præsumitur esse, Salicetus *in Auth. si dicatur sub num.* 3. versic. *quid igitur, col.* 2. *Cod. de test.* tenent quod excipiens fateri censetur, taliter vt habeat locum regula nempe priuatio habitum præsupponit. † Et sic ait quod si quis 2
opposuerit testi, quod est seruus, vel excommunicatus, vel bannitus, & ipse respondeat se esse manumissum, vel absolutum, vel liberatum, certe per talem responsionem censeatur fateri intentionem aduersarij, & ipsi testi incumbere onus probandi, se fuisse liberatum, aut manumissum, quoniam talis exceptio respicit habilitatem ipsi personæ, quæ ab ipso probanda est, quia qui vult admitti, vt talis, debet se talem probare: sequitur Angelus *in l. decem, n.*3. versic. *sunt ergo, ff de verb. obligat.* cuius verba refert Patianus *de probation. cap.* 22. *num.* 39. vbi cum Bart. Castrense, & aliis ait, quod testificari volens, vt manumissus quia præsupponit se fuisse seruum, si negatur manumissus, non auditur, nisi primò doceat manumissionem.
Dubium tamen est an præfata doctrina locum 3
habeat, respectu actoris, cui oppositum est se esse bannitum, & respondet se fuisse liberatum, & partem affirmatiuam tenuit Angelus *in dicta l. decem*, ex eo quod posse agere, solum concernit habilitatem personæ, ideoque de ea habilitate prius quærendum esse: sequitur, *ibi* Imola *num.* 9 *col.* 9. Paulus de Castro *sub num.* 2. *col* 1. *in fine*, ex regula Textus *in l. si quæramus, ff. de testament. l. quidam referunt, §. esse enim debet, ff. de iure Codicillorum*: Aretinus verò *in dicta l. decem*, versic. *sed in quantum col.* 7. inter cætera dicit dicit quod non videtur esse verum, vt agens debeat

debeat repelli ab agendo, si replicando contra exceptionem rei, ponit priuationem, quæ præsuppoonit habitum ex eo, quod sicut excipiens intentionem actoris, non affirmat; ita nec actor replicans videatur exceptionem rei confiteri, de quo applicabis quæ dico, *infra*, in versiculo *ad vltimam*.

4 Ad secundam quæstionis partem, dico quod etsi excipiens respectu actoris, videatur negare intentionem eius: tamen vt iam adduxi *supra quæst.* 1. dubium non est quod ipse reus excipiens respectu suiipsius, & exceptionis, quam ponit, intelligatur fateri, quia cùm exceptio rei, dicatur eius libellus, sicut libellans videtur fateri conclusionem sui libelli, ita excipiens suam exceptionem confiteri videatur, taliter vt hæc confessio præjudicet, etiamsi fuerit facta absente parte, vt ait Franc. *in cap. exceptionem, n.* 2. versic. *secundo aduerte, col.* 5. *de reg. Iuris in* 6. Antonius de Buttrio *hic sub n.* 43. *col* 6. *in fine*, versic. *fallit se-*
5 *cundo.* † Vbi ait, quod quando intentio trahitur ex verbis exceptionis, non interclusæ, vel prægnantis, veluti quando quis petit, aut vindicat fundum, & tu opponis quod ipsum fundum reductum ab eo per decennium, tunc ille poterit super hoc fundare, quia licèt non fatearis intentionem inclusam in exceptione, fateris tamen ipsam exceptionem; aliud exemplum adducit idem Buttrius *in cap. ex parte decani de rescriptis*, per textum *ibi sub n.* 40. versic. *vel secundo*: sequitur & refert Patianus *dicto lib.* 1. *de prob. cap.* 22. *num.* 42.

6 Ad tertium, quod quando constaret per testes, vel instrumenta de obligatione rei, & tunc fateri excipiens videatur; nam cùm super illa haberet actor intentionem fundatam, non sufficeret reo dicere se soluisse, vel sibi esse factum pactum de non petendo, nisi solutionem vel pactum probaret, cùm regulam habeamus, quod semper transfertur onus probandi in reum, quoties actor plenè probauit suam intentionem, *l. optimam, Cod. de contrahenda stipulatione*, de qua latissimè dixi per suæ Iura vulgaria, *suprà in cap. fin. de Iureiur.* tenent & docent Cinus, videndus *in l.* 2. *n.* 6. *in quæst.* 5. versic *aduerte circa hoc, col. pen. Cod de Iure Emphyteus.* vbi tradit, quod creditori sufficit probare promissionem sibi factam, vt sequatur condemnatio, vel pœna, nisi debitor
7 probet se soluisse. † Idem voluit expressè Innocent. *in cap. super his, sub n.* 10 versic. *tamen si creditor, col. pen. de accusat.* vbi ait, quod si creditor agit ad petendum debitum, sufficit ei probare, vel promissionem, vel iuramentum, vel excommunicationem factam occasione debiti, nam tunc debitori incumbit probare satisfactionem: cum multis sequitur Patianus *dicto cap* 22. *lib.* 1. *de prob. n* 43. & pleniùs *in cap.* 51. *in* 3. *declaratione prima conclusionis.*

8 Ad quartum respondeo breuiter, ex dictis *sub dicta quæst.* 1. sed video inter DD. hîc ad diuersa sententiam esse, siquidem Antonius de Buttrio in versic. *fallit tertiò, col.* 6 allegans textum *in l. quoniam, ff. de his qui notantur infamia*: docet in casu nostri dubij, vt excipiens super ab actore proposito introcluso in exceptione videatur fateri, & fundare intentionem actoris, & ponit exemplum in actore agente ex crimine infamante, vt putà adulterij, vel iniuriæ; nam si reus opponat exceptionem transactionis super dicto crimine factam, censetur fateri crimen esse factum, ex quo resultat infamia. † Sed Abbas hîc 9
in versic. *tertio limitari potest*, dicit opinionem Antonij de Buttrio non probari in prælibata lege, quæ loquitur in transigente, non autem in excipiente, vt sequitur Roman. *in l. cum mulier, n.* 23. versic *aduerte, col* 4. *ff. soluto matrimon.* Aretinus *in* §. 1. *inst de except. n.* 27. *col.* 19. versic *non obstat, d. l. quoniam*, Alex. de Neuo *hic n.* 50. versic. *tertia limitatio, col.* 2. & hanc videtur tenere Patianus *dicto lib.* 1. *de prob. cap.* 22 *n.* 44.

Ad vltimam quæstionis partem respondent 10
Doctores, regulam Textus nostri locum habere, etiam respectu actoris replicantis, aduersùs exceptionem rei, nam qua ratione se habet exceptio ad actionem, eodem modo se habet replicatio ad exceptionem, ideóque sicut qui excipit intentionem actoris, non affirmat, ita nec qui replicat exceptionem rei confitetur. Iuxta Glossam elegantem *in dicto cap. exceptionem, de reg. Iuris lib.* 6 Alex. de Neuo *hic n.* 49. versic. *tertius casus*, Abbas *n.* 17. versic. *item aduerte*, Balboa *hic n.* 25. Patian. *dicto cap.* 22. *num* 18. Et idem Balboa hoc exemplificat *n.* 26. per speciem Textus *in dicta l. cùm mulier, ff soluta matrim.* nam si maritus vxori dotem repetenti, opponat exceptionem adulterij, vt illam à repetitione dotis excluderet; at verò vxor replicando obiiciat marito lenocinium, per talem replicationem vxor non fatetur adulterium, secundùm declarationem Pauli, Cumani, & Romani, *ibi*, ideóque dotem vxori restituendam esse, quasi delicto non commisso, si ciuiliter agitur; secus si criminaliter, iuxta ea quæ adduxi *suprà in cap.* 1. *hoc tit.* vbi egi de exceptione lenocinij; idem iterum refert Patianus cum aliis *sub dicto cap.* 21, *n* 21. vbi cùm referat Baldum dixisse *in dicta l cùm mulier, n.* 7. Imolam *ibi n.* 12. *& n.* 24. Mulierem opponentem marito lenocinij exceptionem, fateri se esse adulteram dicit in causa criminali, verùm non putare ob præsumptionem, quæ aduersùs excipientem insurgit.

QVÆSTIO V.

An petens absolutionem, videatur excommunicationem fateri: Et an si neget excommunicationem, & ad cautelam petat absolui, videatur fateri: Et an ex confessione Iudici facta, & non apud acta ferri sententia possit: Et an ad aliquid teneatur, qui verum dicendo occultum crimen alicuius propalauit illum infamando?

SVMMARIVM.

1 *Absolutionem petens, verius est, vt non videatur fateri excommunicationem, vt latè discutitur à num.* 3. *respondetur contrariis, n* 4. 5 6 *&* 7.

5 Cap. Venerabilem, de electione.

6 L. decem, de verb. oblig. cap. ad dissoluendum de dispens. impub.

7 *Excommunicatus indiget absolutione, sed non sequitur, vt absolutus ab ea fuerit semper excommunicatus.*

7 *Absoluitur ad cautelam qui existimat non incurrisse censuram.*

8 *Absolutionem censuræ petens ad cautelam,*

eam

tam fateri non videtur.

9 *Sententia ferri potest ex confessione coram iudice facta.*

10 *Delictum occultum propalans, verum dicendo ad quid teneatur remissiue.*

1 AD primam quæstionis partem, de qua Doctores agunt per Textum nostrum, videtur respondendum ex dictis *suprà* de eo, qui petit delicti gratiam, seu veniam, nunquid videatur delictum fateri; etenim Riccius *collect.* 1770. cum Rota *in dec.* 22. *de sent. excommunicat.* dicit vt non videatur fateri se excommunicatum esse, nisi, vbi agitur de paruo præiudicio, quia tunc per absolutionem petitionis, dicitur probata excommunicatio, saltem præsumptiuè, imo addit cum Rota in vno militen. abbatiæ 27. aprilis 1592. coram Gipsio, quod vbi agitur de præiudicio, si tunc petitio absolutionis est facta iudicialiter, & solemniter sine dubio, ex ea resultat tacita confessio excommunicationis, secus si absolutio petatur extraiudicialiter, non solemniter, Mascardus verò *de probat. conclus.* 700. & Barbosa *hic num.* 3. absolutè docent, quod excipiens absolutionem excommunicationis obtinuisse, non fatetur se esse excommunicatum: agunt Abbas *in cap. exhibita in fine de homicidio*, Felinus *in cap. litteras de præsumpt. num.* 19. Iason *in l.* 1. *num.* 4. *in* 3. *notab. ff. de oper. non. nunciatione*, ibi Romanus *num.* 6. *collect.* 2. Castrensis *in l. decem, num.* 4 *ff de verb. obligat.* & ibi Bartol *num* 7. *col. fin.* vbi ait, quod dicens se absolutum esse ab excommunicatione, non censetur fateri se esse excommunicatum ad fundandam intentionem illius, qui excommunicationem obiecerat, *ibi* Cumanus *num.* 12. versic. *Bartolus*, Alex. *num.* 30. versic. *ex præmissis, col fin.* Iason *n.* 61. versic. *expedita*, Ioannes de Amicis *cons.* 49. *n.* 8. *col* 3 tradit Patian. *de prob. c.* 22. *n.* 25. 26.

2 Sed quia idem Patianus *ibi num.* 37. cum Paulo Castrense *in dict. l decem, num* 4. versic. *ex prædictis col.* 2. aliter sentire videatur, dicens quod qui petit se absolui ab excommunicatione, videtur fateri esse excommunicatum, quia hoc tendit ad eius fauorem, non autem ad eius præiudicium, vt per hoc condemnetur, & repellatur. Et hæc paratiuatur ex multis adductis per Couarruuias *in c. alma mater de sent. excommunicat. p.* 1. §. 12 *num* 1. in versic. *imo* ex præposito, Franco, Imola, *in cap. ad præsentiam de appellat* per Textum *in cap. venerabilem de elect.* & ex eo, quia liberatio præmittit obligationem ex *dict l decem & excep ad dissoluendum de dispens. impuber.* ergo absolutio sup ponit excommunicationem, & eam petēs fatetur se excommunicatum esse; deinde quia in dubio absolutio ab excommunicatione de simplici est intelligenda, iuxta Glossam *in c. capitulum de rescriptis*; igitur vt arguit Bart. *supra*, petens absolutionem ab excommunicatione, simplicem petere videtur; quæ tamen non datur, nec dari solet, nisi his, qui sunt excommunicatione ligati.

3 Ego tamen pro prima sententia ex regula Textus nostri, & ex dictis *supra quæst.* 1. & 3. existimo respondendum esse nam etsi absolutio necessaria sit ad tollendam excommunicationem, cum vere ea præcesserit sed non hinc debet assumi efficax probatio quod excommunicatio præcesserit, si de ea non aliter, quàm de absolutionis præsumptione constet, ita Couarruuias *in dicto cap. alma mater*, §. 12. *p.* 1. *numero* 1. versiculo *primum*, vbi in versiculo *secundo*, ait cum Bartolo *in dicta l. decem*, minime fateri se excommunicatum fuisse, qui obijcienti excommunicationem, responderit se absolutionem obtinuisse ex regula Textus nostri, & *dict. cap. exceptionem de reg. iur. lib.* 6. Tertiò quia si quis absolutionem simpliciter petat, aut absolutionem simpliciter postulet, non videtur fateri se esse excommunicatum. Tametsi ex hac petitione præsumi possit quædam excommunicationis confessio, & quandoque vera ipsius excommunicationis, ac legitima probatio ex vi confessionis expressæ; ob idque si quis asserat se excommunicatum fuisse, dicat tamen iniustam excommunicationem esse plane fatetur, petens ab ea absolutionem excommunicatum esse, cum talis excommunicatio ipsum excommunicatum liget ex alibi dictis, & agnoscunt summistæ tamen si simpliciter ex tam late adductis petierit quis absolutionem ab excommunicatione, non poterit inde assumi certa confessio excommunicationis, sed tantùm præsumptio quæ in rebus maximi præiudicij probationem plenam absque aliis adminiculis, non constituet: docet Rota in antiquis, *decis.* 330. Doctores, Cardin. & Abbas *in dicto cap. exhibita de homicidio, & in dicto cap venerabilem de electione* Innocent. *in cap. cum dilectus, col.* 3. *de ordine cognit.* sic etiam probantes ex alia ratione, nempe quod petens absolutionem istam ex humili corde ad cautelam videatur eam petiisse, propter dubium aliquod, quo eius animus vexatur, an sit excommunicationis censura ligatus; ex quo sequitur, vt non debeat adsumi eiusdem confessio ad probationem, quod vere sit excommunicatus, & licet hæc sententia reuera non probetur ex Glossa *in dicto cap. exhibita de homicidio*, cum in ea tantùm tractetur de venia, quæ petitur ad cautelam; quo casu, vt iam dixi *quæst præcedenti*, hanc veniam petentem, non fateri se deliquisse: tamen ex iam adductis fundamentis satis probatur.

Nec tunc iam obstant fundamenta contrariæ 4 sententiæ, nam forte illud verum esset in casu quo commodum esset, vt excipienti de absolutione foret antea excommunicatus, nam quoties commodum resultaret, exceptione opposita rei excipientis: tunc reuera censeretur fateri, ex iam dictis, *sub quæst* 2. ita vt tunc habeat locum regula, quod priuatio præsupponit habitum ex Castrense *in dicta l. decem, num.* 2. versic. *vlt. ff. de verb. obligat.* Patianus *dicto cap.* 22. *num.* 36. secus, vbi graue præiudicium eueniret excipienti ex dictis, *hic* cum Riccio *n.* 1.

Nec obstat secundum ex *dicto cap. venerabilem* 5 *de elect.* quia eius decisio, non est fortis ad probandum assumptum contrariæ sententiæ, cum ex eo cap. vt Couarruuias aduertit, *supra dicto* §. 12. *sub num.* 1. non censetur probata excommunicatio ex sola petitione absolutionis, sed ex ipsius facti veritate, quam ipse Romanus Pontifex refert, & in adminiculum, & maiorem vim commemorat, ipsum reum cognouisse latam à sede Apostolica excommunicationem, dum per nuncium absolutionem petijt, quasi minime negare potuerit; imo cognouerit quæ contra ipsum acta fuerint, & erant plane manifesta.

Nec obstat tertium ex *dicta l. decem*, & *dicto* 6 *cap ad dissoluendum*, quia talis argumentatio procedit: a quadam præsumptione, quæ iure deducitur ad id, quod cōtrariū præcesserat, ex eo quia illud tollitur, non quod verè semper constet nisi

ex

ex naturalibus, & certis, naturaliter enim verò liberatio est instituta ad tollendam obligationem, sed præsumptiuè sæpius, & non omnino certa cum etiam sæpe accidat, vt liberatus re vera obligatus non esset.

7 Nec obstat quartum, & vltimum fundamentum, quia dissoluitur eadem responsione, nam & si verum sit semel excommunicatum indigere absolutione; siquidem aliter excommunicatio non auferatur; sed non ideo ex contrario sequi absolutum ab excommunicatione, fuisse excommunicatum, etiam si absolutio fuerit simplex, cum plerumque soleat peti ad tutiorem salutem, & in dubio an quisquam sit excommunicatus iuxta textum *ex cap. illud de Clerico excommunicato Minist.* itaque ex adductis *à num.* 1. & in versic. *ego tamen* respondendum huic dubio existimo.

8 Ad secundam quæstionis partem, si ex proposito responderem opporteret referre ea omnia, quæ de absolutione ad cautelam in materia censurarum scribunt Doctores, & contingit in eo, cum dicet nullam fuisse excommunicationem latam aduersùs ipsum quia lata post appellationem, aut quia habet errorem manifestum, & petit absolutionem, ad cautelam, tunc veni: absoluendus equidem, non simpliciter, sed ad cautelam, iuxta textum *in cap. solet de sent. excomm.* vbi Barbosa cum multis ab eo relatis, & ibi *in cap. per tuas cap. Cum contingat de officio de legati*, quæ absolutio conceditur ex quædam iuris benignitate, & gratia, cum excommunicatus minimè simplicem absolutionem petat, humiliter confessus si excommunicatum; imò potius negat excommunicationem; atque ideo rigore quodam non esset absoluendus, sed admittendus ad probationem eius, quod allegauerat iuxta textum *in d.c. per tuas, d c. Cum contingat*; quo in loco Sanctus Pontifex asserit sedem Apostolicam consueuisse hunc ad cautelam absoluere, sed iam ordinariam esse eius benignitatem ex dictis iuribus, & *in c. Venerabilib. §. sed etsi ex causa eodem*, quamobrem Doctores *hic* & Cou. *in d.c. alma mater p.* 1. §. 12. *à n.* 6. latè agit de casibus, in quibus talis absolutio concedatur, vel denegetur; item DD. in repetitione ad textum *in cap.* 2. *cap* 9. *c. exception.* 12. *hoc tit.* Sed quoad propositum dico ex iam relatis fundamentis *à num.* 1. præcedentis dubij, & multò securius dicendum, vt petens absolutionem excommunicationis ad cautelam, non censeatur fateri se fuisse excommunicatum: nam ex proximè dictis solet ea concedi illi, qui eum impeteretur de excommunicatione, negat fuisse ea ligatum: quare Riccius cum Rota in vna militem Abbatiæ 27. Aprillis 1591. coram Gipsio, ita docet cum iste propter humilitatem cum protestatione eam petit absolutionem *ibi in d. col.* 177. in versic. *si verò* in fine, vbi idem dicit de petente absolutionem extraiudicialiter, & ex ratione Felini, Cardinalis, Alex. Iasonis, & aliorum, quos retuli dubio præcedenti, cum Couar. *d.* §. 12. *n.* 1. siquidem absolutionem petens, eam videatur postulare humili corde propter dubium aliquod, quo eius animus vexatur, an sit excommunicationis censura ligatus, in quo dubio excipiens non fatetur secundùm dicta *suprà sub quæst.* 1.

9 Ad tertiam quæstionis partem, nunquid possit Iudex sententiam ferre ex confessione coram ipso pronunciata, licèt apud acta non sit scripta, & affirmatiuam sententiam defendat, Felin. *hic n.* 42 cuius occasione vtiliter, & ex professo de hoc dubio agere vellem: tamen quia eius solutio pendet ab adductis *supr. in c.* 6. *de Iudic. à q.* 5. cum aliis, & ex dictis *in c. quoniam contra falsam tota q.* 1. *de prob.* ideò non insicto alibi dicturus; nunc leges ipsam sententiam sequentem Couarr. *lib.* 1. *variar. c.* 1. *n.* 9.

Ad quartam quæstionis partem, quia etiam 10 longe egi *suprà in c. ad nostram* 20. *de iureiur. & in c. nouit.* 13 *de Iud. à q.* 17. *& in c.* 28. *q. fin. de testib.* & ibi sub aliis iuribus de obligatione non reuelandi occultum crimen, ideò *ibi* dicta ad hoc dubium applicabis quod non extra propositum hic agitari possit de quo cum infinitis agit Diana *p.* 3. *tract.* 5 *Miscell. resol.* 30. DD. cum D. Thoma inter quos Caiet. *q.* 62. *art.* 2. Tannerus *disp* 4. *q.* 6. *dub.* 4. *n.* 143. Valentia *tom.* 3. *disp.* 5 *q.* 10 *punct* 5. *& q.* 17. *punct.* 2. Siliuius *dicta* 2.2. *D. Thomæ, quæst.* 62. *art.* 2. Laiman *in Theologia Morali lib.* 3. *sect.* 5. *tract.* 3. *p.* 2. *cap.* 7. Filiucius *tomo* 2 *tract.* 32. *cap.* 10. *n.* 246. Villalobos *in summa, tom.* 2. *tract.* 11. *dis.* 37. *n.* 4. Sotus *de Iustitia lib.* 4. *quæst* 9. *artic.* 3. *ad quartam* & alij communiter agentes de restitutione, ad quam obligatus est qui lædit alterius famam, & an compensatione procedat, aut per pecuniæ dationem de quo non disputo: applicabis dicta, & notata *in cap.* 2. *de officio ordin.* vbi ego de obseruatione secreti, & de eius obligatione. Et an transigens super crimine, censeatur fateri delictum: tractat Gabriël *comm. opinion. conclus.* 23. *lib.* 7. *de maleficiis* de quo dubio proprius hic agere posset, sed cum dissolues ex adductis *tota quæst.* 1. 2. & 3.

AD TEXTVM

IN CAPITE VII.

Olim, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

7 *Protestatio conseruat ius protestantis.*

1 QVIA textus huius materia, quatenus spectat ad iustificandam appellationem corã iudice ad quem, vel iudice à quo vt interim non admittatur exceptio opposita à reo, ego *infrà in c. vt debitus honor.* 59. *& in c. interposita* 70. *de appell.* vbi intelligatur textus iste cum prædictis, & cum *c. ex part.* 67. *c. signific.* 69. *eodem tit de appellat.* interim pro intellectu leges quæ adducunt Balb. & Graña *hic* cum ab eo relatis, & adductis à Barbos. & de qua exceptione, & iudicibus textus iste loquatur, expendit idem Balb. *à n.* 14. 2 † Et quia itidem per hunc textum Doctores communiter deducunt rescriptura Iustitiæ, quo quis trahitur ad Iudicium, impetrari non posse, vltra duas diætas, iuxta text. *in c. nonnulli de rescr.* quod restrictum fuit postea ad vnam diætam *in c. statut. §. cum verò de rescript. lib.* 6. idço optimè inquiri posset hic de diætis, & earum computatione, quare recurres ad dicta *in c. sanè* 3. *de foro comp. q.* 10. vbi an diæta computanda sit à fine diœcesis, vel à loco vbi res sita est.

3 Et diætæ iudicibus priuilegiatis, qualiter dantur ad exercendam Iurisdictionem contra priuilegiatos

4 legiatos, *in cap. ex parte 15. de foro comp. q. 18.* † Et dixta ex quibus leucis constet; etsi Balboa *hîc* perpendeat ex *n. 3.* videbis quæ adduxi *in d. cap. ex parte, d. q. 18. à n. 8.* versic. *ad tertium*, & *in c. si Clericus laicum 5. eodem tit. q. 12. à n. 18. & 29.*

5 Et quia conclusio quæ ex nostro Textu deducitur, ea nempe sit, si exceptio Iurisdictionis exclusiua, propter quam fuit appellatum, probatur verè, Iudex appellationis non debet de principali
6 cognoscere, sed supersedere. † Dubium oritur an cognitio super exceptione declinatoria, seu recusatoria Iudicis, pertineat ad Iudicem ad quem, aut ad Iudicem de quo proponitur: applicabis dicta
7 *suprà in Rubrica, & ibi q. 3.* † Et applicabis nonnulla dicta, an de tali exceptione seu de aliis, debeat suspenso negotio priùs cognosci, & definiri super exceptione *in d. Rubric. q. 5.* & notata *in c. 1. de exceptionibus*, vbi Doctores. Quod si desideras repetere ex proposito Textum nostrũ, leges quæ nouissimè hîc adducit Matthæus Colerus *de processibus executiuis 40. per 41. numeros*, vbi plenè textum nostrum explicat; vbi agit *à n. 6.* de diætis, vbi etiam agit de forma pronuntiandi in appellationibus, de qua *infra* in eo titulo, item de declinatoria de fori competentia, de foro scholarium, de recusatoria exceptione, de quibus latè egi sub *titulo de foro competenti*, & quia *n. 37.* dicit quod protestatio conseruat Ius protestantis, recurres ad ea quæ latè dico *infra in cap. fin. de appellationib.* & *n. 36. & 38.* ponit formulas exceptionis declinatoriæ & recusatoriæ exceptionis quas facilè percipies ex dictis *sub cap. fin. de lib. oblatione, q. 4. §. 1.*

AD TEXTVM
IN CAPITE VIII.
Dilecti Filij, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

4 *Testes pro Ecclesia admittuntur prohibiti litigare, & criminosi.*

7 *Bannitus si percutitur à Iudice de eius percussione, etiã si statuto prohibitus sit bãnitus audiri*

1 HVivs Textus materia satis intelligitur ex notatis *suprà* ad Textum *in c. 7. hoc tit.* &
2 dicendis *infra in cap. exceptionem eod.* † Et quatenus Textus noster dicit, quod excommunicati, & perjurij possunt opponere exceptionem excommunicationis, & perjurij contra aliquem indefensionem suæ Ecclesiæ; itavt sic excipientes non repellantur, si ab actore replicetur de eorum excommunicatione; ideò de ratione videbis ad intellectum Textus nostri, quod adduxi *suprà*
3 *in c. intelleximus de Iudic. q. 8.* † Et an reus excommunicatus possit actorem reconuenire, vel compensationem opponere dixi *suprà in d. c. intelleximus, q. 22. & 23.* & applicabis quæ *q. 21. & sup. c. 5.*
4 dixi. † Et quamuis criminosus aduersùs alium similiter criminosum generaliter testis, non admittatur, vt latè adduxi *suprà in c. testimonium 54. cap. fin. de testib.* ita vt *ibi* dicta proportionaliter applicentur hîc. tamen in casu nostri Textus, & pro defensione Ecclesiæ etiam alias prohibiti litigare admittuntur, iuxta notata *in c. 9. c. 16. de Iudic.* vbi religiosi admittuntur ad agendum pro Ecclesiis; item Clerici pro Ecclesia aduocare permittuntur, etiamsi à tali munere de Iure repellantur, vt dixi *in c. 14 de Iudiciis q. fin.* applicabis alia dicta *in cap. tertio loco de prob. & in cap. insuper 6. de testib.* & alibi adducta, vbi pro Ecclesia restes possunt esse Clerici religiosi, & alij. † Et applicabis ad quæstionem, numquid possit recusari Episcopus cognoscens de causa sua, vel Ecclesiæ, seu mensæ Episcopalis, & an de his causis possit cognoscere, de qua *in c. 4. de foro compet. q. 31.*

Et ibi in versic. *& periurij crimine irretitus*, de 5
exceptione periurij de hac aliqua notaui *suprà in Rub. q. 7.* versic *ad quintam*, de periurio, latè dixi *in cap. breui 17. de Iureiur.* Et de hoc crimine in aliquem obiecto, vt remoueatur à testificando *sup. sub cap. testimon. 54. de testib q. 6. n. 7.* † Et quia per hunc textum Felin, *n. 5.* agit de quæstione, numquid si statuto caueatur, quod bannitus non audiatur, nec ciuiliter, nec criminaliter, & sit ab aliquo percussus, possit Iudex de percussione inquirere: Videbis pro vtraque parte Zeuall. *in pract. q. 463.* vbi affirmatiuam defendit vt verissimam & consonam, ne delicta remaneant impunita, dixi *in c. intelleximus de iudiciis c. 11.* vbi de processu facto cum Bannito. De hoc Textu si plura desideras repetere, leges quæ nouissimè scribit Matthæus Collerus *de processib. executiuis p. 4. ad cap. 2. & hoc caput.*

AD TEXTVM
IN CAPITE IX.
Apostolicæ, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

8 *Absolutio ad cautelam, quando à censura detur remissiuè. Quid absolutione ad reincidentiam, n. 9. remissiuè.*

QVIA Textus iste agit de exceptione sus- 1
pensionis, contra quam replicatur de nullitate, ideò proportionabiliter applicabis dicta *s. p. in c. Venerabilis 6. q. 4. de exceptione excommunicationis.* & adducta *sup. de hac exceptione in Rubr. q. 1.* versic. *ex quo.* † Et quia video per hunc Tex- 2
tum agere DD. de censuris Ecclesiæ, & principaliter de ea, in qua incurritur per suspensionem; ideò recurres ad dicta *in tit. de sent. excommunic.* Balboa *hîc.* † Et quia itidem per verba ibi *qua-* 3
dam suspensionis & amotionis à beneficiis, potest disputari numquid excommunicati suspensi, seu interdicti, aut aliàs censuris ligati possint ad beneficia admitti; ideò recurres ad dicta sub titulis *de prebend. & dignit. de concess. prabenda, de electione, de iure patronatus, de institutionibus.*

Et quatenus per Textum hunc DD agunt de 4
quæstione, numquid suspensi possint eligere, aut agere in Iudicio, saltim pro sua electione; ideò applicabis generaliter dicta *in c. intelleximus de Iudiciis* & ad propositum nostri Textus adjunges quæstionem, an actor suspensionis censura inodatus; ita vt agat, repellatur à Iudicio, quemadmodum repellitur excommunicatus, *ibi q. 40.*

Et in versic. ibi *ne tamen ordinationem purg.* 5
Ecclesiæ per quam venerantis huiusmodi obiectionis obstaculo;

obstaculo, contingeret retardari: Doctores agere valent tum de materia Textus *in cap. cum teneamur, de appellat.* & præcipue de materia Textus *in c. non solum eod. lib. 6. & in c. 1. eod.* cum generaliter non obstante appellatione possessio beneficij detur, ne contingat Ecclesiæ detrimentum, propter eius diuturnam vacaturam; ideo hic vt ordinatio Ecclesiæ non dilataretur per probationes oblatas, fuit ante omnia absolutio ad cautelam præstita.

6 Et in versic. ibi *quas licet proponeretis vos posse nullas per testes idoneos, & instrumenta probare*, cum versic. ibi *sententias ipsius relaxamus ad cautelam.* Ex his duo inquiri valent. Primum quod vt actor suspensus, seu excommunicatus agere possit, debet prius absolui, vel sufficiat, vt dicat de nullitate censuræ; ad quod applicabis quæstiones sequentes, relatas *in c. 8. de iudic.* nempe an actor excommunicatus possit de nullitate agere, *ibi q. 13. & ibi q. 15.* an si admittatur ad appellandum ad restitutionem, vel dicendum de nullitate sit absoluendus, antequam prosequatur iudicium.

7 † Et dum spectat ad grauem materiã nostri Textus quatenus agit de non differenda ordinatione Ecclesiæ; applicabis quæstionem excommunicatus, an admittatur in iudicium, quando eminet graue detrimentum, *ibi q. 10. n. 8.* versic. *ad vlt.*

8 Secundùm autem, quod inquiri valet est de ratione quare absoluatur *ad cautelam*, ad quod applicabis breuiter dicta *sup. in d. c. venerabilis 6. hoc tit. q. 4.* versic. *ad secundam*, de qua absolutione ad cautelam late hic videndus Balboa, Couar. *in c. alma mater p. 1. §. 12. n. 9.* à quo dari possit quibus concurrentibus, an aliqua ex causa impediri valeat: late Antonius Ricciul *de iure personarum, lib. 1. c. 66 per totum*, Quaranta *in summa bullarij*, verbo *Archiepiscopi authoritas aut. 8.* versic. *id autem, num. 14* notat, *hic* Barbosa *num. 2.* & ego planè ago *infra de sent. excommunic. in c. per tuas* 40. & Doctores per Textum, *in cap. solet eodem lib. 6.* interim de absolutione ad cautelam latè Suarez *de censuris disp. 7. sect. 8. à num. 8.* quod

9 idem est, ac absoluere ad reincidentiam. † Et an sit necessaria noua culpa, vt absolutus ad reincidentiam iterum incurrat, Diana *tract. 9. p. 5. res. 15.* & an si pars dilaret tempus absolutionis ad reincidentiam à iudice factæ incurratur, elapso tempore excommunicatio, vel necesse sit aliam excommmunicationem ferre; ipse Diana cum multis *d. tract. 9. res. 22.* & an virtute bullæ absoluatur ad reincidentiam, vel per iubileum: ipse *ibi res. 25.* & an si pendente conditione, sub qua lata est censura ea non adimpleta, incurratur talis censura *ibi res. 64. 65.* videbis aliqua quæ scripsi sub cap. *Pastoralis*, §. verum *de appellat. sub q. 4. & 5. in fine.* de absolutione facta à confessario de excommunicatione ad reincidentiam Zenedus *in pract. q. 23* videbis totam, *& à n. 5.* an interdictum ad cautelam absoluatur Couar. *in cap alma mater p. 2. §. 2. à n. 5.* Et an excommunicatus à iudice ad partis petitionem, possit à quocumque sacerdote, virtute bullæ cruciatæ de consensu ipsius partis ad reincidentiam absolui, sine licentia illius iudicis, à quo emanauit excommunicatio, Gutt. *allegatione 9.*

10 De collatione facta excommunicato per Glossam *hic* Couar. *in d. c. alma mater 1. p. §. 7. à n. 1.* & *ibi* versic. *quarta* sub *n. 7.* agit de obligatione illius qui se dicit iniustè excommunicatum, & *ibi in §. 11 n. 6.* versic. *secundò*, agit an absolutio ab excommunicatione possit dari sub conditione, & ad reincidentiam.

AD TEXTVM IN CAPITE X.

Dilectæ in Christo hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. De verò intellectu huius Text. dico *infra in c. per tuas 40. de sent excommunic.* & quatenus agit de excommunicatione lata post appellationẽ *infra in c præterea 40. c. pastor. §. verum de appellat* II. Et quia ex hoc facto inciditur in his, quæ innouantur, appellatione pendente ideo leges dicta *in c. 51. eod. & in rub & tit. vt lite pendente nihil innouetur*, item & quæ *in tit. de appellat.* adducuntur de appellationibus admittendis a iusto grauamine. III. Nunc vero quia integra præcipuaque materia nostri Textus pendet à dictis, *sup. in c. intelleximus 6. de iud* & notatis *in c. 2. hoc tit* ideo ad propositum leges quæstiones sequentes. Prima an vt actor excommunicatus repellatur a iudicio, sit necessaria exceptio excommunicationis *in d. c. intelleximus q. 6 & 2.* an absolute prohibitus sit stare in iudicio, & *ibi quæst. 7.* an actor qui ab origine actor est, si conuictus in iudicio, posta appellet, & ei tunc de excommunicatione opponatur debeat audiri, & *ibi q. 13.* an actor excommunicatus possit super nullitate rescriptum impetrare, & *q. 15.* quando admittatur ad appellandum, & *ibi q. 16.* an actor, qui lite mota incidit in censuram debeat à iudicio repelli, etiam si reus velit litigare cum illo ad aliàs *ibi q. 17.* per totam, & ad aliam quæstionem bonam, an si reus objiciat aduersùs actorem de excommunicatione, possit actor aduersùs reũ replicare illum esse alia excommunicatione ligatum: vide *ibi q. 9.* ad alia *infra in cap. ad probandum 24. de re iud.*

AD TEXTVM IN CAPITE XI.

Significauerunt, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. Textvs iste, quatenus dicit quod actor originalis per exceptionem excõmunicationis, non repellitur à prosequutione appellationis; applicabis notata *in c. praced. & in c. 2. hoc tit.* & de propria quæstione, *in c intelleximus 6. de iud.* dicta *ibi in q. 7.* iam in præcedenti Textu signata, & aliàs *ibi* relatas quibus adiunges, aliàs nempe actor excommunicatus, proponens in iudicio auxilium, *l. diffamari, C. de ingenuis*, aut legis si cõtendat, *ff. de fideiuss.* an admittatur litigare *ibi in d. c. intelleximus q. 3* & an actor excommunicatus debeat admitti ad litigandum in iudiciis duplicibus, vt communi diuidundo. &c. *ibi q. 10.* vel quando euenit graue damnum *in d. q. 10. n. 8.* ad alias *ibi tota, q. 4. 15. 16. 17.* & quare repellatur à iudicio, & non reus excommunicatus *ibi q. 1. & 2* & de aliis *ibi* leges.

II. Et ibi, in versic *sed à parte*, an totum capitulum, seu conuentus possint excommunicari, dubitatur, de quo sub *tit. de sententia excõmun.* III Item per hunc Text. agunt DD. de quæstione an valeat

electio

electio ab excommunicatis facta, de qua Balboa aliqua *in cap.2.hoc tit.à n.31.* sed de hac & de aliis videbis quæ dico, seu noto *in cap.illa quotidiana de electione.* Videbis ipsum Balboam, Barbosam *hîc*, Grañam *in dicto cap.dilecta 10.hoc tit.* cum aliis per eos relatis, & quæstionem quam notaui *suprà in d.cap.intelleximus, q.35.* vbi an excommunicatus possit eligere ad beneficia conferre, aut præsentare: alia *in cap.ad probandum 24.de re indicata.*

AD TEXTVM IN CAPITE XII. Exceptionem, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. PER hunc Textum legitimè poterat agi de Exceptionibus dilatoriis, quo in tempore seu termino proponendis; sed quia *suprà* egi *in Rubrica* latissimè, & *in cap.Pastoralis 4. eod.* ideò ad *ibi* dicta te remitto. II. Item quatenus in specie agit de omittente opponere exceptionem excommunicationis; ita vt admittatur in qualibet parte litis; etiamsi dilatoria sit quadam specialitatis ratione, ea nempe, ne in periculum animæ suæ, excommunicato communicare teneatur; ideò de nonnullis hîc valet inquiri. Primò, de ratione huius rationis; ad quod leges dicta *in Rubr.q.1.* & *ibi* versic. *ex quo.* III. Secundò, de prohibita cum excommunicatis communicatione, tam in Iudicio, quàm extra; de qua prohibitione plura adduxi *in c. intelleximus 6. de Iudiciis,* vbi *q.2.12.& 24 & 29.* & in quibus casibus. & inter quas personas permittatur, ibi per quæstiones casus tractaui, seu signaui, & de quibus excommunicatis intelligatur, *in d.cap.6.d.q.1.& in c.10. eodem,* vbi de anathema, *& in c.post cessionem 7. de probation.* vbi nonnulla notaui. IV. Quale peccatum sit communicare cum excõmunicato, Balb. *hîc latè à n.5.* vbi de ea, quæ fit in humanis, aut in diuinis, de quo *in cap sacris 38 cap si vere; cap.significauit,* & in aliis Iuribus *de sent.excommunic.* Suar. *de censur.disp.15.sect.2.à n.1.* ad plura idem Balboa *in c.2.& in c.4.* vbi plura conducibilia scribit.

V. Et ibi in versic. *qui si eam omiserit, vt actor laboribus & sumptibus fatigetur, est in expensis condemnandus legitimis:* ex his verbis possunt applicari omnia adducta *in cap finem litibus de dolo & contumacia,* vbi de condemnatione expensarum, & *ibi in Rubr.& tit. qualiter improbis seu calumniosis litigatoribus est obuiandum.*

VI. Et in verbis ibi, *excommunicatus autem publicè, & si huiusmodi exceptio non opponitur, nihilominus est officio Iudicis repellendus:* post hæc verba potest inquiri, an vt excommunicatus repellatur, vt actor à Iudicio debeat esse publicè talis, ideò leges adducta *in d.cap.intelleximus de Iudic q 1.* vbi de quibus excommunicatis, talis prohibitio intelligatur hodie. Item inquiri potest, an vt excommunicatus repellatur id contingat, si in eum opponatur excommunicationis exceptio, vel sufficiat illum esse excommunicatum, vt quid agat, nullum sit, & quando excipiendum sit *ibi tota q.6.* & quoad hæc verba *ibi q. 12.* vbi de excommunicatus aduersùs quem non opponitur, repellatur per Iudicem à Iudicio, & ad alias bonas quæstiones *ibi 17 18.* VII. An Parochus excommunicatus validè assistat matrimonio, Diana qui nonnullas quæstiones adducit *p.5.tract.9.resol.78.79.80.* de quibus alibi.

VIII. Et quia per Glossam *hîc* in Verbo *condemnandus,* agitur de exceptione falsitatis litterarum, vt Iudex in executione non procedat; ideò leges Balboam cum ab eo relatis *in c.5.de sentent.& re iudic.n.33.* IX. Et quia etiam video apud Faquineum *lib.11.var.cap.81.82.& 83.* agi per nonnullos, an Iudicium incipiat à litis contestatione; ideò leges adducta *in cap pen.de foro comp.* de quo Doctores *in cap. gratum, & relatum de officio delegati;* quod fortè hîc potest inquiri, vt sciatur tempus opponendi exceptiones dilatorias. X. Et quia etiam per hunc Textum, de aliis duabus quæstionibus video à Doctoribus agi, ideò eas in medium breuiter profero.

QVÆSTIO I.

An Iudicialiter conuentus licèt alias inhabilis sit, & non possit in Iudicio comparere, habilitus censeatur ad comparendum: Et an reus excommunicatus cogatur venire in Iudicium: Et an prius sit absoluendus à censura?

SVMMARIVM.

1 *Habilitatus, qualiter censeatur iudicialiter conuentus si antea inhabilis erat, expenditur n.1.3.4.5.& 6.*

AD primam quæstionis partem, vt respondeam, præmitto legenda omnia, quæ dixi, & notaui *suprà in c.3.& c fin.de præsumpt.* vbi de habilitate quæ circa pœnas præsumitur: quare etsi ad propositum de quo inquirimus hîc Innocent. dicat, quod iudicialiter conuentus, qui aliàs inhabilis sit, & non possit in Iudicio comparere, habilitatus censeatur ad cõparendum, vt tenent etiam Bald. *in l cùm mulier, 2.col.ff solut.matrim.* Iason *in l. fin.n.24.C.de edicto Diui Adriani toll.* vbi communem ostendit Alex. *in cons.133.n.13.lib.7.* Ioannes Igneus *in l.3.§ si quis tabulas, n.37. ff.ad Syllanianum,* Aymon *cons.108.n.5.* Casaneus *in consuetud. Burg Rub.13.§.6.* verb. *eu passer procurations, n.1.* eámque receptam teneat Hieronym. Grat. *cons.6. n.22 lib.2.* Paul de Castro *cons.12. vol.1.n.1.* incipit *totâ disput.* Gratian. *reg.261.in princi.* 1

Tamen hoc declaratur quod etsi persona comparentis censeatur approbata; non tamen censeatur approbata eius qualitas, Bart. *in l.demonstr.falsa, ff de cond.& demonstr.q.6.* Bald. *in l.eum quem temerè, ff.de Iudiciis,* Gratus *in cons.69.lib.2.n.26.* cum aliis. † Item limitatur illa regula, nisi inexpresse exceptis, Bald. & alij *in l fin.C.de edicto Diui Adr. toll* & *ibi* Dec. & dicit communem Hieron. Grat. *cons.63.lib.2.n.2.* † Et limitatur tertiò, nisi incitatione sit clausula, *compareas, si tua interesse putaueris,* Roman. *in Rubr.de arbitr.* contra Cardinal. *in fin.col.* Hypolit *in Rubr.ff de fideiussor.n.67.* Iason *in l.de pupillo § seruo, ff de oper.noui nunciat.n.4.* Iason, *in dicta l.fin.Cod.de edicto Diui Adriani tollendo num.24.* Afflictis *in decisione Neapol.2.num 91.* Cepula *cautela 205.si facit aliquem citari.* † Limitatur quartò, quando citans ignoraret defectum, propter quem citatus potest repelli; Felinus *in cap super his 8.col. num.20. de accusat.* per textum *in cap. nulli de electione, lib 6. & in cap. Pastoralis;* 3 4 5

ralis, *hoc tit.* Hypolitus *in l. si quis ne quæstio*, *ff. de*
6 *quæstionibus*, *num.* 46. † Limitatur quinto si citatio fieret generalis, de quocumque comparere volonte, iuxta Textum *in cap. exhibita de iudiciis*, per quem ita tenent Doctores, *in cap. cum inter*, *hoc tit.* Iason *in l. de pupillo*, §. *seruo*, *ff. de op. noui nunciat. num.* 4.

7 Ad secundam quæstionis partem, an excommunicatus cogatur venire in iudicium, de qua potest inquiri hic occasione præcedentis, dixi *in c. intelleximus 6. de iud. q.* 16.

8 Ad tertiam quæstionis partem, an si vocatus in iudiciuum, excommunicatus, sit prius absoluendus à censura, antequam audiatur, *in d. c. intelleximus*, *de iud.* dixi, *q.* 4.

QVÆSTIO II.

An exceptio declinatoria possit opponi à Clerico, apud iudicem sæcularem, etiam post sententiam rei indicatæ, & etiam si vsque ad ipsum diem opponens tacuerit: Et an sic eam omittens opponere, sit in expensis condemnandus: Et an officio iudicis sine partis citatione procedatur?

SVMMARIVM.

1 *Declinatoria an queat opponi post rem iudicatam* remissiuè.

2 *Declinatoriam opponere omittens Clericus accusatus apud sæcularem, condemnatur in expensis.*

3 *Clericus omittens declinatoriam in tempore, oppoponere coram laico, condemnatur in expensis ab Ecclesiastico iudice; quid de iudice omittente*, num. 4. remissiuè.

5 *Clericus si in litis exordio fidem faciat de clericatu, numquid fugiet condemnationem expensarum.*

6 *Exceptionem excommunicationis opponere differens, in expensis condemnatur.*

7 *Officium iudicis interponitur sine partis citatione n.* 81 *. hic enumeratis, & in aliis, à n* 8.

8 *Officio iudicis reparantur quæ ad ius publicum, & religionem spectant, exemplificatur numeris sequentibus.*

9 *Excommunicationis exceptio debet opponi à reo contra actorem secundùm aliquos: quid in praxi, num.* 10.

11 *Iudex ex officio contra excommunicatũ procedit.*

12 *Iudex ex officio potest procedere contra priuatum ad euitandum peccatum.*

13 *Iudex ex officio potest inuestigare innocentiam rei inquisiti: respuere accusationem, iterum testes interrogare, n.* 14. *&* 15.

16 *Iudex ex officio, potest partes indignas à testimonio repellere: pro vtraque parte allegare: libellum ineptum lacerare, Actorem repellere si constat actione carere, n.* 17. 18. 19.

20 *Iudex procedit ex officio si reo obstet exceptio statuaria, vel legalis, potest supplere allegando, falsitatem, declarare processum nullum, num.* 21. 22.

23 *Iudex ex officio pouidet parti quãdo aduersarius rucratur cum eiusdem natura, & quando, ei constat de iure tali, n.* 24.

25 *Iudex ex officio potest terminum stare, reformare sententiam nullo petente, n* 26.

27 *Iudex potest supplere id, quod sibi notum est; repellit non habentem mandatum, n.* 28.

29 *Iudex impendit officium non petitum inter miserabiles, supplet quando defectus constat in iure, num.* 36.

31 *Iudex supplet, quando partes ic iudicio delinquunt: fustigare testem falsò deponentem coram iudice, n.* 31.

33 *Iudex potest curatorem iam datum remouere, interrogare testes post publicationem, n.* 34.

35 *Iudex potest ex officio partes interrogare ad clarificanda dubia: admittit partibus inuitis exceptionem superuenientẽ post conclusum, n.* 36.

37 *Iudex ex officio concludit in causa partibus inuitis, supplet deffectum tutoris, n.* 38.

39 *Iudex ex officio reiicit libellum contra ius, potest cogere reum, vt declarat exceptionem obscuram, n.* 40.

41 *Iudex procedit super libelli vitia, & quando viderit iudicium illusorium, n.* 42.

43 *Iudex repellit exceptionem irrationabilem, potest inducere testes non productos super actione, n.* 44.

45 *Iudex potest punire testem falsum, & eum producentem, & cogere, vt declaret dictum suum, num.* 46.

47 *Iudex potest procedere ad reuocationem attentatorum, & supplet in his quæ sibi constant ex actis, n.* 48.

49 *Iudex supplet circa dispositionem iuris, & statutorum se informat de teste, n.* 50.

51 *Iudex æstimat rem petitam, recipit pro absente, supplet fauore dotis, n.* 52. 53.

54 *Iudex potest ad infirmum accedere vt libere testetur. potest mandare solui pretium non solutum, num.* 55.

56 *Iudex tenetur purgare prouinciam malis hominibus. potest supplere in causa pia, n.* 57.

58 *Iudex ponit pretium in vendendis in foro publico.*

59 *Iudex cogere potest vt domus ruinosa reficiatur, pronunciat appellationem desertam, n.* 60.

61 *Iudex ex officio tenetur visitare terminos, potest petere bona Ecclesiæ alienata, n.* 62.

63 *Iudex interponit officium, quando agit de honore iudicis superioris.*

64 *Iudex compellit partes ad concordiam, condemnat ad restitutionem, recipit probationes innocẽtiæ inquisiti; supplet in notoriis, n.* 65. 66. 67.

68 *Iudex quærit rei defensiones, testes non productos pro rei innocentia examinat, inducit testes contra reum, accusatore præsente, n.* 69. 70.

71 *Iudex potest supplere pro reo, cum viderit euidentem calumniam actoris, reuocat decretum suum, n.* 72.

73 *Iudex ex officio procedit contra Assassinum, occurrit iniquitati manifestæ, corrigit dolosè gesta, n.* 74. *&* 75.

76 *Iudex remouet procuratores negligentes, fures condemnat ad furcam, n.* 77.

78 *Iudex potest repellere falsum instrumentum productum, repellit quemcumque falsum testem, potest punire latrones, grassatores &c. quærere, punire, n.* 79. 80.

81 *Iudex potest procedere aduersus accusatorem malitiosum.*

82 *Iudex potest ex officio remouere curatores, & administratores orphanorum, non rectè gerentes se, punit delinquentem sine accusatore, n.* 83.

84 *Iudex repellit à iudicio quẽ lex prohibet, seu prætor n.* 88. *potest cogere patrem, vt assignet filiæ congruam dotem, n.* 85.

85 *Index*

85 *Iudex potest se intromittere ad interponendam authoritatem testanti.*

86 *Iudex supplet in causa electionis parte absente*

87 *Prelatus potest examinare electum sibi presentatum.*

89 *Iudex compensationem admittit, parte non petente, & facere potest, vt in obligationibus res tradatur, condemnare ad interesse, n.90.*

91 *Iudex ex officio potest procedere in spiritualibus, & in beneficialibus supplere.*

92 *Iudex in quocumque casu, vbi vertitur periculum animæ supplet, & in alijs casibus* remissiuè, *num.93.*

94 *Iudex ex officio non procedit absque partis citatione, multis in casibus. vt si procedat ad vtilitatem priuatam, n.95.96.97.98.*

99 *Potestas nequit coniunctos compellere ad compromittendum nisi petatur.*

100 *Iudex quoties ex officio supplet admittit tertium cuius interest.*

101 *Iudex ex officio, in quibus expensis, & quando condemnet.*

102 *Iudex si non faciat quod ex mero iure facere potest an grauet partem.*

1 AD primam quæstionis partem, vt respondeas, adduces *d. in c. & si clerici 4. de Iud.* vbi egi, & in simul adiunges dicta *sup. in Rub. q.3.* cum aliis agit ex hoc textu Cou. *in pract. q.33. n.3.* Felinus *hic n.28.* post Abbatem, Anton. & Imol. aliqua *in Rubr. de foro compet. q.3. & 4.*

2 Ad secundam quæstionis partem respondebis, vt si Clericus accusatus apud Iudicem sæcularem omisit vsque ad sententiam, vel eius exequutionem opponere declinatoriam fori exceptionem, merito in expensis condemnandus secundùm Boërium *in consuetud. Buturcens. tit. de iurisdictione, § 21. in fine*, Ioannem Rupellanum *lib.4. forensium, cap.6.* Decium *cons.241.* Felinum, & alios *hic* Couarr. *in pract. d. cap.33. n.2.* versic. *Clericus*, qui ad hoc probandum dicit nostrum text. satis celebrem esse, cuius authoritate tenet idem Aufrerius *in clement. 1. de officio ordin. reg.2. n.33.* Bellamera *in decis.226.*

3 Dubium tamen est quis Iudex hanc expensarum condemnationem faciat, & præsuppositis quæ adduxi *sup. in c.2. de Iudic. p.10. & in d.c.4. eodem* diuersi sunt Doctores: nam fieri per Iudicem sæcularem existimauit Boër. *vbi supra*, cuius opinio apud Gallos teste Rupillano recepta est in praxi; sed ipse Decius, & Cou. iam adducti probant contrarium, veriúsque est in iure taliter, vt solus Ecclesiasticus Iudex Iurisdictionem habeat ad hanc condemnationem, non sæcularis, qui sicut Iudex competens non est ad principalem causam; ita nec quoad incidentem, & sic nec quoad mulctam, nec quoad expensas; sicut constat ex Panorm. *in c. si diligenti de foro compet. col. penult.* ad quod *ibi* adducta & in toto *tit. eod.* & in *tit. de Iud. applic.* & præcipuè etiam adducta *in c. qualiter 17. de Iudiciis*, & ibi *quæst.7.* & in *terminis* Bald. *in l. si ex aliena col. pen. ff. de Iud. & in l. generaliter col.2. Cod. de Episcop. & Cleric.* versic. *per hoc sal-*
4 *uitur.* † Et si Iudex omittat facere condemnationem expensarum si petitæ sint an condemnetur dixi dixi *suprà in c. fin. litibus q.6.* versic. *ad secundam*; quam applicabis pro extensione huius textus.

5 Imò Decius *in d. conf.241.* subdit Clericum ab his expensis oportere absolui ab ipso Iudice Ecclesiastico, casu, quo post prolatam Clericatus scripturam actor nihilhominus apud sæcularem persistit; ac perseuerat in accusatione, & exequutione sententiæ; tandem in lite principali, cum ex hoc sit verisimile, quod etsi in litis exordio, reus fecisset fidem de clericatu, ab ea tamen actor non fuisset discessurus: vnde nihil nocuisse dilationem editionis, & præsentationis scripturæ, quâ Clericatus probatur; verum Rupellanus *in d.c.6.* dixit hanc Decij opinionem sibi displicere, & sequitur Cou. *sup. d. n.2. in fine*: nam si ab initio Clericus edidisset, ac protulisset in Iudicium scripturam Clericatus, omnino euitaretur damnum expensarum illud quod actori contingit, dum in casum litem principalem apud sæcularem Iudicem hactenus prosequutus est, quia vbi actor producta scriptura Clericatus remissioni consentiret, vel non refragaretur planè, statim remissio fieret saltem nulla culpa notari posset actor, quod si ipse remissioni contra diceret, lis tractanda foret, super sola remissione, suspenso negotio principali iuxta decisionem text. *in c. si Iudex de sent. excomm. lib.6.* atque ea ratione in vtrumque euentum, si ab initio Clericus litteras Clericatus produceret, vel se Clericum esse dixisset actor nullas fecisset expensas in prosequutione litis principalis apud Iudicem sæcularem, ob idque ait opinionem Decij non satis tutam, nec iure probari. † Et quia Balb. *hic à n.35. ad 40.* expendit 6
rationem, quare si reus malitiosè distulerit opponere exceptionem excommunicationis, in expensis cōdemnetur *ex c. significauerunt, c. cum inter hoc tit.* eam nempe, quia quamuis leges odio excommunicatum prosequantur; non tamen patiuntur illum Innocentem damnari, nec etiam laboribus, & expensis vexari ex nostro textu ob id ad coercendam litigantis malitiam, iustissimè hic dispositum esse, vt in expensis condemnetur & *ibi* expendit textum *in c. hoc tit. lib.6.* quare amplius non repeto.

Ad tertiam quæstionis partem, nunquid officio 7
Iudicis, sine partis citatione procedatur, ansam præbent hic disputare, vltima verba textus nostri ibi *nihilominus est officio Iudicis repellendus.* Et quia iam alibi dispersim nonnulla dixerim, in quibus officium Iudicis interponitur; ideo breuiter, & sine argumentis dico, quod & si ex textu *in c. si de terra de priuilegiis*, & ex dictis *suprà in c.1. c. si diligenti, c. significauit, de foro comp.* dici posset Iudicem non debere suum officium non petitum interponere, quoties pars, cui competit illud non deducit, sciensque, & prudens illud omittit, quia nemo suo Iure, seu priuilegio vti cogendus est.

Tamen cum communiter ex textu *in l.1. § hoc* 8
autem Iudicium de damno infecto Doctores agnoscant iudici officio reparanda esse quæ ad Ius publicum, & maximè ad religionem pertinent & ad nostrum textum pertineat animæ periculum vitare; euenit, vt consequenter ad Iudicis officium spectat excommunicatum à Iudicio repellere. † Vnde fit quod reus, qui habet exceptio- 9
nem opponere aduersùs excommunicatum actorem, debeat procul dubio eo iure vti; ita vt nec possit eam non opponere; non enim huic iuri renunciare queit, cum publicum sit; argumento textus *in d. c. si diligenti de foro compet.* per latè *ibi* dicta: sequitur Balb. *hic n.43.* dicens prædictam regulam, vt nemo cogatur suo iure vti, limitari in casu textus nostri, per ea, quæ Sanctius adducit *de matrim. lib.9. disp.6. à n.14.* Suar. *p.3. q.83. art.6. disp.88;*

disp.88 sect.6.Caiet. in summa verbo matrim.c fin,
de peccat.in vsu coniugy,Siluester verb.matr.8.q.15.
d.7. Adrian..in 4 q.14.de matrim.versic.tertio con-
tingit,Palud.in 4 dist.38.q.3.art.6.n.43. qui exem-
pla alia adducunt; etenim,vt ait Balboa hic n.44.
grauiter offenderetur Ius publicum in nostro ca-
su, si reus omittat, vel renunciet opponere ex-
ceptionem excommunicationis; quare euenit,
vt Iudex ex officio excommunicatum actorem
repellat ab agendo.
10 Sed hoc difficile redditur ex textu in d.c.1. de
exceptionib. lib.6. ex verbis ibi iisque processerunt
nihilhominus in suo robore duraturis, & in versic.sed
si postrem.quibus probatur processum cum excõ-
municato formatum valere,si nondum ex aduer-
so,opposita sit excommunicationis exceptio, &
excommunicatus repellatur; adeo vt postquam
sit absolutus,procul dubio,eo processu formato,
vti valeat:Glossa, & interpretes ibi adducunt in
confirmationem alia.Et licet nonnulli ex Docto-
ribus existiment text.in d.c.1.Ius nouum induce-
re docentes iure antiquo,omnia acta,durante ex-
communicatione esse inualida,vt sentit Gloss.ibi
verb.diuinu & Doctores hic:tamen Panormit. in
c.intelleximus de Iud.Balb.hic n.38.existimant eam
opinionem non esse bene fundatam, nec ad rem
pertinere quia sufficit ea acta de facto valida
esse, quod verum est, etiam, si excommunicatio
publica sit ex eo,nam licet excommunicatio pri-
uet commercio humano, & lex ideo præcipiat
excommunicatum à Iudicio repelli, non tamen
irritat facta ad petitionem excommunicati,quan-
do ei nulla opponitur exceptio; & quia hæc op-
positio satis intelligi valeat ex his, quæ adduxi
in d.c.intellex.de Iud.q.6. vbi egi de quæstione,an
excõmunic.reppell. à Iudic.sit exceptio necessaria,vel
sufficiat illũ esse excõmunicatũ vt quidquid agat nul-
lum sit & ibi q.17.& 18.vbi an vt repellatur debeat
Iudex prius certiorari de censura,vel an exceptio ex-
communic. debeat apertè probari,vel sufficiat forma,
& cui incumbat probatio,ideò ad omnia hìc adjun-
gos pro plena explicatione d.c.1.& nostri textus
& quod adducit Balboa hic n.39.
11 Vnde iam ad infinitos casos,quibus parte non
petẽte, Iudex ex officio suam interponit autho-
ritatem, & ad alios, qui vt prohibeantur, prære-
quiritur, vt sit ad partis petitionem, breuiter.I.
Dico, quod Iudex ex officio etiam nullo instãte
contra excommunicatum procedit docet Abbas
in c.2.n.40.de ordine cognit.& in nostro text.n.1.
12 II. Poterit Iudex ad euitandum peccatum pro-
cedere in causa vsuraria ex officio ad priuatam
vtilitatem, & ad exonerandam conscientiam, vt
notant Inocent.in c.ad nostram ei 2 de Iureiur.Ias.
in l.1.n.12 Cod.de Iud.Socin.cons.319. qui dicunt
extra peccatum, aliter etiam in causa vsurarum
non procedere, nisi in stante parte,Grat.reg.329.
ad plura videndus.
13 III. Potest inuestigare Innocentiam rei inqui-
sitis,Abb in c.veniens,n.19.& 22,de accusat.Alex.
cons.77. n.7. vol.1. quod hodie ait Grat.reg 239.
n.12.minimè fit; imò potius delictum,quàm In-
14 noc.inuestigatur.† IV.Potest respuere accusatio-
nem, ob turpem causam factam, Panorm.in c si-
15 gnificãte, n.4.qui matr accus poss. † V. Potest iterũ
ex officio testes interrogare obscuros,vt dixit Pa-
norm.in c.in præsent.de probat.potest supplere de-
fectum allegationũ partis cuiuslibet litigantis,vt
ipse ostendit in c ex parte, Alensis de concess.prab.
16 †.VI. Potest partes indignas à testimonio repel-
lere,vt ipse dicit in c.dilecti filij hoc tit.Hypol.in c.
siquis me quæstio.ff de quæstionib.n.12.Decius in l.1.
n.5 ff.de officio assessorum ad quæ videbis nonnulla
adducta in c.testimoniũ 54.c.cum clamor & in aliis
iuribus de testibus. † VII. Potest pro vtraq. par- 17
te allegare, & dubio processus aperire,Abb.in c.
bonæ mem.el 1.n.7.de postulatione vbi n.9.multa in
materia tradit. † VIII. Potest libellum ineptum 18
lacerare,Panormit.in cap si Clericus num.4 de foro
competent. Iason in l.1.n.6.ff.de officio assessor.Alex.
cons.146.n.11.lib.1.Nicol.Bellon.cons.25.n.1.de
quibus adduxi in c. examinata de Iudic. & in c.2.
de officio compet. † IX. Potest actorem repellere 19
quando constat actione carere, affirmat ipse Pa-
norm.in c.ad aures alios adducens n.9.de præscript.
Iason in l.si vnus,§.pactus num.34 ff.de pactis,Hy-
politus cons.135. num.9. Didacus à Segura in re-
petitione l.si ex legati causa,ff.de verborum obligat.
col.28 fol.103.
X. Procedit Iudex officio si verò obstet aliqua 20
dispositio statutaria, seu legalis,prout tenet Ab-
bas.Panormit.in c.nulli,n.3 de accusat. † XI. Po- 21
test supplere ex officio allegando falsitatem in-
strumenti, quando falsitas est euidens, idem pa-
normit.in cap.cum venerabilis hoc tit.ad quod ad-
junges dicta sub. cap.cum dilectus,cap.cum Ioannes
de fide Instrument. † XII. Potest declarare pro- 22
cessum nullum, si talis sit,idem Abbas in cap.1.
num.4.de lit non contest. † XIII. Prouidet parti 23
quando aduersarius lucratur cum eiusdem natu-
ra, vt placuit si idem, Panormit in cap. dilecti fi-
lij num.17. de Iudiciis. † XIV. Supplet,quando 24
sibi constat de iure tertij, exclusiui intentionis
agentis, sic Abbas in cap licèt, num.9.de supplend.
neglig Prælat. † XV. Item potest terminum sta- 25
tuere, etiam si non petatur, idem in cap. licèt de
pro. num 15. de quo dici ibi quæst.7. † XVI. In- 26
dex appellationis potest reformare sententiam,
nullo petente. † Et etiam potest, & debet sup-
plere id, quod sibi notum est, vt ipse affirmat in 27
cap. Raynutius de testamentis notab.11. & num.11.
ad quod applicabis aliqua dicta in cap.dilecti 6. de
Iudiciis quæst.7. 8. & 9. † XVII. Iudex repellit 28
non habentem mandatum, Panormitan. in cap.
innotuit, num.10.de electione,Felinus in cap. causam
in princ de Iudiciis, Marcilius in l siquis ne quæstio,
ff. de quæst. num.11. † XVIII. impedit officium 29
non petitum inter miserabiles personas, Panor-
mit.in cap.si heredes, num.7. de testamentis Hypo-
litus in pract. crim.§.nunc videndum,num.19. De-
cius in l.1. num.7. ff.de Iurisdictione omnium Iudi-
cium Alex.cons.121. num.5.volum 1.Balboa in de-
cis.251. † XIX. Supplet,quando defectus con- 30
sistit in iure, Abbas in cap.cum inte, num.7. de
consuetudine.
XX. Supplet, quando partes in Iudicio de- 31
linquunt, Abbas in cap. olim ex litteris, num.11.
de rescriptis. † XXI. Potest testem falsum depo- 32
nentem coram iudice fustigare ex officio,Nellus
de Sancto Germiniano in tract. de testis. n.243.
† XXII. Potest curatorem iam datum remouere, 33
& alium deputare secundùm Abbat. in cons.91.
num.6.lib.1. † XXIII. Potest testes interrogare 34
post publicationem Felinus in cap. per tuas de te-
stibus. † XXIV. Et partes interrogare ad cla- 35
rificanda dubia circa merita causæ etiam post
conclusum in causa Felinus in cap. cum Ioannes,
num.12.de fide Instrument. Hypolitus in l 1 § fin.
num.43.& 44. de quæstionibus dixi remissiue in
dict.c.cum Ioannes Latè in dicto cap.cum clamor 53.
de

36 de testib. quaest. 3. † XXV. Admittit etiam parti-
bus inuitis exceptionem dilatoriam superue-
nientem post conclusum in causa, Felinus in cap.
insinuante de officio deleg. quod notabis ad Tex-
37 tum in cap. Pastoralis 4. hoc tit. † XXVI. Iudex
ex officio concludit in causa partibus inuitis Ia-
son in l. admonendi, num. 46. ff. de iureiurando. Hy-
38 polit. in pract. crim § sequens. num. 10. † XXVII.
Supplet defectum tutoris in casibus, Iason in l.
39 bonorum, num. 7. & 8. Cod. qui admitti. † XXVIII.
Item reijcit libellum conceptum contra ius, vel
statutum, aut consuetudinem, vt per eundem
Iasonem in l. de quibus, ff. de legibus, iuxta addu-
cta, in dicto cap. examinata de iudiciis; cap. 2. de
40 libelli oblatione. † XXIX. Potest cogere
reum, vt declaret exceptionem suam obscu-
ram, Iason in leg. age cum Geminiano, num. 7.
Cod de transact.

41 XXX. Supplet, & procedit super libelli vi-
tia: probet Philippus Decius num. 2. de iudiciis,
42 † XXXI. Supplet ex officio, quando viderit iu-
dicium illusorium fore, Philippus Decius in
43 cap. causam quae num. 2. de iudiciis. † XXXII. Et
repellit exceptionem irrationabilem, vt & ipse
44 adducit, in c. constitutus de appellat. n. 4. † XXXIII.
potest testes non productos super actione indu-
cere, vt ipse ostendit in l. si apud quem, Cod. de
edendo, de quo iam aliqua supra sub tit. de testi-
45 bus. † XXXIV Potest punire testem falsum,
& eum producentem addicta in cap. sicut 9 de
testibus, in terminis Baldus cons. 445. num 3.
46 lib. 5. † XXXV. Potest cogere testem vt de-
claret dictum suum ambiguum ex iam dictis in
terminis, Alex. cons. 152. lib 2 n. 6.

47 XXXVI. Potest procedere ad reuocationem
attentatorum; idem Alexander cons. 99. num. 5.
48 lib. 5. † XXXVII. Supplet in his, quae sibi con-
stant ex actis, secundùm eundem Alexandrum
cons. 115. num. 2. lib 6. & cons. 138. num. 11 dict lib. 6.
Couarruuias in cap. Raynutius de testamentis, § 11.
num 3. Auendaños resp. 1. num. 18. ad finem. Decius
in l. cum quid mutuum, ff. si certum petatur, num. 26.
49 † XXXVIII Supplet circa dispositionem iuris,
& statutorum, idem Alex. cons 172. num. 6.
50 lib. 6. † XXXIX. Se informat de conditione,
& qualitate testis, Socinus cons. 155. num. 3. lib. 3.
& 136 lib 1. n 4.

51 XXXX. Iudex aestimat rem petitam; idem
Alexand. cons. 155. num 4. lib. 1. Pinelus in l. 2 Cod.
52 de rescind vend. p. 3. cap 4 num. 7. † XXXXI.
Item recipit pro absente & illi quaerit Paulus de
Castro cons. 382. lib 1. num. 2. Auiles in capitibus
praetor. cap. 15. Glossa homicilio. num. 25. Auenda-
ños 15. respons num 6. Decius cons. 4: 9. num. 2 & 4.
53 † XXXXII. Supplet fauore dotis, Bald. Nouell.
de dote 8. p priuilegio 15. num. 1. & p. 9. priuileg. 19.
num 1. Matthaeus de Afflictis in decis. 372. num. 5.
54 † XXXXIII. Potest ad infirmum accedere, vt
libere testetur, docet bene Gomez. Arias in l 1.
tauri, num. 159. Didacus de Sigura in l. 1. § si vir,
ff. de acquir. possess. col. 45. fol. 85. col. 1. Gullelm.
Benedictus in cap. Raynucius de testam. verbo con-
didit, lo 5. n. 54.

55 XXXXIV. Item si viderit pretium non so-
lum, potest mandare emptori agenti, vt soluat
pretium ostendit Gomez Arias in l. 65. tauri, nu-
56 mero 143. † XXXXV. Tenetur purgare prouin-
ciam malis hominibus, Angelus in summa verbo
Index, quaest. 7. ad dicta, supra in c fin. de libelli obla-
57 tione, quaest. 4. § 19. à num. 1. † XXXXVI. Potest
supplere in causa pia, Guid. Pap. in singul. 447.
§. causa. † XXXXVII. Ponit pretium in vadis 58
vendendis in foro publico: tradit idem in singu-
lari 406. §. Iudex. † XXXXVIII. Cogere potest, vt 59
domus ruinosa reficiatur, vt per Zepolam tractat.
de seru vrbanor. praedior. cap 59. num. 4 Petrus Due-
ñas in reg. 155. limitatione fin. Ioannes Mathienco
in suo dialogo 3 p. cap. 11. num 12. † XXXXIX. 60
Item ex officio pronunciat appellationem deser-
tam: bene ostendit Petrus Nuñez de exequendis
mandat. c. 1 n. 27. versic. pro quo.

L. Tenetur iudex officio visitare terminos ci- 61
uitatis, & villarum, vt & ipse docet, ibi cap 4 n. 12.
versic praemitto, Mathaeus de Afflictis in dec. 341.
num 6. addicta supra in dicto cap. fin. de libelli oblat.
dicta quaest 4 § 19. † LI. potest petere bona Ec- 62
clesiae, quae sunt alienata: idem Auendaños ibi in
dicto cap 4. num. 29. verbo & si praelatus. † LII. 63
Item interponit officium suum, non petitum,
quando agit de honore iudicis superioris, Auen-
daños resp 11. n. 7. circa finem ad Textum in cap. vt
debitus honor de appellation. † LIII. Item ex 64
officio compellit partes ad concordiam in qua-
tuor casibus adductis per Afflictis in decision.
Neapol. 141. num. 6. & 7. refert Ludouicus à
Molina de maioratu lib. 4 cap 9. num. 30. ad quod
applicabis quae adduxi, supra in cap. 1. de mutuis
petition, quaest. 5. vbi num quid iudex reconuen-
tionis, possit partes ad concordiam reducere.
† LIV. Item ex officio condemnat ad resti- 65
tutionem pignoris, soluto debito, vt per Af-
flictis in decis. 35. numero 3. † LV Recipit 66
probationes innocentiae inquisiti, vt per Hy-
politum de Marsilis in singul. 59. & in pract.
§. vltimo numero 15 † LVI. Supplet in no- 67
toriis: tradit Hypolitus ipse in practica, §. exa-
minanda, num. 11. & in l. vnica Cod de raptu virg.
num. 71. Decius in cap ex insinuatione de appellat.
num 8. & in cons 655 num. 27. Mathaeus de Af-
flictis in decis Neap. 39. post. num 8. † LVII. Item 68
ex officio quaerit (vt iam dictum sit) rei defen-
siones, Marsilius in practica, §. nunc videndum
numero 7. & cons 10. num. 55. Alexand. cons 4.
numero 3. libro 6. Boetius decision. 165. nume-
ro 1. Afflictis in decis. Neap. 16. numero 5 † LVIII 69
Item testes non productos pro rei innocentia
examinat, Hypolitus in practica, §. opportune,
num. 14. & in l. 1. § fin. num 3 ff de quaestion etiam
contra veram, & spontaneam confessionem, se-
cundùm eundem, cons. 49. num. 41. & cons 90.
num. 28. † LIX. Inducit testes contra reum, 70
accusatore praesente, vt per Hypolitum in ea,
pract § sequens.

LX. Potest iudex supplere pro reo, quando 71
viderit euidentem actoris calumniam tradit Bal-
dus cons. 268. num. 2. p. 5. Hypolitus in pract.
§ opportune, num. 79. & in l patre vel marito, n 80.
ff. de quaest. † LXI. Reuocat decretum suum, si 72
se deceptum repererit in ipsius interpositione;
idem Hypolitus in singulari 461. † LXII. Item 73
ex officio procedit contra Assassinum, vt osten-
dit Hypolitus in l. vnica, §. cogniturum, ff. de quaest.
num. 65. & in l. vnica, num. 104. Cod. de raptu virg.
† LXIII. Occurrit etiam iudex iniquitati mani- 74
festae; idem Hypolitus cons. 39 num. 10. & cons. 60.
num. 20. & cons. 82. num. 21. † LXIV. Corri- 75
git dolosè gesta à partibus; idem Hypolitus
cons. 86. n. 23. † LXV. Item remouet procurato- 76
rem, & exequutores negligentes Cassan. in cons.
Burg. Rub. 6. § 6. Glos. fin. n. 10. & 11. † LXVI. fures ad 77

furcam condemnat, vt tradit ipse Cassaneus *in*
eisdem consuetud. Rub. 1. §. 5. *Glossa poue la pre-*
78 *miere, num.* 2. † LXVII. Item ex suo officio
absque accusatore potest repellere falsum instru-
mentum ab aliquo præsentatum, scienter ad pro-
bandam suam innocentiam, aut exceptionem,
l penult. Cod. de probat. Textus, in l. 28. *tit.* 1. *p.* 7. Vbi
Gregorius addit, quod producens rescriptum su-
spectum capitur, & sub fideli custodia remittitur
ad locum, vbi creditur falsum fabricasse secun-
dùm Balum *in. cap.* 2. *de rescript.* vbi cum multis
dicit ipsum producentem præsumi ipsum falsum
79 fabricatorem. † LXVIII. Item ex eadem lege
part. repellit quemcunque falsum testem, qui
coram eo deposuerit, iuxta Textum *in l nullum,*
80 *Cod. de testib. & l.* 42. *tit.* 16. *p.* 3. quam videbis, &
ibi Gregorium. † LXIX. Malefactores, grassa-
tores, & viarum prædones manifestos apud vi-
cinos locorum, in quibus grassantur, aut quo-
rum factum celari nequit, potest proprio officio
punire, & ad id quærere, *dicta l.* 28. *part.* vbi
Gregor. in Glossa *ante el*, dicit probari ex illa
dictum Baldi *in dicta l. nullum, col.* 2. versic. *quæro*
81 *iudex perusinus.* † LXX. potest officio proce-
dere aduersùs accusatorem malitiosum, qui ne-
quit probare accusationem, quam posuit, *dicta*
l. 28. *part.* & *ibi*, Gregorius qui id probat in Glos-
sa *el quarto*, ex *l.* 1. *Cod. de calumniator*, *& ex l. qui*
cum maior, §. *si libertus*, *ff. de bonis libertorum*,
quod fallit in nonnullis casibus, in quibus mali-
tiosus accusator non punitur, de quibus *ibi* re-
82 sumptiuè, & latè *in l.* 21. *&* 26. *C. tit.* 1. *p.* 7. † LXXI.
Item si iudex sciat tutores, curatoresue, seu or-
phanorum administratores, non rectè eos curare
seu in suorum bonis, geri, & in damnum orpha-
norum poterit officio remouere, & punire; docet
Gregorius *in dicta l.* 28 *part.* per eam in Glossa ibi
vsa mal, per Textum *ibi & in l.* 3. §. *præterea*, *ff. de*
suspectis tutoribus, alia adducit Gregorius *in Glossa*
83 *dict. leg.* 28. verbo *ha poder.* † LXXII. Punit
etiam delinquentem sine causatore, vt probatur
ex dictis, & in terminis tradit Hypolitus *dicto*
84 *cons* 86. *num.* 24. † LXXIII. Item repellit à iu-
dicio quem lex, vel statutum prohibet admitten-
dum, Cassaneus tradit, *in consuet. Burgund Rub* 14.
85 §. 11. *Glossa fin. num.* 8. † LXXIV. Potest coge-
re patrem, vt constituat filiæ congruam dotem, &
potest se intromittere ad interponendam autho-
ritatem testandi; tradit Palazios Rubios *in c. per*
vestras de donat. inter, §. 71. *col.* 354. verb, *quinimo,*
Bald. *nouell. de dote, p.* 6. *priuilegio* 18. Boetius *de-*
86 *cis.* 130. *num.* 4. *&* 5. † LXXV. Item supplet in
causa electionis parte absente, Philipp. Decius *in*
87 *c. constitutus, num.* 1. *de appellat.* † LXXVI. Ex ea-
dem ratione potest prælatus examinare electum
sibi præsentatum, *c. nihil est, c. cum nobis olim, c. ve-*
nerabilem de electione, notat Panormitanus *in dicto*
c. cum nobis, Balboa *hic sub n.* 42. Patianus *de probat.*
88 *lib.* 2 *c.* 30. *à num.* 36. † LXXVII. Item ex his in-
ducit idem Balboa, quos prohibet prætor esse
prohibitos, etiam parte non opponente, *l. quos*
prohibet, *ff. de postulando*, *l filiusfamilias*, §. *ve-*
89 *terani*, *ff. de procurat.* † LXXVIII. Item ait ibi
quod iudex compensationem admittit, parte
non petente, *l. fin. ff. de petit. hæreditat. l. apud*
90 *labeonem*, §. *si quis*, *ff. de iniuriis.* † LXXIX.
Item in obligationibus rem tradi potest ex officio
condemnare ad interesse, seu æstimationem, Ab-
bas *in c. olim causam de censib.*

LXXX. Dicendum quod in spiritualibus om- 91
nibus potest iudex ex officio, & parte non pe-
tente procedere, vt tradit Abbas *in c. cum Eccle-*
siæ, *hoc tit.* Applicabis Boetium *decis.* 171. vbi di-
cit quod in beneficialibus potest supplere, *c. cum*
cupientes, §. *denique de elect   ion. lib.* 6. & in aliis ex
d. c. cum nobis, c. cum dilect. de elect. † LXXXI. Item 92
& in quocumque casu, vbi vertitur periculum
animæ supplet ex officio, nullo petente, Panor-
mitanus *in c. in litteris*, *num.* 1. *de restit. spoliator.*
c. tuas, num. 8. *de vsuris, & in c. conquerent. num.* 11.
de filiis presbyt. Felinus *in c. cum dilectus*, *de fi-*
de instrum.

Alios casus congerit Azor *in tit. Cod. qui accu-* 93
sare non poss. in summ. col. 1. versic. *in casibus ta-*
men: tradit Glossa *in l.* 2. §. *si publico ff. de adul-*
teriis, multos etiam casus, in quibus iudex offi-
cium non petitum inpartitur, congesserunt Rob.
Maranta *de ordin. Iudiciorum* 6. *p. c. de inquisit. à*
num. 106. Ioannes Oroscius *in l. nec quidquam,*
§. *fin. ff. de officio proconsul, num.* 3. 4. *&* 5. *col.* 434.
Didacus de el Castillo *in l.* 57. *tauri, num.* 17. Viuius
in suis conclus. verbo *iudex non potest*, Romanus *sin-*
gulari 519. Iacob. *nouel. in reg.* 42. verbo *iudex*, Pa-
normit. *hic à num.* 7. Platea *in l præcepit. Cod. de ca-*
non. largition lib. Socinus *Reg.* 245. *vel* 197.

Verùm quia regula est, *vt suprà. in princ.* ad- 94
duxi, quod iudex non procedat sine partis cita-
tione ex *dicta l.* 4. §. *hoc iudicium*, *ff. de damno in-*
fecto in l. de pupillo, §. *qui opus*, *ff. de noui operis*,
nunciat Textus, in l. vnius, §. *cogniturum*, *ff. de*
quæstion. vbi cauetur quod si iudex aliquid face-
re teneatur sub pœna, non cadit in eam nisi par-
te petente, ex quo Textu multa bona infert Hy-
politus *ibi num.* 2. cum aliis, quod reuera intelli-
gitur, vbi præcipue attenditur priuata litigan-
tium vtilitas, vt patet ex casibus sequentibus.
† Primus quando aliquid alicui competat, aut 95
iudex aliquid debebeat facere intelligi si à parte
petatur, & non alias Cassaneus *in consuetud. Bur-*
gund. Rub. 13. §. 8. *Glossa* 1. *num.* 4. Matienco *in*
l. 10. *tit.* 17. *Glossa* 12. *num.* 2. *lib.* 5, *recopilat.* Ia-
son *in l. properandum*, §. *siue autem alterutra, Cod.*
de iudiciis, *num.* 30. *&* 31. † Secundus quod ad 96
commodum partis nequit iudex se fundare ex of-
ficio, etiam super his, quæ sibi ex actis constant,
secundùm Felinum *in c. ex tenore de rescript.* † Ter- 97
tius & in tantum procedit, vt ad priuatam vti-
litatem, non possit procedere, etiam in crimi-
nalibus, nisi petatur, vt *in c. innotuit. de elect. in*
l. cum postulassent de officio proconsul. ibi Bartol. &
Doctores, de quo bene Socinus *Reg.* 200. *iudex*
ex officio. † Quartus quod citatio facta ex offi- 98
cio sine partis citatione, sit nulla, nec arctat ci-
tatum vt tradit late Ioannes Lupus *in c. per ve-*
stras, *de donat. inter vir. & vxor. col.* 157. † Vnde 99
& quinto infertur cum Alexandro *cons* 82. *lib.* 1.
Decio *in l. si super possess. Cod. de transact. num.* 10.
vt si statuto caueatur, quod potestas teneatur
compellere coniunctos ad compromittendum,
debeat intelligi, si petatur.

Notabis autem quod in omnibus casibus, in 100
quibus iudex potest supplere admittit tertiũ, cu-
ius interest, vt consuluit Philip. Dec. alios referens
cons. 429. *n* 4 Gratian. *Reg.* 299. *n.* 83.

Sed si dubites an iudex debeat condemna- 101
re ex officio in expensis factis, respondent DD.
vt non debeat condemnare in factis post li-
tem contestatam, non petitis; licet possit
si

si velit secùs in expensis factis ante litis contestationem, in quibus sine petitione partis nequit condemnare, Decius *in cap. sæpè num.* 10. *de appellat.* Hypolitus *in l. Patre, vel Marito, ff. de quæstion. num.*67. Iason. *in l. properandum*, §. *sine autem alterutra, Cod. de Iudic. dicto num.* 30. *&* 31. Antonius de Tremo *in addition. ab bona, cur te in practica*, verbo *exceptionem, num.*5. versic. *reficere*, quod notabis ad intellectum *l.*6. *tit.*13. *lib.* 3. *fori, & l.*251. *styli.*

102 An autem Iudex dicatur grauare partem, si non faciat, quod ex mero officio facere potest, & vtrum pars propter hoc possit appellare: tractat Felinus in nostro Textu *n.* 4. Hypolitus *in l. quæstionis modum*, *n.*65. *de quæst.*

AD TEXTVM IN CAPITE XIII. Aduersario, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. TExtus iste agit de exceptione rei iudicatæ, cur, & quando desinat competere, & quia de ea nonnulla dixi *suprà in Rubr. q.*2. versic. *ad quartam*, vbi de exceptione nullitatis rei iudicatæ, *& ibi q.* 4. versic. *ad secundam*, vbi de exceptione, quem effectum producat, & qualiter opponatur; Ideò amplius non repeto, & sic recurres ad ea, quæ adducunt Donellus *lib.*22. *comment. cap.* 25 Zangerus *de exception.*3. *p. cap.*17. Petrus Faber *lib.*16. *semestrium, cap.* 21. Langleus *lib.* 5. *semestrium cap.*2. Cujacius *lib.*70. *Pauli ad edictum, in l. & an eadem* 14. *ff. de exceptione rei iudicatæ, & ad leg.* 1. & integrum eum titulum, & ad Textum *in l. sed si. ff. de popular. actionibus, & litium expensis, ad cap.*1. *de litis contest. lib.*6. & ad Doctores in præcitatis iuribus, & ad scribentes *in* §. *item, si in Iudicio, & in* §. *hac exempli, &* §. *quartum Inst. hoc tit.* cum pluribus aliqua adducit *hic* Barbosa videndus, & Balb.

II. Ad verba *ibi Aduersario tuo par Iudicem absoluto, quoniam tempore litis motæ rem petitam ab ipso sine dolo desierat possidere*: adiunges plura. quæ adduxi de absolutoria sententia, & eius effectibus *in cap. examinata* 15. *de Iudiciis à quæstion.*19. nonnulla *in cap. fin.* §. 1. *sub quæstione* 2. *de iureiur.* & ad quæstiones concernentes *in dicto cap. examinata q.*13. vbi egi de ea, an lata pro Reo auferat Dominium ab Actore, & ibi *q.*25. an possit ferri sine causa, & sine scriptis, & ad propositum nostri textus *ibi q.*19. vbi egi an reus sit absoluendus ab obseruatione Iudicij, quando constat eum rem petitam non possidere, quid in aliis casibus *q.* 20. Et applicabis quæstionem 24. *ibi*, An Actor debeat declarari à Iudice Dominus rei repetitæ, quando Reus simpliciter accipit Litem, non asserens rem petitam possidere.

III. Et ad verba ibi *si eam modo possideat tibi petenti denuo rei iudicatæ exceptio tibi non obsistat*, congruit quæstio an actio proposita, quæ tempore litis non competebat validè efficiatur ex iure superuenienti, de qua *in cap. dilecti 6. de Iudiciis, q.*13. vbi in versic. *in secunda ducta q.* 13. egi de alia, an agens ex vna causa, probans ex alia à Iudicio repellatur.

IV. Et ad quæstiones qualiter sentẽtia ferri debeat reo suscipiente Iudicium simpliciter, & non possidente per hunc Textum Couarr. *in cap. Raynaldus de Testamentis*, §.3. *à num.* 4.

V. Et an semel absolutus ab obseruatione Iudicij possit iterùm ob idem delictum accusari, latè *in cap. de accusat.* de quo interim præter alios latissimè Couarr. *lib.*2. *var. cap.* 10. *per totum.* Ad alias applicabis dicta *suprà in dicto cap examinata q.*16. *& in cap. venerabilis* 20. *de Iud. quæstione* 4. *à num.* 4.

AD TEXTVM IN CAPITE XIV. Et Fin. hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. DE validitate rescripti ab excommunicato impetrati, non facta mentione de excommunicatione videbis *suprà in cap. ab excommunicato* 41. *de rescriptis*, & quia ad integram Textus nostri conueniunt notata *suprà in cap. dilecta* 10. *hoc tit.* ibi leges, & in locis ibi assignatis expendit Balboa *in cap.* 2. *hoc tit.* & alij repetentes. II. Per hunc Textum agunt Doctores de ea quæstione an concesso aliquo concedantur, & omnia quibus illud expediatur satis, de quo *in cap. præterea de officio delegati*: notauit hic Abbas *num.*5. iam aliqua dixi *alibi.*

III. Item & de illa, an excommunicatus possit impetrare, Felinus hic; vbi ampliat, & limitat *leg.* 38. *tit.* 18. *p.* 7. vbi benè Gregorius Bernardus Diez. *Reg.* 330. ibi Salcedus, Couarrunias *in cap. Alma* 1. *p.* §. 7. *& num.* 3. Gratianus *Regula* 177. sed quia ea pertinet ad Actus, qui ab excommunicatis fieri permittuntur aut prohibẽtur leges notata *suprà in cap.*2. *hoc tit.* & quæ dico sub *tit. de sentent. excomm.* & cum his finem impono exceptionum materiæ hodie 8. Iunij 1653. Dominica sanctissimæ Trinitatis vtinam in eius laudem.

AD RVBRICAM ET TITVLVM DE PRÆSCRIPTIONIBVS PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Connexio tituli de præscriptionibus cum titulo de exceptionibus.*

2 *Quæstiones nonnullæ de præscriptionibus iam agitatæ hic assignantur*, & n. sequentibus.

1 TITVLVS iste dicit continuationem ad præcedentem de exceptionibus cum iam *ibi in princ. Rubrica*, in verſ. *insuper* dixerim exceptiones ſolere ſæpiùs præſcriptiones appellari; Etenim earum, & vſucapionum natura ea eſt, vt ab vno in alterum Dominium rei transferatur, cuius occaſio ne qui perit Dominium, ſolet illudi præſcriptione obiecta in contrarium admodum illius, qui aliter aduerſus Actorem excipit: Quare cum ex ſtylo, quem ſequimur ſemel dicta ex propoſito, vlteriùs non ſint repetenda; ideò quæ iam *suprà* ſcripta ſunt per quæſtiones circa præſcriptiones, & vſucapiones, nunc breuiter inſinuabo, vt alia nondum agitata ſub hac Rubrica, & Titulo ſcribam.

2 *Præscriptio quinque pedum, an aliquo modo redigi poſſit ad actionem finium regund.* dixi in cap. 3. de probation. q. 3.

3 *Authoris mala fides, an noceat Succeſſori, ad. præscribendum* in cap. quia v. de Iudic. 42. *vbi ſub diſtinctione.*

4 *Iuriſdictio an acquiratur præscriptione, quemadmodum priuilegio, & conſuetudine* in cap. cum contingat 13. de foro competenti q. 2. *adiunges alia dicta* in cap. 8. de Iudic. quæſt. 4. & 5. *vbi qualiter pro affirmatiua.*

5 *Poteſtas ferendi cenſuras, an poſſit conſuetudine, aut præscriptione acquiri* in cap. cum contingat 13. de foro comp. quæſt. 3. *affirmaui ſimiliter Eccleſiaſticos.*

6 *Miſſus in poſſeſſionem ob contumaciam rei, ſi ſciat rem eſſe alienam, an poſſit eam præscribere ex miſſione ſecundi decreti*, dixi in cap. quoniam frequen-

7 ter, §. in aliis, vt lite non conteſtata q. 4. † Et negabis, vbi adduxi quæ citatio ſit neceſſaria ad interrumpendam præſcriptionem; aliqua dico infrà in cap. illud, & ſub cap. fin, q. 1. verſic, *item intelligitur.*

AD RVBRICAM,

SVMMARIVM.

1 *Præscriptionis materia abundè tractatur per DD. hic relatos num. 2.*

COmmuniter Doctores ſatis latè hanc difficilem tractationem in ſcholis, & ad praxim tam in noſtro tit. quam in titulis, *ff. Cod. & inſtit. eodem* tractarunt, & alij diuerſis in locis, inter quos Baldus, Tiraquellus, Petrus Barboſa, Antonius Gabriel *tom. 3. comm. opin. ſub hoc tit.* Conanus *lib. 3. commentariorum cap.* 11. Reuardus *lib. 3. var. c vnico* vbi plura ex antiquitate de differentia vſucapionis, Donellus *lib. 5. commentariorum, & ibi cap. 4.* vbi Oſualdus *littera A, de definitione cap. 5. de effectu, & æquitate vſucapionis cap. 29. & 30.* & de præſcriptione longiſſimi temporis *cap. 31. de tempore vſucaptionis cap. 19. de vſucapione rei donatæ filio* Antonius Faber *de erroribus pragmaticorum decade 42. errore 3. de differentia mobilium & immobilium vſucapionis*, idem *decade* 88. *errore* 6. Couarruu. *latè in Regula poſſeſſor.* Menchaca *quæſt. illuſtr. cap.* 3. Rendinus *in promptuario recept. ſent. tom. 1. tit.* 89. Parlad. *rerum quotid. lib. 1. cap. 1.* Pachin. *controuerſ. lib. 1. cap.* 64. latè etiam Anaſtaſius Germon. *de ſacrorum immunit. lib. 3. cap.* 18. Didacus *tit.* 13. *lib. 3. ordinam.* Molina *de iuſt. & iure tract. 2. diſp.* 60. cum ſequentibus Leſſius *eodem tractatu lib. 2. cap.* 6. Sairus *in Claui Regia lib. 9. cap.* 12. nouiſſimè Egidius Trullenq. *in opere morali lib. 7. cap. 4. per totum* vbi refert alios Summiſtas. 1

Cumque ab iſtis, & aliis Doctoribus quidquid deſideres, poſſis prælibare etiam quoad forum animæ, quibus addo magis noiſſimè Thomam Hurtadum Clericorum minor. *tom. 2. variarum tit.* 2. Ideò ego tam ad Rubricam, quam ad ſingula capita huius tituli clariori, & breuiori modo gerere me curabo. Et præter notata & quæ dico *infrà in ſequentibus quæſtionibus*, adiunges quæ pro hac Rubrica ſcribit Matthæus Colerus *de proceſſibus executiuis p 4. à fol. 63.* 2

QVÆST.

QVÆSTIO I.

An vsucapio, præscriptio, & exceptio assimilentur, seu differant?

SVMMARIVM.

1 *Vsucapio, præscriptio, & exceptio in quo differant remissiuè sub n.4.9.*
2 *Præscripsio quid sit, & num. 5. quid vsucapio, & num. 10.*
3 *Præscriptio & exceptio idem sunt, in quo differant, n o. & n.16. 7.*
5 *Possessio longi temporis vocabatur antiquitus præscriptio.*
6 *Præscriptio refertur ad exceptionem dilatoriam, & peremptoriam, num. 8.*
7 *Præscriptio militiæ id est exceptio.*
8 *Præscriptio dicitur peremptoria, sicut exceptio.*
9 *Præscriptio, & vsucapio qualiter idem sint, & quibus differant n.15.*
10 *Præscriptio, & vsucapio, & si idem videantur ad diuersos effectus distanti tempore fuerunt introducta: n.11.12.13. & 14.*
11 L.3.§ ductus, ff de aqua quotidiana.
12 *Vsucapio ad mobiles, & præscriptio ad immobiles deseruiunt secundum aliquos.*
13 *Vsucapio est fauorabilior præscriptione, & præscribere quid sibi velit.*
14 *Præscriptio, & vsucapio differunt octo modis,* numeris sequentibus.
23 *Præscriptio, & vsucapio iure Canonico promiscuè solent sumi, etsi eodem iure differant. numero 14. & 25.*
24 *Vsucapio omnis, & præscriptio non econtrà.*
25 *Præscriptio, qua extinguitur actio personalis, aut realis, non est propriè vsucapio.*

1 VT ergò fundamenta pro hac tractatione radicitus capias, oportet vt ab antiquitate nonnulla percipias; Differunt ergo vsucapio, præscriptio, & exceptio; licet promissiuè à DD. accipiantur, præcipuè præscriptio, & vsucapio & item exceptio, & præscriptio; vt *suprà in Rubrica de exceptionibus*, iactaui *ibi*, à versic. *insuper*, pro cuius dicti ampliatione videbis.

2 Igitur cum Doctores inquirunt quid sit præscriptio, dicunt, vt nihil aliud sit, quam exceptio iuxta textum *in l. cum tutoribus in princ. ff. de transact. l. si fideicommissum*, §. 1. *& vlt ff. de Iudiciis l. nihil interest*, §. 1. *ff. de inofficioso Testam.* obidque Tribonianus in libris Pandectarum, & Codicis sub *tit. de exceptionibus*, tractat, & de præscriptionibus, & sic extat liber Tertulliani *de præscriptionibus*, id est de exceptionibus, & defensionibus aduersus Hæreticos, adque sic Modestinus *in leg. 3. ff. de tempor. & diuers. præscript.* longæ possessionis præscriptionem dicit, & Vlpianus *in l.5. ff. eodem longa possessionis* exceptionem appellat, & idem quod Marcellus *in l. 1. ff. si libertus ingen. dicatur esse* temporis exceptionem vocat Papinianus *in dicta l. 5.* temporis præscriptionem dicit.

3 Vnde videtur non esse dubium inter Authores exceptionem, & præscriptionem idem esse; Nam & Marcus Tullius *in oratione lib. 2. vt Petitor*, inquit, *rursus competeret, nec exceptione excluderetur* & Cujacius *in parath. Cod. de præscription. long. temp.* ait, *& inde præscriptioni nomen, quo nihil aliud quam exceptio significatur.*

Obidque dici debet præscriptio temporis exceptio, vt colligitur ex serie pandectarum titulorum, vbi ponitur titulus de temporalibus præscriptionibus, & aliis huiusmodi, qui eo libro continentur *tituli*, quamuis dubium non sit, quin adhuc aliqua sit differentia inter exceptionem, & præscriptionem: Nam illa, vt suprà satis *in tit. præcedenti*, insinuari generalior est, vti constat ex diuersis exceptionibus, de quibus *ibi* dixi, sed præscriptio propriè ea est, quæ cursu temporis à lege definiti authoritatem habet contra verum Dominum, aut frustuarium, aut creditorem pignoratitium, & quemcumque alium, cui aliquid est iuris in fundo *l. creditor, ff. de diuers. & tempor. præscript.* declarat exemplis Anastasius Germ. *de Sacrorum immunit. lib. 3. cap. 18. à num. 30. qui num. 28. ex dicta l. 3. ff. de diuers. & tempor. præscrip. & l. Emptor, Cod. de prescript. long temporis* præscriptionem nihil aliud esse quam exceptionem quæ ex vsu temporis, & vsucapione insurgit, atque oritur, præit igitur vsucapio, & sequitur præscriptio, nam *præscribere* hoc est *excipere*, quoniam modo potero aduersùs eum, à quo conuentus sum nisi iam vsuceperim. 4

Ex his fortè factum fuit, vt iuris vtriusque Interpretes, imò & ipsi Sacratissimi Antistites possessionem, seu acquisitionem longi temporis præscriptionem appellarent quod in iure Ciuili non caret exemplis, vt *in l. qui alienam in princ. ff. de euict. l. ei à quo, ff de vsucapion. leg. quinque pedum, Cod. finium regund. §. ex his Inst per quas personas*, vt plurimùm tamen præscriptio est exceptio, quæ definiri potest vt sit exceptio ex tempore legibus definito substantiam capiens, prout dixit Glossa *ad sum. 10. q 3.* quam sequuntur Gofredus *in summa tit. de præscript.* Alciatus *ad Rubricam eiusdem, n 4 & ad dictam l. quinque pedum, & ad leg. vt sunt, ff. de verb. signif.* Couarruu. *ad regul. possessor. malæ fidei, n. 4.* qui cum pluribus examinat, & probat. 5

6 Imò & idem Couarruu. *in dicta Reg. in princ.* rectè existimat, pluribusque probat præscriptionem referri ad exceptionem dilatoriam & peremptoriam; vt est exceptio: sequitur Anastasius Germ. *suprà num. 4. & 5.* siquidem Accurs. *ad leg. 2. Cod. de precib. imper. offerend. & ad leg. præscription. Cod. si contra ius*, vel vtilitatem publicam interpretatur moratoriam præscriptionem, dilatoriam exceptionem. † Etenim apud Imperatorem Gordianum *in l. ita demum, Cod. de Procur.* legitur præscriptio militiæ, hoc est exceptio quæ militi opponi potest, ne Procuratoris officio fungi possit. † Sic & peremptoria dicitur præscriptio, sicut exceptio *in l. Titia cum Testamento. §. Caius, l. cum Pater, §. Pater qui filio, ff. de leg. 2. l. peremptorias, Cod. sententiam resc. non posse, l. præscriptionem, Cod. hoc tit. l. emptor, Cod. de præscript. longi temporis, dicta leg. 3. ff. de exception.* 7 8

Iam ergo visum est quid præscriptio, & exceptio sibi velint; nunc autem an vsucapio, & præscriptio eadem sint, seu differant sciri oportet; Imò quod promiscuè sumatur apud iuris vtriusque Interpretes passim accipitur *præscribere pro vsucapere, cap. causam quæ in fine cap. fin. hoc tit. Reg. Possessor. de Reg. iuris, lib. 6.* Nam sicut præscriptio capitur pro acquisitione quæ fit per possessionem, ita vt pro vsucapione *dicto cap. fin* 9

&.

& Reg. fine possessione de Reg. iuris, lib. 6. quare Alciatus *in dicta l. quinque pedum*, Cortasius, & plerique ex nouioribus relati à Couar. *in dict. Reg. possessor. in princ. num. fin.* dicunt quod etsi hæc exceptio non sit ita frequens in libris digestorum, nihilominùs non sit ita impropria, & barbara Iureconsultis, aut Imperatoribus incognita, Barbosa *hic, num. 6.*

10 Quare Doctores communiter definiunt præscriptionem, seu vsucapionem dicendo, vt sit acquisitio Dominij per continuam possessionem temporis à lege definiti secundùm Consultum *in l. 3. ff. de vsucap.* vbi Ferret. *à num. 15.* Cujac. & alij, Abbas *num. 3.* Alciatus 15. Beroius, & nonnulli in hac Rubrica tangit Glossa verbo *quod autem præscriptionem in summa 16. q. 3.* Cortadus *de contract. q. 15. concluf. 3.* Menchaca *illustr. cap. 51. num. 7.* & hanc definitionem admittit Barbosa *hic, num. 7.* licet aliter præscriptionem definiat Glossa dicto verbo *quod autem*, quam in effectu sequentur Alciatus *hic, num. 4.* Ferretus *num. 84. in dicta l. 3.* Couarruu. *in dicta Reg. possessor. 1. p. § 1. num. 4.* obidque etsi præscriptio pro exceptione sumatur, vt dixi, tamen hanc acceptionem nimis generalem, & impropriam esse dixit Trulleng. *in opere morali lib. 7. cap. 4. dub. 1. num. 4.* vbi cum Lessio *lib. 2. de Iust. cap. 6. dubio 1. num. 2.* Saito *in Claui Regia lib. 9. cap. 12. num. 1.* quod propriè præscriptio sumitur pro Dominij acquisitione, vel iuris alieni elisione ex tempore legibus definito proueniente, & hoc modo dici præscribere domum, vineam, agrum, vel acquirere Dominium domus vineæ, & agri. Et sic ab impugnationibus latè defendit *hic* Barbosa sub *dicto num. 7.* aduersus illos, qui dicunt acquisitionem Dominij esse effectum vsucapionis, sed non esse ipsam vsucapionem, quæ à suo effectu distingui debet, nec præfatam definitionem conuerti cum suo definito.

11 Sed cum Antonius Pichardus *in § 1. Inst. de vsucap. num. 4. & fin.* vt expendat Textum *in l. 3. § ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana, & æstiua*, constituat differentiam inter vsucapionem, & præscriptionem, dicens omissis aliorum erroribus Textum illum non de vsucapione, sed de præscriptione esse accipiendum; Nam quatenùs seruitutes vsucapi non possint ex *l. seruitutes 14. ff. de seruit.* Tamen si quis aliqua seruitute longissimo tempore vsus sit, eam præscribit; id est ex longissima possessione illa, præscriptionem; id est exceptionem, qua eam defendat, acquirit, vt latè autumat Parlador. *lib. 1. rerum quotidian. cap. 1. § 8. num. 3.* videndus *a § 1.* cum aliis, vbi ex bonis Authoribus longè agit differentiis inter præscriptionem, & vsucapionem, vbi *n. 3.* cum aliis defendit præscriptionem esse temporis exceptionem, & quod vsucapio, & temporis præscriptio diuerso iure à distantibus sæculis introductæ sint, illa tempore 12. tabularum iure, vt apparet ex *princ. Inst. de vsucap.* & ex Cicerone *lib. 1. de legibus*, de qua te longissimè agit Rebardus *var. dicta lib. 2. tote tit. vnico*, vbi expendit tempora varia, quibus vsucapio fuit introducta, eum videbis pro curiosa antiquitatis inuestigatione in hoc puncto, præscriptio autem fuit introducta ex Principum constitutionibus, vt ostendit Textus *in § 1. Inst. de perpet. & temp. action. § quod autem, Inst. de vsucapion.* Imò addit *ex § 1. item nobis, § ex his Inst. per quas personas acquiritur ex l. fin. Cod. de edicto D. Adriani tollendo, § quod autem de vsucapionibus Inst.* vt ne quidem etiam hodie post legem *vnicam, Cod. de vsucapion. transfor.* vera sit acceptio Aleiati, quam nequaquam Legislatores appellarent longi temporis præscriptionem, & vsucapionis præscriptionem.

Quare & si communiter Interpretes constituant eam esse differentiam, vt vsucapio ad res mobiles, temporalis verò præscriptio ad res soli seu immobiles pertineat iuxta Glossam *in dicta l. 3. ff. de vsucap. & princ. Instit. de vsucap. Glossa in summa 16. q. 3.* Bart. *in dicta l. seruitutes, ff. de seruitutibus*, Abbas, & cæteri *in Rubr. hic*, Bald. *de præscript. p. 1. q. 3.* tamen ipse Parladorius *dicto lib. 1. rerum quotid. in princ. sub num. 4. 5. 6 & 7.* eos carpit cum vsucapio non solùm res mobiles, sed & soli comprehendat, nec nimis propriè ad mobiles, & ad immobiles referatur probans ex pluribus textibus, præcipuè *in l. eum qui ædes, l. quamuis, l. numquid, ff. de vsucapion.* & denique ex omnibus ferè legibus illius tituli; appatet, & ostendit textus *in l. 1. ff. de public. in rem actione, l. 1. Cod. comm. rerum alien. § 1. & § furtiua Inst. de vsucap.* Ob idque, etsi Alciatus, & alij relati dicant 10 prædictis & aliis iuribus impropriè, & abusiuè loquutos, quo commento prædictis iuribus satisfacere conantur, Tamen cum Quintilianus *lib. 5.* & Valla *in Proemio elegan. lib. 5.* Consultos ab impugnatione, & improprijs defendunt, cum non solùm Iurisprudentiæ Cultores, sed & linguæ latinæ elegantia florentes non vsurparent vsucapionem pro præscriptione, nec econtra ita sæpè. & sic addit Parlad. *in dicto §, à num. 14.* non mediocriter peccare Interpretes, quod hoc verbum præscribendi eum generale sit, & ad omnem exceptionem pertinens, ad temporalem exceptionem redigant, ac obstinatè, cum nunquam Iurisconsulti vtantur in hac significatione hoc verbo sine oppositione illa *temporis*, vel *temporalis*. 12

Etenim, vt ait Anastasius Germ. *dicto lib. 3 de Sacrorum immunit. cap. 18. à num. 21. præscribere* non significat vsucapere, vel vsu rei Dominium acquirere, nec quisquam hanc vocem latinè eo sensu vsurpauit; sed quia Barbari ita loquentur ea ex vsu Barbarorum cœpit in forum sensim irrepere, & in scholis vsurpari, quocirca ipsi Sacrorum Canonum Conditores, qui se potiùs, ac negotiis, quam verborum delectui, aut proprietati accommodarunt (illis præsertim temporibus, quibus Italia à Barbaris vexata, & puritas latini sermonis proptè extincta est *pro vsucapione*, vsurparunt *præscriptionem*, & pro *vsucapere*, *præscribere*, cum discrimen sit inter eas non minimum; Nam si quis rem vsuceperit, cum bona fide non solùm præscriptionem habet, hoc est exceptionem, si conueniatur; sed & Dominium, veluti si quis rem immobilem decem annis inter præsentes, vel viginti inter absentes posſederit, non tantùm præscriptionem, id est exceptionem acquirit, qua agens remouetur; sed acquirit etiam Dominium *l. vnica, Cod. si aduersus Venditorem*, ex quo sequitur, vt fauorabilius sit vsucapio, quam præscriptio propter bonam fidem. 13

Ob id breuissimè dico cum Parladorio *dicto lib. 1. rerum quotidianarum* & cum eodem Anastasio Germonio *à dicto num 21. cum sequentibus* inter præscriptionem, & vsucapionem nonnullas constitui 14

conſtitui differentias, quas præfari latè exami-
15 nant. † Itaque vt dixi, iuſtum & legitimum do-
minium conſequimur, ſed temporalis præſcriptio
16 nullum patit. † Item vſucapio aduersùs illos qui
integrum reſtitui ſolent procedit, ſiue ij minores
ſint, ſiue maiores, *l. nullo Cod. de rei vindicat. l. ab
hoſtibus, Cod de captiuis, & poſtlim. reuerſ. l. Attili-
cinus, ff. ſi ſeruitus vindic. l. 2. Cod. ſi aduerſus vſuca-
pionem, l. etiamſi ff de minoribus, l. 2. § ſi à pupillo, Cod.
pro emptore*, ſed præſcriptio longi temporis de-
cem ſcilicet vel viginti annorum, aduersùs eos,
qui reſtitui ſolent, non procedit, *l. 1. & 2.* cum
17 reliquis *Cod. de reſtit. militum*. † Tertiò pignus
vſucapione non tollitur, *l. vſucapio pignoris, ff. de
pignoribus, l. 2. ff. pro herede l. cum poſtularem. § fin. ff.
de damno infecto*, ſed longi temporis præſcriptio
18 pignus repellit, *l. 1. & 2. Cod. ſi aduerſus creditorem
longi temp. præſcriptio oppon.* † Quartò diſcrepant,
quia præſcriptio per litis conteſtationem inter-
pellatur, *l. more, Cod. de rei vind. l. nec bona fide, Cod.
de præſcript. longi temporis*; Vſucapio autem non
interrumpitur per litis conteſtationem, *l. 2. § fin ff.
pro emptore, l. ſi poſt acceptum, ff. de rei vind § ſi ad
exhibendum inſt de officio Iudicis, l. etſi vſucapio, ff.
familia erciſcunda, l. Iulianus, §. ſedet ſi quis, ff. ad ex-
19 hibendum.* † Quintò incorporalia vſucapi non
poſſunt, *l ſeruus, §. incorporales, ff. de acquirendo re-
rum dominio*, ſed temporalis præſcriptio habet lo-
cum etiam in incorporalibus, *l ſicut, C. de præſcript.
30. vel 40. annor. l hereditatis, Cod. de petitione here-
20 ditatis.* † Sextò tametſi in vſufructu, qui eſt Ius
incorporale, locũ habet longi temporis præſcri-
ptio, id eſt, licèt actio cõfeſſoria, vel negatoria pro
vſufructu competens longi temporis præſcriptio-
ne tollatur, vt luculentiſſimè oſtendit, *l. fin. Cod.
de præſcriptione longi temporis*; tamen vſusfructus,
cùm res incorporalis ſit vſucapione haudqua-
quam acquiritur, *l. Iuſto § non mutat, ff. de vſuca-
pion. l. acquiritur, §. fin. ff. de acquirendo rerum domi-
21 nio.* † Septimò ſeruitutes vſucapi non poſſunt,
*l. ſi aliena, § hoc Iure, ff de vſucapionibus, l. ſeruitutes
4 ff. de ſeruitutibus, l. & ſequitur, §. fin. ff. de vſuca-
pionibus*, ſed præſcriptio locum in iſtis habet, vt
manifeſtè oſtendit Textus *in l fin. Cod. de præſcript.
longi temp.* & *l. Cod. de ſeruitut. & aqua.* & quando
vſucapi poſſunt dico *infrà*, cùm vberiùs de ratio-
22 ne inquiro. † Octauò in illo etiam vſucapio, &
præſcriptio diſſentiunt, quod in vſucapione titu-
lus poſtulatur, & bona fides; atqui in præſcri-
ptione temporali, etiam longi temporis, ſcilicet
10. vel 20. annorum titulo opus non eſt, ſed tan-
tùm bona fides ſufficit & de differentiæ ratione,
horum omnium ſigillatim refert ipſe Palladorius
per nouem Paragraphos, vbi videbis, de quibus ego
infra expendo.

23 Cúmque Andreas Valenſis hic poſtquam
num. 3. dixerit, quod olim præſcriptio ab vſuca-
pione diſtingueretur, nam per vſucapionem ac-
quirebatur directum dominium, & directa in
rem actio, per præſcriptionem tantùm exceptio
peremptoria, vt iam dixi. & quamuis deinde Iure
nouiori *in l. pen Cod. de præſcript. 30. vel 40. anno-
rum*, vtilis actio per præſcriptionem acquirere-
tur, quod itidem etiam diſpoſitum legibus ante-
rioribus demonſtrent Textus *in l. ſi Deo. §. 1. ff. de
Iureiurando*, ibi, *poſt longi temporis præſcriptionem,
etiam vtilem actionem habere debere*, & *in l. ſi quis
diuturno, ff. ſi ſeruitus vendicetur, & l. 1. § fin ff de
aqua pluuia arcenda*; tamen Iure Canonico hodie,
& paſſim ab Interpretibus vtrumque pro domi-
nij acquiſitione; & Iuris alieni eliſione ſumantur,
euenire ait, quod præſcriptio hoc modo ſumpta
propriè ad vſucapionem ſe habeat. † Verùm 24
adhuc non reticet differentias, quas inter ſe ha-
bent, nempe vt omnis vſucapio ſit præſcriptio;
non ſic econtra. † Item quod præſcriptio, qua 25
extinguitur actio perſonalis, vel realis non ſit
propriè vſucapio; & in illo ſenſu rectè idem Va-
lenſis *num. 6.* expendit, qualiter vſucapionis de-
finitio conuenire queat cum ipſa præſcriptione.

Fermoſin. de Exceptionibus.

Q V Æ S T I O II.

*Cum communiter dictum fuerit quod vſuca-
pio ad res mobiles, præſcriptio ad immo-
biles adjudicaretur, dubium eſt, an rectè
diceretur olim diuiſio rerum, nec manci-
pi, & mancipi? Et à quibus antiquitus
vſucapio fuit introducta, & in quo diffe-
rant vſucapio, & longa poſſeſſionis capio?*

S V M M A R I V M.

1 *Promiſſum Quæſtionis.*
2 *Mancipi res, & nec mancipi olim diuidebantur ad vſucapionem. & quæ erant? n. 3. 4.*
4 *vſucapi poterant res mobiles, & ſe mouentes mancipi, ſiue non mancipi, & de ſublata hac differentia, & Dominio bonitario, & quidditario; n. 5. 6.*
7 L. vnica Cod de poſſeſſ. transform.
8 *Vſucapionis introducendæ, qualis cauſa antiquitùs, & qualiter tunc mobilia, & immobilia vſucapiebantur, n. 9. 10. & 11.*
10 *Vſucapi ſolebant res mobiles anno, & immobiles biennio, quod immutatum fuit, & quare? num. 12.*
11 *Vſucapiuntur res immobiles inter præſentes decennio, inter abſentes annis viginti: expenditur, num 12. & 13.*
13 *Vſucapio, & longi temporis capio, quæ, & in quo differant, n. 15.*
15 *Vſucapio non æquè à conſultis, à bonis authoribus lingua Latina, & à Pontificum Conſtitutionibus accipitur.*
16 *Præſcriptio latiùs patet, quàm vſucapio.*
17 *Vſucapio erat longa poſſeſſione capio, & quæ acquirerentur vtraque, n. 18.*
18 L. 1. Cod. de ſeruis fugitiuis.
19 *Vſucapio decemvirali conſtituta, deinde longa poſſeſſione capio, partim fuit ciuilis, partim honoraria.*
20 L. cœpiam 40. ff. de vſurpationibus, l. ſi quis 10. ff. ſi ſeruitus vindicetur, l. 1. Cod. de ſuperficiebus.
21 *Vſucapio, & longa poſſeſſionis capio, tempore diſcernuntur certo, & incerto, quale vtrũque, n. 22.*
22 *Vetuſtas temporis q a.*
23 *Præſcriptionum quædam ad Rubricam ſpectantia remiſſiuè.*
24 *Præſcriptio vt procedat in præſentes, & abſentes, qualiter iſti ſic intelligantur, n 25.*

QVia Bartol. *In l. ſeruitutes 2. ff. de ſeruitutibus*,
Panormitanus *hic*, & alij dicunt olim,
hoc eſt, ante Iuſtiniani Conſtitutionem, de
qua *in lege vnica, Codice de vſucapione transfor-
manda*, vſucapionem commune verbum fuiſſe

mobilibus & immobilibus rebus; at hodie per *dictam leg. vnicam* esse differentiam scilicet quod vsucapio mobilibus, præscriptio rebus immobilibus conueniat; aliique Cæsarei, & iuris Pontificij interpretes, frequentius Bartolum, & Abbatem sequuti sint iuris veteris; forte ignoratione decepti, cum vt iam quæstione præcedenti adduxi vsucapio ad mobiles, & immobiles, res extendatur ita vt præscriptio ex iuris obseruantia satis differat ab illa, ob idque incidimus iam in inquirendo dubio proposito in quæstione.

2 Olim enim res omnes diuisæ sunt inter mancipi, & nec mancipi; atque ideo titulus codicis inscribitur de vsucapione transformanda, & sublata differentia rerum *mancipi*, & *nec mancipi*, res ergo *mancipi*, dicebantur prædia vrbana, & rustica quæ erant in Italia res Italici solii, & iura rusticorum prædiorum, vt *iter, via, actus, aquaductus*, quæ & ipsa vt res soli Italici accipiebantur, & eodem prorsus iure censebantur, quo res soli, *l. 1. C. de seruitutibus & aqua*, quibus ex Vlpiano Cuiacius *in parath. lit. de vsucapione transform. Cod. adiungit seruos*, & *quadrupedes*, quæ dorso, colloue damnantur, vt *boues, equi, muli, asini*, & ex Plinio *lib. 9. cap. 35.* in fine, *vniones*, id est, *glandes*, margaritas, & res alias omnes pretiosas, quæ veneunt auro *contra* vel auro *supra*.

3 Nec mancipi autem cæteras esse res, veluti prædia prouincialia, vt *in § per traditionem inst. de rerum diuisione*, quæ dicuntur, & erant, stipendiaria, & tributaria, & feræ bestiæ, quamuis domitæ sint, & *oues, capræ, sues*, & res omnes, quæ auro sunt inferiores, sed ea tantùm prædia vsucapi posse, quæ *mancipi*, erant; hoc est quæ solo Italico comprehendebantur, non Prouincialia, vel iura eorum, quæ nec mancipi erant, *l. cum spons. ff. de public. in rem actione*.

4 At res mobiles, & se mouentes vsucapi posse, siue *mancipi*, siue non *mancipi*, essent vbique locorum in Italia, & Prouinciis dixit dicta *l. vnica de vsucap. transformanda*; vnde Marcus Tuschus *in topicis*, ait quod *alienatio est eius rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, &c.* quæ verba Boetius *in dicta l. vnica comment. 3.* enarrans dicit, *omnes res, quæ abalienari possunt; id est quæ à nostro Dominio ad alterius transire possunt mancipi dictæ sunt*; & quod ea abalienatio fieret per quandam nexus solemnitatem: hæc refert Anastasius Germon *de sacror. immun lib. 3. cap. 18. à num. 7.* qui *num. 17.* ait, non minimam in iure veteri fuisse differentiam inter res mancipi, & nec mancipi, inter solum italicum, & Prouinciale, inter Dominium ex Iure Quiritum, & Dominium in bonis.

5 † Quam Iustinianus substulit ac primum Dominij; ita vt omnes rerum suarum intelligerentur esse Domini, eodem pleno, legitimoque iure ex *tit. C. de nudo iure quirit tollend.*

6 † Et alio inquam titulo sustulit differentiam rerum mancipi, & nec mancipi, vt omnes res quoquomodo distrahi, abalienarive possent. Et tempus vnius anni mutauit in triennium, biennij in decennium inter præsentes, & vicennium inter absentes.

7 Ob idque Couarruuias *in reg. possessor. in princ. n. 2.* rectè putauit vsucapionem immobilium in illa Iustiniani constitutione relata, *in dicta l. vnica de vsucapione transformanda*, non transformari in vsucapionem mobilium (vt vulgò interpretes parùm perite opinantur,) sed quod temporis angustiæ, quæ olim sufficiebant ex *l. 12. tabul.* excluderentur, longioraque spatia darentur ad acquirendas res per temporis vsum, & possessionem, quia vsucapio, vt Modestinus definit, *in dict. l. 3. ff. de vsucapion. est acquisitio, vel adiectio Dominij, per continuationem possessionis temporis lege definiti*, vt iam adduxi; ex quibus ait Anastasius Germ. *dicto cap. 18. num. 19.* constare plane, & omnibus manifestè apparere vsucapionem, non solùm tempore 12. tabul. & vsque ad Iustinianum, sed & post ipsius Iustiniani constitutionem acquisitionem per vsum, & possessionem, tam rerum immobilium significare.

Itaque vt ait Reuardus *variarum tomo 2. numero 4.* ratio introductæ vsucapionis ea fuit, 8
nam cum anno 35. ad vrbe condita, communi suffragio populi, centuriatis comitiis leges decemvirales perlatæ, & in *æs*, vt tradit Liuius *incisæ*, proponebantur in publico non in iisdem, quibus Italia finibus, sed angustioribus multò Romanum Imperium continebatur, suisque ita liminibus Romani continebantur, vt nisi soluendi voti legationis, vel exilij causa Italicæ, fines rarius egrederentur; inque suis possessionibus erant perpetui, nec ab his se bello deterrebantur, quin statim pulsis hostibus, fugatisque ferro posito manu, rostrum sumerent ad intermissos agrorum cultus redeuntes. † Ideo 9
inter illas, quibus de rerum Dominio tractabantur leges vsu rei capiendæ tempus certum, decem viri constituerunt, nec quidem pro temporis qualitate longius, nec pro nec pro dominorum negligentia rigorosius, quàm quod statui æquitas ipsa postulabat, cum in ciuitate continui, & agris perpetui ciues detinebantur rariusque relicto natali solo Italiam egredi consueuerant; sic rebus mobilibus anni, immobilibus biennij spatium vsu acquirendis, habita interpræsentes, & absentes nulla distinctione sufficere existimabant.

Hinc ergo factum fuit, vt iure illo antiquo 10
res bona fide possessæ vsu non longo videlicet anni vnius mobiles, & immobiles biennij spatio acquirerentur, quo respicit Cicero *in topicis*, *quoniam vsus Authoritas fundi biennium est, sit etiam adium at in lege ædes non appellantur, & sunt cæterarum rerum, quarum annus est vsus, valeat æquitas, quæ paribus in causis paria iura desiderat*, quo in loco, *plurimarum*, ait Boetius *rerum vsucapionem annuam esse, & quibus anno continuo aliquis vsus est illas firma iuris Authoritate possideat vt sunt res mobiles*, immobilium autem vsucapionem biennij spatio contineri, non *in topicis* solùm, sed etiam pro Cæcinna, testatus; idem Cicero *ibi lex*, inquit, *vsum, & Authoritatem fundi iubet esse biennium*: refert idem Rebardus *vbi supra sub num. 3.* qui longe agens probat, *n. 5.* derogatum fuisse legi de vsucapionibus decemvirali prætoris edicto.

Quo fit, vt cum innumeras temporibus 11
Imperatorum Romani Prouincias subiugarent & amplius sic Italia non contineretur, vt eam rarius egrederentur, quinimo contra sæpius accideret, vt qui Romæ agebant, in Prouinciis prædia possiderent, & qui in Prouinciis erant, in Italico solo possessionibus abundarent, ob idque absentes Dominos, & imprudentes suis biennij spatio priuari possessionibus, nec durum, nec iniquum quo lex edita fuit tempore existimari potuerit sed

ſed tandem propagatis enim immensũ orbis Romani finibus, quod equum fuerat, antea iniquum, iniuſtumque, quod olim iuſtum erat, vt Prætori viſum fuerit; inde exiſtimat Rebardus *ſupra dicto lib. 1. variar. tit. 2. n. 6.* partim expreſſa, partim tacita Ciuium conuentione, vti res immobiles, non biennio ampliùs ſed longo tempore vſu acquirerentur, & ſic factum partim edictis partimque nouis conſtitutionibus; taliter, vt loco anni, & biennij, decennium inter præſentes, vicennium inter abſentes ſubrogaretur, ex *l. 76. ff. de contrahenda emptione.*

12 Edictum enim de vſucapionibus interpretans Paulus *lib. 55. ad edictum longi temporis*, meminit *in l. 4. §. ſi tu me, ff de vſucap.* ad quod edictum Vlpianus quoque ſcribens *lib. 16. ad edictum*, ait, *ſeruitutes cum edificiis*, lõgo tempore capi teſtatus eſt *in l. 10. eodẽ* taliter, vt quoties de rebus immobilibus vſu acquirendis agebant prudentes ſemper *longi temporis poſſeſſionis tuitiua, & vſus longi meminerint*, vt refert idem Reuardus *ſuprà n. 5. in fine*, qui *dicto num. 6.* ait ex dicto Paulo interpretante Prætoris edictũ de vſucapionibus *lib. ad edictum 54. longum*, ſcilicet *tempus continuò decennij inter præſentes, & inter abſentes vicennij ſpatio comprehendi*; ita ad filium ſcribebat *lib. 5 ſentent. tit. 5.* vt quis non exiſtimet hæc verba *longa poſſeſſione capere*, & alia his ſimilia à Triboniano reſponſis prudentum incerta eſſe.

13 Ergò iure antiquo biennij nouo iure inter præſentes decem, & inter abſentes Annorum viginti ſpatio vſu res immobiles acquirebantur, quæ quidem acquiſitio vetus decem viris *vſucapio*, dicebatur. Nouam verò *longa poſſeſſione capionem* appellabat Iabolenus *in l. 4. in fine, ff. pro emptore*, & quemadmodùm vſucapere per vſum acquirere ſignificat, ſic capere longa poſſeſſione per longam poſſeſſionem capere interpretari vſus eſt, Sceuola *in l. fin. eodem*, ibi quæſitum eſt *cum ſcieris partem fundi abſentis eſſe, an totum fundum longa poſſeſſione ceperit reſpondi ſi credidiſſet mandato fratris veniſſe per longum tempus cepiſſe*, & Vlpianus *l. 5. de itinere*, actuque priuat acquiſitionem longam *longæ poſſeſſionis prærogatiuam vocat*: Alia idem Reuardus addit imo, & *n. 7.* ex multis dicit quod vſucapi poterat id longa poſſeſſione capi potuiſſe, ſed longè ſub *num. 11. & 12.* probat falſum eſſe, quod à nonnullis traditum eſt loco vſucapionis longa poſſeſſione capionem repoſitam eſſe in noſtris pandectis, vt cur id fieri non potuerit in dicto *num. 12.* rationem, vt veram ipſe tradit *ibi* ad plura legendus de antiquo, & nouo illo iure introducendo, ſeu introducto, & ex his ſatis intelligitur ſecundæ difficultatis pars.

14 Ad ſecundam difficultatis partem reſpondebis ex dictis in verſic. *itaque*.

15 Ad tertiam difficultatis partem de differentia vſucapionis, & longi temporis capio, etiam ex dictis inſpicitur, ſed pro ampliori intellectu, & doctrina aduerto primò, quod hoc verbum *vſucapio*, non eo ſenſu accipiatur apud Iureconſultos Imperatorum conſtitutiones, atque linguæ Latinæ Authores, quo à Romanis ipſis Pontificibus, & vtriuſque iuris interpretibus accipitur, vt adnotarunt Andreas Alciatus *in l. quinque pedum, num. 27. Cod. finium regund.* Didacus Couarruu. *in Reg. poſſeſſor. in princ. num. 6.* Anaſtaſius Germ. *de Sacrorum immunit. dicto cap. 18. p. 3. ſub num. 19.* quia veteres iuris magiſtri dictionem *præſcriptionis*, non benè intelligentes aliam ſignificationem habere eam putarunt, vt non tantùm exceptionem ſignificaret, vel vſucapionem triennalem, aut longi temporis; verùm etiam etiam ad actiones reales & perſonales, atque omnia ea quæ tempore acquiruntur pertinere, atque etiam dicere fundum agrum; aliam veram præſcribi, vbi dicimus *vſurpari*, cum tamen, vt iam ſuprà dixi *quæſt. 1.* verbum *præſcribere*, nihil aliud ſit quam excipere, quod verbum datiuo iungitur per *leg. 3. ff. de præuar. leg. intra quatuor annos, ff. de diuerſ. & temp. præſcript.* & apud Ciceronem paſſim, & vſucapio, vt etiam ibi, & ſub hac quæſtione ſit acquiſitio dominij, & ſic Balboa pluribus adductis *in c. vigilanti*, poſtquam *à num. 2.* agit de ſimilitudine vſucapionis, & præſcriptionis. † Et concludit *num. 7.* differre 16
in eo quod præſcriptio latiùs patet, quam vſucapio, quia interdùm dicimus nos præſcribere aduerſus actionem perſonalem, & aduerſus ius quod quis in aliquem habebat, & multò ſimilia in quibus vſucapio locum non habet; cum præſcriptio plerùmque ſit exceptio, vſucapio autem non exceptio, ſed directa dominij acquiſitio dicatur.

Ergo olim *vſucapio* erat etiam longa *poſſeſſione* 17
capio, hac iure nouo, illa antiquo iure res tam mobiles, quam immobiles acquiri, & quamuis res immobiles; ſic etiam mobiles longa poſſeſſione acquiri poſſent: Tamen ſolemni legis antiquæ ſpatio mobiles per vſum acquirebantur ex *l. 1. ff. pro dote*, nec quidem Diuo Antonino Magno longæ poſſeſſionis in rebus mobilibus bonæ fidei poſſeſſorem, qui ſolemni præſcriptione tutus erat, vti prærogatiua abſurdum, aut iniquum videtur ex Textu *in leg. 9. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript.* quamuis alioqui decem, vel viginti annorum, quam vnius anni poſſeſſionem improbare Actori eſſet difficiliùs ob id, qui *vſucapere*; id eſt anni ſpatio vſu rem acquirere pòteſt eandem longa poſſeſſione capere, vt ex Diui Antonini inſtitutione apparet.

Sed an quæ vſucapione acquiri non poſſint, 18
poſſint longa poſſeſſione capi in dubium meritò vocaretur, niſi expreſsè Imperatores, & Maximianus clarè ſcripſiſſent *in l. 1. Cod de ſeruis fugitiuis* ibi, in quibus rebus mobilibus vſucapio (id eſt anni ſpatium) locum non habet, nec in his longi temporis præſcriptionem, ſiue longa poſſeſſione capionem locum habere, & ſic ait Reuardus *dicto tom. 2. var. cap. vnico num. 7.* diſtinguendam eſſe vſucapionem, quæ tunc temporis in ſolis rebus mobilibus locum habebat à lõgæ poſſeſſionis prærogatiua ob id ſi quis vſucapione, ſiue annali præſcriptione ſe tutũ ſatisconſideret ſuperfluo longè poſſeſſionis prærogatiua defendi poſtularet, eoſdemque Imperatores dixiſſe *in l. 2. C. in quibus cauſis ceſſat, cum vſucapio locum habet ad longi temporis præſcriptionem ſuperfluè perueniri*

Erat autem olim omnis *vſucapio*, ciuilis nimi- 19
rùm lege decem virali conſtituta *longa*, deinde *poſſeſſione capio*, partim ciuilis, partim fuit honoraria. Et quatenùs ex Principum conſtitutionibus, vel alia iuris parte conſtabat, ciuilis erat, ciuilemque cauſam habebat: Verùm quatenùs in facto verſabatur Prætoris Iuriſdictioni relinquebatur, vt patet ex Modeſtini verbis *in lege 18. de vſurpat.* ibi, *Emptorem prædij ex bonis vacantibus nondum nunciatis, quamuis aduerſus Fi-*

ſum vſucapio non procederet , *nihilominùs tamen*
rectè diuina poſſeſſione capturum , & caplicans
idem Reuard. *dicto lib.2. var. cap. vnico* , *num.* 8.
Modeſtinum ſubieciſſe hæc verba *idque conſtitu-*
tum eſt, ne quis Prætoris authoritate fuitum illud
exiſtimaret , & quibus ſatis indicare vſus eſt, non
omnes longæ poſſeſſionis prærogatiuas, hono-
20 rarias , ſed quibuſdam legitimas eſſe. † Et am-
pliùs expendens textum *in l. 40. de vſurpat l.10.*
ff. ſi ſeruitus vindicetur cum *l.* 1. *Cod. de ſuperficie-*
bus , ait vt quemadmodùm ſeruitutes conſtitutæ
directis petuntur actionibus ; ſic ad earum exem-
plum actionibus vtilibus peti ſeruitutes iure
Prætorio conſtitutas ; non enim *ipſo iure* , hoc
eſt iure Ciuili vtiles competunt actiones, ſed di-
rectæ , ſolas namque actiones Prætorias vtiles,
ciuileſque omnes vocari directas , & ſic autho-
ritate iuris differre *longa poſſeſſione capio* , *&* *vſu-*
21 *capio.* † Item etiam *vſucapio* , *&* *longa poſſeſſio-*
nis capio tempore diſcernuntur ; Ita vt illa certo,
& exiguo , hæc autem longo , eoque partim cer-
to , partim incerto conſtaret tempus certum , vt
iam dixi erat decem inter præſentes , & inter ab-
ſentes viginti Annorum ſpatio , incertum verò
ex vetuſtate , cuius origo memoriam exceſſerat
conſtare ; Ita idem Reuardus *var. dicto temp.* 2.
cap. vnico , *num* 9. vbi ait id doceri , ne quis in-
cidat in errorem , vt exiſtimet *vetuſtatem* , cuius
diuerſis in reſponſis , meminerunt prudentes,
ſemper excedere memoriam oportere, tempuſquè
exigere incertum , quin contra tempus diutur-
num , & longum illud certum decem, vel viginti
annorum vetuſtatis interdùm nomine contineri;
hinc defendi poſſe.

22 Quod cum vetuſtatem legis vicem tenere di-
xiſſet Vlpianus addit *in* l. 1. *circa finem* , *ff. de aqua*
quotidiana interpretans vetuſtatem verba ſequentia
eum qui diu vſus eſt ſeruitute , *nec vi* , *nec precario*,
nec clam habuiſſe longa conſuetudine , *velut ex iure*
impoſitam ſeruitutem videri , quo in loco vſum diu-
turnum , longamque conſuetudinem , quam de-
cem , vel viginti annorum ſpatio comprehendi
ea paulo iam eſt probatum , & hoc tempus *vetu-*
ſtatem viſus eſt appellare Vlpianus ; Itaque du-
plicem conſiderationem fuiſſe in quæſtionibus
rerum longo vſu acquirendarum vno modo per
vetuſtatem longum tempus , certumque intelli-
gere prudentes , altero ad naturæ legem , tem-
puſque incertum , quod memoriam excedebat
vetuſtatem trahere , de quo & decentenaria præ-
ſcriptione dico infrà *in cap. cum vobis* 16. *& in cap.*
illud cum aliis vbi & de quadragenaria, ſeu trigin-
ta annorum præſcriptione.

23 Ad hanc ergo Rubricam ſpectant omnia, quæ
de titulis requiſitis ad vſucapiendum, ſeu præſcri-
bendum Doctores ſolent tractare , veluti de bo-
na fide , titulo , & tempore , & de poſſeſſione ;
ſed quia de his omnibus agitur ſub rubro , ideò
pro Rubrica accipies relata *ſuprà* , & in vſuca-
pione , ſeu præſcriptione Dominium directum
acquiratur, vel vtile , & ſi aliqua diai iam latè in-
frà diſputatur *in cap. fin.* & num Ciuilis , ſeu hu-
mana lex valeat Dominium ab vno in alterum
vſucapionis, aut præſcriptionis virtute tranſmitti
ibi dico ſub *q* 6 quis fuerit Author præſcriptio-
nis 3. vel 40. Annorum *infrà in cap. de quarta* , &
quæ differentia circa tempus præſcriptionis inter
Ius Cæſareum , & Canonicum ibi ; & in aliis iu-
ribus de præſcriptione aduerſus Romanam Ec-
cleſiam.

Pro complemento aduertes , vt cum agitur de 24
præſcriptione longi temporis decem Annorum
inter præſentes , & viginti Annorum inter ab-
ſentes, ſi interroges qui verè dicantur præſentes,
qui abſentes , recurres ad textum *in l. fin. Cod. de*
præſcript. longi temporis , quæ docet eos cenſeri
præſentes , qui in eadem commorantur Prouin-
cia , quamuis res , quæ præſcribitur in alia ſit,
eoſve abſentes dici , qui in diuerſis commoran-
tur Prouinciis , noluit enim Imperator domici-
lium eiuſdem Ciuitatis attendi , vt præſentes di-
cantur , ſed eiuſdem Prouinciæ videbis , *Auth.*
quod ſi quis , *Cod. tit.*

Hodie autem in praxi non ſic obſeruatur, cum 25
nunc temporis ſingulæ Ciuitates plerumque ha-
beant ſupremos ſuos Iudices ſub Rege, Regioſve
Senatus quorum iuriſdictio certis terminis clau-
ditur ; Eſt enim dicendum ad praxim præſentes
dici , qui in eadem Regni parte , in eadem habi-
tant comarca , abſentes verò, qui extra eam toto
tempore præſcriptionis ab Aduerſario inceptæ
habitarunt , ſed ſi per aliquod temporis ſpatium
habitaſſent ; tunc illud abſentiæ tempus duplica-
tur , cum alias præſens reputetur : docent Balb,
*in cap.4. hoc tit. q.1. num.*18. *&* 19. Molina *de iuſt.*
tom,1. tract.2. diſp.69. verſic. *verùm.*

AD TEXTVM
IN CAPITE I.
De Præſcriptionibus.
PRÆMISSVM.

I. TRactvs iſte agit de triennali poſſeſſio-
ne in rebus Eccleſiaſticis, ob id poteris
applicare quod adduxi de triennali poſ-
ſeſſione , & de annali in Rubrica *de cauſa poſſeſſ.*
& propriet. q.1. verſic. *ad tertiam* & verſic. *an an-*
annalis. II. Cumque ſiue de iure antiquo , ſiue
de Iure Iuſtinianeo abolita eſſet annalis , & bien-
nalis poſſeſſio ad vſucapiendum , mutataque in
decem , vel viginti Annos , aut 30. vel 40. An-
norum ad res Eccleſiaſticas ſit ſtatuta *in cap. de*
quarta , & alij huius tituli , ne cognita triennalis
vſucapio, ſeu præſcriptio : Ideò licet videre de
ſingularitatis ratione Pontificis in præſenti.
III. Et in verſic. *non præiudicetur Matrici Eccle-*
ſiæ , & ibi *non ei præiudicet* : Per hæc verba ſolent
Doctores diſputare de quæſtione , an taciturnitas
Prælati præiudicet Eccleſiæ , de qua dixi *ſupra in*
cap. 3. & 4. de iuramento calumniæ , & ad aliam
quæſtionem , nempè an confeſſio Prælati , ſiue
in Iudicio , ſiue extra præiudicet Eccleſiæ , diai
in cap.2. de confeſſis q 1. verſic. *ad ſecundam* Non-
nulla ſcribit notatu digna Matthæus Collerus *de*
proceſſibus executiuis ad textum noſtrum *p.4. f.*68.
B. quæ ſatis percipiuntur ex dictis *infrà in quæ-*
ſtionibus ſequentibus.

QVÆST

Qvæstio I.

Quare Episcopus contra Episcopum locum per se conuersum ad fidem præscribat triennio, cum hac triennalis præscriptio in possessionibus & immobilibus, nec antiqua decemviralium determinatione nec consultorum, aut Imperatorum fuerit cognita: Et quare cum vacat Ecclesia, vel est in schismate, non præscribatur contra ipsam, cum de bonis vacantibus, detur vera Dominij acquisitio?

SVMMARIVM.

1 L.qui agros,l.locum, Cod. de omni agro deserto,lib.11.n.5.
2 Cap placuit 15.16.q.3.n.8.
3 *Textus noster exorbitat à regulis iuris, n.9. & de quibus rebus intelligitur,n.17.*
4 *Fidei Catholicæ nonnulla specialia.*
5 *Præscriptionis terminus ex causa quit abbreuiari.*
6 *Princeps ex causa rem alteri adiudicat.*
7 *Triennalis præscriptio fauore fidei sustinetur in immobilibus,& quare?*
8 *Præscriptio sex mensium in immobilibus numquid sustineatur,n 9.*
9 *Bona fides etiam in præscriptione triennali circa immobilia desideratur.*
10 *Vacantium bonorum, nunquid acquisitio detur.*
11 *Vacuam possessionem ingressus,dat alteri bona fide accipienti titulum præscribendi ipse furtum, & violentiam committit, n. 12.*
12 L.cum falsus,§.si falsum,ff de furtis,n.21.
L. qua ratione, §. fin. ff. de acquirendo rerum Domino.
13 *Præscribendi Ius non præstat, dum vacat Ecclesia pastore.*
14 *Præscriptio non procedit aduersus bona Episcopatus, dum capitulum administrat, mortuo prælato, seu deficiente hæretico, schismatico, num. 16.*
15 *Præscriptio dormit si bona Ecclesiæ temere alienauit prælatus.*
16 *Præscriptio Ecclesiæ non procedit prælato hæretico schismatico,detento,seu captiuo.*
18 *Vacat Ecclesia,quæ caret proprio pastore, & immediato prælato,qui pro rebus Ecclesiæ, agere debuit.*
19 Canon 18.Apostolorum.
20 *Episcopus negligens in totum bona Episcopatus illico illis priuatur.*
21 *Absens retinet possessionem rei suæ, nisi desit possidendi animus.*
L.furtum 37.§.1.cum l.seqent. ff. de vsucap. §.quod autem inst.eodem.
22 L.cum quærebatur,fin.Cod. de vnde vi.
23 *Possessor violentus qui dicatur.*

1 AD primam difficultatis partem, suppositis iam adductis, *supra in Rubrica de tempore ad præscribendum illo iure antiquo, & antiquissimo*. inuenies regulam Textus nostri singularem esse, quæ nec iuuatur; ex eo, quod aliquando Iure Ciuili nouo terminus præscriptionis sit abbreuiatus ad biennium in immobilibus, & possessionibus, vti constat, *in l. qui agros, & locum. Cod. de omni agro deserto, lib. 11.* ibi *nam si bienny fuerit tempus, emensum omnis possessionis, & Dominij carebat iure qui siluit;* expendit Cuiacius *lib. 6. de temporibus, cap. 21. ad Rubricam.*
† Quod si dicas in fauorem fidei, & specialita- 2
tis ratione triennium hic assignatum esse; tunc
obstat alia dispositio canonica ex concilio Affri-
cano, *in c. placuit 15. 16. quæst. 3.* vbi in hac
eadem specie, etiam desumpta ab eodem concilio sex mensium spatium sufficit ad præscribendum locum conuersum ad fidem, nam si fauore fidei id statutum est in nostro Textu, vt agnoscunt Doctores communiter maior fauor adest in illo breuiori tempore sex mensium, & conueniret, vt ex ipsa sola conuersione, nullo assignato tempore, præscriptio illa duceretur, vt sic negligentia proprij Episcopi in conuertendo ad fidem locum, & subditos plecteretur, & præmio honoraretur diligens quilibet Episcopus extraneus in procurando fidei augmentum; præcipuè si consideres hanc præscriptionem, seu acquisitionem, nec habere titulum, nec bonam fidem, aut alia requisita, sine quibus vsucapio, aut præscriptio non procedit, iuxta supra adducta,& dicenda, *in c. vigilanti, c fin.* & in aliis huius tituli.

Verùm quia regula huius Textus & *dict. cap.* 3
placuit 16. quæst. 3. exorbitet à regulis communibus de præscriptione, tam ciuili, quàm canonica loquentibus, & plura pro intellectu horum iurium adducant in præsenti Balboa, Graña, & Barbosa *hic* cum aliis ab eo relatis ego, vt releuer à longa exceptione adducta specialitatis ratione, vt indultum nostri, Textus, & *dicti cap. placuit.* non officiat communem vsucapionem, & præscripionem, modo sequenti expendo.

Conueniunt ego Doctores, vt in fidei fauore 4
cuius causa quam plurima in iure nostro specialia constituuntur, quando aliàs minime permittitur, vt per Textum *in cap. fidei fauorem, cap. præsidentes de hæreticis, lib. 6.* & merito certe, nam fides est humanæ salutis initium, radix, & fundamentum iustitiæ, vitiorum purgatiua, aptantium consequtiua, superborum adeptiua, lex dirigens animam credentis lucerna lucens, gratia Dei infusa; ex qua sancti vicerunt Regna, adepti sunt repromissionem, se fortes facti sunt in bello, & itaque qui perdiderit illam, nihil habet quod perdat, de quibus, & aliis videndus est D. Paulus *ad hebræos, cap 11.* & ad ephesios. *cap. 16.* D. Ioannes in sua, *Canon cap. 5.* D. Augustin. *de volunt Dei, lib. 13. cap. 10.* Bañez 2 2. *q. 1. art. 1.* cum sequentibus iuxta longè dicta supra, *in Rub. & tit. de summa trinitate, & fide Catholica.*

Quare cum lex ciuilis ex qualibet alia causa 5
publica, & externa possit, & potuerit terminos præscriptionis abbreuiare iuxta Textum, *in l. locorum*, cui ex diametro obstat *dicta Lex qui agros, Cod. de omni agro, lib. 11.* quæ iura explicat eleganter, Couarruuias *in reg. possessor 1. p. cap. 11. num. 8.* † Imo princeps ex cau- 6
sa rem, & terram alteri adiudicauerit, vt constat ex *l. item verberatum 15. §. 1. ff. de rei vind. & in l. Lucius 11. ff. de euict.*, & notatur, *in l. Barbarius*, versic. *multo magis, ff de officio prætoris, & cap. per principalem 9. quæst. 3.* verbo *nos*,

Fermosin. de Exceptionibus.

& conducant quæ in proposito scribunt Pinelus *in Rubrica, Cod. de rescind. p. 1. cap. 2. num. 24.* Couarruuias *in reg. peccatum 2. p. §. 9. à num. 5.* Sotus *de iustitia, & iure, quæst. 6. art. 3. & lib. 4. quæst. 5. art. 4.* Nauarrus *in cap. si quando exceptione 3. de rescriptis*, Suarez *allegatione 20. num. 1.*

7 †. Quid mirum, vt in fauorem fidei triennalis præscriptio in odium Episcopi negligentis restituere Christianæ religioni loca ad eius diœcesim pertinentia statueretur, vt notant *hic* Abbas, Felinus, Imola, Parisius *num. 2. & 3.* Alexander de Neuo *num. 2. & 14* Butrius *num. 7.* Alciatus *num 80.* Gomezius *in regula de triennali possessore ibi* Mandosius *quæst. 7.* Couarruuias *in reg. possessor. 2 p §. 11. n fin.* Menchaca *controuers. illustrium, cap. 72. n. 7.*

8 Nec obstat Textus *in dicto cap. placuit*, vbi concilium mileuilitanum celebratum sub Innocentio 1. anno 402. vt constant ex 1. *tom. concil. pag.* 805. nam etsi sex menses, *ibi* sunt assignati, etiam in præscriptione, de qua nunc loquimur, tamenper Textum nostrum ille declaretur, nam sex menses *ibi* assignati pertinent ad admonendum Episcopum proprium, qui si monitione præmissa & finita per tres alios annos continuos nolit loca ab alio conuersa recuperare, eorum amissione mulctatur, taliter, vt alter præscriptione triennali tueatur: Sed ex adductis à Barbosa *hic sub, num. 3.* videtur quod si monitio præcessit sex mensium spatium sufficiat ad præscribendum per Textum *in dicto cap. placuit* sin autem nulla monitio præcesserit per trienium sit spectanda recuperatio à proprio Episcopo facienda, & referens primum intellectum *ibi* in versic. *ad tertium*, illud impugnat, vt diuinatorium illum leges, primam amplectitur solutionem, *hic* Graña *num. 4.* sed explanationem Barbosæ vberius defendit Balboa hic legendus *à num. 23.* vbi *à num. 27.* illam acerrimè amplectitur dicens diuersas esse species nostri Textus, & *dicti cap. placuit.*

9 Nec obest dicere hanc præscriptionem carere bona fide, & titulo, & aliis requisitis ad eam introducẽdam, quia etsi nonnuli dixissent posse legem canonicam Iusta interueniente causa inducere præscriptionem cum mala fide, ita vt legis canonicæ authoritas in isto casu possit à peccato excusare præscribentem cum mala fide, vt notant relati à Balbo *de præscriptionibus 2. p. 3. partis princip. q. 14. in fine*, Ripa *de peste p. 3. num. 253.* Auendañus *lib. de exequend. cap. 1. num. 22.* tamen vt *infra in cap. fin.* dico per Textum *ibi* omni tempore Ius Canonicum execratur præscriptionem cum mala fide, ita vt nec peccato consentiat temporis momento, iuxta ea, quæ dixi per Textum *ibi in c. litteras de rest. spoliat cap. super eo de vsuris, cap. inquisitioni 44. de sent. excommunicat.* & sic vt clarius *in d. cap. fin.* expendo videbis in nostro Textu, nec defecisse bonam fidem, aut titulum sufficientem ad hanc introducendam præscriptionem.

10 Ad secundam difficultatis partem contra nostrum Textum faciunt iura *in l. 1.* & per totum, *ff. pro derelicto*, vbi qui rem derelinquit, cum primum alter rem occupauerit, nullum ad illam potest habere regressum, ergo & satius hic, vacante Ecclesiæ pastore, debuit præscriptio procedere, si quidem conuersio ad fidem non debet pendere à negligentia proprij Episcopi non conuertentis, nec à vacatura pastoris, sed à beneficio conuersionis ad fidem; ergo cum hæc contingere possit, non est ratio vlla, quare diligentia Episcopi conuertentis: non adiuetuur beneficio præscriptionis vel acquisitionis Dominij: facit *l. prætor 7. § fin l. si finita 15. § non autem statim, ff. de damno infecto*,

Deinde facit, quia qui vacuam possessionem 11
ingressus est alteri bona fide accipienti titulum præscribenti, & vsucapiendi præstat, *l fundum 37. §. 1. cum l. sequenti. §. quod autem inst. de vsucap. & ff.* ergo cum omnes fateantur specialitatem nostri Textus, & melior sententiam teneat hic, nec titulum nec bonam fidem deficere euenit, vt si ex dictis iuribus lex ciuilis introducat rei vacantis vsucapionem, etiam si à primo eam occupante mala fides subesset vt hic Ecclesia pastore vacãte aptius præscriptio permittatur: argumento eorum, quæ tradit Iustinianus *in §. itemque ab hostibus inst. de rerum diuisione, l. naturalem 5. §. fin. l. adeo 7. in princ. l. transfugam 11 ff. de acq. rerum Dominio, l. 1. in princ ff. de acq. possess. & in tit 26. p. 2.* vbi ea, quæ ab hostibus capiuntur iure gentium nostra fiunt, sicut, & lapilli, gemmæ, & margaritæ in littore maris inuentæ, inuentoris capientis fiunt, *l. item lapilli 3 ff. de rerum diuisione §. item lapilli inst. eod. l. 5. tit. 28. p. 3.*

Nec satisfacies si dicas, quod vacuam posses- 12
sionem ingressus furtum, & violentiam committit, *l cum quærebatur fin. C. vnde vi*, quia tunc amplius pro argumento facit Textus *in l falsius 44. § si iactum ff. de furtis*, vbi qui res iactatas in mari abstulit, furtum non commisit, & si regula iuris sit, vt quæ leuandæ nauis gratia in mare ejiciuntur permaneant Dominorum antiquorum nec occupantibus aquirantur ex *l. qua ratione 9. 6. fin. ff. de acquirendo rerum Dominio*, facit, *l. interdum 21. §. fin. ff de acquirenda possessione, l. qui leuandæ 8. ff. ad l. rodiam de iactu § alia sane, & fin. inst. de rerum diuis. l. 46. in fin. tit. 28 p. 3. l. 9. tit. 10. lib. 7. recop.*

Adhuc tamen his, & aliis considerationibus 13
non obstantibus, dicendum est iuxta Textum nostrũ, quod si Ecclesia, seu Episcopatus pastore vacet; & alienus Episcopus ad fidem conuertat aliqua loca; non ob id ea conuersio sibi præstare debet præscribendi Ius, quia tempore, quo vacat Ecclesia, non dat præscribendi Ius, eo quod tunc de facili a'ij totius Diæcesis iura, & possessiones acquirerent in grauissimum eius præiudicium; vnde succedit regula *c. 22 huius tit* & quẽadmodum taciturnitas prælati non nocet Ecclesiæ, iuxta latè adducta *in c. 3. & 4. de Iuram. calumniæ*; ita & vberiori ratione debet Ecclesiæ obstare tempus, dum vacat pastore, si quidem absentia possidentis negat alteri volenti vsucapere præscriptionis ius ex *l. clam possidere 6. § qui ad nundinas, ff. de acq. possess.* etenim Ecclesia, dum vacat est impedita; taliter vt agere nequeat, sed legitimè impedito agere non currit præscriptio, *l 1. § fin. ff. de annali exceptione, l. fin. Cod. ex quibus causis in integrum restitutio non est necessaria cap. de quarta, hoc tit. cap. transmissa, c. cum vobis, cap auditis eodem*, vbi etiam in longissima, & centenaria præscriptione deducitur tempus impedimenti, vt *ibi* latissime duo, & Doctores scribunt: ergo. † Nec enim, & si capitulum succe- 14
dat in iurisdictione pro illo tẽpore curret aduersùs bona Diæcesis præscriptio, nec etiam, si bonis Episcopus daretur æconomus, quia capitulum non succedit in excellentia dignitatis Episcopalis, nec æconomus supplere valet defectum Episcopi propter magnam Episcopi dignitatem, electaque industria personæ, qua deficiente

qua deficiente non eſt cur, vt retorqueatur in amiſſione bonorum Epiſcopatus, etiam ſi loca conuerſa ſint per alium Epiſcopum ad fidem: ſic communiter docent Doctores, & Abbas *hic n.2. & 4* Felin. *n.5*. Alex. *n.23*. Pariſ. *n.11*. Balb. *n.31*. Graña *n.3*. Barb. optimè expendens cum multis, *n.4.* vbi infrà ait, quod ſic contra pupillum dormit præſcriptio quamuis ſub teſtoris defenſione ſit *l. ſicut.* verſic. *ſed pupillari. Cod. de praſcript. 30. anno.*

15 Sic etiam dum viuit Prælatus, qui rem Eccleſiæ temere alienauit, vel aliquid aliud contra ſacros Canones, & in Eccleſiæ præiudicium fecit, dormit præſcriptio, quia ſcilicet dum is viuit eſt (quoadhoc) ac ſi Eccleſia non haberet Prælatum cum habeat ad hoc inutilem, quem veroſimiliter non credit venturum contra id, quod temere facit, vt colligitur ex text. *in c ſi ſacerdotes* 16. *q.3*. ibi *ex quo talia moriendo* quem notat Gloſſ. in verbo *cauſa in c.1 de in integrum reſt. lib.6.* Roman *ſingul.*
16 267. vbi addit Rebuff. *in comp. alien n.37.* † Et ſic de Prælato hæretico ſchiſmatico, detento, ſeu captiuo probat hic Gloſſa in verſic. *item ſi iuncto c. pen. de ſuppl. negligẽtia Prælat. lib.6* reſoluũt *gloſſa vltima, & commun*, in præſenti Cou *pract. c.7. n.27.* item & vbi Prælatus eſt excommunicatus, iuxta latè dicta *in c. intelleximus de Iudiciis*; ſed nunquid agere prohibeatur pro rebus Eccleſiæ, notaui *in c. dilecta 8. de except.* aduersùs quem *ex c. quia diuerſitatem de conceſſione prabenda* præſcriptio dormit ſicut & contra Eccleſiam *ibi* & Gloſſ. magna *in c. prima actione* 1. *q.3*. communis, vt per Abbat *n.7.* Pariſ. 18. *cum ſequentib.* hic Bald. *1. p 6 par. de praeſcript. n.24* quia reſpectu talis prælati dicitur Eccleſia, quaſi vacans, vt quia & ſi Prælatum habeat, is tamen quoad iuris effectus, res Eccleſiæ tuendas, vt oportet, vt mortuus cenſetur, iuxta dicta *infrà in c. ex tranſmiſſa* 10. *hoc tit.*

17 Et ſic intellectus textus noſter, aduertes primo eius regulam procedere non tantùm in rebus ad Eccleſiam, vel menſam Prælati pertinẽtibus; verum etiam in his, quæ Eccleſiæ, vel Prælato inſimul, cum capitulo, & Clericis communes ſunt, Abbas *hic n.4* Felin. 5. Barb. *d. n.4.* verſic. *intellige tertio*, Balb *ſuprà n.9.* Iaſon *in l. ſi emancipati, n.18. Cod. de collation.*

18 Item aduertes ſecundo Eccleſiam, in propoſito vacare, quæ caret proprio paſtore, & immediato prælato, qui pro rebus Eccleſiæ iure agere debuit, qualis eſt Epiſcopus reſpectu Cathedralis, vt hic Abb. reſpectu Abbatialis Eccleſiæ, quantumcũque non deſunt alij Prælati ſuperiores, & mediati, vt probat text. hic ibi *fuerit Epiſcopus*, & ibi *acceperit Epiſcopum*: docet Innoc *in c. olim 1. de reſtitutione ſpol* Abb. *n.2.* & alij vt per Felin. *hic n.5.* hic Barb. *d. n.4.* verſic *intellige ſecundo*, vbi & ſi ſecundum aliquos aduersùs hæreditatẽ iacentẽ, ſeu vacantem, currat præſcriptio, & ſecundùm alios dormiat vt *infrà* dico, tamen non datur in ea impedimentum, quale, in Eccleſia, quæ diem vacat regulariter Ius impedit, ne quis iterum agat *c. fin. & per totum, ne ſede vacante.*

19 His ergo omnibus obſtat *canon. 18. Apoſtolorũ* vbi *Epiſcopus, vel presbyter, qui Clerici, vel populi curam non gerit, & pietatem non docent ſegregentur, & ſi perſeuerant deponantur*, quaſi pœna depoſitionis aduersùs Epiſcopum ſit ſtatuta; ergo ſiue ipſe viuat, & negligens ſit, ſiue vacet Eccleſia ob fidem alicuius partis Diœceſis illico conuertenti, debet acquiri pars conuerſa nulla ſex menſium aut trienni, ſuſpecta dilatione, vt *hic & in d. cap.*
placuit el 2.16. p.3. † Sed hæc iure ſolùm intelli- 20
guntur de Epiſcopo negligente in curanda conuerſione alicuius partis ſui Epiſcopatus; ſecus vbi in totum reſpuit, & negligit curam totius Epiſcopatus, quia tunc eo priuatur, ſi integra cura paſtorali abutatur ſit notat Graña *hic ſub n.4.* Anaſtaſ. Germon. *lib.2. animaduerſion. c. fin. in fine.*

Ex his iam liquet reſponſum ad illud, quod 21
adduxi in principio, verſic. *ad ſecundam*; nec obſtat adductum in verſic. *deinde facit* vbi ex *l. furtum 37. §.1. cum l. ſequenti de vſucap, & in §. quod autem inſt eodem.* quia fatendum eſt abſentem retinere poſſeſſionem rei ſuæ, quæ non admittitur, niſi animus quoque illius amittendæ, ſit *quemadmod. 8. ff. de acquirenda poſſeſſ.* verùm ſi tanto tẽpore abſit, vt longa illa abſentia inſinuet eius animum poſſidere nolentem: argumento text *in l. ſi finita, § non autem, ff. de damno infecto* iam fundus vacuus dicatur quemadmodum, & cum quis cõſtituit ſe nolle poſſidere, *l. ſiquis vt. § differentia, ff. de acquirenda poſſeſſ.* Pichard *in d. § quod autẽ n 6.* qui loquitur cum dicta *l. fundum* in eo qui vacuã poſſeſſionem ingreſſus alteri bona fide accipienti, dat præſcribendi ius aliter, quàm hic in noſtro textu ſtatuitur, vt ex dictis patet, & aliter etiam conſideranda quæ *ibi* adduxi de his, quæ capiuntur ab hoſtibus, quia hæc iure belli, abſque vlla præſcriptione ſtatim adquirũtur captori ex notata *ſup in c ſicut. 29 de Iureiur.* item & ea quæ de lapillis, margaritis, & gemmis *ibi* dictũ eſt, quia ideo illico inuentori acquirantur, eo quod nũquam fuerunt in bonis alterius, quod aliter hic etiam conſideratur.

Nec impedimento eſt illa antinomia adducta 22
ibi in verſic. *nec ſatisfacies*, ex text. *in d l. cum quærebatur fin. Cod. vnde vi cum l. falſus 24. § ſi iactum, ff. de furtis*, quia text. iſte intelligitur de eo, qui animo illo abiecit res in mari, vt res in Dominio
rerum ſuarum eſſe nolit. † Secus in dubio ſi de eo 23
non conſtet ex *d. l. qua ratione 9. § fin.* cum aliis *ibi* adductis, quia tunc abieciſſe intelligendũ eſt animo retinendæ dicta *l. cum quærebatur* ſolùm docere violentum poſſeſſorem, non tantum eſſe eum, qui vi aliquem à fundi poſſeſſione eiecit, aut clam eum occupauit, ſed & illum, qui ſciens rem aliquam ad ſe non pertinere, eius poſſeſſionem ingreſſus eſt, quo in caſu longiſſimam poſſeſſionẽ de Iure Ciuili eſſe neceſſariam probet Pichard. *in d. §. quod autem inſt. de vſuc. n.8.* per text. *in l.1. §. ad hæc, Cod de annali exceptione*; quod itidem differt à text. noſtro, & à diſpoſito de Iure Canonico *in c. fin hoc tit.* vbi ſcientia iniuſtæ poſſeſſionis, nunquã præſtat vſucapiendi ius, vt *ibi* latè dico *in c. vigilanti, & in c ſi diligenti hoc eodem tit.*

QVÆSTIO II.

An res fiſci ex crimine hæreſis præſcribantur: An infidelitas priuet quem à Dominio rerum, & Prouinciarum: An abſolutus ab excommunicatione omnia ſua Iura recuperet: Et an abſens cauſa Reipublicæ reſtituatur contra vſucapionem completam in abſentia, vel præſentia: & an per teſtes impedimentum probetur?

SVMMARIVM.

1 *Filij hæreticorum bona per 40. annos poſſiden-*

tes

res testi sunt, num.2. & expenditur, num.6.
2 *Praescriptio, vt procedat, aduersus heretici bona quid desideret.*
3 *Bona fides ad poena praescriptionem non requiritur: fallit, num.4. Vide n.5.*
4 Cap. 2. de praescript. lib. 6. numer.5. 6. & 7.
8 *Possidentes bona heretici, nondum accusati, de Iure Ciuili post quinquennium defenditur, non sic Iure Canonico, num.10.*
9 *Poena in conscientia, nisi ex acta iustè retinetur à delinquente.*
10 *Haereticus potest, quoad bona ipsa, etiam post mortem damnari item & Apostata, numero 11.*
12 *Fisco semel bona delata, & per sententiam ei tradita, vsucapi nequeunt mala fide.*
13. L. omnes, Cod. de Praescript.30. vel 40. annorum.
14 *Infideles nunquid à Christianis eo ipso possint debellari expenditur pro affirmatiua, n.15. 16. 17. & 18. negatiua sententia verior, à num. 19.20.21.& 22.*
15 *Regnum auferri queit ob infidelitatis crimen.*
16 *Infideles res suas iniustè possident.*
17 *Infideles non coguntur armis Christi fidem suscipere.*
18 *Infideles sub peccato tenentur fidem praedictam, & propositum suscipere.*
19 *Bellum iustè à Christianis mouetur. quoties Sarraceni Christianos persequuntur, secus econtra, si pacificè viuant, n.23. aliter, n 24.& 25.*
20 *Infidelitas non priuat quem Dominio, quod habuit, antè legem Euangelicam, vel quod infideles habent iure humano in Prouinciis, & Regnis, quae obtinent.*
21 *Peccatum non priuat quem à bonis suis.*
22 *Bellum aduersus infideles, alia deficiente causa, nec authoritate publica indici valet fallit in nonnullis, n.25.*
24 *Sarraceni sunt perpetui inimici Christianorum.*
26 *Absolutus ab excommunicatione recuperat omnia sua bona, & nunquid ante absolutionem restituatur, n.27.*
27 *Absens causa Reipublicae restituitur aduersus vsucapionem, etiam completam, eo absente, & n.29. 30. & 31.*
29 *Tempus absentiae deduci debet, n.30.& 31.*
32 *Impedimentum potest probari per testes, & per Iuramentum n.33. cum aliis.*

1 AD ptimam quaestionis partẽ respondeo, hodie decisum esse per Textum *in cap.2.hoc tit. lib.6.* vbi si aliquis haereticus, qui videtur Catholicus moritur, & eius haeredes Catholici per 40. annos bona fide possident haereditatem, Ecclesia ad quam spectabant, non potest illos molestare, qui iam praescripserunt; & sic notant Farinacius *in praxi p.1. q.10. n.82. & q.25. à n.159.* Sanchez *in praecepta Decalogi tomo 1. lib. 1. cap. 22.*
2 *n.40.* † Vbi *n.41.* subdit per hunc Textum, quod ad praescribendum bona haeretici, vltra quadragenarium tempus, requiritur, vt haeretici, quorum bona praescribuntur, fuerint tempore suae vitae reputati Catholici, & addit quod ad praescriptionem bonorum haeretici, requiritur vt toto eo quadragenario tempore, non detegatur haereticus ad verba *dicti cap. 2.* ibi, *nunc detegantur haeretici extitisse*; imò & videtur dicendum, vt ex parte filiorum aut haeredum haereticorum detur bona fides, tempore praescriptionis, iuxta textum *in cap.5. cap fin. hoc tit.*

Sed Couarru. *in tit. de spons. 4.p. cap.7.p.2.n.16.* 3
postquam adjicit, vt quamuis mala fide praescriptio non procedat *cap. possessor, de reg. Iuris, dicto cap. fin. hoc tit.* poenam tamen praescribi posse, etiam cum mala fide, eo quod non debeatur in foro conscientiae; sic Abbas & Felinus *in dicto cap. fin. col.2.* Balbus *tractat. de praescription. 2.p. 3. partis princip. q.13.& 14.* Crotus *in l. nemo potest, col. antepenult. col.4 ff. de legatis 1.* † Et Couarru- 4
uia *vbi suprà*, refert hoc dictum non impugnari ex *dicto cap.2. hoc tit. lib.6.* vbi bona fide requiritur ad praescribendam poenam, quia textus ille procedit quando poena ipso Iure est per legem statuta; quo casu licèt in foro conscientiae non teneatur delinquens, nec eius haeres eam fisco afferre, tamen ipsi haeredes bona illa fisco delata, non possent absque bona fide praescribere ad hunc effectum, ne bona illa per sententiam Iudicis auferantur ab eis.

Huic tamen intellectui fortiter se oponit Co- 5
uarr. *d.n.16.* in versic. *verum,* cùm etiam ipso Iure imposita poena in conscientiae foro debita non sit, & sic credit praescriptionem cum mala fide procedere etiam Iure Canonico in poenalibus, si ea sit praescriptio, quae Iure Ciuili cum mala fide approbatur, non aliàs; atque ideò *in dicto cap.2.* bonam fidem exigi, quia illius capitis praescriptio à Iure Ciuili inuenta non est, nec statuta, sed omninò inuenta à Iure Pontificio, & cum bona fide seclusa, penitus mala fide. † Et prosequens 6
Barbosa *in dicto cap 2 sub n 5.& 6.* ait Textum illum procedere in filiis praescribentibus bona parentum haereticorum per 40. annos, & ita minori spatio centum annorum, quod solùm datur contra Ecclesiam Romanam, ad quam bona pertineant, vt in principio Textus, *iuncta Authentica, quas actiones, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis.*

Vnde ait non aliter voluisse leges illis com- 7
municare peculiare priuilegium, vt possint praedicto spatio 40. annorum, quam si haberent bonam fidem, non solùm quae consistit in iusta retentione, & sine peccato, sed bonam fidem; hoc est ignorantiam criminis paterni, ne alias ex malitia, in non denuntiandis & defendendis parentibus haereticis ad Iudicium Inquisitionis commodum reportarent, contra regulam Textus *in c. intelleximus 6. de Iudiciis* nec negare textum *in d. cap.2.* quod etiam pro eo tempore tales filij habeant iustam, & sine peccato retentionẽ, interim dum sententia declaratoria non profertur, quinimo si spatium 100. annorum interueniat, praescriptio legitimè detur, & si filij scientiã habeant criminis paterni, iuxta regulas generales, quibus attentis Iure Canonico bona fides desideratur, quoties iusta datur retentio, & absque peccato, licèt detur scientia rei alienae: ita Barbos. *d. n.6.*

Itaque Couarr. *vbi suprà in 4.d.c.7.p.2. sub n.16.* 8
ait Iure Ciuili post quinquinnium ab obitu haeretici, nondum accusati tute ab haeredibus, bona illius obtineri, eosque praefata praescriptione defendi, licet sciuerint illum haereticum fuisse, vt sensit Bart. *in l.2. Cod. de Apostatis* cuius opinionem in fisco saeculari procedere existimant Abb. *in c. cum nobis col.3. hoc tit.* Felin. *col pen.* Francus *in d.c.2. de praescript. lib 6 col.2* Balbus *de praescript. p.5. in princ. col.7.* iuxta Gloss. *in l. Manicheos, Cod. de haereticis* dicentem in crimine Laesae Majestatis non posse quem accusari post quinquenium ab

ab eius morte notat Roman. *ſing.*431. Imò idem
Couarr. *de ſponſ. dicta* 2. *p cap.*9.§.8. *num.*10. Ti-
raquell. *in l. ſi vnquam* verbo *reuertatur à n.* 236.
Nauarr. *in manuali cap.*23. *a num.*66. & Simanc.
9 late *de Cathol. Inſtitut. cap.* 9. *num.*22. † Docent
eſſe apud omnes compertum pœnam quem-
cumque in conſcientia non deberi, ſiue ante
ſententiam, ſiue poſt, antequàm exigatur ex
Gloſſa communiter recepta *in cap. fraternitatis* 12.
*q.*2. Nam licet delinquens ante declaratoriam
ſententiam iam ſit debitor pœnæ, & retineat
alienum, non tamen iniuſtè retinet, & ſine pec-
cato, quia deficit voluntas legis, quæ non in-
tendit obligare ad reſtitutionem ante ſententiam
vt probat textus *in cap. cum ſecundùm leges*, ver-
ſic. *confiſcationis* de hæreticis, dum diſponit ne
occupentur bona hæreticorum, vel in illis fiat
executio ante ſententiam declaratoriam; inde-
que ex conſequenti concludi tales, vel ſimiles,
interim habere retentionem.

10 Sed tu colliges ex dictis, quod licet Ius ciui-
le præfatum tempus ſtatuiſſet in actione pœnali,
etiam data criminis ſcientia in hæredibus de-
linquentis; tamen in Fiſco Eccleſiæ aliud di-
ſponi per textum *in dicto cap.*2. *hoc tit.* & *in cap.
accuſatus*, § *penult. de hæreticis lib.*6. quo conſtat
Hæreticum quoad bona, etiam poſſe poſt mor-
tem accuſari; Imò & ex eo potuerit defunctus
Hæreticus accuſari, vt eius memoria damnetur,
Ioannes Menoch. *ibi*, & cæteri quod intelliges,
vt infrà quadraginta annos poſſit procedi, etiam
ad confiſcationem bonorum, non autem vltrà,
Simancas *de Cathol. inſt. cap.* 17. *num.* 7. Brunus
*de hæreticis lib.*5. *cap.* 17. Gomez. *de delict. cap.*1.
*a num.*81. Decian. *in tractatu crim. lib* 5. *cap.* 57.
*num.*12. Sanchez *in præcepta Decalog. tomo* 1. *lib.*2.
*cap.*22. *n.*40. Farinacius *in praxi crim. dicta p.* 1.
*q.*10. *num* 82. & *q.*25. *à num.*159. & per textum
in dicto §. *penult.* docent Rolandus *conſ.*8. *num.*41.
& 58. *lib* 3. Sanctarel. *de hæreſi* procedere quam-
uis ante mortem non fuerit accuſatus, & addit
cum aliis Couarr. *dicto* §.7. *p.*2. *de ſponſ. ſub dicto
num* 10.

11 Idem eſſe in Apoſtatis, licet Afflictis *in con-
ſtit. Neapol. tit.* 3. teneant non poſſe eum poſt
quinquennium accuſari, Imò in his Regnis, quod
bonorum confiſcationem Fiſco, ſæculari appli-
candum locum illius cap. habet conſtitutio ex
his quæ notat *repertor. inquiſit.* verbo *præſcriptio*,
& inſtructio *inquiſit. cap.* 20. Et videbis Care-
nam *de offic. inquiſit. p.*2. *tit.*19 vbi agens de mo-
do procedendi contra defunctos ibi §. 8. agit
de dubio num Ius hoc præſcribatur aliquo tem-
pore, & applicabis quæ notat nouiſſimè Bor-
don. *de inquiſit. cap.*30. *num.*8. *pag.* 512. & *c.* 36.
*num.*20. *pag.*585. vbi de præſcriptione in delictis
excepta hæreſi.

12 Vnum ex præmiſſis conſiderari oportet bona
ob delictum ſemel Fiſco delata, & per ſenten-
tiam ei tradita non poſſe vſu capi mala fide, nec
præſcribi, quia iam tunc non agitur de pœna
præſcribenda, ſed de propria ipſius Fiſci per
præſcriptionem acquirenda, ita Couarruu. *dicto*.
cap. 7. *num.* 16. *de ſponſ.* 2. *p.* in verſic. *verum*,
13 † Vbi ita dicit intelligere textum *in leg. omnes
Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *Annor.* ex qua An-
ni 40. ad hanc præſcriptionem requiruntur, quod
Bart. *in l. omnibus*, *ff. de diuerſ.* & *temp præſcript.*
Imola *in l. quamuis*, *ff. de vſucapion* Angelus in
§. *rei Fiſci Inſtit. eodem fatentur*, & Boëtius *q.*264.
num, 21. qui etiam examinat quæſtionem iſtam
de præſcribendis bonis Fiſco delatis, aut defe-
rendis, de qua *infrà*, alia ſcribit idem Couarr.
*in Reg. Poſſeſſor. p.*1. §.2. *ſub num.*7. in verſic. *ne qui-
dem*, vide Faquineum *lib.* 9. *controuerſ cap.* 56.
quem refero *in cap.* 12. *quæſtion.* 2. verſiculo *ſed
quanto*,

Ad ſecundam quæſtionis partem, quæ pendet 14
ab illo dubio an Infideles poſſint à Chriſtianis
bello impeti, ex eo quod Infideles ſint, etenim
ſolet à pleriſque iuſta belli cauſa cenſeri aduerſus
Infideles ipſa infidelitas, quaſi ex eo ſolùm, quod
Infideles ſint, nec Chriſtianam Religionem ve-
lint profiteri, poſſint à Chriſtianis bello impeti,
vt viſum fuit Hoſtienſi, & Panormit. *in cap quod
ſuper de voto*, Aluaro Pelagio *de planctu Eccleſiæ
lib.*1. *art.* 47. *littera L.* Oldrado *conſ.* 72. Albetti-
no *in Rubrica de hæret. in* 6. *q.*8. *concluſ.*3. & *con-
cluſ fin.* † Primò nam ob crimen infidelitatis ab 15
eis auferetur Regnum à Deo quod obtinent, & in
Chriſtianos transfertur iuxta illud Matthæi 21.
auferetur a vobis Regnum Dei, & *dabitur genti fa-
cienti Iuſtitiam*, & Eccleſiaſt. 10. *Regnum à gente
in gentem transfertur propter iniuſtitias*, quod ad
omnes iniquos, & impios extenditur ſecundùm
Auguſtinum *lib.*2. *contra litteras Petiliani cap.* 45.
& *cap ſi de rebus* 13. *q.*7.

Secundò ex Diuo Thoma *in* 2. 2. *q.* 66. *art.* 8. 16
ad 2. vbi ſcribitur Infideles res ſuas iniuſtè poſſi-
dere, in quantùm eas ſecundùm leges terreno-
rum Principum amittere iuſſi ſunt, & ideò ab
eis bona poſſunt per violentiam auferri publica
authoritate, non priuata. † Tertiò nam licet 17
Infideles cogendi non ſint armis, & vi Chriſti
fidem ſuſcipere, *cap. de Iudæis*, *cap qui ſincera* 45.
diſt. cap. ſicut de Iudæis, vbi latè ago de materia
belli extra notata *ſuprà in cap. ſicut* 29. *de iureiur.
do.* † Tamen tenentur infideles ſub peccati cul- 18
pa mortalis fidem Chriſti ſibi prædicatam, ma-
guiſque rationibus, & argumentis propoſitam
ſuſcipere, & profiteri ex Diuo Thoma 2.2. *q.* 10.
*art.*1. ergo & ſi bello ab eis regna, & poſſeſſiones
auferri nequeant; Tamen præſcriptione ex præ-
dictis cauſis, & iuxta noſtri textus deciſionem
ſectè ob beneficium conuerſionis ad fidem pote-
runt poſſeſſiones, & loca vnius Diœceſis, & pro-
prij Epiſcopi negligentia in alium Epiſcopum
conuertentem transferri eum ratione auertendæ
iniuriæ à proximis poſſimus bellum ingerere, ne
ipſi opprimantur à Tyrannis iuxta notata *in cap.
quanta de ſent excommunic.* & *in cap. dilecto eodem*,
lib 6. *l. culpa caret*, *ff. de Reg iuris l* 3. §. *ſed in eo*,
ff. ad Syllan pulchrè, Ambroſ. *lib.*1. *de offic. cap. non
auferenda* 23. *q* 3. & notat in hac ſpecie Caieta-
nus *in* 2. 2. *q* 40. *art.* 1. verſic. *in eodem*, & facit
illud *eripite Pauperem*, & *egenum de manu Peccato-
ris liberate*, & facit Gregorij dictum *lib.*1. *Epiſt.*73.
relatum *in cap. ſi non ex fidei* 23. *q.*4.

Sed quia verius eſt bellum aduerſus Infideles 19
ſint, etiam authoritate Imperatoris, vel Papæ,
iuſtè indici non poſſe iuxta textum *in l. Chriſtiani
Cod. de pagan.* & *templ.* & *ſacris*, *eor.* & *in cap.
diſpar.*23. *p.* 8. vbi ſtatutum eſt bellum aduerſus
Sarracenos: tunc iuſtè geri à Chriſtianis, quo-
ties Sarraceni Chriſtianos perſequuntur, & eos
ex vrbibus pellunt. † Ergò dicendum eſt in pro- 20
poſito noſtræ quæſtionis, quod infidelitas non
priuat Infideles Dominio, quod habuerunt ante
legem Euangelicam, vel quod habent iure hu-
mano in Prouinciis, & Regnis, quæ obtinent,

te

vt constat ex illo Danielis cap. 2. vbi cùm esset in-
fidelis Nabuchodonosor, nihilominus à Daniele
dictum fuit : *Tu Rex Regum es, & Deus cœli Re-
gnum, & fortitudinem, & Imperium, & gloriam de-
dit tibi*, quod ipsum Thomas adnotauit 2.2. q. 10.
art. 10. & post eum Coorradus in tract. de contract.
21 q. 7. p. 1. † Imò io Concilio Constantiensi fuit
damnatus error Ioannis Hus, & Vuifclef, asseren-
tium Dominium rerum ipso Iure amitti propter
peccatum ; idémque fuit error Armachani io li-
bro cui titulum fecit *defensorium pacis* ; quem er-
rorem etiam improbarunt Ioannes Maior in 2.
sentent. dist. 15 quæst. 2. col. 10. Vnde sequitur quod
infideles ex eo quod infideles sunt , nec volunt
Christi fidem suscipere, mioimè admittant domi-
nium rerum , nec Prouinciarum quas obtioent,
Iuréque bumano habuerint.
22 Ex quo inferunt communiter Doctores bel-
lum ea hac causa aduersùs eos à Christiaois
etiam authoritate publica indici iustè non vale-
re , vt censent Innocentius & Cardinalis in dicto
cap. quod super his , Dominic. cons. 96. Syluester
verbo infidelitas , q. 7. Cajetanus 2. 1. q. 66. art 8.
Florent. 3. p. titul. 22. cap. 5. §. 8. D. Thomas 2. 2.
q 12. art. 2. Cardinalis à Turrecremata in d. cap.
dispar 23. q 8, idem in cap. quis noi 14. q 4. Domi-
cus à Soto in 4. sentent. dist. 5. q. vnic. art. 10. Co-
uarr. qui respondet contrariis in reg. peccatum 2.
23 p. §. 10. sub n. 2. † Et ob id dixit Oldradus iustè
bellum moueri non posse Sarracenis , si quiete,
& pacificè viuant , & nihil occupent , in con-
24 sil. 264 incipit illa videtur probabilior. † Tamen
aduersùs Sarracenos , quantumuis in pace de-
gentes , semper & quolibet modo, sine aliqua
noua causa Iure optimo bellum indici , quoniam
sunt perpetui , & infesti Christiani nominis ho-
stes : docent Matta de Iurisdictione p. 1. cap. 24. ex
n. 22. Gemma Lusit. decis. 335. Boëtius decis. 178.
n. 10. Gailius de pace publica cap. 2. n. 40. Ceuali.
comm. contra comm. tom. 4. q. fin. ex n. 210. Solarcan.
de Iure indiar. lib. 2. cap. 19. à n. 36. Lorca in 2. 2.
sect. 3. disput. 52. n. 8. Cardinalis Bellarmin. lib. 3.
de Laicis cap. 16. Molina de Iustitia & Iur. tract. 2.
disput. 99. Iacob. Bleda in historia mauror. libro 8.
Seraphinus de Freitas de Iust. imper. Asiet. cap. 9.
25 n. 10. & 11. † Imò & idem Couarr. dicto num. 2. à
versic. primus , & à versic. non obstat , enumerat
casus in quibus iustè infidelibus indici potest
bellum , veluti si occupant terras , quæ olim ad
Christianorum Principum iurisdictionem perti-
nebaot , vel Christianos offendunt , & perse-
quuntur , & quando infidelis subditus alicui
Principi eius Imperium , & leges recuset , &
quoties fidem blasphemiis , prauísque persuasio-
nibus impediunt infideles, seu liberant Euange-
lij prædicationem , & in aliis casibus , vt ipse
longè scribit; ex quibus iam videbis quam iustè
in textu nostro præscriptio fuit introducta ex
adductis suprà quæst. præced.
26 Ad tertiam quæstionis partem , an absolutus
ab excommunicatione omnia sibi iura recuperet,
& quia Abbas hic agit de hoc dubio , ideo bre-
uiter cum eo, & cum Doctoribus, in cap. per prio-
rem de Exceptionibus , dico omnia sua bona re-
cuperare , de quo agunt Geminianus in cons. 142.
Aretinus in cons. 101. Gratianus reg. 2. vbi ampliat
regulam ex Tiraquello de causa cessante, p. 1. n. 97.
& 98. & limitat tribus modis , ex Felino in dict.
cap. cum inter priorem.
27 Sed ante absolutionem restituatur , & noo re-
stitui, certat Hostiensis, nisi animæ periculo im-
minente : sequitur Paoormitanus in cap. significa-
uerunt de except. n. fin. & alij non pauci, quos eou-
merat Dueñas in regula 270. vbi latè tradit , an
audiatur petens restitutionem in integrum , de
quo benè loquitur Abbas in cap. in dubiis , num. 5.
de sentent. excommunicationis : ad quod applicabis
nonnulla adducta in cap. intelleximus de Iudiciis,
de quibus omnibus alibi commodiùs , & aptius
dicitur , quæ hîc tantùm applicantur ex doctri-
na Textus nostri : hæc adjunges dictis infrà quæ-
stione sequenti, versic. ad tertiam.
Ad quartam quæstionis partem , cui per am- 28
pliùs ex dicendis infra, in cap. transmissa , respoo-
deri valet in terminis, quod abseos causa Reipu-
blicæ restituitur contra vsucapionem comple-
tam , siue eo absente , siue eo præsente , lapso
paruo tempore post reditum , iuxta Textum in
l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter ff. ex quibus cau-
sis maior, § rursus inst. de actionibus, vbi glossa ex-
tendit , etiamsi post reditum magnum temporis
spatium labatur , dum tamen deducto absentiæ
tempore, reliquum tempus oon sufficiat ad com-
plendam vsucapionem ; & est similis glossa in
cap. dilecto, verbo, & futura de verb. signific. quam
dicit veriorem Salicetus in l. quod tempore, num. 2.
Cod. de restit. milit. vbi dicit commuoem Alberi-
cus, & Iason in dicto §. rursus, n. 57. cuius opinio-
nis ea est ratio , quoniam illo tempore absentiæ
Dominus fuit læsus per absentiam. † Et sic de- 29
bet illud absentiæ tempus deduci de medio : ar-
gumento Textus in l. nec non, § fin. cum l. sequen-
ti, ff. ex quibus causis maior Balbus de præscript. 1. p.
6. partis , col. 4. & hæc opioio æquior , & huma-
nior est , & approbata de iure Rigio est in l. 28.
tit. 19. part. 3. vbi Gregor. & facit elegans Textus
in l. Pamonius , ff. de acquirenda hæreditate , quem
exornat Antonius Gomez. tomo 2. variar. cap. 9.
num. fin. Ceuallos in pract. qui ita sequitur
quæst. 738. adjunges quæ dico in cap. illud 8. hoc
tit. q 4. versic. ad tertiam.
Ned obsunt Azon in summa tit. de restitut. mi- 30
litum, Paulus in l. diuortio , §. non solum , n. 4. ff.
soluto matrimonio , docentes noo deduci tempus
absentiæ , nec absentem restitui , transacto non
modico tempore ex verbis textus , in d. §. sed
quod simpliciter , d. l. ab hostibus ibi, non quodcum-
que , sed modicum tempus, maximè quia post mul-
tum tempus est quod imputetur absenti : Vnde
nimirum si non restituatur , vt in l. is qui Reipu-
blica , ff. ex quibus causis maior rest. quam opinio-
nem reprobat Gregorius in d. l. 28. part. verbo
comencasse , dicens hanc communiter reprobari.
Et quando dicatur tempus completum io vsu- 31
capione dico infra in cap. illud 8. hoc tit. quæst. 2.
versic. ad secundam.
Ad vltimam partem quæstioois , de qua benè 32
inquiritur per verba textus nostri , suppositis
aliis iam alibi , dico breuiter impedimentum
posse probari per testes ex regula textus , ff. de
re militari, vbi Doctores. † Sed non impedit, vt 33
possit etiam per iurameotum probari , dum non
fuerit affectatum, vt docent Afflictis in decis. 50.
n. 3. Buërius in decis. 49. n. 5. licet de communi
requiratur protestatio , vt testatur Mising. cent. 5.
obseruatione 59. Ricc. collect. 1786. ad textum, in d.
l. commeatus. † Et sic quando impedimentum 34
esset notorium, puta quod anno proximo elapso
fuerit bellum in Gallia inter Catholicos, & Hu-
gonottos vel quid simile huiusmodi enim impe-
dimeota

dimenta poſſe Iuramento probari: tradit Boërius
35 *in decifion.*40. † Vel quando concurrerent aliæ conjecturæ, quia concurrentibus aliis conjecturis, impedimentum poſſet probari per Iuramentum, Rota *in decif.*311. in antiquis.
36 † Item in appellationibus ad curiam, quia tunc impedimentum poteſt probari per Iuramentum, ſecus quando non de longinquo. Afflictis *decif.*79. *num.*2. & ad propoſitum *de impedito allegante contra præſcriptionem, quid debeat probare dico infrà in cap. ex tranſmiſſa* 10. *hoc tit.* verſic. *ad ſecundam* ad plura applicabis quæ adduxi *ſuprà in cap* 4. *vt lite non conteſtata quæſt.*1. vbi de impedimento loci non tuti, & qualiter probetur.
37 † Vnde & ſi multi per textum *in cap. cum ſit Romana de appellation.* ibi *euidenter*, & *l.* 2. *Cod. de vxoribus militum*, ibi *ad ſe domum pertinere monſtrauerit*: Gloſſa celebris *in cap. ex litteris*, verbo *ad plenum de in integrum reſtit.* Gloſſa *in l. fin. ff. de eo quod metus cauſa* Oſaſcus *in pedemont. decif.*28. Sfortia *de reſtitutione in integrum quæſt* 38. *art.*3. *à num* 32. copiosè Maſcardus omnino videndus *tomo* 2. *de probat conclus.*885. teneant impedimentum pleniſſimis probationibus eſſe probandum. Tamen ex dictis verius eſt, vt in multis caſibus ea probatio ſufficiat per Iuramentum *ex cap. quia propter*, § *illud de electione cap.*1. 22. *quæſt.*1. Oldradus *conſ.*60. *num.*4. Guido *decif.*64. Romanus *in l.*2. §. *diximus*, *ff. ſiquis cautionibus* Rota *in antiquis decif.*30. Et ob id Menoch. *de arbit. caſu* 118. *num* 3. Maſcard. *vbi ſuprà à num.*17. Balboa cum multis *in cap. ex tranſmiſſa hoc tit ſub num.*11. concludunt hanc probationem ſubeſſe arbitrio Iudicum, qui arbitrabuntur, an ſit ſufficiens probatio per Iuramentum, vel non, attentis circunſtantiis materiæ, loci, perſonæ, & ſimilibus, & patet in exemplis iam relatis: ita diſtinguit Riccius ex Guido *vbi ſuprà in collect.*155. & ex Miſing. *cent.*3. *obſeruat.*92.

QVÆSTIO III.

An quemadmodum hic de triennio mentio fit, tale tempus, & de Iure Canonico indultum ſit, vt de Iure Ciuili communiter in rebus mobilibus: Et an incorporalia, & Iura Epiſcopatus alieni triennio præſcribi valerent, quemadmodum, & poſſeſſiones. Vbi de debitis & actionibus: Et an Prælatus conuerſus ex hæreſi recuperet loca ſuæ Diœceſis quæ ab alio Epiſcopo fuerint conuerſa: Et an legatum rei immobilis factum Eccleſiæ poſſit à Prælato repudiari: Vbi an factum Prælati noceat Eccleſiæ, & quid de facto vnius, an alteri præiudicet?

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio in rebus mobilibus qualis, & in quibus triennalis ſufficiat.*
2 *Præſcriptio rerum mobilium cum titulo procedit triennio inter præſentes, quadriennio inter abſentes, n.*3.
4 Cap. illud hoc tit. intelligitur.
5 *Actiones ordinariæ, ante decennium finiuntur.*
6 *Centennalis præſcriptio in rebus mobilibus Eccleſiæ Romanæ non deſideratur, ſed ſufficit triennalis, n.*7. *&* 8. *contra aliquot.*
9 *Præſcriptio mobilium ſine titulo procedit non minus annis triginta.*
10 *Præſcriptio rerum incorporalium procedit, quia quaſi poſſidentur, n.*11.
12 *Ius Eccleſiæ, & priuati par eſt in rebus, quæ minori tempore, quàm decennio præſcribuntur.*
13 *Mobiles res quæ dicantur.*
14 *Prælatus recuperat bona ſuæ Diœceſis ab alio præſcripta.*
15 *Pœnitentes, qui receſſerunt antea à fide recuperant bona, honores, & officia, quid de hæretico, n.*16.
Cap. 1. de Parochis, cap. audiuimus 24. q. 1. cap. nouatrianus 7. quæſt. 1. c. hæretici 24. quæſt 1. cap. ad abſoluendam de hæreticis.
17 *Repudiari poteſt legatum à Prælato ſuæ Eccleſiæ relictum, & quare, n.*19. *contra multos, num.*18.
19 *Prælatus poteſt Eccleſiæ præiudicare in acquirendis, non in quæſitis, & an Eccleſia reſtitui valeat, n.*20.
22 *Factum Prælati non præiudicat Eccleſiæ, nec ipſi in eo, quod eſt inſeparabile, etiam ſi iuret à quo poteſt capitulum appellare, num.*24.
21 *Factum Abbatis, & Abbatiſſæ non præiudicat conuentui.*
23 *Prælato aſſerenti alienationem factam in vtilitatem Eccleſiæ non creditur*
25 *Factum vnius non nocet alteri, exemplificatur, numeris ſequentibus.*
26 *Factum famuli non nocet Domino in criminalibus, & factum inſtitutoris, non nocet Domino, n.*27.
28 *Factum villici, ſeu coloni, nunquid noceat Domino.*
29 *Factum Monachi, vel filij, non nocet in acquiſitis perdendis, nec factum Procuratoris, num.*30.
31 *Factum patris filio, non nocet, nec factum venditoris nocet emptori, n.*32.
33 *Factum vxoris non nocet marito, nec econtra, vbi quid de exequutione in dotalibus, num.*34.
35 *Factum tutoris non nocet pupillo in deteriorem conditionem.*

DE triennali poſſeſſione, & de eius effectibus *ſuprà in Rubrica de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis*, & notaui *ſuprà in præmiſſo huius textus*, & quid de annali poſſeſſione, nunc verò cum de Iure Ciuili poſſeſſio triennalis in rebus mobilibus ſufficiat ad vſucapionem, vt ex regula textus probat Iuſtinianus *in* §. 1. *inſt. de vſucapionibus*: *textus in l.*15. *&* 18. *tit.*29. *p.*3. ideo cum in textu noſtro ſpecialitatis ratione, propter conuerſionem ad fidem triennium an numeretur, dubium non leue eſt, an hæc triennalis vſucapio in rebus mobilibus adhuc permaneat de Iure Canonico, & quod adhuc duret, & par affirmatiua videtur amplecti, & defendi ex Bulla Pauli III. incipit *cum ſicut*, & Pij V. incipit *cupientes*, qui conſtituerunt vt familiares, & ſeruitores Prælatorum, ſalaria pro biennio tantùm petere poſſint & infrà annum à die obitus eorum; imò & Philippus II. Rex noſter 1
conſtituit

constituit 5. Martij 1571. ne redditũum cessi Canones plures, quàm trium annorum exigantur, vt refert Zipæus *in Rubr. hic n. 1.*

2 Quare & si contrarium suaderi possit ex Textu *in cap. de quarta cap. Sanctorum* cum aliis huius nostri Textus, vbi 40. anni desiderantur; adhuc existimo dicendum specialitatem nostri Textus, & determinationes alias Canonicas quibus Ius Ciuile est immutatum procedere in possessionibus rerum immobilium, non autem mobilium, in quibus triennium Iure Ciuili assignatum deseruiit ad earum vsucapionem, & præscri-

3 ptionem. † Et sic ad præscribendum, seu, vt propriè loquamur ad vsucapiendum res mobiles cũ titulo inter præsentes triennium; inter absentes vero quadriennium requiritur, siue vsucapiatur contra priuatum, siue contra Ecclesiam, etiam Romanam, vt docent Cou. *in reg. possessor. 2. p. §. 2. n. 5.* iuxta regulam Textus *in l. 1. Cod. de vsucapione transformanda* quæ loquitur de rebus priuatorum & Text. *in Auth. qua actiones, Cod. Sacrosanctis Ecclesiis*, quæ loquitur de rebus Ecclesiæ, quam recepit Ecclesia, vt patet *ex c. vlt. & penult. 16. q. 3.* docent nouissimè Egidius Trulenc. *in opere morali*

4 *lib. 7. c. 4. dub. 6. n. 2* † Multis adductis Barb *in c. illud 8. hoc tit. n. 8. 9. 10. & 11.* vbi ait regulam Textus *in d. c. illud*, cum aliis procedere tantùm in rebus, quæ principaliter, non de his, quæ secundario pertinent ad Ecclesiam, & in his quæ sunt Ecclesiæ, quoad verum, & proprium Dominium pro quibus competit rei vindicatio, secus verè si sunt illius ratione quasi Dominij pro quibus publicana conceditur, nam in his sufficit tempus ordinarium, Balbus post Corneum & alios *de*

5 *præscript. 1. p. 5. n. 14.* cum Bald. Iason. & aliis. † Et si actiones ordinariæ temporales, quæ ad certum tempus à lege tantùm sunt institutæ, & contra priuatos antè decennium finiuntur, vt est actio redhibitoria, quantò minoris prætoria cum similibus, de quibus *in tit. de edilitio edicto, §. 1. inst. de temp. action.* & contra Ecclesiam eodem breui tempore finiri nec requiri annos 40. Textus *in Auth. hæc constitutio* ibi *nihil penitus* Gloss *durantibus in Auth. quas actiones* Balbus *suprà à n. 12.* & alij relati à Barbosa *n. 11.*

6 Et ita & si Abbas *in cap. cum vobis 14. & c. ad audientiam 13. hoc. tit. num. 12.* per Textum *ibi* ad finem, *& Auth. vt Ecclesia Romana*, Decius *in c. cum dilecta de confirmat. vtili, vel inutili*, Balbus *de præscript. 1. p. quintæ partis, num. 13.* & alij Doctores affirment Priuilegium concessum Romanæ Ecclesiæ, vt aduersùs eam; non nisi spatio centum annorum vsucapio procedat, extendatur, etiam ad res mobiles: tamen ex dictis, & cum Angelo *in dict. Auth. vt Ecclesia n. 2.* Barb. *in d. c. cum nobis n. 4.* teneo triennalem vsucapionem non esse abrogatam, nam lex, quæ lata est in fauorem Ecclesiæ Romanæ, circa centum annorum præscriptionem, tantum est loquuta, vbi alias contra priuilegiatos longi, vel longissimi temporis, ob idque cum huiusmodi priuilegium emanauerit, & incipiat à lege ciuili, ad quam lex Canonica se refert, vt patet *in dicto cap. cum vobis* ibi *tam Ciuilis*, & *in dicto cap fin. 16. quæst. 3.* merito declarari debet, secundùm easdem leges, taliter vt non comprehendat mobiles res, quas prædicta lex non comprehendebat argumento legis, sed & posteriores, *ff. de legib. l. ait prætor, §. 1. de re iudicata.*

7 Vnde Barbosa *in dicto cap. cum nobis, sub dicto num. 4. in fine*, improbat Saliceti sententiam, quatenus dixit huiusmodi res mobiles Romanæ Ecclesiæ nullo tempore præscribi ad exemplum rerum fiscalium, *in dicta l. 1. Cod. de vsucapione transform.* ex regula Textus *in §. res fisci inst. de vsu capion.* cuius regula in proposito non concludit, quia vltra tradita per Butrium *in cap. 1. num. 121. de in integrum restit.* procedit tantùm in fine imperiali, & non omnem, nec in omnibus præscriptionem excludit.

Sed de his dubiis videbis quæ adducit ex 8
multis, Balboa *in cap. 4. hoc tit. à num. 3. ad 13.* vbi bene allegat iura pro contraria sententia, & ea expendit: Sed Marta *4. p. de iurisdiction. casu 48. centuria 1. à num. 1.* cum multis sequentibus acerrime defendit priuilegium Ecclesiæ concessum, etiam ad res mobiles extendi ipsum, videbis Tamen Barbosa *in d. cap. illud, num 11.* dicit iam hodie cõtrariam relatam in praxi obseruari.

Notabis autem quod vbi deficit titulus ad vsucapionem rerum mobilium requiruntur an- 9
ni 30. siue alicuius priuati illæ sint, siue Ecclesiæ, etiam Romanæ iuxta communem Doctorum, & patet pars prior ex Textu *in l. 3. Cod. de præscript. 30. vel 40. annorum*, vbi res immobiles contra priuatum præscribuntur triginta annis sine titulo, & idem dicendum de mobilibus cum nihil aliud de eis statutum sit absente titulo. Secunda pars probatur, quia cum Ecclesia in mobilibus non habeat priuilegium, sed solùm in immobilibus debet eodem iure censeri, quo priuatus: sic Lessius *lib. 2 de iust. cap. 6. dub. 7.* Sairus *lib. 9. clau Reg. cap. 12. num. 25.* Egidius Trulench. *vbi suprà dicto dubio 6. num. 7.* Couarruuias videndus cum multis, *in dicta regula possessor 2. p. §. 5. num. 2.* cumque vt dixi nullum priuilegium sit concessum Romanæ Ecclesiæ, quoad triennalem possessionem, sed quoad præscriptionem longissimi temporis, quale est spatium 30. annorum, loco eius concedatur Ecclesiæ Romanæ centum annorum spatium, quid mirum, vt hoc non extendatur ad vsucapionem triennalem, & quatriennalem, Lessius *dict. lib. 2. cap. 6. dubio 7. num. 21.* Sed ait Egidius Trulench. *dicto dubio 6 cap. 4. num. 2. in fine*, cum Hostiensi, & Azor *3. p. lib. 1. cap. 22. mor. quæst. 2.* probabile esse contra Ecclesiam non habere locum triennalem possessionem: Benè verò contra bona patrimonialia clericorum; idem Azor *ibi q. 5.* videbis infra nonnulla *in c. illud 8. hoc tit. q. 1.* versic. *ad quartam.*

Ad secundam quæstionis partem videtur ne- 10
gatiuè respondendum quia iura incorporalia nõ possidentur ex late dicendi, *in cap. de quarta, hoc tit.* & ex *l. 3. Cod. de acquirenda possessione*, ergo cum loca pertinentia ad Episcopum in sua Diæcesi, sint iura incorporalia, non fuit cur in nostro Textu admitteretur triennalis præscriptio, cum actiones ciuiles circa res mobiles regulariter præscribantur spatio 30. annorum, & eadem ratione debita, quæ illis exigi possent modo adsit bona fides ex *l. sicut in rem Cod. de præscript. 30. annorum*, etenim aduersùs Ecclesias, & alia pia loca omnis actio, quæ decennio, aut longiori aliquo tempore durat, nonnisi quadraginta annorum spatio durat quod si Ecclesia Romana sit, durat spatio centum annorum, vt omnes fatentur ergo.

Sed respondeo quod et si res incorporales non 11
possideantur, datur tamen in illis quædam quasi possessio, quæ habet effectus veræ possessionis, *l pen.*

pen.ff. de ſeruit. l.generaliter ,ff. de petit. hæreditatis cap cum Eccleſia ſutrina de cauſa poſſeſſ. & prop. nam ſicut lex efficere poteſt vt transferatur Dominium ſine aliquo actu apprehenſionis , ſic ſimiliter efficere poteſt, vt iura incorporalia quaſi poſſideantur , quæ ficta poſſeſſio in iuribus incorporalibus ſufficit ad præſcriptionem notat Graña *hic n.5.* Couarruu.*lib.3. var.c.5.n* 6. Men-
12 chaca *de ſucceſſionum creatione*,§ 12.*n.*100.† Et ſic idem Cou. *in d.reg poſſeſſor.2.p.*§ 2.*n.5.&* 6. dixit in rebus , & actionibus , quæ minori tempore, quam decennio vſucapiuntur,vel præſcribuntur par eſſe ius priuati & Eccleſiæ,iuxta dicta dubio præcedenti , & talis eſt actio redhibitoria, actio de dolo,quanti minores,& ſimiles:notat Egidius Trullenq. *in opere morali p.2.lib.*7 *c.4.dubio 6. ſub*
13 *n.*2.cum Saito *in claui Reg lib.9.c.*11.*à n.*25.†Vbi *n.*1. dicit quod nomine rerum mobilium intelliguntur ipſæ res mobiles, vt animalia veſtes,tum etiam Ius, & actiones ad illas obtinendas,& tum etiam debita rerum mobilium.

14 Ad tertiam quæſtionis partem an Prælatus recuperet loca ſuæ Diœceſis,quæ ab alio Epiſcopo fuerunt conuerſa,& adjunctis dubiis *q.præcedenti* verſic.*ad tertiam*,vbi an abſolutus ab excommunicatione recuperet bona,& in propoſito dicen-
15 dum eſt ex noſtro Textu recuperare. † Nam Eccleſia Catholica primo recedentes a fide , qui ex ſua propria voluntate conuertuntur,& pœnitent non ſolùm ad pœnitentiam eos recipit verùm,& eius vitam conſeruat , & interdum adhibita diſpenſatione,dignitates honores,& cætera omnia, quæ antea habebit reſtituit: ſic ex noſtro Textu
16 Graña *hic n.*10.† Vbi reſpondet cum Caſtro *lib.2. de hæret. punit. cap.*23. *ad Iura cap.*1 *de Parrochis cap. audiuimus* 24. *q* 1. *capite nouarianus* 7. *quæſt.*1. *capite heretici* 24. *q.*1. *c. ad abolendam de hæreticis* quatenus ibi conſtat hæreticum ab omni poteſtate,& honore Eccleſiaſtico adeò priuari,vt etiã ſi poſtea conuerſus fuerit,nihil poſſit recuperare; nam prædicta Iura intelliguntur de conuerſis iterum , in hæreſim recidentes , qui licèt ſemel ad honores,& nobilia officia,& alia ſint reſtituti;tamen in prædictis reſtituũtur,niſi ex noua Pontificis diſpenſatione,de quo latè dico *in tit hæreticis.*

17 Ad quartam quæſtionis partem , nunquid legatum rei immobilis factum Eccleſiç poſſit à prçlato repudiari, & ſuppoſitis quæ adduxi *ſuprà in cap.*4 *&* 5. *de Iuramento calumniæ*,an taciturnitas prælati noceat Eccleſiæ; nunc quatenus pertinet ad expreſſam repudiationem inuenio duplicem Doctorum ſententiam affirmatiuam defendunt, Federic. de Senis *conſ.*9.Lupus *alleg* 38.Felin.*hic*, & Abb.vbi id intendit ad hæreditatem,Socin.*in l. legatum* vbi Iaſon.*ff.de leg.*1. dicit communem Aretinus,& quod ſic ſeruatur, in practica *in l.is, qui hæreſ.* §.*fin ff.de acquirenda hæredit.*Abb.*in c.*1. *de dolo*, Doctores *in c.*1.*de rebus Eccleſiæ non alienandis*, Ancharran.*conſ.*136.dicit hanc veriorem Spino *de teſtam.gloſſa* 8 *princip.n.*63 *in fine*,vbi expendit pro hac opinione Textum *in l. fin. tit.fin. part.*6.

18 Contrariam negatiuam tenent Bald.*in l magis puto*,§ *fundum,ff.de rebus eorum* Paulus *in d.l.legatum*, vbi Alex. dicit communem Imola *in c. tua nuper de his quæ fiunt à Prælat.*Ruinus *conſ.*136.*volum.*3. & Felinus *in c.contingit de ſent excommun.* qui dicit ſic tenere omnes præter Abbatem ſequitur Peralta *in l. Titia.*§.*ſi ea,ff.de legat.*2. & vt veriorem amplectitur Ceuallos *in practicis q.*661. *in fine* , & ſi contrariam ſequatur Antonius Ga-

briël *lib.*4. *comm. tit.de leg. concluſione* 3. † Et 19
cum relatis ſuprà primam amplector ex his,quæ iam alibi dixi , ex Balboa , & ab eo relatis *in cap.*2. *hoc tit. num.*33 quatenus exiſtimat poſſe Eccleſiæ Prælatam præiudicare Eccleſiæ in acquirendis, non vero in iam quæſitis ad eo vt etſi res Eccleſiæ alienari non poſſunt ſine debita ſolemnitate,de qua *in eo tit. & in cap ſine exceptione* 12.*q* 2.tamen ſolum Prælatum repudiare poſſe legatum Eccleſiæ relictum affirmat cum Bald.*in l.pupillorum, Cod de repudianda hæreditate*,Abbate *in c.*1.*de in integrum reſt.& in c.*1 *de dolo & contumacia.*Innoc *in c.fraternitatem de donat.*& Gloſſa *in cap fin.*16. *quæſt.*1. *gloſſa fin. in c.potuit de locato.* † Sed etſi hoc ita ſit fatetur cum Panor- 20
mit. *in c.audiſtis de in integrum reſt. in c.conſtitutus eod.*ex Doctrine Text.*in l ait prætor in fine.ff.de minoribus*, Eccleſiam reſtitui poſſe aduerſus eam legiti repudiationem : & ſic Gratian. *reg* 316.*ſub n.*8 dixit quod Prælatus poteſt præiudicare Eccleſiæ in non ad implendo conditionem , quod non apte impenſum ibi video.

Ad quintam quia & ſimiliter alibi dictum eſt; 21
ideo breuiter in foro ad plures caſus ; nempe quod factũ Epiſcopi, ſeu Prælati,non nocet Eccleſiæ Rota Romana *in deciſ* 22.*p* 2 Riccius *collect.*1549 *ad gloſſam in c.cum veniunt de inſtitut.& collect* 1551.ad Text.*in l.ex facto ff de hæredib.inſtituendis*,imo nec & ipſi Prælato,quãdo eius præiudicium eſt inſeparabile, cum præiudicio Eccleſiæ nihil obſtante Iuramento Prælati cum propter connexitatem præiudicij, non poſſit ſeruari Iuramentum ſine interitu ſalutis æternæ aliquid per Rotam *diuerſ. deciſ* 21. *p.*2. Ricc.*collect* 1549. ex faciunt tradita *in c.*2. *de Iureiur.* Et hoc quẽadmodum in caſu inſeparabilitatis præiudicij renunciatio non tenet in fauorem renunciantis eadem Rota *in deciſ* 170. *q.*1 & quale ſit præiudicium inſeparabile tradit Cæſar.Barz.*in dec.*89. † Et quando factum Prælati noceat Eccleſiæ,videbis Rotam *in deciſ* 551. *p.*1. & quod factum Prælati non præiudicet Eccleſiæ latiſſimè ſcribit Ioan. Bapt.Coſt.*de facti ſcient & ignor.inſpect.*39. *per totam*,vbi multipliciter amplicat & limitat.

Et ſic in facto Abbatis , quod non præiudicet 22
conuentui latè ipſe Ricc. *in deciſ.* 9 & Anna *in ſingulari deciſ.*1.*per text.in cap cum dilectus de religioſis domibus* quod procedit etiam ſi interueniat actus poſitiuus , vt pote ſolutio facta per colonum mandato Abbatis,Balb.*in deciſ.* 3 & multo minus factum Abbatiſſæ attenditur in perniciem Monaſterij , Afflictis *in deciſ.*136 quod amplia procedere maxime ſi agatur de facto arduo:Cardinalis Puteus *in deciſ.*285. & Franc. Marc.*in deciſ* 955. *p* 1.

Hinc eſt,quod non ſtatur aſſertioni Prælati 23
dicendis alienationem factam eſſe in euidentem vtilitate Eccleſiæ,& ſeruatis ſeruandis præceſſiſſe Creſcẽr.*in dec.*3.*de reſcript.*† Ricc.*d. collect.*1549 24
circa finem,vbi notat cum Gailio *obſeruat.*70.*lib* 1. *n.*11.quod ſi ex facto Prælati,poſſet Eccleſia præiudicari, capitulum poteſt contradicere,appellare, poſtulare, in integrum reſtitutionem, & alia pro Eccleſia excitare pinguiora.

Ad ſextam quæſtionis, partem,nunquid factũ 25
vnius alteri præiudicet,applicabis plura adducta *ſupra in cap.*9. *de Iudiciis* & alibi ; & ſic breuiter repeto , & addo nonnullos caſus. † Et Primo 26
quod factum famuli non nocet Domino in criminalibus , Franciſc. Marc *in deciſ.*61.*p.*1. *& in deciſ.*521.*p.*2. aliquid per Afflict. *in deciſ.*57. *n.*7.

27 & per Capell. Tolos. *in decis.* 196. *n.* 4. † Secundo vt factum institutoris Domino non noceat Rota Genuens. *in decis.* 12. *&* 14. ad tradita *supra*
28 *in cap.* 16. *de Iudiciis.* † Tertiò nec factum vilici, seu Coloni partiarij, Neapoli vocatur *Massarius* nocet Domino, vt per Rotam Bonnonien *in decis.* 93. Capic. *in decis.* 57. aliquid per Magon. *in decis.* 94. *&* 101. Rotæ Florent. Ioseph Ludouic. *in decis. Perus.* 22 & eadem Rota Bonon. *in dec.* 26. Rota Romana *diuers. in decis* 339 *p.* 2.

29 Item nec factum Monachi vel filiifamilias nocet in acquisitis perdendis priori Abbati nec patri, Afflictis *in decis.* 147. aliquid per Rotam *diuers. in decis.* 235. *lib.* 2.

30 Nec procuratoris factum Domino nocet, Rota Romana *in decis.* 198. Mysing. *in obseruat.* 44.
31 *cent.* 5. ad tradita *suprà in c.* 14. *de Iudiciis.* † Nec factum patris filio nocet, Franc. Marc. *in dec.* 604.
32 *p.* 2. & Gama *in decis.* 373. † Nec factum venditoris nocet emptori aliquid per Osasc. *in decis.* 48. Magon. *in decis.* 135. *Rota Florent.*

33 Nec factum vxoris nocet marito, nec econtra Balb. *in decis.* 67. Riccius *collect.* 1551. vbi circa finem infert cum Guid. Papæ *in decis.* 447. & Gama *in decis.* 336. Achiles de Grassis *in decis* 17. *de*
34 *rescript.* † Quod non potest fieri executio in bonis dotalibus pro sanando ære alieno per maritum conflato, Capitius *in decis.* 128. nec econtra fieri executionem in bonis mariti vigore senten-
35 tiæ contra vxorem latè. † Nec factum tutoris nocet pupillo, quando est in deteriorem conditionem, Balbus *in decis.* 19. sed notat Thoming. *in dec.* 21. per Text. expressũ *in l. qui fundũ*, §. *si tutor ff. pro emptore*, quod factũ tutoris intelligitur pupilli, & intelligit Riccius sub *dicta collect.* 1551. dummodo fuerint obseruata, posita per Capicium *in decis.* 50. & limitat cum Viuio *in decis.* 40. *lib.* 1. Caputaq. *in decis.* 323. *&* 324. *p.* 3. si tutor esset falsus, vel talis, qui tutelam minus legitimè acceptauerit, & idem Riccius *collect.* 1550. ad Textum *in l.* 2. vbi Bart. *de incendiar. & ruin. & naufra*, agit de controuersia, an Dominus teneatur ex facto famuli, & ad latiorem tractationem de his, & & aliis adiunges, quæ adduxi *in d. c.* 9. *& c.* 16. *de Iudiciis*, vbi videbis. Et applicabis quæstionem, de qua *in Rub. de lit. cont. q.* 16. vbi procurator non contestans in termino litem nunquid noceat Domino.

QVÆSTIO IV.

An salarium Iudicum, & Aduocatorum præscribatur triennio: Quid de salario famulorum, seu filij, & priuigni: Et an salaria administratorum præscribantur triennio: Et quid de debitis Pharmacopolis ex medicamentis: Et an Matrix Ecclesia, de qua hic intelligitur de Cathedrali, seu alia?

SVMMARIVM.

1 *Salaria Iudicum non præscribuntur.* Pragmatica 81. Matriti 1582. n. 2. 3. 4 & 5, L. 9. fin. tit. 15. lib. 4. recopilationis, n. 8.
2 *Salarium Aduocatorum præscribitur triennio.*
3 *Renunciari non potest legi prohibitiuæ, n.* 4.
5 *Salarij præscriptio litis contestatione interrumpitur: quid si pars salarij soluatur, num.* 6.
7 *Salaria debita notariis, non præscribuntur, secus debita procuratoribus, & sollicitatoribus.*
8 *Salaria famulorum præscribuntur triennio, quid si Dominus Iuret, vtcumque soluere, numero* 9. *Romæ biennio præscribuntur, num.* 10. *fallit, à num.* 11. *quid in foro animæ, num.* 12.
11 *Salaria non præscribuntur, si Dominus citatus, seu interpellatus est à famulo aut si Dominus recognouisset debitum, vel famulo obligationem faceret, aut pignora, seu fideiussores daret.*
13 *Famulus non obstante lapsu triennij, potest sibi retentionem facere pro debito sui laboris, item & compensationem, num.* 14. *potest repetere vestes, & alias res relictas apud Dominum, num.* 16. *quid si famulus repentinè exiit, & reddit, n.* 17.
15 *Salarium, quod discipulus dat Magistro non præscribitur triennio.*
18 *Salarium debitum priuigno, aut filio præscribitur triennio, n.* 20.
19 *Triennium, quo præscribitur salarium incipit à die finiti seruitij.*
20 *Præscriptio incipit à die obligationis, aut termino solutionis.*
21 *Salaria Administratorum exequutorum, & similium, non præscribitur triennio.*
22 *Debita Pharmacopolis ex medicamentis triennio præscribuntur.*
23 *Matrix, quas significationes habeat & quid sibi velit Ecclesia Matrix, n.* 24.
24 *Ecclesia Matrix dicitur; quæ est aliarum princeps, id est Cathedralis.*
25 *Matrix dicitur vrbs, seu Prouincia, quæ est aliarum caput.*
26 *Metropolis dicitur Ciuitas, quæ est aliarum caput.*
27 *Metropolis ad coloniam se habet, vt mater ad filiam.*
28 *Hierosolyma Ciuitas dicitur Metropolis multarum Prouinciarum & Regionum.*
29 *Ecclesia suffraganea tenetur sequi Metropolim.*
30 *Eccle-a inferiores debent seruari, quod in maiori seruatur.*
31 *Metropolis est dictio græca à matre, & Ciuitate concinata.*
32 *Matrices dicuntur Prothocola, id est prima scriptura matrix.*
33 *Matrices dicuntur libelli, in quibus Græco fisco pensitantes continebantur, id est libelli beneficiarij, Imperiales ad exigenda tributa.*
34 *Matricula est series, & ordo, in quo homines continentur vulgò* padrones.
35 L. eos, Cod. de aquæ ductu lib. 11.
Fistulæ dicuntur matrices, seu matres, vbi aqua recipitur.
36 *Palma dicitur matrix à qua, velut à matre palmites procedunt.*
37 *Columba, si est bona matrix octies anno pullos educat.*
38 *Gallinæ aptæ ad progenerandum appellantur matrices.*

AD primam partem de præscriptione triennali salariorum, dico ad primum, Iudicum salaria 1

ſalaria non præſcribi, quia nullibi reperitur deciſum, cum pragmatica curiarum Matritenſium anni 1582. petitione 82. loquatur in ſalario aduocatorum procuratorum, & non aliorum, & *lex 9. tit. 15. lib. 4. recop.* loquatur in ſalariis famulorum, & apothecariorum, & aliorum minuatim vendentium; ſed lex, quæ loquitur de præſcribendo ſalario, non extenditur, niſi ad caſus, de quibus loquitur, vt in ſalario famulorum intelligit Rebuffus ad *leges Gallicas tit. de ſalariis famulorum Gloſſa* 10. concordat Duenas in regulis ſuis, *reg.6. f.548. lib.6.* ſequitur Flores de Mena *lib. 1. var. q. 8. n. 44.*

2 Declaratio autem aduocatorum dicendum eſt præſcribi triennio ex *dicta pragmat.* 82. quæ ſolum intelligitur de ſalariis currentibus poſt promulgationem ipſius, etiam ſi dependeant ex cauſa antecedenti, vt patet ex verbis ibi *que corrierende a qui adelante*, non enim ſufficit, vt tres anni ipſius præſcriptionis currerent poſt dictam promulgationem contra ſalaria antea debita, ſed neceſſarium eſſe, quod debeantur, & currant poſt dictam pragmaticam; licet in ſalario famulorum contrarium voluerit Azeuedus *in l. fin. tit. 15. lib. 4. recopil. num. 1.* qui allegat Oroſcium *in l. omnes pupilli, num. 148. de iuſtitia, & iure:* reſoluit Flores de Mena *variarum, dicta quaſt. 8. num. 61.* vbi addit potuiſſe aduocatum, non obſtante lapſu triennij petere ſalaria decurſa ante dictam pragmaticam.

3 Et Ioannes Gutierrez *de Iuramento confirmatorio, cap. 14. p. 1. à num. 5.* cum Couarruuias Menochio, & alis Doctoribus Hiſpanis ait, quod dicta pragmatica non poteſt renunciari; vt ipſa dicit quæ annollat contractum, & renonciationem, & inde ſequi vt talis renunciatio, non formetur Iuramento, vt circa legem aliorum reſoluit ipſe Gutierrez addens quod legi prohibitiuæ nequit renunciari etiam cum Iuramento, vt concludunt Authores *in l non dubium, Cod. de legibus, l. cum lex, l. ſi quis, pro eodem, ff. fideiuſſoribus*: notat Gutierrez *ſupra, cap. 16. num. 59. dicta p. 1.* Flores
4 de Mena *dicta quaſt. 8. num. 62.* † Qui *num. 65.* cum Azeuedo *in dicta l. fin. num. 59.* addit prædictam pragmaticam locum habere, etiam ſi debitor conſtituat ſe ſoluturum ad omnem voluntatem creditoris, quia ſi expreſſe nequit renunciari, multò minus tacitè, & hoc ex doctrina Textus *in cap ſi diligenti de foro competenti*, ita vt *ibi* adducta de ratione illius Textus, & aliorum in quibus renunciatio non tenet; faciant pro hac Doctrina quæ leges.

5 Notandum verò eſt quod etſi ad interrumpendam præſcriptionem in ſalario famulorum ſufficiat petitio extraiudicialis, vt determinat Rebuffus *ad ll. gall tit. de ſalariis famulor. art. 1. Gloſſa* 15. & poſt lõgam diſputationem ſequatur Gutierrez *de Iuramentorum firmatorio, lib. 3. cap. 1. numero* 35. licet contrariom teneat Azeuedus *in dicta l. fin. dicto num.* 59. tamen in præſenti caſu neceſſariam eſſe litis conteſtationem: tradit Flores *dicto cap. 8. num. 63.* ex verbis dictæ pragmaticæ, ibi *ni auiendo conteſtado de manda*, ad tradita ſupra, *in Rubrica de litis com eſt & in cap. 6. de iudiciis, q. 15.*
6 *& 16.* † Nec enim talis præſcriptio interrumpitur, etiam ſi pars ſalarij petatur & ſoluatur intra triennium quoad aliam partem ex verbis illis pragmaticæ ibi *loque ſe cos debiere de los dichos tres años*, & ibi *y que lo de mas. &c.* vbi legiſlator ſolum dicit poſſe peti, id quod debitor de tribus vltimis, & in definita æquipollet vniuerſali, ex notatis, *in l. placet, ff de liberis, & poſth. & in l. pluribus ff. de leg. 1.* Et hoc intelligit Flores *dict. à q. 8. num. 64.* quando ſoluit partem, ſine recognitione alterius verbo vel ſcripto factam; ſecus ſi fiat cum ea recognitione ex Doctrina Gutt. *dict cap. 1. num. 34.*

Verùm hæc doctrina de aduocatis, non ex- 7
tenditur ad ſalaria debita Notariis, non alia ratione, niſi quia nulla lege cauetur; ſecus verò in ſalariis debitis procuratoribus, & ſolicitatoribus, nõ in iſtis habet locum triennalis præſcriptio, vt cauetur, *in d pragmat.* 82. & tenent Flores dicta *q. 8. n. 72.* vbi id negat in ſalario debito Notariis; quod probatur ex dictis *ſup n. 1. de indic.* De ſalariis debitis, ſeu aſſignandis aduocatis dixi, *ſup. ſub c. 14. de iud. toto, q. 9.*

Ad ſecundam partem quæſtionis de præſcrip- 8
tione triennali ſalarij famulorum, reſpondeo locum habere ex *d. l. 9. tit. 15 lib. 4. recop.* quæ habet locum generaliter in omnibus famulis cuiuſcumque qualitatis, & conditionis ſint, vt aduertit Rebuff. *tit. de ſalariis famulorum Gloſſa* 9. Azeued. *in d. l. fin. in princ* Flores de Mena *d. q 8 var. lib. 1. §. 1.*
n. 38. qui *n. 39.* & Azeued. *in d. l fin. n. 59.* † Dicunt 9
quod hæc præſcriptio habet locum, etiam ſi Dominus ſe obliget ſoluere ſalarium ad omnem voluntatem famuli, ſed Rebuff *vbi ſup. Gloſſa* 19. dicit quod ſi Dominus iuret ſoluere; tunc ceſſare legis diſpoſitionem; ita vt ſoluere teneatur, non obſtante præſcriptione, verùm hanc opinionem intelligit Flores de Mena *d. q 8. var. § 1. n. 40* quando conſtat non eſſe ſolutum ſalarium, ſi verò nõ cõſtat de ſolutione, dicit ſuſpectã opinionem Rebuff. contra quam tenet Gutier *d. lib. 3. de Iuram. confirm p. 3. c. 1. n. 20.* quia præſumitur ſolutio ex curſu triennali; tum etiam famulus eſt petere impeditus, & iuramentum non debet operari contra legem prohibitiuam, nec contra bonum publicum, ob quod inuenta eſt triennalis præſcriptio videbis Gutier. *in l. nemo poteſt, n. 201. & 202.* vbi loquens de iſtis ſalariis ait quod ſi quis allegaret tempus in ſolutione, eſt condemnãdus; & ſic eſſe intelligendas leges Regni, quæ iu-
bent ſalaria famulorum præſcribi. † Et licet triẽ- 10
nio in aliis prouinciis præſcribatur ſalariũ famuli, Gama *dec. 354.* ſed Romæ biennio per bullam
Pij V. 33 *in bull fol. 973.* vt refert Gratian. *dec. 54.* 11

Vnde infero quod etſi interrumpatur præſcriptio, non habet locum prædicta, *lex. 9. tit. 15. lib. 4 recopil.* ex dictis ſupra, vt quando Dominus citatus fuit à famulo, vel quando interpellatus fuit extra iudicialiter: ſequitur cum Gutierrez idem Flores *dict. quaſt. 8. § 1. num 41.* contra Gutierrez, & probatur, nec habet locum ſi Dominus recognouiſſet debitum, & aut obligationem faceret famulo, vel ei pignora, aut fideiuſſores
daret idem Flores *vbi ſuprà.* † Qui ait prædi- 12
ctam diſpoſitionem, nec habere locum in foro conſcientiæ ſi Dominus ſciat debere ſalarium famulo, qui iurare tenetur, & ſi confitetur ſalarium ſoluere, debet non obſtante triennali præſcriptione; quod vltimum vt verum ſit pendet ab ea quæſtione, an præſcribens cum bona fide ſi poſtea ſuperueniat mala fides tutus ſit in foro animæ, de qua dixi iam & dico *infra in cap. fin.* & Couarruuias *in reg. poſſeſſor. p. 2. §. 2.* quod etſi in diſpoſitione *l. 9. tit. 15. lib 4. recopilat.* vbi Carolus V. ita diſpoſuit deficiat bona fides, tamen eius diſpoſitionem, vt ſi res eſt dubia,

ſententia feratur pro Domino, ſed ſi debitum ſit certum denegatur poſt triennium famulo actio, ad lites vitandas, ſed non ideo Dominium in foro animæ tutum eſſe Nauarr. *in ſumm. cap.*17. *num.*85. Villalobos *p.*2. *tract.*10. *def.*27. *num.*5.

13 Vnum tamen notabis, quod etſi lapſum triennij abſtulerit actionem & petitionem famulo ad petendum ſalarium; non tamen ſubſtulit maximam æquitatem, quæ pro eo erat ad recuperationem, & retentionem ſui laboris, cum hæc ſine actione exiſtere poſſit, & ex alio fonte oriatur; ſic in Iudicando, & conſulendo ſe ſeruaturum dicit Flores *dicto* §.1 *quæſt.*8. *num* 48. eo quod eſt conforme *dicta leg. fin. tit.*15. *lib.*4. *recop.* quod pendet ab eo dubio, an quis vti poſſit retentionis Iure, de quo dixi *in c. grauis* 11. *de reſt. ſpoliat. à q.*4 *& 5. & in cap. ſæpe q.*5. verſic. *ad ſecundam.*

14 Item & compenſationis Iure, de qua dixi *in cap.*1. *de Iureiur.* & plura notaui *in cap.*7. *eodem*, & quid de exceptionis Iure ad dicta *in Rubrica, & tit ſuprà de Exceptionibus.* de quo ad propoſitum noſtri dubij diſputant Azeuedus *in dicta l. fin.* Gutierrez *de Iuram. confirm. dicta* 3.*p. cap.*1. *à num.*21. Flores de Mena *dicta quæſtione* 8. §.1. *à dicto num.*41. *ad.*47. vbi bene expendit Bartoli doctrinam *in l.*2. *ff. de except.* ad quos te remitto.

15 Nec prædicta lex Regia locum habet in ſalario, quod Diſcipulus dat Magiſtro, nam iſtud non præſcribitur triennio: ſic Rebuffus, Azeuedus, & Dueñas cum eis, & Flores *dicta q.*8. §.1.

16 *n.*51. † Qui *n.*52. addit nec præd. ctam legem procedere in veſtibus, & aliis rebus famuli quas reliquit apud Dominum, nam has non obſtante

17 lapſu triennij poteſt repetere. † Nec procedit etiam in famulo, qui ſtatim rediit; nam huic non currit triennium à tempore diſceſſus primi, nec dicitur eieciſſe famulum, ſi eum ſtatim recipiat, quia fuit ex aliqua repentina ira, nec impedito iuſto impedimento currit dictum triennium, nec currit minori, vt Magiſtraliter ponunt omnia hæc Rebuffus, Azeuedus, & Dueña Flores *dicto num.*52 §.1. quibus adiungo dicta *ſuprà ad Rubricam de litis conteſt quæſt.*14. *&* 15.

18 Ad illud in difficultate adiectum de filio, & de priuigno dico quod de ſalario præſtando priuigno, & filio, ſi non conueniatur, & debeatur, habet locum præſcriptio triennalis ex *dicta l fin. titulo* 15. *lib.*4. *recopilation* quia etiam ſalarium incertum, & non conſtitutum præſcribitur, vt per Azeuedum *ibi num.*4. *&* 5. Flo-

19 res *d.*§.1 *q* 8. *n.*53 † Qui addit triennium incipere à die finiti ſeruitij, nam filij reſpectu parentum, ordinarium eſt non petere prædicta ſalaria, vſque ad eorum mortem, & ſic dies ſo-

20 lutionis ex communi curſu tunc cedit. † Et præſcriptio incipit à die obligationis, aut termino ſolutionis, vt *in l. cum notiſſimi*, §. *illud, Cod. de Præſcription.*30. *vel* 40. *annorum*, quod intelligit Flores *ibi dicto*, §.1. *num.*54. quia cum hæc ſalaria ſoleant exigi, & peti tempore diuiſionis hæreditatis inter fratres, aut à tempore redditionis rationum, quod ab illo tempore incipiet currere triennium, ſed negat in filiis reſpectu patris currere dictam præſcriptionem, cum non debeatur ſalarium, & nec portio, quæ præcipua illi datur, propriè ſalarium dicatur.

Ad aliud de ſalariis adminiſtratorum, etiam 21
breuiter ex dictis reſpondeo ſalaria adminiſtratorum executorum, & ſimilium non præſcribi triennio, quia nullibi id inuenitur diſpoſitum: ſic amplectitur Flores de Mena ex iam dictis *dicta quæſt.*8. §.3. *n.*22. vbi commendat videri remiſſionem Azeuedi *in l.*9. *tit.*15. *lib* 4. *recopilat. num.*10. & de ſalariis debitis applicabis dicta *ſuprà ſub cap.*14. *de Iudiciis.*

Ad vltimum de debitis Pharmacopolis cauſa 22
medicamentorum vulgò *Reçeta* breuiter etiam reſpondeo cum *dicta l.*9. *titulo* 13. *lib.*4. *recopilat. in fine* ibi *y eſto miſmo ſe eſtienda à los voticarios, y loyeros y oſtros officiales mecanicos, y a los eſpecieros, confiteros, y otras perſonas que tienen tiendas decoſſas decomer, loſquales paſados tres años, no puedan pedir, loque vbieren dado de ſus tiendas, ni las echaras que vbierenecho*; quod intelligitur iuxta adducta *ſuprà* in verſic. *vnde infero*; id eſt quod iſtis tranſacto triennio ad vitandas lites denegatur actio ad petendum; ſed non ob id eſſe Dominos in foro animæ, ſi certo ſciant ſe illas quantitates debere, &c. in terminis Villalobos *in ſumma dicta parte* 2. *tract.*10. *difficult.*27. *num.*6. facit Caſtro *de lege pœnali*, *lib.* 2. *cap.* 10. verſic. *quinto*, Henriquez *lib.*5. *de indulg. cap.*36. *num.* 6. *in commentar. Littera H*, Guttierrez *in l. nemo poteſt, ff de leg.*1. *num.*201. *&* 202. Vide *infra in cap. de quarta, quæſt.*4. verſic. *ad ſecundam in fine*, & ad hæc dicta videbis quæ refero *infrà in cap. illud* 8. *hoc tit. q.*1. ſub verſic. *ad tertiam*; numquid hæ diſpoſitiones ligent Clericos.

Ad vltimam quæſtionis partem dico hoc ver- 23
bum *Matrix*, plures habere acceptiones: & quatenus ex Verbis Textus noſtri, ibi, *Non præiudicetur matrici Eccleſiæ*, & aliorum, *vt in cap. transmiſſa infra, cap. ex parte* 11. *de reſcriptis*, *&c.* vt ſumatur *Matrix Eccleſia*, quaſi dicta mater aliarum ædicularum & capellarum, & principalis, quando alias ſub ſe capellas habet, Rebuffus *in tract de decimis, quæſt.*6, *num.*7, Moneta *de decimis, cap.*7. *quæſt.*2. *num.*3. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*3. *cap.*12. *quæſt.*13. *& lib.*9. *cap.*3. *quæſt.*14. verſic. *matrix*, Barboſa *in dicto cap. ex parte num.*5. Et Tertullianus *lib.*4. *aduerſus Marcionem*, appellat Hieroſolymam matricem Religionis, & Cyprianus *lib. de vnitate Eccleſiæ* pulchra vſus tranſlatione, 24
matricem appellat Catholicam Eccleſiam. † Et ad noſtrum propoſitum matrix Eccleſia dicitur quæ aliarum eſt princeps *cap. ſacrorum* 63. *diſt. dicto cap. transmiſſa hoc titulo Clem.*1. *de ſententia excommunication. Clem.*1. *de Priuileg.* vbi Doctoadnotant, Budæus *in l. obſeruare, ff. de officio proconſul.* Andreas Alciatus *lib.*2. *diſpunctionum capite* 23. Couarruuias *pract. capite* 19. *ſub numero* 2. & Rubuffus *ſuprà numero* 6. Moneta Azor & alij iam relati aſſerunt, quod matrix Eccleſia ſumitur pro Cathedrali, & de hoc ſumitur Textus noſter.

Ex prædictis infero dicendum, quod vrbs, 25
ſeu ciuitas, quæ eſt Prouinciæ, & aliarum verbum caput dicitur matrix: ſic Couarruuias Budæus, & Alciatus *ſuprà*, *& in annotation. in tres libros*, *Codicis* tradiderunt vrbem matricem dictam fuiſſe à Græcis, quia mater ſit aliarum vrbium caput Prouinciæ, prima, atque item illa vbi coloniæ, deducuntur. † Ob 26
id ergo Metropolis dicitur ciuitas illa, quæ mater eſt aliarum *cap. de his* 12. *diſt. l.*1. *Cod. de Metropoli* Betito *lib.*11. fit & Metropolis mentio à Con-

ſulto

ſulto *in d. l. obſeruare* inde & Cato *de originibus*, ſcribit Metropolis fuit *Anxus* ; nunc *Tarracina* Aægeſipus *lib.3. de excidio* Hieroſolimitano 7. de Antiochia,inquit vrbs ea ſyriæ ſine retracta
27 tione prima; ideoque Metropolis habetur. † Et ſic ſe habet Metropolis ad coloniam , vt mater ad filiam;quod ex Duce Thucidide, & Suida Budæus eleganter explicet. Qua ratione Plutarch.*in Thimoleonte* Corinthum Siculariũ Vrbium Me-
28 tropolim appellet.†Et Philo Iudæus *de legatione ad Caium*, Hieroſol.Metropolim eſſe dicit non vnius regionis,ſed & multarum,propter colonias inde olim deductas Æchilus,item in Berſis Salaminem Athicam Metropolim fecit Saiaminos, quæ inſulaCypro à Theuchio condita fuit,& ap-
29 paret hæc ita eſſe.† Cum etiã videamus ex Text. *in c. altaria* 1.*de conſecratione diſt.*1.*& ex c inſtitutus de conſecrat. diſt.*2. teneri Eccleſiam ſuffraga-
30 neam ſequi Metropolim. † Imo in Eccleſiis inferioribus ſeruandum eſſe,quod in maiori ſeruatur Nauar.*conſ.*5.*n.*3.*de regul.in antiquis*,alias *conſ.*26. *n.*3.*eodem tit.in nouis* alia tradit Barb. *in d.c.de his diſt.*12. *n.*1. qui cum multis *n.*2. per Gloſſ.*ibi* ait Metropolitanum poſſe ſuſpendere,& excommunicare ſuum ſuffraganeum.

31 Metropolis autem eſt dicto Græca à matre,& ciuitate concinata;tradit Cou.*ſub d.n.*2.*c.*19.*pract.* ſic manifeſtans,& impugnans dictum Iſidori,qui *lib.*7.*Ethymol.c.*12.relatus *in c Cleric.*21.*diſt.*opinatur Metropolitanos dictos eſſe à menſura.

32 Item vt iam alibi adduxi matrices dicuntur Prothocola, id eſt prima ſcriptura matrix appellari poteſt , quia inde aliæ traducuntur, & ab ea originem,atque authoritatem habent.vt habetur
33 apud Suetonium *in Auguſto c.*94. † Matrices etitiam apud Terrull.*in lib.de fuga in perſequutione*, dicuntur libelli, in quibus Cæſareo Fiſco penſitantes deſcripti continebantur, quos libellos beneficiarij,id eſt Imperiales ad exigenda tributa Miniſtri obtinebant,quod Rethanus *ibidem* exponit.

34 Hinc matricula per diminutionem apud Caſiod. *var lib.*11. eadem ſignificatione Paulo de Flexa pro libello, in quo ſeries,& ordo quorundam hominum continebatur,probatur idem *in l. matricula, Cod de agent.in rebus lib.*12. Albericus aliorum locorum meminit ex Codice Iuſtin. *in dictionario* verbo *matricula*. vtitur ex hac dictione,Vegetius *lib.*1.*de re militari* ; inde matriculari; & immatriculari,quibus dictionibus paſſim inter Hiſpanos vſitatur; tametſi *Padrones* appellentur libelli in quibus penſitantes tributa deſcribuntur : & quam probationem faciat matricula dixi *ſuprà in c cauſam quæ* 13.*de prob quæſt.*3. verſic *ad ſextam à n.*51. vbi videbis.

35 Ex his ergo venio ad explicationem , & intellectum Textus *in l.eos qui,Cod.d. aqua ductu lib.*11. ibi *nec earum fiſtularum quas matrices vocant*, vbi fiſtulæ dicuntur *matrices* , quæ cæteris maiores ſunt in ipſis aquæ ductibus , & ex quibus in minores fiſtulas dettibuitur ac deriuatur aqua; ita etiam Hiſpani cloacas immũditiarum quæ maiores ſunt,& quæ minorum immũditias recipiunt, vt eas in flumen deferant,matres appellamus:ſic tradit Couarruu. *pract. d c.*19. *n.*2.*in fine* improbans Alciatum dum exiſtimat *in dicta l eos* non matrices legendum,ſed maſtos ; eo quod non ſatis dictionis vim expendit cum aſſeueret non conuenire fiſtulis dictionem iſtam,nec quod matrices appellentur,adque ideo ſuſpicatus ſit,Codicem vulgatem corruptum eſſe,ſiquidem in ipſo Codice Theodoſiano , à quo Iuſtinianus dictam conſtitutionem deduxit eadem ſit lectura , quæ, & in vulgatis Codicibus legitur poſſim.

Palma item dicitur matrix,à qua velut à ma- 36
tre palmites alij procedunt . apud Columellam, vbi de columbis , tractat , ita legitur *lib.*8.*cap.*8.
† Nam & octies annos pullos educat,ſi eſt bo- 37
na matrix. Rursùs in eodem capitulo , *nec minus in agros omittant matrices* , quæ ouis vel pullis incumbant. † Idem Columella eodem *lib.*8. 38
*cap.*1.*&* 3. & Marcus Varro *lib.*2. *de ruſtica cap.*4. matrices gallinas appellat eas , quæ ad progenerandum aptæ ſunt.

AD TEXTVM
IN CAPITE II.
Nihil , hoc Titulo.
PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

2 *Scandali materiam qui tractent.*
3 *Scandali plures quæſtiones aſſignantur* , remiſſiuè.
5 *Viri perfecti , nunquid poſſint in Iudicio contendere cum ſtrepitu, n.*6.

IN Textu noſtro ſolent Doctores agere de ſcandali materia , ſed quia Balboa 1
*hic à num.*5. 10. *&* 23. cum multis expendit, quare poſſit iuſte Prælatus ob ſcandalum omittere repetitionem rerum Eccleſiaſticarum , quæ ab illis contra Iuſtitiam vſurpantur , de quo Barboſa hic cum multis *à num.*3. tradit, & Grañа cum ab eo relatis ; ideo iam te remitto , tum ad dictum *ſuprà in cap.*4. *&* 5 *de Iuramento calumnia* vbi egi de quæſtione propria Textus noſtri , an taciturnitas Prælati præiudicet Eccleſiæ. Et applicabis aliam , an confeſſio Prælati præiudicet Eccleſiæ , de qua *in capite* 2. *de Confeſſis quæſt.*1. verſiculo *ad ſecundam.* Item & dicta *ſuprà in capite* 1. *hoc titulo quæſt.*3. verſiculo *ad quartam* , & verſiculo *ad quintam*, verſic.*ad ſextam* , vbi factum Prælati , qualiter præiudicet , vel non. † Et ad materiam 2
de ſcandalo tàm actiuo , quàm paſſiuo , & de aliis ſpectantibus ad eius intellectum dico Latè *in cap. qui ſcandalizauerit infrà in hoc lib.*5. *Decretalium de regulis Iuris* de qua agunt D. Thomas 2. 2. *q.*43. *per totam* Sanctus Antoninus *p.*2. *tit* 7. *cap.*4. à principio Theologi cum D. Thomas *in* 4. *diſt.*38. vbi latè Michaël de Palacios *diſput. vltima* Albertinus *de ſecreto col* 88. *cum ſequent.* Adriano *quodlibeto* 2. Nauarrus *in manuali cap* 6. *num.*19.*& cap.*4. *à num.*18.*& in cap conſideres* , §. *aduertere à principio de pænit. diſt.*4 latè Couarruuias *in regula peccatum p.*1. *in initio à num.*3. quibus addo Sanchez *lib.*1. *moralium, tomo* 1. *cap.*6.*&* 7. Vaſquez 12. *quæſt.*73. *art* 8. *diſput.*102. *per totam* Trullenq. *in opere morali lib.*1. *cap.*6. *dubio* 5. vbi refert alios recentiores de hac materia agentes , & præter ordinarios hic explicat hunc Textum Couarruuias *vbi ſuprà num.*5. *&* 6.

3 Et ad plures quæstiones de scandalo latè cum multis Diana *p.2. tract.7. per totum* vbi *res.1.* quotuplex sit scandalum , *res.2.* an omne scandalum sit peccatum speciale , & quo modo scandala sint in confessione explicanda , qui *part. 3. res.114.* agit de quæstione , an circunstantia scandali sit in confessione aperienda, & *dicta quæst.5. tractatu res.3.* an peccans coram aliis , excusentur aliquando à peccato mortali , & pro materia scandali, vide ipsum Dianam addentem ex multis *in dicta 5. p. post tractatum 14* de dante occasionem peccandi sub prætextu bono , Naldus *in cap. si nulla 28. q.8.* Aliquas quæstiones pro explanatione , & doctrina Textus nostri subjicio *infrà* , & vide *in cap.2.* in versic. *quod licet de noui operis nunciatione.*

4 Ad verba ibi *nihil cum forali strepitu vobis cum nos velle de causis pauperum definire* : Per hæc verba poteris applicare quæstiones de quibus disputaui *in cap. dilecti 6. de Iudiciis quæst.16.* vbi egi de ea qualiter Iudex procedet , cui datum est , vt agnoscat simpliciter de plano pure, aut sine strepitu , & figura Iudicij , & an omittere queat ordinem Iudiciarium. Et *ibi quæst.17.* vbi egi an in causis summariis , sit seruandus ordo Iudiciarius , vbi dixi *num.19.* causam summariam fieri solere propter miserabiles personas pauperum , viduarum , pupillorum , & rusticorum, & hoc est quod congruit nostro Textui, & verbis relatis. Ob idque applicabis dictum *suprà de probanda paupertate in cap. siqui testium de testibus , quæst.5.* & quæ adduxi *in cap. ex parte 15. de foro competente* , vbi de priuilegiis miserabilium personarum , vbi *quæst.11.* egi de quæstione , an pauper sui relictum est legatum pium , possit pro illo consequendo conuenire hæredem laicum coram Ecclesiastico , absque pœna *legis 10. tit.1. lib.4. recop.*

5 Et quia ex dicto versic. *nihil cum forali strepitu* moneat quæstionem *hic* Barbosa , & resoluat , *num.6.* an liceat , vel expediat viris perfectis in Iudicio contendere pro rebus temporalibus. Et cum affirmatiuam sequatur ex Diuo Thoma 2. 2. *quæst.3. articulo vltimo ad 4.* de quo ipse Thomas latè ad vtramque partem disputans , *opusculo 19. cap.19.* affirmatiuam tenet , respondens authoritatibus Pauli *corinth.6.* ibi *iam quidem omnino dictum est in vobis ; quod Iudicia habetis inter vos.* & Matthæi 5. circa verba illa *ei qui vult tecum in Iudicio contendere , & tunicam tollere , dimitte ei , & pallium* . vbi refertur *in principio 14. quæst.1.* & per Textum nostrum , vbi Doctores explicant , & Abbas *num.41.* de quo & Couarruuias *in dicta regula peccatum . p.1. in initio num.6.* versic. *nono* dicunt Textum hunc procedere , cum Pontifex intellexerit res Ecclesiæ de quibus *hic* futuris temporibus sine lite , vel strepitu Iudiciorum posse recuperari , & in futurum differt, nec statim in iudicio cum contentione receperat, & hoc propter scandalum vitandum. Et sic Innocentius , & alij hic dixerunt Pontificem loquutum fuisse ex superabundanti iustitia , quia potuit, & quidem forali strepitu contra patriam
6 agere de repetitione rerum Ecclesiæ. † Sed quia hæc difficultas potest latè agitari ex adductis, *supra in cap. causam quæ 9. de iudic.* vbi de religiosis litigantibus , *& in c. cum deputati 16. eod.* item & ex notatis *in c. in super 6. capturis quæst.39. c. nup.51.* *de test. & in c. & si Christus de iureiur.* vbi qualiter ad testificandum in iudicio, admittantur, cum dicantur viri perfecti, & ex toto *tit. ne Cleric. vel monachi sæcular. negotiis se immisceant.* & d. *sup. in c.14. q 1. fin.* vbi quod clerici nisi pro Ecclesia propria non aduocant inter sæculares , &c. ideò non amplius in ea subsisto.

Et in versic. ibi *sed illud scire vos credimus* : per 7
hæc verba agunt DD. de protestatione , seu monitione, qua interrumpitur præscriptio, dico latè, & de aliis modis eam interrumpendi *in cap. illud 8. hoc tit.*

Et in versiculo ibi *taciturnitatem* , præter ad- 8
ducta *suprà in principio* , quod taciturnitas , siue factum prælati , non nocet Ecclesiæ , vt hic agnoscunt Doctores ; nunc ergo possem inquirere de duabus illis regulis sexti decretalium , *qui tacet consentire videtur* , & is , qui tacet, &c. quibus contrarium videtur aduersùs Textum nostrum probari ; sed quia de earum intellectu dixi *supra in cap. 1. de Iudiciis , quæst. 15. à num. 2. ff. in cap. 5. de præsumpt. quæst. 9. num. 30. in cap. 1. de litis contestatione, quæst. 2. num. 7.* ideo *hic* omitto tractare.

Et ibi *patientiã nostram futuris post me Pontifici-* 9
bus in rebus pauperum , præiudicium non facturam : ad hæc verba applicabis dicta *supra in cap. 1.* vbi de præscriptione triennali in possessionibus diœcesis in præiudicium proprij, & futurorum Episcoporum : Item applicabis notata , *supra in c. 4. de Iuramento præstito Pontifici , nunquid possit successoribus* , & ibi *dicta in cap. 14. eodem* : Et occasione horum verborum agit Abbas hic de quæst. an successor possit præscribere rem à defuncto mala fide possessam , de qua Balboa *in cap. 5. hoc tit. cum multis , num. 90. & 94.* & ego disputaui de ea , an mala fides authoris noceat successori ad præscribendum, *in cap. quia v. de iudiciis , quæst.2.*

Item per hunc Textum agit Couarruuias de 10
quæstione, an Episcopus possit repudiare legatum in præiudicium tertij , de qua quæstione est etiam videndus , *hic* Balboa latè & *ibi num. fin.* sed videbis , & applicabis quæ notaui ego , *supra in cap. præcedenti , quæst. 3.* versic. *ad quartam*, & versic. *ad quintam* , & versic. *ad sextam* : videbis , Couarruuias *in cap. Raynaldus de testamentis , §. 3. à num. 12. & 14.* nunc verò iam ago de nonnullis quæstionibus ad materiam nostri Textus spectantibus.

Item quia solet communiter summari Textus 11
noster , quod in rebus inuasis non currit præscriptio, applicabis quæ dixi supra *in cap. olim 12. cap. graui 11. cap. sæpe 18. de rest. spoliat. & infra, cap. 5. 17. & fin. hoc tit.* vbi de mala fide. Et pro explicatione Textus leges Matthæum Collerum *de processibus executiuis p 4 pag.70.*

QVÆST.

QVÆSTIO I.

An bona temporalia ſint omittenda, propter ſcandalum: Et an ſit differendus ingreſſus Religionis, propter ſcandalum: Et an teneamur prætermittere aliquod præceptum ob euitandum aliorum ſcandalum: Vbi an mulier ſi ſciat ſe concupiſcendam, ab aliquo laſciuè, teneatur non exire ad audiendum ſacrum: Et an attentata non non ſint reuocanda ratione ſcandali; vel ob id deſinat quis ante omnia reſtitui, vel nequeat recuperare ſuum: Vbi an ſufficiant ſcandala allegari, vel ſit neceſſum ea probare: Et qualiter intelligatur Textus noſter?

SVMMARIVM.

1 *Scandalum qualiter faciat, vt propter id omittantur bona temporalia, n.2.3.1. & 5.*
4 *Pontifex poteſt differre recuperationem bonorum Eccleſiæ occupatorum à Principe, propter ſcandalum. quid de alio Prælato, à n.33.*
5 *Scandalum facit omitti plura, aliàs licita.*
6 *Religionis ingreſſus, & opera conſilij propter vitandum ſcandalum, qualiter differantur: quid ſi ſequeretur ſcandalum in fide, aut moribus, n.7.*
8 *Sacrum puellæ non audire, propter vitandum ſcandalum, an aliquando liceat, n.9.10.*
10 *Præceptum humanum non adimplere propter vitandum ſcandalum, an aliquando liceat, vbi de ſacro, de ieiunio, & à n.16.17.18.vbi cum diſtinctione, & n.19.20.21.& 21.*
11 Miſericordiam volo, *& non ſacrificium, quid ſibi velit.*
13 *Præceptum non omittitur ex ſcandalo, ſi graue damnum imminet proximo.*
14 *Coniux alteri coniugi petenti, tenetur reddere debitum, etiamſi ex eo alij aſſumant occaſionem exemplificatur.*
15 *Reſtituere teneor alienum, etiamſi ſciam malè abuſurum, cui ſit reſtitutio, expenditur, & n.29.alteri.*
18 *Peccatum mortale non eſt amittendum, propter vitandum ſcandalum, ſecus citra peccatum, num.19.*
20 *Bonum vitæ æternæ nunquam eſt omittendum, propter vitandum ſcandalum diſtinguitur à n.21.*
21 *Quid dimittendum ſit, ne alius ſcandalizetur.*
22 *Scandalum Phariſæorum, & puſillorum. quod ſit.*
23 Cap. cum ex iniuncto de noui operis nunciatione.
24 *Eleemoſynæ largitio, & impletio conſiliorum, ſæpè poſſunt omitti ob vitandum ſcandalum.*
25 *Bonum Iuſtitiæ ſæpè dimittitur cauſa ſcandalum vitandi; id eſt, pœna legis.*
26 *Pœnæ inflictio, quando dicatur Iuſtitiæ actus.*
27 *Neceſſaria ad ſalutem neceſſitate medij nunquam omittuntur ob ſcandalum; aliter ſi neceſſitate præcepti, n.29.*
28 Cap. qui ſcandalizauerit de reg. Iur. lib.6.
30 *Sacerdos ſi timet orituras ſeditiones, ex concurſu ciuium, tenetur à ſacro biduo, aut triduo abſtinere.*
31 Cap. quia circa de conſanguinitate & affinitate.
32 Cap. in memoriam 19.diſt. cap. Iulianus, capi qui reſiſtit 11.q.3.
33 *Attentata ratione ſcandali vitandi, numquid renocentur, ſi probetur ſcandalum, aliàs non, n.37.*
34 *Spoliatus, vbi imminet ſcandalum, ſeu periculum, non reſtituitur caſu de facto, n.35.*
36 *Creditor nequit furtiuo modo recuperare rem ſuam à debitore ſi adſit ſcandalum.*
37 *Scandala allegari, non ſufficit, niſi probentur.*
38 *Textus noſter intelligitur, num.39.40.41.42.43. & 44.*
43 *Præſcriptio interrumpitur, ex ſola denuntiatione, ſeu proteſtatione.*
44 *Pauperibus legatum relictum, qualiter valeat.*
45 *Bona Eccleſiæ dicuntur bona pauperum.*
46 *Legatum incertè relictum de facili ad certitudinem ducitur.*

AD Primam quæſtionis partem reſpondet 1 Lorca *in 2.2 q.43. art.8.n.11.* bona ſpiritualia, & commoda temporalia, quæ non ſunt neceſſaria ad ſalutem, nec debita ex præcepto non eſſe omninò omittenda, propter ſcandalum puſillorum, ſed debere intermitti, ſeu differre donec puſillis reddatur ſufficiens ratio rectitudinis, vt vitetur eorum ſcandalum, quoniam lege charitatis tenemur quantum poſſumus impedire peccatum proximi. quod non ex malitia, ſed ex ignorantia, aut infirmitate inculpabili oritur, ſed debita ratione, qua ſufficienter vitari poteſt ſcandalum, ſi adhuc perſeuerat; non iam ex ignorantia, & infirmitate, ſed ex malitia aut ignorantia culpabili, ſcandalizatur; & ob id eius ſcandalum poſſe contemni. † Quare dixit D.Thomas, vt refert *hic* 2
Balboa *n.27.* (iuxta materiam Textus noſtri) temporalia bona Eccleſiæ, vel Reipublicæ nobis commiſſa non eſſe propter ſcandalum dimittenda bona, tamen noſtra, propter ſcandalum puſillorum; vel eſſe dimittenda, vel prius ſcandalum ſedandum, ſed propter ſcandalum Phariſæorum dimittenda non eſſe, ſed repetenda, iuxta factum Thomæ Cantuarienſis, qui repetit res Eccleſiarum cum ſcandalo Regis, de quo *in cap. ſicut dignum de homicidio:* refert Balboa *hic ſub n.4.* Graſia *n.5.* dicens ſtare in eius originali *cap.7. eod tit. in* 1. compillatione poſt Concilium Lateranenſe, ſub Alexandro III. *p.3.cap.1.* dicens factum illius Sanctiſſimi Patris laudabile fuiſſe; ex eo quod ſcandalum à malitia procedebat, & nulla ſpes erat alio in tempore commodius res illas recuperare, vt notat Couarr. *in regula peccatum, n.6.* verſic. *ergo a ſuprà dictis* in fine.

Caietanus autem ad D.Thomam *ſuprà*, aduertit ſcandalum puſillorum perſeuerare poſſe adhuc poſtquam reddita eſt ratio facti, vel quia rationem non recipiunt ob mentis tarditatem, vel ob conſuetudinem diu firmatam, in quo caſu docet omittendam eſſe actionem, ex qua ſcandalum accipiunt, vel deferendam, donec ad ſaniorem mentem venerint, quod ſolùm eſt verum ſi actio mitti poteſt, ſine jactura noſtræ vtilitatis; quod ſi magna vtilitas temporalis, vel ſpiritualis interueniat contemni poſſe ſcandalum puſillorum, poſtquam ſufficienter admoniti ſunt: tradit Lorca, videndus Sanchez *in ſumma tom.1. lib.1.cap.7. n.1.* Caſtrus Palaus *tom.1. tract.6. punct.17.* Valentia *tom.3. diſp.3. q.18. punct. 4.* Gaſpar. Hurtadus 3

difficultate 6. & Petrus Hurtado *in 2. 2. disp.* 123. *sect.* 23. §. 477. *& sequent.* Gordonus *tomo* 1. *lib.* 6. *quæst.* 16. *cap.* 6. *num.* 15. Diana *p.* 5. *tractat.* 7. *res.* 24.

4 Vnde Suarez *disput.* 10. *sect.* 3. *num.* 10. obseruat excusari à præcepto Pontificem, qui simulat, vel conniuet, quando Princeps sæcularis vsurpat bona temporalia Ecclesiæ si absque minori damno, vel scandalo, potest id impedire imo & D. Thomas 2. 2. *quæst.* 43. *art.* 4. *& in opusculo* 19. *cap* 15. *ad finem*, tenent Textum nostrum agere de summo Pontifice, qui supremam, & liberam habeat rerum Ecclesiæ administrationem, *cap* 2. *in princip. de præb. libro* 6. *clem.* 1. *in fine*, *vt lite pendente*, vtique potuerit propter scandalum omittere, vel defferre repetitionem rerum Ecclesiæ, quæ contra iustitiam vsurpantur, quemadmodum priuati suarum rerum Dominium, tenentur ob vitandum scandalum pusillorum aliquando omittere, vel differre repetitionem illarum, quæ iniustè ab aliis
5 detinentur. † Et confirmatur, quia propter scandalum, omittuntur plura aliàs licita, & excluditur quis à Iure suo, *cap. nisi*, §. *pro graui de renunciatione*, *cap. cum teneamur de præb.* docet Paulus *ad Corinth.* 8. refertur, *in princ.* 23. *quæst.* 1. resoluit, *Glossa in cap. petitionem de accusationibus*, *Glossa* 1. *in cap. in primis* 2. *quæst.* 1. vt per Menochium *rem.* 1 *de recuper. num.* 319. prosequitur plura adducens Felinus *hic à num.* 2. & Couarrunias *in dicta regula peccatum*, *in princip. num.* 6. dicentes prælatum ob scandalum vitandum iustè omittere repetitionem rerum Ecclesiasticarum, quæ ab aliis contra Iustitiam vsurpantur; sed an verum hoc sit, tam in Pontifice, quàm in Episcopis, & aliis prælatis dicb *infra* pro intellectu Textus nostri ad vltimam huius quæstionis partem.

6 Ad secundam quæstionis partem de ingressu religionis differendo propter scandalum cum D. Petrus Hurtado de Mendoza *in* 2 2. *disput.* 173. *sect.* 21. §. 249. diffusè agat, verum opera consilij dimittenda sint propter scandalum, de quo etiam Suarez *disp.* 10. *sect.* 4. *num.* 8. Gaspar Hurtado *difficult.* 6 Lorca *in* 2. 2. *quæst.* 43 *art.* *n* 11. Sanctius *in selectis*, *disp.* 37. *num.* 10. qui docet de operibus consilij, non esse abstinendum ob scandalum ex malitia, & ob scandalum, ex infirmitate semel, aut iterum; ideo Valentia *tom.* 3. *disp.* 3. *quæst.* 18. *punct.* 4. ait deberi, etiam ad vitandum scandalum infirmorum differri quoque ingressum religionis, vt v. g. vt si antiqui in sæculo authoritate, & conuersatione alicuius grauis, & pij viri in officio continerentur lapsuri, alioqm facere in aliqua peccata illo ab eis discendente, & religionem ingrediente teneri, tum differre ingressum, quando quidem sine peccato potest non tamen teneri perpetuò à religionis ingressu abstinere, vt sentit D. Thomas *vbi suprà art.* 7. *ad quartum*, nam esset grauissimum detrimentum spirituale, qui etiam probat ex Diuo Gregorio super Ezechielem bona spiritualia, propter scandalum non esse omittenda; de qua quæstione omnes Theologi cum eo, *dicto art.* 7. *&* 8. *in* 2. 2. *& in* 4. *dist. dist.* 33. *quæstion.* 2. tradit, Balboa *hic num.* 24. 25. 26. videndus ad plura.

7 Quod si forte sequeretur alioqui grauissimum, & commune scandalum in fide aut moribus alicuius totius communitatis, tunc enim putat Valentia durante periculo talis scandali nō posse ingredi, nam ad tuendum bonum commune, tenemur strictissime etiam cum quocumque detrimento spiritualis boni ad salutem non necessarij, & cum vitæ quoque corporalis certo discrimine: vide Sairum *in claui Regia lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 8. Dianam *p.* 5. *tract.* 7. *res.* 23. & Malderus 2. 2. *q.* 43. *art.* 7. asserit ne parentes turbentur ad tempus quidem rectè differri ingressum religionis, non autem omnino omitti.

Ad tertiam difficultatis partem, quæ pendet 8
à sequenti, de prætermittendo aliquo præcepto ratione scandali; ob idque semel, aut iterum debeat mulier (si sciat se concupiscendam ab aliquo lasciuè) abstinere à sacro: docent Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *disput.* 173. *sect.* 20. *a* §. 256. vbi ait quod si quis arrepturus sit occasionem peccandi conspecta semel fœmina debeat illa semel, aut iterum abstinere a sacro, sed si alter diurnus esset in eam de pereundo, non abstinere tenentur à sacro, imo potius illi interesse, quia peccatum proximi plus habet de malitia, quàm de infirmitate, aut ignorantia: tenent Valentia *tom.* 3 *disput.* 3. *quæst.* 18. *puncto* 4. vbi ait per aliquod tempus in tali casu fœminam abstinendam esse à sacro; imo addit esse obligationem omittendi per aliquod tempus exequutionem humani præcepti, etiam Ecclesiastici, vt v. g. teneri fœminam non audire sacrum diebus sacris si quis eam videns acciperet occasionem desiderandi aliquam grauem impudicitiam, quia maior obligatio est vitandi scandali, quàm audiendi sacri, cum illa sit naturalis, & Diuina, hæc non nisi Ecclesiastica, & addit non esse fœminam ad id obligandam per multum temporis v. g. per vnum annum, & Pater Suarez *dicta disputat.* 10. *sect.* 3. *à num* 10. quærens an teneatur mulier omittere sacrum ad vitandum scandalum; respondet interdum posse, hoc licere; imo & esse necessarium; tamen hanc tarò accidere obligationem.

Sed alter Gaspar Hurtado, *dicta difficultate* 6. 9
Castrus Palaus *tomo* 1. *tractat.* 6. *disput.* 6. *puncto* 16. *num.* 4. Iacobus Grando *in* 2. 2. *cont.* 3. *tractat.* 13. *disput.* 5. *num.* 28. Diana *p.* 5. *dicto tractat.* 7. *resol.* 22. absolutè existimant, vt fœmina à sacro audiendi abstinere, non debeat nec valet, quia hæc res est scrupulis plena. ex eo quia vnusquisque habet Ius ad faciendum, quæ non solùm sunt bona, sed etiam obligatoria, præsertim sub graui præcepto: ergo non tenetur ab illis abstinere, vt euitet culpam alterius; deinde quia non magis tenetur quis ad vitandum hoc scandalum, quam adimplendum beneficium correctionis fraternæ (iuxta ea, quæ late adduxi, *supra in cap. nonit de iudiciis*, *à quæstione* 17.) Sed nemo tenetur non implere præceptum iuris, etiam humani, vt corrigat, imo alia minoris momenti deobligant ab huiusmodi correctione; ergo nec vt euitet scandalum: ita Granadus *supra*, vbi ait si eiusmodi scandalum sit ex infirmitate, quia nimirum videns ab aliqua persona impleri aliquod præceptum, ad eo imbecillis est, vt accipiat occasionem ruinæ docuerunt etiam Azor *tomo* 2. *morab. libro* 12. *cap.* 18 *quæst.* 12. & Vasquez *opusculo de scandalo*, *quæst.* 43. *art.* 8. *dubio* 2. *num.* 21. & videtur confirmari ex Textu *in cap. nisi cum pridem*, §. *pro graui de renunciat. cap.* 2. *de noni operis nunciat.* Vbi habetur quod pro vitando scandalo

nunquam

nunquam est peccatum mortale admittendum; sed ego hoc dubium existimo dissolui ex adductis *num. sequenti.*

10 Ad quartam quæstioois partem, an teneamur prætermittere aliquod præceptum, ad euitandum aliorum scandalum, & affirmatiuam seotentiam tenent Bañez *in 2.2.q 43.art.8. conclus.2.* Tanoeros *tomo 3. disput.2 quæst 6.dub.9.num.*120 Gordonus *tom.1.lib 6.q.16.cap.5.§:1.* Emanuel Sà verbo *auditio Missæ n.3.*Lorca *in 2.2.dicta quæst.43 art.8. num.*19 Valentia *tom.3.disput.3.q.18 puncto 4.* Suarez *disput.10. sect.3. n.9.* Hurtado de Mendoza *in 2.2.disp.173.sect 20.à §.256.& sequent.* qui multis exemplis *in §.268.* ait, quod quando præceptum est humanum, ex cuius omissione nullum aliud sequitur inconueniens in proximum; tunc est
11 vitandum. † Vt si, v. g. ego non possum audire sacrum, quin alicui præbeam occasiooem grauis iracundiæ, odij, aut luxuriæ, teoeor abstinere à
12 sacro. † Item si non possum ieiunare, nisi præbendo alicui occasionem grauis peccati, teneor non ieiunare, & huc spectare illud, *Misericordiam volo & non sacrificium*; nam si in misericordia corporali id locum habet, multò magis in spirituali, ad quam pertinet directè nihil efficere, vnde proximus ruat; nam etsi religio esset melior virtus quàm misericordia, tamen Deus non indiget nostris religioois operibus, quæ possunt postea vsurpari frequentius, & eadem causa teneri nos dimidiare confessionem imminente scandalo passiuo.

13 Quod si ex omissione præcepti immineat aliud damnum graue proximo oon esse prætereundum præceptum; ait idem Hurtado de Mendoça, vt si v.g. ego teneor opitulari alicui indigenti, & alius id videns, sit arrepturus occasionem maledicentiæ; aut alius peccati grauis teneor opitulari indigenti, quia præceptum illud benefaciendi plus habet ponderis, quàm præceptom vitandæ occasionis, nam propter alterius malitiam iniquom est, vt alius patiatur graue damoum, & ob id non probat quod ait Bañez *supradicto art.* 8. non esse scilicet opitulandum fœminæ extremè indigenti, quando id non potest fieri, quin alij occasiooem arripiant, aut sinistrè iudicandi, aut murmurandi, cùm sit immanitas ferina familiæ morti permittere aliquem, propter aliorum temeraria Iudicia; maximè cùm possit ea nota postea deleri.

14 Item eadem ratione deducit idem Hurtado de Mendoça, teneri coniugem ad reddendum debitum coniugale petitum ab altero coniuge licèt alij sint accepturi occasionem peccandi, vt v. g. in longa nauigatione, aut diuturno carcere, aut habitatione non ampla si quis cum vxore degat, non potest illa iouita abstinere diu ab vsu matrimonij, quamuis aliquis adsit auditurus, & ex au-
15 ditu sit Venerem illicitam concepturus † Item addit quod ego teneor restituere homini quæ sua sunt illo petente, quamuis sciam illum eis abusurum ad peccandum; nam etsi v. g. sint arma, aut aliud instrumentum, quo occisurus est alium, teneor ego illud dare, qua determinatè petitur ad rem malam; idémque procedere in fortunis, si commodè possum protrahere solutiooem; tamen si sine graui damno proportionato, noo possum protrahere arma, nec fortunas: tunc posse me illas dare, quia non teneor cum graui damno abstinere ab ea actione, quæ de se bona est, quia est actus Iustitiæ, & abusus quidem illarum terum, & propter solam malitiam eas accipientis; nam cum non immeritò censeant aliqui me posse licitè dare mutuas pecunias amico eis abusuro, quando sine graui damoo noo possum illas negare, multò melius me posse illi restituere quæ sua sunt; ita Hurtado, qui alia refert exempla videnda.

Sed absolutè docent alij ex Innocentio *in cap. cum ex iniuncta de noui operis nunciat.* nullum præceptum, nec affirmatiuom, nec negatiuum omittendum esse propter scandalum, quod alias sine peccato omitti non potest; sic enim Pontifex Innocent. III. loquitur *in dicto textu,* in versic. *quod,* ibi, *Quod licèt opera illa, quæ sine peccato mortali omitti non possunt, non sunt pro vitando scandalo dimittenda, nec ea debeant pro vitando scandalo committi quæ sine mortali peccato committi non possunt, &c.* Ex quibus verbis, & aliis exemplis eiusdem Textus; ita docent Castrus Palaus *tomo 1. tract. 6. puncto 6 n 3* Becanus *in 2 2. tomo 1. cap. 27. q.3. n.2.* Basilius Pontius *de matrim lib.5. cap.18. §.2. n. 7.* Vasquez *opusculo de scandalo art. 8. dubio 3. n.4.* Turrianus *in 2 2. tomo 1. disp. 96. dubio 1.* quam probabiliorem dicit Diana *p.5 tract.7. res 21.* qui omoes ex eo etiam probant, quia vousquisque tenetur habere magis curam propriæ, quàm alienæ salutis, & consequenter magis vitare proprium peccatum quàm alienum si vtrumque vitari non potest: ergo præceptom, quod mihi impositum est ad vitandom proprium peccatum potiùs seruare debeo, quàm præceptum quod mihi impositum est ad vitandum peccatum alienum, sed præceptum de vitando scandalo proximi, solùm mihi impositum est ad vitandum peccatum alienum: ergo seruandum oon esse inferunt, quando occurrit aliud præceptum, quod mihi impositom est ad vitaodum peccatum proprium. 16

Quod si replices dicendo præceptum naturale magis obligare, quàm positiuum: ergo cum præceptum de scandalo vitando sit naturale, magis obligare debet quàm aliud quodlibet positiuum Ecclesiasticum; vtpote est illud de audiendo sacrum, de ieiunando, & alia; sed respondent præcitati, antecedens verum esse cæteris paribus, nam quando vtrumque præceptum, tam naturale quàm positiuum, primariò refertur ad propriam meam salutem procurandam, vel ad proprium meum peccatum cauendum; tunc magis obligare præceptum naturale, quàm positiuum respectu mei; verum si naturale primariò referatur ad cauendum alienum peccatum, & positiuum ad cauendum proprium peccatum; tunc positiuum magis obligare, quàm oaturale respectu mei, vt contingit in proposito. 17

Ego verò duplici modo dicendi, & sub distinctione triplici rerum, quæ sub præcepto continentur, existimo componi omnia, iam dicta; primus modus sit qood pro vitando scandalo, nunquam est peccatum mortale admittendum, ex *dicto cap. cum ex iniuncto de noui operis nuntiat.* in dicto versic. *quod licet, dicta cap. nisi cum pridem, §. pro graui de renuntiatione.* 18

Secundus modus est, quod citra peccatum mortale pro scandalo vitando sæpè à Iuris regulis recedere licitum est, ex Textu *in cap illa, dist 12. cap. quisquis 41. dist. cap. 1 dist. 51. cap. inter verba 53. 11.q.3. cap. sanè, cap. ad aures de temporibus ordinat. cap. cum olim de Clericis coniugatis, cap. cum teneatur 6. de prabendis:* docens in præsenti Abbas, Innocent, 19

Innocent. Felinus, Parisius, Balboa, *n.* 28. adducti à
Conat. *in regula peccatum in princ.* 1. *p. n.* 5. Gallius
de pace publica, lib. 2. *cap.* 9. *num.* 10. D. Thomas 2. 2.
q. 43. *art.* 7. *& in* 4. *dist.* 33. *q.* 2. vbi omnes.
20 Quæ doctrina clarior fiet adhibita triplici di-
stiuctiooe proposita inter bona vitæ, disciplinæ,
& Iustitiæ, de quibus Glossa celebris *in cap. qui
scandalizauerit, de reg. Iuris*, quæ docuit bonum vi-
tæ, id est, bonum vitæ æternæ, nunquam esse pro
vitando scandalo dimittendum, quasi dixerit nun-
quam esse admittendum peccatum mortale, ad
quam partem respiciunt Theologi cum D. Tho-
ma 2. 2. *dicta q.* 43. *art.* 7. *&* 8. *& in* 4. *dist.* 33. *q.* 2. vbi
cùm disputat an bona spiritualia sint propter
scandalum amittenda, partem negatiuam tuetur
D. Thomas ex Diuo Gregorio *super Ezechielem*,
dum ait, *Quod si de veritate scandalum sumitur, vti-
lius scandalum nasci permittitur, quàm quod veritas
relinquatur*; & sic cùm bona spiritualia ad verita-
tem pertineant, non est cur dimittantur propter
scandalum, quod ait procedere in scandalo pas-
siuo, non inquam in actiuo; nam actiuum scan-
dalum est dictum, vel factum malum, quo nihil
est agendum.
21 Igitur in hoc puncto oportet considerare quid
sit dimittendum, ne alius scandalizetur; nam
bona spiritualia quædam sunt necessaria ad salu-
tem, quæ sine peccato mortali prætermitti ne-
queunt, nec propter scandalum vitandum, nullo
modo sint prætermittenda, cùm nemo mortali-
ter peccare debeat, vt alterius peccatum impe-
22 diat, eo quod quis debeat priùs salutem suam spi-
ritualem diligere, quàm alterius. † Quædam
sunt bona non necessaria ad salutem, & in his di-
stinguit D. Thomas; nam aliquando scandalum
ex illis oritur ex malitia scandalizati volentis im-
pedire huiusmodi bona spiritualia scandalum
concitando, quod appellatur scandalum Phari-
sæorum, qui de doctrina Domini scandalizaban-
tur, quod omninò dimittendum est, vt Dominus
docuit Matthæi *cap.* 15. aliquando verò scanda-
lum oritur ex ignorantia, aut infirmitate eis, qui
scandalizatur quod vocatur scandalum pusillu-
rum, propter quod sæpè bona spiritualia, quæ
23 non sunt de necessitate salutis, vel differenda sunt,
vel saltim aliquando occultanda. † Et ad has di-
stinctiones respiciunt casus iam relati, & alia ver-
ba Textus *in dicto cap. cum ex iniuncto* 2. *de noui
operis nuntiatione*, ibi, *Ab his tamen, quæ sine pecca-
to mortali committi possunt, pariter & dimitti, sit pro
scandalo tollendo cessandum, & eis etiam pro vitando
scandalo insistendum.* Vnde Apostolus 1. ad Co-
rinth. ait: *si scandalizatur frater non comedam car-
nes in æternum*, & Dominus in Euangelio Mat-
thæi 18. contra eos qui scandali præstant mate-
riam ait: *Væ homini per quem scandalum venit, &c.
& licèt maiorum scandalum sit vitandum. vitandum
est etiam scandalum pusillorum* iuxta testimonium
veritatis, ibidem, *Qui scandalizauerit*, inquit, *vnum
de pusillis istis, qui in me credunt, &c.*
24 Secunda distinctio est de bono disciplinæ, id
est, de bono exempli, doctrinæ, & gubernationis,
quod dicunt Doctores posse omitti ad vitandum
scandalum; & sic fieri vt impletio consiliorum,
& largitio eleemosynæ, sæpè possint prætermit-
ti, & sic hæc sint maxima inter spiritualia ope-
ra, quod ego intelligo cum D. Thoma; nam cum
in triplici veritate, de qua loquitur Hieronymus,
scilicet vitæ, disciplinæ, & Iustitiæ, non solùm
contineatur id, quod est de necessitate salutis, sed
etiam illud per quod perfectius peruenitur ad sa-
lutem (vt sunt Eleemosynæ, & alia opera pia. &
charitatis) euenit vt consilia, non sint simplici-
ter prætermittenda, nec etiam opera misericor-
diæ propter scandalum (quod iam dictum est ap-
pellari scandalum pusillorum) quæ possunt inter-
dum occultari, vel differri propter scandalum;
verùm si contingat, vt si consiliorum obseruatio,
& impletio operum misericordiæ, sint de neces-
sitate salutis; tunc idem de his dicendum, ac de
aliis operibus ad salutem necessariis, iam di-
ctum est.
Tertia distinctio est de bono Iustitiæ, quod ma- 25
jorem continet difficultatem dicendum est, quod
sæpè vitandi scandali causa dimitti debet; nam
expressa legis pœna minuitur, & augetur, si id
iusta ratio postulauerit, *l. quid ergo*, § *pœna grauior,
ff de his qui notantur infamia*; quare Augustini do-
ctrina *lib. contra epistolam Parmeniani*. docens, *quod
vbi timetur schismatis periculum cessandum est à pu-
nitione peccatorum*, quod videtur fieri propter
scandalum dimittendum, quantumuis talis puni-
tio sit bonum spirituale, & actus Iustitiæ; Iustis-
sima enim scandali ratio censetur, ex ea, quæ
sæpè Iuris regulas infringi, docuit Vlpianus *in l.
si quis filio*, §. *quid tamen*, ibi, *Nisi fortè latro mani-
festus, seditio, prorupta, factióque cruenta, &c. ff. de
iniusto rupto*, Modestinus *in l. qui cædem, ff. ad leg.
Cornel. de sicariis*, ibi, *Nisi fortè tumultus aliter se-
dari non possit*, *l. si vendicari, Cod. de pœnis, cap. si er-
go, & ibi Glossa celebris* 8. *q.* 1. cum adductis à Ti-
raquello *de pœnis temperandis*, *cap.* 46. Deciano
cons. 72. *n.* 14. *volum.* 3. Gaillio *lib.* 2 *de pace publica,
cap* 9. *n.* 20. Balboa *hic n.* 29 *in fine, & sub num.* 25.
† Qui vt Intelligatur Augustini doctrina iam re- 26
lata, ait cum Diuo Thoma, *vbi suprà*, quod pœna-
rum inflictio non est propter se expetenda, sed
quod pœnæ imponuntur, quasi quædam medici-
na ad cohibenda peccata, & in tantùm pœnas ha-
bere rationem Iustitiæ, inquantùm per illas pec-
cata cohibentur; sed si per inflictionem pœnarum
manifestum fiat, vt sint futura maiora peccata;
tunc inflictio pœnarùm, non videatur esse Iusti-
tiæ actus; & sic loquutum Augustinum, vt quan-
do excommunicatione aliquorum imminet peri-
culum; tunc excommunicationem ferre non per-
tineat ad Iustitiæ veritatem.
Itaque iam vides ex his qualiter relata in hoc 27
dubio intelligantur, & vt clarius pateat dico
cum Graña *hic sub n.* 3. quædam esse necessaria ad
salutem necessitate medij, veluti baptismum, per-
jurium, adulterium, & similia; & hæc ex nulla 28
causa omitti, aut committi poterunt. † Et de his
loqui Textum *in dicto cap qui scandalizauerit infrà
de reg. Iuris*, ibi, *Vtilius scandalum nasci permitti-* 29
tur, quam quod veritas relinquatur. † Alia inquam
sunt tantùm necessaria necessitate præcepti, vt
ablati restitutio delinquentis punitio, voti execu-
tio, facti auditio, ieiunium, & alia similia, quæ
aliquando deferri poterunt, aut omitti, siue com-
mitti ex causa iusta, iuxta dicta *suprà*, & in his
procedere Textum nostrum, & Iura nonnulla
iam adducta. Quare Hurtado de Mendoza *dicta*
2. 2. *disp.* 173. *sect.* 20. *dicto* § 156. & 158. dum plura
exempla tradit iam relata. † Addit quod si Sa-
cerdos timet ex concursu ciuium ad sacrum ori-
turas contentiones, teneatur à sacro obtinere bi-
duò, aut triduò. donec seditionis pericula, au-
thoritate publica, aut alia ratione sedentur.
Vnde infero ad intellectum Textus *in cap. quia* 30
circa

circa de consanguinitate . & affirmitate , dum ex eo communiter docent Doctores , quod si matrimonium bona fide contractum est;& postea delecto impedimento, si scandalum immineat non esse separandum, quo vsque cesset scandali ratio doceat Nauarrus *in cap. si quis à num. 67. de pœnitentia dist. 7.* idemque procedere post Tridentinum, docuit idem Nauarrus *cons. 84 lib. 4. sub eodem tit. de consanguinitate*, Balboa *hic n. 30.* cum Hostiense . Ioanne Andrea, Abbate, Grassis *in decisionibus aureis , cap. 68. à num. 14. & 17. lib. 1.* de quo latissimè Bursatus *cons. 316. vol. 3.*

32 † Respondentes ad iura *in cap. in memoriam 19. dist. cap. Iulianus , cap. qui resistit 11. quæst. 3* dum docent, quod mandatis Apostolicis non obtemperare , etiam pro vitando scandalo illicitum est; nam dicunt ea iura esse intelligenda , de eo qui contumaciter resisteret , & ex malitia, de quo iam adduxi, sed vbi ea abest, & adest ignorantia, vel causa rationabilis, vt iam retuli , rectè ad vitandum scandalum , multa differri , aut omitti valebunt ex Tex-u *in cap. si quando de rescriptis , cap. cum teneamur de prabendis , & ibi Glossa* verbo *non potest.*

33 Ad quintam quæstionis partem breuiter ex Doctrina abonde relata *in supra* , relatis dubiis , præcipue *in dict.* versic.*ad quartam*, valet respondere, & in terminis Riceius *collect. 1217. ad Textum nostrum*, Rota *in decis.* 8. vt lite pendente, *in antiquis* 531. Sign. *in decis.* 30. *de appellat.* Paz *in decision.* 1. *de causa possessionis* , quam refert, & sequitur Grammaticus dicens quod attentata non fuit reuocanda ratione scandali, seu periculi in populo , & sic apertè colligi ; quod ex causa recedítur ab illa regula , quod attentata pendente litè sunt ante omnia , & in primis reuocanda ; ad quod dicendum fuisse per eos plures causas considerata , & inter cæteras quando reuocatio esset incommoda propter exhumationes , quæ per partes allegabantur , vt fuit dictum *in vna, callagnritana transactionis* 23. *Ianuary* 1573. *coram Sarmiento* ; quod etiam senserunt . quando reuocatio esset difficilis , vt fuit dictum , *in vna Hispalen. professionis* 14. *Octobris* 1560. *coram de Rubeis* , in qua dubitatum fuit an monialis, quæ prætendebatur , quod exeundo lite pendente monasterium attentasset , deberent attentata reuocari redeundo ad monasterium , eum id in facto perdifficile reportaretur , & in confirmationem horum applicabis nonnulla , quæ adduco *infra in c. 31. de appellat.* vbi attentatis reuocandis,vel non.

34 Ad tertiam quæstionis partem ex dictis respondetur quod licet ante omnia spoliatus , sit restituendus,iuxta tradita , *in l. si quis ad se fundum, Cod. ad legem iuliam de vi publica , l. cum sequentibus . Cod. de vi , & vi remata , l. meminerit , C. vnde vi* , de quo latissime dixi , *in cap. 1. cap. in litteris*, cum aliis, *de restitutione spol.* attamen si immineret periculum , seu scandalum , non fieret restitutio , sed deferetur, Glossa *in cap. in primis* 2, *quæst.* 1. *Glossa* verbo *non est restituendus* , *in cap. petitionem de accusation* Bursatus *cons.* 182. *n.* 24. *volum.* 3. eum aliis Balboa *hic num.* 31.quibus addo Riccium *dicta collect.* 1217. ad nostrum Tex-

35 tum versic *infra secundo*, Auend.*in decis.*8.† Quare Mohedan *in decis.* 19. *de rest. spoliat.* ait quod præterea non fuit restituta Abbatissa cuiusdam monasterij , licet obtinuerit tres sententias super spolio ex hoc , quia ratione impudicitiæ de qua contra eam dabatur , imminebat periculum , & scandalum totius monasterij.

Ad septimam breuiter dico , quod etsi licitum sit creditorem rem suam recuperare à debitore,etiam furtiuo modo ad dicta *sup in cap.11.de restit. spoliat* id tamen minime procederet, quando scandalum immineret; vt pulchre discutit Ioseph. Ludouicus *in decis. Lucens* 1.tradit Riecius *collect.* 1217. *circa finem* , versic, *infero tertio* , & probatur ex dictis , imo Felinus hic plures retulit casus *num.* 2. in quibus ratione scandali via randi multa fieri permittuntur, vel prohibentur contra iuris regulas , vt explicuit Andreas Gallus *lib.* 2. *de pace publica , cap* 9. *à num.* 10. Tyraquellus *de pœnis temperandis causa* 46. *per totam*, & sic ratione scandali vitandi contra iuris regulas vanum non exequitur , *dicta l. qui cadem , ff ad legem corneliam de sicariis , Glossa in dicto cap. si ergo*, verbo *clamoribus* 8 *quæst.* 1. *Glossa celebris in cap. later* , verbo *cedere* 2. *quæst.* 7. *Glossa in cap. cum olim de clericis coniugatis*, *Glossa in cap. cum teneamur* , verbo *si non potest* , *ff. de prabendis Glossa in cap. presbyter* el. 2. verbo *suspenditur* 2. *quæst.* 5. 36

Ad octauam quæstionis partem,cum eius difficultas pendeat ex his , quæ late adduxi *s ra n cap fin.*§ 1.*de iureiurand quæst* 5 & alibi sæpe breuiter pro omnium intelligentia dico quod non sufficit scandala simpliciter allegare,sed & illa debeant etiam probari,aliàs si de scandalis non cōstaret fieret reuocatio attentatorum, prout restitutionem spolij non obstantibus scand.lis , quæ allegabantur,vt resoluit Rota in vna Callaguritanæ translationis 16 Iunij 1573.coram Blanqueto Riccius *d col* 1224.ad Textum nostrum,versic.*pra omnium.* 37

Ad vltimam partem nostri Textus , in qua de verò intellectu Textus nostri agitur,& an id loquatur de solo summo Pontifice ,an vtique eius decisio extendatur ad omnes Ecclesiæ prælatos taliter vt ratione scandali vitandi queant,vel non repetere res Ecclesiæ iniustè ablatas , vel earum repetitionem differre,& Suarez *disputat.*10 *sect.* 3. *num.*10.obseruat excusari à præcepto Pontificem qui simulat,vel conniuet quando Princeps sæcularis vsurpat bona temporalia Ecclesiæ, si absque minori scandalo,vel damno potest id impedire ; refert Diana *p.* 5.*tract.*7 *res.*14.*circa finem*,& sic D. Thomas quem omnes sequuntur ait, *d.* 2.2.*q* 43. *art.*8.*& in opusculo,cap.*15 *ad finem*.quem refert *hic* Barbosa *num.* 4.Textum nostrum agere de summo Pontifice,qui cum habeat supremam, & liberam rerum Ecclesiæ administrationem ; argumento Textus *in c* 2.*in princ.de prabendis lib.*6. *& clem.* 1. *in fin.*vt lite pendente potuit propter scandalum omittere,vel differre repetitionem rerum Ecclesiæ quæ vsurpantur contra iustitiam.quemadmodum priuati suarum rerum Dominio tenentur,ob vitandum scandalum pusillorū, aliquando omittere,vel differre repetitionem illarum(vt iam adduxi)quæ iniustè ab aliis detinentur. Et sic videtur similiter, vt contingat ratione scandali vitandi respectu aliorum prælatorum Pontifici inferiorum,vt notant DD.*hic* Cou.*in reg.peccatū in pr. n.*6.iuxia *d sup.*in exēplis iactis,& ex iuribus adductis per Barb.*hic n.*3.*in pr.*†Cumque ipse Barbosa *sub d n* 4. impugnet illud adductum de Pontifice quod quantumcunque Pontifex maximus in rebus Ecclesiæ habeat supremam,plenariā,& principalē potestatē nihilominus tamen ea sit dispensatiua 38 39

satiua tantùm, vt prudenter, & fideliter dispenset res sibi commissas; non verò Dominica, quasi de propriis dispenser ad instar priuatorum, vt certum est de Iure. Et de aliis Prælatis inferioribus constet, vt teneamur, sub reatu mortalis culpæ, quatenus in se est repetere, & recuperare res Ecclesiæ contra Iustitiam vsurpatas, ex *dicto cap. in canonibus ante finem*, ibi, *iniquum enim* 16. q. 1. Glossa *in cap. 3. de officio Archidiaconi*, Abbas *hîc*, *num.* 4. Paris. 6. & ob id non excusari etiamsi ex repetitione insurgat scandalum, quod non est pusillorum, hoc est ex infirmitate, vel ignorantia; sed potiùs Pharisæorum, scilicet ex malitia, vt iam dixi; ad quod iuuat factum Diui Thomæ Cantuariensis iam *in princ.* adductum, de quibus D. Thomas 2. 2. *dicta q.* 43. *art.* 8. Suarez *dicta disp.* 10. *sect.* 3. *n.* 10. cum eo, & cum vtrisque Diana *dicta p.* 5. *tract.* 7. *resf.* 24 *in fine*, aiunt Prælatos, qui non habent Dominium rerum, non posse ratione scandali omittere bona temporalia, quia hoc esset scandalum Pharisæorum. Vnde manifestum esse quàm malè sæculares scandalizentur, quando Episcopi & Prælati Regulares lites agitant ad acquirenda bona Ecclesiæ; nam si hoc non facerent peccarent mortaliter, & si ipsi de hoc scandalizantur Pharisaicè scandalizari; vnde tanquam ex malitia peccantes de illis minimè curandum esse.

40 Quare etsi Panormitanus hîc existimauerit Italiam patritiam, qua (Princeps erat) rectè potuisse à Pontifice conueniri; quia etsi patritia esset Princeps; adhuc tamen ipse, & alij Principes supremi obtemperare Papæ tenentur, iuxta ea quæ latè adduxi *in cap. nouit de Iudiciis*, *cap. cuncta per mundum*, *cap per principalem* 9. q. 3. *cap. alius* 15. q. 6. ob idque potuisse Gregor. Pontificem in præsenti Italiam patritiam iudicialiter

41 conuenire. † Tamen verius est ex doctrina Abbatis *hîc n n* 4 Sancti Antoninj *p.* 2. *tit.* 7. *cap.* 4. § 6. *ad finem*. Caietani 2. 2. *art.* 8. q. 43. versic. *in eadem*, Couar. *in dicta reg peccatum*, 1. p. *dicto n.* 6. versic. *nono*, Barbosa *hîc n.* 5. Balboa videndus *à n.* 16. *&* 20 Graña *hîc n.* 2. & alij; quod etsi habito respectu ad majestatem Pontificiam, potuisset Gregorius patritiam in Iudicio conueuire noluisse, tamen facere propter scandali periculum, quod vt euitaret maluit petitionem differre, quàm patritiæ, & aliis Italiæ Principibus res Ecclesiæ iniustè detinentibus, scandali occasionem præbere; nec enim Pontifex si patritia restituere noluisset, facilè posset eam compellere, nisi vt solent supremi Principes armis, & bello, indito quo medio summè periculoso scandalis pleno expediebat pro tunc, non vti magis, quàm cum illo res iniquè vsurpatas recuperare: argumento Textus *in cap suscipimus.* versic. *verum, de homicidio.*

42 Nec placet dicere Pontificem in præsenti scripsisse se non posse, sed nihil velle cum scandalo quasi voluerit, possit res Ecclesiæ vsurpatas redimere; imò ad id teneri ex iam adductis etiam cum scandalo, ex *l.* 3. *ff. de reg. Iuris*, quia in hoc cessat ex dictis, etenim Pontifex Gregor. IX. *lib.* 2. *epistolarum epistola* 96 scripsit Italiæ Patritiæ detinenti Sedis Apostolicæ patrimonium violenter ablatum, vt restitueret. qua monitione non obstante, & restituere recusanti, iterum Pontifex hortatur, vt restituat res ita detentas: quare etsi Doctores, vt constat hic communiter, duas ex Textu nostro conclusiones deducant, nempe, vt taciturnitas Prælati non noceat Ecclesiæ; donec sit præscriptum, & quod in rebus inuasis non currat, præscriptio tamen; & si hæ veræ sint, non tamen adaptantur ad effectum textus nostri, de quorum neutro hîc agitur principaliter, sed solum de interrumpenda præscriptione per admonitionem, & denuntiationem à Pontifice factam hîc Patritiæ; eo quod tunc temporis Patritia nollet restituere, nec opportunum erat, propter scandalum, vt armis, & strepitu Pontifex aduersùs Patritiam impeteret. Et sic vt latè dico *in cap illud infrà hoc tit.* & dixit Balboa *hîc n.* 21. *&* 22.

† Veram conclusionem nostri Textus ita adiciendam esse, videlicet præscriptio interrumpitur ex sola denuntiatione, seu protestatione, etiamsi facta fuerit extraiudicialiter eo casu, quando si iudicialiter fieret, scandalum immineret dicens cum omnibus Interpretibus esse ad hoc Textum nostrum singularem. 43

Pro complemento dubitabis de quibus rebus hîc loquutus sit Pontifex, cùm dixit *de causis pauperum*, & ibi in rebus *Pauperum*. Et licèt olim nonnulli ex antiquis interpretarentur Textum nostrum procedere in legato pauperibus incertis relicto, quod olim valebat fauore piæ causæ, *l. id quod pauperibus* 24 *l. nulli* 28. *Cod. de Episcopis & Clericis*; cum adductis à Guttierrez *de Iuramento confirm.* 1. *p. cap* 64. Couar. *in cap. cum tibi de testam.* n. 14. Sarmiento *lib.* 2. *selectarum cap.* 3. *n.* 4 Spino *de testam glossa* 10. *a num.* 1. & alij relati à Balboa *hîc n.* 7. id deducentibus ex verbis iam relatis nostri Textus; tamen ipse illum intellectum improbans *num.* 18. ait nostrum Textum intelligendum esse de Petri patrimonio ab Italia Patritia iniustè detento; & in hoc sensu intelligenda esse illa verba: *in causis pauperum*, *in rebus pauperum.* † Nam ex ordinario, receprόque vsu loquendi sacrorum Canonum, & Patrum bona Ecclesiæ bona pauperum dicuntur, *cap. sicut* 1. 47. *dist. cap. fin.* 16. q. 1. *cap. quod autem* 23. q. 7. *cap conuenior* 23. q 8. *cap cum secundum Apostolum in princ. de præbendis*; taliter; vt vllo modo possint verba relata intelligi de legato pauperibus relicto, quod 40. annorum spatio, præscribi potest, vt *infrà in cap. de quarta dico Auth. quas actiones*, vbi omnes *Cod. de sacrosanctis Ecclesiis.* † Nec talem incertitudinem posse in eo legato considerari, cùm facilè ad certitudinem reduceretur: argumento Textus *in l. quæ conditio* 39. § *fin. ff. de cond. & demonstr.* vbi si legatum relictum sit, vt aliquid in foro fiat, intelligatur de foro principali; vbi ea ratione intelligit Bart. legatum Ecclesiæ intelligi, relictum Ecclesiæ Parrochiali; Textus *in l. fin. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis*; & sic relictum pauperibus intelligi illius loci, iuxta Textum *in cap. cum tu de vsuris*, de quo latè ago *infra de testam. in cap.* 6. *&* 7.

44 (paragraph begins "Pro complemento"); 45 (at "† Nam"); 46 (at "† Nec talem")

AD TEXTVM
IN CAPITE III.
Sanctorum, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.

I. DE materia huius Textus solent Doctores disputare *in cap. de quarta*, cum aliis huius Tituli, vbi agitur de tempore ad præscribendum de Iure Canonico, & cùm ibi assignetur 40. annorum spatium; & hîc ex Sanctorum Patrum sanctionibus

ſanctionibus ſimiliter contingat, vt tantùm aſſignetur 30. annorum ſpatium; Ideò ſolent ad diuerſos intellectus deſcendere Interpretes pro explanandа materia Textus noſtri, de quo tantùm ſub vna quæſtione diſputo.

III. Verùm quia hic ex verbis ibi, *poſſeſſa ſunt quiete, & ſincere; & abſque ſynodali proclamatione perpetuo tenentur* de duobus inquiri valet. Primum de bona fide ad præſcribendum, ideò videbis *dicta in cap. vigilanti 5. cap. ſi diligenti 17. & cap fin. hoc tit.* ſecundum per verba illa *ſynodali proclamatione* de modis quibus poſſeſſio ad præſcribendum interrumpitur, & numquid per citationem, denuntiationem; ſeu proclamationem. De his dico *in cap. illud 8. hoc tit.* & quod notaui de interrumpenda poſſeſſione, citatione, ſeu litis conteſtatione *ſuprà in Rubr. de litis conteſt. q. 19. num. 13. 14. 15.*

III. Et in verbis ibi, *vt omnes poſſeſſiones ad ſingulas prouincias noſtrorum fratrum pertinentes, à quibus per 30. annos poſſeſſa*: hic poteſt dubitari numquid idem deberet dici de poſſeſſionibus ad Pontificia Territorium ſpectantibus; ſed quia de hoc, & de poſſeſſionibus ad Reges ſpectantibus dico *infrà in cap. audientium 13. & in cap. cum vobis 14.* ideo ad ibi dicta recurres pro exornatione, & doctrina Textus huius leges quæ nouiſſimè ſcribit Matthæus Colerus *de proceſſibus executiuis p. 4. pap. 71.* ad textum hunc vbi latiſſimè, ſed ſatis Textus intelligitur ex notatis ex *infrà dictis, & in cap. de quarta*, & aliis huius Tituli.

QVÆSTIO I.

Quare per quietam, & ſinceram poſſeſſionem 30. annorum præſcribantur poſſeſſiones Eccleſiarum, cum ad talem præſcriptionem deſideretur ſpatium 40. annorum per Textum in cap. de quarta, cap. ad aures 6. *& aliis huius Tituli, &* in cap. 1. eodem in 6.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio 30. vel 40. annorum adhuc hiſce temporibus cognita eſt, vbi deficit titulus ſi bona fides adeſt, num. 2. 3. 4.*

3 *Noſter textus intelligitur, & n. 6. 7. 8 9. 10. cum aliis cum* cap. de quarta hoc tit.

4 *Fidei malæ præſumptio tollitur ſpatio 30. annorum, non ſic ſi conſtat de mala fide n. 5.*

6 *Bona immobilia priuatorum cum titulo inter præſentes decennio, inter abſentes vicennio, & ſine titulo annis 30. præſcribuntur.*

7 *Præſcriptio 30. vel 40. annorum titulum non requirit ordinariè, niſi eſſet contractus, aut iuris præſumptio eſſet contra præſcribentem.*

7 *Poſſeſſio quadragenaria requiritur ad præſcribendum bona Eccleſiæ, & an hæc prærequiratur ad res priuatas Clericorum, n. 9.*

11 Cap. volumus 16. q. 4. cap. quicumque 16. q. 3. cap. Sacerdotes *ibi*, cap. placuit 16. cap. 1. 13. q. 2. cap. poſt quingentos 16. quæſt. 3.

14 Cap. ſi de terra 6. de priuileg num. 21. 22. 23. 24. *cum aliis vſque ad finem.*

15 Cap. accedentibus de priuileg. num. 22. *Fermoſin. de Exceptionibus.* 23. 24. *cum aliis vſque ad finem.*

18 *Decimarum tacita renuntiatio inducitur decem annis.*

16 *Priuilegium amitti poteſt, vel præſcriptione, vel tacita renuntiatione per non vſum.*

25 Cap. placuit el 2. *verſic.* quas actiones 16. q. 3.

26 *Bona Clericorum præſcribuntur tempore ordinario.*

Licet de iure Ciuili ſit cognita triginta, vel quadraginta annorum præſcriptio, vbi deficit bona fides, & Titulus ex Iuſtiniani *nouella 119. relata in Auth. malæ fidei, Cod. de præſcript.* ex qua 30. annorum ſpatium requiritur, quoties quis mala fide alienat; Item & longiſſima poſſeſſio deſideratur ex *l. 1. §. ad hæc, Cod. de annali exceptione* in illo, qui ſciens rem aliquam ad ſe non pertinere eius poſſeſſionem ingreſſus eſt. † Et ſi dicas iam hodie bonam fidem per ius Canonicum deſiderari; Tamen adhuc quando agitur de præſcriptione 30. vel 40. annorum ordinariè non requiri Titulum, nec de iure Canonico, nec Ciuili, ſed deſiderari bonam fidem cum poſſeſſione tanti temporis; cum communi docet Couar. *in Reg. poſſeſſor. §. 5. ad 2.* 1 2

Quare etſi multi exiſtiment noſtri textus deciſionem, & aliorum loquentium de tempore 30. annorum ad præſcribendum, eſſe abrogatam per textum *in dicto cap. de quarta*, cum aliis de quadragenaria præſcriptione loquentibus; ego dubito admodùm cum ex propoſito noſtro textus aſſignatione 30 annorum ſit in hoc libro compilatus. † Tum etiam quia vt ait Bartol. *in l. vlt. C. vnde vi.* Decius *conſ. 267.* Alex. *conſil 6. lib. 1. n. 6. & conſilio 151. lib. 2. numero 6.* Curtius Senior *conſilio 82. col. 3.* Matthæus Afflict. *decis. 40 n. 12.* Iaſon. *in §. ſed iſta n. 100. inſt. de actionibus, & conſ. 1. n 11.* quatenùs contendit præſumptionem malæ fidei tolli, & purgari poſſeſſione 30. annorum: ſequitur Anaſt. Germ. *de Sacrorum immunitatibus lib. 3. cap. 18.* videndus à *n. 28* vbi poſtquam dixerit iuris noſtri Pontificis Legiſlatores reiecto nouo Iure Ciuili ius vetus in vſum reuocaſſe, quo aduersùs malæ fidei poſſeſſorem actio erat perpetua, taliter vt iam iure Pontificio nulla vnquam tempore poſſeſſio malæ fidei præſcriptionem pariat, *ex c. 5. c. 17. c. fin. hoc tit.* itavt nulla ratio poſtulet, aut ſuadeat, vt ex ea permiſſum cuiquam ſit rem alienam ibi tempore acquirere ſi is malitiam, & culpam in eius poſſeſſione habuerit. † Tamen hoc vſum eſſe fatetur Germonius, vbi conſtat de mala fide ſecùs vbi præſumpta tantùm eſt, de qua tantùm loquutus eſt Bart non autem de vera; vti adnotarunt Aret. *conſ. 153. col. vlt.* Crauet. *conſ. 146. & in tract. de antiquit. tempor. 4 p. §. in materia, n. 19.* Couar. *in Reg. poſſeſſor. p. 2. § 7. n. 4.* dicentes præſumptionem malæ fidei tolli poſſeſſione 30. annorum. Quod ſi probatum ſit poſſeſſorem verè malam fidem habuiſſe nunquam vitium illud remitti, nec locum habere Bartoli opinionem, & frequentiorem præfatam opinionem ſcribit Bald. ad text *in l. celſus in 3 p. col. 6. ff de vſucap* 3 4 5

Vnde etſi Regula iuris ſit bona immobilia priuatorum præſcribi cum tit. inter præſentes decem annorum ſpatio, & inter abſentes viginti; tamen ſine titulo cum bona fide triennalem requiri poſſeſſionem ex *l. ſi quis empt. C de præſcr. 30. annor.* vbi omnes, & copioſè Molina *de Iuſt. & Iure tomo 1. tract. 2. diſp. 69. l. vnica. Cod. de* 6

vsucapione transformanda; & in princ. inst. de vsucap. Balboa *in cap. de quarta hoc tit. n.* 14. & secundùm istum dicendi modum expendi textum nostrum: est hic communis Doctorum per Textum nostrum, & per dictam *l. si quis emptionis*, vt sequitur notanter Trullenq. *in opere morali*
7 *p.2. lib.7. dubio 7. n.* 1. *in princ.* † Vbi *n.* 2. ait quod præscriptio 30. vel 40. annorum ordinariè non requirat Titulum, nec de Iure Canonico, nec Ciuili ex traditis per Couar. *in dicta regula possessor dicto §. 5. n.2.* nisi esset contra ius, aut præsumptio iuris esset contra præscribentem; vt docet Couar. *lib.* 1. *var. cap.*17. *num.*7. quia tunc exigitur Tituli probatio; de quo *infrà in cap.17.* vt contingit in Episcopo vnius Diœcesis volente præscribere decimas sitas in alia Diœcesi.

8 Ex quibus euenit vt dicamus, quod etsi iam nostro Iure Canonico in rebus immobilibus Ecclesiæ requiratur ad præscriptionem earum quadragenaria possessio ex *dicto cap. de quarta, c. ad aures 6. cap. illud, cap. quia indicante hoc tit. cap. cap. placuit,* versic. *quas actiones 16. q.* 3. vbi copiosè Doctores; imò ita cautum esse de Iure Ciuili nouiori, in *Auth. quas actiones. Cod. de sacrosanct. Eccl. & in §. pro tempor. auth. de Ecclesiast. titul.* tamen & eodem iure Canonico, tam in decreto Gratiani, quàm in nostris decretalibus à Greg. IX. compilatis videmus tantùm desiderari ad complendam præscriptionem, possessionem triennalem, vt in nostro Textu *in cap. si de terra de priuileg. cap.* 1. & 2. *cap. sicut, cap. quicumque cap. placuit* 8. *cap. si sacerdotes* 16. *q.3. cap.1.3. q.2.* ad quos Canones refertur *in cap. dicto illud 8. hoc tit.* & in versic. ibi, *licet quidam Canones comprobent triennalem.*

9 Inde *Glossa in dicto cap.*1. 16. *q.*4. intelligit textum nostrum procedere in rebus Patrimonialibus Episcoporum, & Clericorum præscribendis ita Panorm. & Felin. *hic*, Parisius *n.*4. Romanus *singul.* 457. Couar. *lib.*1. *var. cap.*4. *n.*3. Didacus Perez. *in l.8. tit.2. lib.1. ordin Glossa* 1. Tyraquell. *de præscript. §.1. glossa* 10. *in fine* refert Barb. *hic sub n.2. in princ.* & ante eum Balb. *in dicto c. de quarta n.*37. quam interpretationem ipsi ex multis admodùm improbant, præcipuè ex verbis Textus nostri ibi *ad singulas Prouincias nostrorum fratrum pertinentes*, quibus denotari hic non loqui de rebus patrimonialibus Clericorum: & Episcoporum, cum res patrimoniales non pertineant ad Prouincias, sed ad personas; Et aduersari etiam illa prima verba Textus nostri ibi, *Sanctorum Patrum sanctiones*, quæ denotare dicunt triennalem præscriptionem Sacris Canonibus comprobari, sed in nullo Canone reperiri tempus 30. annorum desiderari ad præscribendas res priuatas, & patrimoniales Clerici, aut Episcopi; nam tales res priuilegio Ecclesiarum non gaudet vt testatur *celebris glossa* 1. *in clem.* 1. *de in integrum restit.* cum adductis à Couar. *vbi suprà* Bursato *cons.*93. *n.*46. *lib.* 1. nisi aliàs in casibus à iure expressis: ergo.

10 Hinc ergò alij Doctores pro intellectu textus nostri plura comminiscuntur, tam in explorando textum nostrum, quàm cætera iura iam adducta cum aliis poscentibus spatium 40. annorum. Et sic Conar. *in dicta Reg possessor. p* 2. §.2. *n.*2. ait textum nostrum procedere tempore antiquorum Canonum antequàm esset inuenta quadragenaria præscriptio contra Ecclesiam ex *dicto cap. de quarta hoc tit.* cum aliis *cap. accedentibus de priuilegiis*, docent Molina *de iust. & iure tom.*1. *tract.*2. *disp.*72. Mascard. *de probation. conclus.*1215. *n.*25.73. Rota ex Puteo *decis.* 449. ex Paulo Emilio *decis.*306. 1. *p.* Rota *in nouissimis decis.*180. *tom.*2. quod videtur expressim *in l.* 26. *tit.*29. *p.*3. videbis quæ ex multis congerit Barbosa *in cap.*1. 16. *q.*3. *à n.*3. 4. & 5. vbi explosis aliis interpretationibus ab eo relatis, residet in ea, nempe, vt iste textus cum aliis procedat attento tempore antiquorum Canonum.

Verùm hæc expositio videtur turbari quoad 11
antiquos Canones ex *cap. volumus* 16. *q.* 4. vbi Greg. I. qui præficit Ecclesiæ circa annum 590. quadragenariam præscriptionẽ admisit, & quod alios postea editos *in cap. sicut, cap. quicumque* 16. *q.*3. qui fuerunt editi in Consilio Tholetano 4. quod fuit celebratum sub Honorio I. circa annum Domini 630. & *in cap Sacerdotes*, quod fuit editum in Consilio Toletano 9. circa annum Domini 650. sub Martino I. sed his temporibus iam erat recepta quadragenaria præscriptio in rebus ad Ecclesiam pertinentibus, vt *in Auth. de Ecclesiast. titulis* propè annum 530. à Iustiniano editam; ergò non est cur dicamus resecatam fuisse eam triennalem possessionem imperatam in primis antiquissimis Canonibus à Concilio Calcedonensi enarratis celebrato prope annum 460. nempè *in dicto cap.*1. & 2. & *in dicto cap. placuit* 16. *q.*3. & *in dicto cap.*1. 15. *q.* 2. & à Gelasio I. qui vixit propè annum 500. vt colligitur ex Textu *in cap. post quingentos* 16. *q.*3. † Igitur 12
& simili modo dicendum est triennalem imperatam in nostro Textu, siue à Gregorio I. vt quidam autumant quo in tempore fuit cognita quadragenaria præscriptio, cum iste Pontifex præfuisset Ecclesiæ circa annum 590. & antea fuisse introducta quadragenaria præscriptio *in dicto cap. volumus* 16. *q.*1. *cap. quia indicante hoc tit.* refert Barbosa hic *sub dicto n.* 2. versic. *non obstat*, qui etsi dicat ibi probabilius videri Textum nostrum non esse Gregorij, sed Gelasij, & ante eum Balboa *in dicto cap. de quarta, num.*42. postquam plures adduxit intellectus *à num.*32. videndus cum multis Graña hîc *à num.*3. & proprius *num.*4. per totum tenentes, & exponentes Textum nostrum esse Gelasij: eò quod inter decreta Alex. III. *pag.*912. *cap.*7. *tom.*2. *Concilior.* Refertur Textus noster absque Pontificis nomine, ibique stare verba apertè denotantia nostram constitutionem in Concilio editam fuisse, & per illam confirmari leges, quæ aduersùs Ecclesiam Tricennalem præscriptionem statuerunt; quod Gregorio nequit accommodari, tum quia in Conciliis sub illo celebratis hæc constitutio non refertur: Tum etiam quia tempore Gregorij leges humanæ non triennalem, sed quadragenariam admiserunt contra Ecclesiam ex dicto *Auth. de Ecclesiasticis Titulis* cum similibus, & tempore Gelasij Canones Concilij Calcedonensis, & leges humanæ triennalem præscriptionem admittebant, tum etiam quoniam hoc caput non inuenitur in Registro Gregorij, nec mirum esse huius textus inscriptionem esse vitiatam falsòque tributam Gregorio cum debuisset tribui Gelasio; id ex eo etiam probantes: Nam cum inscriptio textus *in capite vigilanti infrà hoc Tit.* in vulgaris Codicibus Alexandro III. tributa sit, cùm verè sit Clementio Martyris, vt habetur 1. *tom Conc. pag.* 912.

Tametsi

13 Tametſi hæc explanatio plauſibilior ſit, & communiter amplectatur; itavt noſtri Textus deciſio correcta ſit in quantùm ad tempus per textum *in dicto cap. de quarta*, & aliis huius titu-
li, vbi quadragenaria præſetiptio deſideratur in rebus Eeeleſiaſticis; fore tamen neceſſariam in quantum requirit ad præſcribendam poſſeſſio-
nem quietam & ſinceram, hoc eſt cum bona fi-
de, & ſine Interromptione, ad cuius effectum poſitam eſſe inter decretales Gregòrij, rurſuſque & quia probat ptæſeiptiouem 30. annorum in-
terrumpi per ſynodalem proclamationem, ad iſtoſque effectus eſſe per Gregorium IX. hic com-
14 pilatam. † Tamen ex non leui fundamento vi-
detur dieeodum adhuc durare ex diſpoſitione Canonica per Aleaandrum III. triennalem præ-
ſeriptionem probat Textus, *in dicto eap. ſi de ter-
ra 6. de priuilegiis*, vbi dicitur priuilegium Eccle-
15 ſiæ præſcribi 30. annorum ſpatio. † Et in ſimili ſpecie *in cap accedentibus 15. eodem tit.* deſideratur quadtagenatia præſcriprin per Innocentium III. ac contingit hic in noſtro Textu, & *in dicto cap. de quarta hoc tit.* ergò malè à Doctoribus videtur diei abtogatam eſſe ttiennalem noſtri Textus, cum & eodem modo dici deberet etiam eſſe ab-
rogatam eam triennalem, de qua loquitur *in dicto cap. de terra*, per Textum *in dict. cap. accedentibus*, cum non debeat credi tot iura tam de facili corrigi.

Et licet hæc iura eutent expendete Doctores dicentes qood Textus *in dicto eap. de terra*. intel-
ligatur ſecundum tempora antiquorum Cano-
num, vt dictum eſt; Textum verò *in dicto cap. accedentibus de tempore nouieri* iuxta mutationem *dicti cap. de quarta*, & aliorum, vbi quadragena-
ria præſcriptio deſiderator, ſic Gloſſa magna *in dicto cap. accedentibus de priuilegiis in fine*. vbi Ab-
bas *n.4.* Felin. *in cap. cum acceſſiſſent de conſtitutio-
nibus n.28.* tradit Balb *hic n.15.* Barb. latè videndus *in d.c. ſi de terra, à n.3.* qui hanc ſolotionem non admittunt, ea eo quod multò ante Alexandr. III. qui fuit author, etiam Textus *dicti cap. de quarta*, etiam quadragenaria erat admiſſa, cumque idem Alexand. III. ſit etiam Aothor *dicti cap. ſi de terra*, quid mirum, vt hæc expoſitio non admittatur.

16 Tamen ambo cum moltis ab eo relatis aliter eapendere intendunt. vel quod ibi non agebatur *in dicto eap. ſi de terra* de præſcriptione decima-
rum, ſed de renuntiatione priuilegij, quæ ex tri-
ginta annis præſumitur, & ſi non præſumatut præſcriptio quadragenaria, & colligentes ex in-
tegra illius textus, & ex doctrina Ioann. Andreæ. & Cardinal. *in dicto cap. ſi de terra*, textum verò *in dicto cap. accedentibus*, longè diuerſam propo-
nere ſpeciem, cum *ibi* Abbas, & Conuentus de-
eimas petentes tales erant, vt illis non deberen-
tur iure communi, qoi eas petebant eo quod 40. annorum ſpatio à templariis perceperant, & præ-
ſcripſetant ex Aduerſo verò templarij oon nega-
bant quadragenariam præſeriptionem, & ſolu-
tionem, ſed allegabant priuilegiom, quo eaempti erant; & eaeuſati à ſolotione decimarom, cuius allegationem Conuentus confectauit, quia tem-
plarij per 40. annos deeimas ſoluentes priuilegio renuntiauerunt, ob idque Pontificem in fauorem Actotum pronuntiaſſe conſiderantem 40. anno-
rum continuas ſolutiones ſine vlla interruptione, quod ſufficit ad præſcriptionem, & ex qua renun-
tiatum videtur ſufficienter templariorum priui-
legium, quod ecoorra aeeidiſſe in ſpecie textus *Fermoſin. de Exceptionibus*.

in dicto cap. ſi de terra, vbi Canonici, de quibus ibi erant Actores; qui ex terris, quæ erant intra ſoam Paruchiam decimas petebant ſibi commu-
ni iure debitas *cap. cum contingat de decimis*, & ex aduerſo Ciſtercienſes, qui rei erant non negantes decimas ad Canonicos iure communi pertinere, eacipiebant de priuilegio Apoſtolico ſibi coo-
ceſſo, de quo *in cap. ex parte de decimis*, cumque prædicti Canonici replicarent huiuſmodi priui-
legium iam illis non prodeſſe; eo quod eſſet ex-
tinctum, ea renuntiatiooe ipſorum Ciſtercien-
ſium, qui contra priuilegium per 30. annos deci-
mas perſoluerunt; ideò Pontificem Alex. III pro-
nuntiaſſe Ciſtercienſes priuilegio ſe tueri non poſſe, eo quod vnicuique liberum ſit ſuo priui-
legio renuntiaſſe; taliter vt ex tacita renuntiatio-
ne 30. annorum, de qua ibi ſufficienter indocatur in conſequentiam ſolutionum, & Canonicorum poſſeſſionis pacificæ decimas percipiendi, ſicqoe Canonicos non præſeripſiſſe, nee fundatos fuiſſe in præſcriptione triennali, ſed in renuntiatione, qua fuit excluſum prioilegiom.

Et hanc eaplicationem poſt molta Barboſa *in* 17
dicto cap. ſi de terra ſub n.4. & ſub verſic. *quibus*, in verſic. *verum adhuc* inſiſtit defendere ex verbis vtriuſque teatus cum *in dicto cap. ſi de terra*, per verba ibi *per triginta annos decimas perſoluiſtis*, & & per verba ibi, *vobis detrahere voluiſtis*, vbi Pon-
tifex expendens noo vſum, ſeu contratium vſum priuilegiorum in ratione ſolùm expendit tacitam renuntiationem eorundem, nihil de præſcriptiooe
loquutus. † At verò *in dicto c. accedentibus*, vtrum- 18
que comprehendiſſe; imò & principaliter vſum, & poſſeſſionem Monaſterij contra priuilegiarioa recipiendo ab eis decimas id colligens ex verbia ibi *diu quiete poſſederunt* & *ibi per quadraginta an-
nos*, & amplis paeificè poſſediſſent, & in deciſione ibi *decimas de terris prædictis per quadraginta an-
nos continuè perceperint*, ex quibos ait apettè Pon-
tificem reſpexiſſe principaliter vſum, & poſſeſſio-
nem Monachorum percipientium decimas à tem-
plariis contra formam ſui priuilegij, atque ita ve-
ram & proprlam præſeriptionem ex patte Mona-
ſterij poſſidentis, quamuis etiam in ratiooe ea-
pendat tacitam renuntiationem priuilegiatorum, qui tanto tempore decimas pacificè perſoluentes priuilegio, quo ab illis ſolueodis exempti erant, videantur renontiaſſe in conſequentiam ſcilicet poſſeſſionis pacificæ, & iuris pet eam Monachis acquiſitæ præſcribentibus, vt regulare eſt in qua-
cûque præſcriptione iuxta text. *in l. alienationis 28. ff de verb ſignif.* & vt ſubterfugiat aliam explana-
tionem Suarez, de qua *infrà* præfatam explana-
tionem defendit. † Idem Barb. *ibi, n 7.* dicens quod 19
ea renuntiatio decimarum, etiam contra Eccleſiã minori ſpatio 30. vel 40. annorum per noo vſum indocator, imò & decem annis: arg. text. *in l. cum de in rem verò in princ ff. de vſuris, & in l. ſi filiusfam. Cod. de petition. hæred.* cum aliis, quibus, & alia præ-
ſumantor acta legitimè, quaſi vellet dicete men-
tionem 30. vel 40. annorum *in dicto cap ſi de terra, & dicto cap. accedentibus* fuiſſe facti narrationem, non iutis diſpoſitionem præciſam ad indocendam renuntiatiooem taeitam priuilegij; nam aliàs in-
ſurgeret alia manifeſta pugna inter textum *in di-
cto capite ſi de terra, & in dicto capite acce-
dentibus.*

Et ſic dieit Barb. *in dicto n. 4.* verſic. *quibus*, in 20
princ. Priuilegium dupliciter amitti poſſe, vel per modū, & viam præſcriptionis, vel per viam tacitæ

 renuntia

renuntiationis per non vsum; de primo modo agere Textum *in dicto cap. accedentibus*, de secundo modo Textum *in dicto cap. si de terra*, & ob id *in dicto cap. accedentibus* desideratam fuisse quadragenariam possessionem iuxta Textum *in dicto cap. de quarta*, & alia vbi spatium quadraginta annorum requiritur ad inducẽdam præscriptionem rerum Ecclesiasticarum; Sic interpretatur Innocentius *in dicto cap. accedentibus*, in secundo intellectu Gofredus, & alij antiquiores; Sic intelligit Graña *hic num.6.*

21 Tamen quia ex verbis *dicti cap. accedentibus* ibi *cum enim tanto tempore contra indulta priuilegia decimas soluerint eis renuntiasse tacitè præsumuntur*, videatur significari decisionem Pontificis non fundari in præscriptione, seu possessione Monachorum, sed solùm in renunciatione priuilegij resultante ex non vsu ipsorum Templariorum, quibus competebat, vtpotè colligitur ex *dicto cap. si de terra* ibi, *de priuilegio indulto tanto tempore vobis detrahere voluistis, cum liberum sit vnicuique iuri suo renuntiare, eoque modo non potestis vos in hac parte tueri*; Ideò videtur vtrumque Textum loqui de præscriptione; itavt quemadmodùm Textus *in dicto cap. accedentibus*, intelligatur principaliter de præscriptione quadragenaria decimarum per non vsum priuilegij, sic & *in dicto cap. si de terra* per non vsum triennalem præscriptionem in eadem specie inductã fuisse per verba ibi, *si de terra, quam habetis in parracia Canonicorum, de plautio per triginta annos eis decimas persoluistis eas de cætero sibi integrè persoluatis*, quæ verba non absimilia videntur à verbis Textus *in dicto cap. accedentibus* ibi, *& postquàm templarij terras acquisiere prædictas* (scilicet priuilegio) *decimas earundem per quadraginta annos, & amplius pacificè possident; nunc eis ipsas subtrahere non verentur*, & in versic. *quod à templariis*, vbi si initio Textu, vt sentiunt iam relati Doctores principaliter agitur de vsu, & possessione quadragenaria contra priuilegium, & simili modo inspici ex dicto Textu *in dicto cap. si de terra*, in relatis verbis, & in vtroque minùs principaliter de renuntiatione.

22 Exindeque possumus in alium intellectum, de quo Suarez. *de legibus lib.8. cap.35. n. 21.* vbi ait quod licet Alex. III. in aliis præscriptionibus, de quibus *in dicto cap. de quarta*, cum vulgatis tempus 40. annorum contra Ecclesias necessarium esse voluerit; in hac tamen quando agitur de amittendo priuilegio ex vi tacitæ renuntiationis, ex tempore insurgentis minori tempore fuisse contentum; quia eam non considerat, vt puram præscriptionem, sed vt coniunctam voluntariæ renuntiationi, per quam res deducitur ad ius commune, & ideò fauorabiliter loquutum fuisse, & sic addit Suarez. Regulam Innoc. III. *in dicto cap. accedentibus*, de tempore 40. annorum in præscriptionibus contra Ecclesias necessariò extendisse ad casum istum, quando agitur de priuilegio per non vsum amittendo, quam improbat idem Barbosa *in dicto cap. si de terra, n.7. in princ.* dicens Suarez minime dissoluere difficultatem, cum incidat in aliam rem *suprà* improbam; nempe vt decisio Textus *in dicto cap. si de terra*, quod tempus abrogata sit per Textum *in dicto cap. accedentibus*, quod non est Innocentij III. vt ipse inaduertenter ait, sed eiusdem Alexand. III. *dicti cap. si de terra* Authoris.

23 Equidem Barbosa non rectè improbat Suar. quatenùs dixit inaduertenter loquutum fuisse attribuendo Textum *in dicto cap. accedentibus* Pontifici Innoc. III. cum potiùs verum sit illum textum fuisse per Innocentium III. decretum, vt apparet à textu *in cap. tuarum 11. eodem tit.* quia attribuitur Innocentio III. cum quatuordecim sequentibus, quod enim verum est, vt iam dixi textum *in dicto cap. si de terra*, & textum *in dicto cap. de quarta, hoc tit.* esse Alex. III. & mirum admodùm est, quod *in dicto cap. de terra*, Pontifex in materia decimatum triennali tempore ad earũ præscriptionem recordatus sit, & in eadem materia dicat esse necessariam quadragenariam præscriptionem adducens rationem anteriorem ad illam decisionem in verbis ibi; *Nam Romana Ecclesia triennalem præscriptionem contra Ecclesiam non admittit*, vtpotè iure Canonico iam decretam per iura iam relata.

At qui iam ex hac consideratione non videtur 24 contemnendus (vt euitetur tantorum iurium correctio) alius intellectus Hostiensis ad textum nostrum; nempè vt procedat quando contra Ecclesiam aliquid ex priuilegio habentem præscribit, & alia Ecclesia, cuius à principio fuerat, quo casu ait Hostiensis sufficeret triennalis præscriptio eo quod res de facili reuertitur ad suam naturam: argumento textus *in l. si vnus*; *§. pactus, ff. de pactis, cap. aberordio 35. dist. cap. cum Apostolico de his quæ fiunt à Prælato cap. 1. de feudis*, & secundùm hunc intellectum potest sustineri textus *in dicto cap. si de terra*, de priuilegiis taliter, vt & si *in dicto cap. accedentibus*, loquatur Pontifex de tali priuilegio, & requirat quadragenariam præscriptionem, id non tantum sit decretalis decisio quoad tempus prærequisitum ad præscribendas res Ecclesiæ; quam narratio temporis quadragenariæ possessionis, & plus vt apparet ex verbis ibi, *decimas earundem per 40. annos, & amplius pacificè possedissent nunc eis ipsas subtrahere non verentur*, quasi non ibi principaliter actum fuisse de præscriptione quadragenaria decimarum, sed de quadam renuntiatione priuilegji templariis competentis, eo quod soluissent per 40. annos & plus decimas Abbati, & Conuentui Nauiacensi, vt contingit in solutione facta per alios 30. annos *in dicto cap. si de terra*. Quare videtur dicendum textum *in dicto cap. Sanctorum*, & textum *in dicto cap. si de terra* nullam correctionem recipere per textum *in dicto cap. si de quarta hoc tit.* & textum *in dicto cap. accedentibus* nulla enim *in dicto cap. accedentibus* fit mentio de præscriptione quadragenaria, sed de possessione 40. annorum, & plus qua renuntiatum censetur competens decimarum priuilegium per relata verba ibi, *cum enim tanto tempore contra indulta priuilegia decimas soluerint eis renuntiasse tacitè præsumuntur.*

Nec enim existimes vt communiter intelligunt 25 Interpretes *ex dicto cap. accedentibus* prærequiri ad præscribendum priuilegium contra Ecclesiam quadragenariam præscriptionem, vt *ibi* Barbosa sentit cum pluribus ab eo relatis *num. 1.* & Balboa *hic n.40. in fine*, tamen dico quod etsi id verum sit de quo dico *in cap. pen. hoc tit.* tamen reuera *ibi*, solutum actum fuit de amissione priuilegij per non vsum, quæ contingit non solùm 40 annorum spatio secundùm factum *dicti cap. accedentibus*; verùm & annis 30. secundùm factum *dicti cap. si de terra* quæ etiam renuntiatio; vt iam *suprà* dixi potest contingere de iure minori temporis transgressione, veluti 10. aut 20. annorum ex doctrina Gabriel *commun. epinion. tit. de præsumpt, concl. 1.*

vbi

vbi dicit, *num.* 5. pariter procedere contra Ecclesiam,& suadetur ex his,quæ adducit Suarez *de legibus,cap.*34.*num.*18.*&* 24.quatenus vbi dicit priuilegia hæc à principio concedi sub tacita conditione, vt per non vsum amittuntur in foro exteriori & in foro conscientiæ,sed 30,annos prærequiri,iuxta Textum *in dict. cap.accedentibus contra Ecclesias:*docent post Abbatem , & alios *ibi* Gailius *lib.*2.*de obseruat.*60.*n.*1.Baldus *de prascript.*5.*p.princ.*5.*q.*4.Padilla *in l falso,n.*8.*Cod.de diuers. & temp.prascr.*Menoch.*de prasumpt.lib.*6.*prasumpt.*14.*n.*16.Mastrillus Siciliæ *decis.*96.*n.*1.*p.*1. dicentes contra alios priuatos 10. vel 20. annorum spatio procedere;& sic referens Barbosa *in d.c.si de terra n.*6.*in d.c.accedentib.n.*6,notat quod si priuilegium per 30.vel 40.annos continue pacificè.& absque lite aliqua seruatum non sit; & sic decimæ post eius imperrationem solutæ sint in dicto tempore & spatio ; tunc perdatur per desuetudinem , & vsum contrarium , vt per Viuium *tom.* 1. *comm. opinion.lib.*1.*tit.*10.*num* 14.versic *sed si priuilegium, pagina* 186.

16 Ex hic iam lucem accipit Textus *in c.placuit el.*2. versic.*quas actiones* 16.*q.*3.dum probat Ecclesiam secundùm canones aduersùs Ecclesiam 30. annis præscribere,sed monasterium aduersùs Ecclesiam nonnisi 40. annorum spatio ; in cuius decisione potest fundari decisio Textus *in d. c. de terra*, vbi de præscriptione Ecclesiæ aduersùs Ecclesiam per trecennium excommùni summario agnoscatur,Textum verò,*in d.c.accedentib.*de præscriptione monasterij loqui aduersùs Ecclesiam templariorum , in quo forte desidaratur quadragenaria præscriptio.Tamen Balboa *in d.c.de quarta, n.*58. putat verba illa esse Gratiani , qui dum loquitur de Ecclesia præscribente contra Ecclesiam,præscriptionem admittit annorum 30. secundùm canones antiquos,iam antiquatos;at verò dum Gratian. distinguit monasteria ab Ecclesiis dicit ,deceptum fuisse,nam sicut olim Ecclesia contra Ecclesiam 30.annorum spatio præscribere poterat; sic etiam & contra monasterium,& èconuerso,& sicut hodie contra Ecclesiam non præscribit nisi 40.annis,sic èconuerso Ecclesia contra monasterium iuxta regulam Textus *in c illud c quia indicante,hoc tit.*Ex his enim iam poteris sine correctione nostrum Textum,& Textum *in dict.c. de terra* , intelligere sed correctione admissa Textus nostri poteris explanare cætera iura iuxta ponderationes,*sup.*iactas.

17 Vnum tamen notabis ad explodendum illum primum intellectum,*in princ.*adductum,quatenus DD.intelligunt de præscriptione,quā facit Eccle- per 30.annos cōtra rem priuati taliter,vt etsi bona Ecclesiæ,monasterij,hospitalis,& aliorum locorum priorum,non præscribantur,nisi 40.annorum Spatio *d. Auth quas action.C.de sacrosanct. Eccles.l* 26.*tit.*19.*p.*3.Felin.Abbas.& alij relati à Couar.*in reg possess.*2.*p.*§.2.*n.*3. Balbus *de prasc.p.*5.*pr.* illud verò priuilegium non extendi ad bona Cleric.nam potius annumerantur inter personas priuatas,vt copiosè ostendit Molin.*de iust.& iure.t.*1. *disp.*70.tradit cum cum multis Balboa *in dict c,de quarta,n.*45.ex eo itam priuilegium,de quo hic,& in aliis iuribus concessum est , non Clericis , sed Ecclesiis,& aliis eodem iure gaudentibus , vt aduertit Panorm.*hic n.*6 *& in c.si diligenti* , *n* 36.37. *hoc tit.* Couar. *lib.*1. *variar. cap* 4. *num.*3. *&* 4. de quibus , & aliis bonis dico , *in dicto cap. de quarta.*

Fermosin. de Exceptionibus.

AD TEXTVM IN CAPITE IV.

De Quarta, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Res Ecclesia, nonnisi quadraginta prascribuntur annis.*

8 *Quastiones diuersa ad Textum nostrum assignantur,simul & Doctores eas tractantes.*

Occasione huius Text.solent de nonnullis inquirere Doctores,& primo de tempore iam cōstituto ad præscribendas res Ecclesiæ,quod est annorum 40.per Textum nostrum,*cap.ad aures, c. illud.cap.quia indicante,*& aliis huius tituli,*cap.accedentibus de priuilegiis*, cum infinitis, *cap.placuit, el* 2.versic.*quas actiones* 16.*quast.* 3. *& in Authent. de Ecclesiasticis titulis,*§ *pro temporalibus. Authent. quas actiones, Cod.de Sacrosanctis Ecclesiis,*sed quia hæc generalis conclusio non leuiter impugnatur ex dictis,*suprà in cap.*1.*& in cap sanctorum* 4.vbi in possessionibus Ecclesiæ triennium admittitur , vt *in dict.cap.*1.vt triennalis præscriptio,vt *in dict c. sanctorum* , ideo *ibi* dicta applicabis pro plena intelligentia huius Textus. 1

Et in versic. *nisi forte interim pastoralis sedes car uisset pastore, qui iura sua Ecclesia exigere debuisset.* Per hæc verba inciditur in materiam Textus *in dicto cap.illud & in cap.ex transmissa, & in cap.*14. *hoc tit.* vbi agitur tam de actibus , quibus interrumpitur possessio ad præscribendum , quàm de aliis,in quibus ea suspenditur,nec continuatur quousque de medio impedimentum tollatur. † Imo etiam in materiam Textus *in cap.*2.*hoc tit.* quatenus etiam viuente Pontifice , aut prælato nilhomitius eorùm patientia in repetendis rebus Ecclesiæ non nocet nec infert ei præiudicium. 2 3

Et ibi *qui iura Ecclesia* , occasione huius versiculi disputant Doctores , numquid quadragenaria hic statuta non solùm procedat in rebus corporalibus immobilibus,sed etiam in omnibus iuribus incorporalibus , veluti in actionibus hypothecis in seruitutibus , tam circa temporalia bona Ecclesiæ,quàm spiritualia,ideo videbis notata,*infra in cap.causam* 7. *cap. cum non liceat* 12.*c. ad audientiam* 13 *cap.audistis* 15.*c.cum ex officij* 16. *c.cum olim.*18.*hoc tit.* vbi quæ *infra* omissa sunt inuenies ac citata. 4

Et in principio Textus nostri ibi *quarta decimarum,& oblationes defunctorum.*Per hæc verba latè poterat inquiri quid sibi velint quarta Canonica , quarta funeralis, quarta eleemosinarum , quarta portio , quarta decimarum , & ex quibus hæ portiones Canonicæ debeantur Episcopis,seu Parochis,& aliis;ideo leges quæ dico *infra in c.*14. *& fin.de testamentis,& in cap.*1.*de sepulturis,*& alibi nonnulla, ex multis, *hic* notat Barbosa Videndus *n* 2 *&* 3.sed quatenus spectat ad tēpus præscribēdi eas, siue integras decimas , vel procurationes ad Episcopos spectātes dico,*hic & in c.ad aures* 6. *c.accedentes* 11.*hoc tit.*†Et quid sit decima,& oblatio,& ex quibus deducantur,*infra in tit.& Rub de decimis.* † Item , & hic posset adiungi de quarta falcidia, 5 6 7

H 3

faleidia, trebellianica pegasiana, & de aliis legitimis, seu portionibus legalibus quæ deducuntur ex corpore hæreditatis, aut bonorum, vt deseruiant aliis interesse putantibus, de quibus *in cap. Raynutius, cap Raynaldus, infra de testament.* hic enim pertinet conueniens disputatio de tempore; nempe quo valeant præscribi.

8 Nunc verò vt plura excitare possis ad materiam huius Textus, mihi visum est aduotare sequentia, equibus latissimam, & vberrimam materiam pro nostro Textu, & aliorum explicatione poteris adiungere, nam præter ordinarios hic antiquos, & modernos, videbis & applicabis Molilinam *de iust. & iure, t 2. disp.* 14. idem de tempore ad præscribendum, & de aliis multis, *disput.* 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75 76. 77. *de præscript. emphytheusis tractat. 2. tom. 2. disput.* 449. videbis Suarez *de diuino cultu, lib. 1. tom. 1. de religione cap.* 30. Azor *lib. 5. moralium, cap. 26. quæst. 7 & lib 6, moral. tom. 2. q. 2. cum sequentibus*, ad alia plura Trulench. *in opere morali, lib. 7. cap. 4.* vbi de tempore ad vsucapionem mobilium, & immobilium: de præscriptione iurij exequendi contra legem Regiam, & in via exequutiua Curia Philip. §. *via exequutiua, à num.* 5. ad quæstionem Valenzuela *p. 1. cons.* 21. & ad aliam quomodo rerum incorporalium quasi possessio acquiratur, Faquin. *lib. 8. contr. c.* 10 & an hæc incorporalium præscriptio requirat scientiam, & patientiam aduersarij: Gratianus *Reg.* 370. *de præs. in rebus corporalibus, & discontinuis*, Gomez. *lib. 2. variar. cap.* 15. *à num.* 25. an ius adeundi præscribatur annis 30. Gratian. *reg.* 364. *ad aliam* 3 8 seruitutes discontinuæ quo tempore præscribantur Couar. *lib. 1. var. cap. 17 à num* 11. ad alia plura *in reg possessor. 2. p §. 2. à num. 1. & à num. 3. & ad Glossam hic in §. 7. à n. 5.* versic. *præsertim, & 3. §. 3. n. 4.* de præscriptione seruitutum realium, Faquineus *dict lib. 8. cap. 22. de præscriptione meri, & mixti imperij, cap. 23. quo tempore iudiciis officium præscribatur*, Riccius *coll.* 809. *ad aliam collect.* 780. & 285. de quasi vsucapione seruitutum, Osualdus *ad Donel. lib* 8. *cap. 11. & 12.* Balboa *hic q. 2. per totam, & q. 4. & 5.* vbi de præscriptione supremæ iurisdictionis, de quo Faquin. *lib. 13. controuers. cap.* 81. an suprema Principis præscribi queat, Zeuallos *in pract. q.* 46. iurisdictio contra Regem, & Dominos qualiter præscribatur ad quæstiones, Gutierrez *lib. 1. pract. quæst* 84 *ad* 85. & ad alias. *quæst* 91. 92. & *cons.* 28. vbi de tempore, de quo etiam ad præscribendas seruitutes Trulench. *d. lib. 7 moral. cap. 4. dubio* 6. 7. 8. & 9. an regalia possint in aliquem transferri. Ripol, *variar. cap. 1. ex num.* 332. an vsucapio seruitutis possit pacto impediri. Gutierrez *in l. nemo potest 2. p. quæst. 1. à num.* 468. ad aliam *quæst. 2. de præscriptione actionis personalis* Menehaca *quæst illustr. cap. 76. & 82. ad legem. fin. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis* Zeuallos *quæst.* 49. *ad legem scriboniam*, Reuardus *lib singulari tom. 1 fol. 709 de præscriptione iuris patronatus*, Faquineus *dict. lib. 8. cotrouers. cap.* 24. de præscriptione ciuitatis, *cap.* 25. & an in præscriptione immemoriali requiratur scientia aduersarij; idem *dicto lib.* 13. & idem an in præscriptione seruitutum realium requiratur titulus: de his, & de aliis solent hic agere Doctores plura inuoluendo iura; imo, & de quæstione quod contra dubiam conscientiam non sit præscribendum, & qualiter deponatur conscientia erronea; ad quæ bene Vasquez 1. 2. *quæst. 19. art. 6. disput. 67. per totam*: & an in præscriptione iuris incorporalis præsumatur bona fides, Zeuallos *q* 630. verum ego de his omnibus iniuribus supra iactis, acturus nūc de propriis Text. nostri, & concordantium agere intendo: Ad aliam de lege bene à Zenone, *Cod. de quadriennij præscription. quæstion.* 823. Ceuallos ad aliam, Castillus *contr. iuris, tomo 2. cap.* 5.

QVÆSTIO I.

An vt præscriptio quartæ decimalis, funeralis, Parochialis, Canonicæ, & aliarum circa res Ecclesiasticas procedat, item & obligationum, sit præcisa quadragenaria, pacifica, & continuata possessio: Et an debeat esse toto illo tempore cum bona fide, & insimul esse cum titulo?

SVMMARIVM.

1 *Apostoli, item & Clerici Ecclesiæ primitiuæ quidquid haberent pauperibus erogabant.*
2 *Bona Ecclesiasticis concessa fuerunt immobilia vt fidelium necessitatibus subueniretur, & quibus modis, seu temporibus, n. 3. 4 5.*
3 *Bona Episcopo quæ, & quando fuerunt assignata.*
5 *Diuisio Episcopatuum, Parochiarum & Prouinciarum quando, fuit facta, & à quo Pontifice.*
6 *Decima à quo tempore, & qua lege debitæ sint Ecclesiasticis.*
7 *Decimarum administratio spectat ad Episcopos, & ob id eis fuit assignata quarta decimalis.*
8 *Quarta decimalis, sine vllo onore debetur Episcopo.*
9 *Quarta funeralis Episcopis applicata deducitur ex piis defunctorum legatis, & dicitur portio legitima, quæ duplex est, Episcopalis, & Parochialis, & in quo differant, n. 12.*
10 *Quarta funeralis à qua Ecclesia persoluatur Episcopo, & secundum quam quantitatem.*
11 *Quarta Parochialis ex quibus, & à quibus debeatur, & persoluatur.*
13 *Quarta Canonica quæ.*
14 *Textus noster de qua possessione loquitur.*
15 *Tempus præscriptionis in iuribus discontinuis duplicatur, intellige vt n. 22.*
16 *Præscriptio non procedit ex sola quadragenaria possessione, vbi ius resistit.*
17 *Parochus respectu quartæ decimalis, seu funeralis, præsumitur non habere bonam fidem contra Episcopum.*
18 *Parocho alleganti ignorantiam, & errorem in præscribendo contra Episcopum non creditur, & num. 35.*
19 *Intellectus ad Textum nostrum de tempore ad præscribendum, non de effectibus, n. 32. 33. 35. 36. 37. 38.*
20 *Præscriptio vt procedat requirit tempus, titulum, bonam fidem, possessionem continuam non interruptam, sed non æque in omni præscriptione.*
21 *Præscriptio cui Ius resistit, requirit titulum, nisi sit immmemorabilis, n. 37. & 38.*
22 L si sie, ff. quemadmodum seruit, amittantur, num. 34.

23 *Præſcriptio longiſſimi temporis dicitur perfecta, nec eget in diſcontinuis temporis duplicatione.*

24 Cap. cum Eccleſia ſutrina de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, & quæſt. 2. num. 14.

L. ſi quis emptionis, Cod. de præſcript. 30. vel 40. annor.

25 *Quarta decimalis; non actione confeſſoria, ſed ex lege vindicatur.*

26 *Quartæ funerales, iam hodie à Parocho non ex ſoluuntur Epiſcopo ſed ſupplex pretioſa* vulgò luctuoſa.

27 *Fides bona præſumitur interuenire in præſcriptione iurium incorporalium.*

28 *Fides bona an præſumatur in præſcriptione ſeruitutum, n.29.30 31.*

30 *Seruitutis vſucapio procedit ſi non vi, non clam, vel precario poſſideatur.*

31 *Reuertitur res facilius ad ſuam primæuam naturam.*

33 *Præſcriptio longiſſimi temporis de iure Canonico fidem bonam requirit, & ſi non ſic de iure ciuili.*

34 *Intellectus quidam ad Textum noſtrum improbatur.*

38 *Præſcriptio quadragenaria præſtat titulum.*

1 DE his principaliter ab omnibus debet per
noſtrum Textum inquiri, verùm, vt cum
cognitione, aliqua, paſſim de ratione talis præſ-
criptionis quadragenariæ inducendæ inquiratur
neceſſum eſt aduertere; Primò quod in princi-
pio naſcentis Eccleſiæ, & Chriſti præcepto
eius Apoſtoli proprium non habebant, taliter
vt omnia, quæ illi offerebantur publice vende-
bant, propriis que & pauperum conſulebant ne-
ceſſitatibus, vt patet, *actuum Apoſtolorum*,
cap. 4. *&* 11. vt ſcriptum eſt, *in cap. dilectiſſi-
mus, cap. futura, cap. videntes* 12 *quæſtion.* 1. de-
quo præcepto patet etiam Matthæi *cap* 10. Mar-
ci *cap.* 6. Lucæ *cap.* 9. & ſic ex multis decre-
torum canonibus per totam 12. *quæſtion.* 1. fe-
re conſtare in ea primitiua Eccleſia Clericos
ad ſimilitudinem Apoſtolorum nihil proprium
habere, vt eorum exemplo omnes cognoſce-
rent quanta ſit eorum dandi Eleemoſinam obli-
gatio, ſicut ex multis bene oſtendit, Azor *to-
mo* 1. *moralium*, *lib.* 12. *cap.* 13. cum aliis de
quo plura dico, *infra in cap. in officiis cap. ad hæc
de teſtam.*

2 Deinde autem poſt mortem Apoſtolorum
numero fidelium creſcente ſummis Pontificibus
viſum fuit, vt Eccleſiæ bona immobilia poſſi-
derent; ex quorum fructibus, redditibus, &
oblationibus, ordinariis neceſſitatibus fidelium
ſubueniretur, vt conſtat, ex *cap.* 1. *vſque ad
cap. certe ego* 12. *quæſtion.* 1. Verùm quia ex tali
communione bonorum, cum admodum eſſet
fidelium numerus actus diſcordiæ frequentes,
atque ingentes eſſent ortæ difficultates, iuxta
Textum *in l. cum pater* 77. §. *dulciſſimis de legat.* 2.
ideo merito ab ipſis ſanctis Patribus fuit ſtatu-
tum, vt bona illa in communione retenta di-
uiderentur in Epiſcopos, & Clericos, pro dimi-
dia parte, *cap. antiquos canones* 10 *q.*1.

3 Itemque cum iam abundarent Epiſcopi Eccle-
ſiæ autem egerent, fuit deinde facta alia ſecun-
da bonorum diuiſio, nempe Epiſcopo deſigna-
ta parte tertia, *cap. de his*, *cap. decernimus* 10.
quæſtion. 1. *cap. vnico* 10, *quæſtion.* 3. *cap. conſtitu-
tum eſt* 16. *quæſtion.* 1. † Tamen cum poſtea nec 4
Clerici diligenter pauperibus ſubuenirent, at-
que fauerent, deuentum fuit tandem ad tertiam
bonorum diuiſionem, & factæque fuerunt qua-
tuor partes immobilium. Prima Epiſcopo; ſe-
cunda Clericis. Tertia fabricæ. Quarta paupe-
ribus fuit applicata, *cap. cum vobis* 23 *cap. vul-
teranæ* 25. *cap. conceſſo* 26. *cap. quatuor* 27. *cap.
redditus*, *cap. cognouimus*, *cap. mos* 12. *quæſtion* 2.
† Sicque ex illo tempore Epiſcopi, & Clerici 5
in particulari bona habere cœpiſſe habetur, *in
dicto cap. certe ego*, *cap. Epiſcopi*, *cap. manife-
ſtæ* 12. *quæſtion.* 1. Indeque neceſſum fuit, vt di-
uiderentur Epiſcopatus, Parochiæ, & Prouin-
ciæ, ſicut Gelaſius fecit, *in cap.* 1. *&* 2 13. *quæ-
ſtion.* 1. Tridentinum *ſeſſ.* 14. *cap.* 9. *& ſeſſ.* 24.
*cap.*17. de quibus latè agunt Doctores *in Rub, &
tit. de rebus Eccleſiæ.*

Et quia decimæ tam lege veteri, quàm dein- 6
de Apoſtolorum traditione ad Eccleſias, &
earum miniſtros, ſub quarum diſtrictu percipie-
bantur, pertinerent, iuxta Textum *in cap.* 1. *cap.
cum ſint homines cap. cum contingat. cap. tua de de-
cimis*, de quo latè, *in Rubrica & tit. ibi* † Ha- 7
rumque decimarum adminiſtratio, & diſtinctio,
ad Epiſcopos ſpectet ex Textum *in cap.* 1. *cum
ſequentibus* 10. *quæſt.* 1. *cap. præcipimus* 12. *quæ-
ſtion* 1. ratioque poſtularet, vt propter curam,
& ſuperioritatem Epiſcopis ſingulis in ſuis terri-
toriis aſſignaretur aliqua decimarum pars.
† Ideo, *in cap conquerente de officio ordinarij*, 8
pro eorum iuriſdictionis munere fuit eis aſſig-
nata pars, quæ quarta decimalis vocatur, Bal-
boa *hic quæſtion.* 3. *num.* 9. Suarez *de religione to-
mo* 1. *lib.* 1. *de diuino cultu*, *cap.* 28. *num.* 9. Tin-
datus *de decimis*, *num.* 71. Moneta *eodem tractat.
cap.* 7. *quæſtion.* 2. *art.* 14. *in fine*, dicentes, quar-
tam decimarum Epiſcopis deberi ſine vllo onere
fabricæ Epiſcopalis, *p.* 1. verbo *decimæ*, tali-
ter vt de Iure communi Epiſcopi in hac quarta
decimatione fundatam habeant intentionem cen-
ſuit Rota ſæpius allegata à Barboſa *in Paſtorali,
allegatione* 86. *numero* 34 Seraphinus *deciſio-
ne* 1449. *num.* 14. *& quæſtion.* 7. *num.* 11. Moneta
vbi ſuprà.

Quarta inquam funeralis Epiſcopis adiudi- 9
cata fuit deducenda ex piis defunctorum legatis
quæ dicitur legitima portio, *cap. requiſiſti de te-
ſtament.* vbi latè quæ duplex eſt, ſcilicet Epiſco-
palis, & Parochialis, Epiſcopalis quarta funera-
lis dicitur, quæ debetur Epiſcopis omnibus le-
gatis relictis Eccleſiis in ſuis diœceſibus exiſten-
tibus, propter curam, & onus, nempe compel-
lendi hæredes fideicommiſſarios, legatarios, & te-
ſtamentorum exequutores, vt teſtantium pias ad-
impleant voluntates, quarum ſæpiſſimè iſtæ per-
ſonæ ſolent abuti, eaſque ſubuertere, niſi adeſſet
cura Epiſcoporum imperante illas adimpleri, &
ſic propter tale onus, talis quarta Epiſcopis eſt aſ-
ſignata, iuxta celebrem Gloſſam *in dict. cap. con-
querente de officio ordinarij*: notat, & docet Couar.
in dicto cap. requiſiſti de teſtamentis. per illum Tex-
tum Hoſtienſ. *in Rubrica de ſepult.* Thomas Zero-
la *in praxi Epiſcopali*, verbo *legatum*, verſic. *ad ter-
tium* Balboa *hic dicta quæſt* 3. *ſub num.* 11. † Vbi ad- 10
dit hanc quartam ſoluendam eſſe Epiſcopo ab
ipſa Eccleſia cui legatum relictum eſt, non autem
ab hærede, qui legatum præſtitit, & conſtat Iure
communi non eſſe taxatā hanc funeralē quartam,

quoad aliquam certam quantitatem, sed consuetudinibus locorum standum esse iuxta Textum *in cap. certificari de sepulturis*, in versic. *se-*
11 *cundum rationabilem.* † Quarta inquam parochialis non debetur de legatis, vel de relictis ad pias causas, sed præcise de illis debetur, quæ Ecclesiæ obueniunt ratione funeris, & de legatis relictis Ecclesiæ, in qua defunctus elegerit sepulturam iuxta Textum *in clementina dudum, de sepulturis*, veluti de omnibus donatis causa, mortis de relictis iure institutionis, de oblationibus, candelis, anniuersariis; & similibus ratione sepulturæ alibi electæ; Petrus Vbaldus *in tractat. de quarta Episcopi, p. 1. cap.* 6. Iulius Laborius *variar. lucubration. tit. 2. cap. 17. num.* 18. vbi per totum caput agit latè de quarta debita Parrochiali Ecclesiæ illius, qui elegit alibi etiam apud mendicantes sepulturam, de quo Azor *institution. moral. p. 2. lib. 9. cap. 13. quæst.* 13. dixit Barbosa *de officio, & potestate Parrochi p. 3. cap.* 2. Sed non deberi de donationibus inter viuos; dixerunt Sebastian Medicis *de sepult. p. 2. quæst.* 12. *num. 7. tomo* 2. Laborius *dicto cap. 17. num.* 52. tamen vt bene deberetur de legatis, etiam promissis dicendis: notarunt idem Labor *num.* 18. *in fine*, Barbosa *de officio Episcop. p. 3. allegat.* 86. *à num* 20. idem *in dict. clem dudum, num. 10. & 11.* Petrus Vbaldus *dicta p. 1. cap.* 7. versic. *quod si testator.*

12 Igitur hæc funeralis quarta Episcopalis, & Parochialis differunt; nam Episcopus ab hærede Episcopalem portionem petere non potest, sed ab Ecclesia, cui legatum est relictum, quæ cum Episcopo legatum communicare tenetur, ex Textu *in dicto cap. requisisti de testam.* aduertit Couarruuias *in cap officiis de test. num.* 1. sed Parochus portionem Parochialem ab hærede debet exigere directe, iuxta communem Doctorum opinionem, *in cap. de his de sepulturis*, vbi
13 de multis aliis dico. † Sed hæ omnes quartæ portiones dicuntur Canonicæ ad differentiam aliarum quartarum, trebellianica, & falcidia, &c. de quibus ad *l. falcid & ad Trebell.* mentio fit, vt aduertunt Couar. *in cap. officij de test.* Balboa *hic q. 3. n. 10 in fin.*

14 Iam ergo ex his, quæ pro quarta funerali, & Episcopali, seu oblationis, præcise ad verba nostri Textus adnotare oportuit, videbis hic non agi de tempore assignato quadragenariæ possessionis ad præscribendum decimas in aliena Parochia, nam de hac inquisitione agitur Clarius *in cap. ad aures 6. hoc tit.* vbi de concordantibus dico. Vnde etsi in quantum ad tempus illi præscriptioni assignatum eadem decisio sit; tamen hæc loquitur in longe alia specie, & sic à Doctoribus soleat hic inuolui.

15 Nunc verò contra præfatam generalem regolam, & Doctrinam Textus nostri, & aliorum vrgent non leuia argumenta, & primo nam cum Ius quartæ decimalis Parochialis, decimandi eligendi, præsentandi, sit discontinuum, & in præscriptionibus discontinuis, veluti in iure ducendi aquam: quæ non semper fluit tempus duplicitur, iuxta Textum *in l. si sic constituta, ff. quemadmodum seruitutes amittantur*; sequitur vt etiam hic tempus 40. annorum deberet duplicari vt hic præscriptio procederet.

16 Secundò quia præscriptio, de qua hic caret requisitis iure inductis, nempe titulo, & bona fide, titulo quia non constat de eo; imo præscribenti Parocho aduersùs Episcopum Ius resistit, ex iam dictis cum Episcopo quarta decimalis debeatur ea de causa iam *supra*, assignante ex *dicto cap. conquerente de officio ordinarij, cap. requisisti, cap. officij de testament.* sed sic est quod vbi Ius resistit, non sufficit sola quadragenaria possessio, cum eo in casu sit necessarium docere de titulo, *cap. si diligenti*. versic. *cum in præscriptione, hoc tit. lib.* 6. ergo Parochus contra Episcopum quartas has præscribere non potuit in illo spatio quadragenario. † Bona fide quia cum Parochus respectu quartæ decimalis, seu funeralis bonam fidem habere non possit eo, quod ei Ius resistit, *dicto cap. conquerente, cap fin. de testamentis*, cum aliis cuius iuris non præsumitur ignorantia, eo quod esset lata culpa, per quam non est quis succurrendus ex verbis Textus *in l. regula, § pen. ff. de iuris, & facti ignor.* ibi *sciant ignorantiam facti non iuris prodesse nec stultis solere succurri, sed errantibus, l. liberorum, §. notantur, ff. de his qui notantur infamia*, ibi *ignorantia excusat non iuris, sed facti*, lata enim adest contra Parochum culpa volentem præscribere aduersùs ius sui Episcopi, quod sibi latere non potuit, si quidem omnibus notum est: argumento Textus *in l. late, ff. de verb. signif. l. leges sacratissimæ, Cod. de legibus l. constitutiones, Cod eodem.* † Imo 17
nunquam Parocho alleganti ignorantiam & errorem; posset prodesse vsucapio, *l. error. l. iuris ignorantia, ff. de iuris & facti ignorantia, l nunquam, l. si fur, §. 1. ff de vsucap.* docent Fulgos. *cons. 90. & 181.* Cumanus *cons. 37. & 160.* Baldus *cons. 307. p.* 5. Romanus *cons.* 346. Decius *cons.* 348. Vitalis *lib 2 var. lect cap.* 22. Robertus *lib. 1. sent. cap. 6. 7. & 8.* ergo non est cur bona fides in Parocho præsumatur dato, quod alleget ignorantiam.

Verùm his non obstantibus, vt nostri Textus 18
decisio maneat ab omni impugnatione libera notandum est in specie nostri Textus dubitatum fuisse principaliter de tempore ad præscribendum, non verò de eius potentia, aut effectibus nam cum sit certũ præscriptionem pro bono publico iustissimè inductam esse, rerum dominia essent in incerto, *l. 1. & § ff. de vsucapion. §. 1. instit. eodem, l. 1. ff. pro suo cap. vigilanti infra*; ideo in præsenti, non de præscriptionis potentia aut effectu, nec de eius requisitis agitur, sed de solo tempore, cum de titulo, & bona fide infra agatur à Pontificibus, *in dicto cap. vigilanti, cap. fin. hoc tit.* vbi late, & in aliis, ideo Alex. 3. hic respondens dubitationi temporis; dixit quartam decimalem, seu funeralem præscribi aduersùs Episcopum, tempore quadragenario per Parochum, vt quæstio auferreretur orta ex Iustiniani constitutione, *in Authentica quas actiones, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*, vbi tunc temporis fuit assignatum quadragenarium tempus, & à sanctis Patribus sola in rebus Ecclesiasticis triceennalis esset præscriptio constituta, vt late dixi *supra in cap. sanctorum 3 hoc tit.* Quare Pontifex hic rationem huius decisionis reddendo eam per sequentia verba resoluit, *quia Romana Ecclesia triceennalem præscriptionem contra Ecclesiam non admittit.* cum ad eam præscriptionem satius videretur tempus quadragenarium, vti visum fuit Iustiniano in dicta Authentica quas actiones, ita interpretantur Hostiensis, Abbas, Felinus, Parisius, Verolus; *hic*, Graña *num.* 2. Balboa *sub*, *num.* 13. relati à Mascardo *de probation.*

*bation.conclus.*1215.*num.*25. & 73.Rota ex Puteo *decis.*449 *lib.*2. Rota ex Paulo Æmilio *decis.*306. *p.*1.Rota *in nouissimis decis.*180. *tomo* 2.probat *lex Regia* 26. *tit.*29.*p.*3.

19 Secundò notandum est ad præscription m quam plura esse necessaria; tempus, bona fides, titulus, possessio continua, & non interrupta, vt latè *infrà* explanatur, iuxta singulas decretales huius tituli, quæ & si necessaria sint, ad perfectam vndique præscriptionem, sed non in omnibus præscriptionibus præcisè desiderantur; nam etsi In præscriptione 10. vel 20. annorum, quæ dicitur ordinaria longi temporis ea omnia prærequirantur, vt notant Bartol.& alij *in l. celsus*, *ff. de vsucapion.* & *in l.nullo*, *Cod.de rei vendic.* ita vt in hac præscriptione respectu tituli nulla sit differentia inter Ius Ciuile & Canonicum,*cap.placuit*, § *post.*16. *quæst.*3. latissimè Balboa *de præscript.* 2. *p.*4.*partis*; explicat eleganter Couar.videndus *in regula possessor*,2.*p.*§.5.*à num.*2. & *lib.*1. *variar.cap.*17.*num.*7. Tamen in longissima præscriptione, sic nuncupata, quia requirit 30.vel 40. annorum spatium, nec Ciuili, nec Canonico Iure Titulum desiderari, sed tantùm bonam fidem, communiter notarunt interpretes ex Textu nostro *in cap. ad aures*, *cap si diligenti hoc tit.* & *in cap. placuit* 16. *quæst.*3. per Textum *in l. omnes*, *Cod. de præscript.* 30. *vel* 40.*annorum* & ex aliis Iuribus.

20 Tertiò notandum est quod quando præscriptio est contra Ius commune, siue in præscriptione, contra Ecclesiam Romanam quæ centenaria est, de qua infrà dico *in cap. ad audientiam*, siue in quadragenaria contra aliam Ecclesiam, semper desideretur Titulus nisi allegetur possessio immemoralis *cap.*1.*hoc tit. lib.*6. notat copiosè Couarruuias *lib.*1. *variar. dicto cap.*17. *num.*7. expressus Textus *in dicto cap.si diliganti hoc tit.* ibi *cum in rebus Ecclesiasticis Titulis,& bona fidæ desideretur.* Quæ etsi indistinctè prolata sint debent intelligi quoties Ius commune præscribenti resistit,non vtcumque sed si vehementer resistat, vt explicant Panormitanus *in dicto cap. si diligenti num.*34. Corrasius *in l. seruitutes la* 4. *num.*35. *ff. de seruitutibus*, Decius *cons.*134. Balbus *de præscript* 2.*p. tertiæ partis principalis, quæst.*6. Balboa *hic quæst.*3.*n.*24.& 25.

21 Breuiter hic suppositis iam non obstant argumenta in contrarium adducta, non primum adductum *ex l. si sic*, *ff. quemadmodum seruitutes amittantur*, nam etsi tenera in præscriptionibus discontinuis tempus duplicetur, hoc intelligitur de tempore ordinario 10. vel 20. annorum, secus de tempore iam ex Textu nostro requisito, scilicet quadraginta annorum, quia & si fateamur,vt actus nostri Text.& alij ibi signati discótinui, tamen Cum Iure Canonico ad præscribendam quartam decimalem, siue Parochialem sint assignati 40.anni, & inter absentes tempore duplicato in discontinuis præscriptionis ad illud tantùm tempus, & non amplius extendatur, sequitur vt optimo Iure dicendum sit duplicationem temporis Iure Ciuili esse imperatam respectu præscriptionis longi temporis decem, vel viginti, non illius extraordinariæ, scilicet 30. vel 40.quæ longissimi temporis nuncupatur, in qua de Iure Ciuili non desiderebatur, quousque per Ius Canonicum præscriptio vtcumque sine bona fide sublata fuit *cap. vigilanti*, *cap. si dili-*

22 *genti cap. fin. hoc tit.* cum aliis. † Et ratio est, quia longissimi temporis præscriptio dicitur perfecta, ob idque non egere temporis duplicatione, etiam in discontinuis, vti de seruitutibus discontinuis, quarum præscriptio prolongatur ad tempus quadragenarium,talis duplicatio non admittitur, vt sentiunt Panormit. *hic num.*16. Balboa *dicta quæst.*3. *num.*39.& 40. Felinus *n.*37. Veroius *num.*34. Parisius *num.*16. Graña *num.*10. Couarruuias *vbi suprà num.*10. qui omnes, & Baldus *hic num.*4. dicunt præscriptionem longi temporis tantùm minus perfectam esse ob idque desideratam fuisse temporis duplicationem in discontinuis, veluti in seruitutibus, quæ tantùm tempore longo, alias præscriberentur, iuxta Textum *in dict. l si sic.*

Et secundùm hanc declarationem intelliguntur iura *in cap. cum Ecclesia sutrina de causa possessionis*, *in l. si quis emptionis*, *l. cum notissimi*, *Cod. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum* in quorum Iurium casibus non procedit decisio Textus *in d. l. si sic*; nam & si loquantur de præscriptione iuris discontinui; tamen temporis duplicatio non est necessaria, cum procedunt in præscriptione longissimi temporis, Textum verò *in dicta l. si sic procedere*, quando præscribitur seruitus discontinua tempore ordinario, sic relati, itaquè ait Couuarruuias *dict. n.*10. quod cum ad præscriptionem quartæ Episcopalis, siue Parrochialis desideretur possessio quadragenaria, quæ longissima est, ideo locum in ea non habeat temporis duplicatio, *dictæ legis si sic.* † Hæc ergo doctrina verior est, etiam si vt multi existiment quarta decimatis sit seruitus discontinua, quod ita non est sumendum, cum potius sit quoddam Ius competens Episcopo, ex decimarum diuisione, quæ quarta Episcopo debetur; ad quod Ius vindicandum non competit actio confessoria, quæ seruitutibus competit discontinuis,sed tantùm alio ex *l.notat glossa* 1. *in cap moderaminè* 18.*q.*1.*glossa* 1. verbo *tributa*, de decimis, Graña *hic sub n* 10.versic, *cui dubio.* 23 24

Secundum argumentum pendet ab intellectu, nunquid bona fides, & titulus hic desiderarentur, de quibus præter dicenda *in cap. si diligenti*, *cap fin.hoc tit.* ad propositum Textus nostri nonnulla expendo: hodie autem quod attinet ad quartas funerales consuetudine receptum est, vt Parochi Episcopi quartas non exoluant, & Episcopi illarum loco prætiosiorem supellectilem accipiant, quæ vulgò dicitur *luctuosa*; quæ tamen diuersimodè exoluitur,seu definit solui,iuxta diuersas consuetudines regionum, secundùm Nauarrum *de spoliis Clericorum*, *in cap. non liceat Papæ* 12 *p.*§.9. *num.*6. Casaneus *in consuetud Burgund.Rubr.*4.§.6.*n.*10.Capella Tolosana *decis.*388. Balboa *hic dicta quæst.*3.*num.*34. 25

Ad secundam quæstionis partem, à qua dependet solutio secundi argumenti adducti *suprà* in versic.*secundo*, in eo membro de fide bona requisita ad præscriptionem, de qua hic; cumque de ea nulla mentio facta sit, adest non leuis difficultas, an ea supponatur, & meo videri dependet alia quæstione, an in Iuribus incorporalibus præscribendis præsumatur bona fides; & quod præsumatur interuenire, est Textus *in l. pen Cod. de euict.* tenet Glossa *in princ. inst. de vsucap.* dicit hanc communem Curtius *cons.* 28. dum tamen illa bona fides allegetur per Textum *in l. si adulterium cum incestu*, §.*idem Pollioni*, *ff.ad legem Iuliam de adulteriis.* 26

Itaque

28 Itaque in eo dubio an præscriptione seruitutum bona præsumatur fides affirmat Zinus *in glossa lib.1.§.ff. de itinere, actuque priuato*, dicit communem hanc Martinus Laudensis *in l. seruitutes prædiorum num.14.ff. de seruitutibus*, Albericus
29 *in d. l.1.§.1.n.4.* † Sed eam non præsumi tenet Glossa vnica verbo *vsus sit, in dicta l. si adulterium, §. idem Pollioni*, ibi, *sed potest dici contra, in dict. l.1. §.1. ff. de itinere, actúque priuato*, quam *ibi* Bart. *n.12.* sequitur Dinum quod tenuerit contra glossam, cum qua tenet etiam *ibi* Angelus de Perusio, qui tamen falsò sibi persuadet, sufficere præscribenti bonam fidem, & opinionem illius Glossæ; tenet etiam Faber *in §. aque si agat, n.23. inst. de actionibus*, Aretinus *cons.30. dubio 2.* Alciatus *in præsumpt. 3. regula 3. n. 6.* dicit hanc communem Panormitanus *in cap. si diligenti hoc tit. n.18.* Cynus *in l. Cod. de seruit. & aqua*, vbi etiam Bald. *col. fin.* versic. *quæro vlterius*, dicit hanc esse veritatem, & illam dicit magis communem Balbus *de præscription. 1. pp. 4. principalis q.1. n.10.*

30 Ego autem in hoc desidio, etsi Franciscus Conanus *lib.4. Comment. cap.12. n.17.* asserat seruitutes etiam cum mala fide quæri posse, semper contra eum & alios dico, vt is qui vsucapit seruitutem, debeat habere bonam fidem, ex Textu *in l. vnica, Cod. de vsucapione transformanda, & in l.2. Cod. de seruitutibus, & aqua, & in l. fin. in fine, Cod. de præscript. longi temporis*; nam ad seruitutis vsucapionem necesse est, vt is, qui possidet, non vi, non clam, nec precario possideat, *l. si quis diuturno, ff. si seruitus vindicetur*; nam is, qui vi, aut clam, aut precario possidet, mala fide possidet; sic communiter probarunt Doctores *in dicta l.2. Cod. de seruitutibus*: latè referunt Padilla *in l.1. n.28. Cod. de seruitutib.* Reuardus *lib. singulari ad legem Scriboniam, n.8.* Balboa *hic sub q.2. num.32.* Conanum notans de lapsu; nam omni Iure Ciuili prohibita est præscriptio malâ fide existente, saltim initio possessionis, & Iure Canonico, omni tempore requiritur fides bona, vt *in cap. fieri hoc tit.* cum vulgatis; totaliter vt in hoc articulo Panormitanus *in cap. si diligenti hoc tit. n.22.* testatur standum esse Iuri Canonico.

31 Sed quia nos inquirimus de præsumptione bonæ fidei aliter potest tentari, tum ex iam adductis, tum etiam quia in præscribenda libertate aduersùs seruitutem impositam, vel acquisitam, sicut in rebus corporalibus, videtur bona fides præsumenda; eo quod faciliùs res ipsa reuertitur ad suam naturam, *l. si vnus, §. pactus ne peteret*, versic. *quod in specie, ff. de pactis, & in l.2. cum glossa, Cod. de inofficiosis donat.* tenet Albericus *in l.1. ff. de seruitut. & aqua, n.1.* Abbas *in dicto cap. si diligenti*, Florianus *in l. seruitutes, ff. de seruitutibus*. Padilla *in l. si quas actiones, num.37. Cod. de seruitutibus & aqua*, vbi respondet ad difficultatem quam videtur facere Textus *in l. sequitur, §. si viam, ff. de vsucap.* refert Zeuallos *in pract. q.630.* ad quod est videnda *l. Regia 16. tit. 31. p.3.* vbi
32 Gregorius. † Ergo cum hîc in specie nostri Textus Parochus præscribendo quartam funeralem, aut Episcopalem reducat ad libertatem Ecclesiam grauatam cum onere eam soluendi Episcopo: sequitur dicendum cum bona fide illum per 40. annos possessionem optimè præscribere, etsi de tali bona fide in Textu nostro non constaret.

33 Vnde ad difficultatem argumenti propositi in dicto versic. *secundo*, respondeo dicendum, Summum Pontificem in specie Textus nostri pro constanti supponere bonam fidem, saltim præsumptam modo dicto; taliter vt si de ea fuisset interrogatus, etiam super eam responderet ex regula Textus *in dicto cap. vigilanti, cap. si diligenti, cap. fin. hoc tit. regula possessor de regulis Iuris*; tum nam etsi ex *l. sicut, l. omnes, l. si quis emptionis, §.2. de præscript. 30. vel 40. annorum*, præscriptio longissimi temporis 30. vel 40. annorum absque bona fide de Iure Ciuili procedere possit; tamen de Iure Canonico id non admittitur, tum etiam, nam etsi Bartolus *in dicta l. sequitur, §. si viam, ff. de vsu*, Hostiensis *in summa hoc tit. de præscriptionibus rerum immobilium, §. quæres*, versic. *actiones personales*, Innocent. *in cap. cura de Iurepatronatus*, & relati á Couar. *in dicta regula possessor, 2.p.§.10. n.3.* Parladorio *rerum quotid. lib.1. §.11. n.14.* Menchaca *lib.2. illustrium quæstionum, cap.76. n.3.* docent actiones personales, etiam cum mala fide præscribi tempore longissimo 30. vel 40. annorum; tamen existimo asserendum intrepidè omnes has præscriptiones, siue rerum, siue actionum, Iuriúmve incorporalium sublatas omninò esse Iure Canonico, taliter vt numquam cum mala fide admittantur per regulam *dicti cap. vigilanti, & fin.* cum aliis, & ex eo, nam omne, quod non est ex fide bona peccatum est; sed retinere alienum est peccatum; ergo apertè dicendum est Pontificem in textu nostro respondisse ad quæstionem temporis prærequisiti ad præscriptionem; nihílque interrogatum fuisse de mala, vel bona fide; imò præsupponitur præcessisse contractum; ex quo bona fides duxit originem; ita post multorum intellectus concludit Balboa *hîc dicta q.3. n.44.* videndus *à n. 33.* † Vbi im- 34
probat solutionem aliquorum dicentium Textum nostrum loqui de Parocho successore bona fide alterius antecessoris, qui quartas, de quibus hic cœperat possidere, & qui licitè potuit credere suum prædecessorem bonam fidem habuisse, quo casu eius ignorantia prodesse poterit, de quo dubio dico *infrà*, & dixi *suprà in cap. quia, V. de Iudiciis*, loco supra ante principium nostræ Rubricæ citato; hæc enim solutio diuinatoria est, cùm in nostro Textu nullum verbum adsit de prædecessore Parochi præscribentis.

Vnde etsi Glossa probabiliùs hîc dicat in spe- 35
cie nostra Parochum à seipso vsucapionem incepisse ex Episcopi concessione, quæ quamuis ad dominij translationem non sufficit, *c.1. & per totum de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu capituli*, tamen ad vsucapionem sufficere ait Textus *in c.1. hoc tit. lib.6.* vt probant Panormitanus, & Beroius *hic num 23.* Rebuffus *in compendio alienation. n.36.* sed cum hæc alienatio videatur facta, non seruata debita solemnitate nec Iuris forma, de quibus *in tit. de rebus Ecclesiæ non alienandis*; ideò ex ea malam fidem induci; probat doctrina Glossæ *in l.1. Cod. de Iure hastæ fiscalis lib.12.* cùm ea alienatio nulla sit; taliter vt in eo casu Iuris error, cùm non possit bonam fidem introducere, nec malam excludere, nequibit excusationem præstare, nec efficere quominus præscriptio procedere non possit, quia Parochus scire debuit quartas illas ad Episcopum pertinere; tum etiam debuit scire Episcopum sine Capitulo illos alienare non potuisse; quæ omnia manifestum Iuris errorem inducunt, & consequenter præscriptionem impediunt, *l. nunquam 31. ff. de vsucap.* de quo latè Couar. *ex regula possessor. 2. p. §.7. num.5.*

&

& 9. & faciunt quæ adduxi *ſuprà in cap.2. de Iureiurando*, per Textum ibi.

36 Et quamuis relati à Couar *ſuprà n.9.* dicant argumentum *ſuprà* relatum in dicto verſic. *ſecundo*, verum eſſe; ſed in ſpecie Textus noſtri non inueniri Iuris errorem, ſed tantùm facti, eo quod Parochus credebat Epiſcopum de Capituli conſenſu quartas illas alienaſſe; tamen hæc ſolutio non caret, quam maxima diuinatione ex dictis, & ſic vt dixi potius eſt, vt in Textu noſtro adſit bona fides titulata ex parte Parochi, vt iam dixi, quæ iſta ſit non conſtat; & ſic generaliter ex *dicto cap fin.* cum aliis, vbi bona fides ſemper deſideratur, dicendum eſt Parochum cum ea ſaltim præſumpta, quartam Epiſcopalem ſeu funeralem præſcripſiſſe annis 40. poſſidendo, vt declararum eſt à Pontifice hîc, qui in verſic. *cum Romana*, reddit rationem quare quadragenaria poſſeſſio prærequiratur, & nec ſufficiat triennalis.

37 Ad ſecundam partem argumenti relati in dicto verſic. *ſecundo*, vbi an titulus adeſſet præſcriptioni, de qua loquimur, poteſt reſponderi ex dictis de bona fide requiſita ad præſcriptionem Textux noſtri, & exiſtimo præceſſiſſe titulum ad præſcribendum; nam cùm ex *dicto cap.1.lib.6.* in præſcriptione quadragenaria contra aliam Eccleſiam, ſemper deſideretur titulus, niſi allegetur immemorialis, vt iam *ſuprà* notaui cum Couar. *dicto lib.1.variar.cap.17.n.7.* ex Textu *in cap ſi diligenti hoc tit.* & in verbis ibi, *Cùm in rebus Eccleſiaſticis titulus, & bona fides deſideretur*, quoties Ius reſiſtit *ex dicto cap.1.* Balbus *de præſcript. p.2. 1 p.1.p.tertia principalis q.6.* & hoc vbi Ius reſiſtit; ſequitur dicendum in præſcriptione noſtri Textus præceſſiſſe titulum, etiam propter bonam fidem; taliter vt cauendum ſit a Gloſſa verbo *mortuariorum in dict.cap.conquerente de officio ordinarij*, dicente quartas illas Epiſcopis, non de Iure, ſed de conſuetudine tantùm deberi, vt copioſè tradit Couar. *in d. cap. efficij & teſtamentis, num.1.* Rebuffus *in tractatu de de decimis quæſt.7.num. 11.*

38 Et ſic fatendum eſſe à fortiori Parochi præſcriptionem, de qua hîc habuiſſe initium præcedente aliquo titulo, & continuatam eſſe, cum eo, ſaltim colorato inducto ex quadragenaria præſcriptione, quæ titulum præſtat, vt aduertit Graña *hîc ſub num.9.* & ſic Balboa *hîc d. quæſt. 3.* videndus *à num. 23. ibi num. 31. & 33.* reſoluit præſcriptionem Textus noſtri, non ſolùm ex bona fide; ſed etiam ex titulo, propter Iuris reſiſtentiam continuatam, atque perfectam fuiſſe, nec de titulo factam fuiſſe mentionem ex eadem ratione, iam *ſuprà* allata de bona fide, cùm ex *dicto cap.1.hoc tit.n.6.& dict cap.ſi diligenti*, ſupponendum eſt titulum præceſſiſſe, cùm conſtet huic præſcriptioni Ius commune reſiſtere; ſed an hoc verum ſit diſputo quæſtione ſequenti; quod verum in Iure eſt ad præſcriptionem perficiendam plura requiri, quæ iam notaui, & non eorum ſingulorum in quolibet textu fieri mentionem; ſed ſubintelliguntur ex aliis Iuribus: quare cùm hîc Pontifex de tempore tantùm interrogaretur; ideò ſolùm definiuit nihil de bona fide, & titulo narrans.

QVÆSTIO II.

An in ſpecie Textus noſtri Ius commune reſiſtat præſcribenti: An ſucceſſor in beneficio poſſit præſcribere quartas à prædeceſſore mala fide poſſeſſas: Et an ſeruitutes continuæ ad Eccleſiam ſpectantes præſcribantur tempore tantùm ordinario 10. vel 20. annorum, aut peærequirant quadragenariam poſſeſſionem: Et an Eccleſia, vacante paſtore, currat nihilominus præſcriptio, ſaltim illo viuente, & præſente inchoata?

SVMMARIVM.

1 *Titulus in præſcriptione quartæ funeralis verius eſt, vt ſubintelligatur, n.3.4.7.& 8.*
2 *Parochus in decimis, & Epiſcopus in quarta funerali percipiendis habent de iure intentionem fundatam, n.6. & 12.*
3 *Titulus maximè neceſſarius eſt ad præſcribendum, n.7. & 8.*
4 *Titulus non eſt neceſſarius in præſcribenda libertate contra ſeruitutem, nec fides bona, n.6.9. & n.11.*
5 *Præſcribenti ſeruitutem in alieno fundo aduerſatur commune Ius expenditur, n.10. & 11.*
8 L. apud Labeonem, §. ait prætor, ff. de iniuriis *in verſic.* ea enim.
9 *Quarta funeralis non eſt ſeruitus; ita vt in ambabus æque procedat præſcriptio.*
10 L. altius, Cod. de ſeruitutibus.
11 L.4.§ſi viam, ff. de vſucapion. l. penult. §. fin. Cod. de ſeruitutibus.
12 *Epiſcopus, & Parochus non diſtinguuntur, niſi ſecundùm plus, & minus.*
13 Cap. cum Eccleſia ſutrina de cauſa poſſeſſionis & proprietatis.
14 Cap. ad decimas de reſtitutione ſpoliatorum lib.6.
15 *Succeſſor quando cenſeatur habere ignorantiæ cauſam de mala fide ſui anteceſſoris, n.16.*
16 *Parochus ſucceſſor nihil à prædeceſſore habere dicitur, etiam renunciante beneficium, n.17.*
17 *Collatio ſola & Cononica inſtitutio, ſunt quæ præſtant Ius in beneficio.*
18 *Parochus ſucceſſor in beneficio quocumque titulo poteſt præſcribere quartam decimalem, vel funeralem.*
19 Cap.2. §. ſi poſt de præſcript. lib.6.num.20. & 22.
20 *Hæres hæretici à ſe incipiens præſcribere, præſcribit annis 40.*
21 *Lex Pontificia nunquam fictionem admittit, cum ſpectet ad animæ forum.*
22 *Seruitutes diſcontinuæ ad Eccleſiam ſpectantes præſcribuntur annis 40. & procedit etiam in hoſpitalibus, & Monaſteriis, n.23.*
24 *Patronatus Ius tempore quadragenario præſcribitur ſine titulo, aut cum titulo, vt hîc.*

EX dictis *ſuprà* in verſic. *ad textum*, quæſtione 1
præcedenti, videtur ad primam partem huius quæſtionis reſpondendum Parocho præſcribenti quartam Epiſcopalem, ſiue funeralem, Ius reſiſtere. † Deinde quia quemadmodum in par- 2
tibus ſibi contingentibus, Clerici habent decimarum

marum fundatam intentionem de Iure communi; Iuxta Textum *in fin. de Parochiis*; ita & eodem modo Episcopi in quartis sibi contingentibus habent fundatam intentionem de Iure communi, vt *in cap. conquerente de officio Ordinary cap. requisitis de testamentis*; taliter etiam, vt potiùs ea ratione, qua decimæ ad Ecclesias spectant, ab illisque in ministros descendunt; quarta etiam pars ad Episcopos pertineat, sicut reliquæ decimæ ad Clericos spectant: notat Balboa *hic quæst. 3. num. 29.* & confirmatur ex adductis *in princ. quæstionis præcedentis*, vbi dictum est de diuisione, & adiudicatione rerum Ecclesiarum in quatuor partes, & & ob id, vt iam dixi, titulum desiderari ad præscriptionem quartæ decimalis.

3 Verùm alij existimarunt in præscriptione quartæ decimalis, seu funeralis à Parocho facta nullam dari Iuris resistentiam; nam iuxta Textum *in cap. ad aures*, & alios in quibus fit mentio de præscriptione decimarum, solum fit mentio bonæ fidei, & non tituli; ita vt quamuis denotent iura in hac præscriptione, desiderari bonam fidem, non verò demonstrant necessarium esse titulum, ergo procedit ex eo nempe quod in casu nostri Textus, & *dicti cap. ad aures* præscribenti non resistit Ius commune, iuxta celebre responsum Vlpian. *in l. item apud Labeonem 15. §. ait prætor, ff. de iniuriis* ibi *ea enim quæ notabilia sunt nisi exprimantur, neglecta videntur*, ergo cum titulus admodum sit necessarius ad præscribendum *ex cap si diligenti 17. hoc tit. cap. 1. eodem lib. 6.* videtur quod *hic* in nostro Textus, & *in dict cap. ad aures* fuit titulus neglectus, vt pote non necessarius ad fundandam, præscriptionem de quibus *infrà in cap. 17. & fin.*

4 Confirmatur non in præscribenda libertate contra seruitutem, nec est necessarius titulus nec bona fides, cum sufficiat, vt is qui seruitutem habet illa non vtatur tempore à iure constituto *l. 4. §. si viam, ff de vsucapionibus l. pen. § fin. Cod. de seruitutibus*, ergo nec titulus desideratur in præscriptione quartæ decimalis, contra Episcopum, quæ aliàs seruituti comparatur: sequitur Imola *in cap. cum Ecclesia Sutrina n. 25. de causa possessionis*, Padilla *in l. sic quam n. 19. Cod. de seruitutibus*; & sic Parochum, iuxta hunc modum in præscriptione quartæ decimalis, & funeralis, nec indigere titulo, nec bona fide, sed tantùm prærequiri, vt necessarium, quod Episcopus in exactione quartæ decimalis cessauerit per tempus à Iure statutum; tenuerunt Balbus *de præscript. p. 3. quartæ principalis in princ.* Duarenus *lib. 1. disp. cap. 34.* Conanus *lib. 4 comment. cap. 12. num. 13. & 14.* Cuiacius *in d l 4. de vsucap.* Couarr. *lib. 1. var. cap. 17. num. 11.* iuxta Textum *in cap. cum Eccesia Sutrina de causa possessionis, & proprietatis, dicta l. pen. Cod. de seruitut.*

5 Et item confirmatur, nam præscribenti seruitutem in alieno fundo Iuris communi præsumptio aduersatur, cùm res aliena libera præsumatur, *l altius, Cod. de seruitutibus*, vt in specie notat Bart. *in l. si prius, n. 14. ff. de noui operis nunciat.* sed in præscribendis seruitutibus, cæterisque Iuribus incorporalibus, titulus non requiritur ex dictis; ergo nec in casu Textus nostri,

6 vbi de quartæ decimalis agitur. † Et iuuatur, nam etsi demus Parocho præscribenti Ius resistere; tamen cum his agatur de liberanda Ecclesia à tali onere quartæ decimalis, seu funeralis restituendo eam ad plenam libertatem, ex regula Textus *l. si vnus 28. §. pactus, ne peteret*, versic. *quod in specie dotis*; quid mirum, vt hic titulus non prærequiratur; imò & nec bona fides, cùm satis videatur, vt à tali exactione Episcopus per tempus quadraginta annorum cesset,

Non inquam ex prædictis discedi debet à 7
communi doctrina relata *quæst. præcedenti*; nempe titulum præcessisse in Textu nostro, saltim subintellectum, & coloratum, quia verò Parocho præscribenti commune Ius resistebat, vt ibi dixi, & patet ex dictis *n. 1.* sic etsi non sit facta mentio de titulo illud suppleri ex regula *cap. si diligenti 17. huius tit.* vbi inter requisita ad præscriptionem rerum Ecclesiæ, in qua quadraginta anni possessionis requiruntur, est necessarius non solùm bona fides, sed titulus, & quamuis *in dicto cap. ad auers*, supra in versic. *verum*, pro contraria opinione ponderato solum de bona fide mentis fiat, suppletur titulus ex *dicto cap. si diligenti.* vt suppleri debet *in cap. fin. eodem*, vbi tantùm fit mentio de bona fide. Et sic videmus in nostro Textu vtrumque desiderari; nempe bonam fidem & titulum, cùm de neutro hîc fiat mentio, vt iam explicui *quæst præcedenti.* † Nec 8
obstat generaliter Textus *in dicta l. apud Labeonem 15. § ait prætor, ff. de iniuriis*, versic. *ea enim*, quia verba generalia ibi relata non adaptantur ad materiam præscriptionis, de qua iam diximus desiderari non solùm tempus, sed etiam bonam fidem, titulum, & possessionem continuatam; ergo cùm in omnibus aliis Iuribus huius tituli, vbi de præscriptione agitur, sicut *in dicto cap. si diligenti*, deberent omnia prærequisita exprimi, & hoc non contingat, singularis decisio supplebitur per relatam *in d. cap si diligenti, & in cap. 1 eodem lib sexto.*

. Nec obstat confirmatio, qua fit comparatio 9
de quarta decimali ad seruitutem quia vt iam, *num. 1.* dixi iniquum est has quartas decimales seruituti comparare cum potius ea ratione, qua decimæ debentur Ecclesiæ, eiusque Ministris debeantur, nam quarta decimalis, siue funeralis Episcopis debētur sicut & reliquæ partes Clericis taliter vt omnes pro suo interesse fundent de Iure & *ibi* dixi, & sic non obstat quod in præscribenda seruitute, nec titulus, nec bona fides desideretur ex legibus ibi adductis, quia non est eadem ratio, ob idque non probo sententiam relatorum *ibi* asserentium in præscriptione quartæ decimalis, nec titulum, nec bonam fidem desiderari.

Nec obstat secunda confirmatio in versic. *&* 10
confirmatur, ex *dict. l. altius, Cod. de seruitutibus*, quia respondetur primò negando, vt titulus non desideretur in præscriptionibus, de quibus loquitur illa lex, de quarum materia *infrà* dico. † Se- 11
cundò, nam seruitutem in alieno fundo habere non est contra Ius commune, sed solùm contra quamdam præsumptionem naturalis libertatis, & ideò retenta opinione *dict. l. 4. §. si viam, l. penult. § fin. adductarum*, in versic. *confirmatur*, ex præscribendis seruitutibus non erit necessarius titulus, sed vbi fortiter Ius commune resistit *in dict. cap hoc tit.* vt docent Decius *cons. 134.* Corrasius *in l. seruitutes la 4. num. 35. ff. de seruitutibus*, Panormit. *in cap. si diligenti, hoc tit.* Balboa *hic quæst. 3. num. 35 in fine.*

Nec

12 Nec obſtat altera pars confirmationis in ver-
ſic.*& iuuatur*, quia illud argumentum nihil con-
cludit : nam ſi rectè conſideretur in illa Parro-
chi præſcriptione , nulla verſcatur Eccleſiæ vti-
licas , cui nihil intereſt quartam ad vnum, vel ad
alium ſpectare,nam vterque eſt Eccleſiæ miniſter
non enim Epiſcopus, & Parochus diſtinguntur,
niſi ſecundum plus,& minus,*cap.cum in cunctis* 7.
*de electione cap. cum ſit de ætate , & qualitate , cap.
licet canon*.14. *de electione* , conſiderat *hîc* Balboa
dicta quæſt.3. *num*.30. declarat nonnullis , non
intereſt Eccleſiæ an Epiſcopus , vel Parochus
quartam decimalem , ſeu funeralem , aut alias
decimas percipiant , quod enim Eccleſiæ , ſeu
aliis emolumenti foret , eſt vt ipſa eas percipe-
ret , vel quod eximeretur ab onere ſibi impo-
ſito , quod hîc non contingit , nec adopta-
tur Regula *dicta l ſi vnus* verſic. *quod in ſpecie , ff.
de pactis*.

13 Ex prædictis intelligitur primo Textus *in cap.
cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ. & prop*. de
quo latè *ibi*:nam & ſi magna reſiſtentia iuris eſſet
Clericis in illo Textu prætendentibus Ius ſibi
competere eligendi, cum electio Prælatorum ad
Canonicos pertineret , tamen quia ibi non ſim-
pliciter,ſed cumulatiuè Clerici ſibi,& Canonicis
prætenderent eſſe in præſcriptione acquiſitum
Ius eligendi , ideo factum fuit , vt quamuis da-
retur aliqua reſiſtentia iuris, non verò fuit titu-
lus neceſſarius, cum ſufficere potuit bona fides;
non ſic in noſtro Textu , & *in dicto cap*.1. *hoc tit.*
14 *lib.6*. † Balboa *hîc d.q* 3.*n* 32 vbi expendit Tex-
tum *in c.ad decimas de reſtitutione ſpoliatorum lib.6*.
de quo iam *alibi* dixi,in cuius ſpecie, propter iu-
ris reſiſtentiam ceſſet Priuilegium notiſſimum
ſpoliato conceſſum *in cap.cum dilectus cap fin. de
ordine cognit* cum adductis,à Corraſ.*in Miſcellan*.
lib.2 c.2.propter iuris reſiſtentiam, de qua alibi.

15 Ad ſecundam quæſtionis partem.quia nonnul-
li exiſtimarunt , vt iam *ſuprà* inſinuaui *q* 1. Tex-
tum noſtrum loqui de Parocho bonæ fidei poſ-
ſeſſore , & ſucceſſore alterius Parochi, qui ince-
pit præſcribere, ob idque ſucceſſor rectè potuiſ-
ſet credere eius anteceſſorem bonam fidem ha-
buiſſe, taliter vt eius ignorantia poſſet prodeſſe,
cum non iuris,ſed facti fuerit : nam is qui in Ius
alterius ſuccedit videatur habere iuſtam igno-
rantiæ cauſam *ex l.qui in Ius,ff. de regulis iuris,l.an
vitium,ff de diuerſ.& tempor.præſcript*. iuxta Gloſ-
ſam *hîc* quæ veriſſima eſt, quando ipſe Iure præ-
deceſſoris non vtitur ex *dict.l.an vitium* & ſecun-
dùm Abbatem *hîc n* 9. Felin. *n*.25. Pariſ.*n*.6 Ve-
roinm 19. Alexandrum *n* 9. Couarr.*in reg.poſſeſſor.
2.p*. §.9.*n*.6 ſic & alij eam doctrinam intelligen-
tes in ſucceſſore particulari, qui non ſuccedit in
vitium anteceſſoris ; non vero in ſucceſſore vni-
uerſali, veluti hæres, qui perſonam defuncti re-
præſentat , vt *in Auth. de Iureiur*. amore *præſtito
collat*.5.

16 Vnde ergo cum ſucceſſor Parochus nihil à
prædeceſſore ſuo vnquam habere dicatur, etiam
ſi beneficium eo, vel reſignante, vel permutante
conſequatur, cum ex prædeceſſoris renunciatio-
ne nihil conſequatur,iuris ſucceſſor in beneficio,
ſed ſolum qui renunciat beneficium illud dimit-
17 tit,vt alteri conferatur. † Indéque ſequi vt ſola
Prælati collatio,& Canonica inſtitutio Ius præ-
ſtet in beneficio *c*.1. *c. Moyſes cum ſequent* 8.*q*.1.
cap. ex frequentibus de inſtitution. *c*.1. *de regulis iuris
lib*.5. & ex hac ratione vitium perſonale præde-
ceſſoris ſucceſſori non noceat , quoniam in ſuc-
ceſſione beneficij,nec Ius ſanguinis,nec hæredi-
tatis conſideretur *c*.1.&*ibi* Doctores *de præbendis*.

Ideò etiam noſtro Iure Canonico,& iuxta ma- 18
teriam Text. noſtri dicendum eſt Parochum ſuc-
ceſſorem in beneficio per mortem , reſignatio-
nem , permutationem , aut alio quolibet titulo
poſſe præſcribere quartam decimalem, vel fune-
ralem,aut alias à prædeceſſore ſub mala fide poſ-
ſeſſores,iuxta celebrem Gloſſæ Doctrinam *in c* 2.
de noui operis nunciatione,verbo *expenſis*. † Et con 19
firmatur ex decis Text.*in c* 2 §.*ſi poſt mortem hoc
tit lib.6*. † Vbi mala fide parentis hæretici, quo- 20
ad præſcribendum filiis , vel nepotibus hæredi-
bus,non nocet ad præſcriptioné 40 annorũ dum
tamen hæres illius, qui habuit malam fidem à ſe
ipſo incipiat præſcribere, & authoris acceſſione
non vtatur;quo caſu attenta æquitate Canonica
procedit præſcriptio : docet Tiraq. *de præſcript.
gloſſ*.2.*n*.4.Gabriël *comm.opinion.in eod.tractat con-
cluſ*.5.Bart.*in l.cum heres,ff.de diuerſ.& tempor.præ-
ſcript*.Dinus *in reg.poſſeſſor.in fine de regulis iuris*.

Deinde euidentius probatur;nam lex Pontifi- 21
cia , quæ ad animæ periculum , & forum ſpectat
nunquam fictionem admittit,vt iam alibi dixi,&
agnoſcunt Doctores per Text. *ibi in c.præterea de
appellat*. videbis aliqua de fictionibus , & quam
probationem faciant *ſup.in Rub.de præſumpt*. ergo
cum leges , quæ alias poſſeſſionem in ſucceſſore
vitient, propter virium prædeceſſoris in fictione
Iuris fundentur,vt accidit in ſpecie *d l.cum heres,
ff. de diuerſ.& temporal.præſcript*. ſequitur vt reſo-
lutio in ſpecie de qua nunc loquimur ſit iuridica,
& conſona veritati de quæſtione an *vitium ante-
ceſſoris noceat ſucceſſori* dixi *ſup. in c quia v.de Iudic*.

Ad tertiam quæſtionis partem an ſeruitutes diſ- 22
continuæ ad Eccleſiam ſpectantes præſcribantur
per 40.annos & nõ minus dico,non tempore or-
dinario, ſed 40. annorum præſcribi,vt colligunt
Doctores ex regula Text. noſtri,eo quòd iura in-
corporalia præſcribi non poſſint aduerſùs Eccle-
ſias,niſi quadragenaria quaſi poſſeſſione cum ti-
tulo,aut immemoriali ſine titulo ex eo,quia Iure
communi attenta omnes Eccleſiæ libere credun-
tur vehementi iuris præſumptione,ob idque ad-
eſt vehemens iuris præſumptio in fauorem Ec-
cleſiæ & in odium præſcribentis ; & ita conclu-
dunt DD.per Textum *in d.c*.1 *hoc tit in* 6.neceſſa-
riam eſſe quadragenariam poſſeſſionem cum titu-
lo , & immemorialem ſine eo tradunt Balbus *de
præſcr.fol* 41 *per totum* Cou.*lib*.1 *var.c*.17.*n*.7.*in pr*.
Padilla *in l*.2.*à n*.20.*Cod.de fruct.& litium expenſis*
Gomez.*lib*.2.*var.c*.15.*n*.28.*in princ.& deinceps*.

Hæc enim Doctrina procedit,etiam ex Doctri- 23
na Gloſſ. hîc in Monaſteriis,vt notat Felinus *hîc
n*.20. & in hoſpitali, Balboa *hîc d.q* 3.*n*.30.*& q*.1.
num.44. vbi porrigit ad legata,& donationes , ad
pias cauſas,& ad alias res Eccleſiæ, vt *quæſt* 1.ad-
notaui. † Imo & idem dicendum eſt aduersùs 24
eum,qui iura Patronatus præſentandi,aut eligen-
di præſcribit:nam nunquã minori tempore qua-
dragenario præſcribitur latè expendit Padilla *in
d.l* 1.Cou.*in reg.poſſeſſor*.2 *p* §.10.*per totum*.præci-
puè,*n* 7.& ratione adducta *n.præced*.de Iuribus in
corporalibus,cum ea tãmen differentia,vt in Ec-
cleſiis, quę liberę sũt iura in corporalia ſola qua-
dragenaria poſſeſſione ſine titulo non præ-
ſcribantur & in aliis verò , quæ ſunt iure Pa-
tronatus ſufficere quadragenariam poſſeſſio-
nem ſine titulo aduersùs verum Patronum ,

cùm tunc Ius commune non resistat præscribenti, vt tradit latè Couuarruuias *suprà* contra Dominum, qui *cons.*113. affirmat adhuc esse necessarium titulum cum tempore quadragenario, de quo latè *in c.cura de Iure patronatus.*

25 Ad vltimam partem quæstionis dico *infrà in cap. illud, & in cap.transmissa hoc tit.* & dixi *in c.*1. *suprà quæst.*1. versic. *ad secundam*

QVÆSTIO III.

An in præstationibus annuis sufficiat vna præscriptio: Et an præscriptio locum habeat in promissione in annos singulos in tota obligatione: quid in legato & quid si transactum fuerit tempus 100. *annorum: Quo tempore Ius pignoris præscribatur: Quid præscribenda obligatione: Et an vbi lex excludit præscriptionem, censeatur excludere præscriptionem* 10. *vel* 20. *annorum: Et quanto tempore præscribantur actiones, tam reales, quam personales?*

SVMMARIVM.

1 *Præstationes annuæ, qualiter præscribantur, distingunt nonnulli inter contractus, & vltimas voluntates, n.*2. *&* 3. vera *n.*7. *&* 8.

3 *Stipulatio vna tantùm est in contractibus, etsi in vltimis voluntatibus, censeatur plura legata conditionalia.*

4 *Præscriptio vna pro omnibus præstationibus sufficit, secundùm aliquos, impugnatur, n.*5.

5 *Redditus anni transcurso decennio petuntur via ordinaria, ante via exequutiua, expenditur, num.*12,

6 *Præscriptio in præstationibus annuis æquè in contractibus, & vltimis voluntatibus pro primo anno intelligitur secundùm alios, n.*9. *&* 10.

7 *Præscriptio in promissione in annos singulos, qualiter procedat.*

8 *Præscriptio vna completa aduersus obligationem vnam eximit à tali obligatione, & à præstationibus annuis ab ea dependentibus.*

9 L.cum accutissimi, §.in his, Cod. de præscription.30. vel 40.annorum.

10 Dicta l.cum accutissimi, §.illud, l.1.n.11. Cod. de annali exceptione.

13 *Tertius possessor aduersus debitorem, præscribit ordinario tempore* 10. *vel* 20. *annorum viam exequutiuam.*

14 *Legatum quo tempore præscribatur.*

15 *Legatum alimentorum pro singulis annis, non solutum ab hærede, an amittatur à legatorio, etiam postea repetente, n.*16. *&* 17.

17 *Legata annua, tot sunt, quot anni.*

18 *Legatum pro alimentis simpliciter relictum verius est, vt ab hærede non soluente, non præscribatur, nec ab hærede hæredis, num.*19. 22. *&* 23.

20 *Legati petenti potestas, non est Ius, sed facultas.*

21 *voluntates quæ sunt, possunt quandoque fieri.*

25 *Legatum Ecclesiæ relictum quolibet anno in perpetuum, verius non præscribi, etiam transcursu annorum centum, numero* 26.

27 *Legatum sub conditione relictum viuendi caste, non intelligitur de toto vitæ tempore, sed secundùm Iudicis arbitrium per decem annos.*

28 *Pignoris Ius à tertio præscribitur annis decem interpretes, viginti inter absentes, num.*29. *&* 30. *aliter in debitore, in quo desiderantur anni triginta, n.*31.

29 *Tertius singularis possessor cum titulo, & fide bona, præscribit Ius non soluendi censum constitutum super fundo, quem possidet, si tempore decennio, non soluerit.*

30 *Redditus de cursi ante decennium non soluti per id tempus præscribuntur, nec debentur in posterum currendi.*

31 L.63.Tauri, l.6.tit.15. lib.4.recopilationis.

32 *Emphytheusis, seu fundum Ecclesiæ præscribuntur tempore ordinario decem, vel viginti annorum.*

33 *Patronatus Ius priuatum præscribitur decem, vel viginti annis.*

34 *Debitum, seu obligatio quo tempore præscribitur, n.*38. *&* 39.

35 *Lex præscriptionem excludens solum intelligitur de decennali, seu vicennali n.*36. *sed in rebus Ecclesiæ quadragenaria, n.*37.

39 *Actiones omnes personales, quam reales præscribuntur annis triginta exemplificatur exemplis multis, aliæ decennio aliæ quinquennio, seu quadragesimis annis numeris sequentibus.*

AD primam quæstionis partem de præscriptione in annuis præstationibus, tripliciter respondent Doctores: nam quidam existimant distinguendum esse inter contractus, & vltimas voluntates. † Nam in contractibus, si 2 debitor cesset soluere per annos triginta obligatio annua in totum censetur præscripta, tam pro primo anno, quàm pro sequentibus: sic probat per Textum nostrum Abbas *in cap. auditis col. fin. hoc titulo*, & de Iure Regio, *Textus in l.*63. *Tauri* quæ est hodie *l.*6. *tit.*15. *lib* 4. *recopilat.* de quorum Iurium interpretatione est videndus Acosta *in cap. si Pater* 1. *p.* verbo *in certa num.*31. Segura *in repetitione l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulgari num.*89. Gregorius verbo *tributos in l.*6. *tit.*29. *p.*3. Gutierrez *lib.*1. *pract. quæst.*90. idem Gregorius *in l.*22. *titulo* 29. *p.*3. verbo *treinta agnos* Didacus Perez, *in l.*3. *titulo* 13. *lib.*3. *ordinam.* Couarruuias *in regula possessor.* 2 *p.* §.11. *num.*2. Menchaca *lib.*1. *de successionum creatione*, §.10. *num.*26. Dueñas *regula* 6. Capella Tolosana *decisione* 73. *&* 74. *ibi* Aufred. Abiles *in capitibus prætor.* Glossa verbo *execution num.*69. Parladorius *lib.*1. *rerum quotidian. cap.*1. § 1. *num.*39. Olanus *littera H, num.*23. *&* 36. Salazar. *de vsu & consuetudine cap.*11. *num.*52. Castrus *de lege pœnali tit.*5. *cap.*10. *folio* 188. 1

In vltimis verò voluntatibus solùm pro primo anno præscribi, & rationem adducens differentiæ Doctores citati, & referendi eam, nempe dicunt, quia in contractibus est vna tantum stipulatio, in vltimis vero voluntatibus censentur esse plura legata conditionalia iuxta Text. *in l. stichũ,* §.1. *ff de verb. oblig* docet Alciat. *lib.*1. *Paradoxor. cap.*15. *& lib.*3. *de verborum significatione pag.*89. tenet Glossa *in l. cum notissimi, §. in his, Cod.* 3

de

de præſcript. 30. *vel* 40. *annorum.& in l.de pupillo*, §. *ſi in pluribus, ff de noui operis nunciat.* vbi Cuman. *col.*3 dixit hanc eſſe communem, & Fulgoſius *in d.*§. *in his*: videndus Boërius *deciſ.* 336. *n* 3.& 4. vbi optimè loquitur ita docentes, & ſi fateantur valere argumentum de contractibus ad vltimas voluntates & econtra, vt *in l.ſeruum filij*, § *eum qui Chirographum, ff.de leg.*1. Euerardus *loco* 17. Alciatus *in d.l.*3.*pag.*96. ſed in hoc articulo dicunt eſſe pulchram differentiam, quæ ornati quit ex aliis pluribus deciſionibus, quas tradit Alex. *in l centeſimis*, §.*fin.n.*9.& 10 *ff de leg.*1. Iaſon. *in l.pactum inter hæredem*, *in princ. ff.de pactis*, vbi poſuit ſeptem differentias, & decem, & octo poſuit idem Iaſon. *l.quæ de legato, n.*3 *ff de leg.*1.

4 Alij inquam Doctores efficaciter affirmant, quod vna præſcriptio ſufficiat pro omnibus præſtationibus: docent citati per Boërium *vbi ſuprà, num.*2. qui in finalibus verbis deciſionis, fatetur quod hæc opinio ſeruatur de conſuetudine generali Franciæ, pro qua facit Textus *in cap. olim, de cenſibus*, vbi Ancharran. *n.*28. illum pro hac opinione expendit, & in tantum verum eſſe dicit Parladorius 1.*p.rerum quotidianarum*, *cap.*1. §.12.*n.*41. quod in annuis redditibus. ex ſtipulatione, vel contractu debitis, ſi nihil penſionis intra totum decennium ſolutum fuerit præſcribatur Ius exequendi, non ſolùm pro præteritis annis, ſed etiam pro futuris, quia cùm ſit vna obligatio, ſufficit vna tantùm præſcriptio; ſic probans expendendo Gloſſam *in dicta l. accutiſſimi* §. *fin.* quam communem teſtatur Balbus *de præſcriptionibus* 4. *p. princ. quæſt.* 4. & Boërius *deciſ.*336.

5 Hæc autem ſententia non leuiter impugnatur ex doctrina Couar *lib.*3.*variar.c.*7.*n.*1. qui reſoluit, quod etſi mille annis cenſus non perſoluatur, non perditur Ius, vbi referr duas communes contrarias: ſequitur pluribus citatis Menochius *de præſumpt.lib.*3.*in præſumptione* 106.*n.*11. Crauetta *conſ.*104.*n.*20.& *conſ.*293. Natta *conſ.*3.*n.*2.*volum.*1. Et confirmatur ex Gloſſa. Bartol. & Doctor, *in d.l.cum acutiſſimi*, §.*fin.* Paz *in praxi* 4 *p. tom.*1.*c.*3.*n.*15. reſoluens quod etſi annui redditus præteriti via ordinaria petantur tranſcurſo decennio: tamen ſequentes futuros via exequutiua peti poſſe, nam cùm ſit annua penſio & præſtatio, quot ſunt anni, tot ſunt præſtationes (vt dicitur in legato iuxta Textum *in l.in ſingulos, ff.de annis legatis*,) & per conſequens tot naſci actiones; indéque tot præſcriptiones eſſe neceſſarias; ita vt præſcriptio noceat pro annis præteritis; non verò pro futuris. Et ita videtur, vt intelligitur *l.*63.*Tauri.*

6 Tertia inquam ſententia eſt, vt quod tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus non ſit præſcriptum, niſi pro primo anno; ita quod in vnoquoque requiratur præſcriptio, Albericus *in d.l.in ſingulos.ff.de annis legatis*, Paulus *in l plures amphoræ, n.*6.*Cod.de fide inſtrument.* Iaſon. *in l. de pupillo*, §. *ſi in pluribus*, *ff. de noui operis nunciat. n.*4. vbi Alex. *num.*3.& 4. docent cum modernis Boërius *in deciſ.* 336. *num.* 3. Guido Papæ *in deciſ.*406. Menchaca *de ſucceſſionum creatione*, §.30. *n.*75. plures refert Antonius Gabriel, *lib.*5.*commun.tit.de præſcript.concl* 7 Milles *in ſuo repertorio*, §. *præſcriptio*, & Aymon Craueta *de antiquitate temp* 4.*p.*§ *materia iſta n.*34. verſic.*vigeſimo quarto*, & Capella Toloſana *deciſ.*344 cum aliis adductis à Ceuallos *in practicis, q.* 567. *n.*5. quæ probatur.

ex adductis *ſupr.* in verſic. *hac autem ſententia*; quæ tamen harum ſententiarum verior ſit, inſpicitur ex dictis in verſic. *ad ſecundam*, infra per totum.

Ad ſecundam difficultatis partem, an præſcriptio locum habeat in promiſſione in annos ſingulos, in tota obligatione, vt reſpondeam aduerto, ex iam relatis fundamentis pro prima ſententia *ſupra n.* 1. relata fortiter Antonium Gomezium *lib.*2.*var.c.*11.*n.*45. ex Gloſſa *in d l.cum acutiſſimi*, Azon. Bart Cumano, Felino & aliis pluribus antiquis, & cum Abbate *in d.c.audiſtis*, ex noſtro Textu probante differentiam inter contractus, nempe quod in his ſi debitor ceſſauit ſoluere per 30. annos, ſit totaliter extincta obligatio, vel promiſſio annua, tam pro primo anno, quàm pro ſequentibus, cùm ſit vna, & vniformis pro omnibus; ſecus tamen eſſe in vltimis voluntatibus: nam tunc pro primo anno, non pro ſequentibus intelligentur, cùm ſint plura legata, & conditionalia; & ſic euenire, vt poſt lapſum cuiuſlibet anni incipiat & requiratur noua præſcriptio, Et pro hac diſtinctione DD. adducunt Text. *in l eos qui, Cod.de vſuris*, vbi habetur quod præſcripta re principali, cenſetur præſcripta acceſſoria eius, vt fructus, & ſimilia, *ibi* Cynus, Bart. Bald. & Paul. & communiter DD. *in l.terminat, Cod.de fruct.& pecun.*1.*col n.*3. Paul. & communiter DD. *in l.ſequitur*, §.*fructus. ff de vſucapion.* Textus *in l. plures Apochis, Cod.de fide inſtrum.* & Textus *in l.ſi vſusfructus alternis annis ff quibus modis vſusfructus amittatur*, vbi habetur quod vſusfructus annuus relictus in teſtamento non præſcribitur non vtendo, quia ſunt plura legata; ergo à contrario ſenſu; ſecus eſt in contractu, vel annua promiſſione, cùm ſit vnicus tantùm contractus, & vt dixi *ſuprà dicto n* 1. Abbas *ibi*, relatam hanc probat ſententiam ex Textu noſtro. 7

Quare admiſſa diſtinctione inter contractus & vltimas voluntates, tam in prima parte quæſtionis, quàm in hac ſecunda parte dico, vnam tantùm præſcriptionem completam aduersùs præcipuam & vnicam obligationem, ſeu promiſſionem dandi, non ſolùm eximere à totali illa obligatione, verùm à præſtationibus annuis ab ea dependentibus, & probo ex noſtro text. vbi agitur de quarta Epiſcopali, vel funerali; imò & DD. porrigunt eius deciſionem ad decimas; vnde cùm decimæ ſint annales præſtationes; item quarta decimalis, ſeu funeralis ſit diſcontinua ſolutio: ſequitur dicendum, vt quoties agitur de præſcriptione harum, intelligitur de Iure præſcribendo, ſed hoc Ius eas præſtandi Epiſcopo, præſcribitur annis quadraginta: ergo & præſcribi omnia à tali Iure dependentia, qualia ſunt decimarum, & quartæ, præſtationes, cùm ſint in ſe probabilia ad effectum, de quo loquimur. 8

Nec obſtant Iura relata *ſup.* pro tertia ſententia, vt *in d.l.cum notiſſimi*, §.*in his*, *C.de præſcript.* 30. *annor. vel* 40. in quantum æquiparat contractus, & vltimas voluntates, quia debet intelligi quoad hoc, vt vtroque caſu currat præſcriptio à tempore, quo ceſſatum eſt in ſolutis, ſed poſtquam ſemel incepit currere continuatur, & perficitur per 30. annos in contractibus per *ſup.* dicta, vt notant. & reſpondent Gloſſa, *ibi* Bart. & communiter DD. 9

† Nec Textus *in* §. *illud d.l. cum notiſſimi*, & *l.*1. *Cod. de annali exceptione*; quibus probatur, quod etſi contractus ſit obligatio pura pro primo anno; verùm pro ſequentibus in diem, taliter quod eo caſu, quo dies exactionis nondum 10

venit, impediatur præscriptio, quia respondetur, quod obligatione, vel promissione annua potest creditor agere, tam pro primo anno, quàm pro futuris, quia fundatur in Iure de præsenti, quod secus in obligatione, vel promissione particulari; sic Bart. *in dict.* §. *in his*, & ante Oldr. quem refert
11 Alber. † Vel melius respondetur cum Iacob. Buttig. *in dict.* §. *in his quæst fin.* & *ibi* Baldo *in fine*, Gomezio *dict. cap.* 11 *lib.* 2. *variar. num.* 45. in fine textum *in dict.* §. *illud*, cum similibus intelligi debere, quando contractus, vel promissio est particularis, respectu vnius præstationis; secus autem esse si sit promissio, vel obligatio annua, quæ comprehendit sub se plures præstationes; nam tunc sufficit vna præscriptio pro omnibus, quia est vnicum Ius & vnica actio pro omnibus, & actione præscripta, à qua causantur & deriuantur illæ præstationes annuæ, vt colligitur ex Textu nostro. Et sic in hoc casu vnam tantùm præscriptionem admitti, iuxta dicta *suprà* in versic. *alij*, pro secunda sententia.

12 Nec tunc obstant Couarruuias, Pax, & alij relati *ibi*, in versic. *hac autem sententia*, quia quoad dictum Couar. respondeo verius esse, vt legitima præscriptione amittatur Ius census, sicut alia Iura & obligationes. Nec obstat consideratio Pax de via executiua & ordinaria, quia aliud est præscribi per decennium, vt causa, quæ aliàs via executiua poterat antea agitari eo transacto; nam si via ordinaria quoad reliquas præstationes præteritas agi possit; aliud verò agi de præscribendo toto Iure, & obligatione, super quibus differentia viæ exequutiuæ, & ordinariæ constituitur, quia tunc transacto tempore 30. annorum, vel iuxta materiam Textus nostri 40. annorum præscribitur, vt non tantùm creditor agat viâ executiuâ, verum nec ordinariâ, cùm iam per legitimam præscriptionem sit ablatum Ius, & radix
13 obligationis. † Quod probatur ex adductis in alio casu à Gutier. *cons.* 47. *ibi n.* 22. iuxta ea quæ dico *infrà* in versic. *ad quintam*, qui *n.* 5. ait, quod tertius possessor aduersùs creditorem præscribit tempore ordinario decem, & viginti annorum viam executiuam, & ordinariam, ita cum Parladorio *lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 1 §. 16. *n.* 41.

14 Ad tertiam quæstionis partem de legatis, posset responderi ex dictis supra *n.* 1. & in resolutione dubij præcedentis, in versic. *ad secundam per totam*, habita distinctione inter contractus, & vltimas voluntates; Ita vt in his plures præscriptiones prærequirantur, eo quod quot annis renascitur obligatio annuæ præstationis, iuxta Textũ
15 in singulos annos de annuis legatis. † Quo supposito incidimus in eam difficilem quæstionem, *an si testator legauit alicui pro suis alimentis quolibet anno aliquod legatum præstandum, & hæres pluribus annis illud non præstitit, acquirat Ius non præstandi legatum, ita vt legatarius post longum tempus petendo repelli possit.*

16 In quo dubio videtur sub distinctione loquendum, nam vel legatum alimentorum fuit simpliciter relictum non distributis temporibus, aut fuit relictum temporibus distributis: in hoc vltimo casu, veluti, *Lego Titio centum pro suis alimentis, in quolibet anno*, tunc nullo tempore, etiam longo potest liberari hæres ab huiusmodi præstatio-
17 ne. † Nam annua legata tot sunt, quot anni, *l. si stichum*, §. *stipulatio. ff. de verb. obl. d. l. cum in annos, de annuis legatis l.* 1 *ff. quando dies legati cedat*: docet Glossa in hac parte *in d. l. cum acutissimi*, *d.* §. *in his, Cod. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum*, quam esse communem tenent Ruinus *cons.* 34 *n.* 6. *lib.* 2. Alciat. *l.* 1. *Cod. de sentent. quæ sine certa quantitate, n.* 16. Spino *de testament. glossa* 8. *n.* 65. & in hoc casu intelliguntur omnes distinguentes *sup. n* 1. & in vers. *ad secundã* inter contractus, & vltimas voluntates.

Dubium maius est, quid si legatum alimentorum simpliciter fieret, & in hac specie multi existimant esse vnicum tantùm legatum, taliter vt tunc à principio incipiat præscriptio contra legatarium, non petentem legatum: sic docent Baldus *in d. l* 1. *Cod. de sententijs*, Idem *in c.* 1. §. *ex eadem lege, n.* 1. *Cod. de leg. conr.* idem *in l si stichum, d* §. *stipulatio, ff. de verb. oblig.* Alex. *in d. l.* 1. *quando dies le-* 18
gati cedat. † Alij inquam quod hæres non possit 19
præscribere legatum alteri relictum, etiam simpliciter, absque illa assignatione alimentorum in annos singulos, & ratio est, nam emolumentum, & Ius legati quæritur legatario etiam ignoranti, §. *nostra in tit. de legatis, l. cum Pater*, §. *surdo, ff. de leg.* 2. ergo non poterit hæres ex quocumque temporis lapsu illud præscribere, cùm sit in mala fide, sciatque legatum Iure legati ad alium pertinere: sic docet Glossa *in l. si tibi homo*, §. *cum seruo, ff. de leg.* 1. vbi Alexand. *n.* 4 maximè quia à Iure non est tempus constitutum, intra quod debeat peti legatum, vt falso fuit opinatus Menchaca *de* 20
success. creat. §. 30. *n.* 75. † Cùm legati petendi potestas non sit Ius, sed facultas, nam quando quis debet aliquid facere Iudicis præcepto, vt quæsitum Ius teneatur, potestas hæc faciendi non est Ius, sed facultas, vt tenet Bart. *in l. vnica, n.* 4. *ff. de conditione ex lege*, sed legatarius, antequam legatum agnoscat, Ius habet in re legata *d. l. cum Pater*, 21
§ *surdo ff. de legatis* 2. † Et tamen ea quæ sunt voluntatis, potest quis dum voluerit facere, nec excluditur tempore, *l* a *ff. de via publica*, Cotras *in l. seruitutes*, § *seruitutis, n.* 7. *ff. de seruitutibus*, & mihi probatur ex doctrina Textus, & *ibi* dicendis, *in c. cum non liceat hoc tit.* vbi in facultatiuis negatur præscriptio; ergo cùm certum tempus ad petendum legatum, non reperiatur definitum: sequitur quod nullo transcursu temporis, possit ab hærede contra legatarium præscribi, cùm ex parte hæredis semper mala præsumatur fides: quare hanc vltimam sententiam, vt veriorem de Iure, & de Iure Canonico securius tenent Cuman. *cons.* 147. Dec. *in cap. Ecclesia Sancta Mariæ, n.* 26. *de constit.* Menchaca *lib.* 2. *controuers. c.* 55. Alex. *cons* 267. *n.* 6. Spino *d gloss.* 8. *n.* 66. *in fine*.

Quia addit hanc esse veram, non solùm in hæ- 22
rede, sed etiam in hærede hæredis, vt non possit etiam ex transcursu cuiuscumque temporis legatum alicui relictum præscribere, nec tollere Ius petendi illud legatario: ita Imola, & Felin *in cap. fin. hoc tit* & communem dicit Alciat. *cons.* 267. *n.* 7. 23
seruandam esse in foro conscientiæ. † Nec obstat Paul. de Castro *in l. si quis sub conditione in fine, ff. de condition. institut. &* cons. 289. & alij relati per Carolum Ruinum *cons* 34. *n.* 11 *lib.* 1. dicentes, quod si à morte hæredis, qui legatum præstare tenebatur, sint lapsi decem anni, hæres hæredis à præstatione legati sit liber, & præscribat, cùm sit bonæ fidei possessor, iuxta doctrinam relatam *sup. in cap.* 1. *&* 2. quia licèt bona fides dari queat in hærede hæredis, si seipso præscribere incipiat, tamẽ obest ei prohibitio Iuris facultatiui.

Sed dato quod præscriptio admittatur in le- 24
gato alimentorum quantum desideretur tempus dico *infrà*.

Ad

25 Ad quartam partem delegato, vbi tempus centum annorum tranſcurſum eſt, vt reſolutio ſumatur in eo caſu, ſcilicet ſi teſtator leganit cuidam Eccleſiæ legatum, v.g. vnciarum decem quolibet anno in perpetuum, &cum eſſet elapſum à morte teſtatoris tempus 100.annorum, dubitatum fuit an adhuc duret obligatio perſoluendi legatum; in quo dubio Gaſpar Hurtadus *de iuſtitia,& iure diſputat.2. difficult.*10. & plures Doctores penes Vicium *in commun.opinion.lib.2.opinione* 446 quos ſequitur Naldus *in ſumma*, verbo *vſuſfructus*, *n.*12. verſic.*infinitas,num.*1. docent legatum factum Eccleſiæ ſemper, & in perpetuum ſoluendum, adhuc tamen finiri circulo centum annorum à die mortis teſtatoris, & hoc ratione infinitatis vitandæ, quam maximè iura abhorrent; docuit etiam Molfeſius *in ſumma tom.2.tract.*13.*cap.*5.*num.*56.citans Couarru. Brunum à Sole, Tuſchum, Menoch. & Surdum hanc opinionem in iure probabiliorem vocat Diana *p.*5. *tract.*14 *miſc reſ*84. † Sed
26 Homobonus *in conſultationibus caſuum conſcient. vol.*2.*p.*7.*reſp.*27 Bonacina *de contractibus diſp.* 3. *quæſt.*17.*puncto* 8.§ 6.*num.*2. dicunt tempore centum annorum tranſcurſo adhuc permanere obligationem ſoluendi tale lagatum, quod in praxi exiſtimo ſeruandum, quia hic non agitur de præſcriptione centenaria, ſed de finienda obligatione ſoluendi tale legatum, ob vitandam infinitatem quæ non eſt cur dicatur vitari ex tali tranſcurſu, cum aliàs ſemper per illos centum annos fuiſſet ſolutum.

27 Verùm tamen notandum eſt conditionem appoſitam in aliquo legato honeſtè, caſteque viuendi, non intelligi debere toto vitæ curſu, ſed tempore arbitrio prudentis ſufficienti, quale eſt annorum decem. Vnde fœmina caſtè vixerit per decennium; licet poſtea in fornicationem inciderit, deberi adhuc legatum cum tali conditione, ſcilicet ſi caſtè vixerit relictum: docent Diana *ſupra dicta reſ.*84.*in fine*, Homobonus *reſponſ.* 44. *dicta p.*7. Quod mente tenebis pro ampliatione quæſtionis, de qua *in cap.ex tenore* 11. *de foro comp.* vbi *quæſt.*5.*à num.*13. verſic.*ad ſecundum*, egi *an vidua, cui relictus eſt à marito vſuſfructus, ſi caſtitatem ſeruet, aut non luxurioſè viuat, poſſit illum amittere.*

28 Ad quintam quæſtionis partem, ſolet dici, quod tertius poſſeſſor præſcribit Ius pignoris, vel hypothecæ aduersùs creditorem titulo, & bona fide decem annis inter præſentes, viginti inter abſentes, *l* 1.*& 2.C.ſi aduerſus creditorem*, *l.*19. *tit.*13. *p.*5.*l.*27.*tit* 29.*p.*3.tradit videndus Franciſcus Baldus *de præſcript.*4.*p.*4.*partis principà is, quæſt.*3 *per totam fol.*37.*&* 38 *volum.*8 *tract.diuerſ.doctor in antiquis*, Salazar *de vſu & conſuetudine, cap.*11. *n* 50.
29 *fol.*151. † Vbi plures allegat Ioannes Gutierrez omnino videndus *conſ.*47. qui cum Balbo *ſupra, quæſt.*5,& cum Menchaca *lib.*2.*quæſt. illuſtr. cap.*6. *num.*2.*&* 16.addit, quod tertius ſingularis poſſeſſor cum titulo, & bona fide præſcribit Ius non ſoluendi cenſum conſtitutum ſuper fundo, quem poſſidet, ſi prædicto tempore eum non ſoluerit, nec ſciuerit conſtitutum eſſe, vel ſi ſoluit minus reliquum præſcribat.

30 Itaque præſcripta prædij hypotheca reliquum eſt, vt non ſolùm redditus decurſi ante prædictos 10. annos, ſed etiam poſtea præſcripti cenſeantur, cum omnes à cauſa iam præſcripta procedant, imo potius nulli cucurrerint; aliàs enim de nihilo aut parùm ſeruiret prædicta præſcriptio ſi decurſi redditus à decem annis infra, & in poſterum decurrendi deberentur, & aliqua adducẽs in confirmationem eorum, quæ adduxi *ſupra*, in verſic.*nec tunc obſtant*, cum Parladorio §.12 *n.*41. Tyberio Decian.*conſ.*2.*volum.*1. plures referente, *num.*42 reſoluit, *num.*13.*&* 14. in terminis de ſingulari poſſeſſore habente titulum, & bonâ fidem cum poſſeſſione decem annorum continuorum inter præſentes & 20.inter abſentes non ſoluendi cenſum præſcribi abſque dubio Ius non ſoluendi cenſum, cum per prædictum tempus reſpectiuè, præſcribatur ipſum Ius cenſus in proprietate; hoc eſt capitale; & ſic nullos deberi redditus, vt docent in terminis *vbi ſupra* Balbus, & Menchaca; itaque pronunciatum fuiſſe refert in quadam lite.

Sed quia Textus in iam adductis *l.*63.*Tauri* hodie *l.*6.*tit* 15.*lib.*4. *recopil.* dicit quod vbi in obligatione adeſt hypotheca, debitum præſcribitur triginta annis, & non minus, imo & Parladorius *dict lib.*1.*rerum quotid.*§.12.*num.*41.*&* §.13.*num.*44. *ad finem*, loquens in redditibus, ait quod cenſus, & annuæ præſtationes præſcribuntur ſpatio 30, vel 40.annorum à tempore, quo ceſſatum eſt ſolui non ſolùm pro præteritis, ſed etiam pro futuris ex Abbate per Textum noſtrum, vt iam adduxi. Tamen ad difficultatem, *dicta leg.*63. *Tauri*, reſpondetur non loqui in præſcriptione, hypothecæ ſed debiti, vt ex ipſa conſtat, quod eſt diuerſum, vt in terminis docet Ioann. Parlador. *lib.* 1. *rerum quotid. cap.*1. § 16. *num.* 51. Et aliter reſpondetur non loqui de tertio poſſeſſore præſcribente, ſed de principali debitore; ſicque remanere incorrectum titulum, *Cod.ſi aduerſus creditorem:* ſentit Antonius Gomez.*in dict.l.*63, *tauri in finalibus verbis:* expreſsè Zifuentes.& Caier *ibidem*, Palacios Ruuios *ibi num.*51.*col. fin.* item & Parlador. *ſupra dict.num.*51.*ad finem*, Gutierrez *dict.conſ.*47.*num* 9. Olanus *in ſua concord.iuris littera, H, n.*27 *pag.*138. Salazar, *vbi ſupra. num.*58. poſt Gomor de Leon, quem refert, *in ſua centuria reſponſo* 50.*num.*3 licet Salazar diſtinguat poſtea, *à num.*51. Nec obſtat adductum illud de annuis præſtationibus ex noſtro Textu, quia tunc cum eſt præſcriptio contra Eccleſiam, vel Epiſcopum, deſideratur quadragenaria, vel tricenaria, vt iam *ſupra* explicaui non ſic in poſſeſſione reſpectu tertij ſingularis poſſeſſoris, cum titulo, bona fide, & poſſeſſione 10. vel 20. annorum. 31

Vnde euenit, vt emphytheuſis Eccleſiaſtica, aut feudum Eccleſiaſticũ, hoc eſt illius rei, cuius Dominium directum pertinet ad Eccleſiam, aduersùs priuatum emphytheutam, vel feudatarium præſcribatur tempore ordinario decem, vel viginti annorum cum titulo, & bona fide, ſine titulo verò ſpatio 30.annorũ, ex eo quia cũ id, quod præſcribitur ſit Dominium rei vtile, quod non eſt Eccleſiæ ſed priuati, non erit neceſſaria poſſeſſio 40. annorum, vt ex multis probat Valaſcus *de iur.emphit q.*17.*à n.*13. Gama *deciſ.*140.*n.*7. Couar. *in reg. poſſeſſ* 2.*p* § 2.*n.*6.& affirmant, Abbas, Felin.& cõmuniter Doctores, *in c.ad audientiam, hoc tit.* Eccleſiæ enim parum refert habere hunc, vel illum emphytheutã † Et eodẽ modo cum parũ referat Eccleſiæ hunc vel illum habere patronũ, Ius quoque patronatus, aduersùs priuatum, tempore ordinario præſcribatur, vt notat Balboa *hic q.*1 *n.*46. 32 33

Ad ſextam partem quæſtionis de præſcribenda obligatione reſpondeo *infra* cum ago de præſcribendo debito, & quanto tempore. 34

Ad ſeptimam quæſtionis partem, verũ lex quæ excludit 35

excludit præscriptionem, solùm videatur excludere præscriptionem decem, vel viginti annorum,& quod virtute huius prohibitionis censeatur exclusa, etiam præscriptio longissimi temporis,etiam triginta,vel quadraginta annorum,cum pluribus tenet Zasius *cons.15.volum 1.num.1.*omnino videndus Burgos de Paz *cons.* 14. *num.* 11.
36 † Sed quod tantùm intelligitur de præscriptione ordinaria 10. vel 20. annorum, non obstante prohibitione generali:tenet Glossa *in cap.1.§.prȩterea de capitulis corandi*, quam sequuntur plures per Tyraquellum relati, *de vtroque retractu*, §.s. *Glossa* 2. *num.*18. sub Rubrica *de retractu conuentionali:*dixit communem Iason *in l.1.num.41.Cod. de seruis fugitiuis.*Paulus, Parisius *cons.1. volum.1. num.*123.Cenallos *in practicis,quæst.*496. qui dicit pro hac, vt receptiori,& veriori plures fuisse iudicatum, & in casu sibi contingenti de facto sic
37 obtinuisse. † Quod ego amplector in rebus priuatorum,sed in rebus ad Ecclesiam spectantibus, intelligo ad quadragenariam tempus illam legem prohibentem porrigi,quia aduersùs Ecclesiam,& Episcopum dicitur quadragenarium tempus ordinarium,ex nostro Textu,& aliis concordantibus; in aliis verò ordinarium dicitur 10. vel 40. annorum, longissimum, & extraordinarium 30.vel 40.annorum.
38 Ad octauam quæstionis partem, cuius occasione de pluribus possumus inquirere, quia fuse tractatum est à Parladorio *dict.lib* 1.*rerum, quotid.* à §.11. *vsque ad* 16. vbi de præscribendo debito; ité & de tempore ad præscribendas actiones personales; item Ius agendi ad supplementum; item & quoties obligationi hypothecariæ accesserit debitum: ideo ego nunc resumptiue de nonnullis quid sentiant alij dico:alia poteris legere quæstione sequenti.
39 Quare Doctores super Textum *in l.omnes,Cod. de præscriptionibus* 10 *annorum*;dicunt quod actiones omnes,tam personales, quam reales,præscri-
40 buntur 30 annorum spatio. † Quemadmodum eodem tempore præscribitur conditione, ex l.
41 † Item iuri petendi exequutionem alicuius de-
42 creti. † Item iuri implorandi officium nobile iu-
43 dicis. † Item omnis actio personalis. † Item fa-
44 cultati dicendi testamentum nullum. † Item Ius
45 agendi ad supplementum legitimæ. † Item Ius
46 adeundi hæreditatem ex testamento.
47 Etiam in hærede ignorante, & tunc posse agi
48 iudicio possessorio hæreditatis. † Item officium
49 iudicis. † Item socius possidens rem communem præscribit spatio 30 annorum.
50 Item Iuri retrahendi a die scientiæ. † Ius in-
51 uestiendi. † Spureus præscribit bona paterna
52 spatio 30. annorum de his omnibus agit Riccius *collect.*780.cum Afflictis *in decis* 53. & cum Rota Genuens. *in decis.*20 *&* 203.*&* 139.Balbo *dec.*99. Grassis *decis.*5.Osasco *decis.*56.*num.*7 Guido Pap.
51 *decis*416.cum aliis multis. † Item idem Riccius *decis collect.*285.*ad Textum,in l.sicut,Cod.de præscriptionibus* 30. *annorum*, ait quod omnes actiones, quæ minori tempore limitatæ non sunt,præscribuntur 30.annorum spatio,& adducens,seu repe-
54 tens nonnullos casu adductos:alios addit †Quod reductio ad arbitrium boni viri,præscribitur an-
55 nis 30. † Item exequutioni sententiæ nisi esset
56 cœpta exequutio,& minus finita.†Sic & Ius men-
57 surandi,de quo *infra in cap.quia iudicante.*† Et remedio,*cap.rei integranda 3 quæst.*1, de quo dixi, *in*
58 *cap.sæpe de restitut. spoliat.* † Item contra fiscum,

& beneficio,*l.*2 *C.de rescindenda venditione.*† Item 59
pactum de retrouendendo, quandocunque etiam stante Iuramento, vt refert pluries iudicatum Boerius *in decis.*182.sed Riccius *suprà* non admittit, & Mynsingerius ait, *in cent.1. obseruat.*16. nec sat esset tempus centum annorum. † Item quod 60
Saluianum interdictum 10. annis præscribatur inter præsentes,20. inter absentes:docet Gratian.
*decis.*15. †Accusationi fractæ pacis 20.annis præs- 61
cribi dixit Mynsing.*centuria 4.obseruat.*35. † Eo- 62
demque tempore accusationi homicidij dixit, Thesaur. *decis.* 280. siue voluntarij, siue casualis.
† Res patrimoniales Imperatorum 40. annis de- 63
cisum Guid.Pap.*in decis.*416. † Et accusationi de 64
adulterio decisum quinquennio continuo dicit, Thoming.*decis Lipsiens.*39.
Et annuæ præstationi decisum 40.annis Guid. 65
Pap.*in decis*407.cum aliis. † Et quanto tempo- 66
re iuri patronatus decisum tempore immemoriali,Franciscus Marcus *decis.*1114.†Quanto tempo- 67
re bona indiuisa Boerius *decis* 48.† Quanto col- 68
lectæ auditor,*perus.decis.*3.† Quanto contra pau- 69
peres incertos:applica dicta *in cap* 2 *suprà*, in terminis, Boerius *decis.*39. † Quanto facultas no- 70
minandi decisum anno Surdus *decis.* 226. † Et 71
quanto iuri offerendi Thesaurus *decis.* 157.† Et 72
quanto censui,seu pensioni emphyteuticæ idem
decis. 114. † Et quod præscriptio 30. annorum 73
procedat in actione personali; etiam cum mala
fide,Franc.Marc.notat,*in decis.*436.*p.*1.† Quid de 74
communione inter duas vniuersitates,siue Re-
gis assensu;Afflict.*in dec.* 154. † Et quanto tem- 75
pore præscribat Vassallus aduersùs Dominum,videndus Boerius *in dec.*182. de nonnullis late dico *infra* aliis iniuribus.

QVÆSTIO IV.

Præscriptio, an tollat obligationes ipso iure: Et quid tempus in ea importet: Et an debitores se tueantur temporis cursu: Et dubitans, an debitum solutum sit, possit vti præscriptione legati: Et an diuisio bonorum paternorum, præsumatur facta, & ratio reddita per diuturnam possessionem 10. Annorum inter præsentes, & 20. inter absentes: Et esto, quod admittatur præscriptio legati alimentorum, simpliciter facti, aut in annos singulos sit necessaria 30. annorum præscriptio, vel sufficiat ordinaria 10. aut 20.

SVMMARIVM.

1 *Obligationes an tollantur ipso iure præscriptione, n* 2.4.*&* aliis,*&* n.18.q.3.n.29.
2 *Tempus est modus tollendæ,aut inducendæ obligationis,*
3 L.creditor,Cod de vsuris,l.si certis annis, C. de pactis,& n.8.l.operis,Cod.de operis libertorum,& n.9.l.quod de bonis, §. non idcirco,ff.ad leg falcid.
5 *Tempus non ponitur inter causas, sed inter media extremorum.*
6 *Tempus non est causa effectiua obligationis, sed occasionalis.*

7 L.cum

7 L. cum de in rem verso, ff. de vsuris.
11 *Solutio non præsumitur nisi probetur, quid si transierit decennium, n.12.*
13 *Præscriptione legali vti, ne quid dubitans, an debitum sit solutum.*
14 *Diuisio bonorum paternorum, præsumitur facta inter hæredes per diutinam possessionem decem annorum.*
15 *Actio ad petendum legatum triginta annis extinguitur.*
16 *Legati petenti ius periit præscriptione.*

1 AD primam quæstionis partem Glossa *in l. cum notissimi, §. 1. Cod. de præscript. 30. vel 40. annorum*, per argumentum Textus, *in l. obligatio ferè, §. placet, ff. de actionibus, & obligat.* in verbis ibi *placet autem ad tempus obligationem constitui non posse, non magis quàm legatum, nem quod alicui deberi cœpit, certis modis deberi desinit*, ait quod in præscriptione obligationum ipsæ obligationes non tolluntur ipso iure; idem voluit Glossa *in l. sicut*, verbo *facultatem, Cod. eodem*, vbi Salicetus *col. 2. in 6. opponit* Testatur hanc esse communem opinionem, & idem quoque voluit Glossa *in l. in omnibus, ff. de action. & obligation* quam tenent multi allegati per Tiraquell. *de retractu conuention. §. 1 Glossa 2. n. 39.* vbi dicit communem cum Saliceto *vbi supra*, Guttierrez. *in leg. nemo potest, ff. de leg. 1. num.* 188.

2 Ad secundam difficultatis partem ex dictis, videtur dicendum, & ex his quæ dicimus in toto nostro titulo, & in nostro capite tempus esse modum tollendæ, vel inducendæ obligationis, cum per præscriptionem dominium tollatur, & obligatio obtruncetur. Vnde dicebat Bald. *in Rubrica extra de consuet. num. 5.* quod tempus est de substantia præscriptionis. Sed cum Textus *in l. Creditor, Cod. de vsuris, l. si certis annis, Cod. de pactis, l. operis, ff. de operis libertorum, l. quod de bonis, §. non idcircò; ff. ad leg. falcid.* doceant, vt quemadmodùm tempus obligationem non tollit; Ita nec eam inducat; Ideò quid tempus in obligatione, seu præscriptione imporret, tractari oportet.

3 Vnde & si Guttierrez cum pluribus adductis *vbi suprà in dicta l. nemo potest*, duplicem rationem assignet, vnam ex Bartulo, *in dicta l. nemo potest, col. 3. num. 16.* versic. *venio ad secundam & in l. seruitutes, num. 4. ff. de seruitutibus* al' am' *n. 193.* ex Baldo *in l. fin. col. fin. num. 3.* versic. *amplius considera, Cod. de legatis*, ipse tamen vtramque improbando. *num.* 194. cum eodem Baldo *in l. vnica, col. 4. n. 7.* versic. *præterea, Cod. quando non pet. part.* ait, ideò tempus non esse modum tollendæ obligationis, vel inducendæ, quoniam obligationes sunt quidam effectus, *l. consilio, § fin. ff de cura furios.* effectus autem semper causas præsupponunt, *l. manumissiones, ff.*
4 *de Iust. & Iure.* † Et sic tempus non esse causam, ex qua possit oriri obligatio, vel tolli, sed potiùs esse quendam Comitem, quia res humanæ tempore non afficiunt, sed temporis concomitantia, & Baldus *in l. ex cautione col. pen. Cod. de non numerata pecunia* satisfaciens ait, quod tempus præscriptionis non tollit obligationem, aut inducit, sed probat esse inductam, vel sublatam: Sequitur Guttierrez. *suprà num. 198. in fine*, ad plura videndus Gratianus *Regula* 450.

Et prædictis addo cum eodem Baldo. *in leg Emilius Largianus in 2. lect.* per Textum *ibi, ff de minoribus*, quod tempus non ponitur inter causas, sed inter media extremorum, quasi apertè dicat tempus non est causa actus alicuius humani, sed actus ipsorum concomitantia; Imò idem *in l. precibus n. 27. Cod. de impuber.* 5
† Et aliis ait quod tempus non est causa effectiua, sed occasionalis, quasi dicat temporis effectu obligatio non resultat; sed constituitur, vt exponit idem Guttierrez *suprà in dicta l. nemo n. 195. & 196.* vbi ex eodem Baldo *in l. si cum Hermes, Cod. locati*, ait quod tempus non ponitur inter causas, sed inter mensuras. 6

Vnde ex hac resolutione infero iuxta materiam nostri Textus ad intellectum Textus, *in l. cum de in rem verso, ff. de vsuris*, quæ probat quod tempus longum decennalis præstationis inducit obligationem vt in futurum quoque soluantur vsuræ, nam quoties quis allegat obligationem efficacem, & sic stipulationem præcessisse, & ad probandum id adducit diuturnitatem temporis; Tunc sufficere hanc probationem dicendum est, cum hoc casu tempus non inducat obligationem, sed probat esse inductam iuxta iam dicta, quomodo lucem accipit, *dicta l. cum de in rem verso.* † Cuius decisio non implicatur cum *l. si certis annis, Cod. de pactis*, quæ probat, vt præstatio certorum annorum eius quod nudo pacto conuenit præstari, non inducat obligationem ad præstandum in futurum indebitum solutum, nisi stipulatio intercesserit, quia procedit quando quis vult probare pactum nudum, quod quidem est inefficax de per se iure communi per decennalem præstationem, & tunc tempus nihil præstare, quia non facit, nec inducit obligationem efficacem, idemque esse si pactum nudum non præcesserit sed solùm diutina præstatio, & per eam solam vellet quis probare debitum, seu obligationem. 7 8
† Quomodo etiam intelligitur Textus *in l. operis, Cod de operis libertorum*: Sic expendit hæc Glossa *in d. l. cum de in rem*, versic. *Glossa magna* ibi *tu autem breuiter*, ad quam Glossam se remittit Glossa *in dicta l. si certis annis*, & ibi, Bart. *in vtraque lectura* eandem opinionem sequitur ibi Alexander, testantur hunc communem esse intellectum *n. 7* Dec. 12. Curtius Iunior 18. & Riminaldus *propè finem*, Curtius Senior *n. 14.* Ludouicus Gocadinus. *n. 7.* Bernardus Diez de Lugo *in Reg. 16.* Bartolus *in dicta l. cum de in rem, n. 3.* idem *in l. solent, §. 1. n. 1. ff. de officio Proconsulis, & legat*, vbi Ioannes Oroscius *n. 13.* dicit communem, & declarat: sequitur Guttierrez *in dict. l. nemo de legatis 1. n. 199.* Baldus *in dicta l. si ex cautione n. 14. Cod. de non numerata.* 9

Vnde si quis ad præscriptionem debiti tantùm allegaret tempus, & non fundaret se in solutione Guttierrez. ait *in dicta l nemo, n. 201.* quod eum condemnaret, vt solueret debitum, ac si tempus non præterijsset, quia hoc casu censet iniquum remedium præscriptionis, sicut quando fatetur solutionem minime factam esse; negat tamen se esse obligatum ad soluendum, quia præscriptum est tempus, tuncque condemnationem faceret, non solùm in debito principali, sed etiam in expensis litis. † Cumque regulariter solutio non præsumatur, nisi probetur, eo quod sit quid facti, vt tradunt Doctores *in l. 2. C. de iure emph. & in l. in illa, ff. de verb oblig.* 10 11

 † Tamen

12 † Tamen leges Regiæ quæ loquuntur, vt debitum præscribatur decennio, vel alio tempore, sunt intelligendæ quotiescumque allegatur solutio debiti & ad eam probandam adducitur decennium, seu maius tempus, quia per id tempus præsumitur solutio,& tollitur obligatio: ita Gutierrez *num.*200. vbi *num.*202 & 203. ait sic interpretandam, *legem Reg.*9 *tit.*15 *lib* 4. *recopil.* de qua *supra, in cap.*3.& alias loquentes de præscriptione triennali in salariis famulorũ, & in debitis Pharmacopoli & aliarum marcium, de quibus *dict.l.*9. & *num.*204. admonet debitores, vt non se iuuent temporis cursu in præiudicium tertij, nisi eum reuera solutio debiti facta est, & iterum nunc petitur,& sic eum bona fide, non verò cum mala; & *num.*205. ait Ius exequutium præscribi certo tempore, quomodocumque allegaretur præscriptio, de quo dixi, *sup quæst præcedenti*, Hæc tamen omnia dicta de tempore limitat Gutier à *n* 116. in Dominio, quod potest constitui ad tempus *l.fin Cod. de leg* limitat in vsufructu, qui ad diem constitui potest, *l.cum vsufructus ff de vsufructu legato*; item in iurisdictione, quæ ad tempus, & ex tempore constitui potest; & ex multis confirmat, *numero* 117.& 118.

13 Ad tertiam quæstionis partem breuiter dico, quod dubitans, numquid solutum debitum, nequit vti præscriptione legati, nam licet hoc casu probari possit, vt admittatur, hæc præscriptio, & præsumetur, vt solemnis solutio ibi: sit facta, ex temporis diuturnitate: tamen non est cur in conscientia desinat eligi tutior pars; taliter, vt si hæres post diligentem inquisitionem, scire non potest, an sit solutum debitum, nec ne esset optimũ consilium, vt componeret secum creditore debitum petente, si posset: docet Gutt *in d.l nemo potest ff. de leg.*1.*n* 108. vbi *n.*106.& 107. ait quod ipse nõ admitteret præscriptionem, etiam inductam per mille annos, quia malæ fidei possessor vllo tempore non præscribit, ex *c fin. hoc tit reg. possessor. de reg iur* taliter vt iuri canonico standum sit etiam in foro ciuili in materia simili peccatum concernenti, ex *d.c fin.* de quo late dico, *ibi*.

14 Ad quartam quæstionis partẽ de tempore, quo diuisio inter fratres contingat, & præsumatur, dico latissime, *in c.*1. *de parentis, & alienis parentiams*: quare breuiter refero ex Gloss *l.pen. C. comm diuidund.* per diutinã possessionẽ 10. annorũ inter præsentes, & 20. inter absentes, præsumi factã diuisionem paternorum bonorum inter fratres, licet aliter diuisio facta non probetur, si sit æqualitas possessionis inter ipsos fratres: videbis Textum *in l.*8. *tit.*6 *tit. de las herencias l.*3 *fori, & l.*5 *tit.*13 *lib.*3. *ordinam. l.*5 *tit.*15 *lib.*4 *recop.* & bona ex multis disputantem Gutr. *in d.l. nemo potest. de leg.*1. *à n.*209. *ad* 115.

15 Ad vltimam quæstionis partem, suppositis quæ adduxi, *sup quæst.*3. in versic. *ad quartam*, & versic. *ad tertiam*, vbi de legatis dico quod vbi præscriptio admitteretur legati alimentorum, vt secundùm aliquos procedit, modo *ibi* dicto: tunc ad præscribendum necessarium esse tempus annorum 30. cum actio ad petendum legatum tanto tempore extinguatur: argum Text. *in l sicut omnes, Cod. de prascript.*30 *vel* 40. *annorum*, tradit Ruinus *conf.*34. *num.*5. per Textum *in l si tibi homo*, §. *cum seruus ff. de legat.*1. ibi *ex die adita hæred. eius intelli-*

16 *gitur*: quibus verbis apparet. †Legatum non debeci donec hæres agnouerit, ac præstari sibi petierit ergo interim quo legatarius non perit rem legatã bona fide possidet hæres, & tempore illam sibi quærit. Vnde Ius petendi legatum præscriptione perire: tenuit Anchartanus *in regula sine possessione de reg. iuris oppositione fin.* Socinus *conf* 63. *lib.*1. *num.*7. Balbus *de præscript p.*2 *quæst.*13. plures relati per Couarruuias *in regula possessor.* 2.*p.*§.11. *n.*5. & est communis sententia secundùm Cagnolum *l.*2. *Cod. de pactis inter emptorem num.*28. secundùm Hypolitum, Riminaldum *in princ. inst. per quas personas nobis acquiritur*, secundùm Ripam *in l. fin. C. de reuocandis donation.* refert Spino *de testamentis, Glossa* 8 *num.*66. tamen præscriptionem non admitti dixi, *supra in locu citatis*, sed si admittas hoc dictum in eiua confirmationem applicabis adducta *d.q.*3. versic. ad *octauam*, per totum.

AD TEXTVM IN CAPITE V. Vigilanti, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptiones hic assignantur plures generales quæstiones.*

QVia Textus huius materia pertinet ad vniuersam cognitionem totius huius tractationis, quasi in hoc solo loco, ea posset complecti; ideo quia principaliter agit de malæ fidei possessore, vllo tempore, non præscripturo, & si legibus aliter longissimo tempore contingeret; & quia de his & aliis longe ago *in cap fin. hoc tit.* interim videbis quæ præter ordinarios hic congerunt Zeoedus *col.*50 Balboa, Graña, & Barbosa cum multis per eos relatis, quibus addo ad quæstiones Mynchaeam *quæstion. illustr. lib.*2. *cap.*52.53.54. 55.56.70.71.72.73.74.75.80.81. de mala fide Faquineus *lib.*1. *controuers. cap.*63. quid si cognouit post præscriptionem rem alienam esse, an teneatur restituere, *cap.*64 an dubitans præscribat, *c.*65. an mala fides Authoris noceat successori, *cap.*66. an post longissimum tempus allegetur mala fides *cap.*67. an vsucapione directum acquiratur Dominium: *cap.*68.69.& 70. *de titulo, & bona fide, lib.*8. *controuers. cap.*31.32.33.34.35.& *ibi* de quinque pedum præscriptione, de qua iam *in Rubrica de bona fide, & mala.* Sanchez *tomo* 1 *moral. lib* 2 *cap* 23 *q.*5. & *lib.*1 *tomo* 3 *c.*17.18. quid sit conscientia, Azot *lib* 2 *moral. cap* 8.9.& 10. an dubium sit mala fides idem *lib.*8. *moral cap.*9 *quæst.*5. Couarruuias *in reg. possessor* 2.*p.*§ 9. *de præscriptione rerum incorporalium* Sanchez *lib.*1. *moral. tom.*3 *cap.*20. *de tempore, c.*22. & 23 quid præscriptio & vsucapio, Molina *de iustitia tract.*2. *tom.*1. *disput.*60. & an habeat vim in foro interiori, *disput.*61. & de bona fide, *disp.*63. 64.65.66.67 videbis *infra in c. si diligen.*17. *hoc tit.* & quod ad vsucapiendam seruitutem bona fidea desideretur, Balboa *in c. de quarta, hoc tit. quæstion.* 2. *à numero* 32. & cui incumbat onus probandi, *a numero* 33. an aliquando cum mala fide procedat præscriptio, Trulench. *in opere morali, libro* 7. *cap.* 4. *dubio* 5. vbi *dubio* 1. an dub tans rem suam esse, censeatur possidere bona fide, & *dubio* 2. de conditionibus requisitis

requiſitis ad præſcribendum, & ad alia plura in *toto illo cap.4.* vbi recenſet recentiores, & nouiſſimos de hac regentes Anaſtaſius Germ. *lib.3. de ſacrorum immunitatibus cap.* 18. occaſione huius Textus agit Riccius *collect.* 2677. *de Regula de trienniali*, de qua *ſuprà in Rubrica de cauſ. poſſeſſ. & prop.* vt notaui *in cap.* 1. *hoc tit.* nouiſſimè repetit ſuper hunc textum Matthæus Collerus *p.*4. *de proceſſibus executiuis pag.*87. qui ſatis percipitur ex notatis *ſuprà*, & ex his quæ latè dico *infrà* in aliis capitibus huius Tituli.

AD TEXTVM IN CAPITE IV.

Ad aures, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. SOlent Doctores immiſcere materiam huius Textus cum materia textus, *in cap. de quarta hoc tit.* & licet in tempore ad præſcribendum, eadem iura reputentur: tamen quia agit Pontifex de diuerſa ſpecie; nempe circa præſcribendas decimas Eccleſiaſticas alteri Parochiæ, ſeu Epiſcopatui, vel aliis perſonis ſpectantibus; ideò tribuit ſub diſtincta tractatione agere hic.

II. Et in verſic. ibi, *de iure Diuino, & humano melior eſt conditio poſſidentis*, ad hæc applicabis dicta *ſuprà in cap. licet 9. de probationibus*, vbi plura adduxi de priuilegio poſſidentis, & ſic *ibi* dicta, & aſſignata circa poſſeſſores *in tit. de cauſa poſſeſſionis, & in tit. de reſtitutione ſpoliatorum* ideò iam nunc procedo ad genuina textus noſtri. Et præter notata, & dicta quæſtionibus ſequentibus, videbis quæ repetit ad textum noſtrum nouiſſimè Matth. Collerus *de proceſſibus executiuis p.4. pag.*89.

QVÆSTIO I.

Quare vt præſcribat vna Eccleſia aduersùs aliam, decimas, ſit aſſignatum quadragenarium tempus, cum videamus ad præſcribendum decimas in aliena Parochia ſufficere triennalem poſſeſſionem, & quare quadragenalis præſcriptio omnem actionem excludat, cum ad præſcribendum contra Eccleſiam Romanam ſit neceſſaria poſſeſſio centennaria, & in aliis caſibus immemoralis?

SVMMARIVM.

1 *Decimæ præſcribuntur annis quadraginta.*
2 *Quadragennaria præſcriptio omnem actionem excludit.*

1 PRima difficultatis pars redditur difficilis ex textu *in cap. de terra priuileg.* in cuius deciſione in materia decimarum ſufficere videtur ad præſcribendum triginta annorum ſpatium, & redditur difficilis ex textu *in cap. accedentibus* 15. *eodem tit.* vbi in eadem materia requiritur quadragenarium tempus; ſed quia de intellectu horum iurium; & aliorum dixi ſuprà latè *in cap. Sanctorum* 3. *hoc tit.* ideò ad ibi dicta te remitto vbi explicaui quamplura capita ex decreto Gratiani expectantia ad præſcriptionem rerum Eccleſiæ, & ſic decimarum ſolùm poſſeſſionem annorum 30. vbi etiam præter adducta ſuprà *in cap. de quarta*, retuli rationem quare in rebus Eccleſiæ, & ſic in decimarum præſcriptione prærequiratur hodie tempus quadragenarium.

Ad ſecundam quæſtionis partem, quare quadragenalis præſcriptio omnem actionem excludat, difficultatem faciunt textus *in cap. ad audientiam* 13. *hoc tit.* vbi aduersùs Romanam Eccleſiam prærequiritur centenaria, & textus *in cap.*1. *eodem lib.* 6. vbi agitur quando ad præſcribendum requiritur immemorialis; Verùm quia iam ex dictis, & dicendis *ibi & in cap. cum vobis*, apparet de ratione ſpecialitatis, quare in præſcriptione aduerſus immobila Eccleſiæ Romanæ præſcriptio deſideretur centennaria, & quando cum deficit titulus immemorialis illum ſuppleat; Ideò dices ex noſtro iure Canonicò præſcriptionem quadragenariam cum bona fide & titulo, & poſſeſſione continuata omnem actionem excludere; ita vt præſcriptio poſſit præſcribenti aduersùs allegantem ſe Dominum rei fuiſſe, aut eſſe. 2

QVÆSTIO II.

An priuilegium quadragenariæ poſſeſſionis conceſſum Eccleſiæ procedat, etiam quando vna Eccleſia contra aliam præſcribit? Et an Clerici poſſint præſcribere decimas in aliena Parochia: quid de Monaſterio aduersùs alium Monaſterium: Et an hæc decimarum præſcriptio poſſit per laicos continuari, & perfici, & an Clerici præſcriptione eximantur à ſolutione decimarum?

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra æqualiter priuilegiatum in actu exercitu, n.*3.
2 *Eccleſia præſcribit tempore* 40. *annorum, & non minùs.*
3 *Eccleſia contra quam præſcribitur, tranſacto tempore quadragenario, non iuuatur priuilegio ſuo.*
4 *Decimæ nequeunt ab alio præſcribi, abſque parochia, ſeu priuilegio, n.*5. *&* 19.
6 *Clericus in alterius Parochia poteſt decimas præſcribere, ſi Parochiam habeat, ſecùs contra, n.*11. *vbi de ratione.*
7 Cap. cum ſint homines de decimis.
8 Cap. ad aures, cap. Apoſtolicæ de decimis.
9 Cap. de quarta 4. hoc tit.
10 Cap. 1. de præſcript. lib.6.
11 *Clerici agentes ad decimas, debent docere de Titulo.*
13 *Religiò, ſeu Monaſterium, qualiter aduerſus aliam decimas præſcribant, num.* 14. 15. *&* 16. *cum aliis.*

Monaſterium

17 *Monasterium, seu Religio, si rectè acquirunt præscribendo Parochiam,& Ius ad decimas,num.18.*

18 *Ecclesia acquiri præscriptione,potest ab alio,qui sit capax eius.*

21 *Decimas præscribere,seu retinere differt,cum possit ab ablio Ius retinendi præscribi, non sic Ius eas acquirendi.*

22 *Clerici possunt consnetudine eximi à solutione decimarum.*

24 *Decima, quæ Deo debentur in signum vniuersalis Dominij in totum non præscribuntur, sed quota illarum.*

25 *Seruitus non tollitur tempore,sed tantum paratur exceptio.*

1 DOctores per Textum nostrum tractant de
prima, & secunda parte quæstionis principalis;de tertia autem,*in cap.sequent.*& quod Ecclesia,contra quam præscribitur, non possit vti
priuilegio contra Ecclesiam præscribentem æque
priuilegiatum videtur probari ex Textu *in l. verum, §. fin. cum sequenti, ff. de minoribus*, sed potius conquassato vtriusque priuilegio, iuri communi standum esse, de quo, *in l. vnica, Cod. de vsucapione transformanda:* argumento Textua *in l. assiduis*, versic. *duobus, Cod. qui potiores, l. sed & milites, ff. de excusat tutor.* & confirmari videtur ex his, quæ adduxi, *supra latè in cap. 1. de restitution. spoliat. quæst. 2*, versic. *ad vltimam*; vbi
egi de quæstione an priuilegiatus gaudeat priuilegio suo, contra pariter priuilegiatum: Ergo
cum certum sit, vt non gaudeat data paritate in
actu exercito, ex *dicta l. assiduis*, euenit, vt in
materia nostri Textus vbi agitur de præscriptione vnius Ecclesiæ in parrecia, alterius non prerequiratur quadragenaria præscriptio, cum per
priuilegium assignata sit aduersùs Ecclesias ex
cap. de quarta. & ex *ibi* notaris, & *in cap. sanctorum 3. hoc tit.* sed sufficiat ordinaria decem, vel
viginti annorum.

2 Verùm est defendenda regula Textus nostri,
scilicet, vt vna Ecclesia coutra aliam præscribat
tempore quadragenario, & non minus ex nostro Textu, *cap. illud, cap. quia indicante, cap. de quarta, hoc tit. cap. volumus 16. quæst. 4.* itadunt
Doctores in dictis locis, & *in Authentica quas actiones, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*, Balbus *de præscription. 1. p. 5. partis, num 4.* Tyraquellus *de priuilegiis pia causa priuilegio 26.* versic. *contrarium*, Couarruuias *in regula possessor. 2. p. §. 2. num. 3.* Balboa *in dicto cap. de quarta, quæstion.1.*
3 *num. 48.* † Et in tantùm procedit vt Ecclesia,
contra quàm præscribitur, non adiuuetur priuilegio suo transacto tempore quadragenario,
taliter vt in specie nostri Textus detur concursus priuilegiorum, cum illa Ecclesia, quæ præscribit nullum habeat priuilegium; si quidem
tempus quadragenarium totum est assignatum
fauore Ecclesiæ, aduersùs quam fit præscriptio.
Et sic non obstat ratio, *num. 1.* adducta de priuilegiato aduersùs priuilegiatum, non gaudente priuilegio suo, quia hoc contingit in æqualiter priuilegiato in actu exercito sui priuilegij,
nam si vnus fit priuilegiatus in genere, alter
actualiter in specie; iste debet præferri ex Bartoli Doctrina per Textum *in l. fin. ff. quibus ex causis:* Alia adducit Balboa in comprobationem
supra. Videndus *dicta quæst. 1. à num 49.* de quo
ego latissimè adduxi, *in dicto cap. 1. dicta quæst. 2.*
versic. *ad vltimam de restitution. spoliatorum* ideo
hic non repetenda, qui *à num. 54.* respondet ad
Textum *in cap. si de terra*, cum *cap. accedentibus de priuilegiis*, de quorum intellectu ad punctum nostræ quæstionis, Videbis *supra* quæ dixi, *in c. sanctorum 3. hoc tit.*

Ad secundam quæstionis partem, an Clerici 4
possint in aliena Parochia præscribere Ius decimandi, vt respondeam præmitto dicendum aliud
esse loqui de præscribendo iure retinendi decimas prædiorum; aliud de iure percipiendi decimas iure ordinario alteri Ecclesiæ debitas.†Item 5
suppono dicendum quod directe, & per se loquendo nemo, etsi sit persona Ecclesiastica potest Ius decimandi sine Parochia, vel alio iusto
titulo præscribere, quamuis per talem præscriptionem, possit sufficienter præsumi, vel probari priuilegium, ratione cuius tales decimæ iustè postulentur; nam cum decimæ sint stipendium officij, & ministerij ex natura rei ab eo,
qui non seruit, nec laborat iustè. non possunt
exigi; itaque fiet vt desideretur Parochia, vel
priuilegium Pontificium, aut alius iustus titulus,
vt decimæ à Clericis,vel Religiosis,absque Parochia,Ecclesiaue,aut monasterio queant præscribi
ita communiter DD.

Vnde etsi communis Doctorum assertio sit, 6
quod Clericus possit in alterius diœcesi, vel Parochia decimas præscribere, vt notant Couarruuias *lib. 1. variar. cap. 17. num. 7.* Suarez *de relig. tomo 1. lib. 6. cap. 30.* Barbosa *in cap. cum contig. 29. de decimis, num. 3.* verùm Hostiensis *in summa de decimis. § an præscribi possint*, Abulens *super cap. 25. Matth. quæst. 188.* Antonius *2. p. cap. 4. tit. 3. §. 3.* affirmat Clericos, si beneficium, & Parochiam habeant posse illius ratione decimas aliquas præscribere; secus tamen si nec beneficium habeant;
nec Parochiam. † Et sic Textus *in cap. cum sint* 7
homines de decimis, loquitur de Ecclesiis parrochialibus, quæ cum habeant Ius percipiendi decimas
in suo territorio, interdum extenduntur ex præscriptione, & consuetudine ad illas percipiendas
in aliena Parochia sitis. † Eodemque modo lo- 8
quuntur Textus *in cap ad Aures & in cap. ad Apostolica eodem tit.* † Imo, & præscriptio, de qua 9
loquitur Textus *in cap. de quarta, hoc tit.* de Parocho loquitur, qui cum iura Parochialia habeat,
præscriptione extenditur ad illud Ius Episcopale
quartæ funeralis, aut decimalis, de quo latè *ibi* dixi. † Imo & *in cap. 1. hoc tit. lib. 6.* Sermo fit de 10
Episcopo qui contra alium Episcopum præscribit extendendo Ius suum de percipiendis decimis
ad alterius diœcesim.

Vnde euenit, vt in nostro casu Clerici sine Pa- 11
rochia, aut beneficio Ius decimandi præscribere
nequeant; eo quod illud Ius, saltim bona fide possidere, non possint, cum nullum queant habere
titulum, etiam erroneum, non inquam illi, qui Ius
percipiendi decimas non habent, poterunt bona
fide possidere aliarum præscriptionem, quasi credentes sub suo iure comprehendi, & ita iustè
præscribere; secus autem esset in Clericis Parochiam, aut beneficium non habentibus, cum titulum nullum repræsentare possint, cuius rationem
demonstrent, etiam cum bona fide possidere, ac
percipere decimas in aliena Parochia, vel diœcesi
ita vt continuatione interet legitima præscriptio,
ita communiter sentiunt Doctores.† Quare Ric- 12
cius *collect. 993.* ad Textum nostrum, in versic. *licet*, & Cardinalis Puteus *decis. 371. lib 1.* dicunt
quod

quod Clerici agentes ad decimas, debent docere de titulo; itaut non sufficiat decennalis possessio, idemque si ageret Iudicio possessorio idem Riccius *suprà*, & Puteus *decis.*413. *lib.*1.& qualis Titulus requiratur videndus Veral. *decis.* *p.*1. *& decis.*306. *p.*3.

13 Ad tertiam quæstionis partem de Religiosis præscribentibus decimas, siue in aliena Parochia, siue Diœcesi, videtur respondendum eadem doctrina, ac *suprà* de Clericis est adducta; Nam Hostiensis, Abulensis, & Antoninus iam *suprà* relati asserunt Religionem non posse acquirere ius decimarum, nisi aliundè habeant vnitam aliquam Parochiam; ratione cuius possit præscribere decimas in aliena Parochia, & constituendo differentiam iam *suprà* adductam inter ius retinendi decimas; quod potest etiam à laicis præscribi, vt dico infrà *in cap. sequenti*, tota difficultas adest in iure percipiendi decimas alteri Ecclesiæ debitas, in qua specie duplex continetur casus.

14 Primus quando præscriptione acquiritur, non solùm ius illud percipiendi decimas, sed etiam fundamentum, quod est spirituale Ministerium præstandum; aliàs ex officio, ratione cuius decimæ dantur. Secundus quando præscriptione acquiritur ius ad percipiendas decimas separatum ab omni ministerio spirituali, & ab omni obligatione ad illud.

15 Vnde & si de rebus in tractatu de decimis *q.*13.*n.*63. absolutè dicat Religiosos posse præscriptione acquirere ius decimarum, quamuis non habeant Ecclesias Parochiales, & quamuis pro sua opinione alleget Turrecrematam *in cap.fin.* 16.*q.*1. referaturque pro eo Textus *in cap. cum in tua* 30. *de decimis*, & in confirmationem alia adducantur de habilitate personarum ad præscribendum, quales sunt omnes Clerici, & Ecclesiasticæ personæ, vtpotè Religiosi, quæ incapaces non sunt rerum Ecclesiasticarum possidendarum; Et sic acquirendi decimas, cum hæc prohibitio contra laicos sit in iure scripta *in cap. sequenti, hoc tit.* argumento Textus, & doctrinæ *in cap.*2. *cap.*3. *cap.* 4. cum aliis, & *in cap. qualiter de Iudiciis.*

16 Tamen Monasterium, & Religiosi non acquirere rectè per se sine alia adiectione, seu adminiculo decimas in aliena Parochia, siue Monasterio, quia vt iam adduxi nemo etiam si sit persona Ecclesiastica potest ius decimandi sine Parochia, vel alio iusto Titulo præscribere, quamuis per talem præscriptionem possit sufficienter præsumi, vel probari priuilegium, rationæ cuius tales decimæ iustè postulentur; non enim absque eo, vel alio Titulo Parochiali, siue Monasterij queunt decimæ in alieno territorio præscribi, vt iam de Clericis dixi.

17 Quare constituendum est in hoc dubio Monasterium, siue religiosos nomine sui Monasterij rectè acquirere posse decimandi ius alicuius Parochiæ præscribendo ipsammet Parochiá, seu Ecclesiam, hoc ast illius Parochialia ònera in
18 se suspiciendo. † Probatur nam Ecclesia rectè potest præscriptione ab alio acquiri, qui eius capax sit, quales sunt Religiosi, vt aduertit Siluester verbo *præscriptio*, *el segundo num* 4 & vulgò adducunt hic Doctores, & Balboa *in cap. de quarta hoc tit. q.* 3. *num.*20. sed quando Ecclesia acquiritur certum est decimas etiam acquiri, quasi acquirendo fundamentum decimarum, ergo cum semper decimæ titulo Parochiæ exigantur, euenit vt sit conueniens, quod decimæ ad præscriptionem Parochiæ præscribantur ad tradita per Doctores *hic*, & *in cap. cum contingat* 29. *de decimis*, *& in cap. cum ex officij hoc tit.* vbi præscriptio iuris visitandi, procuratio etiam possit præscribi quæ aliàs sine illo iure non præscribitur.

Non enim sub alio colore, præter priuilegium, aut Parochiam possunt decimæ acquiri, 19
itavt nec bona fides præsumatur, cum contineret talis præscriptio claram iniustitiam, imò & nullum posset habere titulum iustum. Et sic non obstat doctrina Rebuffi *suprà* adducta, quæ vel falsa est, vel debet suppleri per adiectionem præfatam, cum qua personæ Ecclesiasticæ habiles sint ad possidendum decimas, rectè eas præscribunt Titulo Parochiali, quem habent, aut si illum non habeant ex priuilegio de quo priuilegio latè dico *infrà in cap. sequenti.*

Ad quartam quæstionis partem, an hæc præ- 20
scriptio possit per laicos continuari circa decimas in aliena Parochia dico *infra in dicto cap. sequenti hoc tit.*

Ad quintam quæstionis partem, an Clerici 21
præscriptione eximantur à solutione decimarum, vt respondeam; iterùm repeto aliud esse præscribere ius retinendi decimas, aliud verò esse eas acquirendi de isto modo respectu Clericorum, & Religiosorum, iam latè egi, & in casu nostri dubij dico quod cum hoc ius retinendi decimas sit ius eas non soluendi, quod non est spirituale ius, sed quædam immunitas ab onere temporali, quæ legitima potest acquiri consuetudine, ideò posse præscribi, non solùm à Clericis, & Religiosis, verùm & à laicis, vti probatur ex textu *in cap. statuto*, §. *penult. de decimis lib.*6. vbi Doctores latè agunt, ita Couar. *dicto lib.*1. *var. cap.*17. *num.*10. Azeuedus *in l.*6. *tit* 5. *lib.*1. *recop.* qui dicunt Clericos, & Religiosos posse præscribere decimas cum sint capaces quasi possessionis spiritualium Iurium ita receptum à iuris vtriusque professoribus, & præsertim à Glossa *in cap. in aliquibus de decimis*, & idem Couar. *suprà num.* 10. versic. *primum hanc constat*, Azor. *lib.*6.*moral. c.*26.
*q.*2. Moneta *de decimis p.*6. *n.*96. † Docent posse 22
Clericos consuetudine eximi à solutione decimarum omnium tam prædialium, quàm personalium; etiam ratione bonorum patrimonialium, vt docet etiam Balbus *de præscrip. p.* 5. *princ. q.*7. Barbosa *in dicto cap. in aliquibus n.* 6. Felinus *in cap. causam quæ isto tit.* Dominicus *in cap.*2. § *pen de decimis lib.*6. iuxta textus decisionem *in cap. de quarta hoc tit.* hanc opinionem intelligentes, etiam quoad totam decimarum portionem; & num autem consuetudo de decimis, vt minores soluantur, ad hoc, vt valeat requiratur probatio Papæ, tradit Boërius *decis.*136.

Sed an laici ius decimas retinendi, seu non 23
soluendi possint præscribere dico *infrà in cap. sequenti* & an consuetudo in decimarum solutione habeat vim aliquam ad eximendos ipsos laicos ab eo iure; quo soluere decimas tenentur, dico *ibi*, & de illis, quæ proportionabiliter possunt ad hunc Textum applicari; ad cuius extensam tractationem applicabis alia quæ no-
tat. † Ricc. *dicta collect.*993. ad textum nostrum 24
vbi cum dicat in principio, vt decimæ possint

præscribi

præscribi : limitat in illis, quæ Deo debentur in signum vniuersalis dominij, quia in totum præscribi non possunt, vt dicit Balbus *decis.* 29. sed quota illarum vniformiter poterit præscribi vt docent Franciscus Marcus *decis.* 205. *p.* 1. *&* *decis.* 667. *p.* 2. Paponins *lib.* 1. *tit.* 12. *arresto* 3. Ioseph. Ludouicus *decis. perus.* 106. Guido Pap. *decis.* 284 & Ioseph. Ludouicus *decis. perus.* 72. docet de tempore quo ius percipiendi decimas præscribitur, & Papon. *lib.* 12. *arresto* 23. *tit.* 3. docet de tempore, intra quod detur restitutio, contra præscriptionem decimarum.

25 Et quia etiam per nostrum Textum Doctores Canonistæ agunt de illa regula, quod tempore non tollitur obligatio, nec seruitus realis ipso Iure finitur, etiam ex conuentione partium, sed tantùm paratur exceptio ex *l. eum qui ita*, §. *qui ita, ff. de verb. obligation. l. obligationum ferè*, §. *placet, ff. de actionibus, & obligationibus*, & inferant præscriptione 30. annorum, supradictam obligationem ipso iure non tolli, sed ope exceptionis, de qua Regula afferens duas ampliationes, Gratianus cum multis videndus, *Regula* 450. ipse tredecim illam limitat ibi, *à num.* 5. ex multis Doctoribus, & legibus. Tamen quia iam aliqua adduxi. Ideò recurres ad dicta *suprà in cap. de quarta hoc tit. q.* 4. in versic. *ad secundam*, vbi egi de dubio, an tempus sit modus tollendæ obligationis.

QVÆSTIO III.

An restitutio aduersus præscriptionem decimarum detur ex iusto ignorantiæ capite. Et an vt bona applicata Fisco præscribantur desideretur semper quadragenaria præscriptio, tam in Fisco sæculari, quam Ecclesiastico, etiam in causa hæresis?

SVMMARIVM.

1 *Restitutio ex iusto ignorantiæ capite, quando concedatur aduersùs præscriptionem num.* 2. *&* 3. *& aliis, vbi de subdistinctione.*
L. si Pater, §. 1. iuncta Glossa, ff. quemadmodùm seruitus amittatur.
3 *Restitutio competit ex iusto ignorantiæ capite in præscriptione decennali, seu vincennali contra, num.*6. *de iure Ciuili.*
4 *Restitutio ex* cap. ignorantiæ. *in præscriptione longissimi, an concedatur sub lite est.*
6 *Restitutio ex* cap. ignorantiæ *in præscriptione immemoriali denegatur, num.*6.
7 *Textus nostri verba intelliguntur.*
8 L. 1. ff. ex quibus causis maiores restit.
9 L. 1. §. si quis, ff. de itinere, actuque priuato.
10 L. Athilicinus, ff. de seruit. rusticor.
Leg. ab hostibus, ff. ex quibus causis majores.
11 *Restitutio decimarum intra quod tempus detur aduersus præscriptionem.*
12 *Laicus an possit petere restitutionem de decimis spoliatus.*
13 *Restituuntur Ecclesiæ, & minores aduersùs præscriptionem quadragenariam.*
14 *Bona quæ spectans ad Fiscum, sunt in duplici differentia, vel nondum Fisco acquisita, vt pœna, vel vacantia num.* 15.
15 *Bona vacantia sine hærede, si non sunt denuntiata Fisco præscribuntur tempore ordinario.*
16 *Bona Fisco iam denuntiata, & incorporata præscribuntur* 40. *annis si sunt immobilia, si tamen mobilia quadriennio, n.*17.
18 *Bona Fisco Ecclesiæ incorporata, siue non præscribentur tempore quadragenario, tantùm fallit in Fisco Ecclesiæ Romanæ, in quo desideratur centenaria, n.*19.
20 *Bona Fisco applicata ob vectigal non solutum seu ob crimen hæresis, qualiter, & quo tempore præscribantur aduersus Fiscum Ecclesiasticum, seu Regium, n.*21, 22.
21 Cap. 2. de præscript. lib. 6.
22 *Hæretici mortui bonorum confiscatio etiam post quadriennium procedit.*
23 *Res Fisci tempore ordinario non vsucapiuntur, secus longissimo.*
L. quamuis 18. ff. de vsucapion. l. 1. Cod. communia de vsucapionibus, l. 1. & per totum, Cod. ne rei dominiæ, vel templorum, §. res Fisci, Inst. de vsucap.

AD primam quæstionis partem, de qua disputant Doctores occasione verborum textus nostri ibi, *quadragenalis præscriptio omnem prorsus actionem excludit*, & quia iuris est controuersia; an aduersus præscriptionem competat majoribus 25. annis in integrum restitutio ex causa iustæ, & probabilis ignorantiæ, de qua scribunt Couarr. *in Reg. possessor. malæ fidei p.*3. §. 2. *de Regulis iuris, lib.*6. Abbas, & Felin. *in cap. vigilanti hoc tit.* Pinellus *in Auth. nisi tricennale, num* 58. *Cod. de bonis matern.* Crauet. *in cons.* 101. Boërius *decis.* 39. Sfortia Odd. *de restit. in integrum p.*3. *q.*90. Franciscus Sarmient. *selectar. interpret. lib.* 2, *cap.* 10. Federicus Scoto *in cons. lib.* 4. *tomo* 2, Faquinet. *lib.* 1. *controuers. cap.* 69. vbi non ignorare ait eam sententiam vsu forensi receptam, quæ restitutioni fauet; Verùm contrariam sententiam legibus magis communem, & consenraneam existimet, quam probat ex *l. vltim. Cod. de præscript. long. temporis* in versic. *nulla*, & ex *l. sicut, Cod. de præscript.* 30. *vel* 40 *annorum*, in versic. *non absentia leg. omnes, Cod. eodem, l. fin. de fundis Patrimonialibus lib.* 11. in versic. *nullam*, & versic. *à publico*, & ex *l. vnica, Cod. de vsucapione transformanda*, & ex nostro Textu ex verbis iam adductis, & ex eo quia si restitutioni locus est propter ignorantiam numquam, vel raro præscriptio locum haberet, cum nemo pateretur res suas ab alio vsucapi. 1

Sed quod restitutio locum habeat probari videtur; tum ex *leg.* 1. *ff. ex quibus causis majores restituantur* in versic. *si qui alia iusta causa esse videbitur in integrum restitutam.* Secundò ex *l. si.* §. *si quis propter, ff. de itinere, actuque priuato* in verbis ibi, *si quis propter inundationem vsus non sit itinere, actuque hoc anno, cum superiore vsus sit, potest repetita die hoc interdicto vti per in integrum restitutionem ex illa parte edicti, si qua mihi iusta causa videtur.* Tertio ex Textu *in l. Athilicinus, ff. de seruitut. rusticor. prædior.* Quarto ex Textu, *in l. ab hostibus, ff. ex quibus causis majores.* Quinto ex *l. si partem*, §. 1. *juncta Glossa, ff. quemadmodum seruitus amittatur.* Deinde ex duplici ratione 2

tione. Prima quia cum ex causa infirmitatis re-
stitutio concedatur; Item & ex causa ignorantiæ
erit concedenda; cum iustum impedimentum
afferre videatur. Secunda quia præscriptio in-
ducta esse videtur in odium negligentis: ergò
cum ignorans adhuc negligens dici non possit,
cur non restituetur aduersùs præscriptionem
contrariam.

3 Et cum Doctores varias solutiones afferant
ad fundamenta cuiuslibet præfatæ sententiæ,
existimo ad veram eius solutionem tres esse di-
stinguendos casus. Primus ordinariæ præscri-
ptionis 10. vel 20. annorum, quæ licet currat
contra ignorantes; illis tamen restitutio com-
petit ex iusto ignorantiæ capite, *l. etiam ei 45.
ff. de minoribus.* Secundus casus in præscriptione
longissima 30. vel 40. annorum. Tertius casus
4 præscriptionis immemorialis. † In his vltimis
casibus est duplex Doctorum assertio, cum in
prædicto secundo casu existiment nonnulli non
dari restitutionem ex Glossa *in cap. auditis,* ver-
bo *Iure minoris de in integrum restit. Glossa in Cle-
ment. vnica eodem tit.* verbo *lapsum* iuxta Tex-
tum *in dicta l. omnes, l. competit, l sicut, Cod. de
præscrip. 30. vel 40. annorum,* quibus cauetur
omnes actiones, & omnia iuris remedia 20. vel
40. annor. spatio finiri: Tamen Accursius *in
Auth. quas actiones,* verbo *excluduntur, Cod. de
Sacrosanctis Ecclesiis,* Boërius *decis.* 39 Afflictis
decis. 329. & relati a Couarr. *suprà in Reg. possess.
dicta 3. p. §. 3. n 3.* Balboa *in cap. vigilanti hoc tit.
num.* 62. docent aduersùs longissimam præscri-
ptionem concedendam esse in integrum restitu-
tionem; & Cephalus *cons.* 1. *& cons* 116. *volum.* 1.
ita tenens ait Iura pro contraria iam relata so-
lùm excludere actiones ex transcursu longissimi
temporis, non inquam restitutionis beneficium
quod fauorabilius est.

5 In tertio autem casu immemorialis præscri-
ptionis ex capite ignorantiæ non dari restitu-
tionem: probant Couarr. Pinellus, Sarmient.
Sfortia, Oddus, & alij iam relati, ex eo quia
talis præscriptio Ius constitutum facit, iuxta
*l. 2. ff. de aqua pluuia, l hoc Iure, §. ductus, ff de
aqua quotidiana,* & ita vsu forensi, & in praxi
receptum testatur Balboa cum relatis Doctori-
bus *in dicto cap. vigilanti, num.* 63. vbi *num.* 4.
referens ex Faquineo *dicto cap. 69. lib. 1. contro-
uers. majoribus,* nullam *ex cap. ignorantia* dan-
dam esse resolutionem, & tanquam probabi-
lius admittens in puncto Iuris per fundamenta
iam adducta *sub num 1. ibi num. 64* respondet
fundamentis contrariæ sententiæ, ex quibus
probari videtur non denegari talem restitutio-
nem iuxta similem responsionem, quam singu-
lis præstitit idem Faquineus *dicto lib. 1. contro-
uers. cap. 69.* à versic. *illud.*

6 Sed si fauorabilem sententiam sequaris; tunc
dices præscriptionem de Iure, etiam ignoranti-
bus obesse; Tamen non probari, nec idcircò
colligi posse restitutionem esse denegandam:
Nam & absentibus causa Reipublicæ nocere
solet, qui in integrum sunt restituendi; Quam
rationem improbent ipse Balboa *suprà num.* 65.
& Faquineus *dicto cap.* 69. in versic *respondent*
dicendo legibus cautum esse, vt absentes causa
Reipublicæ restituantur, nihil tamen cautum
esse legibus, vt ex causa ignorantiæ aduersùs
præscriptionem ignorans restituatur.

7 Quare ex his verbis Textus nostri in dicto
versic. *quadragenalis præscriptio omnem prorsus
actionem excludit,* satis probatur, nec priuile-
gio restitutionis esse infringendum Ius iam ac-
quisitum per præscriptionem legitimè introdu-
ctam, quod non solùm videtur admittendum
de Iure Canonico in præscriptione quadrage-
naria, seu immemoriali, sed etiam de Iure Ci-
uili in præscriptione decem, vel 20. annorum.
† Absque eo vt obstent verba Textus *in dicta* 8
l. 1. ff ex quibus causis majores. quia verba *ibi,*
iam relata sunt nimis generalia, & solùm pro-
bant restitutionem concedi; Nam ex qualibet
causa, quæ iusta esse videatur, sed ex illa, quæ
legibus plebiscitis edictis, Senatusconsultis, &
aliis Principum placitis concessum legatur.
† Nec Textus *in dicta l. 1. § si quis, ff. de itinere,* 9
actuque, quia non loquitur de impedimento,
quod ex ignorantia procedit, sed de aliis, in
quibus iustè conceditur restitutio. † Eodem- 10
que modo esse intelligenda Iura *in dicta l. Ashi-
licinus, dicta l. ab hostibus,* qui loquitur de ab-
sente capto: ita Balboa *in dicto cap vigilanti,
num* 66. Faquineus longè *in dicto cap. 69. à dicto*
versic. *illud lib. 1. controuers.* † Et intra quod 11
tempus detur restitutio contra præscriptionem
decimarum: tradit Paponius *lib. 12. arresto 13.
tit. 3.* Riccius *collect.* 993. ad Textum nostrum in
fine, vbi eum refert.

Et an laicus decimis spoliatus possit petere 12
in integrum se restitui, Guid Pap. *decis.* 288.
Imò Couar. *in dicta p 3. Reg. possessor.* §. 3 acer-
rimè defendit, *num 4.* † Ecclesiam, & mino- 13
res restituendos esse aduersùs præscriptionem
quadragenariam cum multis ab eo relatis, &
videndus ibi à versic *quarto* in fine, §. vbi plu-
res commemorat dignos scitu.

Ad secundam partem quæstionis iam non- 14
nulla notaui *in c. 1. hoc tit.* sed vt respondeam di-
cendum est quod bona, quæ ad Fiscum spe-
ctant sunt in duplici differentia, quædam non-
dùm Fisco acquisita, veluti pœna, quæ admisso
iam crimine ante sententiam nondum debetur
Fisco, nec in eo censetur incorporata, de quibus
bonis loquitur Textus *In l. post contractum, ff. de
donation. l 1. tit. 4 p. 5.* videndi Concius *lib. sin-
gulari ad leg. Iul. Majest. pag.* 53. Anton Faber
lib. 7. coniect. cap. 20. & innumeri relati à Sanct.
lib. 2. mor. cap. 21. & 22. Hæc enim bona Fisco
incorporata non censentur; sed solùm debita,
quamuis alias statutum sit vt ipso Iure incurra-
tur pœna, vt *in cap. cum secundùm leges de pœnis
lib. 6* † Hæc enim quæ aliàs vacantia dicuntur, 15
quia aliquis v.g. sine hærede mortuus est: Tunc
vel non sunt denuntiata Fisco, & præscribun-
tur tempore ordinario, *l. quamuis, ff de vsucap.*
simul cum Titulo, & bona fide contra priua-
tos; videlicet si res sit mobilis triennio, si ve-
rò immobilis tempore longo decem inter præ-
sentes; & viginti annorum inter absentes *l. vni-
ca, Cod. de vsucapione transformanda, dicta leg.
quamuis,* sed si bona fide sine Titulo possi-
deantur, desideratur Triennalis possessio, &
præscriptio; Et hoc intelligitur de quibuscum-
cumque bonis Fisci, Fisco nondum incorpo-
ratis. *leg. in omnibus ff. de diuers. & temp. præ-
script. leg. 2. 3. & 4. ff. de requir. Reis, leg. qua-
re, Cod ad legem Cornel. de falsis,* nisi in casi-
bus aliter in Iure expressis, vt in specie Tex-
tus *in dicta leg 3. ff. de requirendis Reis,* Balboa
in cap. dequarta hoc tit. quæstion. 1. num. 59. & 65.

Trullenq. *in opere moral. cap. 3. dub. 10. sub n. 3.* cum aliis per eum.

16 Quod si bona iam sint denuntiata Fisco sæculari, eique acquisita, & in eo iam incorporata, tunc aduersùs eum non minùs, quàm quadragenaria præscriptio procedet cum bona fide *l. omnnes. l. competit, Cod. de præscript. 30. vel 40. annor.* docent Panormit. *in cap. cum nobis n. 11. hoc tit.* Bartol. *in l. in omnibus, ff. de diuersis, & temporalibus præscriptionibus*, Siluester verbo *præscriptio 1. q. 7.* cum adductis à Couarr. *in quarto p. 2. cap. 6. §. 8. n. 17. & in dicta Reg. possessor. 2. p. §. 2. n. 7.* Boërius *decis. 264.* Molina *de Iustitia tom. 1. tract. 2. disp. 73.* Balbus *de præscript. 2.*

17 *p. 5. partis principalis.* † Et in bonis mobilibus videtur dicendum tempus quadriennij sufficere ad hanc præscriptionem ex *l. 1. Cod. de quadriennij præscriptione*, Trullenq. *in opere morali dicto dubio 10. sub num. 3.*

18 Sin autem bona Fisco Ecclesiæ incorporata sint, siue non ad eorum præscriptionem aduersùs Fiscum Ecclesiæ semper desideratur præscri-

19 ptio quadragenaria. † Nisi Fiscus sit Ecclesiæ Romanæ, contra quam sola admittitur centenaria præscriptio, vt latiùs docuit Panormitanus *in cap. cum nobis, à n. 9. hoc tit.*

20 Vnde infero quod si bona ob crimen commissum Fisco applicantur, putà ob vectigal, non solùm ob Hæresis, vel Læsæ Majestatis crimen; Tunc si loquamur de Fisco sæculari post quinquennium, datur eorum præscriptio, & omnis actio extinguitur Fisci, aut loquimur de Fisco Ecclesiastico, & tunc spectato Iure communi seruanda est constitutio *cap. 2. hoc tit. lib. 6.* vt bona ob delictum commissum Ecclesiæ Romanæ, non nisi centum annorum spatio iuxta speciale eius priuilegium, sed aduersùs inferio-

21 rem Ecclesiam 40. annis præscribuntur. † Imò & quod etiam in causa Hæresis locum habeat vt filij, si Catholici sint 40. annorum spatio, non tantùm contra Ecclesias particulares, sed etiam Romanam præscribere possint; docent Abbas *dicto cap. cum nobis n. 8. hoc tit.* Couarr. *in dicta Regula possessor. 2. p. §. 2. n. 10.* Layman. *tomo 1. lib. 3. sum lib 3. tract. 1. cap. 8. n 14.* versic. *loquor*, Trullenq. *dicto lib. 7. cap. 4. dubio 10 sub n. 3.* qui in versic. *vnde*, colligit Hæreticorum, bona nunquam præscribi posse contra Fiscum, nec ab ipso Hæretico, nec ab eius Hæredibus ad quos ea deuenerunt, nisi illi ignorauerint eum esse Hæreticum, & 40. annis cum ea ignorantia possederint iuxta mentem *dicti cap. 2. hoc tit. lib 6.* cuius dispositionem, & non Iuris Ciuilis esse seruandam in hoc crimine: optimè ostendit Azor. *3. p. Institut. moral. lib. 1. cap. 23. q. 6.* Nam bona confiscata Hæreticorum Fisco Ecclesiastico, & non Regio, nisi speciali aliquo priuilegio debentur, vt contingit in inquisitionibus Hispaniæ; Nam in istis quia Reges Hispaniæ inquisitiones dotarunt; Ideò eius nomine bona Hæreticorum confiscata, Fisco Regio applicantur: Vide Sairum *in Claui Regia lib. 9. cap. 12. num. 31.* Couarruuias *in 4. decret. p. 2. cap. 6. §. 8.* Lessium *lib. 2. de Iustit. cap. 6. num. 38.* & ibi videndus, *n. 37.*

22 Et in hoc crimine Hæresis aduersùs Fiscum Regium non datur, nec admittitur minor quadragennaria præscriptio, vt notant Molina *de Iustitia tom. 1. tractatu 2. disp. 37. conclus. 4.* cum Gomezio, & Couarruu.. Simancas *de Catholicis Instit. cap. 9. num. 134* Balboa *in dicto cap. de quarta hoc tit. q. 1. num. 63. & 64.* vbi improbat Bartolum *in l. 2. Cod. de Apostatis*, quatenùs putauit Hæreticæ prauitatis Inquisitores post quinquennium à morte Hæretici, non posse inquirere de illius crimine ad effectum confiscationis bonorum, quod aliter in praxi admittitur; Imò & in hac Inquisitione Vallisoletanæ ab eius erectione circiter per annos 170. Ita video ex Regulis antiquis demonstratum, & practicatum.

Quare & si per Textum *in l. quamuis 18. ff. de vsucapionibus leg. 2. Cod. communia de vsucapion l. 1. & per totum, Cod. ne rei Dominicæ, vel Templorum Iustinianus in §. res Fisci Inst. de vsucapion.* Et Doctores in prædictis locis doceant res Fisci vsucapi non posse; Tamen dicendum est vsucapionem longi temporis decem annorum contra Fiscum non habere locum ex dictis iuribus ita intelligendis, sed non denegari præscriptionem, quasi differant vsucapio, & præscriptio iuxta tradita *suprà ad Rubricam*; Hæc enim solum est actionum, illa enim alienarum rerum acquisitio, tradit Balboa *suprà in dicto cap. de quarta quæst. 1. num. 62.* cum Abbate, *in cap. fin hoc tit. num. 15.* adnotante quod in casibus, vbi denegatur præscriptio, seu vsucapio intelligitur ordinaria, non verò longissimi temporis, &c. Videbis Conanum *lib. 3. comment. cap. 15. num. 6.* Peirum Gregorium *parte 3. syntagmat. lib. 39. cap. 2. n. 5.* Molin. *de primog. cap. 6 num. 32. & 49.* Azeued. *in l. 2. tit. 15. lib. 4. compil* Parlador. *lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 1.* Pichard. cum ab eo relatis, *in dict §. res fisci inst. de vsucapionibus.* 23

AD TEXTVM IN CAPITE VII.

Causam quæ, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. QVATENVS ex Textu nostro deducitur; Ideò laicos spiritualia præscribere non posse, quia ea possidere non possunt, veniunt applicanda illa omnia quæ dicta sunt de incapacitate laicorum *in cap. 2. cap. 3. cap. 4. cap. nouit, cap. 17.* cum aliis, *& in c. fin. de Iudiciis, & in dicto c. 8.* vbi quod nec consuetudine in Clericos Iurisdictionem acquirere valent, & de multis aliis adduxi *in toto tit. de foro comp. & in cap. tuam de ordine cognition.* vbi decimarum causa, coram quo Iudice sit agitanda: applicabis dicta *in cap. cum sit generale de foro.*

II Et de materia huius Textus præter ordinarios agunt hîc Balboa, Graña, & Barbosa cum infinitis per eos relatis; Sed quia solent Doctores inquirere, non solùm de prohibita decimarum Iurispatronatus collationis; siue electionis beneficiorum præscriptione à laicis facienda; & numquid idem de consuetudine dicatur, & quid operetur priuilegium Pontificium, seu aliterius; Ideo de his nunc inquiro qualiter autem decimas Clerici, & regulares acquirat iam *in c. præcedenti* adduxi, & quoto spatio

præscriban

præſcribantur, *& in cap.* 3. *& in cap. de quarta, eodem*, & ad materiam *in cap. prohibemus de decimis cap. fin. de rerum permutatione in cap. cum Apostolica de his quæ fiunt à Prælatis.* Aliqua ad hunc textum inſtat nouiſſimè Matthæus Collerus *de processibus executiuis, q.4.p.91.*

QVÆSTIO I.

Quare laici decimas præſcribere nequeant, cum decimas ex locatione, aliiſve modis percipere valeant; Imò & ſpiritualia administrare: Et an qui præſcripſit decimas debeat probare quod illas haberet ante Concilium Lateranenſe: An laici conſuetudine poſſint decimas acquirere, ſeu an ſint immunes ab earum ſolutione, vbi quid de præſcriptione: Et quid per Priuilegium, vbi de differentia inter conſuetudinem, & præſcriptionem?

SVMMARIVM.

1 *Decimæ à laicis locari queunt, n.12.13.14.*
2 *Laici poſſunt tractare cauſas beneficiales, & Eccleſiaſticas agere, n.16.*
3 *Laici queunt adminiſtrare Baptiſmi Sacramentum, confeſſiones audire, Iuſpatronatus obtinere, num.17.18.*
4 *Præſcriptio immemorialis comparatur priuilegio, num.19.*
5 *Laici queunt priuilegio decimas obtinere.*
6 *Præſcriptione poteſt acquiri à non poſſidente.*
7 *Laici quare nequeant decimas præſcribere, & num 8.9.10.11.*
8 *Decimandi Ius dependet à Sacramentorum adminiſtratione.*
9 *Textus noſter intelligitur, & num.10.*
10 *Lateranenſe Concilium prohibet ne decimæ dentur laicis in feudum.*
12 *Laici interdum nomine alieno percipiunt Ius decimarum.*
13 *Epiſcopus poteſt concedere alicui ad vitam, vt percipiat decimarum fructus.*
14 Cap. veſtra de locato, cap. fin. ne Prælati vices ſuas extrauagans ambitioſæ de rebus Eccleſiæ.
15 *Locari decimæ poſſunt à quolibet Clerico eas poſſidente, & idem de quolibet alio contractu.*
16 Cap 2. de Procurat.
16 *Baptizare quare laicus poſſit.*
18 *Confeſſiones à laico Sacramentaliter non audiuntur.*
20 *Decimas præſcribens, numquid debeat probare eas habuiſſe ante Lateranenſe Concilium.*
21 *Laicus decimas vſurpans dignus eſt animaduerſione, nec eas conſuetudine acquirit.*
23 *Laici conſuetudine, quando præſcribant obligationem ſoluendi decimas de prædiis ſuis, & qualiter n.24.25.26 n.36.*
27 *Laici priuilegio expreſſo, & conceſſione Apoſtolica, decimas queunt percipere, non aliter, etiam conceſſione Imperiali, num. 32. quid de Epiſcopis, n.33 34.35.*
28 *Tertiæ reales conceſſæ ſunt ex decimis Regibus* Fermoſin. de Exceptionibus. *Hiſpaniæ à Pontificibus. num.30. 34.*
29 *Laici qualiter ex fundatione potuerunt decimas habere.*
31 *Decimæ dicuntur eſſe de iure Diuino, & naturali.*
33 *Epiſcopi ante Lateranenſe Concilium decimas laicis concedebant.*
34 *Priuilegium, & præſcriptio, quoad percipiendas decimas à laicis differunt, quid de conſuetudine, num 36.*
36 *Conſuetudo, & præſcriptio ſeptem modis differunt* num ſequent.
37 *Præſcriptione acquiritur Ius priuatæ perſonæ, ſed conſuetudine acquiritur in communi aliæ differentiæ præſcriptionis, & conſuetudinis,* num. ſequentibus

DVbitationem mouet primò; Nam ſi ratio propter quam laici decimas præſcribere 1
nequeunt vera eſſet, ſequeretur, vt neque decimæ à laicis locarentur, eo quod ſpiritualia reputantur, quæ à laicis poſſideri non poſſunt; ſed conſtat contrarium ex Textu *in cap. veſtra de locato, cap. fin. ne Prælati vices ſuas extrauag, ambitioſæ de rebus Eccleſiæ*, ergò.

Secundò quia non conſtat laicos rerum ſpiritualium eſſe omninò incapaces, quas ſæpè 2
tractare valent *ex cap.* 1. *de Procurat. lib. 6.* vbi poſſunt laici tractare cauſas beneficiales acceptare beneficia. & alia ſpiritualia, ſeu Eccleſiaſtica agere iuxta longe adducta *in cap.* 2. *de Iudic.* & in aliis capitulis eiuſdem tituli. † Qui etiam poſſunt adminiſtrare Sacramentum Bap- 3
tiſmi *cap. conſtat, cap. mulier, cap. in neceſſitate de conſecratione diſt.* 4. poſſunt etiam confeſſiones audire *cap quem pœnitet*, verſic. *tanta de pœnit. diſt* 1. poſſunt etiam obtinere Iuſpatronatus *cap.* 1. *&* 2. *cap. quia Clerici de Iurepatronatus*, quod eſt ſpirituale, *cap. quanto* 3. *de Iudic.* ergò cum decimæ in rebus temporalibus conſiſtant, quid mirùm vt à laicis poſſideri, & præſcribi queant.

Tertiò nam præſcriptio præſertim immemorabilis priuilegio comparatur *cap. ſuper quibuſ-* 4
dam, de verb. ſign. c. 1. *§ fin. hoc tit. lib.6. l. hoc Iure, §. ductus aquæ ff. de aqua quotid.* Itavt vulgò traditum ſit id quod priuilegio fieri poteſt poſſe etiam, & præſcriptione *c. duo ſimul de offic. ordin. c. cum contingat, de foro compet.* † At laici conceſ-
ſione, aut priuilegio poſſunt decimas obtinere, 5
c. quamuis de decimis, c. 2. *eodem lib.6. c. cum Apoſtolica de his quæ fiunt à Prælatis l.*22. *tit.*20 *p.*1. ergò laicus decimas præſcribere poterit, quamuis non poſſit illas in alium transferre, *c. prohibemus, cap. tua, § fin. cap. dudum decimis.*

Et confirmatur ex *l. iuſto ff de vſucap. l.* 1. *§. Sceuola ſi tract liber eſſe iuſſus, l. ſi quis diuino, ff ſi* 6
ſeruitus vindicetur, l. omnes, Cod. de præſcript vbi an non poſſidente præſcriptione poteſt acquiri.

Vt ergò materiam text. noſtri DD. explicent plura ſupponunt diſtinguenda; nam primò di- 7
ſtingunt inter Titulum, ſeu Ius decimas percipiendi, & inter ipſas decimas quatenùs ſunt fructus temporales pretio æſtimabiles de titulo, ſine Iure eas percipiendi, dicunt eſſe quid ſpirituale, quatenùs habet fundamentum in ſpirituali Miniſterio poteſtate, & obligatione miniſtrandi ſpiritualia, ratione cuius Miniſterij ſpiritualia debentur ex Textu, *in capite finali, de rerum permutatione*, de quo eſt

casus nostri textus; Itaque euenire, vt decimæ quatenùs sunt fructus Ecclesiastici, laicis per se non debeantur; nec vllo modo sint eis soluendæ; & sic etiam soluit Textus *in cap.fin.* 16. *q.*7. vsum decimarum, & oblationum ad laicos pertinere non posse, *cap.peruenit* 1. *q.* 3. quoniam laici spiritualia ministrare non possunt, cum non sint capaces iuris spiritualis, & ob id fieri, vt cum laici nequeunt decimas possidere, & nec eas præscribere ex Textu nostro *cap.sine possessione de Reg. iuris lib.*6. *l.* 3. *l.sine possessione, l. naturaliter, ff de vsucapion.* vnde Glossa hîc voluit, vt laici ciuilem possessionem decimarum habere non possint à lege approbatam, qualis est ad præscriptionem; quia sunt incapaces talis possessionis in rebus spiritualibus, explicat Balboa *hîc, à n* 4. optimè Couar.*lib.*1.*pract.c.*17. *à n.*5. Graña *hic à n.*2. quam plures in confirmationem adducens Barbosa hic cum infinitis ex antiquis, & modernis *num.*1.*&* 2. quibus addo Trullenq. *in opere moral lib.*7.*cap.* 4. *dubio* 13.*sub n.* 1. vbi ampliat non solùm decimas, verùm nec Ecclesiam loca Religiosa Ius primitiarum, oblationum, & alia iura spiritualia cum non possint ab ipsis possideri, & addit Couarr. *suprà dicto num.* 5. Ideò laicos non posse decimas præscribere, quia Ius istud consequuntur Sacerdotes: & ministerio alterius, & spiritualium cum seminantribus spiritualia, debeantur temporalia, quorum exhibitio ordinatur propter ministerium spiritualium, quæ ab aliis, quàm Clericis ministrari nequeunt ex doctrina D. Thomæ 2.2.*q.*87. *art.*3. *& quodlibeto* 2. *art.*8. ex nostro Textu, quem optimum dicit ex *cap.* 2. *de Iudiciis*, & ex *Glossa cum communi in cap. quamuis de decimis.*

8 Ex dictis ergò videtur, vt ratio fundamentalis huius decisionis sit, quia ius decimandi dependet à Sacramentorum administratione, cuius ratione dicitur spirituale: taliter vt hac ratione, nec etiam laici ex Papæ dispensatione sint huius iuris capaces. Quod difficile redditur ex his quæ notant Guido Pap. *decis.* 284. Mohedan. *decis.*150. Franc. Marc. *decis.*17. Riccius *collect.* 993. in versic. *amplia*, dicentes decimas posse præscribi, etiam à laicis; quia ipsi post Concilium Lateranense sunt capaces decimarum ex priuilegio Apostolico; dum tamen probent eas possedisse, & exigisse à tempore immemoriali cum allegatione tituli, Verallus *decis.*241.*p.*1. *& decis.*367. *p.* 1. Quare Barbosa *hîc n.* 3. dicit quod etsi prædicta ratio rectè concludat in iure decimandi, spirituali dependente ab administratione Sacramentorum adæquatam tamen non esse, nec applicari posse decisioni Textus nostri; qui in sua generalitate comprehendit etiam decimas titulo temporali percipiendas. Imò autumat, vt de his præcipuè agat, quia credibile non est nobilem virum, de quo hic cum sit laicus prætendere voluisse ius spirituale percipiendi decimas, cuius ex ipsa lege Diuina incapax esse noscitur, nec Pontificiam legem decidere casum, adeò indubitabilem contra Regulam Textus *in l quod labeo, iuncta Glossa* 1 *ff.de Carboniano edicto* cum similibus, de quibus adducti ab Alfano *collect. octaua.*

9 Vnde etsi Balboa *hic sub num.*5. *&* 6. existimet Textum nostrum loqui de Iure percipiendi decimas, quatenùs est quid spirituale, & quatenùs pertinet ad decimas; iuxta illarum institutionem, quia eo iure dicitur beneficium dari propter officium, itavt quatenùs decimæ sunt fructus Ecclesiastici per se laicis non debeantur, nec vllo modo sint soluendæ ex D. Th. *vbi suprà*, vbi omnes, & Abulensi super Math.*cap.*23. *q.*178. idque colligere Theologos ex illo *num.*18.*filiis Leui dedit omnes decimas Israel in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in Tabernaculo*, in quorum locum Clericos noui Testamenti successisse, ad quos solùm decimas pertinere posse dixerunt copiosè Rebuffus *de decimis q.* 10. *per totam*, vbi probat Textus *in cap. decimas* 16. *p.*7. *cap. quamuis, cap. prohibemus, cap.ad hæc, cap. tua el* 1. *de decimis*, idemque procedere in omnibus oblationibus Ecclesiasticis scripserit Damascenus relatus *in cap fin.* 10. *q.*1. vbi refert idem fuisse statutum in Concilio Niceno, ob idque præcipi *in dicto cap fin.*16. *quæst.*1. *cap. peruenit*, 1. *quæst.* 3. vsum scilicet decimarum, & oblationum ad laicos pertinere non posse.

Tamen ea videtur communior resolutio, vt 10
procedat scilicet Textus noster in omnibus decimis quocumque titulo, etiam temporali à laico percipiendis, vt multis argumentis ex professo comprobat Berojus *cons.*21. *à num* 18. Couarr. & alij quos refert Guttierrez. *pract. lib.* 1. *q.*16. & omnes alij, quos plenè adducit Gilchenius *de præscript. p.* 3. *cap.* 7. *num.* 17. affirmant, & sequuntur Suarez *de Religione lib.*1. *de decimis cap.* 27. *num.*1. Barbosa *hic sub n.* 3. in versic. *ex quibus* ea ratione probantes; Nam Concilium Lateranense iuxta communem sententiam simpliciter & directè prohibet, ne decimæ laicis quocumque titulo concedantur à Prælatis inferioribus in feudum, vel alio Titulo temporali, ergò si lex simpliciter aliquid alienare, vel acquirere prohibet, prohibitam esse præscriptionem existimant per Textum *in l. vbi lex de vsucapion*, & efficaciùs ex Textu *in l. si fundus, ff. de fundo dotali*, & ex textu capitali *in l. alienationis* 28 *in princ.ff.de verb.signif.* cum multis congestis à Gabriele *lib.* 5. *comm. tit. de præscription. conclus.*13. *à principio*, & à Petro Barbosa *in l.* 1. *p.* 5. *num.*83. *ff.soluto Matrim.* Balboa *de præscription.*5.*q* 4. *num.*33.

Imò Couarr. *dicto lib.*1. *variar. cap.*17.*num.*5. 11
versic. *sed si dubitetur*, Guttierrez. *dicto lib.* 1. *pract.cap.* 16. versic. *his tamen non obstantibus*, & multi adducti à Gilchenio *vbi suprà*, *num.* 19. Suarez *dicto cap.*27. *de decimis*, *num.* 4. Taliter probant vt Regula procedat in decimis titulo temporali percipiendis, quia eam Regulam limitant, vt non procedat in decimis. quas verè, vel præsumptiuè constat obtentas esse ante Lateranense, vel si agatur de præscribente contra laicum, qui ante Lateranense acquisiuerat, cum eo tempore à Prælatis inferioribus in feudum laicis dari constituant, potuisse: ergo cessante lege permittente, & præscriptionem decimarum Titulo temporali prohibitam esse dicunt.

Ex his ergò, & in comprobationem infertur 12
non repugnare, quod laici interdùm licitè percipiant fructus decimarum, non proprio Titulo, sed nomine Clerici, vel per iustam aliquam, dispensationem Prælatorum Ecclesiæ; hoc est, non tantùm materialiter, vt percipit Famulus, & Oeconomus, qui fructus colligit, non sibi sed Domino, in cuius dominium statim transeunt, sed etiam formaliter, quatenùs quis fructus

fructus illos percipit, vt possessionem, & Dominium eorum acquirat secundùm doctrinam D. Thomæ, & aliorum, & ex Glossa celebri *in cap. quamuis de decimis*, cum adductis à Rebuffo *in tractatu de decimis quæst.* 10. *a num.* 33. Tyraquello *de retractu, tit.* 1. §. 1. *n.* 51. quia decimæ hoc modo sumptæ, quid temporale sunt; eos tamen percipit nomine Ecclesiæ vt colligitur ex *cap.* 2. *de locato*, vbi laicus percipit decimas de consensu Ecclesiæ ratione, contractus, quas aliàs aliter percipere non
13 posset. † Et sic Couarruuias *dicto cap.* 17. *lib.* 1. *variar. num.* 5. Rebuffus *suprà num.* 14. & Tyraquellus *num.* 51. Azor *lib.* 7. *mor.* 1. *cap.* 25. *quæst.* 14 Mascardus *de probat concl* 1322. *à num.* 12. Moneta *de decimis, cap.* 5. *num.* 61. Caldes Pereyra *de extinctione emphit. cap.* 2. *num* 27. Suarez *dicto lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 3. *& cap.* 26. *num.* 1. docent cum Glossa *in dict. cap. quamuis*, verbo *concesserit*. in verbo *fructus decimarum*. Episcopum posse alicui laico ex iusta causa concedere adiutam, aliudvè tempus, non quidem Ius parcipiendi decimas, sed ipsarum decimarum fructus; & sic euinci nullo modo à se ipsis principaliter possideri, aut præscribi decimas posse, nisi priuilegio vniuersali, aut particulari concessione in iure permissa qualis est locatio ad aliquod tempus: expendit bene Balboa *hic à n.* 10. cum Azorio *tib.* 3. *moriar lib.* 8. *cap.* 3 *quæst.* 4. 5. *&* 6. Molina *de iust tom.* 2. *tract* 2 *disputat.* 490. cum duabus sequentibus argumento Textus *in clement.* 1. *de rebus Ecclesiæ*, per quam probet idem esse de quolibet alio iusto contractu.

14 Alia inquam pro præmisso ad explicationem posse innectere, *in c. quamuis cap. prohibemus*, cum aliis de decimis; sed nunc ex dictis non obstant in contrarium adducta, *à num.* 1. non primum ex *d. cap. vestra de locato, cap. fin. ne prælati vices suas*, *dicta extrauag. ambitiosa de rebus Ecclesiæ*, quia vt iam ex dictis constat, & latè dico *in dict. cap.* 1. *de locato*, personæ sæculares possunt conducere ab Ecclesiasticis decimarum prouentus eo modo, quo
15 ibi. † Nam quilibet Clericus Ecclesiasticum habens beneficium, ratione cuius decimas percipit, potest propria Authoritate illas locare ad breue tempus, dando pro illo tempore conductori laico potestatem ad illas exigendas, vt declarat Azor *d. tom.* 3. *mor. lib.* 8. *cap.* 3. *quæst* 4. 5. *&* 6. Molina *de iustitia tom tom.* 2. *tract.* 2 *disput.* 490. cum duabus sequentibus, Balboa *hic n.* 11. vbi addit idem prorsus dicendum esse, de quolibet alio iusto contractu: argumento Textus *in dict. clem.* 1. *de rebus Ecclesiæ*. & pluribus adductis probat Barbosa *in dicto cap* 2. *de locato, num* 3. qui *num.* 4 ait quod etsi ad nouem annos antea locari valerent, iam hodie nonnisi vsquead triennium: ex quo iam vides nihil laicos a se ipsos possidere, imo nec vllo titulo posse decimas præscribere, cum nunqnam dicerentur possessores bonæ fidei, tum quia sunt incapaces decimas possidendi adhuc, quoad fructus temporales, nisi quatenus in iure permittitur, vt dictum est.

16 Nec obstat secundùm ex Textu *in cap* 1. *de procurat. lib.* 6 quia, vt iam late dixi. *in cap.* 2. *de iudiciis, quæst.* 12. laicus potest esse procurator in iudicio Ecclesiastico, & alia officia exercere, sed hoc materialiter, vt acceptare beneficia nomine alterius procurare, vel patrocinari in causis Ecclesiasticis, vt *ibi* dixit. & resoluit Balboa *hic num.* 32.
17 † Nec obest quod laicus possit baptizare, quia vt latè dico *in Rubrica, & tit. de baptismo*. id permittitur laicis, siue viris, aut mulieribus, propter imminentem baptismi necessitatem, vt declarant Doctores cum D. Thoma 2. 2. *quæst* 100. *art* 1. *ad primum, & p.* 3. *quæst.* 67. *art.* 2. vbi copiosè Suarez *ibi sect.* 1. *&* 2. † Nec obstat, quod ibi dictum est de 18
laico, vt possit audire confessiones, quia hoc falsum est, si fiat sacramentaliter, eo quod nequeant à peccatis absoluere, propter defectum potestatis & clauium vt latè dico *in tit. de pænit. & remiss.* & *ibi in cap. omnis vtriusque*, & quæ differentia sit inter res spirituales, & Ecclesiasticas: videbis quæ addnxi *suprà in dict cap.* 2. *de iudiciis. quæst* 2. Ad illud *ibi* dictum; quod laici possint obtinere ius patronatus, vt explices, leges quæ dico, *infra quæst. sequenti*, vbi ago an laicus possit præscribere Ius patronatus, seu Ius eligendi aut conferendi beneficia; ad quod applicabis dicta *in cap. quanto* 3. *de iudiciis*.

Nec obstat tertium adductum, in versic *tertio*, 19
quatenus immemorialis præscriptio comparatur priuilegio: & sic vt qoemadmodum laicus priuilegio potest decimas percipere, ita & præscriptione immemoriali acquirere, nam respondetur; item ex *dict. quæst seq.*

Ad secundam quæstionis partem, quia late 20
Gutierrez *lib. canon. quæst. cap* 20 *à num.* 71. *& lib.* 1. *pract. cap.* 14 *&* 15. *num* 4 *&* 6. & eleganter Menchaca *lib.* 2. *controuers. illustrium, cap.* 89. *num.* 6. *per totum*, ideo ego resumptiue duas contrarias referam opiniones, prima docet, vt qui præscripsit decimas debeat probare famam, quod illas haberet ante concilium lateranense, quod celebratum fuit sub Alex. III. anno Domini 1179. vt probat Couarruuias *dict. lib.* 1. *variar. cap.* 17. *n.* 5. versic. *quinto dubio*, & hanc dicit communem Cassaneus *in consuetudinibus Burgundiæ fol.* 26. *num* 13. sed contrariam innuit esse communem Ripa *in cap decernimus, n.* 75. *de iudiciis*: refert Ceuallos *in practicis, quæst.* 368. quam dissoines ex dicendis de hoc concilio lalateranensi relato, *in cap. prohibemus infra de decimis*.

Ad tertiam quæstionis partem an laici consue- 21
tudine possint decimas acquirere, vt respondeam applicabis, *dict. in cap.* 5. *de iudiciis, c.* 8 *eodem* nonnulla *in cap.* 9. *de foro compet.* quibus suppositis dico quod laicus decimas vsurpans dignus est animaduertione iudicij, id est, vt puniatur diuino; hoc est à Deo, vt per Rebuffum *in tract. de decimis* 15. *num.* 19. Barbosa cum eo *in cap quamuis de decimis*, *num* 3. per verba ibi *diuini dignum animaduersione indicij*; imo Textus *in cap. ad hoc* 15. *de decimis* probat quod decimæ laico concedi non debent iure hæreditario; taliter vt laicus sit cogendus excommunicatione, vt resignet: sic relati à Barbosa *ibi num* 1 qui *num.* 2. *&* 3. id probat, & addit decimandi Ius, tanquam spirituale non posse laicis competere, vt resoluunt plures, quos refert, & sequitur Moneta *de decimis, cap.* 5. *quæst.* 1. *num* 57. videndi Azor *instit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 25. *quæst* 11. Suarez *de relig. tom* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 15 vnde ex dictis *supra in dict. cap.* 2. *de iudiciis. quæst* 2. *& in dict. cap.* 8. *sub. quæst.* 3. *&* 8. cum aliis Couarruuias *dicto lib.* 1. *variar. cap.* 17 *num.* 5. vbi late probat laicis non posse competere decimas; aliter quam priuilegio, de quo Gutierrez *d. lib* 1. *pract. cap.* 14. *&* 16 cum aliis iam dictus etiam, si sit præscriptio immemorialis,
vt *infra* dico. † Ergo multo minus consuetudi- 22
ne decimas poterit acquirere, quæ potius corruptela dicenda est: cum multis videndus Trulench. *in opere morali, lib* 3 *dub.* 9. *cap.* 3. imo Couarruuias in eadem materia *sub, num.* 10. ait quod nulla consuetudo,

suetudo,etiam temporis immemorialis, non reddit capaces alicuius iuris, eos, qui vere incapaces existunt, Abbas *in cap. fin. de consuet. in 5. requisito*, ibi Rocbus *fol. 30* Felinus *hic*, & alij ex antiquis,sed quadraginta annis ex consuetudine posse laicos eximi à iure decimandi sine titulo : docent relati, *infra*, in versic. *sed plures*, de hoc dubio sequenti.

23 Ad quartam partem difficultatis, de qua in q. nostra respondeur negando,quod possint laici cõsuetudine,aut præscriptione immunes esse à solutione decimarum de propriis prædiis, aut laicorũ fructuum, & pro hac parte faciunt iam adducta; nam nec præscribere,nec consuetudine acquirere decimas valent:ergo nec immunes fieri posse ab obligatione soluendi eas , quas debent soluere, cum esset in specie acquirere Ius spirituale , cuius sunt in capaces ex nostro Texto, & ex adductis, & facit consideratio Couarruuias qui *in d. lib. 1. variar. cap. 17 sub. num.* 18. in versic. *quibus me hercle*, opinatus est decimas ex ea patte, qua à iuris, naturalis,& Diuini instituto processere,nempe vt significant,ac præmonstrant ministrantium spiritualia congruam sustentationem,eamdemque necessariam, nulla consuetudine tolli, nec,diminoi posse,si quidem Ius naturale,nec diuinum, potest consuetudine vlla tolli, nec ita diminui,argumẽto eorum,quæ adduxi,*in d.c.2. de iudiciis,sub.d q.2.* & probat Couarruuias latè omnino videndus ex his,quæ notantur,*in cap fin.de consuetudine*.& circa hanc consuetudinem introducendam vndecim modos loquendi referens,in versic.*vndecimo concludit*, diligenter , & attentè omnibus distinctionibus pensatis,quas ibi videre poteris censendam esse irrationabilem , & omnino iniquam consuetudinem,quæ laicos omnino ab omnium decimarũ personalium quidem,& prædialium solutione, & obligatione eximeret , in aliqua regione, prouinciave,etiam si sacerdotes eiusdem ibidem spiritualia ministrantes;aliunde,quàm à decimis cõgrue possent alimenta percipere, quia omnia est hæc exceptio;siquidem ex illa tollitur illa recognitio,quam Iustissimum,& æquissimum est sacerdotibus ministrãtibus spiritualia exhiberi, aliquo præstito stipendio; & sic dicit ab Episcopis huiusmodi consuetudinem irrationabilem admittendam non esse;imo penitus resecandam , & rescindendam;licet fateatur iure veram esse consuetudinẽ,qua quis eximitur à solutione personalium decimarum;item eam,quæ loco decimæ patris vigesimam,aut trigesimam subrogat,seu introducit item & eam , quæ passim in orbe Christiano viget, vt ex certis fructibus nulla soluatur decima, nec eius aliqua portio,vt pote,de fœno,de herbis ex oleo, si tamen ex aliis redditibus superfit iusta sacerdotum sustentatio : & ita Rebuffus *tract. de decimis,disput. 13.n.55.* Barbatius *volum. 2. cons 55.* Parisius *vol. 4. cons. 52.n.17.*& alij penes Fagundez *precepto 4. Ecclesiæ,lib.3.c.1.n.24.* putant neminem posse eximi præscriptione,seu consuetudine à solutione omnium decimarum prædialium ; ita vt nullas teneatur soluere decimas de aliquibus vel de omnibus suis prædiis;posse tamen decimas cõsuetudine,ad vigesimam trigesimamve partem reduci, ex antiquis infinitos refert videndus Couarruuias *dicto num. 5. in princip.* vbi adducit differentiam inter personales, & prædiales decimas.

24 Sed plures Doctores quos citat , & sequitur Layman *in Theologia morali lib 4.tract.6.c.7.* idem Fagundez, *vbi supra*, Reginaldus *tom. 2 lib. 19. cap. vlt sect. 3. quæst. 4. num. 97.* Mooeta *tract. de decimis, cap. 5 quæst. 6. conclus. 4. num. 12.* Diana *p. 3. tract. Miscell. res. 77.* & Siluius *in 2.2.* D Thomæ *q 87. art 1, concl 5.* & alij ab eis adducti dicẽtes immunitatem à soluendis decimis,etiã prædialibus, tã à laicis,quàm à Clericis cũ bona fide vsucapi posse cum sit,annis 40.sine titulo , vel tempore immemoriali;idque non tantùm ex parte, videlicet, vt duodecima,aut vigesima soluatur,sed etiam in totum, modo interim Ecclesiæ ministris sufficiens sustentatio ex aliis titulis, v g.ampla Ecclesiæ fundatione,fidelium oblationibus,& piis legatis suppetat,imo quod etiam sine titulo in tali casu sufficiat tempus quadragenarium : docuit Tannerus *in 2.2. D. Thomæ disp. 5. quæst 3. dubio 2. n. 31* Henriquez *lib. 7. cap. 27. num 2.* imo & quidquid sit de hoc ait Diana nimis scrupulosè loquutum fuisse Molfesium *in summa tom. 1. tract. 6. cap 4 num 46.* vbi inclinat,vt requiratur in nostro casu præscriptio immemorialis, nempe centenaria non distinguens inter centenariam,& immemorialibus de quibus dico *infra*,& quæ sit efficacior,& Couarruuias videtur,*in dict. cap. 17 lib. 1. variar. sub. num. 10.* in versic. *hinc* dicere posse laicos præscriptione,eximi à Iure soluendi decimas , etiam quoad totum, sed hoc verum esse aliis suffragantibus;sed iterum Diana *p. 5. tract. 16. Miscell. res. 542.* Molina *tom 1. tract. 2 disput. 75 num. 5.* Filiucio *tom. 2. tract. 27. p. 2. cap. 7.* Castro Palao *tom. 2. tractatu 10 disput. vnica, p 5 num 2.* Lessius *de iust lib. 2 c. 39. dub. 5. num. 26.* Suarez *de religione tom. 5. lib. 2. cap. 13. n. 1.* Valentia *tom. 3. disp. 6. quæst 5. punct 2.* , dicentes cum titulo per quadraginta annos sine titulo tempore immemoriali.

Tamen quod tempus legitimum præscribendi decimas, seu eas per consuetudinem acquirendi, & si Doctores relati promiscuè loquantur existimo esse constituendam differentiam;ita vt ex vsu quadraginta annorum,dicatur sufficiens præscriptio consuetudo à laicis non soluendi decimas ex Doctrina Textus insignis, *in cap. fin. de consuetudine* : docent in hac specie Paulus Parisius *cons. 25. num 6. & 27. lib. 4* Couarruuias *dict. lib. 1. variar. cap. 17. sub. dict. num. 5.* in versic. *decimo*:nam quoties de consuetudine,non de præscriptione agitur vsum legitimum esse annorum quadraginta;tamen si in ea specie præscriptio longius tempus exigat, Antonius *in dict. cap vltimo.* Felinus *in cap. ad audientiam, hoc tit. num. 25* ita vt nec ad consuetudinem istam , etiam si ei aduersetur Iuris communis præsumptio , titulum esse necessarium dicunt enim Textus *in cap. 1. hoc tit. lib. 6.* procedat in præscriptione , non in consuetudine , secundùm , Archidiaconum, Dominicum , & alios, *ibi* Decium *cons. 334.* Iason *in l. de quibus, num. 46. ff. de legibus*,Francisc. Balbus *de præscript. 5 p. princ. quæst. 10.* à quibus & aliis itidem receptum est, nec bonam fidem requiri ad consuetudinem inducendam ; ad alias differentias *infra*,in versic. *ad sextam.* 25

Et licet Socinus *cons. 197. lib. 2.* Fulgosius *cons. 116.* & expressius Balbus *de præscription. p. 5. princip. quæstion. 7.* senserint hanc consuetudinem , introduci non posse minori , seu breuiori tempore , quam eo , cuius initij memoria hominum nulla sit : tamen idem Couarruuias *dicto cap. 17. variar. num. 5.* in fine , dicti versic. *decimo*, ait eorum sententiam in consuetudine veram esse non posse , quamuis in præscriptione sit iure probatissima sit, cum (vt iam diximus) vel 26

vel quadraginta anni probato titulo, vel tempus, cuius initium nulla hominum memoria teneat requiratur ad præscriptionem efficiendam in hac re ex *dict. cap. 1. de præscriptionibus, lib. 6.* iterum leges Couarruuias *ibi sub, num.* 10. in versic. *hinc igitur fit*, vbi idem probat de præscriptione. Et abunde loquitur de his difficultatibus Thomas del Bene *de communitate p. 1. cap. 8. dubio 29.* vbi *sect.* 7. an possit quis consuetudine liberari à soluendo decimas, *& à num.* 31. *& ibi sect.* 4. vbi agit an possit quis præscriptione liberari, *& sect.* 6. an transactione, compositione vel commutatione possit quis liberari à tali debito solutionis vbi leges.

27 Ad quintam quæstionis partem respondent communiter omnes nullum alium titulum Laicos habere posse ad percipiendas decimas, quam priuilegium expressum, vel concessionem Apostolicam à summo Pontifice factam ipsis Laicis ob sua bene merita in Ecclesiam vniuersalem impensa; non enim dubium est posse Pontificem in hoc casu Laicis concedere decimas, sicut concessit Regibus Hispaniæ plura patronata Ecclesiastica honorabilia, ex causis, de quibus iam latè dixi, *in cap. nouit de iudiciis, & in cap. Ec-*
28 *clesia Sutrina de causa possess. & prop.* † Et sic de facto concessit eas, quæ vulgò vocantur, *tercias Reales:* docet Gregorius Lopez *in l.* 22. *in Glossa no los deben auer*, & *in l.* 24. in Glossa *tomendiezmo*; in versic. *quæ tu nota, tit.* 20. *p.* 1. Auendañus *in 2. p. in cap. prætor. cap.* 4. *numero* 20. dicens esse apud nos Iura Regalia ex concessione papali, Didacus Perez *in l. 1. tit. 5. col.* 197. in versic. Regi *præterea*, Hispaniæ; & Clarins, *colum.* 208. *ad finem, lib. 1. ordinam.* Menchaca *lib. 1. controuers. illustrium, lib. 1. cap.* 89. *num.* 6. Gutiertez *lib. 1. pract. quæstion.* 14. expendens verba Textus *in l. 1. tit. 5. lib. 1. recopilat.* ibi, *ni se entienda en los diezmos y tercias que los Reyes nuestros predecessores, y nos acostumbramos allebar antiquamente*, vbi *numero* 2. probat posse Reges alienare has decimas in Laicos
29 † Imo & posse de eis cognoscere iudicem sæcularem, quod an verum sit dico, *in tit. de decimis*, aliqua, *in cap. tuam de ordine cognition.* bene expendit, *ibi cap.* 15. vbi & *numero* 3. *&* 4. ait Laicos legitimè habere posse decimas ex infeudatione eorum, propter benemerita eorum in Ecclesiam, vel aliam iustam causam facta à prælato, ante Concilium Lateranense, de quo Concilio, & eius prohibitione, & si Doctores hic tractent, potius spectat ad Textum *in cap.*
30 *probibemus de decimis.* † Et quod Laicis priuilegia à Pontificibus dentur de percipiendis decimis probant Doctores per Textum *in cap. à nobis* 24. *cap. tua* 25. *de decimis*, videndi Couarruuias *dicto lib. 1. variar. cap.* 17. *num.* 9. Rebuffus *de decimis, quæst.* 5. *num.* 28. *& quæst.* 13. *à num.* 103. Henriquez *in summa, lib.* 7. *cap.* 27. §. 3. Frater Emanuel Rodriguez *quæstionum regul. tom. 2. quæst.* 44. *art.* 4. Suarez *de religione, tom. 1 lib. 1. tractatu 2. cap.* 18. *num. 1. & cap.* 19. *n.* 3. dicentes posse Pontificem eximere à præstatione decimarum.

31 Et licet Glossa verbo *exemptus, in dicto cap. à nobis*, quatenus per eam Doctores dicant decimas esse de iure Diuino & naturali difficile esse assignare rationem, ob quam contra illud disponere videatur summus Pontifex; cum tamen alioquin non possit, cum sit immutabile: applicabis plura, quæ adduxi de interpretatione sumenda, *in cap.* 12. *de iudiciis*, & in terminis Gomezius *in l.* 3. *Tauri, numero* 24. *in fine*, Tyraquellus *de pœnis temperandis in præfatione, num* 45. Menchaca *quæstion. illustr. cap.* 25. *num.* 18. Guttierrez *cons.* 5. *num.* 8. † Late Moneta 32
de decimis, cap. 5. *num* 47. *cum sequent.* Menochius *cons.* 276. *num.* 1. Tamburinus *de iure Abbatum num.* 1. *disput.* 15. *quæst.* 18. *à num.* 30. imo idem Rebuffus *de decimis, quæst.* 8. *à num.* 15. Moneta *dicto cap.* 5. *num.* 39. & Doctores per Textum *in dicto cap. tuam* 25. *de decimis*, in verbo *imperialis concessio*, docent nullum Laicum; etiam Imperatorem posse concedere immunitatem à soluendis decimis. † Et licet ante Con- 33
cilium Lateranense id Episcopus permitteretur concedere; imo & potuisse Laicos ex consensu Episcopi eas in aliquam Ecclesiam transferre, vt eas ipsa Ecclesia eodem titulo obtineat, iuncta Glossa, & Doctorum communis expositio, & *in cap. cum & plantare*, §. 1. *de priuileg. & in cap. cum Apostolicæ de his quæ fiunt*, vbi antiqui, & moderni de quo, *in dicto cap. probibemus*; eas tamen in laicos transferre ipsi negant, vt cum multis notat, Couatruuias *in dicto capit.* 17. *lib.* 1. *variar. sub, num.* 5. in versiculo *præter*, Rebuffus *de decimis, quæst.* 10. *à numero* 12. Suarez *de religione, tomo 1. tract. 2. lib.* 1. *cap* 26. *num.* 3. † Et si reges decimas vulgò, 34
tercias, concessionibus Apostolicis eis assignatas, possint in Vasallos donationibus gratuitis, seu remuneratoriis transferre, quia hoc procedit temporaliter, & dum duret concessio pontificia, de quo dico, *infra in fine, quæstionis sequentis*, & ad propositum nostri dubij Balboa *hic numero* 49. ait verum esse vt Laicus incapax sit Iuris spiritualis percipiendi decimas, circa quod non dispensat summus Pontifex, sed circa commoditatem temporalem, quæ consistit in sola fructuum perceptione, quod intelliges, quæ dico, *in quæst. seq.* versic. *ad quartam.* & versic. *ad quintam.*

Ad sextam quæstionis partem, iam ex dictis 35
patet responsum, & in terminis dicendum est constitui differentiam inter priuilegium, & præscriptionem; eam nempe quod laici priuilegio Pōtificis possunt consequi, & obtinere Ius percipiēdi decimas, non sic præscriptione etiam eius temporis, cuius initium memoriam hominum excedit vt sæpissimè apud Ius Pontificium, adnotatum est, præsertim, *hic* Balbus *de præscript. 5. p. princ. q.* 7. Couar. *d. c.* 17. *lib. 1. var. n.* 6. eo quod Laici incapaces sunt possessionis huius iuris, quæ necessaria est ad præscribendum; ita vt immemorialis priuilegio æquivaleat, vbi etiam adest hæc incapacitas, de qua dico *quæst seq.* † Et quod consuetudo à priui- 36
uilegio differat patet ex dictis, & his, quæ noto in tit. de consuetudine, & priuilegiis. Et quod inter consuetudinem, & præscriptionem maxima sit differentia satis apprehendes ex adductis, *sup.* in versic *tamen quoad tempus.* & in versic. *& licet*, & hoc dictum scribunt late Anton. *in cap. fin. de consf.* & Doctores, *ibi* Balbus *de præscript p 1. in princ quæst.* 10. *&* 5. *p. princ. quæst.* 7. Curtius *in dicto cap. fin.* vbi Abbas, & alij Doctores, Garcia *de expensis, cap.* 9 *numero* 43. Molina *de primogenit. libro* 2. *cap.* 6. *num.* 10. *&* 11. Azor *instit. moral. p. 1. lib. 5. cap.* 18. *quæstion.* 16. Cardinalis Tuschus

*littera, C, conclus.*801. & præter iam relatam, eas nempe vt præscriptio det Ius, contra Ius, quod alter habet, consuetudo Ius contra legem, vel præ-
37 ter, aut secundùm legem. † Secundò quia præscriptione acquiritur Ius priuatæ personæ; at verò in consuetudine acquiritur Ius in communi om-
38 nibus, & contra omnes de populo. † Tertiò quia præscriptionis finis est vt præscribentem locupletiorem reddat, cum inuenta fuerit ad distinguenda singulorum Dominia, & Dominij acquisitio dicatur; at finis consuetudinis, est legem constituere, cum inducta fuerit, vt subiret finem legis.

39 Quartò, quia etsi præscriptio ad bonum commune dirigatur, nemini tamen fouet, nisi qui per se, vel per alium legitimo tempore, vsus est. consuetudo autem neminẽ excipit, & nõ minus vtentes, quam qui nunquam sunt, vt defendit. † Quin-
40 to quia præscriptio, nullam publicæ vtilitatis, nullamque boni publici causam exigit, consuetudo autem sine hac vtilitate, & sine huius boni publi-
41 ci ratione consistere non potest. † Sextò quia præscriptio consistit in rebus immobilibus, tam corporalibus, quàm incorporalibus; at consuetudo solùm habet locum in incorporalibus, veluti seruitutibus, iurisdictionibus electionibus, & aliis
42 huiusmodi. † Septimò & vltimo iuxta dicta *supra in dicto*, versic. *quoad tempus*, quia præscriptio requirit titulum & bonam fidem, consuetudo non ita, sed sufficit certus cuiusdam temporis lapsus, vt *ibi* dixi, & ideo non propriè præscripta, sed quasi præscripta appellatur: ita colligitur ex relatis, & ex Barbosa *in dict. cap. fin. de consuet. num. fin.* Petrus Alfonsus, Basconcellos *in harmonia Rubricarum Iuris canonici sub Rubrica huius tituli, à num.* 9.

QVÆSTIO II.

An laici virtute præscriptionis immemoralis possint decimas acquirere, taliter, vt præscriptio vim habeat priuilegij: Et si dubitetur, an decimæ titulo feudi à laicis possessæ, concessæ fuerint, ante lateranense concilium, vel post, an probata eorum immemoriali possessione, præsumantur concessæ ante ipsum concilium: Et an laicus spoliatus iure percipiendi decimas, sit ante omnia restituendus, & à quo iudice: Et an laicus possit contra laicum præscribere decimas, quas laicus ex legitima concessione obtinet?

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio immemorialis, qualiter comparetur priuilegio, n.*2.3.4.

2 *Laicus ex sola præscriptione quadragenaria, seu immemoriali, non acquirit decimas, n.*3.

3 *Laicus acquirit decimas ex immemoriali possessione, generaliter orta, & fundata priuilegio Pontificis, etiam si possessor illud allegans, non probet, seu exhibeat, n.*4.

4 *Priuilegij fama præscriptionem immemorialem decimarum acquisitam à laico iuuat.*

5 *Tempus immemoriale, & si vt vt laicus decimas acquirat non præstet Ius, præstat tamen probationem priuilegij, sub cuius fama, est continuata præscriptio, n.*6.

7 *Antiquitas temporis maximam præsumptionem inducit, vt laicus iustus dicatur decimarum possessor, allegato titulo, n.*8.9.10. *vbi de concilio lateranensi, & n.*11.

8 *Decimæ à laico præscripta intelliguntur, allegato titulo habito, ante lateranense concilium, & num.* 11.

11 *Spoliatus, vbi Ius commune resistit, non restituitur.*

13 *Spoliatus decimis, beneficio, vel alia quacumque re spirituali, non restituitur, si aduersus ipsum obijciatur tituli defectus.*

14 *Laici spoliati decimis agentes interdicto vnde vi, non restituuntur ante omnia, declaretur, numero* 15. & 16.

16 *Laicus decimis spoliatus à laico restituitur, secus si spoliatus sit ab eo, cui ius assistit.*

18 *De decimis à laicis possessis, quando cognoscatur per Ecclesiasticos iudices quando per laicos, n. sequenti.*

20 *Decimarum causæ apud regia prætoria, quandoque agitatæ & quare.*

21 *Decimæ concessæ laicis, possunt ab ipsis aliis concedi, enfeudari, seu alio titulo alienationis dari contra alios, n.*22. & 23.

22 Cap. prohibemus de decimis.

23 *Laicus contra laicum potest decimas infeudatas præscribere.*

25 *Decimæ ex consuetudine & priuilegio in Regno Galitiæ, vt bona patrimonialia vendi permutari in dotem, dari obligari, venire in iudicium familiæ erciscundæ, & retrahi iure sanguinis poterant.*

26 *Statuta laicorum, seu leges præcipientes, vt laici non soluant decimas non solitas solui; numquid absque approbatione pontificia valeant, n.*27.

AD primam difficultatis partem, videbatur 1
dicendum; vt sicut priuilegio decimæ à laicis possidentur, & percipiuntur, & eodem modo eis debeantur, virtute præscriptionis immemorialis quia hæc priuilegio æquiparatur, *cap. super quibusdam de verb signif. cap.* 1. §. *fin. hoc tit. lib.* 6. *l. hoc iure*, §. *ductus, ff. de aqua quotidiana*: nam vulgò dici solet idem, quod priuilegio fieri potest, fieri & posse præscriptione ex Textu *in cap. duo simul de officio ordinarij, cap. cum contingat de foro compet.* sed sic est quod laici priuilegio possunt habere decimas vt iam dixi quæstione præcedenti: ergo & eas præscribere ea præscriptione, quæ excedat hominum memoriam.

Sed vt iam ibi dixi Textus noster est intelli- 2
gendus, non solùm de præscriptione 40. annorum verùm etiam de immemoriali, taliter, vt nec per eam laicus Ius legitimum percipiẽdi decimas acquirat; ita vt nec in hoc casu valeat argumentum de priuilegio ad præscriptionem, cum deficiat habilitatio, seu capacitas laici ad percipiendas decimas, quæ nequit esse, nisi sublata eorum incapacitate priuilegio pontificio: argumento eorum, quæ adduxi, *in cap. qualiter, & quando de iudiciis*, quæ præscriptione per laicum introducta, circa decimas, aut res Ecclesiasticas, quamtumuis immemorialis, non sustinetur: docent Felinus, & Abbas hic Balboa *n.*48. Barbosa *n.*4. dicentes priuilegium & præscriptionem immemorialem æquiparari, data personarum capacitate.

Vnde

3 Vnde venit dicendum, quod etſi virtute ſolius immemorialis præſcriptionis decimæ à laicis non acquirantur, tamen ſi Priuilegium earum à laicis allegetur, tunc reuera ſi non conſtat de tali Priuilegio ad eum probandum ſufficiat poſſeſſio temporis immemorialis, quia tunc præſumptione iuris probato immemoriali tempore, probatur titulus Priuilegij allegatus, & ratio eſt, quia vt ſi iam diximus *ſuprà priuilegio Pontificis titulo temporali*, decimæ poſſideri poſſunt à laicis, cum eorum incapacitas ſic priuilegio tollatur: argumento Textus *in cap. mennam 2. quæſt.*4. docet Ioannes Andreas *in cap.2. de prebendis lib.6.* Balbus *de præſcript. p.1.‧3.part. princip. quæſt.*3. *num.16.* Couar. *lib.1. variar. cap* 10. *num.4. & cap.17. num.5.* quid mirum, vt ſi temporis immemorialis interuallo quæſtionum nemo laicos decimas percipienti mouerit, vt ſit bene fundatus in antiqua conceſſione Pontificia, quia vt nota antecedenter, tutus ſemper laicus fuit; & ſic præſumi iuſtum habuiſſe titulum ab initio; iuxta Textum *in dicto cap. ſuper quibuſdam, & in l.*3. *§. ductus aquæ:* multa alia explicant Gabriel *tit. de præſcript.concluſ.*1.*à num.*44 Latè Maſcard. *de probat.concluſ.*137. *à n.*:7. Cardinalis Tuſchus *tomo* 6. *littera P, concluſ.*550. *à num* 4 Balboa *hîc num* 50. adducens rationem, quia tunc Ius concedere poteſt ex vi propria præſcriptionem, quando ipſa poteſt ab vna perſona in aliam transferre Dominium, ſeu Ius in illa re, quæ præſcribi dicitur, quod ex ſola præſcriptione à laicis inchoata, circa decimas ne vtiquam contingere probat, eo quod proprium decimarum Ius ſit ſpirituali, & ſen *in num.*51. concludit talem præſcriptionem immemorialem poſſe ſufficere, ſaltim in vim probationis ex Felino *hîc num.*3. Baldo, & Imola *in cap. cum Apoſtolica de his, quæ fiunt à præ Dominico in cap.2. §. ſanè de decimis lib.6.* & his adjunges quæ latiſſimè cum infinitis & ad Textum noſtrum congerit D. Ioannes del Caſtillo *de tertiis* ſub *cap.*3. vbi nunquam laicos poſſe iuuari vlla præſcriptione.

4 Ex quibus infero cum Couar. *dicto lib.*1. *variar. cap.17. num.5.* verſic. *ſed ſi dubitetur*, Balboa *hîc dicto n.*51. Menoch. *de præſcript. præſumpt.*86. *num.*4. Guttierrez *pract.quæſt.*15.*num.*1. Menchaca *quæſt. illuſtrium cap.39. num.7.* Gilquenio *de præſcript. p.3. cap.8. num.*23. Maſcardus *de probat. concluſ.*1377. *num.*32. Suarez *de religione lib.*1. *de decimis cap.*27. *num.*4. ad noſtrum caſum de laico decimas præſcribente, vt ſuccumbere debeat, ſi immemoriale tempus in vim præſcriptionis allegauerit; & tamen ſit tuendus in ſua poſſeſſione, ſi priuilegium Romani Pontificis allegat, & in probationem oſtendat poſſeſſionem temporis immemorialis; ſed hoc ita demum vt communiter requiratur, vltra tempus immemoriale, quod probatur fama priuilegij habiti à Romano Pontifice, vel inferioribus Prælatis Concilium lateranenſe ex Beroio *conſ.*21.*num.*15. Rebuffo *de decimis quæſt.*13.*num.*69. Menochio *dicta præſumpt.*86. *num.*5. ita Barboſa *hîc dicto num.*4. quamuis ab illis diſcedant, Couar. Gilchenius, & Suarez proximè citati; idem Balboa *hîc dicto num.*51. dicens procedere ſi ex fama conſtet laicos èx iuſto titulo decimas poſſediſſe, veluti ex feudo iuſto, vel ex quacumque legitima conceſſione ad id probandum adducens Textum *in l.fin. ff. de aqua pluuia arcenda* ibi *ſolere eos qui iuri dicendo præſunt. tum aqua ductus, quibus authoritatem vetuſtas daret tamen ſi Ius non probaretur.* † Et 5 ſic concludit, vt & ſi in ſpecie noſtra præſcriptio immemorialis, non præſtet Ius, præſtare tamen ſufficientem probationem priuilegij, ſub cuius opinione, & fama continuata eſt talis præſcriptio, aliàs ſi fama priuilegij cum tali præſcriptione non concurreret, exiſtimat præſcriptionem inutilem in hoc caſu, & ſic cum Maſcardo *de probation concluſ.*485.*num.*6 Æmilio Verallo *deciſ.*241 *p.*1. componit argumentum, quod fit de priuilegio ad immemorialem præſcriptionem, vel è contra, & accedente fama priuilegij, ſeu feudi obtenti ante Concilium lateranenſe immemoriali præſcriptione allegata, laicum tutum eſſe tenuit Rota Pampilon.10 num 8. Martij 1603. coram Coccino, & in Toletana decimarum 4. Decemb.1615. coram Dunuceto, cum alijs relatis à Moneta *de decimis cap.*5 *num.*118. in noua editione, vbi ex eadem Toletana decimarum, & alia Valẽtina decimarũ 21.Iunij 1613. coram Cardinali Caualerio, tenet ſolam immemorialem præſcriptionem ſuffragari perſonæ Eccleſiaſticæ & acquirendum Ius decimandi, & ego addo ex dictis *ſuprà quæſt. præcedenti*, etiam ſi titulus deficiat: itaque quod ſi iuſtificetur præſcriptio immemorialis circa decimas à laico percipiendas, & ſupponenda præfata facultas eis fruendi, aliàs eam ſolam non iuſtificari dixit Balboa *hîc dicto num* 50. *in fine.* † Et Riccius *col-* 6 *lect.*993. *ad Textum in cap. ad aures hoc tit.* dicens, quod à laicis decimæ præſcribi poſſint, quia ipſi poſt lateranenſe Concilium ſunt capaces decimarum ex priuilegio Apoſtolico; dum tamen probent eas exegiſſe à tempore immemoriali cum allegatione tituli, nec arctari ad probandam aliam in feudationem: ſic ex Guido Pap. *deciſ.*184. Mohedan. *deciſ.*250. Franciſco Marco *deciſ.*17. Verallo *dicta deciſ.*24. *p* 1. *&* 367.*p* 2. Capella Toloſana *deciſ.*440. & Cardinalis Puteus *deciſ.*371.*lib* 1.*& deciſ.*413.*lib.*1. addit quod Clerici agentes ad decimas, debent de titulo docere, nec ſufficere decennalem poſſeſſionem, etiam ſi agerent Iudicio poſſeſſorio.

Ad ſecundam quæſtionis partem breuiter reſ- 7 pondeo ex iam dictis, vt ſi dubitetur an decimæ titulo feudi à laicis poſſeſſæ, conceſſæ fuerint ante Concilium lateranenſe, vel poſt ſi antiquitas poſſeſſionis immemorialis temporis fuerit maximam præſumptionem inducere ad ſufficientem tituli probationem ante Concilium acquiſiti, ſiquidem cenſendum non ſit Eccleſiam ipſas decimas ſine titulo legitimo tanto tempore percipere laicos aſſentiri; vt tenent Ioannes Andreas Antonius Cardin. & Imola *in dicto cap. cum Apoſtolica de his, quæ fiunt* Ancharranus, & Cardin. *hîc* Alexand. *conſ.*6. *num.*5. *ad finem lib.*1. Iaſon.*conſ.*156.*à num.*1.*volum* 2. Latiſſimè probat Barbatia *conſ.*35. dicit communem Balbus *de præſcript* 1. *p.* 5. *partis princ. quæſt.*7.*ad finem num* 21. Petrus Vunez de Auendaño *lib.2. prætor cap.*4. *num.*21. illos referens. † Vbi dicit quod ſi alle- 8 getur titulus habitus ante Concilium lateranenſe probata immemoriali, poſſent laici decimas percipere, Couar. *dicto lib.*1.*variar.cap.*17.*num* 5. verſic. *ſed ſi dubitetur*, Gregorius Lopez *in l* 23. in verbo *tamen diezmo col.fin tit.*20.*p* 1. vbi aſſerit quod hæc opinio videtur eſſe magis communis eandem teſtatur Burgos de Paz *conſ* 50 *num.*5. Molina *de primogenitis lib* 2.*cap* 6 *num* 47. Ioannes Garcia *de expenſis*, & Melchior *in cap.*9.*num.*96.

Maſcardus

Mascardus *de probat.* verbo *decima conclus.*483. *à num.*8. Menchaca *lib.*2.*controuers. illustr. cap.*89. *num.*6. *&* 7. licet nimis hoc inculcet cum prædicta communi opinione, Gutierrez *lib.*1.*pract.*
9 *cap.*16. *num.*2. versic. *bis.* † Vbi ait esse veram hanc sententiam, dum tamen semper allegetur prædictus titulus habitus ante Concilium lateranense, vltra antiquitatem possessionis immemorialis, qua ipse titulus probatur, & præsumitur, vt iam dixi.

10 Quare & si multi contrarium existimauerint, quia laici sunt incapaces decimarum ex *cap. dudum de decimis* & ex nostro Textu; ob idque nunquam posse eos habere titulum ad præscribendum. Sed quia iam satis hoc manet exploratum in hac quæstione *a num.*2. ideò late non respondeo, & in terminis ad omnia respondet Gutierrez, *vbi suprà* videndus *toto num.*1. & in versic. *non obstant.* vbi dicit contraria dicentes loqui quando non allegatur titulus legitimus habitus ante concilium, sed solum niterentur laici præscriptione immemoriali, quæ quidem mi-
11 nimè sufficeret, vt iam est dictum. † Tamen si allegetur titulus habitus ante Concilium & contingat, vt de eo dubitetur: tunc immemoriali probata possessione præsumi, & probari sufficienter titulum acquisitum ante Concilium ex iam dictis, non aliter. Et sic improbat Menchacam, *vbi suprà num.*7. asserentem id procedere, etiam si reuera laici Priuilegium à Romano Pontifice non habuissent, cum hoc casu videantur, cum animarum periculo laicis decimas detinere, sed non esse necessariam probationem famæ, ex qua deducatur has decimas ante Concilium lateranense in feudum concessas fuisse, vt contra Abbatem, & Siluestrum refert Mascardus, *vbi suprà num* 6. Gregorius Lopez, & Couar. licet fortasse requireretur, saltim ex fama constare laicos easdem decimas titulo feudali posse disse, vt cum Rege probauit Couar. *vbi supra*: tu tamen circa hoc vltimum resolues secundum adducta *in fine dubij præcedentis.*

12 Ad tertiam quæstionis partem; an laicus spoliatus Iure percipiendi decimas, sit ante omnia restituendus, vt respondeas præmittes illa, quæ adduxi *supra in cap conquerente* 7. *de rest. spol.* vbi egi *ibi quæst.*2. an spoliatus nihilominus sit restituendus, quando Ius commune ei resistit, & quæ adduxi *ibi & in cap. in litteris* 5.*eodem q.*1. *à num.*43. pro explicatione Textus *in cap. ad decimas de rest. spol. lib.*6. quibus suppositis, & quæ *ibi* solent Doctores adducere, communis est Doctorum sententia, quod spoliatus, vbi resistit Ius commune, non est ante omnia restituendus, tàm in causis spiritualibus, quàm temporalibus, quod vt declaret Barbosa plura adducit videnda *in dicto cap. ad decimas à num* 3. vbi expendit Textum *in cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. possess. & prop. & in cap. licet Episcopus de prabend. lib.*6. *in cap. quoniam de filiis presbyterorum.*
13 † Et sic ex *dicto cap. ad decimas* pro regula solet statui, vt spoliatus decimis, beneficio, vel alia quacumque re spirituali, non sit restituendus, si aduersus ipsum obiiciatur notorius tituli defectus, quia si in his terminis spoliato fieret restitutio foueret lex peccatum, quod procedit ex notorie iniusta rei alienæ occupatione contra Domini spoliatoris voluntatem, ad quem res præsumptiuè pertinet: sic Couar. *lib pract. c.*23. *num.*24. Menochius *remedio vltimo de recuper. num.*25. & multis adductis Barbosa *in dicto cap. ad decimas num.*13. vbi *num.*14. id procedere ait non solùm in Iure decimandi, de quo Textus ille loquitur, sed etiam in omnibus causis matrimonialibus, spiritualibus, & beneficialibus, id probans multis adductis *ibi & n.*15. *&* 16. quod satis iam expeditum manet locis iam assignatis *in dicto cap. conquerente*, *& cap. ex litteris de restit. spoliatorum.*

Vnde iam ad difficultatem propositam firmiter respondendum esse quod laici spoliati decimis, agentes interdicto vnde vi, non sint restituendi ante omnia hoc est si spoliati sint Iure decimandi, & petendi decimas. & agant prædicto interdicto ex eo, quia cum necessarium sit possessionem probare, iuxta Textum *in cap. consultationibus in fine de officio delegati* & laici prædictum Ius decimandi, nullo modo possidere possint ex nostro Textu, eo quod illius iuris sint incapaces, vt late iam explicui, cum dependeat à spiritualibus, scilicet ab administratione Sacramentorum, vbi tanquam accessorium inseparabiliter adhæret *cap.*1. ibi *Iure sacerdotum* 16. *quæst.*7. *cap quamuis* 17. *de decimis cum similibus*, aut eo modo, secundùm quem explanatum est *suprà quæst.*1. Imo in specie de quæstione nostra, *in laicus spoliatus à Iure percipiendi decimas ante omnia sit restituendus*, dixi *in dicto cap. in litteris de restit. spoliat. quæst.*3. vbi videbis, & occasione nostri Textus tractant *hîc* Barbosa *num.*6. Couar. *dicto lib.*1. *variar. cap.*17.*num.*5. versic. *ex quibus*, Menchaca *lib.*1. *controuers. illustr. cap.*89. *num.*4. tetigit Gutierrez *dicto lib.*1. *pract. cap.*16. in fine versic. *sed an laicus.* 14

Ego autem suppositis quæ adduxi *in dicto cap. ex litteris de restit. spoliat. dicta quæst.*3. & si Bartolom. Breixies in Glossa 14. *quæst.*1. *cap.*1. quem refert Couar. *vbi suprà* existimet laicos spoliatos Iure decimas percipiendi, restituendos esse ante omnia, cuius opinionem apud Gallos in praxi seruatam sequutus sit Guido Pap. *quæst.*288 ex eo quod sæpissimæ spoliatus ea in re, quam Iure communi obtinere nequit, est ante omnia restituendus, *cap. licet Episcopus de prab in* 6. *l.* 1. *§. deiicitur, ff. de vi, & vi armata, l.*1. *Cod. si per vim, vel alio modo* itavt & si aduersùs laicum sit præsumptio iuris, cum tamen Ius istud optinuerit decimas percipiendi, & eo sit spoliatus? Quid mirum vt ante omnia veniat restituendus, cum hoc idem contingat in prædone, vt dixi *in dicto cap. ex litteris.* 15

Sed quia communiter hîc modus sentiendi reiicitur, vt cum Nauarro *in cap. accepta de restit. spol.* reiicit Couar. *vbi suprà*, existimo in hoc dubio distinguendum esse; nam vel laicus spoliatur decimis ab alio laico, & contra illum agit interdicto vnde vi, in quo casu tenendum est cum Brixien relatos à Glossa *in dicto cap. ad decimas*, & Glossa *in cap.*1. 14 *quæst.*1. vt sit restituendus, vti sequuntur alij per Gabriel *comm. sub tit. de decimis conclus.*1.*a num.*71. & per Menchocam *cap.*89. *num* 5. Couar. *dicto lib.*1. *variar. cap.*17 *num.*6. remissiue Moneta *de decimis cap.*5. *num.*82. Barbosa *in dicto cap. ad decimas num.*19. ex eo quia cum laicus proponatur spoliatus decimis, quas possidebat ab alio laico, & vterque de Iure incapax habeatur ex regula Textus nostri, & similiter, vt iam dixi, possit à laico allegari aliquis titulus iustificatiuus suæ possessionis, vt iam *suprà* in hac quæstione adduxi, quid 16

mirum,

mirum, vt tanquam prædo restituatur aduersùs alium laicum spoliatorem, qui simili morbo
17 laborat. † Verùm si laicus spolietur ab eo, cui Ius commune assistit, veluti à Parocho intra suam Parochiam, iuxta terminos Textus *in dicto cap.ad decimas de restit. spoliat.lib* 6. tunc non est, cur restituatur laicus spoliatus, eo quod Ius ei resistit,& spoliatori,non item: ita Couar,& iam *suprà* adducti Barbosa *in dicto c. ad decimas n.*20. *& hic dicto num* 6.vbi in fine concludit cum pluribus ab eo relatis, & addit ad intellectum dicti capituli ad decimas, vt procedat duabus illis concurrentibus copulatiuè, quod scilicet Ius commune assistat spolianti, & in simul spoliatio resistat, secus si spolianti non assistat, quamuis spoliatio resistat, quia tunc regula illius Textus reducitur ad rigorem iuris, de quo *in dicto cap.in litteris de restit.spolias* vt distingunt post Butrium, & alios Couar.*dicto l.* 1.*var.cap* 17.*num* 6.Moneta *de decimis dicto cap.*5. *num* 82. Menchaca *illustr. dicto cap.*89. *num.*4. Guttierrez *Canon. cap.*21. *à num.*74.latè disputans *à num.*72.vltra ea quæ tradunt Cortasius *lib* 2 *Miscellaneor.cap.*2.*an* 4.Couar. *de sponsalibus p.*2.*cap.*7.§.5.*num.*10. Menoch. *rem.*1. *de recuper. num.*366.

18 Ad quartam quæstionis partem, sto quod laicus veniat restituendus, dubium est à quo Iudice sit restituendus, an à sæculari,an vero ab Ecclesiastico, & præmissa longa illa *disp.* de qua *in cap. fin.de Iudic.quæst* 2.an laicus sit Iudex competens, super facto rei spiritualis, & aliorum,quæ adduxi *in cap.*5. *de foro competenti*, & in aliis pluribus iuribus,*vt in cap.*2.*cap.*3.*cap.*4.*cap.*8.*cap.nouit.cap. qualiter & quando de Iudiciis*, *cap.cum sit generale* & in multis aliis *de foro compet.* item & *in cap. tuam de ordine cognitionum.* Et enim Federicus de Senis *consl.*245. incipiente *Domimo Andr.* Petrus Belluga *in speculo princip. Rubr.*13. *de decimis*, §. *restat fol.*45.*& sequenti*,Guttierrez cum aliis *lib.*1. *pract. cap.* 14. *num.* 5. in fine, & alij distingunt, nam vel quæstio decimarum vertitur super Iure soluendi decimas; & tunc eius cognitio pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum tamen si super facto decimarum, tunc pertinebit ad sæcularem,vt in exemplis per Andream de Isernia, partis, quod confirmabis ex doctrina iacta *in dicto cap. fin. de Iudicijs quæst.*2 & ex adductis *in dicto cap* 2 *cap.*3. & aliis iam relatis; ex quibus poteris quam plu-
19 ra in confirmationem adducere. † Sed Barbosa *num.*10. in Glossa hic *nobilem verum*, ait quod licet in proposito Textus nostri is nobilis reus & laicus conueniatur apud Iudicem Ecclesiasticum non inde sequi, vt agatur de Iure spirituali decimandi,sic cum communi, tum etiam, quia decimarum causa(etiam extra Ius decimandi)in plerisque articulis contra laicos pertinent ad Iudicem Ecclesiasticum, iuxta Glossam *in sum.*11.*q.*3. *glossa* 3.*in cap. ex tenore de foro comp.*Doctores per Textum *ibi in cap.peruenit, & passim in tit de decimis, & in Clem.*2. *de Iudiciis* Rebuffus *de decimis quæst.*10. Couar.*pract cap.*35.*n.*2.tum etiam quia vt patet ex superscriptione, cuius Textus causa hæc contra laicum agitabatur in Ciuitate Parmensi, quæ tunc temporis subjecta in temporalibus erat de patrimonio Ecclesiæ, & ex his, quæ tradunt Doctores vbi Felinus *in c. si diligenti hoc tit.* ac subinde etiam contra laicum competens Pontifex Max. vt causam mere temporalem per se, vel per alium decidere possit, ita Barbosa.

20 Vnum tamen notabis cum Couar. *in practicis c.*35.*n.*35.versic *dices* se semel vidisse decimarum causam tractari inter Ecclesiasticos apud Granatensem prætorium ex eo,quod Reges Catholici Ferdinandus, & Elizabeth, decimas illius Regni Granatensis obtinuerint à Pontifice Maximo cum onere dotandi Ecclesias, de qua concessione,& ipsius tenore testatur Rodericus Suarez *allegatione* 28 *per totam*, & in Hispania cognoscere sæculares Iudices de decimis vulgò *tercias* numcupatis iusto titulo à Pontificibus, Regibus nostris Hispaniæ condonatis:ita dicit Petrus Belluga *vbi suprà*,imo id ipsum seruari in Regno Franciæ;idem ex Carolo, Molineo:tradit *suprà* Con. testatur Rebuff.*de decimis q.*10.*n.*39.dicens quod hodie ex priuilegio concesso Regi Franciæ Phili(vt quidem aiunt)quod Philippinam vocant Iudices laicos de decimis feudalibus cognoscere referr Gutierrez *d.lib.*1.*pract.c.*14 *n* 4. qui *n* 5. ait, vt si laici inquietantur super huiusmodi decimis coram Iudicibus Ecclesiasticis ante Concilium lateranense,in feudatis soleant impetrare litteras à Rege ad inhibendum Iudicibus Ecclesiasticis, ne de his cognoscant,causasque ad Iudices sæculares remittant, quibus per Regem mandatur.vt faciant laicos vti, & gaudere priuilegio dicto,& Iura tenendi, portandi, colligendi, & possidendi huiusmodi decimas in vim prædicti priuilegij, sicut referunt Reges Ferdinandus, & Elizabeth Reges Hispaniæ,id præcipientibus Iudicibus regnalibus Audientiæ Galliciæ, vt refert Ioannes Garca *de expensis & meliorationibus*, *c.* 9 *à n.*95.in idem videndus,de quo meminerunt Benedictus, & Cassaneus relati per Rebuffum *in tract.de decimis q.*13.*num.*55.versic.*nisi contra laicum*,vbi ait, quod prædictum est ex Petro Belluga, *vbi suprà speculo Princip.*aiente in Hispania sæculares Iudices cognoscere, quando scilicet laici Iure tenerent istas decimas,aliqui non possent cognoscere teste Federico de Senis *d.consl.*245.& sic vidi;imo video adhuc pendere in Regno supremæ Castellæ,litem maximam super decimis,quæ vocantur in Episcopatu Conchensa *de coronados*, eo. quod fiscus nomine Regis prætendit prædictas tertias habere,ex decimationibus à laicis,qui antequam essent vxorati prima tonsura ordinati sunt,seu ab aliis Clericis prima tonsura, & aliis minoribus ordinatis, & Episcopus capitulumque illius Ecclesiæ,prætendunt ad ipsos solos omnes,& integras decimas iterum spectare.

Iterum Gregor.Lopez *in l.*22.*tit.*20.*p.*1.Gloss. 21
nolas deuen auer,ex Doctrina Felini in nostro Textu *n* 4.versic. *limita secundo*,vt cum Reges Hispaniæ iusto titulo prædictas decimas habeant, & possideant,sic,& quod sint in commercio laicorum, & exemptæ à summis Pontificibus, atque separatæ à Iure Ecclesiæ, possint alienari ab ipsis Regibus nostris in laicos, eisque concedi; ita vt sint earundem capaces addens hoc ita esse de Iure,& esse consuetudinem in his Regnis,quod ego vidi practicatũ in priuilegio concesso à prædictis Regibus Ferdinand & Elizabeth,descendentibus ab *Antona Garcia* Ciuitatis Tauri,& in priuilegio concesso loco nuncupato *de Balderas*,per Regem Ioannem I & in priuilegio concesso loco *de Simancas*,per Regem Henricum IV. & in Regno Franciæ esse eandem consuetudinem refert Guillelmus Benedictus relatus ab eodem Gregorio; sequitur Garcia *de expensis dicto cap.*9.*n* 97 *fol* 84. *& de iure* idem latè probat Menchaca *lib.*1. *controuers.illustr. cap.*89. *num.*26. asserens has tertias soltere,

solere,& posse alienari à Principibus nostris,tam in Duces,Comites,& Marchiones,quàm in alios viros inferioris conditionis, & in eis Iure hæreditario succedi,& præscribi posse,& migrare de persona in personam posse , tam quoad iustam Dominij , quam possessionis causam : sequitur etiam idem Guttierrez *dicto cap.* 14 *lib.* 1. *pract. num.* 2. dicens ita quotidie videri à Regibus has tertias laicis concedi, quamuis Palacios Rubios *in repetitione Rubricæ de donationibus inter virum, & vxorem*, §.37.*existis,num.*13. referens Montalbum in contrarium relinquat cogitandum.

22 Nec obstat dicere ex Textu *in cap. prohibemus de decimis* non posse laicum transferre decimam in alium laicum, etiam si cum titulo eam possideat,vt cum multis ex antiquis docet *ibi* Barbosa & ex modernis , *n.*1. *&* 4. quia verius est vt laici decimas,quas iusto titulo feudi habent à summo Pontifice,vt contingit in prædictis tertiis respectu Regum Hispaniæ , vel ab alio Prælato inferiori,ante Concilium lateranense, posse licite in alios laicos transferre; ita Menchaca *d.c.*89.*n.*2. Guttier. *pract.lib.*1.*c.*5. Gilchen.*de præscriptionib. p.*5.*c.*8.*à n.*6.Ceuall.*in pract.q.*387. Cauedus Lusitanus *decis.*63.*n.*8.*p.*2.Suarez *de religione tom.*1. *tr.*2.*lib.*1.*c.*26.*n.*7. pariter resoluentes huiusmodi laicos posse de illis disponere,sicut de quibuscũque suis aliis bonis profanis,per donationes, vẽditiones,emphyteusim,& similes cõtractus,quia postquã in laicos licitè fuerũt alienatæ, efficiũtur de ipsorum patrimonio,& vt profana bona censeri debent iuxta regulã Text.*in l.pater filium* 36. § *quindecim.ff de leg.*3. & magis ad nostrum propositum Text.*in c.*2.*de feudis* cum ibi notatis,docet,& expendit latissimè Castillus *tom.*7 *de tertiis c.*11. *n.*3. cum Barb & pluribus ab eo relatis,vbi pro hac parte,& Barb. *hic n.*7. expendit pro hac sententia verba Text. *in d.cap.prohibemus* ibi *cum animarum suarum periculo detinentes* ea retorquendo.vt non intelligatur respectu illorum qui concessione Apostolica,vel alio iusto titulo,eas detinent decimas, quia isti laici absque periculo,iam tunc animarum eas possident, ac percipiunt : videbis Sesse *decis.*162.*n.*21.*&* 22 Paul.Christinæ *decis.*235.

23 Quare non erunt audiendi Cadinali, & Abb. *in d.c.prohibemus, n.*4. Beroius *cons.*210.*n.*9.*vol.*1. Cou. *d.lib.*1. *var.c.*17. versic.*præter hæc* Barb.*in l. Titia à n.*45.versic.*non obstat secundo,ff soluto matrim.* Rebuff.*ee decimis quæst* 10.*à num.*11 Martin Carat.*in tract.de feudis lib.*1.*tit.*11.*& fin.* Nicolaus Intrigl. *eodem tract.quæst.*44.*à num.*15.Moneta *de decimis c.*5. *num.*72. Azor. *instit. moral. p.*1. *lib.*7. *c.*25.*quæst.*13.qui contrarium tenentes resoluunt huiusmodi decimas , non posse in alios laicos feudi titulo transferri etiam de consensu Episcopi asserẽtes, & multipliciter pro sua parte expendentes Text.*in dicto c. prohibemus* nam vt intelligit Barbosa *num.*8. *ibi* & Cardinalis illius littera non patitur intellectum,quem aliqui afferunt referentes clausulam illam *cum animarum periculo* ad verbum *transferre*,quia huiusmodi transpositio offendit, & impropriat litteram ex qua apertissimè constat clausulam illam iungi verbo *detinentes:* Vide quæ longè scribit idem Guttierr. *lib.*1. *pract.cap.*25.*à num.*5.*&* 6. vbi expendit Textum *in dicto cap. prohibemus* , de cuius intellectu latè Balboa *hic à n.*14.*&* 18.

24 Ad quintam quæstionis partem ex dictis docent communiter Doctores posse laicum contra laicum prædictas decimas infeudatas præscribere, vt cum communi contendit Menchaca *lib.* 2. *controuersiarum illustrium,num.*3.& quod aduersùs laicum infeudatum de decimis , currat præscriptio : latè probauit Cuman. *cons.*83. incipienti, *causa decimalis*, cuius meminit Tiraquell.*lib.*1. *de retractu*, §.1.*glossa* 3.*num.*8. plenius tradit Parisius *cons.*25.*n.*10.*lib.*4.quos refert & sequitur Aluarus Velascus *de Iure emphit. q.* 17. idem tenet Petrus Rebuffus *de decimis. q.*13. *n.*55. versic. *nisi contra laicum.* Guttierrez *dicto lib.*1.*pract.q.*14 *num.*3. *& q.*15 *n* 7. vbi addit cum Guillelmo , Benedicto, Cassaneo, & Staphileo , cum Ioanne Garcia *de expensis,& melior. dicto cap.*9.*n.*93. vt ita decimæ concessæ laicis , quas possident ante Concilium Lateranense , dicuntur beneficia patrimonialia.

† Et idem Garcia *dicto cap.*9.*num.*97. tenet quod 25 cum beneficia , quæ Nobiles Regni Gallecíæ habent ex consuetudine & priuilegio eisdem ante dictum Concilium Lateranense concessa, sint patrimonialia , posse ad instar patrimonij vendi , permutari , in dotem dari , obligari , & venire in Iudicium familiæ ercifcundæ , dicens ita se vidisse sæpè practicari in Senatu Galleco ; taliter vt sustinerentur venditiones , permutationes , & locationes harum decimarum , & quod quotidie deducuntur in Iudicio familiæ ercifcundæ , & retrotrahuntur Iure retractus, sicut reliqua bona habita , & quod vidit latas plures sententias ; & si nouis Senatoribus , qui à scholis quotidie ad illud Regnum veniunt, noua res semper visa sit , plura alia possent *hic* adiungi notanda *in dicto cap.prohibemus.*

Ex his inquiro de dubio , an valeant statuta, 26 & Constitutiones Ciuitatum , vel leges Regum & Principum ; quibus vetantur decimæ à laicis exigi , quæ per consuetudinem solui minimè solent , & affirmatiuam sententiam docent Couarruuias *in pract. quæst.*35.*num.*2. versic. *quarto , & lib.*1. *variar. cap.*17. *num.*8. Turrianus *in summa, part.*1. *cap.*137. *dubio* 4 *conclus.*2. vbi sic ait : Iustæ sunt leges Caroli V. & Philippi II. Reges Hispaniarum , quibus decernunt , vt laici non soluant decimas , quæ per consuetudinem consueuerunt non solui. † Sed Raphaël de la Torre *num.*22. D.Thomæ *quæst.* 87. *artic.* 1. *disput.* 9. 27 *num.*17. Azor.*in summa,tomo* 1.*lib.*7.*moral. cap.*26. *quæst.* 3. dicunt tales leges nullam habere vim, nisi fiant priuilegio Romani Pontificis , aut authoritate firmentur , quia de decimarum Iure, cùm sit spirituale , nihil laici statuere possint. Nec obstare dicunt Reges solùm præcipere , vt consuetudo recepta seruetur , & omnia Iura decernere , approbatas consuetudines vim legis habere , quia respondent hoc argumento tantùm probari , ne talis consuetudo violetur , sed præcipere , ne contra eam Clerici faciant , laicorum non esse , sed Ecclesiasticorum Iudicum, videlicet Episcoporum , & Summi Pontificis.

Qvæstio III.

An laicus poßit præſcribere Iuſpatronatus Eccleſiaſtici: Quid de patrono laicorum: Et an ad præſcriptionem Iuriſpatronatus, ſimul titulus & bona fides deſideretur cum 40. *annorum quaſi poſſeßione: An laicus poßit præſcribere Ius eligendi: Et an ſit beneficii capax: An collatio beneficiorum, & Epiſcopatuum poßit à Principibus præſcribi: Et an legatus de latere, poßit beneficia laicorum, Iuriſpatronatus præſcriptione acquiſita conferre?*

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus præſcribi per laicum, qualiter poſſit, n.*2.3.4.5.*&* 6.
2 *Iuſpatronatus à laicis poſſidetur.*
5 Cap.9.ſeſſ.25.Trident.
7 *Laicus quit præſcribere Iuſpatronatus contra laicum, ſed quoto tempore, n.*8.*&* 9.
10 *Reges Hiſpaniæ habent Ius præſtandi Epiſcopatus.*
11 *Laicus vt præſcribat Iuſpatronatus, numquid debeat habere titulum, & bonam fidem, & quam poſſeſſionem.*
12 *Eligendi Ius laicus præſcribere nequit, & de differentia cum Iurepatronatus, n.*17.
13 *Laicus poſſidens ſpiritualia, præſumitur in mala fide.*
14 *Habitus ex priuilegio ad poſſidendum, non ob id dicitur talis ad præſcribendum.*
15 Cap. querelam de electione.
16 Cap. generali de electione, lib.6.
18 *Laicus capax non eſt beneficij conferendi, niſi ex priuilegio Papæ; & ſic Ius conferendi non præſcribit.*
19 *Beneficium laico conceſſum ſecularizatur.*
20 *Reges, & Imperatores verius eſt, vt nequeant Ius conferendi beneficia præſcribere, num.*21.
22 *Legatus de latere quit præſcribere Ius beneficia conferendi.*

1 PLura conducibilia ad primam quæſtionis partem ſcripſi *ſuprà in cap. quanto de Iudiciis*, vbi videbis quibus ſuppoſitis pro maiori doctrina huius dubij, de quo diſputant hîc Felinus *n.*7. & alij, quos referunt Balboa *à n.*33. Barboſa *n.*8. *&* 9. cum multis Ceuallos *in pract. quæſt.*614. Faquinetus perdoctè, & meliùs, quàm alij *lib.* 8. *controuerſ. capite* 74. cum multis aliis; eſt ergo hæc diſputatio egregia nimis, vt agnoſcit citatus Faquineus, qui exiſtimat laicos præſcriptione temporis, non poſſe Iuſpatronatus acquiquirere, niſi iuſtus adſit titulus, bona fides, & ſpatium 40. annorum, vel tantùm tempus, quod hominum memoriam excedat: argumento Textus *in cap.* 1. *hoc tit. lib.*6. qui vt hanc partem defendat ſatisfacit fundamentis contrariæ ſententiæ, ortum habentibus ab incapacitate laicorum, in quorum confirmationem poſſemùs plura applicare ex iam dictis *q.*1. *&* 2. huius textus, *& in d.cap.*3. *de Iudiciis.* Et quod poſſit præſcriptione acquiri docent Ioan. Andreas, & Antonius *in cap. querelam de electione, per textum ibi & gloſſam*, verbo, *conſuetudine*, Rochus de Curte *de Iurepatronatus*, verbo *ipſe velis, n.*81. *&* 86. vbi rationes aſſignat, & ſine ſcrupulo admittunt Ioan. Bota *conſ.*3. *n.*7. Corneus *conſ.*47. *n.*3. *vol.*3. Roland. à Valle *conſ.*47. *n.*32. Ripa *in Rubrica de Iudiciis, n.*79. Balbus *de præſcript.*1. *p.p.*5. *princ.q.*9. *n.*1 *&* 3. Couar. *in pract. cap.*36. *n.*6. *& de Regula poſſeſſor*, 2 *p.§.*10. *n.*3. Padilla *in l ſi aquam, n.*53. *Cod. de ſeruitutibus*, & alij adducti à Ceuallos *in pract. d.q.*614. *ſub n.*2.

† Et facit ea ratio, nam ſicut Iuſpatronatus à laicis poſſidetur, *cap. conſultationibus de Iurepatronatus*, ita ab eiſdem poſſe præſcribi, latè defendit Ioannes Andreas *in reg. quæ alicui gratioſè de reg. iuris lib.*6. vbi expendit Textum *in d.c. querelam, & c. generali* 13. *de electione lib.*6. ibi *fundatione, vel antiqua conſuetudine*, & hanc dicit hîc Barboſa ſatis defendi, *n.*9. quia cum laici meroiure poſſidere valeant Iuſpatronatus, ne vlla lege prohibeantur præſcribere, vtique ſi reliqua concurrant verè ait præſcribere. 2

Alij inquam abſolutè tenuerunt laicos iſtud Ius præſcribere non poſſe, Archidiac. *in c. hortamur* 71. *diſt.* poſt longam diſputationem quam ſequitur Abb. *in d.c. querelam, n.*9. docent eam ſententiam plures allegati à Rocho de Curte *vbi ſuprà, num.*85. Selua *de beneficij* 3 *p.q.*11. *n.*69. vbi hanc innuit eſſe communem dicens ita tenere, Doctores huius ſententiæ rationem adducunt, quia cum Iuſpatronatus ſit annexum antecedenter ſpiritualibus, dum ex authoritate erigitur in ordine, ad conſtituendos Miniſtros ſpiritualis officij iuxta longè dicta per Text. *ibi in d. c. quarto de Iudiciis q.*1. & in aliis, & ſic à laico Iudice diſcuti nequeat, vt ibi dixi ſequitur, vt nec à laico poſſideri, aut præſcribi poſſit, vti de decimis iam ex noſtro Textu dictum eſt, & vt contingit in Iure eligendi *ex c. maſana de electione, c. Sacroſancta eodem*, quod ad ſimilitudinem Iuriſpatronatus videtur inſtitutum, vt *infrà* expenditur, ſequuntur Abbas *hîc n* 4. Felin. *n.*7. & relati Balb. *ſuprà n* 71. 3

Quia vt Doctores hanc controuerſiam diſſoluant in eam itum eſt diſtinctionem per eos, ſcilicet, vt prima opinio intelligatur, quando Eccleſia eſſet alias patrona, ſecunda autem, quando non fuiſſet, hanc amplectitur de Iure Ceuallos *dicta quæſt.*614. *n.*2. quam concordiam expreſsè fatetur communen Couar. *in dicta reg. poſſeſſor. n.*2. *&* 3. vbi latè agit videbis quæ congerit Balboa *hîc à n.*35. vbi adducit plures dicendi modos, quos non admittens Faquineus, *vbi ſuprà dicto cap.*74. *lib* 8. *controuerſ.* in verſic. *licèt* verſic. *non ignoro.* abſolutè negat eam præſcriptionem, niſi ſtante titulo, bona fide, & poſſeſſione, de qua iam *num.*1. Et præter illos, quos ipſe refert illius diſtinctionis Doctores addo nouiſſimè Trrulenque *in opere morali lib.*7. *cap.*5. *dubio* 9. *num.*1. vbi præfatam difficultatem intelligit, vt Iuſpatronatus ſic conſtat Eccleſiam olim fuiſſe omnino liberam, præſcribi à laico non poſſit ſin autem dubium ſit, an vt Eccleſia Parochialis libera ſit ab antiquo, tunc tale Iuſpatronatus, poſſe à Parochianis quadraginta annorum tempore præſcribi cum titulo, ſed tempore immemoriabili abſque titulo; & ſic Leſſius *lib.*2. *de Iuſt. cap.*6. *dubio* 10. *num.*31. primam partem huius dicti probat, quia cum titulo colorato, vel præſumpto, poſſunt præſcribi à laico bona immobilia, & Iura, vt feudum, & emphytheuſis contra Eccleſiam, & ob eandem rationem, & Iuſpatronatus, quod eſt minoris momenti, ſecundam 4

verò partem probat, quia ex possessione huius Iuris immemoriabilis, præsumitur iustus titulus in Parochianis.

5 Ego autem existimans quemlibet intelligendi modum esse aptum pro cognitione perfecta huius dubij, dico vt cum ex Tridentino *in cap. 9. sess. 25.* nemo possit acquirere Iuspatronatus, nisi ex fundatione, vel donatione, vel ex multiplicatis præsentationibus, & per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, & sic requiratur immemorialis præscriptio, cum multiplicatis præsentationibus; & in communitatibus verò, vel vniuersitatibus plenior probatio ad docendum, titulum verum requiratur, vt denotant verba ibi, *Nec immemorialis temporis probatio aliter eis suffragatur quàm si præter reliqua ad ea necessaria præsentationes, etiam continuatæ, non minori saltim, quàm quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint authenticis scripturis probetur*; indéque Ceuallos *in pract. dicta quæst.* 614. *à n.* 3. *&* 5. ait hoc in casu, non sufficere immemorialem præscriptionem de per se, nisi quoad iubetur cum præsentationibus continuis per quinquaginta annorum spatium, & quod magis est, quod omnes illæ continuæ præsentationes effectum sortiantur; aliàs enim de nihilo eas seruire: quare concludit, vt debeant aduocati esse cauti, circa probationem Iurispatronatus ex præscriptione immemoriabili, quia debent attendere ad illius decisionem, & non ad communem opinionem, de qua per Padillam *in dicta l. si aquam, n.* 33. qui resoluit quod per 40. annorum spatium præscribatur Iuspatronatus, Nauarrus *cons.* 4. *n.* 5. *lib.* 3. *tit. de Iurepatronatus*, Couarr. *in locis iam citatis*, & Mascard. *conclus.* 958. *de probat.* vbi tradit quinque modos probandi Iuspatronatus, de quibus *in illo tit.* dico, ad plura leges cum multis Barbosam *in dicto Trid. decreto*, qui etsi *n.* 20. *& de officio Episcopi, allegatione* 72. *n.* 68. Gonzales *in regula* 8. *Cancell. glossa* 18. *n.* 57. & Rota *decis.* 146. *n.* 5. *p.* 2. recentior, & apud Postium *tract. mandati de manutenendo decis.* 139. *n.* 10. cum aliis dicat Iuspatronatus posse præscribi ab vno contra alium compatronum, spatio 40. annorum cum titulo colorato, quod verum est in suo sensu, tamen non implicat circa dispositionem Tridentini, iam *suprà* iactam.

6 Adhuc dicunt aliqui quod etsi laici, non sint absolutè incapaces Iurispatronatus; sufficit tamen, vt incapaces sint generaliter, nisi, vel priuilegio, fundatione, dotationéve acquirant Iuspatronatus ad hoc, vt his deficientibus prohibeatur præscriptio ad similitudinem decimarum, quas nequeunt præscribere, nisi certis in casibus: sic relati à Balboa *hic n.* 34. *&* 35. vbi *à n.* 37. respondet contrariis, vt Archidiaconus, & sequaces voluerunt, quia Barbosa *hic in dicto n.* 9. versic. *nec aduersatur*, vt explicet ait non sequi, vt etsi Iuspatronatus, sit annexum spiritualibus, ob id nec vendi, absque labe Simoniæ, nec à Iudice laico pertractetur, cùm laici sint incapaces possidendi Iuspatronatus, quia etiam matrimonium, & reliqua Ecclesiæ Sacramenta sunt spiritualia, quæ absque Simonia vendi non possunt, & Iudicio tantùm Ecclesiastico definiuntur, & tamen laici capaces sunt possidendi, etsi iudicare nequeant; nam iudicare, est de his, quæ reseruantur potestati, & personis Ecclesiasticis *ex cap.* 2. *& dicti cap. quanto* 3. *de Iudiciis.* Vnde existimat nihil concludere similitudinem Iuris decimandi, & Iuris eligendi, quia Ius decimandi officio spirituali administrandi Sacramenta; eligendi verò personis Ecclesiasticis in Collegio degentibus, reseruatur ex *dicto capite Massana de electione.*

Ad secundam quæstionis partem de patronatu laicorum præscribendo ab vno laico aduersùs alium laicum, non aduersùs Ecclesiam, an 40. annorum spatium sit necessarium, & Dominicus docet *cons.* 123. 40. annos, & titulum, & bonam fidem prærequiri, quod difficile videtur, dum exigit in tali præscriptione titulum; siquidem in ea specie nulla sit Iuris præsumptio contra præscribentem pro libertate Ecclesiæ, eo quod constet Ecclesiam patronatam esse, nec de eius libertate dubitetur, sed de vero patrono. † Quare Rochus de Curte *de Iurepatronatus*, verbo, *ipse velis, quæst.* 36. *num.* 86. censuit hoc Iuspatronatus à laico aduersùs laicum patronum, tempore ordinario decem, & viginti posse præscribi; ego verò cum Baldo *in l.* 2. *Cod. de seruit. & aqua*, Alexandro *cons.* 75. *lib.* 4. Federico *cons.* 234. Decio *cons.* 134. Corneo *cons.* 47. *lib* 3. Lambertino *de Iurepatronat. lib.* 1. 2. *parte, quæst.* 11. *art.* 5. Balboa *hic sub num.* 47. & ex aliis iam adductis *in cap. de quarta, hoc titulo*, existimo prædictam doctrinam non probari, quia etsi talis præscriptio non procedat contra Ecclesiam; Ecclesiæ tamen interest non mutare patronum; & sic quadragenarium tempus in eo præscribendo contra laicum prærequiri; alia idem Balboa refert videnda *hic num.* 42. vbi agit de quæstione illa, *An laicus exigens, vel dotans Ecclesiam Collegialem acquirat Ius patronandi Clericos ad eam, sicuti acquirit, dato quod Ecclesia non sit Collegialis*, de qua alibi agit Trulench. *in opere morali dicto cap.* 4. *lib.* 7. *dubio* 9. *in* 2. † Qui *n.* 3. refert in Ecclesia non libera, quæ à prima sui constitutione patronum habuit Iuspatronatus à laico contra verum patronum, præscribi posse cum titulo colorato decem annis inter præsentes, viginti inter absentes, sine titulo annis triginta, vt est communis Doctor, teste Couar. *in reg. possessor, p.* 2. §. 10. Lessius *lib.* 2. *de Iust. cap.* 6. *n.* 33. quia est eadem ratio, quæ bonorum immobilium, & Iurium contra priuatum, cùm hîc non agatur contra Ecclesiam, sed priuatum Azor. *Institut. moral. p.* 3. *lib.* 1. *cap* 23. requirit 40 annos, sed Trulenque commendat, vt consuetudini attendatur. 7 8 9

Vnum verè notabis ex adductis longè *in cap. cum Ecclesia Sutrina de causa possess. & prop.* Reges Hispaniæ etiamsi nullum à Romanis Pontificibus habuerint priuilegium ad præsentationem Episcoporum in Ecclesiis Cathedralibus Iure optimo hoc Ius præscriptione acquirere potuisse, eo quod tales Ecclesias construxerint, atque dotauerint, vt constat *ex l.* 118. *tit.* 5. *p.* 1. *l.* 3. *tit.* 3. *lib.* 1. *ordinam. l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *recop.* quia habent enim Reges Hispaniæ huiusmodi possessionem ab eo tempore, cuius initium memoriam hominum excedit; ita vt nisi à Rege nominatus sit, nemo possit in Episcopum à Pontifice confirmari, quod etiam Regibus in Concilio Toletano XII. *cap.* 6. concessum esse testatur D. Rodericus Archiepiscopus Toletanus *lib.* 3. *cap* 12. copiosè Couarr. *in reg possessor. p.* 2 *n* 6. refertur à Gratiano *in cap. cum longè* 63. *dist.* Balboa *hic. n.* 45. notat Archidiaconus *in cap lectis* 63. *dist.* Corsetus *in tract. de excellentia Principum. & Regum q.* 34. faciunt plura *supra notata in cap. nouit de Iudiciis, tota parte* 1. 10

Ad

11 Ad tertiam quæſtionis partem; an ad præſcriptionem Iuris patronatus, ſimul titulus,& bona fides deſideretur, cum quadraginta annorum poſſeſſione,reſpondebis ex proxime dictis,in verſic.*ad primam*,& verſic.*ad ſecundam*;& ſic breuiter dico in iure communi,extra tridentini diſpoſitionem,*in cap.9.ſeſſ.15.* deſiderari titulum & bonam fidem, cum quaſi poſſeſſione annorum quadraginta, & deficiente titulo deſiderari tempus immemoriale, quoniam in tali ſpecie grauis iuris præſumptio, & ſpecialis contra præſcribentem verſatur, cum omnes Eccleſiæ liberæ præſumantur,& in omnibus Iure communi collatio beneficiorum,& miniſtrorum inſtitutio ad Epiſcopum pertineat,*cap.omnes Baſilicæ 76.quæſt.7.cap. ex frequentibus de inſtitution.cap.cum venerabilis de exceptionibus:* Vnde neceſſe eſt in tali ſpecie admittendam eſſe regulam Textus *in dict.cap.* 1. *hoc tit.de præſcr.lib.*6.docent Panormit.*conſ.*106.*lib.*2. Alex. *conſ.*75.*lib.*4 Balbus *de præſcript.* 1. *p.*5. *principalis, quæſt.*9.verſic.*tertia concluſio*,Balboa *hic num.*46. & iam *ſupra*.relati videbis,Azor *lib.*6. *moral. tomo* 1. *quæſt.*11.cum aliis,Suárez *de diuino cultu t.*1. *de relig.c.*25.26.*&* 27.

12 Ad quartam quæſtionis partem,an laicus poſſit præſcribere Ius eligendi, negatiuè reſpondendum eſt ex Doctrina Textus noſtri. † Quia laicus
13 non ſe intromittit in ſpiritualibus, & ibi annexis, niſi de licentia Papæ *cap.cum contingat.de arbitris, cap.Princeps* 26. *quæſt.*3. *cap. Adrianus,diſt* 63. per Geminianum *in cap.*2.*de præb* Marta *de iuriſdictione,p.*4 *cent.*1. *caſu* 47. *num.*2. niſi in caſibus à iure
14 expreſſis,Gloſſa ſingularis,*in c fin.*23.*q.*1. † Vnde dixit Innocentius *in cap. conſtitutus de electione*, quod laicus poſſidens ſpiritualia, ſemper præſumitur in mala fide eſſe,idem dicit Baldus *in l. ſuper longi,col.*4 *Cod.de præſcript.longi temporis*, *& in l.male agitur.Cod.de præſcript.*40.*annorum*,vbi dicit quod poſſidens ſpiritualia cogitur oſtendere titulum: ergo infert Marta, vt nulla temporis præſcriptio,etiam immemorialis, poſſit iuuare laicum in iſtis ſpiritualibus, ex Textu noſtro,& Abbate.
15 † Quia non valet argumentum de priuilegio ad præſcriptionem, quando perſona non eſt habilis ad poſſidendum, cum tunc fiat habilis tantùm priuilegium Papæ,Gloſſa *in §.verum,diſt.*31. *& in cap.bene quidem,diſt.*96.*& in dict.cap. Adrianus*,vbi Papa conceſſit Imperatori,& multis Regibus facultatem conferendi beneficia, eo quod ſine priuilegio capaces non ſint, vt latè adduxi, *ſupra*, *in cap.quanto de iudiciis,quæſt.fin.*& ſic nec poſſe præ-
16 ſcriptione acquirere. † Nec obſtat Textus *in dicto cap.querelam de electione*,in videbis ibi *cum nobis conſtiterit quod populus,in quaſi poſſeſſione præſentandi Clericum, exiſtebat, quando ipſum presbyterum ad ipſam elegit*,quia reſpondent Faquineus *d.lib.*8. *controuerſ.cap.*24.Balboa *hic num.*37.quod *ibi* Pontifex loquutus eſt in eo caſu,quo Clerici præſentatio ex conſuetudine populi ad populum pertinebat,vt eiuſdem Textus indicant verba ibi, *ſed ipſe per electionem populi,ad quem de antiqua conſuetudine pertinet electio*, nam aliud eſt conſuetudo; aliud verò præſcriptio; nam illa vim legis habet, *cap.conſuetudo* 1.*diſt.l.de quibus ff.de leg* ſecundùm ea,quæ adduxi,*ſupra quæſt.*1.verſic.*ad ſextam.* † Et ſub qua differentia procedit Textus *in cap. generali de electione*, *lib.* 6. † Nec etiam obſtant *ad-*
17 *ducta ſupra de præſcriptione iuris patronatus*, quia vt iam late dixi, *in hac quæſtione à numero* 1. ex alia cauſa admittatur præſcriptio in Iure patro-

natus, quæ locum nunquam habet in electione; ſolùm ea poterit habere locum reſpectu Clerici præſcribentis: Balboa *hic numero* 40. vbi non admittit æquiparationem, quam facit Federicus Senenſ. *conſ.* 234. quatenus dicit Ius eligendi, quoad Clericos in Eccleſia, & Ius præſentandi, quoad patronatum eſſe paria.

Ad quintam quæſtionis partem, an laicus ſit 18
beneficij capax reſpondeo breuiter quod cum beneficium ſit Ius ſpirituale, non poſſet à laico, vt pote ſpiritualium incapace ex noſtro Textu ſine priuilegio Apoſtolico teneri Felinus *in cap. cum adeo,à num.*2.*de reſcriptis.* Stuphiſenſ. *de litter gratiæ noua forma ſpectinar.num.*24 Ripa *in cap.*2.*de iudiciis,num* 129.*&* 134.Franciſcus Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſt.c.*21.*à num.*19.*&* 24.Tuſchus *concl.*56.*littera,B*,multis adductis Garcia *de beneficiis, p.*1.*cap.*2 *à num.*28.† Qui *num.* 29 dicit quod cum 19
laico conceditur beneficium priuilegio Apoſtolico tunc effici ipſum beneficium quid ſæculare,& laicum,hoc eſt ſæcularizatur, ita vt ſit quoddam Ius ſæculare in mera temporalitate percipiendi fructus conſiſtens,& conſequenter in eo non poſſe interuenire ſimoniam; & ſic eadem ratione infert non poſſe à laico conferri, niſi ex priuilegio Apoſtolico; eo tamen ſecluſo,non erunt laici capaces conferendi beneficia, etiam ſi appoſita ſit conditio in limine fundationis,vt de conceſſu ordinarij ea conferant, alia infinita videnda congerit ex multis Garcia *à num.* 33. *in dicto cap.* 2. qui *num.* 38. ait in hoc caſu non poſſe ex immemoriali tempore præſumi priuilegium, cum adeſt incapacitas, niſi fama priuilegij concurrat ex Felino *hic à num.*2. & ex multis per Garciam relatis, vbi *à num.*39. plures deciſiones refert; & ſic ait Marta *ex regula ſine poſſeſſione de regulis iuris, lib.* 6. quod etſi Papa multis Imperatoribus, & Regibus; ſeu Principibus dederit Ius conferendi beneficia, tamen ea conferre ex præſcriptione non poſſe affirmat ex noſtro Textu *in d.*4.*p.cent.*1. *caſu* 47.*n.*2.*in fin.*

Ad ſextam quæſtionis partem an collatio be- 20
neficiorum, & Epiſcopatuum poſſit à Principibus præſcribi, poterat affirmatiuè reſponderi ex dictis, *ſupra* de Regibus Hiſpaniæ, quibus Ius præſentandi poteſt competere, tum ex his quæ dicit Michael Martinez del Villar. *del patronado, de Calatayud* 9. *p.* §. 2. *num.* 4 *ad finem*, qui affirmauit ex conſuetudine immemoriali poſſe Reges habere Canonicatus, non obſtante quod ſint laici citans Abbatem *in cap. extirpandæ*, §. *qui vero*, *num.* 27. *&* 28. *de præbend.* Montalbum verbo *Rex*, verſic. *Rex Franciæ*, & verbo *Regaliæ*, qui id non dicunt, vt ſentit Garcia *dict.p.*2. *de benef.cap.*2.*num.*28.*in fine*, vt ſatis, *à num.* 35. conuincit,eo quod ſint incapaces,in terminis plura adducit de noſtra quæſt.videnda Diana *p.*1.*tr.*1. *reſ.*65.ſed quia ſatis intelliguntur ex his, quæ adduxi,*ſupra in cap.*3.*de iudiciis,quæſt.*5.*& in cap. cum Eccleſia Sutrina*,ideo applicabis,*ibi* adducta. † Et 21
licet Trulench.*in opere moral.l.*7.*c.*4 *dub.*9.*n.*4. dicat beneficium Eccleſiaſticum cum titulo colorato, poſſe præſcribi contra alium ad quem vere pertinebat decem annis inter præſentes, 20. inter abſentes, ſicut alia Iura, quæ bonis immobilibus annumerantur: tamen hoc ſi verum eſt, eſt accipiendum inter Eccleſiaſticos capaces ad præſcribendum, & addit quod qui triennio pacificè, & abſque ſimoniaco ingreſſu

 poſſedit,

possedit, aliquod beneficium præscribit contra actionem cuiusuis impetitoris: sic ex *reg. 35. Cancellariæ* de qua dixi *suprà in Rubrica de causa possessionis*.

22 Ad vltimam quæstionis partem, an legatus de latere, possit beneficia iuris patronatus laicorum præscriptione acquisita conferre respondent relati à Ceuallos *in pract. q. 613.* legatum de latere beneficia iuris patronatus laicorum conferre non posse Clericorum posse, ex Textu cum *ibi* notatis *in cap. dilectus de Iure patronatus ibi*, Anania *n. 8.* & hanc extendit Ceuallos ad beneficia iuris patronatus mixti per ea, quæ habentur *in c. 2. de preb. lib. 6.* vbi limitat quotiescumque Ius patronatus fuerit laicorum acquisitum dotatione, aut fundatione, nam tunc benè posset conferre ait, secus si esset acquisitum præscriptione, vt tenent Abbas *in dicto c. dilectus*, sed Carolus Molineus ad Alex *cons. 74 vol. 4. num. 27.* testatur quod veritas, & communis obseruantia est in contrarium, quam crederem in puncto iuris; eo quod legatus de latere est capax ad præscribendum, cum sit persona Ecclesiastica ex iam adductis, & finitur is Textus die 21. Iulij 1655

AD TEXTVM
IN CAPITE VIII.
Illud, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.
SVMMARIVM.

5 *Doctores agentes de materia nostri Textus.*
7 *Possessio continua ad præscriptionem requiritur tam in mobilibus, quàm in immobilibus.*

1 TExtus iste continet duo difficilia, nempe vt contra Ecclesiam sola præscriptio quadraginta annorum currat, sed qualiter hæc prima pars intelligatur, & de quibus iam latè *in c. 1. c. 3. c. 4. c. ad aures, & in c. causam 7. hoc tit.* dixi.

2 Et in versic. *verum* quatenus dicit, vt si inter partes fuerit mota quæstio de præscriptione, & de eius interruptione, tunc ait Vrbanus III. debere ab vtraque parte recipi testes, & si probata fuerit interrumptio, præscriptionem non retinere. Ex hac ergo secunda parte duo etiam deducuntur, nempe, vt interruptio præscriptionem impediat, secundum, vt ab vtraque parte sit super hoc articulo testium probatio recipienda, & ex hoc vltimo possumus incidere in materiam Textus *suprà in cap. licet causam de probationibus*, & sic *ibi* dicta applicabis pro maiori explicatione Textus nostri. Sed quia longè Balboa *hîc* & alij Doctores agunt de interruptione, tàm naturali, quàm ciuili, & quibus modis contingat plura Iura, & plures Doctores adducendo, & explanando, ideo ego adducendo Textus nostri rationem ad nonnullas quæstiones descendam.

3 Et ibi in versic. *& Ecclesia se potest aduersùs Ecclesiam quadragenariam temporis præscriptione tueri de re illa, quam inconcusse quadraginta annis nescitur possedisse:* per hæc verba etiam possunt inquiri duo difficilia, an taliter continuata, & inconcussa debeat esse possessio ad præscribendum & vsucapiendum, vt nullos temporis momento queat præscribens derelinquere possessionem. † Secundum an Ecclesia aduersùs Ecclesiam 4
præscribens debeat gaudere priuilegio quadragenariæ præscriptionis, eo quod dubium est in Iure an priuilegiatus contra pariter priuilegiatum vtatur priuilegio suo, de quo dubio iam *suprà* dixi *in dicto cap. ad aures 6. tit. q. 2 à n. 1.*

Et pro integra materia Textus nostri, præter 5
relatos à Barb. & Graña *hîc* videbis Gratianum *reg 367. & 368.* Cou. *in reg. possessor. 2. p. §. 2. & §. 12.* Ceuallos *in pract. q. 98. & q. 174.* Trullenq. *in opere morali lib. 7. c. 4. dub. 14.* Valasc. *de priuileg. pauperum q. 32.* Guttierrez *de Iuramento confirm. 3. p. c. 1.* Ceuallos *q. 732.* Pinell. *in Auth. nisi triennale à n. 14. Cod. de bonis maternis* Molin. *de Iust: & Iure tom. 1. tract. 2. disp. 78.* Azeuedum *in l. 7. tit. 15. lib. 4. recop.* Balboa *in c. hoc tit. à n. 15. & in c. 1. de libelli oblatione à n. 39.* Ceuall. *q. 201.* Riccium *collect. 155 collect. 427. & collect. 2107.* Martam *de Iurisdictione 4. p. cent. 1. casu 48.* Donell. *lib. 5. commentarior. c. 20. & c. 21.* abi Osualdus *dicto cap. 21.* Anton. Faber *de erroribus pragmaticor. errore 9. decade 3.*

Ratio quare in præscriptione aduersùs Eccle- 6
sias, seu res Ecclesiasticas desideretur quadragenaria, & cõtinuata possessio, iam desumpta est ex latè adductis *in d. c. 3. c. 4. c. 6. & c. 7. hoc tit.* † Et 7
quare si illud tempus interrumpatur, euanescat semel continuata possessio, illa communis est, quia ipsa interruptio possessionis, est contra naturam, & substantiam præscriptionis, siquidem vsucapio nihil est aliud, quàm captio, seu acquisitio per vsum, id est per possessionem continuatam, iuxta Textum *in l. 1. ff. de acquirenda possess.* tradit Graña *hîc n. 6.* eam desumit ex verbis *l. 12 tabularum*, quibus placuit eum vsucapere olim, qui rem mobilem, anno immobilem verò biennio possedisset; nunc verò qui mobilem triennio, immobilem verò decem, vel viginti annis possederit *l. vnic. Cod. de vsucap. transformanda, & in princ. inst. de vsucap.* quod tempus continuum debere esse dicit quia Iure nostro id receptum est, vt quoties actio constituitur inter duos, aut plures annos, continui intelligantur, si vtiles non nominentur, *l. fin Cod. de dolo, l. fin. Cod. de temporibus in integrum restituendis.* Quam doctrinam de vsucapione, & præscriptione introducta per continuationem possessionis, non solùm procedere in vsucapione rerum, sed etiam immobilium generaliter tenendam probat *ibi n. 8. ex l. 3. ff. de vsuc. l. 2. Cod. de præscriptione longi temporis*, quæ aperte de præscriptione rerum immobilium loquendo dicens vsucapionem esse adjectionem Dominij per continuationem possessionis; vnde quod scriptum est *in l. nunquam, §. 1. ff. de vsucap.* scilicet in vsucapionibus mobilium rerum, continuum tempus esse numerandum, accipi debere, quasi etiam sit scriptum in vsucapionibus immobilium, quia ibi de mobilibus commode dubitari potuisset, cum res illæ ex natura sua loco mutari possint ob idque facilè potuisse interrumpi temporum possessionem nouissimè repetit ad Textum nostrum Matthæus Coller. *de processibus executiuis p. 4 pag. 91. satis intelligendus per hîc dicta.*

QVÆST.

QVÆSTIO I.

An poſſeſſio per actum ciuilem tantùm non etiam naturalem acquiſita ſufficiens ſit ad vſucapionem: Et an vt præſcriptio locum habeat, tam in præſcriptione triennali, decennali, vicennali, tricennali, ſeu quadragenaria, aut centum annorum, ita debeat adimpleri, vt non ſolùm ſufficiat atiẽtus poſtremi anni vltimus dies, ſed etiam requiratur tranſcurſus: Et an leges diſponentes tempus præſcriptionis minus 40. annorum valeant contra Eccleſiam: Et an poſſeſſio quadragenaria requiratur in rebus Eccleſiæ mobilibus, aut centennaria in rebus Eccleſiæ Romanæ vel ſufficiat tricennalis?

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ciuilis ſufficit ad vſucapionem, non verò naturalis ſine ciuili n.2.3.4.5.6.*

3 *Poſſeſſio ſola naturalis, quando proſit ad vſucapionem.*

5 *Vſufructuarius, ſeu feudatarius, aut emphytheuta ex ſola naturali poſſeſſione non præſcribunt. ſed ex quaſi ciuili.*

6 L.1.§. per ſeruum, ff. de acquirenda poſſeſſ. l. qui pign. 36 ff. eodem, l. qui vniuerſas 36. ff. eodem, l. non ſolum, §. qui pign. ff. de vſucap. remiſſiuè.

7 *Dies vltimus ad vſucapionem implendam, ſufficit atiẽtus, nec requiritur tranſactus, n.8. & diſtingue vt n.13.*

8 L. in vſucapionibus. ff. de vſucapionib.

9 *Annos compleſſe dicitur, qui durauit vſque ad vltimum diem anni poſtremi, cœpto die tantum.*

10 L. ideoque, ff. de vſucap.

11 L. in omnibus, ff. de actionibus, & obligationibus.

12 *Actiones temporales, quæ intra certa tempora conſtitutæ ſunt, de nonnullis ſpecificatur.*

13 *Actiones perſonales, & reales quatenus ad præſcriptionem, in quo differant.*

15 *Leges exigentes ad præſcriptionem quadragenale tempus non porriguntur ad Eccleſias, quæ aliunde hoc tempus requirunt, n.16. & 24.*

16 *Statutum diſponens, vt contra Eccleſiam currat, præſcriptio minori tempore annorum 40. non valet.*

17 *Statutum, quod Eccleſia nunquam præſcribat, non valet.*

18 *Statutum de præſcriptione crediti, nullo modo afficit Eccleſiaſticos quid in praxi, n.10. quid in ſtatuto contra fœneratores, n.20.*

21 *Statutum de præſcriptione, non nocet Eccleſiæ hæredi creditorũ, contra quem erat incepta.*

22 *Centennaria præſcriptio nunquid requiratur in rebus mobilibus Romæ Eccleſiæ, vel quadragenaria in mobilibus aliarum Eccleſiarum.*

23 L.2. tit.14. lib.4. recop.

Præſcriptio anni, & diei de Iure Regio qualiter practiceiur; & numquid contra Eccleſias, numero 24.

L.1. tit.9. ordin.

25 *Eccleſia donataria Imperatoris nunquid ſe inuari poſſit minori ſpatio 40. annorum.*

AD primam difficultatis partem, dixerunt Barbaria *in cap. 2. de conſuetudine*, Gloſſa & Panormitanus, quos ipſe allegat ſolam ciuilem poſſeſſionem ad præſcriptionem, & vſucapionem non ſufficere; imo quod naturalis poſſeſſio, tantùm ad præſcribendum non ſufficiat; etſi Menchaca *quæſt. illuſtr.* acerrimè conatus ſit probare vt ſuffi iat, *lib.2. controuerſ. illuſtr. cap.57. n.7.* tamen Bartol. *in l. 1. §. per ſeruum, qui in fuga n.3 ff. de acquir. poſſeſſ.* Couarruuias *in reg. poſſeſſor. 2. in p. in princ. num. 7.* contrariam defendunt ſententiam ex Textu *in l. acquir. 10. §. fin. ff. de acquir. rerum Dominio, l. celſus, §. Iulianus ff. ad exhibendum, l. 1. §. pen. ff. de acquir. poſſeſſ.* ex eo quia vt ait conſultus, *in dict. l.10. §. fin.* naturalis tantùm poſſeſſor, plerumque Dominij opinionem non habet, & pro alieno poſſidere videtur, vt patet in vſuario, vſufructuario, depoſitario, commodatario, colono, inquilino, creditore, & eo, qui precario rogauit; imo quamuis Domini opinionem habeat, talis poſſeſſio ad vſucapiendum non prodeſſet, interim dum abſens habet ciuilem, quia incipit præſcriptio ab eo die, quo abſens ciuilem amiſit, Felinus *in cap. vigilanti, hoc tit. num 6. & 7.* Abbas *conſ.62. num.6.* & omnes per Gloſſam ſingularem, *in l.1.* verſic *præſcriptionem, Cod. de ſeruis fugitiuis*: ergo & videtur idem dicendum de ſola ciuili, vt non ſufficiat. 1

Verùm idem Bartolus *in l. celſus, ff. de vſucapionibus*, Baldus *in l. nullo in fine, Cod de rei vind.* Iaſon *in l. Pomponius. §. ſi is qui precario, ff. de acquir. poſſeſſ.* Ancharranus *conſ.419.* Alex. *conſ.85.* Guido Pap. *deciſ 358.* nam cum per conſtitutum, v. g. vel precarium, vel per retentionem vſusfructus, vel per traditionem inſtrumenti de contractu confecti leges proclament, tranſlatam eſſe poſſeſſionem, iuxta regulam Textus *in l. quod meo in princ. de acquir. poſſeſſione, l.1. §. ſi iuſſerim, ff. eodem, l.1. Cod. de donationibus*, conſequens eſt, vt cum ſuis effectibus tranſire, & acquiri videatur; aliàs ſuperflua videretur eius acquiſitio contra regulam Textus *in l. non cogendum, §. ſabinus, ff. de procuratoribus, l. hac ſtipulatio, §. Diuus ff. vt legatorum nomine caueatur*. Balboa *in cap ſi diligenti, hoc tit. num. 5.* Couarruuias *in reg poſſeſ p.1. § vnic. num. 7.* Trulench. *in opere moral. lib. 7. cap. 4. dub 2. num 2.* 2

Nec ob eſt dicere quod qui naturaliter tantum poſſidet nequit vſucapere, quia adhuc videtur dicendum ſolam naturalem poſſeſſionem, aliquando ad vſucapionem prodeſſe veluti quando agitur de præſcriptione alicuius Iuris à verò Dominio ſeparati, v. g ad Ius emphytheuſis, vel feudi, vt aduertit, Alexander *in l. 3. § ex contrario, num. 6. de acquirenda poſſeſſione*, Felinus *in cap. cauſam, hoc tit.* notatur vulgò *in l. comperit. Cod. de præſcript. 30. vel 40. annorum* † Tamen verius eſt, vt ſola naturali poſſeſſione, præſcriptio non procedat, ne ſequatur abſurdum, quod duo inſolidum poſſint eandem rem, quoad idem Dominium vſucapere, *l. vt certo, §. duobus, ff. commodati, l. quod contra, §. vni duo, ff. de Regulis Iuris, l. hæreditate, §. pater, ff. de caſtrenſi peculio.* † Et ſic communiter receptum eſt in vſufructuario, ipſum 3 4 5

non præscribere Ius vsusfructus per naturalem possessionem, sed per quandam, quasi Ciuilem possessionem illius Iuris vsusfructus, eodemque modo procedere in feudatario, & amphytheuta, quia in his omnibus, sicut in vsufructuario constituenda est quædam possessio Ciuilis, & naturalis; respectu illius Iuris omninò à vero Dominio distincti, quæ quamuis ad præscriptionem illius rei non sufficiat; sufficit tamen ad præscriptionem illius Iuris à Dominio separati.
6 rati. † Quare resoluendum est solam naturalem possessionem non sufficere; & si secundum aliquos naturalis simul, & Ciuilis prærequiratur, sed ego teneo solam Ciuilem prodesse, Balb. videndus *in dicto cap. diligenti hoc tit. à n.* 5. qui *à num.*10. expendit Textum *in l.* 1. §. *per seruum, ff. de acquirenda possess.* Textum *in l.qui pignori* 36. *ff. de acquirend. possess.* Textum *in l.qui vniuers.* 30. §. *si ego, ff. eodem l. non solùm*, §. *qui pignori, ff. de vsucapion.* de quibus etiam videndus Cujac. *in dicto* §. *si ego, & in l.* 4. §. *si rem, ff. de vsucap.* Conanus *lib.* 4. *comment. cap.* 14. *num.* 6. Anton. Faber *lib.* 20. *coniectur. cap.* 9. & Trullenq. *vbi suprà dicto num.* 2. vbi dixit quod inuasor, qui me absente, vel præsente occupat res meas nequeat præscribere, quia naturaliter tantùm possidet; Imò omnes conueniunt vsucapionem causari ex ciuili, & naturali possessione simul, & quod de sola ciuili idem procedit: notant Bartolus, Alex. & alij iam relati *in l.* 1. *ff. de acquirenda possess. & in l.* 1. *Cod. de seruis fugitiuis*, docent innumeri relati a Menchaca *quæst. illustr. cap.* 57. *à n.* 1. Tyraquell. *de constit. p.* 1. *num.* 17. qui omnes tunc dicunt communem opinionem per Textum *in l.* 1. §. *per seruum*, qui in fuga, *ff. de acquirenda possess.* vbi Consultus docet seruum fugitiuum, quem ciuiliter tantùm possidemus rectè nos vsucapere posse, interim & vsucapi, & ex Textu *in l. si serui ex filij* 17. §. *fin. ff. de furtis*, vbi Vlpianus *de seruo in fuga* loqueretur ait, *quod enim video possidere ad vsucapionem tantum proficere*, & ex Textu *in l. accessione* 8. *ff. de diuersis, & temporalibus præscriptionibus*; vbi Vlpianus ait *in accessione temporis, & id tempus, quo in fuga sit seruus, Domino eius procedere verum est*, quæ Iura, & si intentum non probent specialiter, vt conatur probare Balboa *in dicto cap. diligenti, num* 3. vbi cuilibet propriam speciem assignat, sed efficaciter probari docet *n.* 4. & 5. per Textum *in l. si quis fundum*, versic. *sed si Pomponius, ff. de acquirenda possessione, & in l. locum*, §. *proprietarius, ff. de vsufructu*, vbi probatur nudum proprietariũ vsucapere non posse, sed is ciuiliter possidere, non naturaliter, *leg. sciendum in princ, ff. qui satis dare cogantur.*

7 Ad secundam quæstionis partem; an vt res præscribatur debeat esse transactus vltimus dies in quo completur præscriptionis possessio, vel sufficiat esse actibus, & quod transcursus debeat esse, videtur probari ex *l. ff. de actionibus, & obligationibus*, dum docet in omnibus temporalibus actionibus, nisi nouissimus totus dies compleatur obligationem non finiri, vt rectè considerat Ioannes Robertus *lib.* 1 *sentent. cap.* 3. eum Textum cum loquatur sine exceptione in omnibus temporalibus actionibus, in quarum numero est actio in rem antiquo Domino competens; deinde quia si totus non interueniat dies, non poterit totus computari; Tum ex iis adductis suprà *in Rubr. in omnibus de dilat. q.* 10. vbi egi de dubio, an *dies termini computetur in terminum*, & videtur facere Textus *in l sicut. Cod. de præscript.* 30. *annorum* cum aliis, vbi statuitur tam actiones reales; quàm personales, vltra triginta annorum spatium, non protendi, quia si requirant ad perfectionem actus, vt totum illud tempus completum sit transcursu vltimi diei, qui in terminum solet computari, vt probaui *in dicta quæstione* 10. *in Rubrica de dilation.*

Sed in puncto, de quo loquimur, Donellus 8
lib. 5. *comment. cap.* 19. Ioannes Robertus *lib.* 1. *rerum iudicat. cap.* 2. & 3. Ludouicus Charond. *lib.* 3. *verosimil. cap.* 17. Ioannes Mercerius *lib.* 2. *opinionum cap.* 4. docent sufficere vt inceptus sit vltimus dies adhuc vt dicatur completa præscripio, & vsucapio, nec requiri exactum esse, sic ex verbis Textus *in l. vsucapionibus* 6 *ff. de vsucapionibus* ibi *in vsucapionibus non de momento ad momentum, sed totum postremum diem computamus*, itavt Consultus *ibi*, nos docere voluisse, non esse in vsucapionibus computandum tempus legitimum & necessarium ab hora ad horam; Itavt sit necesse, quod qua hora cœpit possidere, & vsucapere in eadem hora vltimi anni finiatur tempus vsucapionis, sed potiùs totus postremus dies computetur; Itavt cum ad illum peruentum sit, quamuis non sit finitus; nihilominùs totus accipiatur, & sic quasi finitus ad vsucapionem implendam prodesse possit; Nam computatur totus quasi totus exactus esset, quàndo cœptus est; argumento Textus *in l.pen ff. de diuers. & temp. præscript.*

Deinde quia complesse tot annos dicitur in 9
ætate, aut facto, qui in tali possessione vsque ad vltimum diem postremi anni durauit, cœpto die tantùm etiam non exacto ex *ex l. anniculus* 1. & 2. *ff. de verborum signif. l. qua ætate. ff. qui Testamenta facere possunt, l.* 1. *ff. de manmission.*

Quæ sententia videtur apertè declarari ex *l.* 10
si ideoque, ff. de vsucap. vbi proponit Vlpianus quod quisque cœpit possidere Kalendis Ianuariis hora 6. (quod additum fuit exempli causa) vt inquit Donellus *dicto lib.* 5. *comment. cap* 19. vnde inquit Vlpianus, qui ita cœpit, implet vsucapionem pridie Kalendas Ianuarias, quod est intelligendum anni quarti in rebus mobilibus, anni veró vndecimi inter præsentes in rebus immobilibus, quasi dicat implere vsucapionem, cum peruenerit ad vltimum diem anni; is namque dies Romanis dicitur pridie Kalendas in sequentis anni, & dum inquit Vlpianus implere vsucapionem cum peruenerit ad eum diem hora sexta noctis; Itavt idem sit apud Romanos, quod vulgò dicimus *las doze de banoche*, quia hi noctem, & lucem in duodecim horas diuidebant: Sic Cajetanus, Cotta *in memorab.* verbo *diem*, Antonius Augustinus *lib* 2. *emendationum, cap.* 13. Ioannes Robertus *lib.* 1. *sententiarum, cap.* 1. Older. Dopius *de sentent. cap. si noctu* Iudicatum sit, Gellius *lib.* 2. *noctium atticar. cap.* 3. Plutarc. *problema* 82. Cujac. *lib.* 15. *obseruation. cap.* 32. qui diem ciuiliter constituunt, vt à media nocte incipiat, & sequentibus noctis media parte finiatur: videlicet *desde las doze de la noche de vndia asta las doze de la noche de lotro, sequenta vndiaciuil.* & concludit Balboa *in cap. de quarta hoc tit. q.* 1. *n.* 25. illum dici constitutum ad vsucapiendum annorum tempus compleuisse, qui ad vltimum saltim,

postremi

postremi anni diem, ita peruenit, vt eum minimo solùm momento attigerit, etiamsi non sit transactus dies, vt *in l. penult. ff. de diuers. & tempor. præscript.* alias sequi, vt duo insimul possessores eiusdem rei essent contra regulam Textus *in l. 5. fin. ff. mandati*, de quo dixi latissimè *in cap. licet de probat.*

11 Hac ergo retenta opinione respondet Donellus *suprà* ad Textum *in dicta l. in omnibus*; qui est contrariæ sententiæ fundamentum, nempè vt illa lex solùm procedat in actionibus personalibus; taliter vt eius verba ad actionem realem, quæ vsucapione rei finitur non possint pertinere; Nam in dicta specie inquit Paulus obligationem non finiri, est enim obligatio in actionibus in personam, quæ solùm ex obligatione nascuntur, secùs actionem in rem §. 1. *Inst. de actionibus*; illa enim verba dictæ *leg. in omnibus temporalibus actionibus*, quæ ex loquutionis generalitate, etiam actiones in rem comprehendere videntur ad actiones personales meritò restringi notat etiam Balb. *in dict. c. de quarta de præscript. q. 1. num. 27. & 28.*

12 Quia temporales actiones propriè dicuntur, quæ intra certa tempora constitutæ sunt, quales sunt actiones personales, vt intra annum pœnales ex edicto intra biennium, actiones de dolo intra triginta annos, quæ priùs erant perpetuæ, vt *in princ. Inst. de perpetuis, & temporalibus actionibus, l. fin. Cod. de dolo, l. sicut, Cod. de præscript. 30. annorum.* Actiones autem in rem non ita esse intra certa tempora constitutas; Nam actio in rem, quæ Domino competit, quanto tempore apud illum rei dominium manet perpetua est; Imò quanto diutiùs vt cum actio hæc non constituatur intra certa tempora consequenter, nec propriè temporalem dici, quia si Dominus esse desierit, actio quoque finietur tempore non certo, sed incerto tantùm; Itavt statim quilibet possit huiusmodi actionem in rem amittere, veluti si rem quam hodie emero, eodem die, vel pro derelicto habuerint, leges prædictum Donellum *dicto lib. 5. comment. cap. 19.*

13 Quid si inquiras de ratione differentiæ inter actiones personales, & reales, quoad effectum, de quo loquimur, ea videtur plausibilior, nempe quod actio in personam constituitur intra certum tempus sub tali conditione, quæ palam exactum esse postremum diem desiderat, vt v. g. constituitur actio personalis intra annum, intra biennium, intra triginta annos, & tunc præscriptione excludetur, cum intra annum, intra biennium, intra triginta annos non egerit, & verum est eum intra annum agere, qui, vltimo die anni egit, nam vltimus dies totus quamuis annum compleat, adhuc ex eo anno est; Et sic rectè dicitur Actorem non priùs in actionibus personalibus excludi, quàm si vltimus anni dies totus completus sit; sed hoc esse diuersum in actione reali, quæ vsucapione, aut præscriptione tollitur; Patet nam hæc in rem actio, priori Domino constituitur, non si ipse intra certum tempus egerit, videlicet intra decem, aut triginta annos, quibus res ab alio possidetur; Sed si vsucapiens, aut præscribens possessor tot annos non possederit, aut non impleuerit; quibus tamen impletis prior Dominus desinit esse Dominus, & consequenter actio in rem quæ dominium comitatur, finitur; itavt hoc modo vsucapione rei impleta veteris dominij ius finiatur, & simul actio in rem quam in eam rem habebat; nam cum possessor eodem die incipiat esse Dominus (cum id efficiat vsucapio ex *l. 3. ff. de vsucap.*) necesse est fateamur vt eodem tempore quo dominium rei ad possessorem ex vi vsucapionis peruenit, eodem prorsus Dominus antiquus incipiat non esse Dominus, & consequenter nec habere actionem in rem, quæ soli Domino competit, ex *l. in rem, ff. de rei vind.* indeque euenire, vt necesse non sit vltimum diem esse transactum, sufficere verò artium cum eo annorum tempore, compleatur ipsum tempus vt iam dixi, & sic secundum fundamentum dissolui; quia hic in proposito vsucapionis non quærimus completum diem ad implendam præscriptionem, & vsucapionem, sed impletum annum, & secundùm præfata intelliguntur dicta *suprà in Rubrica de dilatian. q. 10.* & lucem accipit Textus *in dicta leg. sicut de prascript. 30. annor.*

Ex his infertur intellectus ad quæstionem illam, *an absens causa Reipublicæ restituatur aduersùs præscriptionem completam*, de qua dixi suprà *in cap. 1. hoc tit. q. 2.* versic. *ad quartam.* 14

Ad tertiam quæstionis partem, an leges disponentes tempus præscriptionis, minùs quadraginta annorum valeant contra Ecclesiam, de qua optimè inquirimus hic per verba Textus hîc, *licet quidam Canones comprobant tricennalem*, quam vt latè discutias repetes quæ adduxi *suprà in cap. Sanctorum 3. hoc tit.* Quibus suppositis pro longa disputatione, & quæ solent notare Doctores *in cap. Ecclesia Sancta Mariæ de constitut.* & plura quæ adduxi *in cap. 2. cap 3. cap. 4. cap. 8. cap. 13.* cum aliis multis de Iudiciis & foro compet. nunc per nonnullas conclusiones declarabo quæstionem propositam. Igitur cum ex Textu nostro Doctores dicant præscriptiones minoris temporis quadraginta annorum de Iure Ciuili non comprehendere Ecclesias: Ideò præscriptio quadriennij, de qua *in l. benè à Zenone, Cod. de præscript.* non procedere de Iure Canonico, quod debet seruari in Ecclesia, ex *cap. quicumque militum 12. q. 2. & ibi* Glossa in verbo *consensu* Glossa, & Doctores *in cap. 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis*, Marta *de Iurisd. 4. p. cent. 1. cap. 48. num. 24.* vbi addit quod si Ecclesia non sit vsa rescripto infra annum non præscribitur Ius eius, sic *num. 26.* Ioannes Andreas *in cap. plerumque col. 1. de rescriptis*, Collectarius *in cap. 1. num. 5. de in integrum restit.* Abbas *in cons. 31. pro prima parte*; Imò quod præscriptio vnius anni actionem de dolo de Iure Ciuili non comprehendat Ecclesiam, in qua non admittitur præscriptio cum mala fide, ipse Marta sequitur *dicto cap. 48. num. 27.* 15

Vnde dixerunt Baldus *in cons. 450. vol. 3.* Ancharran. *in cons. 258. supra dictum statum*, Tyraquell. *in tract. de præscript. Glossa 10. §. 1.* Ioann. Andreas *in cap. 1. de Iurepatronatus lib. 6.* & Marta cum aliis *dicto cap. 48.* non valere statutum disponens vt contra Ecclesiam currat præscriptio minori tempore quadraginta annorum; quia procederet in derogationem Iurium Ecclesiæ ex Regula Textus *in dicto cap. Ecclesia de constitut.* cum vulgatis, & sic statuens inciderent in pœnam Textus *in cap. nouerit de sententia excommunicat.* ex defectu potestatis. 16

Nec valet statutum quod Ecclesia numquam 17

L 4 præscribat

præſcribat Baldus *in Rubr. de conſtitut.* Octauianus Vulpelius *in tractatu de libertate Eccleſiaſtica, p.2. n.2.* & eſt ratio, quia cùm præſcriptio, ſit etiam inducta de Iure Canonico in Eccleſiaſticis, non poterunt ſtatuentes illi derogare, Abbas *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, in lect.2. num.27.* cum aliis Marta *dicta cent.1. p.4. cap.48. n.29. & 30.* vbi impugnat Natræ *conſilium 647. viſo themate, num.11.* quatenus ibi dixit, valere huiuſmodi ſtatum, ex eo quia reſpicit quærenda Eccleſiæ, in quibus per laicos fieri poteſt præjudicium, quod Marta non admittit cum Villagut *deciſ.1. à n.52.* latè dicente, nec etiam in quærendis poſſe inferri præ-
18 judicium Eccleſiæ. † Imò Bartolus *in l. omnes populi, ff. de Iuſt.* Ioannes Andreas *in cap.2. de except. lib.6. ibi*, Ancharr. Imola, & Geminianus; idem Anchart. *in reg. poſſeſſor, de regulis Iuris lib.6.* docent ſtatutum de præſcriptione crediti, nullo modo afficere Eccleſiaſticos; imò nec laicos tanquam nullum & inualidum; eò quod ſit nutritiuum peccati, cùm inducat præſcriptionem in fauorem debitoris cum mala fide. Sed quia Bartolus *in l. ſequitur, § ſi viam, ff. de vſucapionibus*, contrarium dixerit, cúmque ſequantur Baldus *in cap.1. § ſi quis per triginta annos, col 3. tit. ſi de feudo fuerit controuerſia*, Abbas *in dicto cap fin. col.2. hoc tit.* & multi alij, quos recenſet Gabriel *de præſcription. concluſ.4.* & multa congerat Marta omnino videnda *in dicto cap.48. à num.32 ad 40.*
19 † Ideo incidimus in his, quæ adduxi *ſuprà in c.1. quæſt 3. à num.1. & ibi quæſt.4.* vbi exi de præſcribendo triennio Salarium Iudicum, famulorum, & aliorum, & qua ratione. Innocent. *in c. quia plerumque de immunit. Eccleſiaſt.* Capicius *deciſ.4.* dicunt quod ſi ceſſaret ratio peccati, putà quia debitor ignoraſſet ſe debitorem, vel fuiſſet obligatus ex facto procuratoris, tunc præſcriptionem procedere, Marta, *num 38.*
20 Sin autem ſtatutum induceret præſcriptionem crediti odioſi, puta quod *infra* quinquennium præſcribatur creditum fœneratorum validum eſſe firmant Antonius de Butrio, & Imola *in dicto c. fin. hoc titulo* Ancharranus *in dicta regula poſſeſſor.* Marta *dicto c.48. num.39. & 40.* id verum credit, quia præſumitur fœneratorem *infrà* quinquennium tantùm egiſſe de vſuris, & verò ſimiliter confundere totam ſortem, ob idque debitor non ſit in peccato; ſed ſi ſtatutum ſit in ductum in ſolum odium fœneratorum, his in caſibus adhuc non valere contra Eccleſiaſticos & defectu poteſtatis, ait Marta ex *dicto c. Eccleſia Sanctæ Mariæ* quia tenderet in diminutionem iurium ipſorum, vt *in dicto c. nouerit de ſentent. excomm.* & commendat videndam *deciſ Rotæ 86.* quæ loquitur de ſtatuto Auenionen, quo mercatores non poſſunt petere credita poſt tres annos.
21 Et Baldus *in Auth quas actiones n.9. de Sacroſanctis Eccleſ.* Decius *in dicto c. Eccleſia Sanctæ Mariæ num.107.* & Felinus *ibi num.11.* poſt Antonium de Butrio, & Cumanus *conſ.139.* cum aliis Marta *dicto c.48. centuria 1. p.4 num.41.* docent ſtatutum de præſcriptionibus non nocere Eccleſiæ hæredi creditoris, contra quem erat inepta præſcriptio, & cum Capicius *deciſ.4. num. 11.* Milicis *in repert.* verbo *præſcriptio contra priuatum*, Corſetus *in ſingulari præſcription. num.2.* diſtinguant vt ſi ſumus in realibus, & contra priuatum, & curriſſet præſcriptio per octo annos, pro complemento præſcriptionis contra Eccleſiam illius hæredem requiri alios triginta duo, ſecus autem procedere in actionibus perſonalibus, quia ſufficit tempus triginta annorum, & minus ſecundùm qualitatem actionis: tamen Marta hanc diſtinctionem non admittit cum Romana Eccleſia nullam aliam, propter quadraginta annorum præſcriptionem admiſerit contra Eccleſiam, vt latè probat *in dicto c.48. à num.1.* vſque *ad 22.* ob id concludens quod ſi volumus contra Eccleſiam hæredem præſcribi ex ſuo priuilegio, non requiri minus temporis.

Ad quartam quæſtionis partem, quæ omnino 22
venit tractanda hîc ex proximè dictis *quæſtione præcedenti*, quibus, & aliis multis acerrimè defendit Marta *dicta 4 p. de Iuris, caſu 48 à n.1. cent.1.* non ſolum in rebus immobilibus, cuiuſlibet Eccleſiæ quadraginta annos prærequiri, & in rebus Eccleſiæ Romanæ centum, ſed etiam prædictum tempus exigi, etiam in aliis rebus mobilibus, in quibus alias de Iure Ciuili anni, biennij, ſeu triennij præſcriptio ſufficeret. Sed quia hoc Barboſa hîc non admittit intelligens diſpoſitionem Textus noſtri, & aliorum tantum eſſe intelligendam de præſcriptione circa res mobiles; ideo hanc partem quæſtionis reſolues ex his, quæ adduxi *ſuprà in c.1. hoc tit.* verſic. *ad tertiam, à num.1.*

Vnde infero ad intellectum Textus *in l.2.* 23
tit 14. lib.4. compilat. in verbis ibi *en los fueros de alguna çiudados ſe contiene que el que tu viere, opoſeyere caſa obiſia par año y dia, &c.* Et ibi *mandamos que el que tuuiere la caſa año y dia no ſe excuſe de reſponder por ella an la poſſeſſion ſaluo ſi tuuiere la caſa año y dia con titulo y buena fee.* Sed quia ex verbis iſtis communis ſit intellectus vt anni, & diei præſcriptio procedat in rebus, de quibus hîc mentio fit, in illis tamen locis, in quibus ſic vſus receptus ſit, ſic Azeuedus *ibi* Didacus Perez *in l.1. tit.13. lib.3. ordinam. gloſſa* 1. Couar. *in reg. poſſeſſor. 2.p. §.11. num.7.* qui vt hanc rem declararet, dixit hanc legem fuiſſe deductam ex *l.1. tit.9. ordinationum* Balboa *in cap. de quarta hoc tit. quæſt.2. num.21. & 22.* ita expendens aduersùs eundem Couar. & Molinam Theologum, *qui de Iuſtitia, & Iure tomo 1. tract.2. diſput.39.* verſic. *illud hoc* interpretantes legem illam non quod loquatur de præſcriptione inductiua anni, & diei in rebus immobilibus; ita vt poſſidentis fiant in foro conſcientiæ, ſed quod ſolùm ſtatuat, vt in illis locis vbi illa lex recepta eſt, actio præſcribetur eo tempore aduersùs eum, qui ita fuit negligens ad agendum, quaſi quamuis per talem præſcriptionem actio aduerſarij præſcribatur ad tollendas lites, non tamen per illam acquiratur Dominium præſcribẽti, ſicut per alias præſcriptiones acquiritur; imo Couar. addat Regem Alfonſ. *in d. l. tit.9. ordinamenti* ex qua deſumptam dicit *d. l.2. recop.* eam legẽ non tuliſſe in eum ſenſum, vt res poſſeſſa per annum, & diem, titulo, & bona fide præſcribatur inter præsẽtes, ſed ſolum feciſſe mentionem illius fori, quod talis pacificus poſſeſſor cõuentus ſuper illa re reſpõdere non teneretur, ſed potius defenderetur ea præſcriptione, & docet tandem minimè in Iudicio admitti præſcriptionẽ anni, & diei, etiã cum bona fide, & titulo, nec in rebus mobilibus, nec in immobilibus pro qua expoſitione, quæ non eſt parum apta faciunt illa verba *d. l. tit.14. lib.4. recop.* ibi *que el que tuuiere la coſſa año, y dia no ſe eſcuſe de reſponder, ſaluo ſi tu viere la coſſa año y dia con titulo y buena fee:* quæ verba potius ad actum reſpondendi in Iudicio

dicio, vel non respondendi, quam ad præscriptiooem, quæ transferiur dominium respiecre videodus. † Sed admissa seotentia relata, vt iotelligatur de vera præseripiione, dubium bie se se offerebat an locum haberet cootra Ecclesiam, io quo dubio quia loquitur de rebus immobilibus; existimo non procedere ex *Regula Textus nostri*; Imò & si loqueretur in rebus mobilibus, existimo idem dicendum; tum quia est dispositio laicorum contra Ecclesiam, rom & meliùs, quia eum de lure Ciuili talis annalis præscriptio oon adsitin rebus mobilibus, quid mirùm vt respectu Ecclesiarum *dictu lex* 2. *recopil.* locum oon habeat per dicta io versic. *ad tertiam*, & per adducta *in dicto c.* 1. *quæst.* 3. versic. *ad primum*, quæ in boc casu oon loquuntur.

24 Dubium verò est ex dictis an Ecclesia donatoria Imperatoris, posset seruare minoris temporis spatio 40. Aonorum, & Balbus *in tractatu de præscription. in* 5. *p. princ. q.* 1. *num.* 11. tenet quod non, sed Marta *in dicto casu* 48. *p.* 4. *de Iurisdictione cent.* 1. *num.* 25. com Ioaone Andrea *in cap. qui ad agendum num.* 3. *in fine de Reg. Iuris lib.* 6. contrariam seotentiam dicit eo quod io dubio oon præsumitur legem Ciuilem per Ius Canonicum corrigi, nisi quatenùs expressè caueiur.

25 Hæc de prima parte Textus nostri sufficiant ad secundam, quia solent inuoluere Doctores Interruptiooes præscriptionum cum aliis impedimentis, quibus illa suspenditur, & de his propriùs agatur *in cap. ex transmissa* 10. *hoc tit.* Ideò solùm hic agam de ioterruptione.

Qvæstio II.

An præscriptio, & vsucapio interrumpapatur extraiudiciali tantùm monitione, seu denuntiatione: Et an præscriptio debiti interrumpatur per solam petitionem debiti extraiudicialem coram Testibus factam: Vbi quid per interpellationem: An interrumpatur litis contestatione? Quid per solam citationem: Et an per Iuramentum decisorium extraiudiciale: Quid per promissorium: Et an differant interruptio, & vsurpatio vsucapionis?

Svmmarivm.

1 *Præscriptionem dormire differt ab eo, quod aliquo casu sit impedita, seu interrupta expenditur, & num.* 2.

2 *Interrupta dicitur præscriptio, si possessionis continuatio cesset, & qualiter contingat numeris sequentibus.*

3 *Interruptionis species duæ sunt, Ciuilis, aut naturalis, & quæ vtraque, n.* 4 5.

5 *Mala fides probatur, si filius denuntiet emptori ante venditionem, ne emat.*

6 *Denuntiatio multis in casibus constituit in mala fide.*

7 *Monitio Pontificis & protestatio constituit quem in mala fide.*

8 *Princeps si Principi extraiudicialiter denuntiet, facit interrumpi præscriptionem, expenditur à num.* 9. *&* 14.

9 *Denuntiatio extraiudicialis non interrumpit præscriptionem iam cœptam, nisi in casibus à Iure expressis, enm.* 11.

10 L. si fundum, Cod de rei vindicatione.

11 *Denuntiatiatio extraiudicialis constituit in malu fide possidentem sine Titulo.*

12 L. item veniunt; §. petitam el. 2. Cod. de pet. hæred cap. 2. hoc tit. de præscript. & num. 14.

15 *Præscriptio per solam debiti petitionem, numquid interrumpatur, n.* 16. 17. 19. 20.

16 L 3. tit. 13. lib. 3. ordioam.

17 *Interpellatio extraiudicialis constituit debitorem in moru.*

18 L. 9. tit. 15. lib. 6. compil. n. 20.

20 *Petere verbum intelligitur cum effectu in Iudicio, & subsequutu litis contest.*

21 *Præscriptio aut est introducta in fauorem præscribentis, aut in odium non petentis, aut est mixtu, n.* 22. 23.

22 *Interrumpitur præscriptio litis contestatione, sed quali, num sequent.*

24 *Restituenda Actori est omnis causa, id est omne id quod habiturus esset, si res tempore litis contestata esset restituta.*

25 *Actio litis contestatione perpetuatur vsque ad* 40. *annos*

27 *Præscriptio qualiter citatione, libellive oblatione interrumpatur, n. sequent.*

29 *Præscriptio statuaria interrumpitur solu citatione.*

30 *Libelli oblatio in criminalibus facit præscriptionem interrumpi, n.* 31. 32.

32 *Iuramentum decisorium habet contestationis vim & perpetuat actionem, n.* 33. *&* 37. *quid de promissorio, seu confirmatorio, n.* 39.

33 *Iuramentum qualiter litis contestationi æquiparetur.*

34 *Iuramentum decisorium habet instar Iudicij vim sententiæ, num* 35. *& majorem vim, quam Iudicata res, n.* 36.

37 *Actio quibus modis perpetuetur litis contestatione ibidem. & Iuramento.*

38 *Præscriptio interrumpitur Iuramento decisorio, quid de promissorio, seu confirmatorio, n.* 39.

40 *Vsurpare, & vsucapere in quibus differant, & quid sibi velit vsurpatio, n.* 44.

42 *Vsurpatio Actoris, id est interruptio vsucapionis illius.*

42 *Vsurpatio quandoque dicitur vsucapionis interruptio declaratur, n* 43. 44.

30 Leg. si qua 40. §. 1. ff. ex quibus causis Majores.

44 L. oam satis 6. l. si stellidij 8. §. fio. ff. quemadmodùm seruit. amittantur.

45 *Vsurpatio solet dici, vt nihil aliud sit, quàm frequenter vti re aliqua, n.* 47.

46 *Vsurpari etiam dicitur alicuius memoriam.*

47 *Vsurpatio significat præscriptionis interruptionem, & accipitur etiam pro vsu cuiusque rei.*

48 *Vsurpare interdictum honorem, id est interdicto honore vti.*

L Reus 7. §. 1. de muneribus, & honoribus.

VT ad has difficultates respoodeas aduertes, 1
seu permittes sequentia aliud esse præscriptiooem dormire, seu aliquo casu impeditam esse: aliud verò eam interrumpi; Tunc dicitur dormire

dormire quando iam inchoata aliquanto tempore cessat : Ita tamen, vt exacto illo rursùs vim habeat, & continuetur cum tempore priori, quod fit v.g. tempore belli, quando Ius non dicitur, vel homines diffugiunt in aliud Territorium, vel tempore pestis; vel dicitur non procedere, quando is, contra quem præscribitur non potest agere, vt est Filiusfamilias pupillus durante pupillari ætate, vxor viuente marito, aut quando Ecclesia caret Rectore, de quibus dico *infra in cap. ex transmissa* 10. *hoc Titulo.*

2 Interrumpi dicitur præscriptio, quando inchoata iam ita cessat, vt si rursùs reuiuiscat, non continuetur cum tempore priori; sed de nouo inchoari debeat, quod fit dupliciter. Primo quando incipit aliquid deesse, quod est necessarium ad naturam præscriptionis, vt possessio, bona fides. Secundò quando per aliquem actum Iuridicum interpellatur iuxta dubia in
3 quæstione proposita, & *infrà* dicenda. † Et ex his iam vides duas esse interruptionis species, quia præscriptio, & vsucapio, aut interrumpitur naturaliter, aut ciuiliter, vt cum Glossa in præsenti verbo *interruptio*, aduertunt communiter Doctores, Bart. & alij *in l. naturaliter, ff. de vsucapion.* relati à Balbo *de præscriptionibus* 3. *p.* 6. *partis*, §. 12. *à num* 1. Couarr. *in Reg. possess.* 2 *p.* §. 12. *à num.* 1. Petrus Gregorius 3. *p. syntagm. lib.* 30. *cap* 6. *num.* 5. Zangerus *de exception.* 3. *p. cap.* 8 *num.* 52 Donellus *lib.* 3. *comment. cap.* 21. versicul. *interrumpitur vsucapio*, ibidem Osualdus *littera C*, Conanus *lib.* 3. *comment. cap.* 14. Duareous ad Titulum *de vsucapion. cap.* 7.

4 Constat ergò interrumpi naturaliter vsucapionem, amissa naturaliter possessione rei, veluti deiectis nobis de fundo, quem bona fide possidebamos, aut re mobili à nobis erepta; sic apparet ex *l. naturaliter, ff. de vsucapionibus*, ibi, naturaliter possessio interrumpitur, cum quis de possessione deijcitur, vel alicui res eripitur, & huius dicti exempla sunt *in l. ei à quo, ff. de vsucap. in l. non solùm* 33. §. *qui pignori, & in l. non solùm*, §. *si rem tuam, ff. eodem*, de quibus latè iam adducti, & relati à Balboa *num.* 16 17. 18. & quia abundè expendit Balboa hîc de naturali interruptione per amissam rei possessionem, quæ satis declarari valet ex infinitis, quæ adduxi in toto Titulo *de restitutione spoliat.* Ideò eam disputationem missam facio, & peruenio ad modos, quibus in Iure præscriptio interrumpitur.

5 Ad primam difficultatis partem, an præscriptio, seu vsucapio interrumpatur extraiudiciali tantùm monitione, seu denuntiatione, & videtur quod sic ex *l. si fundum, Cod. de Rei vindic.* vbi omnes, dum probat malam fidem probari, si filios v.g. denuntiet emptori ante venditionem, ne emat, vt patet ex verbis ibi, *vel alio modo mala fide contraxit*, docet Felinus *in cap.* 2. *hoc tit. num.* 5. *fallentia* 6. Afflictis *decis.* 369. *n.* 10. Baldus *in l. Celsus* 3. *p. num.* 13. *ff. de vsucapion.*
6 † Et sic multi sunt casus, in quibus talis denuntiatio constituit in mala fide, vt in casu Textus *in l. de pupillo* 6. §. *si quis ipsi Prætori, ff. de noui operis nuntiat.* iuxta communem interpretationem Bartoli, Baldi, & Alexandri, *& in leg. vt perfectius Cod. de Annali exceptione, cap. placuit*, §. *si autem* 16. *q.* 3. & facit Textus *in dicto cap.* 2. *hoc tit.* in versic. *semel & iterùm.* † Et sic 7
Couarr. *in dicta Regula possessor. p.* 2. §. 12. *num.* 5. dixi quod monitio Pontificis, & protestatio interrumpit præscriptionem : plures alios casus, quibus ea interrumpitur extraiudiciali denuntiatione, congerunt Felinus *in dicto cap.* 2. *n.* 5. Parisius *num.* 13. Præpositus *in cap. solicitudinem, num.* 58. *de appellation.* Rota ex Puteo *decis.* 385. *lib.* 3. & in nouissimis *decis.* 188. *p.* 2.

Et sic celebris est ille casus, de quo Glossa 8
finalis *in dicto cap.* 2. *hoc tit.* verbo *sed illud vos scire credimus*, Felinus *dicto num.* 5. Parisius 13, Alexander de Neuo *n* 16. vt quando Princeps Principi denuntiat, vel protestatur, hæc extraiudicialis denuntiatio sufficiat ad interrumpendam præscriptionem : rectè aduotarunt Innocentius, Imola, & Abbas *in dicto cap.* 2. Imò ex Rotæ *decis.* Moneta *de decimis cap.* 5. *num.* 512. versic. *hæc præscriptio* in noua editione probat præscriptionem interrumpi per protestationes extraiudiciales, si sunt aptæ inducere malam fidem, & hæc pars confirmatur ex multis *infrà* dicendis *dubio sequent. de petit. debit.*

Contraria sententia plausibilior in praxi, vt 9
monitio, seu extraiudicialis denuntiatio non interrompat præscriptionem, probatur eo quod talis extraiudicialis denuntiatio non constituat quem in mala fide, *vt in cap. placuit el.* 2. §. *potest.* 19. *q.* 3. *& in l. penult.* vbi *Glossa, ff. pro emptore, Glossa fin. ad finem in dicto cap.* 2. *hoc tit.* vbi Felinus *dicto num.* 5. constituit hanc Regulam per illa Iura, & assignat sex fallentias, ad eam idem Felinus *hîc n.* 7. Balbus *de præscrips.* 6. *p. princ. partis q.* 4. *num.* 18. *&* 19. Ioannes Gutierrez. *lib.* 3. *de Iuramento confirmat. cap.* 1. *n.* 27. vbi *num* 28. probat cum Aries Pinelo *in Auth. nisi triennale num.* 14. *Cod. de bonis maternis*, asserens eam denuntiationem post præscriptionem cœptam non constituere quem in mala fide: docet Balboa *in dicto cap.* 2. *hoc tit num.* 14. sic probans, dicens nec ad malam fidem sufficere denuntiationem extraiudicialem, extra vulgatem obligationem Textus *in dicta l. pen. ff. pro emp.* quæ loquitur quando res iam est possessa, cuius non dabitur mala fides, sine Iudiciali denuntiatione : Prosequitur latissimè videndus Pinelus *dicto num.* 14. vbi etiam latè agit an interrumpatur Iudiciali denuntiatione.

Nec obstat Textus *in dicta l. si fundum, Cod.* 10
de rei vindicatione; Nam ea sententia Bart. Bald. Alberic. *ibidem num.* 3. Salicet. *n.* 2. Textus ille in quo fundatur prima communis opinio; habet locum, quando denuntiatio facta fuit ante alienationem, nam post emptionem, & venditionem omnes fatentur non procedere decisionem *in dicta leg. si fundum*, nec ad malam fidem sufficere denuntiationem extraiudicialem iuxta Textum *in dicta l. pen.* quæ loquitur quando res iam est possessa, Testatur Alexander *in dicta l. de Pupillo*, §. *nuntiationem, num.* 12. *ff. de noui operis nuntiat.* Pinelus *dicto num.* 14. Guttier. *dicto num* 28.

Nec obstat vt in illis casibus *suprà* numeratis, & in alijs denuntiatio extraiudicialis interrumpat præscriptionem, quia illi sunt intelligendi, si ita signanter in iure scripti sint, vt contingit in specie iurium ibi adductorum, quo fit, vt si quis possideat sine Titulo; Tunc denuntiatio extraiudicialis constituet, quem in mala fide secundùm Antonium de Butrio, & 11
Abbatem

Abbatem *in cap. granis de reſtit. ſpol.* quos refert,
12 & ſequitur. † Felinus *vbi ſuprà*, dicens ita lo-
qui Textum *in l. item veniunt*, §. *petitam*, *el.* 2.
ff. de petition. hared. & Testum *in dicto cap* 2. *hoc*
tit. & bane vocat Guttierrez. *dicto cap.* 1. *de In-*
ramento confirm. p. 3. *num.* 29. præeipuam fallen-
13 tiam prædictæ Regulæ. † Vbi *num.* 30. addit
aliam ſeilicet quando in denuntiatione extraiu-
dieiali fuiſſet expreſſum tale quid, quod indueit
ſeu inducere debet malam fidem informando
conſcieutiam partis in facto, putà per exten ſio-
nem Iurium ſuorum ſecundùm Balbum *de pra.*
ſcript. dicta 6. *p. q.* 4. *num.* 20.

14 Et de intellectu *dicti cap.* 2. huius Tituli *ibi*,
dixi, & ſi nonnulli exiſtimauerint denuntiatio-
nem extraiudicialem, de qua *ibi*, ſufficienrem
fuiſſe ad conſtituendum Poſſeſſorem in mala fi-
de, quia inter Principes commodè, & oportu-
nè fieri nequit denuntiatio Iudicialis: arg. Tex-
tus *in dicta l. de Pupillo*, §. *ſi quis*, *ff. de noni ope-*
ris nuntiatione quaſi ita colligatur ex *dicto cap.* 2.
in verbis ibi, *ſemel, & iterùm*: dixit communem
Antouius Rubeus *in l. non ſolùm*, § *morte, n. fin.*
ff. de noui operis nuntiat. eefert Balboa *ibi ſub*
num. 16. Sed Panormitanos, & alij illum intel-
lectum uon admittuut; & ſi fateantur diffieil-
limum eſſe inter Principes poſſe fieri has denun-
tiationes Iudiciales: Quare alium intellectum
ad Textum præſtant, de quo iam *ibi*, Balboa
veeò *in cap.* 1. *de libelli oblatione num.* 39. *in fine*,
loquens de extraiudieiali interruptione dixit
eam regulariter non ſufficere ed interrumpen-
dam præſeriptionem, & ex *l. alienam*, & ibi,
Gloſſa ff. pro emptore, niſi quando Princeps alte-
tius Principis præſeriptionem interrumpit, quo
caſu propter difficultatem conuentionis ait ſuf-
fieere ſolam denuntiationem, Ioannes Andreas
Abbas, Pariſius, Felinus *in dicto cap.* 2. *hoc tit.*

15 Ad ſecundam quæſtionis partē videtur idem
teſpondendum ex dictis; tum quia petitio debi-
ti extraiudieialis nihil aliud videtur, quam quæ-
dam monitio, ſeu denuntiatio extraiudicialis,
& ſie de iute eommuni eſt deeiſum in præſeri-
ptione ſtatuaria, quod per ſolam citationem In-
intertumpatur ſecundùm Bartolum, & Ange-
lum *in l.* 2. §. *ſi rem*, *ff. pro emptore*: Teſtatut
eommunem plures referens, & amplians, & li-
mitans Balbus *de praſcript.* 3. *p* 6. *partis princ.*
q. 4. *num.* 10. *& ſequent. fol.* 69. *volum.* 8. *tract. di-*
uerſ. Doctor. Et pro hae parte vrget vlterius,
quia vſucapio triennij eſt merè fauorabilis, quia
aeeuſatur ex mero fauore præſcribentis, tantùm
propter eius Titulum, & bonam fidem, non
eonſiderata negligentia non petentis, Et ideò
iſta non tollitur, nee per citationem, nec per
litis conteſtationem, ſed requiritur ſententia,
vt tollatur, vt *in l. ſi poſt acceptum*, *ff. de Rei vin-*
dicatione ſecundum Iaſonem *in l. pœnales à n.* 123.
Inſt. de actionibus, ideſt conſtituta opinio ſecun-
dùm Couart. *in Regula poſſeſſor. p* 2 § 12. *n.* 4 *f.* 84.
vbi allegat alia Iura.

16 Imò Textus *in l.* 3. *tit.* 13. *lib.* 5. *ordinam.* vide-
tur probare ad interrumpendam prædictam præ-
ſcriptionem non ſufficere petitionem extraiudi-
cialem in verbis ibi *nole demendare en Iuiçio*, *o*
no leſiciere emplazar laparte ſobre ello o noficere fe-
cha entrega y execuzion por ello faſta dic años que
den de en delante pierda la lemanda. Et ſic vt in-
fert Guttierrez ex his verbis à contrario ſenſu
requiritur petitio extraiudicialis, vel ſaltem ci-
tatio, vel exequutio ad hoc, vt interrumpatur,
præſcriptio, & ſie non ſufficere extraiudicialem
petitionem.

Pro contraria ſententia faciunt ſequentia; 17
Nam ſi fiat extraiudicialis interpellatio conſti-
tuitur in mora Debitor non ſoluens ex *l. ſi ex*
legati cauſa, *ff. de verb. oblig.* ibi, quod ita ſit ſi
interpellatus non dediſti, quia non requirit
actum Iudicialem: Ita notat Bartol. *ibi*, *col. fin.*
Idem voluit Gloſſa *in l, qui Roma*, § *coharedes*,
In verbo *teſtato*, *ff. de verb. oblig.* Gloſſa *in l. fi-*
deiuſſor. §. *fin.* verbo *Reus*, *ff. de fideiuſſoribus*,
Gloſſa *in l amplius non petitum* verbo *non committi*
ff. rem ratam haberi, vtrobiqoe notant Bartolus
& Guttierrez. *de iuramento confirmat. cap.* 56. *à*
num. 7. vbi *num.* 8. ait in tantùm proeedere quod
etiam verba deprecatiua conſtituant debitorem
in mala fide. Et pro hac opinione eſt bona *l.* 18.
tit. 11. *p.* 5. ibi *y deſpues de eſſe gela pidieſſo* vbi Gre-
gorius in Gloſſa *pidieſſe*, dieens etiam extraiu-
dieialiter iuxta Textum *in dicto* § *coharedes*; alia
congerit videnda idem Guttierrez. *ſub dicto n.* 7.
vbi *num.* 9. dicit quod obligatus officio Iudicis
tantùm; non conſtituitur in mora ex interpella-
tione extraiudieiali, ſed requiri Iudicialem, &
num 10. alia dicit de effectu interpellationis, de
qua ad conſtituendum in mora dieo latè *in cap.*
fin. de ſolutionibus. Et bane partem videtur tene-
re idem Guttierrez. *in dicto cap.* 1. *p.* 3. *ſub n.* 26. in
verſic *ſed procuratoria.*

Et probari videtur ex verbis Textus *in leg.* 9. 18
tit. 15. *lib.* 4. *compilat.* de qua Iam dixi *ſupra in*
cap. 1. *hoc tit. ſub q.* 4. vbi de præſcribendo ſala-
rio famulorum, & aliorum, vt ibi, & tamen in
verbis ibi. *ſean obligados a pedir lo que pretendie-*
ren que ſolas que dare debiendo y acoſtamiento que
tunieren de ſus ſeñores. des pues que fueren pedidos
de los tales ſeñores, & ibi *excepte ſi moſtraren auer-*
lo pedido dentro de los dichos tres años a los dichos
ſus ſeñores, *&c.* Quibus verbis in ſua generali-
tate videtur, vt non requiratur petitio in Iudi-
cio ad interrumpendam præſeriptionem trium
annorum, ſed ſufficere quemlibet petitionem
debiti extraiudicialem, etiam dummodo pro-
betur factam fuiſſe.

Quod ſi queris primam ſententiam, teſpon- 19
debis addictum de Interpellatione non hue re-
ſpicere vt dicatur præſeripiio interrupta, eum
ea ſit extraiudieialis ad inſtar eorum quæ ad-
duxi de denuntiatione, ſeu monitione extraiu-
dieiali, vt ſi fiat conſtitui debitorem in mora.
† Et ad verba prædictæ *legis* 9. *tit.* 15. *lib.* 4 *re-* 20
copil. teſpondebis quod verbum *petere* intelligi-
tur cum effectu, ſeilicet in Iudicio; & ſubſe-
quuta litis eonteſtatione, & non alias, vt *in l.*
amplius non peti, *cum ſimilibus*, & ita ait Gutt,
in dicto cap. 1 *ſub num.* 29. *in fine* conſtate ex *dicta*
l. Regia, ibi *que paſſados aquellos no lo puedan mas*
pedir; Et ſie concludit verbum *petere* ſimplici-
ter poſitum, vt neceſſariò debeat intelligi, non
ſolùm de petitione extraiudiciali, ſed etiam Iu-
diciali, quia alias in annis eſſet legis illius di-
ſpoſitio,

Ad tertiam quæſtionis partem, quia longè 21
Balboa agit hic *à num.* 80. vbi eum agat de in-
terruptione ciuili præſcriptionis agit latè de li-
tis conteſtatione, vbi *num.* 92. ponit diſtinctio-
nem, quæ adeſt inter interruptionem natura-
lem & ciuilem. Verùm Donellus *dicto lib* 5 *com-*
mentar. cap. 21. verſicul. *interrumpitur ciuiliter*,

Cujacius

Cujacius *in dicta l. naturaliter, ff. de vsucapionibus*, vbi postquam Bart. vt totam interruptionis materiam ciuilis comprehenderet, considerauit triplicem præscriptionis speciem, aliam mere fauorabilem introductam in fauorem possidentis rem mobilem cum titulo, & bona fide, vt *in cap. placuit 16. quæst. 3. §. potest*, quam Doctores dicunt interrumpi per litis contestationem ciuiliter, iuxta Textum *in l. post acceptum, ff. de*
22 *rei vindicatione*. † Alia dicitur mere odiosa, qualis est, longissimi temporis 30. vel 40. annorum, quæ cum mala fide currit, & est introducta in odium non petentis, & de hac dicunt Doctores sola citatione interrumpi, ex *l. cum notissimi, §. imo, Cod. ad præscriptione 30. vel 40. annorum, dicto cap. placuit, §. potest 16. quæstion. 3.* nam cum talis præscriptio fundata sit super odio, & negligentia non potentis, per citationem, cessare dicunt negligentiam; ita vt sequatur præscriptionis interruptio iuxta celebrem Glossam *in l. sicut*, verbo *precibus, Cod. de præscript. 30. vel. 40. annorum*, Glossa magna, *in Authentico de exhiben-*
23 *dis reis in principio*. † Tertia dicitur mixta, partim introducta in fauorem præscribentis, partim in odium negligentis, veluti præscriptio longi temporis 10. annorum, & 20. cum titulo, & bona fide, quam dicunt litis contestatione interrumpi, vt *in dicta l. cum notissimi, §. imo, & in dicto cap. placuit, §. potest*, facit Textus *in l. mora litis, Cod. de rei vindic.* plura cumulat Balbus *de præscriptionibus, p. 3. p. 6. quæstion. 4.* de quibus iam nonnulla dixi, *in Rubrica de litis contest. quæst. 19. num. 14. & 15.* igitur ipse Cujacius, & Donellus relati prædictam interruptionem ciuilem declarando prædictis modis negant eam naturaliter illis interrumpi, cum non obante citatione, & litis contestatione, adhuc possessor existat vsucapiens, qui solùm ex citatione, seu litis contestatione constituitur in mala fide, ad hoc vt possit intelligere, & existimare, se non
24 iustè possidere rem, quam præscribit. † Et sic Donellus, & Cujacius dixerunt, tunc post litem contestatam, sic rem vsucapi, vt nihil prosit vsucapio, nam si victus sit rem vsucaptam restituere cogitur, quasi non possedisset, *dicta l. post acceptum, ff. de rei vind.* ex ea ratione, nam iure ciuili cantum est omnem causam restituendam esse actori; id est omne id, quod habiturus esset, si res tempore litis contestatæ restituta esset, *l. præterea, ff. de rei vind. l. cum fundus, ff. si certum petatur, l. sed & partus, ff. quod metus causa, l. Domum, Cod. de rei vindicatione, l. Iulianus, § idem Iulianus, ff. eodem. tit.* plura alia refert Balboa *hic à dict. num. 80. vsque ad 94.* Et quod per litis contestationem actiones temporales fiant perpetuæ probat Textus *in l aliam*, versic. *nec enim, ff. de nouation.* melior Textus *in l. nam postea, §. si is qui temporali, ff. de iureiurando.*
25 Vnde dixit Gutierrez *dicto lib. 3. de iuram confirmat. cap. 1. num. 1.* per litis contestationem super actione, etiam personali interrumpi præscriptionem, & perpetuari actionem, vsque ad quadraginta annos à tempore cessationis à lite inchoandos, quæ actio perpetua ad hæredem transit, vt probat Textus *in l fin. Cod. de præscript. 30. vel 40. annorum*, vbi notat Baldus, & Salicetus requirentes expresse ad hoc litis contestationem, vt bene constat ex verbis illius Textus, tenet etiam Bartol. *in l. fin. in principio, ff. de eo, per quem factum erit*, Glossa *in dicta l. cum notissimi*, verbo *solam*, in medio Castrensis *in dicta l. fin. num. 5.* Iason *num. 3. ff. de eo, per quem factum erit*, qui omnes reprobant Glossam *ibi* contrarium tenentem, & dicunt præscriptionem 30. vel 40. annorum, tantùm interrumpi per solam conuentionem in iudicio factam, vt *in dicta l. cum notissimi*: latissime Rodericus Suarez, *in l. post rem iudicatam, in 2. notabili*, versic. *considera vltim. num. 3. pag. 246. de re iudicata*, vbi dicit quod nulla alia interruptio operatur perpetuationem actionis, nisi litis contestatio, quia aliæ interruptiones auferũt omne tempus ante lapsum & actio manet præscriptibilis secundùm suam naturam, iuxta Glossam, quam *ibi* approbat Baldus *in dicta l. cum notissimi, §. 1. col. 2. & in dicto §. imo*, in Glossa *multo minus*, & in versic. *interrupta*, & Glossa *in dicta l. sicut*, dicit communem Rodericus, *vbi suprà*. † Sed Abbas *hic col.* 26
fin. num. 14. & Glossa *in dicto cap. placuit el. 2. 16. quæst. 3. §. præscriptionum*, verbo *interrupta*, Socinus *in reg. 308. fallentia 2. & in reg. 304.* docent prædicta procedere, quando litis contestatio fuit facta animo persequendi, aliàs secus: Sed Guttierrez *in dicto cap. 1. num. 3.* cum Felino *hic*, Couarruuias *in regula possessor. §. 12. p. 2. n. 4.* Balbus *sup. n. 33.* & alij dicunt, vt quocumque animo interrumpatur præscriptio.

Ad quartam quæstionis partem, iam vides 27
sub, versic. *ad tertiam*, declaratum esse, quando videlicet præscriptio interrumpatur, cum deficit titulus, & bona fides in ea, quæ est introducta in odium non petentis; quia tunc sufficit citatio, & quod per citationem interrumpatur decisum affirmat Pegueira *in decis. 157.* quod intelligit Riccius *collect. 427.* ad Textum *in dicta l. cum notissimi, §. imo, Cod. de præscript. 30. vel 40. annorum*, & Anneus Robertus *decis. 5 lib. 3.* † Pri- 28
mò si nuncius retulerit se citasse. Secundò quando actor in termino citationis comparuit; alias actore, vel reo citato non comparentibus, citatio circunducitur, & sic non operatur effectum interruptionis præscriptionis, Main *in decisione 27. lib. 1.* & quomodo per citationem interrumpatur, Franciscus, Marcus, *in decisione 316. p. 2.*

Et quod sola citatio ad interrumpendam præ- 29
scriptionem statutariam inductam, ex mera negligentia non petentis sufficiat: tradit latissimè Balbus *de præscription. dicta 3. p. 6. partis principalu, quæst. 4. per totam, volum. 8. tract. diuers. Doct. fol. 89.* vbi latissime ampliat, & limitat; alios refert Didacus Perez *in l. 3. tit. 13. lib. 3. ordinamenti, col. 1237. in fine, & in principio, colum. num. sequenti*, vbi inaduertenter dicit perpetuari actione, & inquit notandum esse perpetuo, quod nunquam per talem citationem interrumpitur præscriptio, nisi de tali citatione sit facta relatio Iudici per nuncium, & sit in scriptis redacta: ibi, plures allegat ita tenentes quod etiam tenet, *vbi supra, numero 25.* Guttierrez *dicto cap. 1. de Iuramento confirmation. numero 2.*

In criminalibus verò ait Iafredus *in deci-* 30
sione 251. præscriptionem interrumpi per solam libelli oblationem, aut inquisitionis à iudice formationem sed non in hoc casu sit necessaria citatio decisum negat, Antonius Faber *in decis. fin. Cod. de rei vindicat.* imo Iafredus Idem *in decis. 119.* negat interrumpi per citationem minus legitimè factam,

31 factam, aqe nolliter. † ſed nom præſcriptio-
nis interruptio, quæ proponitur *in l.fin. Cod. de*
duobus reis procedat facta petitione partis debit
contra vnum ex Reis debendi decisum negat
Theſaurus *in decis.*103. & ex quibus actibus in-
terrumpatur præſcriptio decidit Surdus *in de-*
cis. 4. Et an attento iure Canonico per interru-
ptionem cenſetur mala fides ; ita quod nullo
tempore præſcribatur, tradat Felinus *hic n.* 10.
de quo dico *infrà.*

32 Ad quintam, & ſextam quæſtionis partem
numquid interrumpatur præſcriptio per Iura-
mentum deciſorium extraiudiciale ; itavt per-
petuet actionem, & an idem procedat in iura-
mento promiſſorio vt diſſoluas, adiunges plura
quæ adduxi *in cap fin. de Iureiurando*, vbi de ef-
fectibus Iuramenti deciſorij & promiſſorij plu-
ra adduxi, & in terminis de his dubiis agentea
ad primum de iuramento deciſorio Iudiciali di-
cunt talem habere virtutem inter alias, vt ha-
beat conteſtationis vim, & perpetuandi actio-
nem, vbicumque per litis conteſtationem per-
petuatur ; aliàs ſecùs ; Ita ex Textu *in l. nam po-*
ſtea, *§. ſi is qui temporali*, *ff. de Iureiurando*, in
illis verbis, *ſi is qui temporali actione mihi obliga-*
tus erat, detuleris Iuſiurandum, vt iurem eum dare
oportere, egoque Iurauero tempore non liberatur;
quia poſt litem cum eo conteſtatam perpetuatur ad-
33 *uerſus eum obligatio.* † Ergò ſicut per litis con-
teſtationem actio perpetuatur in 40. annos, vt
in dicta l. fin. Cod. de praſcript. 30. *vel* 40. *anno-*
rum, ita, & eodem modo per Iuramentum, vt
in dicto §. ſi is qui temporali, vbi in hoc æquipa-
ratur Iuramentum litis conteſtationi, ibi te-
nent Gloſſa, Bart, & cæteri DD. & probatur
expreſſiùs hæc concluſio deſumpta ex *dicto §. ſi*
34 *is qui temporali in l.* 14 *tit.* 13. *p.* 3. † Et ratio
eſt quia Iuramentum habet inſtar Iudicij, vt *in*
l. qui iuraſſe, *§. fin. l. Tutor in fine*, *ff. de Iureiu-*
rando, *l. ſed etſi reſtituatur*, *§. ex quibus*, *ff de Iu-*
diciis, ibi, *quia hoc Iuſiurandum in locum litis con-*
35 *teſtata ſuccedit*, *& in l.*15. *tit.*11. *p.*3. † Item ha-
bet vim ſententiæ, vt *in l. ſed etſi poſſeſſor*, *§.*
36 *fin ff. de Iureiurando.* † Imò maiorem vim habet
quam res Iudicata, vt *in l.*2. *ff. eodem*, ex quibus
Bartol. *in dicto §. ſi is qui temporali*, *n.*3. *&* 4. &
cæteri Doctores Gomez. *in §. item ſi quis poſtu-*
lante in 5. *inſtit. de actionibus*, Gozadinus Bono-
nienſ. *in repetit. l.* 2. *col.* 16. *Cod. de pactis inter*
emptor. & venditor Hypolitus de Marſillis *in ſin-*
37 *gularibus ſuis notab.* 141. incipit *andiſtis.* † Eam
veriſſimam concluſionem inferunt quod in om-
nibus, in quibus perpetuatur actio per litis
38 conteſtationem non perpetuaretur. † Alia tra-
dit videndu Guttierr. *dicta* 3 *p. de Iuramento con-*
firm. n. 4. 6. 6. vbi multis probat, iuramentum
deciſorium extraiudiciale habere eandem virtu-
tem, vt interrumpat præſcriptionem, & perpe-
tuet actionem in 40. annos ; alia tradit omni-
nò videnda Guttierrez. *à num.* 5. vbi expendit
Textus *in l.* 3. *tit.* 13. *lib.* 3. *ordinam. & l* 6. *tit* 15.
*lib.*4. *noua recopilat.* quæ agunt de præſcribendo
debito, ſeu actione perſonali decennio, vt *in di-*
*cta l.*3. & nouiſſimè annis viginti *in dicta l.* 6.
Itavt harum legum deciſio procedat, etiamſi
debitor Iurauerit ſoluere debitum, &c.

39 Numquid tamen hæc dicta de Iuramento de-
ciſorio locum habeant in Iuramento promiſſo-
rio, ſeu confirmatorio, non leuis eſt controuerſia
cum *in d § ſi qui temporali, & in d.l. Regia* 14. tan-
tùm loquutum eſſe videatur in Iuramento deci-
ſorio, delato à parte parti ex earum conuentio-
ne. Verùm quia latiſſimè hanc rem examinat
Rodericus Suarez *in l. poſt rem Iudicatam*, *ff de*
re iudicata in 2. *notabili num* 6. & Guttierrez cum
infinitis *in dicto lib* 3. *de Iuram confirm. a num.* 8.
vbi *ſub num.*9 in verſic. *quidquid ſit*, decidit Ar-
ticulum, de quo *infrà q. ſiquemi*, *& num.* 15. ait
Iuramentum promiſſorium, ſeu confirmato-
rium non impedire præſcriptionem debiti in
terminis *dicta leg.*6. *tit.* 15. *lib* 4. *noua recopila-*
tionis. ideò ego ad eos te remitto.

Ad vltimam quæſtionis partem, an differant 40
interruptio, & vſurpatio vſucapionis, cùm ergò
ſit Titulus ſcriptus *in ff. de vſucapionibus*, *&*
vſurpationibus., *& in l.*2. *ff. de vſucapionibus*, de-
claret vſurpationem, vt ſit vſucapionis inter-
ruptio, quaſi idem ſit vſurpare, quàm vſuca-
pionem interrumpere ; nam quod ego vtendo
acquiro, id Dominus non vtendo quodammo-
dò amittit, & econuerſo, quod vſu retinet Do-
minus, ego vſu acquirere non poſſum ; Et ſic
vſucapio, & vſurpatio videntur contraria, nam
vſu retinere, quod alter acquirere cœperat,
vſurpare eſt, vt *in leg. naturaliter*, *ff. de vſu-*
capionibus leg. nam ſatis, *§.* 1. *leg. ſi ſtillicidij*
in fine, *leg. ſi in partem*, *l. aquam*, *ff quemad-*
modum ſeruitutes amittantur, vtriuſque enim vſu-
capionis, & vſurpationis mentio fit in 12. Ta-
bulis, vt oſtendit Pomponius *in leg* 2. *ff. de*
origine iuris, & meminit Gellius *lib.* 3. *noct. atti-*
*car. cap.*2. † Et ſic dicitur vxoris vſurpatio, 41
ideſt interruptio vſucapionis illius : Ita Cuja-
cius *in dicta l.* 2. *ff de vſucapion.* Briſonius *lib.*
ſingulari de ritu nuptiarum, *fol.* 155. Roſinus
*lib.*5. *antiquitatum cap* 18 Othomanus *in* 12. *ta-*
*bul. lib.*8. *p.*3. *cap.*21. Gellius *lib.* 18. *noct. atticar.*
*cap.*6. Rebardus *in* 12. *tabulis cap.* 21. † Et 42
ſic videtur certum dici, vt vſurpatio nihil aliud
ſit ; quam vſucapionis interruptio, vt rectè de-
clarant Othomanus *lib.*1. *obſeruat cap.* 9. Vve-
ſembechius *ad Titul. ff. de vſucapionibus num.* 5.
Donellus *lib.* 5 *comment. cap* 21. verſicul. *con-*
tinuo tempore, Cujacius *in dicta leg.*2. *ff de vſu-*
capion.

Verùm etſi hæc ita ſint, tamen non ſemper 43
omnis vſurpatio eſt vſucapionis interruptio, nam
vt notat Donellus *dicto cap.*21. verſic. *quod ſanè*
quem ſequitur Balboa *hic num.* 10. nec omnis
vſurpatio eſt vſucapionis interruptio, nec econ-
uerſo omnis vſucapionis interruptio eſt vſur-
patio; nec enim Paul. *in d.l.*2. attulit omninò ve-
ram vſurpationis definitionem, cum videamus
in l ſi qua 40. *ff.* 1. *ff ex quibus cauſis maiores* po-
tius ſumere vſurpationem pro vſurpatione,
quam pro interruptione in verbis ibi, *quod eo*
tempore, quo inſula alicuius fuit ex pœna et irro-
gata cuius reſtitutionem impetrauit ab alio vſurpa-
tam ex bonis, qua non erant adempta probatum fue-
rit ſua cauſa reſtituendum eſt. Quæ verba decla-
rant Doctores dicentes Vlpianum *ibi* vſurpatam
vocare quaſi vſucapionem, nam cum loquatur
de reſtitutione quæ maioribus aduerſùs vſuca-
pionem datur vſurpationem ibi ; nam interru-
ptionem vſucapionis denotare, ſed potiùs ipſam
vſucapionem, apparet enim non omnem vſurpa-
tionem eſſe vſucapionis interruptionem, & ſic
non omnem interruptionem eſſe vſucapionem,
quia multis modis poſſeſſio amitti poteſt,
quibus omnibus interrumpitur vſucapio, qui

contingere possunt absque vlla aliena vsurpatione; Fatemur verò Paulum *in dicta leg. 2. de vsucapionibus*, in eam significationem loqui, cum quis scilicet re aliqua sic vtitur, vt hoc casu inhibeat alienam vsucapionem.

44 Vnde Iuris conditores sic loqui dicti sunt in seruitutibus; Nam quando is qui seruitutem habet, curat ne illam non vtendo amittat; Ita fieri dicunt, si quis Ius seruituti, vel seruitutem vsurpet, quia vtendo seruitute illa Aduersarij interpellatur vsucapio, quæ non in ipsius possessione, sed non in vsu Domini consistit; Quo in casu loquitur Textus *in leg. nam satis* 6. *in princ.* ibi: *& sibi quisque Dominorum seruitutes vsurpat seruitutem*; Et Textus *in leg. si stillicidij* 8 §. *fin ff. quemadmodum seruitutes amittantur* ibi, & *sibi quisque Dominorum vsurpat seruitutem*, vsurpare enim docet Balboa *hic*, *num.* 12. vsucapionem interrumpere significat, vt apertissimè denotauit Caius *in leg. naturaliter*, *ff. de vsucapion.* Vbi cum loquatur de interruptione vsucapionis, & ostenderit naturaliter vsucapionem interrumpi, cum quis de possessione vi deijcitur statim ait, *nec eo casu quisquam interest is qui vsurpauerit Dominus sit, nec ne*, Id est is qui vsucapionem interrumpit.

45 *Vsurpare* etiam aliter sumitur à Latinis, probatisque Authoribus cum dicant nihil aliud esse quàm aliqua re frequenter vti, vt copiosè aduertunt Othomanus *de feudis cap* 22. Reuardus *de authoritate prudentum*, *cap.* 9. Conanus *lib* 3. *comment. cap* 14. *num.* 1. Osualdus ad Donellum *dicto cap.* 21. *comment. littera B.* Et sic Oratores frequenter vsurpationem vocant rei vsum.

46 Dicunt etiam frequenter alicuius memoriam vsuprpare: Ita Cicero *de amicitia* ibi, *quis est, qui C Fabricij Martij Curij, cum Curij cum charitate aliqua, & beneuolentia non vsurpet*; id est vt declarat Conanus, vbi suprà *de eo loquatur*, & plura ipse alia Authorum testimonia refert videnda.

47 Verùm nostri Authores hoc verbo *vsurpare* vtuntur, non solùm vt denotet vsucapionis interruptionem vt dictum est, sed extra vsucapionis quæstionem pro vsu cuiuscumque rei imò & in vsucapione dupliciter sumi solet vno modo pro vsu comparato ad impediendam vsucapionem; alio autem modo sumi, vt significetur vsus, qui vsucapionem constituat extra vsucapionem fit.

84 Vt cum de aliquo dicimus vsurpare interdictum honorem; id est interdicto honore vti, vt Martianus loquitur *in leg. Reus* 7 §. 1. *ff. de muneribus & honoribus* ibi, *cum contra quem propter honores appellatum est, si pendente appellatione bonorum vsurpauerit, cauendum D. Seuerus rescripsit* Ex his enim verbis apparet Consultum vsurpationem, non interruptionem, vsucapionem vocasse, & sic concludimus ex *suprà* dictis sæpe in vsucapione sumi vsurpationem, vt vsucapionem constituat.

Qvæstio III.

An tollatur præscriptio per verba opposita in instrumento, promitto tibi semper, vel quandocumque, vel perpetuò, vel omni tempore soluere: *An interrumpatur hæreditate iacente: An per longum spatium amittatur possessio, & quanto tempore præsumatur obliuio, an pacto præscriptioni renuntiari possit?*

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio qualiter tollatur per verba opposita in instrumento, semper perpetuo, quandocumque, n.* 2. 3. 4.

2 *Promittens semper soluere, potest opponere emptionem præscriptionis.*

3 *Dictio* perpetuò *verificatur in decennio triennio, & in triennali tempore, n* 6. 7. *& sumitur humaniori significatu, n* 14 *fallit n.* 17.

4 *Retro vendendi promissio habes vitam solùm* 30. *vel* 40. *annorum, sed quod sit perpetua. n.* 5.

6 *Dictio* perpetuò *solet importare tempus in sæcula sæculorum, item & ad vitam n.* 7. *vsque ad tertiam generationem n.* 8.

9 *Dictio* semper, *& si perpetuitatem importet, aliquando accipitur pro multoties frequenter plerumque num.* 10.

11 *Dictio* quandocumque, *est dictio distributiua, & multiplicatiua temporum, & temporis reseruationem, n.* 12. *& restringitur ex natura actus num.* 19. *&* 20.

15 *Perpetuum nihil sub sole dici potest, nisi per subrogationem.*

16 *Dictio* perpetuò *accipitur secundum subiectam materiam ampliatiuè, seu restrictiuè.*

18 *Dictio* semper *in materia præscriptionis restringitur ad annos* 30.

20 *Præscriptio interrumpitur hæreditate iacente secundum ius, fallis iure singulari, n.* 24.

21 *Hæreditas iacens non dicitur persona possidens.*

22 *Possessio semel interrupta, non prodest ad præscriptionem.*

23 *Præscriptio ficta non datur cum interueniens persona vera desideratur, vbi quid de postliminio.*

24 *Vsucapio à defuncto semel cœpta, dicitur continuari causa vtilitatis*

25 *Obliuio quo tempore præsumatur, & in materia præscriptionis, num.* 26.

27 *Præscriptioni quãdo, & qualiter renuntiari queat n* 28. 29. *&* 38. *vbi quid respectu iuris quæsiti.*

28 *Vsucapio principaliter est instituta ad bonum publicum.*

29 *Obligatio nec ius exequendi præscribuntur, si actum sit in contractu, vt perpetuò & quandocumque debitum petatur.*

AD primam quæstionis partem Bald. *in l, quod si nolit, § quid ita venieris, ff de edilitio edicto* in lectura antiqua asserit, quod si statutum, dicit quod instrumentum, quo quis non est vsus infra decennium, postea non mereatur executionem, vt si tunc debitor in instrumento dixit quo valebat quandocumque posse compelli, quod non curat prædicta præscriptio, & sic Abil *in c. Prætor* 10. verbo *execuçion* in fine illius glossæ tenet in effectu, quod si ponatur dicta verba in instrumentis obligatoriis, scilicet *promitto soluere ad talem diem, & postea quandocũque possim compelli ad soluendũ hoc in casu præscriptionem non procedere de* 1

qua

qua in l.14 tit.11.p.3. iam quæſtione præcedenti relata; & ſic addit quod lex Regia ordinamenti, quæ probat debitum præſcribi decennio, non procedit, & fallit, & ſi in contractu apponitur verbum *quandocumque*, vel verbum *perpetuò*, quia tunc non currit præſcriptio.

2 Verùm cum ipſe Baldus *in l.1. ad finem, ff. ſoluto Matrim.* dixerit, *quod ſi promiſi tibi ſemper ſoluere*; nihilominus poſſum opponere exceptionem præſcriptionis per Textum *in dicta l.1. iuncta l. in rebus, Cod. de Iure dotium*, & per Textum ſingularem *in l. in cognitione*, iuncta Gloſſa verbo *accuſare, ff. ad Syllanianum*, vbi Textus dicit ſemper accuſare permittitur, exponit Gloſſ. *viginti annis*, ſicut eſt ſtatutum tempus cæteris criminibus per *legem querelam, Cod. de falſis*, de qua notaui nonnulla ſub *cap. 1. de exceptionibus*, docet Roderius Suarez *in l. poſt rem iudicatam, in 2. notab. ff. de re indicata*, allegans eundem Baldum *in dicta l. quod ſi nolit, §. ſi quid ita venerit, ff. de edilitio edicto* per quatuor fundamenta; nam quamuis in inſtrumento guarentigio debitor obligatus ad ſoluendum debitum *ſemper perpetuò, & quandocumque* poſſit compelli ad ſoluendum; adhuc poſſit vti remedio præſcriptionis per tempus à Iure Regio conceſſum; dum tamen id bona fide fiat.

3 † Facit Gloſſa *in l. nam Imperator, ff. de legibus*, quæ exponit dictionem *perpetuò* ibi poſitam, id eſt *decennio*, Textus *in l. aduersùs*, verſic. *ſemper*, iuncta Gloſſa verbo *certos annos, Cod. de vſuris.* Ex quibus Baldus, & Salicetus *ibi in fine*, notant hanc dictionem verificari in triennio; & decennio, & viginti annis: videbis Tyraquell. vbi alios refert *de vtroque retractu tit.1. § 1. Gloſſa 10. n. 34. fol. 72.* idem *tit. 2. § 1. Gloſſa 2 num 8. pag 278.* idem *ibidem num.* 10. vbi expreſsò loquitur in noſtris terminis; ſcilicet quod dictio *ſemper* non tollit præſcriptionem, vbi benè cum aliis probat iuribus, & rationibus; Imò idem cum Baldo dixit vt dictio *quandocumque*, non excludat præſcriptionem 30. vel 40. annorum: Sic cum Baldo, & aliis, contra alios Boërios *deciſ.181. n. 3. & 5.* Conarr. *lib 3. variar. cap.9. num. 4.* Hugocelſus *conſ.71. n. fin.* vbi refert ſe latiùs dixiſſe *conſ. 26.* ſed quia latiſſimè authoritatibus probat Guttierrez. *3. p. de Iuramento confirmat. cap. 1.* cum leges *à n. 9.* vbi *n. 10.* ait quod verbum *ſemper*, vel *perpetuò* intelligitur ſecundùm ſubiectam materiam, hoc eſt ſecundùm naturam, & vitam actionis ſuper qua interponitur, & in terminis huius dictionis *quandocumque*, probat, & tenet idem Tyraquell. *de vtroque retract. tit.2. §.1. Gloſſa 2 num. 9. fol.278., & ibi num. 10. in* dictione *ſemper*, & ita poſt plura exempla, in quibus prædictæ dictiones verificantur ſub *dicto n. 10. in verſic. & ita dixit*: Guttierrez infert bonam declarationem ad leges huius Regni inducẽtes præſcriptionẽ debiti per certũ tempus vt procedãt etiãſi prædicto modo debitor obligatur, dum tamẽ præſcriptio bona fide allegetur.

4 Et confirmatur prædicta opinio, quæ mihi in praxi verior videtur; nam ſi emptor promiſit rem vendere, quoties debitor offerret ſibi pretium, & iurauit adimplere, & ſic dicta promiſſio ſit facta cum Iuramento adhuc 30 annis, quia cum promiſſio de retrouendendo habeat ſolam vitam 30. vel 40. annorum, vt voluit alios referens Gregorius Lopez. *in l. 42. tit. 5. p. 5.* in Gloſſa *quandoquier*, nec in Iudicando, & conſulendo, non eſſe ab ea recedendum dicant Balb. & alij, quem refert Antonius Gomez. *2 tom. var. cap.2. n.* 18. † Licet ipſe dicat perpetuò durare, 5
& plures alios referat Didac Perez *in l.2 tit.13. lib 3. ordinam.*; Ideò Roderici Suarez opinio verior videtur, quam ſequitur idem Guttierrez. videndus *ſupra à n.9. & 13* vbi hoc dictum *n.14.* latiſſimè expendit, & Couarr. optime *in dicto lib. var. cap.9. a n.* de quo ago *infra in cap. fin. de empt. & vendit.* vbi de retrouentionis natura; ideò ex his & aliis relatis fundamentis ex Roderic. & Guttierr. *n 11. & 12* hanc ſecundam opinionem conſeruabis, & expendes dictum Abileſij, & Baldi relatum pro contraria ſecundùm id quod tradit Guttierrez. *ſub dicto n. 9* in verſic. *quid dicendum ſit* intelligens loqui Baldum de ſtatuto duorum menſium inducente præſcriptionem, quæ non eſt introducta odio neglgentis, ſicut *redhibitoria, & quantò minoris.*

Et prædicta opinio confirmatur, conſideratis prædictis dictionibus *perpetuò. ſemper, & quandocumque*; nam & ſi per eas nulla temporis præfinitio generaliter deducatur, cum de dictione *perpetuò* commune dicterium ſit, vt ſignificet tempus in *ſæcula ſæculorum*, ac importet idem quod *ſemper*, & omni tempore *l. purè in fine. ff. de exceptionibus l. fin. dicto §. labeo, ff de actionibus empti l. eum debere, ff. de ſeruit. Vrbanorum prædior. l fin. Cod. de ſuis, & legitimis hæred. l. 1. Cod. ſoluto Matrim.* de qua Molina *de primog. lib. cap.5. n.33* Ioannes Garcia *de nobilit. Gloſſa 1. §.1. n.19.* Petrus Barboſa *in l. quia tale, ff. ſoluto Matrim.* Surdus *conſ 67. n.36. & conſ 123. num.5.* Tuſcus *concluſ. 326. num.8. littera D*, Zenedus *ſingulari 78. num.1.* Giurba *conſ crimin.12. n.22.* Decianus *conſ.34. num.57.* multis adductis Barb. *dict. 354.* † Tamen ipſe cum multis aliis probat *ibi, n.6.* quod dictio *perpetuò*, ſiue *in perpetuum*, quandoque accipitur ad vitam, ſeu quandiu aliquis fuerit ſuperſtes, & *num. 7 ex l. ſufficit 56 ff. de conditione indebiti, & ex cap. fin*, iuncta Gloſſa verbo *perpetuus*, dicit perpetua dici omnia, quæ licet aliquo modo ante mortem finiri poſſint, apta ſunt ad vitam durare, quia non habent tempus certum, intra quod duratura ſint, & infert ex *l.3 § ſi ff quibus modis vſusfructus amittatur, & ex l.1. ff pro ſocio in §. finitur Inſtit. de vſufructu*, hanc dictionem perpetuò non in infinitum, ſed donec quis viuit propter ſubiectam materiam, ſicut in vſufructu, qui morte finitur & *ibi num.11.* † Et 12. 6 7
iterùm ex multis affirmat quandoque accipi vſque ad tertiam generationem, vt in emphitheuſi Eccleſiaſtica *in Auth de non alienandis, § emphytheuſis* Tuſcus *ſuprà dicta concluſ.316. n 7.* Item vſque ad quartam generationem, vt in prohibitione facta, ne bona alienentur extra Familiam, quæ extenditur etiam vltra quartum agnationis gradum, ſecundùm Menochium *conſ. 197. & conſ. 195. num.4.* 8

Ex his patet, quod dictio *ſemper*, & ſi importet continuationem temporis, quæ exponitur pro *quotidie*, vel aſſiduè ex *l.1. §. perenne, ff. de fluminibus* Corneus *conſ.171. num 6 7. & 13. volum.2.* Boërius *deciſ 158. num.6.7. & 9* cum aliis Gratianus *diſcept. forenſ. tome 3. cap. 597. numero 14.* Farinacius *in praxi quæſtione 29 n.70* Zenedus *ſingul. 44. n.2.* Riccius *in deciſ. Curiæ Archiepiſcopali Neapol. deciſ. 287. p.2. num. 8* cum multis Barboſa *dictione 362. num. 6.* vbi refert, 9

*& num.*1. *in fine*, quod interpretetur sine aliqua præfixione temporis; & quod perpetuitatem indicat; & infert ad omne tempus, & quod habeat tractum in futurum, & notet tempus in sæcula sæculorum, & sine præfinitione, vt tradunt Caputaq. *decis.* 35. *num.* 9. *p.*2. Rolandus *cons.*23. *num.* 38. *&* 39. *tomo* 4. Mantica *decis.* 39. *num* 43. vbi dicit quod significat actum successiuum, & in futurum respicit.

10 † Aliquando tamen accipitur *pro multoties frequenter plerumque*, vt in *l.*1. §. *semper*, vbi Glossa eodem verbo, *ff. vt legatorum causa*, *& in l. nam quem* 149. *ff. de verb. signif. & in l. fin. Cod. de testam.* vt notant Osascus *decis.* 86. *num.*8. Farinacius *dict. q.*29. *num.* 70. Zenedus *dicto singul.* 44. *num.*1. D.D. Ioannes de Scobar. *de vtroque foro in Analogia aduersus Amaiam pro vero intellectu statuti colleg. Conchen. n.*42.

11 Item & si dictio *quandocumque* omne tempus comprehendat, itavt sit multiplicatiua, & distributiua temporum; vt tradunt Doctores *in l. Centurio, ff. de vulgari, & in leg. precibus, ff. de impuber.* Felinus *in cap. cum accessissent de constitut.* Corneus *cons.*199 *n.*17. Menochius *cons.*399. *n.* 32. *&* 14. cum multis Barbosa *dictione* 308. *num.* 1. & Fussarius *cons.*182. *num.* 3. vbi quod est distributiua, vt continet plura tempora, aptaque sit comprehendere omnem modum, omnemque qualitatem, Anchartanus *cons.* 268. incipit *Iure Diuino*. Tuschus *in pract. tom.* 2. *littera D, conclus.* 349. *num.* 2. vniuersalisque sit, & omnia comprehendat, etiam in materia odiosa Riccius *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis.*887. *num.* 1. *p.*2. Itavt si adiecta sit substitutioni de sui natura nullum tempus excludat: *arg. leg. Iulianum, ff. de leg.* 3. *cap. solitæ de maior. & obedient.* Menochius *dicto cons.*398. *num.* 34. Barbosa *n.*3. *vbi suprà.*

12 Qui *num.* 4. *&* 5. cum Menochio *cons.* 143. *n.*11. *& cons.*151. *num* 33. ait significare etiam temporis reseruationem; seu quandam perpetuitatem; Imò in contractibus denotare quandam infinitatem, vt tradunt Rub. *cons.*3. *num.*4. Alex. *cons.*145. *col.*1. versic. *sed hoc lib.* 2. Tyraquel. *de retract. tit.*2. § 1. *Glossa* 2. *num.* 19. Boërius *decis.*131. *n.*21. Zenedus *sing.*85. *n.*1. † Tamen hæc dictio quandocumque restringitur secundùm naturam actus, cui attribuitur, vt per Cott. *in memorab.* verbo *quandocumque*, Tiraquel. *de retract. tit.* 1. §. 1. *Glossa* 7 *n.*16. *ad finem, & tit.* 2. §. 1. *Glossa* 2. *num.* 9. Boërius *decis.* 131. *num.*18. Menochius *consil.* 143. *numero* 9. Surdus *cons.*281. *num.* 23. Vulpelus *de præposit. & aduerbiis signif. sub hac specie pagin.* 86. Zenedus *singul.*85. *num.*3.

13

14 Secundùm præfatas harum sumptiones, & significationes fortiter facit doctrina Baldi, & Abilesij iam *n.* 1. relata; sed quia prædictæ dictiones alio humaniori significatu sumantur de Iure secundùm relata pro secunda sententia, quam sequitur ex ibi iam dictis; Ideò ad quamlibet prædictam dictionem addo sequentia.

15 Quoad dictionem *perpetuò, vel in perpetuum,* dico quod cum nihil sub sole possit dici perpetuum; nisi per subrogationem *l. cum debere columnam ff de seruitut Vrbanor. prædior.* cum traditis per Molinam *de primogenijs lib.*1. *cap.*4. *num* 15.

16 † Ideò dici debet, vt hæc dictio plures habeat significatus, & diuersimodè accipiatur secundùm subiectam materiam, Alex. *cons.*71. *n.*2. *lib.*2 Tuschus *conclus.*326. *n.* 3. Menochius *cons.*451. *n.* 25. Bertacol. *de claus. instrum. clausula* 41. *Glossa* 5. *n.*1. Giurba *cons.*12. *crim. num.* 31. Vbi ait quod à subiecta materia regulatur, & quod dispositionem non ampliat, & post Decianum *cons.*13. *n.*53. *&* 55. *vol.* 2. quod restringitur secundùm actus naturam, cui adiicitur, & ab eo regulatur.

Et sic videmus, vt non semel etiam importet 30. vel 40. annos, vt *in princ. instit. de perpet. & temp. action.* Bald. *cons.*326 *n.*6. vnde excludere præscriptionem 10. vel 20. annorum non verò etiam 30. & 40. hac dictione tolli probant, *l. mendr.* § *statu liber ff de euiction. & in l. Prætor ait,* §. *hoc interdum, ff. de noui operis nuntiat. & in* §. 1. *instit. de perp. & tempor. action.* per Zenedum *singul.* 78. *n* 5 quia licet denotet perpetuitatem longissimam temporis, non tamen excludere præscriptionem longissimam; sic cum multis resoluit Guttierrez. *dicto lib.* 3. *de Iuram. cap* 11. *n.*12. Barbosa *dicta dictione* 254. *n.*14. † Et sic dictio semper in materia præscriptionis restringitur ad annos 30. vt voluerunt Zenedus *singul.*44. *n.* 4. Tyraquellus *de retractu,* Cona §.1. *Glossa n.*9. Surdus *decis.* 2. *num.*12. *&* Glossa *in cap.*8. versic. *quandocumque de feudo dato inuicem legis comis.* Surdus *suprà n.* 10. Tyraquell. *dicto n* 9. Ceuallos *in pract. q.* 207. & alij eam restringunt à lege ad spatium 30. annorum. 17 18

† Ita etiam dictio *quandocumque* terminat Pere *cons.*75. *n.*20. *volum.* 3. *spatio* 30. *annorum*, & in pacto redimendi, de quo iam nonnulla adduxi, probat cum infinitis Barbosa *dicta dictione* 308. *n.* 7. & Boërius *decis.*131. *num.* 21 docet quid importet prædicta dictio addita cum clausula *toties quoties.* 19

Ad secundam difficultatis partem, an interrumpatur præscriptio hæreditate iacente agit ex proposito Quesada *quæstionum Iuris cap.* 2. & quod inducatur interruptio præscriptionis apparet ex sequentibus. Primò quia naturaliter vsucapio interrumpitur si quis desijt possidere vt *in l. naturaliter ff. de vsucap.* sed morte vsucapientis possessio cessare videtur, ergò in hoc dubio necesse est, vt fateamur naturaliter interrumpi vsucapionem hæreditate iacente ex *l. sine possessione, ff. de vsucap. l.*1. §. *Sceuola ff. si quis testam. liber. esse iussus fuerit*; Nam cum possessio, & animi, & facti sit, vt iam dixi *ad Rubricam de causa possess.* Vtrumque mortuo testatore cessar, eo quod fictio in possessione locum non habeat, cum facti sit, *l. denique, ff. ex quibus causis maiores agnoscunt omnes in Rubr. ff de acquir. possess. & in l. si is qui pro Emptore, ff. de acquir. possess. & in l. si is qui pro Emptore, ff. de vsucap.* de animo etiam constat, cum voluntas morte finiatur *l.* 4 *ff. locati cap. fin. de precario.* 20

Deinde quia nec dicere possumus hæreditatem iacentem personam possidentem esse *ex l fin. ff. de crimine expillatæ hæreditatis l.* 5. §. *cessatum, ff. vt in possessionem legatorum eatur*; Imò in vsucapione continuam desiderari possessionem palam est in iam dictis *in cap. de quarta, cap.* 6. & aliis. 21

† Quæ si semel fuerit interrupta; nunquam ad vsucapionem proderit *l. Pomponius* §. *quæsitum, l. possideri, l. labeo l vniuersas,* §. *item, ff. de acquir. possess. l. naturaliter, ff. de vsucapionibus.* Vnde & si casu fortuito cesset possessio, cessare vsucapionem dixit Textus *in l.*1. §. *si quis propter inundationem, ff. de itinere, actuque priuato,* & facit 22

facit Textus *in l. pen. ff. de vsucapione pro donato*, dum apertè docet Consultus, quod si quis desiit possidere, quamuis fictè possideat, vsucapio interrumpitur, & faciunt Iura *in l. 2. ff. de crimine expilatæ hæreditatis, & in l. si homo, ff. de vsucapionibus.*

23 Tum etiam, nam quando interuentus personæ veræ, desideratur ficta repræsentatio non datur, nec sufficit, sed veræ personæ interuentus requiritur, quando factum personæ desideratur: ergo cum hæreditas iacens ficta persona sit, euenit vt dum iacet, nequeat acquisitio procedi, non consentiente persona: Et confirmatur quia nec post liminum, nec lex Cornelia operari aliquid, possunt circa possessionem, semel captiuitate interruptam, *l. si is qui pro emptore, ff de vsucapionibus*, sed mortuo ciuiliter possidenti per captiuitatem fictio non admittitur circa possessionem: ergo à fortiori non admittetur eo naturaliter mortuo, ne plus operetur fictio in fictio, quàm veritas in casu verò *l. sicut, ff quibus modis vsusfructus amittatur, l. licet, ff. de vsufructu legato*: ergo cum hæreditate iacente nulla præexistentis personæ remaneat imago; eo quia lex, velut deficiente materia non fingat: argumento Textus *in l. huic scripturæ, §. sed et si, l. item ait, §. 1. ff. ad leg. Aquil.* sequitur, vt hæreditate iacente interrumpatur vsucapio.

24 Ex prædictis, & aliis congestis à Balboa *hic à num.* 68. in puncto iuris prædicta sententia verissima est, sed quia Iure singulari receptum est, vt hæreditate iacente, si à defuncto semel cœpta fuit vsucapio, causa vtilitatis intelligatur vsucapio continuari, secundùm iuris regulas, attenta eius vtilitate, qua largo modo dicitur hæreditate iacente, non interrumpi possessionem, sed continuari, quatenus ad vsucapionem necessaria est, cum saltim in illa, qualis possessio rerum hæreditariarum attendi possit, vt indicant verba legis gerit, *ff. de acquirenda hæreditate*, ibi, *cuius possessio, etiam qualis fuit in hæreditate, & ita virtute huius, qualis possessionis, etiam possore mortuo vtilitatis causa dici possessionem non interrumpi, & consequenter, nec cessare vsucapionem morte vsucapientis*: ita Paulus Castrensis, *in dicta l. gerit*, quia aplicat illius Textus rationem ad regulam Textus *in l. cœptam, ff. de vsucapionibus*, Corrasius *in Miscellaneis, lib. 6. cap. 21. num. 1.* Balboa *hic à num.* 70. vbi *à num.* 71. *ad* 76. expendit præfata iura adducta pro prima sententia & Textum *in l. hæreditas in multis, ff. de acquirendo rerum Dominio, l. si seruus 25. ff. de stipulatione seruorum*, vbi *num.* 74. *in fine*, ait quod etsi Iuris rigore attento, iacente hæreditate, vsucapio interrumperetur; Iure tamen singulari, vtilitatis causa receptum esse, per iacentem hæreditatem, vsucapionem continuari: nam nondum hæreditatis tempus vsucapioni datum est, siue seruus hæreditarius aliquid comparnerit, siue defunctus vsucapere cœperit: tamen hæc iure singulari recepta esse eisdem verbis, probat Textus *in l. iusto. §. nondum, ff. de vsucapion.* & addit Balboa *in cap. ex transmissa, hoc tit. num. 13. in fine*, quod hæreditate iacente præscriptio cōtinuari non possit, & sic cœptaiam cū defuncto, iacente hæreditate perficipossit: notat Alex. *in l. ea quæ in fine, C. de temp. in integr. rest.*

25 Ad tertiam quæstionis partem, vt respondeas aduertes ad ea, quæ adduxi, *supra in cap. de quartas Fermosin. de Exceptionibus.*

hoc tit. quæst. 4. versic. *ad secundam*, vbi dixi, *quid importet tempus in præscriptione*, nunc verò sunt qui existiment per longum temporis spatium, licet non amittatur possessio; inducatur tamen possessionis obliuio, amissionem inducens, quod tempus relinquitur iudicis arbitrio: sic Glossa, versic. *vel longo, in l. furtum, §. fundi ff. de vsucapion.* Albericus *ibi*, & Iason *in l. 1. col fin. Cod. de seruis fugitiuis*, Socinus Senior *conf. 2. lib. 3.* Aymon Cranet. *conf.* 141. & plures, quos citat Tiquell. *in tract. de præscript. §. 1. Glossa 4. in fine*, Socinus Iunior *in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirenda, possess.* qui omnes affirmant iudicem pro qualitate rei, & personarum Iudicaturum; quanto tempore obliuio præsumatur; nam maius tempus tribuit viris, quàm fœminis, quæ ob sexus fragilitatem, facilius memoria labuntur; & ita in Principe, vel aliis hominibus variis implicatis negotiis, facilius obliuionem induci, & præsumi, vt dixit Ripa *in l. quod iussit, num. 47. ff. de re Iudicata*, Socinus Senior *conf.* 260. *lib. 2. & conf.* 115. *lib.* 3. Gozadinus *conf. 9. num. 35.* Parisius *conf. 11. num. 12. lib. 1.* & sic esse habendam rationem qualitatis personæ: sequitur hanc sententiam Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 26. num. 2.*

Sed quod requiratur tempus decem annorum 26 tenet Glossa *in l. licet, C. de acq. poss* quod sequuntur relati à Socino Iuniore *conf. 58 volum. 1* idem respondet Gozadinus *conf. 9. num. 35* Marsilius *conf. 20. num. 23. & 24.* Tiraquell. *supra*, & est Glossa *in §. quod autem instit. de vsucapionibus* quam sequitur Decius, & Bartolus *in dicta l. furtum*, Alex. *in l. si de eo fundo, §. si forte, ff. de acquirenda possessione*, Alciatus *in reg. 2. præsumpt.* 11. *num* 30. latè agunt Gutierrez *in l. nemo potest, num. 18. ff. de legatis 1* Gratianus *reg.* 450. Tiraquellus *de Iure constituti 3. p. limit. 21. num. 10.* disputat Boerius *decis.* 239. *col.* 26. alios adducit Ceuallos *in pract. quæst.* 98. Et licet referat quod Boerius hæc dicta componit, eum non inueni, *in dicta decis.* 239. Tafaquineus *lib. 8 controuersiarum*, versic. *illud cap.* 38. reprehendens dictum Vaschij *controuersiar. illustri* dicentis obliuionem ex longo tempore testium esse præsumendam, id impugnat tam de Iure, quàm de experientia, nam quis ait obliuiscitur eorum, quæ ante decennium vidit.

Ad quartam quæstionis partem, an pacto 27 præscriptioni queat renunciari: quod renunciari non possit: tenet Bartolus *in dicta l. nemo potest, ff. de leg. 1.* vbi Claudius *col. fin.* Crotus *num.* 107. Ripa *num.* 104. hanc asserit esse communem, & secundùm Alexandrum *ibi num.* 25. qui dixit, vt sit sustentabilior, dixit eam communem Alciatus, vbi alios refert, *in Rubrica de præscriptionibus, n.* 60. Boerius *deci.* 182. *num.* 8. idem fatetur Tiraq. *lib. 2. de retractu, §. 1. Glossa 2. n. 15.* dixit eandem communem Balbus *de præscript. 5. p. 5. part. princ. q. 6. n. 1.* Balboa *in c. 1. & c. si diligenti de foro compet q. 2.* probat hanc partem dicendo verius esse renunciationem præscriptionis non valere.

Nam cum vsucapio principaliter ad bonum 28 publicum sit introducta, *l. 1. ff. de vsucapion.* Felinus *in Rubr. de præscript. num.* 11. ibidem Alciatus *numero* 8. *in tractatu de quinque pedum præscriptione, numero* 13. copiosè Baconius *lib. 11. declarationum Iuris, cap.* 28. *numero* 4. Petrus Gregorius 3. *p. syntagmatum, lib.* 40. *cap.* 11. Pinelus *in Authent. nisi triennale, num.* 34. *Cod. de*

de bonis maternis, Pichardus *in l. ingenua, C. de muri legulis, n. 34.* vnde dicunt succedere. Iuris Regulam, nõ valere, supra dictam renunciationem praescriptionis; eo quod Ius publicum pactis priuatorum neqnit tolli, vt docent Bart *in dict. l. nemo potest, n. 19.* vbi Iason *in 1. lectura, n. 80. & in 2. n. 111.* Menchaca *de successionum creat. §. 10. n. 62.* & hanc partem potetis confirmare ex multis adductis, *sup. per Textum ibi in d. c. si dilig. de foro comp.*

29 Sed Dinus *in d. l. nemo potest*, Baldus *ibi col. 2.* post medium, Alex. *n. 25.* Ripa 15 Barbatia *cons. 22. col. fin volum. 4.* quem refert Gualdensis *de arte testandi, tit. 6. Cautela 31. n. 3.* Socinus *cons. 86. vol. 1. num. fin.* docent contrariam; disputat Guttierrez *in d. l. nemo à n. 468.* videndus omnino, vbi sequens hanc eam ampliat, vt non solùm procedat, si renunciatio fuerit expressa, sed quod sufficiat tacita, vt si actum sit in contractu, vt perpetuò, & quandocumque debitum petatur quia tunc, nec oblioatio, nec Ius exequendi praescribitur: tradit Ceuallos *in pract. q. 174.* dicens hanc esse optimam limitationem ad Textum *in l. 63. tauri, qua est l. 6. tit. 15. lib. 4. recopil* docet Gregorius *in l. 1. tit. 29. p. 3* Couar. *lib. 1. var. cap. 9. n. 4* Parladorius *lib. 1. rerum quotidianarum, c. 1. §. 12. num. 43. & 44.* & pro cautela tradit Caepola *cautela 75. qua* vtilis est in omnibus contractibus, vt in perpetuum, non ob est praescriptionis exceptio, quoad actionem, nec quoad Ius exequendi contra Guttierrez *de Iur. confirm p. 3. c. 1. num 9.* & ipse Gutt *ibi num. 10.* in versic. *& ita*, vbi docet quod si praescriptioni renuncietur, non habet locum praescriptio: Et facit Textus *in l. cum notissimi, § sed & si quis, C de praescript. 30. vel 40. annorum*, vbi per pactum potest interrumpi praescriptio: faciunt dicta in hac quae-

30 stione *à num. 1.* † Sed Balboa, *vbi supra num. 48.* respondet, quod respectu Iuris iam quaesiti praescriptionis renunciatio interrumpat praescriptionem; eo quod iam sit Ius priuatum; sed illam renunciationem, vel pactum, ait non procedere ad impediendum cursum temporis futuri; quo casu dicit bonum publicum impediri; & ita loqui Bartolum, quem vulgò sequuntur alij DD.

QVAESTIO IV.

An praescriptio interrumpatur per libelli oblationem: An praescriptio seruitij, vel alterius debiti currat, quotiescumque famulus, vel alius creditor retinet rem Domini, vel alterius debitoris, vel si debitori efficitur debitor in totum: An detur inintegrum restitutio contra praescriptionem incaeptam in praesentia, consummatam in absentia: Et an naturaliter interrumpatur praescriptio, si titulus deficiat: Et an interrupta semel vsucapione, posit de nouo, ab eodem continuari: Et quibus prosit vsucapionis interruptio, an non solum vsurpanti possessionem, sed & aliis, qui non vsurparunt: Vbi de aliis modis, quibus interrumpitur, aut non praescriptio?

SVMMARIVM.

2 *Praescriptio interrumpitur per actum Iudicialem, & per libelli oblationem, expenditur, & num. 2.*

3 *Praescriptio debiti, qualiter currat cum famulis, retinet rem Domini, n. 4. 5. 6. 7. 8.*

4 *Annalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendam.*

5 *Exceptio non praescribitur, si est propriè exceptio, secus si queat opponi, vt actio.*

6 *Famulus, seu creditor alius, qualiter opponant compensationem pro debito sibi credito.*

7 *Exceptio, qua dicitur talis, quia est actio ea tenus durat, quatenùs ipsa actio.*

8 *Negligens non sum, ex quo desino agere, sciens me, posse repelli, n. 9.*

10 *Restitutio conceditur contra praescriptionem incaeptam in praesentia, consummatam in absentia, num. 11.*

12 *Praescriptio interrumpitur, si titulus deficiat, n. 13. 14. 15.*

13 L. si hominem 19. ff. de vsucapionibus, num. 15.

14 *Titulus spectat ad substantiam vsucapionis.*
L. quaesitum, ff. de acquirendo, rerum Dominio.

16 *Praescriptio semel interrupta, nequit continuari, aut de nouo incipi ab eodem de Iure Canonico; aliter Iure Ciuili, n. 17. expenditur, n. 19.*

18 Cap. placuit 16. q. 3.

20 *Praescriptio non dicitur interrupta, si dubium adsit, de superuenientia malae fidei, eo dubio durante in actu practico, n. 21. 22.*

21 L. si fur §. 1. ff. de vsucap.

23 *Interruptio praescriptionis, quibus prosit*, num. sequent.

24 L. non fraudantur 134. §. nemo, ff. de reg. iur. l. 1. ff. de dolo, *cum aliis.*

25 *Nemo ex dolo debet ferre praemium.*

26 *Interruptio violenta, possessori, nihil noceat, vide, num. 27.*

28 *Interruptio, numquid prosit ei, qui possessionem, non vsurpauit, n. 29. 30.*

29 L. naturaliter, ff. de vsucapionibus num. 30. 31.

30 *Interruptio possessionis nocet omnibus, quibus potuit prodesse.*

31 *Dictio* aduersùs *sonat, quandoque; id est* erga eum *interdum pro* contra.

32 *Praescriptio interrumpitur per protestationes, per litem introductam, coram laico. etiam si nulla sit, n. 33. 35.*

33 *Praesufiptio interrumpitur per exequutionem monitorij, per monitionem litis, n. 37.*

34 *Exceptio spoliationis, nunquid interrumpat praescriptionem.*

36 *Praescriptio non interrumpitur per Iudicium, in quo actor succurruit, nisi sententia esset nulla, vel iusta, seu appellatum ab ea, & de aliis num. 38.*

AD primam quaestionis partem, an praescriptio interrumpatur per libelli oblationem, vt respondeas, praemittes quae adduxi, *supra quaest. 2. de petitione, & citatione*; nunc verò in terminis dico praescriptionem interrumpi ciuiliter per actum Iudicialem, veluti per sententiam, *l. 2. § fin. ff. pro emptore*, per litis contestationem, *l. more, Cod. de rei vindicatione, l. 2. Cod. de praescriptione longi temporis, l. nemo, Cod. de acquirenda poss.* de qua iam dixi, *sub praedicta quaest. 1.* 1

2 *quæſt.* 1. † Et ad propoſitum noſtrum, item contingit per libelli oblationem *in l cum. notiſſimi in princ. & in* § 1. *l. ſicut , Cod. de præſcript. 30. annorum* , Abbas *in regula poſſeſſor. de regulis iuris lib 6.* §. 12. *n.* 2. Balboa *in c.* 1 *de libelli oblatione, n.* 59. vbi ex *dict. l.* ſicut referens affectus libelli oblati, vnum eſſe ait , vt præſcriptionem interrumpat, addit verò in rebus mobilibus contingit talem interruptionem per ſolam ſententiam, nec ſufficere libelli oblationem , nec litis conteſtationem , & quod ea interrumpatur , ſi ſit temporis longiſſimi per libelli oblationem dicit Padilla *in l.* 2. *Cod. de ſeruit. & aqua, n.* 75. & Balbos *de præſcriptionibus* 3. *p.* 6. *partis, in princ.* dixit quod reus ſuccumbens , cogitur res reſtituere ; de actibus verò extraiodicialibus iam dixi *in d q* 2.

3 Ad ſecundam quæſtionis partem , ſuppoſitis quæ adduxi *ſuprà in c.* 1. *hoc tit. q.* 4. vbi de præſcriptione ſalarij, & debiti , & ſuppoſitis, etiam quæ adduxi *in hoc c. ſub q.* 2. vbi an præſcriptio debiti interrumpatur per ſolam petitionem , video in puncto iuris duas contrarias opiniones. Prima ex doctrina Felin. *in cap. ex tranſmiſſa hoc tit. n.* 9 & Ancharran. *conſ* 9. expreſsè determinatis quod ſi habeo, v. g. te mihi debitorem in decem, & poſtea efficior tibi debitor in totidem, certè ſi non peto quod mihi debes non præſcribis contra me, quia non ſum negligens , ex quo deſino agere ſciens me poſſe repelli exceptione compenſationis ; & ſic fiet compenſatio ad euitandam pœnam præſcriptionis appoſitam negligenti : refert, & ſequitur Auiles *in cap. prætor* 21. *num.* 69 *col.* 2. verſic. *quoque fallit, dict l ordinamenti, dicens.* Et ſic videtur vt ſi petis mihi debitum , poſſum petere tibi & inſtrumentum meum contra te , mandabitur exequutioni ; licet ſit tranſactum decennium ; idem in effectu cum eodem Felino, & aliis: tenet Auendaños *in* 2. *p. cap.* 10. *prætor* , *num.* 13. in verſic. *item dicta præſcriptio* , addens quod hoc caſu incipiet currere præſcriptio ex die, quo creditor ſoluerit.

4 Et eandem opinionem tenet loquens , quando famulus habet rem Domini, vt ſi ab eo dicta res petatur , poſſit famulus excipere de ſalario, etiam poſt tempus , Petrus Dueñas *in reg.* 306. *limit.* 7. eo fundamento, quia annalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum , vt *in l. pure*, §. *fin. ff. de dolo malo , & metus exceptione* , quia quando quis agere in ciuilibus prohibetur , excipere tamen poteſt , Bartol. *in l.* 1. §. *ſublata* , & *ibi* Iaſon *in* 2. *lectura , ff ad Trebellian.* Rebuffus *in tract. de ſalariis famul, num.* 9. *fol.* 244. & Ioannes Gutierrez *dicto lib. de Iurament. confirm. cap.* 1. *num.* 23. verſic. *poſſet.* Hanc opinionem dicit de æquitate ſaluari propter odium præſcriptionis debiti , & quod ſine dubio ſit ſeruanda in foro Eccleſiæ, vbi non curatur de præſcriptione illa : ſic Petrus Dueñas *dicta reg.* 306. *fallent.* 8. *limit.* 6. tenet etiam quod *lex.* 9. *tit.* 15. *lib* 4. *comp.* de qua iam loquuti ſumus, *in dicto cap.* 1. *ſub dicta quæſt.* 4. *hoc tit.* de ſalariis famulorum triennio præſcribendis, non procedat in foro Eccleſiaſtico , quando Dominus ſcit , ſe adhuc debere ſalarium, quia non ſoluit; Idem tenuit Gutierrez *in dicta l. nemo poteſt de leg.* 2. *à num.* 200. & ſic *in dicto cap.* 1. *ſub, dicto num* 23. *in fine*, concludit eam non procedere in foro Eccleſiaſtico circa noſtrum caſum, vbi creditor poſſidebat rem, vel debitum debitoris ſui.

5 Ego autem in hac celebri quæſtione , & ſi fateor de Iure Canonico , Ita ſententiam reſpectu Iuris Ciuilis , & Regij implicos Doctrina Bartoli , *in l* 2. *num.* 3. *ff. de exception, num.* 3. vbi tenet; quod quando exceptio ; ideo eſt exceptio compenſationis , quæ ita poteſt intentari principaliter per viam actionis, ſicut per viam exceptionis, tunc huic exceptioni præſcribi ex ea ratione, quia eſt in poteſtate tua, quando exerceas ; ſin autem exceptio eſt propriè exceptio , quia non poteſt opponi. niſi per viam exceptionis , tunc illi non præſcribi, & eſſe perpetuam, quia non eſt in manu tua , quando exerceas , niſi poſtquam ſit per me intentata actio, vt *in dicta l pure*, § *fin.* qui in hoc caſu loquitur , vt conſtat manifeſtiſſimè ex eius verbis cum actor quidem in ſua poteſtate habeat quando vtatur Iure ſuo; is enim, cum quo agitur non habeat poteſtatem , quando conueniatur : Ergo ſi exceptio poterat intentari per viam actionis principalis , conſequens eſt , vt non ſit perpetua , quando quidem ſit in poteſtate alius cui competit.

Et inde euenit, vt debeat dici, quod famulus, 6
vel alius creditor, qui etiam erat debitor in totidem Domini ſui, vel debitoris ſui, potuerit compenſationem opponere per viam actionis petendo principaliter debitum ſuum; quod ſi omiſerit, tranſierit tempus à iure præfixum ad id petendū, præſcribatur hæc exceptio compenſationis; & ita vt ſi ab eo petatur per Dominum, vel debitorem debitum ſuum , quod quidem non ſit præſcriptum, & ipſe famulus, vel creditor excipiat , & opponat compenſationem ſui ſalarij , vel debiti poſt tempus præſcriptionis, & Dominus, vel debitor replicet de præſcriptione, quod nullo modo admittatur ſupra dicta exceptio compenſationis, cum ſit præſcripta; eo quod potuerit, & fuerit in ſua manu petere per viam actionis debitum ſuum ante tempus præſcriptionis completum , iuxta dictam Bartoli doctrinam, quam idem Bart. tenet etiam, *in l pactum, Cod. de excep.* † Vbi dicit quod 7
quando exceptio; ideo eſt exceptio, quia eſt actio eatenus durat exceptio, quatenus durat actio , & ſequuntur Paulus. Alex. & Iaſon *in l. nam poſtea*, § *ſi minor ff de Iureiurando* , vbi Curtius Iunior *n. fin.* dicit hanc eſſe communem limitationem ad regulam Textus *in dicta l. pure*, § *fin* ſequitur Paulus de Caſtro *in l. Papinianus*. § *ſi filius, num.* 3. *ff. de in officioſo teſtam* & Felin. *in cap ſi autem num.* 5. *col. fin. illius num. de reſcriptis*, ſequuntur etiam Couarruuias *in pract, cap.* 25. *num.* 4. verſic. *quod poterit multis comprobari*, Antonius Gomez. *tom.* 1. *variar. cap.* 11. *num.* 10 aliis adductis probat , & ſequitur Gutierrez *dicto cap.* 1 *lib.* 3 *de Iuram. num.* 22 & 23. vbi confirmat, ex aliis, & concludit ibi quod cū in propoſito ſit Ius agendi ſublatum ad debitum per temporis curſum, conſequens ſit, vt nec etiam famulus, vel creditor poſſit vti exceptione compenſationis aduersùs Dominum , vel debitorem petentem à famulo , vel creditore rem ſuam, vel ſibi debitum, & ſic eodem fundamento, quo Petrus Dueñas, *vbi ſupra* , probat contrariam ſententiam, Gutierrez confirmat iſtam, *dicto num.* 23 ex Bartolo, & aliis, qui vt ſe expedixt à ſententia Felini, & aliorum *ibi* , in verſic. *nec obſtat* , & in verſic, *nec etiam obeſt* , multa congerit reſidens in ſententia Bartoli, de Iure Ciuili , & de Iure Regio , cum leges ſatis anxium pro re noua explorand a.

Vnde tamen ſine dubio notat , *in dicto n.* 23. 8
circa finem , in verſic. *abſque dubio*, hanc vltimam ſuam ſententiam, abſque dubio procedere, quan-

do id, quod famulus, vel alius debitor possidebat
quod est creditoris sui, non esset compensabile,
vt quia est species, quæ non compensatur, cum
quantitate, vel econtra, vt *in l fin. Cod de compen-
sationibus, cap fin de deposito*, vel si esset illi, qui dum
licet Petrus Dueñas, *vbi supra dicta limit.* 7. loqua
tur; quando famulus habet aliquam rem Domi-
9 ni. † Et concludit, iuxta sententiam Felini *in di-
cto cap. transmissa*, quod ego negligens non sum,
ex quo desino agere, sciens me posse repelli ex-
ceptione compensationis; & sic fieri compensa-
tionem, ad euitandam pœnam præscriptionis ne-
gligenti impositam, quia exceptio hæc com-
pensationis, non est propriè exceptio, sed est ex-
ceptio, quia actio alia plura congerens in dictis
versiculis.

10 Ad tertiam quæstionis partem an detur in
integrum restitutio contra præscriptionem incœ-
ptam in præsentia, & consummatam in absentia,
vt respondeas leges quæ adduxi *supra in cap.* 1. *hoc
tit.* versic. *ad quartam quæst.* 2. vbi egi de illa quæ-
stione, *an absens causa Reipublicæ restituatur aduer-
sus præscriptionem completam*; quibus suppositis
nunc tantum referam duas contrarias opiniones;
igitur quod in hoc casu denegetur restitutio te-
nuerunt Martinus, & Placentinus *in l. ab hostibus,
§. sed quod simpliciter, ff. ex quibus causis maiores*,
Oldradus, & Petrus *in l. quo tempore, Cod. de re-
stitution. militum*, vbi Zinus *quæst.* 9. & Paulus
eam esse veram testatur tenet Faber *in §. rursus,
n.* 5. *vsque ad* 11. *instit. de action.* vbi Zasius *col.* 49.
testatur esse conclusionem indubitatam, & eam
dicit communem Paulus *in l. diuortio, §. non so-
11 lum, ff. soluto matrimonio.* † Sed quod debeat
restitutio concedi, tenuit Vulgarinus, & post
eum Accurs. *in dicto §. sed quod simpliciter*, vbi
Albericus *num.* 12. Bartol. *in dicta l. quo tempore*,
vbi idem Albericus *col.* 2. Baldus *col.* 2. *in fine*,
Saliect. *col.* 1. *in fine*, qui testatur hanc esse com-
munem opinionem, quam testatur, Glossa *in
dicto §. rursus*, vbi hanc esse communem dicit,
Iason *num* 57. & Gomezius *num.* 28. Balbus *de
præscriptionibus* 1. *p.* 6. *partis princip. quæst.* 4. &
eam dicit veram Ceuallos *in pract. q.* 201. ita vt
non sit ab ea recedendum in iudicando, & con-
sulendo, quia est magis benignior.

12 Ad quartam quæstionis partem, an si titulus
deficiat, naturaliter præscriptio interrumpatur,
vt respondeam noto ex dictis, *supra in princ.* du-
plicem dari interruptionem præscriptionis na-
turalem, alteram cuius exempla tradit Glossa *in
cap. placuit el.* 2. *§. hac* 16. *quæst.* 3. verbo *inter-
rupta*, Balb. *de præscript.* 3. *p.* 6. *partis princ.* Fer-
retus *in l.* 3. *num.* 44. *ff. de vsucapion.* Peebius *in
cap. sine possessione, num.* 5. *de regulis iuris, lib.* 6.
Abbas *in reg possessor. p.* 2. *§.* 12. Aliam eiusdem,
13 vt iam, *à quæstione* 2. latè explicui. † Et quod
ex defectu tituli, non interrumpatur, videtur
probari ex Textu *in l si hominem* 19. *ff. de vsucap.*
in verbis, ibi *si hominem emisti, vt si aliqua con-
ditio extitisset ineptus fieret, & is tibi traditus est,
& postea conditione, emptionem resoluis tempus,
quod apud emptorem fuit, accedere debitori debere
existimo*: ex quibus verbis iam esse vsucapio-
nem cœptam, & quod euidenter titulum amisit
venditor, & sic possessionem eo ipso, quod ven-
didit, & nihilominus docet consultus tempus
illud, quo desiit possidere, & homo apud em-
ptorem fuit, prodesse venditori ad vsucapionem:
plura de intellectu huius legis cumulant, Bart.
in l. celsus, ff. de vsucapionib. & relati à Balbo *de
præscriptionibus p.* 3. 6. *partis, princ. quæst.* 3. Couar-
ruuias *in reg. possessor. p.* 2. *§* 5. *in fine*, & Cujacius
accuratè agens, *in dicta l. si hominem, & in l tempus,
ff. de vsucapionibus*, colligit illius legis verum sen-
sum ex finalibus verbis ibi, *quoniam ea venditio
propriè dici non potest*, & putat mendosam esse
literam, & legendum esse *quamquam ea venditio*,
& sic ostendit variis consultorum locis erratum
esse in ea voce.

Tu verò in hoc dubio dices, vt cum titulus 14
ad substantiam vsucapionis spectet ex dictis *su-
pra in Rubrica & in cap.* 3. *cap. de quarta, hoc tit.* &
ex notatis *infra in cap. si diligenti* 17 *per Textum ibi*
& notatur, *in dict. l. Celsus*, ideo naturaliter inter-
rumpi præscriptionem, præcipuè si incœpta iam
vsucapione, superueniat defectus tituli, quia pos-
sessor de illius nullitate certificatur, eo quod con-
stituitur in mala fide ex tali titulo superuenienti:
argumento Textus *in l. quæsitum, ff. de acquirendo
rerum Dominio*, qui sic est necessario intelligen-
dus, vt declarat Donellus *lib.* 4. *commentariorum,
cap.* 24. 25. 16. facit etiam Textus *in l. fin. § donec,
Cod. de Iure deliberandi, l. ea qua, § fin. Cod. de temp. in
integr restit.* notat Paulus *in l. naturaliter ff. de vsu-
cap.* † Quod si tituli defectus oriatur, ex eo, quod 15
contractus resoluitur, vt *in dicta l si hominem* exi-
stimant Cujacius *vbi supra*, citatus, & Balboa *hic
num.* 79. *in fine*, præscriptionem non interrumpi,
vt si v.g. rem, quam ego bona fide possidebam; ti-
bi vendiderim, adiecto pacto, vt res illa esset ine-
pta in euentum certæ alicuius conditionis quo
casu data contractus resolutione, cœpta vsucapio
vel præscriptio; non interrumpitur, sed venditor
poterit cœptam vsucapionem complere per cō-
tinuationem prioris temporis, cum eo ipso quod
resoluta fuit venditio dici non potest, vt inquit
Consultus *in d. l. si hominem*, adeo, vt rectè vendi-
tor accessione emptoris vtatur, vt docet, Vlpian.
in l. Pomponius, §. præterea ff. de acquir. possess.

Ad quintam quæstionis partem, an interrupta 16
semel possessione, possit de nouo ab eodem con-
tinuari, quia hæc difficultas pendet à dicendis, *in-
fra in c. fin. hoc tit.* ideo breuiter distinguendo, res-
pondeo de Iure nostro Canonico semel interru-
ptam vsucapionem, non posse de nouo adimpleri
quia cum ex *d. c. fin.* & ex aliis, semper fides bona
desideretur, & per interruptionē mala fides cau-
setur, vt iam late dixi, *sup in q. praced.* quibus mi-
rum, vt hoc nostro iure semel interrupta præscri-
ptione nequeat continuari, sentit Glossa *in dict c.
placuit* 16 *q.* 3. communiter omnes, *in cap sine pos-
sessione de reg. iur. lib.* 6. Balboa *hic hic n.* 98. † De Iu- 17
re autem Ciuili aliter dicendū est procedere per
Textum *in l si ædes, § libertas ff. de seruit vrban.* per
Textum etiam *in fin. Cod. de præscript.* 30. *annorum*,
nam hoc Iure præscriptio semel bona fide cœpta
non interrumpitur, ex superuenienti mala fide; &
sic mirum non esse: docent Doctores quod præs-
criptione semel interrupta, possit de nouo præs-
criptio adimpleri, & continuari, præcipue si con-
sideres quod actiones personales, etiam cum mala
fide præscribūtur tempore longissimo 30. vel 40.
annorum, quod verum esse latius existimant, Bar-
tol *in l. sequitur, § si viam, ff. de vsucap* Innocent. *in
c. cura de iure patron.* Hostiens *in summa de præscr
tit de præscript. rerum immobilium, § quæres, versic
actiones personales*, & relati à Menchaca. *lib.* 2 *illust
quæst. cap.* 76. *n.* 3. Parlador. *rerum quotid. lib.* 2. *§.* 11.
num. 14.

Et

18 Et qatenus de Iure Canonico apprehendi vi-
deatur ex *dicto cap placuit* , vt interrupta poſ-
ſeſſio , poſſit iterum inchoari , vt contra com-
munem opinionem ſentit Salicetus *in l 2. Cod.*
de fructibus , *& litium expenſis* , tamen verios eſt
ex *dicto cap. fin hoc titulo* ex ſemel interrupta
poſſeſſione , iterum continuari non poſſe de
nouo præſcriptionem ſemel cœptam. Nec obſta-
re dicunt Doctores Textum *in dicto cap. placuit*,
quia non habet authoritatem legis Canonicæ,
eum ibi Gratianus ad litteram , tranſcripſerit
Textum *in d.l.fin Cod.de præſcriptione 30.annorum.*
19 † Ex his ergo manet dicendum , vt ſemel inter-
rupta poſſeſſione, nunquam ad vſucapionem poſ-
ſeſſori proſit , etiam ſi poſtea recuperata poſſeſ-
ſione , tempora vſucapione compleat , volens
priorem poſſeſſionem poſteriori iungere *l. 2. Cod.*
de præſcript. longi temporis , nam habetur ea præ-
cedens poſſeſſio , ac ſi nunquam poſſediſſet , &
ita ſi eandem rem voluerit vſucapere debet in-
cipere à ſeconda poſſeſſione ; adeo vt ſi is , qui
bona fide rem cœperat poſſidere , illam poſſi-
dere deſierit , ante completam vſucapionem,
& ſic vſucapio fuerit interrupta , & cognouerit
rem eſſe alienam , ſi iterum poſſeſſionem recu-
peret , vſu tamen non capiet , etiam Iure Ciuili
attento , quoniam initium poſſeſſionis , quod
etiam eo Iure ſpectamos vitioſum eſt ex *l.ſi u.qui*
pro emptore , ff de vſucapionibus, § ſi quis bona, vbi
expreſſis verbis Iulius Paulus demonſtrat, & *ibi*
Doctores, Barboſa *hic n.95.*
20 Dubium tamen eſt, an ſi bona fide inciperet
poſſidere , poſteà verò dubitet, an eo caſu inter-
rumpatur præſcriptio, verius eſt, vt non dicatur
præſcriptio, vel vſucapio interrupta , ſi moralem
adhiberet diligentiam ad deponendum dubium,
vt ſentiunt, Abbas Felinus, & multi alij , *in dicto*
cap fin hoc tit. de quo ego latius *ibi* Baibus *de præ-*
ſcript. 2 p. 3.partis quæſt 2. Sarmiento *lib. 2 ſelect.*
cap. 10. Faquineus *lib. 1. controuerſ.cap. 75* Couar.
in reg poſſeſſor. 2 p, §. 7. à n. 3. Molina *de Iuſt.tom. 1.*
21 *tract. 2 ſp 63.* verſic *ſecunda concluſio.* † Sequata-
men ſi illam moralem diligentiam adhiberet , &
ex inſcitia dubius eſſet de bona fide , quis tunc
iam iſte bona fide non poſſidet, & conſequenter
bonam fidem interruptam eſſe , & ſic vſucapio-
nem , vel præſcriptionem : ita ſentit Baiboa *in*
cap. vigilanti 5. hoc tit. n. 17. & 20. ex l. ſi fur. §. 1. ff.
de vſucapionibus in verbis ibi *ſi quis id , quod poſſi-*
det , non putet ſibi per leges licere vſucapere , dicen-
dum eſt , etiam ſi erret non procedere , tamen eius
vſucapionem , vel quia non bona fide videatur poſ-
ſidere , vel quia in Iure erranti . non procedat vſuca-
22 *pio.* † Vnde Couarruuias *vbi ſuprà* , §. 8. *num. 5.*
rectè colligit quod ſiquis rem poſſideat , cre-
dens eſſe Titij , cum reuera ſit Sempronij , nul-
lam habeat malam fidem , ſed potius inuincibi-
liter ignoret rem illam Sempronij eſſe , ſed
contra propoſitum *dicta l. ſi fur* & Balboa , ſen-
tit Molina *dicta diſput. 63.* verſiculo *dubium eſt*
hoc loco.
23 Ad ſextam quæſtionis partem , quibus proſit
interruptio præſcriptionis , reſpondeo , ei pro-
deſſe primò , qui vſucapionem vſurpat , ne con-
tra illum procedat vſucapio ; ſibi enim eo in ca-
24 ſu vigilaſſe videtur. † Huic modo dicendi for-
titer obſtat Textus *in l. non fraudantur 134. §. ne-*
mo , ff. de reg Iuris l. 1. ff. de dolo , vbi is , qui
alterius poſſeſſionem inuadit , & vſurpat , etiam
ſi Dominus ſit delinquit , cum id propria autho-
ritate facit : confirmatur exemplis legum *in l. 3.*
§ ſi meum , ff ad exhibendum , l eum qui , §. is au-
tem , ff. de furtis , l ita demum , ff de receptis arbi-
tris . l. ſi duo, ff ſi quis cautionibus l. ſi communis , l.
ſi ex duobus , ff. de noxalibus actionibus , cum mul-
tis adductis à Petro Fabro *in d. l. 134.* † Qui- 25
bus id generaliter probatur neminem ex dolo
ſuo præmium ferre , non debere , ob idquo in
ſpeciebus prædictorum Iurium doloſè actionem
ortam ex dolo non prodeſſe. † Imo , & ho- 26
die verum eſt quod interruptio violenta poſſeſ-
ſori aduersùs eum , qui vim fecit , nihil noceat
ad conſequendum Dominium rei ; nam is , qui
vim adhibuit Dominium amittit , ſi aliàs Do-
minus erat , ita vt ſine vſucapione ſtatim Do-
minium poſſeſſori acquiratur , vt *in* , §. *nedum*
inſtitut. de vi bonor. raptor. l. ſiquis in tantam l.
penultim. & ultim. Cod. vnde vi , & vtrobique
Doctores , & applicabis quæ late adduxi *in*
cap. olim cauſam 12. cap. cum ad ſedem de re-
ſtit. ſpoliator. in capite grauis , & in aliis il-
lius tituli capitibus , vbi egi de violento poſ-
ſeſſore , Balboa *hic num. 65. in fine* verſiculo
quæ omnia.
De Iura tamen prædictæ difficultati occurren- 27
currentes Donellus *lib 5. comment.cap. 21.* verſic.
huius interruptionis , vbi Oſualdus Balboa *hic*
num. 94. & 95. docent quod Dominus vſurpans
rem ſuam ab vſucapiente eam , & ſic vſucapio-
nem interrumpens, tantùm in eo delinquat, quod
vim adhibet, ſed in eo, quod poſſeſſionem vſur-
pat, ne amplius proſit aduerſario hactenus dicunt
vti Iure ſuo ; ſiquidem quod ſuum eſt aduersùs
alienam poſſeſſionem tuetur , nec dolo facit, qui
Iure ſuo vtitur, *l. nullus, ff. de reg. Iuris* ; adeo vt ſi
poſſeſſor interdicto vnde vi experiatur ad poſ-
ſeſſionem recuperandam , in quo omnia damna
continentur , & omne id , quod actoris intereſt
vim factam non eſſe , *l. 1. §. non ſolùm , ff vnde vi*
non verò æſtimandum eſſe , quod poſſeſſio , &
vſucapio interrupta ſit , quoniam damnum non
eſt ſiquis eo Iure , quod ex re mea faciebat , vti
prohibeatur *l. proculus ff. de damno infecto.*
Ad alteram huius dubij partem , an interru- 28
ptio proſit aliis , qui poſſeſſionem non vſurpa-
runt videtur dicendum quod non , nam ſicut la-
te dicimus , *in cap. 17. de re Iudicata*, per Textum
ibi , res inter alios acta aliis non nocet ; ſic nec
etiam aliis prodeſſe , *l. ſi unus , § pacta* . verſic. *ſi*
ante , ff. de pactis , l. 2. Cod. quibus res iudicata non
noceat. † Sed ex aduerſo videtur pro affirmati- 29
ua ſententia ſtare conſultum , *in l. naturaliter* ,
ff. de vſucapionibus , dum ait vſucapionem natu-
raliter interrumpi , non ſolùm ad eum , qui deie-
cit , vel eripuit , ſed ad omnes . vt rectè notat
Cujac. *ibi* , & in fragmentis ad Vlpianum *tit. 20.*
§. 24. Gilbertus *lib. 2. enantiophanon , cap fin.*
quos notat Robertus *lib. 2. receptarum lectionum, c 32.*
Donellus *dicto cap. 21. comment.* verſic. *ſed inter-*
rumpitur , & Balboa *hic num. 67 in fine* , conclu-
dit dicendo certum eſſe omnibus interruptio-
nem prodeſſe , etiam illis , qui non vſurparunt,
quamuis aliàs factum alienum , nulli nocere ſo-
leat : nam amiſſa ſemel poſſeſſione ex natura ſua
concedit vſucapio ; adeo vt omnes , qui poſtea
rem vſucaptam eſſe negauerint , non tueantur
alieno facto ſed propria natura vſucapionis,
quæ ſine poſſeſſione nulla eſt. † Et licet verba, 30
dict. l. naturaliter , ibi *quo caſu non aduersùs eum*
tantum, qui eripit interrumpitur poſſeſſio ſed aduersùs
omnes

omnes, difficillima sint adhuc dicendum fuit interrumpi possessionem potius omnibus, quibus
31 potuit prodesse, & non aduersùs omnes. † Tamen Robertus *d. lib. 2. receptæ lectionis c. 32.* respondet ea verba *aduersus eum* intelligenda esse; id est *erga eum*, cum sæpè *aduersùs* pro *erga*, apud bonos authores sumitur, vti ex Terentio, & Cicerone notat Osualdus ad Donellum *dicto lib. 5. commentariorum cap. 21. littera D*, & etiam ex Petro Fabro ostendit Cujac *in dicta l. naturaliter*, Balboa *sub dicto n. 67.* hìc & Barbos. *in dictione 13.* ex eodem Cicerone *lib. 1. de natura Deorum*; idem sensit in illis verbis *pietas, & Iustitia aduersùs Deos*; & idem Cicero *lib. 1. de officiis*, ibi *adhibenda est reuerentia quædam aduersùs omnes*; id est *erga*, & interdum pro *contra* vsurpauit idem Cicero *1. in Verrem* ibi *pecunia conciliata aduersùs leges, aduersùs Remp.* idem *lib. 14.* ibi *non contendam aduersùs te, si duriorem te prebes.*

32 Ad vltimum pro complemento materiæ interruptionis, breuiter ex adductis à Barbosa hìc addo præscriptionem interrumpi per protestationes extraiudiciales, si sunt aptæ inducere malam
33 fidem, vt iam notaui *sub quæst. 2.* † Et per litem introductam coram Iudice laico, etiam si nulla sit, quia reus constituitur, etiam in mala fide coram Iudice incompetente, ad quod pro, &
34 contra applicabis *dicta in cap. 4. de Iudiciis.* † Et quod per exequutionem monitorij censeatur interrupta: dixit Rota apud Farinac. *decis. 9. n. 3. p. 2. recent.*
35 Sed an exceptio spoliationis interrumpat, quærunt Doctores per Glossam *in cap. 2. de ordine cognit.* verbo *illud potest*, per Glossam, etiam
36 notant. † Ad hoc, quod lis introducta per modum exceptionis, non interrumpit præscriptionem, vt notant *ibi* Abbas *n. 20.* Imola *n. 10.* idem Abbas *hic n. 13. post medicum* versic. *per exceptionem vero.* Felin. *n. 12.* cum aliis Barbosa *in dicto*
37 *cap. 2. num. 8.* † Vbi *à num. 9.* ait cum Butar. *decis. 172. num. 16. & decis. 436. num. 7.* quod præscriptio, non interrumpitur per Iudicium, in quo actor succubuit, nisi sententia esset nulla, vel iniusta, Felinus *hic n. 57.* & fuit dictum in Romana vinea coram Obtembego, & per Beltram *ad decis. 477.* Gregor. *littera A*, vel nisi à sententia fuerit appellatum, si pars apellationem fuit prosequuta, Seraph. *decis. 1023. num. 14. & de-*
38 *cis. 1086. num. 6.* Beltram. *loco citato.* † Et quod præscriptio dicatur incorrupta per monitionem litis: tenuit Rota apud Farinacium *decisione 208. numero 4. p. 1. recent.* sed si fuerit iam perfecta, non interrumpi per litem postea motam, dixit eadem Rota *in decisione 285. num 1. p. 2. recentior.* quæ & *decis. 716. num. 8.*
39 *dicta p. 2.* † Idem dicit si litem intentans succumbi, vbi addit quod nec interrumpitur per oppositionem factam per viam oppositionis.

AD TEXTVM
IN CAPITE IX.
Quia indicante, hoc Tit.
PRÆMISSVM.
SVMMARIVM.

4 *Prædiorum finis Ecclesiasticorum, non nisi 40. annis præscribitur.*

DE intellectu huius Textus dixi *in cap 28. de Testibus quæst. 1. à num. 44.* & conducunt *ibi* 1
dicta in tota quæstione an testimonio vnius testis sit credendum, cum ex hoc Textu quæstio de finibus vnius agrimensoris definitione terminetur. † Et ex hoc respectu poteris applicare quæ 2
adduxi *suprà in cap. proposuisti 4. & in cap. causam matrimonij 14. de probationibus*, vbi latè dixi de matronis, & peritis in arte, qualiter probent, & vnus sufficiat.

Et in Textu ibi *exortam de finibus quæstionem*, 3
qualiter fines Diœcesum, seu aliorum terminorum probentur, dixi latissimè *in c. cum causam 13. de probationibus* vbi leges ad plures casus. Item etiam applicabis dicta *in cap. 3. de probation.* vbi agitur de actione finium regund.

Sed quia præcipua Textus nostri conclusio 4
est, vt finis prædiorum Ecclesiasticorum, nonnisi 40. annorum spatio præscribuntur; ideo adjunges adducta *suprà* de hac quadragenaria præscriptione *in cap. Sanctorum, in cap. de quarta, cap. ad aures, cap. illud hoc tit.* vbi latissimè hanc partem expendi.

Et in versic. ibi *hortamur igitur vt ad loca, de* 5
quibus est contentio accedentes eam in vestra præsentia faciatis terminari. per hæc verba potest hìc inquiri de rebus, in quibus desideretur Iudicis visio, vulgò *vista de ojos*, vt decerni optimè valeat, hæc solet practicari in diuisione terminorum, & finium, tam publicorum, quam priuatorũ vt sic de facili ad æqualitatemquisque restituatur ob quod applicabis quæ adduxi *sup. in c. fin. de libell. oblat. q. 4. § 19.* vbi qualiter formetur processus à Magistratibus, intisentibus, delicta, terminos, vel officia locorum. † Et occasione huius 6
Textus potest agi de ea quæstione, an Doctori, tanquam perito, aliquid asserenti credatur, latè disputat Ceuallos *in pract. quæst. 1.* & de agrimensore *ibi num. 23.* de agrimensore, & peritis in arte.

Et facit ad materiam huius Textus dictum *in* 7
dicto cap. 3. de probationibus, vbi egi *ibi quæst. 2.* qualiter finium regundorum actio, seu Iudicium metiatur. Et *ibi quæst. 3.* egi an præscriptio quinque pedum possit aliquo modo redigi ad actionem finium regundorum, nec de nonnullis aliis quæstionibus agam ad materiam Textus spectantes. Reperit nouissimè ad Textum hunc Mathæus Collerus *de processib. executiuis p. 4 pag. 95.* satis ex notatis hìc & in sequentibus quæstionibus intelligendus.

Qvæstio I.

An Iudex Eccleſiaſticus faciat vim inhibendo Iudici ſeculari, ſi cognoſcat inter perſonas Eccleſiaſticas ratione finium regundorum: Et an Eccleſiaſticus Iudex, poßit exequi Iudicium aſtimatorum agrimenſorum, abſque reuiſione: Et an Iudex Eccleſiaſticus faciat vim exequendo ſententias calculatorum, appellatione remota: Et ſi de terminis communibus agatur, qualis fiat computatio: Et qui teneantur ad indicationem finium.

SVMMARIVM.

1 L.5. tit.3. lib.7. ordinamenti, l.3. tit.7 lib.7. recopilat. numero ſequenti, n.7.
2 *Iudicus laici cognoſcunt de aliquibus rebus poſſeſſis ab Eccleſiaſticis. n.3. expenditur, n.4 & Vide, à n.5.*
3 *Finium regundorum Iudicium, eſt declaratorium Dominij.*
5 *Eccleſiaſticus Iudex inhibet ſeculari cognoſcenti inter Eccleſiaſticos, actione finium regundorum.*
6 *Finium regundorum actione agens, tenetur probare ſe Dominum.*
8 *Reuiſio admittitur in taxatione fructuum, vel damni, & habet vim appellationis, num.9. fallit, n.12.*
10 *Eccleſiaſticus Iudex vim facit non admittendo reuiſionem aſtimatorum, ſeu agrimenſorum. Quid de appellatione, ſub n.11.*
11 *Periti in arte, ſunt nominandi, ad reuidendum cum aſtimatores, & agrimenſores diſcordent.*
13 *Eccleſiaſticus Iudex, non facit vim exequendo calculorum ſententiam, n.14 & 15.*
14 L.12. tit.6. lib.4 recopil.
15 *Reliqua quanta ſit, in ſuſpenſo eſt, antequam expenſi ratio habeatur.*
16 *Computatio, id eſt diuiſio terminorum, quo modo fiat inter populos expenditur, num.17. & 18. vbi de paſcuis diuidendis inter vicinos, num 20.*
19 *Communio de indiuiduo, cenſetur facta pro aqualibus partibus, & portionibus.*
20 *Paſcua diuidantur pro rata poſſeſſionum, & pecudum, idem de terminis inter populos, n 21. & n.22 fallit, n.23. vbi quod procedat Iudicis arbitrio.*
24 *Pauper nequaquam poteſt tot ligna ſcindere in nemore, quot dines.*
25 *Fines indicare qui teneantur, num.26. vbi de emphyteuta, & poſſidente bona Eccleſia, & num.27.*
27 *Fines indicare tenetur pars, vbi exorta eſt controuerſia, circa cauſam renouationis bonorum.*
28 *Finium indicatio debet eſſe concludens. Et quod mutans, ſeu occultans confines tenetur declarare, & certificare, n.29.*

1 AD primam quæſtionis partem, quæ ex eo oritur, quia ſolent plerumque Monaſteria, & perſonæ Eccleſiaſticæ occupare terminos publicos, alicuius villæ, vel ciuitatis, ad quorum petitionem in ſupremo Regio conſilio deputantur Iudices terminorum ad exequendam legem Toleti, quæ eſt *lex 5. ordinamenti tit 3. lib.7. & lex 3. tit.7. lib.7. recopil.* vbi datur pleniſſima facultas procedendi, contra quaſcumque perſonas, & vniuerſitates, & ſolet controuerti, an ex diſpoſitione illarum legum ſint comprehenſæ, perſonæ Eccleſiaſticæ.

Et pro affirmatiua ſententia faciunt plures caſus adducti, *in cap 5. cap 4. cap fin. de Iudic ijs, & alibi*, vbi laici Iudices ſunt de quibuſdam rebus temporalibus poſſeſſis ab Eccleſiaſticis; tum etiam ex generalitate prædictarum legum Regiarum, quia nihil excludunt, cum totum dicant, *l. in agris. ff. de acquirendo rerum Dominio lex age cum Germiniano, Cod. de tranſactionibus.* 2

† Tertio quia Iudicium finium regundorum de ſui natura eſt declaratorium Dominij, vt docet Baldus *in l. ſi quis. num.3. Cod finium regund.* verſic. *nota*; & ſic non agitur, quia qui declarat terminos ad aliquem pertinere de nouo inducit, vt docet Cardinalis *in clement conſtitutionem, §.1. num.2. de electione, & in clement. ſtatutum, n 4. eodem tit.* Fulgoſius *conſ 147.* Gabriel *conſ.3. de reg Iuris.* † Et ſic videri vt Iudex Eccleſiaſticus vim faciat procedendo per cenſuras contra Iudicem ſæcularem, cum ipſe nihil Iudicet aduerſùs Eccleſiaſticas perſonas, nec eius bona, ſed ſolùm declaret terminos ad alios pertinere & iniuſtè fuiſſe occupatos; & ſic quia cognouit tantùm de nudo, & medio facto intrare regulam, de qua latè dixi *in dicto cap. fin. de Iudiciis quæſt.2.* vbi egi de quæſtione an laicus cognoſcat de facto rei Eccleſiaſticæ. 3 4

Adhuc verò in puncto noſtræ quæſtionis verius eſt, vt dicamus Eccleſiaſticum optimè laicum inhibere eo quod actio finium regundorum continet in ſe cauſam proprietatis, iuxta Textum *in dicta l ſi quis, Cod finium regund.* vbi Baldus, & Paulus, & Rota Bononien. *deciſ.86* vbi *n 2.* dicit communem opinionem: ſequitur Zephalus *conſ.63. num.8. lib.1.* contra *in l. vnica, Cod. ſi de moment. poſſeſſ p.13 n 99.* 5

Secundo quia agens actione finium regundorum, tenetur ſe probare Dominum, vt per longam diſputationem docet Faber *in §. quadam actiones, num 35. inſt. de actionibus.* Angelus *ibi num.11. per leg.3. Cod finium regund.* vbi Iaſon. *num.72.* Hieronymus de Monte *de finibus regund. cap.41. num 3. tomo 3. p.2. tract* & ſequitur Marcus Antonius de Amstis *deciſ.19. num fin.* videndus Baldus *conſ.379. & 420. volum.1. & conſ.268 volum.2. & conſ 408. volum 3. & conſ.445. volum 5.* Iaſon. *conſ 6. volum.1. & conſ.200. volum.2.* vbi latè declarat hanc materiam, & ſic cum agens hoc remedio finium regundorum, ſit actor, & teneatur probare Dominium contrarium conuentum, ſequitur, quod tenetur ſequi forum rei *l. actor, Cod. de probation.* cum vulgaris, de qua regula dixi *in cap. cum ſit generale de foro competent* 6

Nec obſtant adducta *ſuprà* fundamenta pro prima, non dictæ leges Regiæ, quia nihil diſponunt contra perſonas Eccleſiaſticas, quæ per verba generalia, non ſunt compræhenſæ ex defectu poteſtatis, & Iuriſdictionis, iuxta ea, quæ latè adduxi *in d. cap.2. 3.4.8.13. & fin. de Iudiciis,* 7

&

& aliis *de foro competenti*, *& in cap. tuam de ordine cognit.* docent Doctores ex regula Textus *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de constit.* multis adductis Ceuallos *de cognit. per viam violentiæ p.2. quæst.29. à num.6.* vbi *à num.15.* refert in puncto se patrocinantem quandam causam Monasterij Sancti Clementis Toleti, aduersùs quod proceditur actione finium regundorum per ipsam Ciuitatem coram Domino licentiato Villobeta de Montoya, Iudice terminorum à supremo Regis consilio nominato, & ex aliis fundamentis ab eo relatis, qui etiam ibi *à num.17.* concludit appellatione remota in Iudicio finium regundorum esse sententiam exequendam, absque metu violentiæ.

8 Ad secundam quæstionis partem, an Iudex Ecclesiasticus possit exequi Iudicium æstimatorum, & agrimensorum, seu aliorum peritorum in arte absque reuisione, vt respondeatur, videtur admittendam esse reuisionem in taxatione fructuum, vel damni, vel Domus, vel alterius rei, in quibus nominantur æstimatores ex Textus *in l. hac edictali, §. his illud*, vbi Baldus illud notat, *Cod de secundis nuptiis*, Alex. *consl.21. volum.7.* Bart. Bald. & Angelus *in l. arbitro, ff qui satis dare cogantur*, Imola *in l fin. ff. qui, & à quibus*

9 † Et ratio est quia talis reuisio habet vim appellationis, vt tradit Afflictis *decis.138.* Marcus

10 Antonius Peregrin. *decis.30. num.3.* † Ob idque etiam dici debere Iudicem Ecclesiasticum vim facere, non admittendo reuisionem, sicut si non admitteret, appellationem, exequendo declarationem æstimatorum, vel agrimensorum, reuisione rejecta, sicur contingeret, quando exequitur sententiam, appellatione remota, quia isti æstimatores possunt recusari, vt tradit Zephalus *consl.750. volum.5.* & prosequendo Ceuallos *de cognitione per viam viol. p.2. quæst.261.* admittit prædictam sententiam, dum tamen reuisio petatur à parte.

11 Quid si fuerint discordes æstimatores, agrimensores, vel illi, qui vocantur *alarifes*, tunc alteri in arte periti erunt nominandi, & tandem erit Iudicandum, secundùm suam reuisionem nihil addendo, vel detrahendo, & in tali euentu, iam Iudex non faciet vim, appellatione remota, nec tertia reuisione desiderata quoad effectum suspensiuum; secus verò quoad deuolutiuum, quia appellatio est admittenda, dum tamen æstimatio, & taxatio non procedat virtute alicuius executoriæ, vel instrumenti publici, vel sententiæ translatæ in authoritatem rei Iudicatæ, quia tunc quoad omnes effectus, erit appellatio excludenda, sicut excluderetur ab ipsa sententia difinitiua, vel executoria, & in hoc casu Iudex Ecclesiasticus, non faciet vim nec sæcularis iniustitiam, vt testatur Ceuallos in casibus ita contingentibus Iudicatum esse; imo & se Iu-

12 dicasse. † Et hoc in sensu accipiendam esse sententiam contra primam relatam eorum, qui dixerunt posse à Iudici Ecclesiastico exequi Iudicium peritorum, & declarationem factam ab ipsis, quia ipsi non proferunt sententiam nec Iudicium proprium, & non est sententia Iudicis, non est admittenda reuisio, cum ille non sit actus Iudicialis, sed declaratorius æstimatorum.

13 Ad tertiam quæstionis partem, quia de peritorum in arte procedit; ideo ex libito adjunctam hîc præmissis, quæ *suprà* adduxi *in cap. cum causam 13. de probat. quæst.2.* versic. *ad vltimam, num.10. & 11.* vbi an calculationes in libris mercatorum factæ, habeant executionem paratam, & *in cap.1. de fide instrument. quæst.9. num 32.* an error calculi habeat executionem paratam, & cum dubium sit in Iure, an Iudex exequendo sententiam suam, per quam confirmat Iudicium calculatorum appellatione remota, vim faciat, ideo existimo vim non facere, quia calculatores electi à partibus, censentur esse arbitratores, vt scribit Alex. *consl.21. num.8. & 12. lib.7.* à quorum sententia non datur appellatio, vt resoluit se hac *quæst.17. limit.14.* maximè quia talis calculatio, dicitur partium transactio, vt tradit Alexander *consl.21. ex num.9.* & sic, quando talis calculatio confirmatur per sententiam, habet executionem paratam, quæ non suspenditur per appellationem, vt docet Schac. *vbi suprà dicta quæst.17. limit 33. num.5.* tenent hanc sententiam, Bartolus *in l 2. num.3. Cod. de Iure fisci*, Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ p.2. quæst.142.* quod verum est quid quid pro contraria sententia dixerint Germinius, Gabriel *consl.43. lib.1. num.3.* Marches *in tract. de commission. 1. p. cap.22. n.54.* vbi dicit, quod à peritorum relatione potest appellari, & talis suspendit executionem.

Et confirmatur nostra sententia de Iure Regio, 14
vt sentit Guttierrez *lib.1 pract q.37. ad l.22. tit.6. lib.3. recop.* in illis verbis *que los alcances echos per coutadores de conformidad siendo confirmados por sentencia de iuez competente se executen sin enbargo de apelacion*, in tantum quod confessio recepti, non potest exequi, vt tradit Auendañus *de exequend. mandatis 2.p. cap.10. num 31.* Bobadilla *in sua polit. lib.5. cap.8. num.72. & 78.* & Guttierrez *de tutelis 3 p. cap.1. num.53.* Parlador. *lib.2 rerum quotid. cap. fin. p.1. §.6. ex num.1.* Faquineus *lib.8. controuers. quæst.58.* eleganter Nuñes, de Scobar, *in suo tract. de ratiocin. cap.21. à num.20.* vbi ponderat *l.3. tit.5. lib.9 recop.* ibi *por cargo y descargo.*
† Quia antea quam expensi ratio habeatur in 15
suspenso erit quanta sit reliqua, & ita concludit Scobar *num.22.* iudicatum in hac Regali Cancellaria Pintiana nouissimè Rodriguez *de executione cap.1. art.3. à num.20. & 21.* & practicam procedendi, tradit author Curiæ Philipicæ *2 p. §.4* verbo *cuentas, num.2.* vbi resoluit nostram quæstionem, scilicet quod Iudex Ecclesiasticus non facit vim exequendo, appellatione remota *quando los contadores estan conforme, o con terceros en discordia*, secus verò non seruata illa forma, vt tradit Guttierrez, *vbi suprà*, quod notandum est.

Ad quartam quæstionis partem, de computatione terminorum, quia sæpè numero contingit, 16
vt plures populi communitatem pascuorum de antiquo habentes conpascua illa diuidere, & distincta habere conentur, & cum ignoretur quis plus, quisve minus termini in dicta communitate ab initio contulerit; ideo dubium est qualiter hæc terminorum, & compascuorum computatio, & distributio fieri debeat, an pro modo possessionum, & vicinorum, & pecorum, an verò pro æquis portionibus. † Et quod cuilibet 17
vico, & æqualis pars termini sit in computatione applicanda; non habito respectu ad ouium, vel vicinorum majorem, vel minorem quantitatem: colligit Albericus *in l. vsus pars per Textum ibi, ff. de vsu & habitatione.* † Vbi di- 18
cit quod quando pascuum legatur duobus & alter

alter habet decem equos;alter verò autem,æqua-
liter cuilibet ſunt paſcua præſtanda, non habi-
to reſpectu ad majorem numerum equorum,
& ratio eiua eſt, quia ita abſorbent totum p.ſ-
cuum decem,ſicut centum pecora: docet in ter-
minis Gregorius Lopez *in l.26. tit.31.p 3.* verbo
plobaſen deſpues, vbi dicit quod è contra quan-
tum quiſque partem in communione contule-
rit, eadem pars illis ſit præſtanda; ſi verò con-
ſtare non poſſit omnes admittentur pro virili.
19 † Et facit quia vbi aliter non apparet commu-
nio de indiuiduo ſemper pro æqualibus parti-
bus,& portionibus facta cenſetur,ex *l etiam partis
ff.de vſufructu*, & reſpectu coniugalis quæſtus
conſtituium conſtat ex *l.103 ſtyli.& ex l.1 tit.9.
lib.6. recop.* tenuit hanc ſententiam in terminis
noſtræ quæſtionis Antonius Theſaurus *deciſ.71.
n.3.* & faciunt plura, quæ dico *in cap.1. de Paro-
chiis*, vbi qualiter diuiſio fiat.
20 In terminis tamen aliis verior eſt ea ſententia,
quæ docet pro rata poſſeſſionum, & pecudum
diuidenda eſſe compaſcua, & terminos; item
reſpectu vicinorum cuiuſlibet vici, & oppidi
eſſe diuidendoa terminos: argumento Textus *in
l.quærebatur, ff.ad legem Falcidiam*, ibi, *eius, quod
exigi poteſt pro rata ſit diſtributio*, & ex *l. Impera-
tore, Cod.de ſeruitut.ruſticor.prædior.* vbi Antonius
& Verius Auguſto Cæſari in hæc verba reſcri-
pſerunt: *Aquam de flumine publico pro modo poſ-
ſeſſionum ad irrigandos agros diuidi oportere, niſi
proprio quis Iure plus ſibi datum oſtenderit*, & aqua-
rum diuiſione, ſic reputat dicendum Meno-
chius *lib.2. de arbitr. caſu* 128. *num* 2. Calcaneus
conſ.24.col.3. ex Textu *in l.pecoris, cum l. ſequen-
ti, ff de ſeruitut. ruſticor.* Franc.Marcus *deciſ.223.*
Odofredus *in l. vſus pars, ff. de vſu & habitatio-*
21 *ne.* † Vbi tenuit quod ſi duobus legatus ſit
vſus paſcui, qui ſufficiat pro decem equis, &
vnus habet tres equos, alter verò ſeptem, vnus
habere debeat tres, alter verò reliquas ſeptem
partes: tenuit Petrus Surdus hanc ſententiam
conſ 65. num. 25. & Nuñez de Scobar *de ratioci-
niis,comput 7 num.2 & 7.* addens eo maximè caſu,
locum habere, quando aliquis ex conſociis po-
pulis, inter quos communio diſſoluitur aliqua
ſpeciali dignitate, vel prærogatiua fulgeret: ar-
gumento Textus *in l plenum. § equitij*, & rurſus
in §.iubentius,ff de vſu & habitatione, ibi, *aliquando
enim largius cum vſuario pro dignitate eius, cui
relictus eſt vſus.*
22 Et confirmatur ex dicto Gregorij lopez *in l.9.
tit. 18. part. 3.* verbo *como los ricos*, dicens quod
vniuerſitatis paſcua inter vniuerſitatis homines,
& eorum Dominos diuidi debent, pro modo fa-
cultatum, & poſſeſſionum. Et quod ſinguli ho-
mines debent pro rata ſuarum facultatum, mit-
tere eorum animalia in paſcuis, ita quod nec ipſi
Domini, nec incolæ totum abſorbeant territo-
rium, ſed ſecundùm patrimonij qualitatem poſ-
ſideant, quia ille qui habet minores poſſeſſio-
nes; debet etiam vti minus paſcuis, vt tenuit
Bertrandus *dicto conſ. 37. & conſ. 202. volum. 2.*
23 *num.6* † Qui *in conſ. 37. lib. 1. & conſ. 75. lib.2.
num.15. & conſ.1 lib.3.* computationem, de qua
loquimur, dixit pendere à Iudicis arbitrio: te-
nuit Afflictis *in conſtitution. Neapolit. Rubrica* 85.
num. 8. quos refert Menochius *lib. 2. de arbitr.
caſu* 245. *num.* 14. & 15. vbi dicit quod in hoc
arbitrio Iudex conſideraujt paſcuorum qualita-
tem, incolarum quantitatem, conditionem, &

æquitatem; nam extant agricolæ pauperes, qui-
bus liberis concedere paſcua, quam opulentis
totum, ac bonum eſt, quod arbitrium non diſ-
ſonat ab hac noſtra ſententia, quam tuetur, iux-
ta dictum Gregorij Lopez *in dicta l.9.* Hieronym.
de Monte *in tract de finib regund. cap.71. num.20.
& 21.* † Imò confirmatur ex Burgos de Paz 24
conſ.42. num. 12. ex Rebuffo *in l.1. de apochis pu-
blicis lib.*11. vbi dicit pauperem nequaquam poſ-
ſe tot ligna ſcindere ex nemoribus vniuerſitatis,
ſicut diues: & ſic ibi tenuit Platea, & dicit ra-
tionem, D Thomas 2.2. *quæſt.61. art.2.* quia Iu-
ſtitia diſtributiua, tanto plus alicui de bonis
communibus dat, quanto quis habet maio-
rem principalitatem, & dignitatem in commu-
nitate.
Ad quintam & vltimam partem, qui tenean- 25
tur ad indicationem finium,vt reſpondeam præ-
mitto ea, quæ adduxi *ſupra in cap.* 13. *de proba-
tion ſub quæſt.3.à num* 36 vbi de indicatione con-
finium: quibus ſuppoſitis iam breuiter ad non-
nullos caſus infero.
Primus quod emphiteuta regulariter cogi po- 26
terit à Domino directo ad talem indicationem;
latè Riccius *in deciſ Curiæ Archiepiſc Neapol* 29.
quam dicit *in collect.ad Textum in l.5 ff finium re-
gundor.* 1489 ampliandam in caſu deciſ.Rotæ Ro-
manæ, vt per Farinac *in deciſ* 91 & melius *in de-
ciſ.* 93 vbi fuit dictum quod poſſidens bona Ec-
cleſiæ, ſiue emphytheuta, ſiue fructuarius ſit,
ſiue colonus,tenetur ad indicationem bonorum,
pro quibus Canonem ſoluit; & rationem red-
dit Balbus *in deciſ.* 29. quia aliàs omnia bona
præſumerentur Eccleſiæ, & ita hoc fuiſſe ſæ-
piùs per Rotam reſolutum, teſtatur Farinacius
in citata deciſione.
Secundus caſus, vbi exorta controuerſia, cir- 27
ca cauſam renouationis bonorum; nam tunc
pars tenetur indicere fines antiquos, & pro-
pterea non ſufficit ſola nouorum expreſſio, vt
tradit Farinacius *ſuprà deciſ.* 147 Riccius *dicta
collect.*1489. † Tertius caſus eſt, ſecundùm eoſ- 28
dem pro ampliatione primi, quia circa præfa-
tam indicationem bonorum emphitheuticorum,
dicunt debere eſſe veriſimilem, quæ ſi talis non
eſſet,reiiciendam fore,vt refert deciſum idem Fa-
rinacius *dicta deciſ.*147 & idem Riccius, *vbi ſuprà*
cum eodem Farinacio *in deciſ.* 141. infert quod
indicatio, nedum veriſimilis, ſed etiam conclu-
dens debet eſſe. Et quia plura de hac indicatione
ſcribit Farinac. *ibi deciſ.*150. ideò alia non addo,
eum videbis. † Et addo pro complemento,quod
reus qui mutauit vel occultauit confinia Con-
uentus, actione reali tenetur ad inſtantiam acto-
ris illa declarare & certificare, Ciriacus *tom.* 1.
*ſub controuerſ.*60. alia ſcribens.

AD TEXTVM

IN CAPITE X.

Ex tranſmiſſa, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

1. MATERIA principalis huius Textus ſpectat
eo quod eſt ſub Rubro de præſcriptionib;
ad eam quæſtionem,an tempore hoſtili-

tatis, vel vbi adest, impedimentum currat præscriptio, aut semel cœpta prosequi valeat, & qualiter nonnulla dicta *in c. illud 8 suprà*, pertinent ad hanc tractationem; imò & inuolui valent, ea quæ *ibi*, latè adduxi de modis, quibus interrumpitur, seu vsurpatur præscriptio, & vsucapio.

II. Et in versic. *quod cum Ecclesia* & in vers. *clerici, qui prædictas habuerunt Ecclesias minuatim omnes Ius parreciale, præter Ius funerandi Matrici Ecclesiæ subtraxerunt*. Ad hæc verba applicabis dicta *suprà in cap. de quarta*, item plura dicta sub *tit de rest. spol.* III. Quatenus hîc Pontifex in versic. *mandamus*, ibi *restitui faciatis, decimas oblatione cum aliis ouentionibus*. Applicabis alia adducta iuxta intellectum Textus *in cap. ad decimas de restitut. spol.* suprà *in cap. causam 7. hoc tit.*

IV. Et ibi *Matrici Ecclesiæ*, quæ dicatur Matrix Ecclesia, iam latè *in c. 1. hoc tit. q. 4. versic. ad vltimam*, repetit super Textum hunc Matthæus Collerus *de processibus executiuis p. 4. pag. 97.* qui ex notatis & ex sequentibus abunde percipitur.

QVÆSTIO I.

Quare præscriptio cœpta non currat tempore hostilitatis, & belli, cum certum sit captiuitate præscriptionem naturaliter interrumpi: Et an præscriptio, non obstante impedimento continuari videatur, vbi plura remissiuè de materia impedimenti Iuris, aut facti?

SVMMARIVM.

1 L. si is qui pro emptore, ff. de vsucapion. num. 15.
2 *Impedito non currit præscriptio.*
3 *Præscriptio non currit, quia dormit differt à præscriptione interrupta, n. 4.*
4 *Præscriptio, quæ dormit, aut cessat impedimento, eo sublato continuatur, non sit si fuit interrupta.*
5. *Præscriptio tempore hostilitatis, & belli, non currit, declaratur, num. 7. 8 & 16. 17. item tempore schismatis tyrannydis, tempore pestis, num. 10. 11, 12. & num. 13. vbi durat treuga.*
6 *Præscriptio non currit contra populum hostilitate destructum, n. 8. fallit, n. 9.*
14 *Præscriptio non currit, vbi Ius non redditur, ex defectu Iudicis.*
16 L. Atthilicinus, ff. de seruit. vrbanor. num. sequenti.
17 *Textus noster intelligitur, num. sequenti.*
18 Cap. cum nobis hoc tit.
21 *Verus intellectus* Textus *nostri.*
22 *Præscriptio dormit, si is, contra quem procedebat agere non posset, facto Iudicis, vel aduersarij, & propter possidentis potentiam.*
23 *Retrahi à consanguineo res potest, non obstante temporis transcursu dati ad id, si adsit iustum impedimentum.*
24 *Impedimentum facti, distinguitur ab impedimento Iuris circa, præscriptionem turbandam.*

1 AD primam quæstionis partem deductam ex visceribus Textus nostri difficultatem facit Textus difficilis *in l. si is qui pro emptore, ff. de vsucapionibus*, vbi Paulus propositæ quæstionis, *ibi* vnica conclusione respondet dicens quod captiuitate interrumpitur vsucapio rerum, quas captus per se vsucapiebat; ita vt præcedens possessio semel interrupta, nec prosit hæredi, propter legis Corneliæ fictionem eo apud eos mortuo, nec ipsimet prosit Iure postliminij in ciuitatem reuerso.

Nec respondebis si dicas aliud esse loqui de 2
præscribente impedito prosequi suam præscriptionem; aliud autem de eo aduersùs quem præscribitur, quo impedito aut capto, aut hostilitate suppresso ex nostro Textu, & *cap. 1. huius tituli*; iterum dum durat impedimentum cessat, seu dormit præscriptio; id est, id est, tollitur de medio illud tempus impedimenti durantis, quo deducto, cœpta præscriptio continuari intelligitur argumento Textus, *in cap. cum nobis 14. cap. auditis, cap. illud cum aliis hoc tit. cap. prima actione 16. quæst. 3. cap. cum sit Romana de appellationibus, l. retro, l. in bello, §. facti, ff. ne captiuis, l. 1. §. fin. ff. de annali exceptione, l. vt perfectius, Cod. de bonis maternis, Authent. nisi tricennale eodeo, l. etsi per Prætorem 26. ff. ex quibus causis, l. 28. tit. 29. part. 3.* quia tunc & simili modo videtur procedere respectu præscribentis in casu *dicta legis si is qui pro emptore*; nam cum ibi ex Iuliani sententia eo in casu erat impendenti vsucapionis Ius; idem etiam deberet à Paulo responderi, præcipuè si consideres cum Tiraquello *in l. si vnquam, Codice de reuocandis donationibus, num. 26.* ab hostibus captum per captiuitatem non videri animum habuisse amittendi possessionem, ne alias sibi iactare præsumatur contra regulam Textus, *in l. cum de indebito, ff. de probationibus*; ergo cùm adhuc Iuliano non obstante, Paulus responderit *in dicta lege si is qui pro emptore vsucapionem esse interruptam*, & sic omninò cessasse, vt latè explicui *suprà in dicto cap. illud 8. hoc tit.* sequitur, vt dicamus in nostro Textu, & aliorum speciebus præscriptionem continuari, etiam aduersùs Dominum captum ab hostibus, præcipuè si attendas ad Textum *in l. Athilicinus, ff. de seruitut. vrbanor. prædiorum*, vbi præscriptio semel cœpta, non requiescit, dormit, seu suspenditur, imò potiùs continuatur, nullo obstante impedimento.

Vt rectè ad praxim nostri Textus materia re- 3
ducatur, notandum est primò multùm interesse, an præscripiio non currat, quia dormit, an non currat, quia interrumpitur; nam per interruptionem, vt iam *in dicto capite* illud explicui, omninò extinguitur, & conquassatur præscriptio; ita vt nullo modo præcedentia tempora possessionis ad præscriptionem prodesse possint, vt omnes agnoscunt, *in lege naturaliter, ff de vsucapionibus*, Couarruuias, & ab eo relati, *in regula possessor 2. parte, §. 12. num. 2. ad finem*, Molina *de Iustitia tom. 1. tract. 2. disput. 78.* Balbus *de præscript. 6 part. quæst. 1. in procemio*, declarat eleganter Glossa magna *in l. sicut, Cod. de præscript. 30. vel 40.* verbo *seruanda*, Baldus *in l. cum notissimi, Cod. eodem.* † Secus tamen, vbi præscriptio 4
semel cœpta dormire, aut cessare, seu suspendi dicitur, quia talis nec extinguitur, nec conquassatur, sed cessante impedimento currit; ita vt tempora præcedentia cum sequentibus continuentur, sublato de medio tempore impedimenti, vt hic quo temporis spatio durante, dormire, cessare, seu non currere præscriptionem dicimus,

dicimus, vt notant Iura iam *ſuprà* relata, Molina, Couar. Baldus, *vbi ſuprà* Oſuald ad Donellum plures referens *lib.21.comment.cap.7 litteram K, & l.& in eodem lib cap.9.littera E,& F*, Menoch. *conſ.15.* Rebuff. *in tract. de pacificis poſſeſſ. fol.66.* verſic. *hoſtilitatis*, Maſcard. *de prob.concl.7. num.11. & concluſ.116. num.1.*

5 Vnde iam rectè ad Textum noſtrum patet, vt ſemel cœpta præſcriptio tempore hoſtilitatis, & belli non currit, ſed potius dormit, ita quod finita hoſtilitate, tempus ſequens continuetur, poſſitque ad præſcriptionem, ſubducto tempore illo hoſtilitatis de medio, ac ſi ſemper fuiſſet continuata, & perfecta vſucapio: ita expreſsè Textus noſter, & Textus *in cap.prima actione 16.q.3.* & ibi *in cap ſequenti*, & eſt ratio, quia quemadmodum agere impedito non currit præſcriptio, iuxta Textum *in l.1.Cod.de annali exceptione, in Authent. niſi triennale, Cod.de bonis Maternis*, & vt agnoſcunt Doctores *in cap. quia diuerſitatem de conceſſione prab.* de regula præter relatos in prædictis locis diuerſos caſus congerit Riccius *collect.155. ad Textum in dicto cap quia diuerſitatem*, aliis etiam *in cap.fin.de electione*, ſic etiam procedere, & tem-
6 pore hoſtilitatis. † Imo Rebuffus *de pacificis poſſeſſoribus, n.301.* ampliat prædictam concluſionem, vt procedat ſiue vna die durauerit hoſtilitas, ſiue pluribus annis, & *n.302.* etiam ampliat nedum tempore durante belli, ſed etiam poſt quia contra populum hoſtilitate deſtructum, & bello, non currit præſcriptio, provt etiam cuilibet alio impedito non currit, vt docent Barboſa *hic n 5.* Pinellus *in Authent.niſi, Cod.de bonis mater, n.42.& 43.* Flaminius *de reſignatione benef.lib.11. quaſt.13. num.1.*

7 Quæ concluſio procedit vtroque Iure Canonico, & Ciuili, vt aduertunt Panormitanus *hic* & Balboa *n.4* ſiue inter Eccleſiaſticas perſonas, ſiue ſæculares, ſiue tempus hoſtilitatis diu duret ſiue non quia ſemper de medio ſubducetur, vt oſtendit Bart. *in dicta l naturaliter, ff de vſucapion. ad finem*, verſic *quaro an iſta vſucapio*, docens quod etſi in aliis caſibus cœpta præſcriptio contra impeditum currat; ita tamen vt reſtituatur: vt *in leg. ſed etſi per pratorem, in princip. §. ſed etſi feria, ff.ex quibus cauſis maiores*, tamen in prædicta hoſtilitatis cauſa dormire ait, & non currere præſcriptionem, vt ſequitur Caſtrenſis *conſ.291.* verſic. *quarto quin, & conſ. 290.* verſic. *item poſita* Baldus *in leg.cum notiſſimi, § imò Cod. de praſcriptione 30. vel 40. annorum*, Corneus *conſ. 92. volum. 4.* Et licèt Annib. *in dicta l. naturaliter, num.294.& 303.* intelligat Textum noſtrum, & Textum *in cap cum vobis hoc tit* in verbis ibi, *tempore tamen intercidentium ſchiſmatum qua ſecundum Iuris curſum, ordine praſcriptionem impediunt nolumus aliquatenus computari, &c.* procedere impetrata prius reſtitutione, contra præſcriptionis curſum, tamen potiùs eſt, vt hic ipſo iure procedat abſque neceſſitate reſtitutionis, vt contingit in aliis, de quibus *infrà*.

8 Et in tantùm præfata concluſio procedat, vt non ſolùm præſcriptio tempore hoſtilitatis dormiat, ſed etiam finito bello, aliquando dormiat, nam contra populum deſtructum ab hoſtibus præſcriptionem non currere probat Baldus *conſ.258. volum.1.* verbo, *tertio quaritur*; aſſerunt
9 Abbas, Balboa, & cæteri Doctores *hic*. † Verum ſi quis dum vſucapit poſſet ire ad locum illum hoſtilitatis tranſeundo per hoſtes, cum ſaluo illo conducto, de quo dixi latè *in cap accedens, el 2. vt lite non conteſt.* non obſtante bello, tunc præſcriptionem currere, & non dormire, explicat videndus Felinus *hic*, verſic. *quod autem dictum eſt de hoſtilitate.*

Hæc noſtri Textus concluſio ſic expedita porrigitur etiam ad impeditos ratione ſchiſmatis ex 10
dicto cap. cum vobis 14.hoc tit. Gratianus *in cap. ſi ſacerdotes.* verſic. *item 16. q.3.* tradunt multis explicantes *hic* Barboſa, Balboa, & Graña, & idem Barboſa *in dicto cap cum vobis*, Bartolus *in dicta l. naturaliter, n.23.& 26.ff de vſucap.* Balbus *de praſcript. 2.p 6 a n.3.* Pariſius *conſ.104* Rebuffus *de pacificis poſſeſſoribus à n 501.*

Porrigitur etiam ad tempus tyrannidis ex ea- 11
dem ratione, quæ de hoſtilitate ſcripta eſt argumento textus *in cap.1. hoc noſtro tit.* notat Bartolus *in tractatu de tyrannide, quaſt. 7.* & oſtendit Alex. ad Bartol. *in dicta l. naturaliter*, Balboa *hic d.num 4 in fine.*

Et ex eadem ratione dormiet tempore peſtis, 12
quando ratione peſtis non redditur; valet enim argumentum de bello ad peſtem, cùm peſtis bellum diuinum appelletur, teſte Bartolo *in dicta lege naturaliter*, verſic. *idem fortè*, Baldo *in dicta lege cum acutiſſimi, §. imo, Cod. de praſcriptione 30. vel 40. annorum*, Alexand. *conſ 81. volum. 5.* Abbas *hic n.7.* vbi docet hanc doctrinam procedere, ſi in loco peſtis Ius reddatur: notat Gloſſa *in dicto cap. prima actione 16. q 3. gloſſa in cap ſi vero de Iureiur. deciſ.Pedemont.177.n 5.* † Vbi 13
idem concludit in tempore, quo per treugam, & inducias bellum hinc inde remittitur: refert Barboſa *hic ſub num.3.*

Vnde inferunt Doctores dormire, & ceſſare 14
à paritate rationis præſcriptionem, vbi Ius non redditur, propter defectum Iudicis: ſic Panormitanus *hic n 5.* & Innocent. Balbus *de praſcript. part.6.princ.3a part in princ. num 6 ex l.ſed etſi per pratorem 26.ff. ex quibus cauſis*, Balboa tamen *hic num. 7.* ait Vlpianum *ibi* non dicere; vt præſcriptio dormiat tempore illo, quod propter Iudicis defectum Dominus non egit, ſed ei eam ob cauſam dandam eſſe reſtitutionem aſſerit, vt *in §. ait prator*, ibi, *ſed etſi Magiſtratus copia non fuit labeo ait reſtitutionem faciendam*; imò Abbas loquutus hic de impedimento peſtis, ex celebri doctrina Bartoli *in l. de atate, ff. ad Trebell. ad finem*, ait quod etſi peſtis inducat iuſtum timorem mortis, adhuc non dormiat præſcriptio, ſed currat, concedendam tamen eſſe in integrum reſtitutionem.

His ergo ſuppoſitis, non obſtat obiectio re- 15
lata *num. 1.* de interrupta poſſeſſione per captiuitatem, quia vt patet, longè abeſt à caſu noſtri Textus, & aliorum, vbi non agitur, niſi tantùm de impedimento, ratione cuius aduersùs Dominum ſit in ſuſpenſo præſcriptio. Quare etſi Balboa in explananda *dict l ſi is qui pro emptore*, plura de legis Corneliæ, & poſtliminij fictione adducat, *in dicto cap.illud 8.hoc tit. à num. 19. vſque ad 92.* vbi videbis: tamen nihil ad propoſitum noſtri Textus referunt, cùm ſint de caſu omninò diuerſo.

Ad ſecundam quæſtionis partem, quæ con- 16
ſiſtit in vero intellectu *dicta legis Athilicinus, ff. de ſeruitutibus vrbanorum pradiorum*, vbi præſcriptio ſemel cœpta, non requieſcit, ſeu ſuſpenditur; imò non obſtante impedimento continuatur, quia communiter reſpondent

Doctores Textum *in dicta l. Atthilicinus* loqui de impedimento facti, quod non sufficit, vt præscriptio non continuetur, sed continuatur licèt postea restitutio competat, *l. vnus ex sociis, § fin ff. de seruitut. rusticor.*

17 Ad Textum nostrum dicunt procedere in impedimento Iuris, quod impedit, ne præscriptio currat iuxta Textum *in l. fin. Cod. de annali exceptione l. 5. §. donec, Cod. de Iure deliber. l. in rebus, C. de Iure dotium, cap. fin. de electione lib. 6. dicto cap. quia diuersitatem de concess. præbend.* sic notat Balbus *de præscript. p. 1. 6. partis casu* 22. Graña *hic num.* 5.

Quare cum nonnulli dixissent, vt impedimentum ex hostilitate, ex bello, schismate, & similibus sit facti, & non Iuris, quia non lex, sed factum impedit, tunc in Iudicio agere, & lites exercere, ac subinde præscriptio Iure currere debeat, quamuis contra illam ex iusta causa detur restitutio, iuxta Textum *in dicta l. Atthilicinus*, & similes, in specie obseruat Annib. relatus *in d. l. naturaliter dicto num.* 294. & 303. intelligens Textum nostrum, & *in dicto cap. cum vobis*, impetrata prius restitutione. Sed cum Barbosa *hic sub dicto num.* 3. hunc intellectum improbet, quia refragantur verba Textus nostri ibi, *non currere.*

18 † Et Textus *in dicto cap. cum nobis* ibi, *cursum præscriptionis impediunt*, in quibus apertè dicitur præscriptionem in his terminis, ipso Iure, & ita secluso omni restitutionis beneficio non currere. Ideo nonnulli amplectuntur alium intellectum ad Textum nostrum, & alios similes nempe vt procedant, vbi tempore belli, & schismatis grassantis, non redditur Ius partibus, & cessant omnia Iudicia, ita quod potius Iuris, quam facti impedimentum subsistat sic Bartol. *in dicta l. naturaliter*, vbi omnes communiter sic sentiunt, & in hunc sensum explicat Graña *hic sub num.* 4. dicens qood & si impedimentum hostilitatis ex facto proueniat, & facti sit ex *dicta lege vnus, §. finali, ff. de seruitut. rusticorum*, & regulariter ex impedimento facti, restitutio detur, eam tamen restitutionem dicit non esse necessariam in impedimento hostilitatis, licèt facti sit cum ipso Iure durante bello, Ius reddi non possit, & sic præscriptio quiescat, cum censeatur feriæ repentinæ, iuxta Textum *in dicta l. sed & si, §. feriæ, ff. ex quibus causis maiores* addens ex his constare duo esse impedimenta. Primum hostilitatis, quod facti est posterius feriarum repentinarum, quod est Iuris, & sic merito propter hæc duo vincula non currere præscriptionem; licèt ex illo facti impedimento regulariter currat, & restitutionis beneficium competat.

19 Verùm cum prædictam distinctionem alij non admittant, vt sentit *hic* Barbosa *sub dicto n.* 3. ideo Pinellus *in Auth. nisi triennale, num.* 47. & alij ab eo relati existimarunt distinctionem illam impedimenti Iuris, & facti tantum procedere attento Iure Pontificio, quo inspecto præscriptio non procedit ipso Iure, sed dormit interim, vel dum etiam impedimentum facti perdurat; & sic intelligendam esse decisionem Textus nostri, & *dicti cap cum vobis autumant.*

20 At Barbosa, & alij hunc intellectum, etiam improbant: quare alij putarunt in specie huius Textus, & *dicti capituli cum vobis hoc tit.* impedimentum facti æquiparari impedimento Iuris, & illud sicut hoc stante præscriptione dormire, quia Iure cautum reperitur, vt in his casibus specialiter Iure expressis; limitetur prædicta differentia communis collecta ex *dicta l. Atthilicinus* cum aliis: sic Abbas *hic num.* 13. *ad finem* Felinus *num.* 8. Boërius *decis.* 40. *num.* 3. Binellus *vbi supra num.* 47. *col.* 2. tamen quia Patrolus *in l. Senatusconsultum, num* 2. *ff. si quis cautionibus, & in l.* 1. *§. si quis autem, ff. de itinere, actúque priuato*, Baldus, Paulus, Iason, Parisius, Cassaneus, Boërius, & alij relati à Pinello *in dicta Authentica, nisi triennale, num.* 42. dicant in impedimento facti, etiam ex iusta causa nimis præscriptionem non cessare, sed ex iusta causa restitutionem dari, ideo Barbosa *in dicta numero* 3. *in fine*, hîc ait, nec hunc intellectum difficultates absoluere; ob idque *numero* 4. versiculo *vnde*, aliter interpretetur.

Tamen ego existimo dicendum prædictam distinctionem inter impedimentum facti, & Iuris non esse perpetuam, quippe quod & si considetam eam esse veram vtique respectu impedimenti Iuris, ita vt eo adstante præscriptio interim dormiat, specialiter, quando datur Iuris impedimentum negantis alicui Ius agendi, vt negatur filio familias patre viuente *in dicta Auth. nisi triennale*, è contra impedimento facti non sic perpetuum esse, cum in aliquibus facti impedimentis non ita procedat cum aliqua, ipso Iure, etiam faciant cessare præscriptionem, vt pote, si Iuris impedimenta forent, & huius metri sunt impedimenta, hostilitatis, schismatis ex nostro Textu; & *dicto cap. cum vobis*, quæ non solùm impediunt præscriptionem inchoari, sed etiam iam inchoatam faciant dormire: sic aduertunt Bartol. *in dicta l. naturaliter, ff. de vsucapionibus*, Paulus *cons.* 289. Guido Pap. *quæst.* 416. Boërius *decision.* 40. *num.* 3. Balboa *hic num.* 31. Legendus *à num.* 29. Et si in multis impedimentis facti ex regula generali præscriptio non suspendatur, licèt restitutione in integrum impeditos succurratur ex *dicta l. Atthilicinus*, vbi cum quis esset in possessione ducendi aquam ex fonte fundi, & per aliquot annos, cessasset ducere, eo quod fons aruisset, & quæreretur an Ius ducendi aquam esset amissum, postea quando ex eodem fonte aqua fluere cœpisset, & respondit Paulus restituendum esse, in antiquum Ius, non alia ratione, nisi quia ille propter facti impedimentum vsus non fuit. Verùm in impedimento Iuris, taliter absque vlla distinctione præscriptio non curret, vt etiam æque procedat, quando contra volentem agere legitima exceptio obiici potest, vt consuluit Ancharranus relatus à Felino *hic num.* 9. Balboa *num.* 32. Decius *in ca. cum inter, num.* 13. *de exception.* Cassaneus *in consuetud. Rubrica* 21. *§.* 2. *num.* 39. facit Textus *in l. is, cui, ff. de actionibus, & obligationibus*, ibi *sic tamen, ne exceptione excludantur.* 21

Vnde verum est, quod Parisius *cons.* 101. *lib.* 1. *num.* 92. dixit præscriptionem non currere, quando is, contra quem, procedebat præscriptio agere non poterat, propter possidentis potestatem etiam si tale impedimentum sit facti, quia & similiter accidit, quoties quis impeditur agere facto Iudicis, vel aduersarij, vt notat Glossa *in l. in omnibus causis, ff. de reg. Iuris* vbi Decius *numero* 10. Felinus *hic limitat.* 3. 22

Boërius

Boetius *dicta deciſ.*40*,num.*9. vbi dicit hanc do-
ctrinam eſſe ſequendam in iudicando, & conſu-
lendo: amplectitur Balboa *hic dicto num.* 31. *in
fine*, quam intendit probare ex ſpecie Textus *in
l. fin. Cod. ad leg. Iul. de adult.* in verſic. *niſi.* † imo
Tiraquell. *de retractu*, §.3. *Gloſſa* 4. *num.*5. docens
tranſcurſum temporis dati ad rem retrahendam
non nocere conſanguineo, ait iuſtum ſufficere
impedimentum. Et ponit exemplum in impedi-
mento facti, v.g. propter ægritudinem, ſeu pro-
pter impedimentum maris, vel hyemis. Cuius
doctrina mihi etiam vera videtur ex dictis ex ſe-
cundum præfata, ſunt intelligendi Barboſa *hic
num.*4. alia adducens, & Riccius *dicta collect.* 155.
23 in verſic. *amplia.* † Quatenus docet regulam
non valenti agere, non currat præſcriptio ex *di-
cta l.*1.*Cod. de annali exceptione*, intelligendam de
impedimento Iuris; ſecus de impedimento facti
vt docuit etiam Capella Tholoſana *deciſ.* 92. cu-
ius dictum debet intelligi cum iacta diſtinctione
proxime relata. Etenim ipſe Barboſa ait vt quan-
do facti impedimentum generale eſt, & commu-
ne, & vt notorium in iure proponitur, tunc idem
prodeſſe, ac impedimentum iuris, & ſic contingit
hic, & in præcitatis exemplis.

QVÆSTIO II.

An contra ignorantem, poſſit procedere præſcriptio: Et quid in ſeruitutibus præſcribendis: An currat contra Eccleſiam, dum vacat paſtore: Et an currat contra ſucceſſorem agere impeditum: Quid contra abſentem ex cauſa?

SVMMARIVM.

1 *Ignorans reputatur impeditus.*
2 *Præſcriptio contra ignorantes procedit: expenditur num.*4.5.
3 Cap. quia diuerſitatem de conceſſione præbendæ.
4 *Epiſcopo, & patrono ignorantibus non currit tempus ad electionem.*
5 *Abſens reſtituitur aduerſus præſcriptionem, & ſic ignorans.*
6 L. 2. Cod. de ſeruitutibus, & aqua, num.7. 8. & 9.
7 *Præſcriptio in ſeruitutibus procedit contra ignorantes.*
8 L. 1, in fine, ff. de ſeruitut. ruſticor. l. ſi ego 11. §.1. ff de publiciana, l. ſi à te emero, ff. ſi ſeruitus vindicetur.
9 *Seruitutis traditio, non aliter fit, quàm per patientiam vtendi.*
11 *Præſcriptio non currit contra Eccleſiam, dum non habet Epiſcopum, aut parrochum, etiam ſi habeat œconomum.*
12 *Res iudicata contra poſſeſſorem maioratus, nocet omnibus ſucceſſoribus.*
13 *Præſcriptio incœpta aduerſus maioratus inſtitutorem, nocet ſucceſſoribus in maioratu.*
14 *Alienationis prohibito, præſcriptionem, iam cœptam, non excludit, n.*17.
15 *Præſcriptio completa omnibus ſucceſſoribus nocet.*
16 *Præſcriptio non currit contra ſucceſſorem agere impeditum, non item ſententia procedit: fallit in præſcriptione immemoriali; num.* 18.
17 L. ſi fundum, ff. de fundo dotali.
19 *Præſcriptio nunquid currat contra maioratus ſucceſſorem agere non impeditum, numero* 20. 21. 22.
21 *Dominium, & poſſeſſio maioratus tranſeunt in ſucceſſorem, adueniente die ſucceſſionis.*
23 *Præſcriptio an currat contra abſentem impeditum ex cauſa, remiſſiuè.*

AD primam quæſtionis partem, quia igno- 1
rans, reputatur impeditus: argumento Tex-
tus *in l. male agitur, Cod. de præſcriptione* 30.
vel 40. *annorum*, & contra impeditum non
currat præſcriptio, vt iam dixi, *q. præcedti*, *ex
l.* 1. §. *ne autem, Cod. de annali exceptione*; ideo
dubitatur an præſcriptio contra ignorantem cur-
rat. † Et pro affirmatiua ſententia facit Textus 2
in l. fin. Cod de præſcript. longi temporis, ibi, *nulla
ſcientia, vel ignorantia ſpectanda*. Panormit. &
alij, *in cap.* 5. *hoc tit.* Couarruuias *in reg. poſſeſ-
ſor.* 2. *p.* §. 3. *num.* 25. & 2 *p. in princ. num.* 8.
deinde ex Textu *in dicto cap. vigilanti* 5. vbi indi-
ſtincte probatur procedere præſcriptionem, ſiue
contra ignorantes, ſiue contra ſcientes, quod mihi
verius videtur.

Nec obſtat Textus *in cap. quia diuerſitatem, de* 3
conceſſione præbenda, vbi Epiſcopo, & patrono ig-
norantibus non currit tempus ad electionem,
vel præſentationem, quia cum Epiſcopi; & pa-
troni pœna ſit, vt illis non eligentibus, electio,
vel præſentatio ad ſuperiorem deuoluatur teſte
ibi dictum eſt ignorantibus illis nó currere tem-
pus à Iure præfinitum, ne pœna ſit, vbi non eſt
delictum, ſic que in illis caſibus procedet præſ-
criptio tantum à tempore ſcientiæ. Nec obſtat
etiam dicere ignorantem impeditum reputari;
& ſic nec aduersùs eum præſcriptionem proceſ-
ſuram ex reg. Textus *in dicta l.* 1. *Cod. de anna-
li exceptione, l. in rebus.* 30. *Cod. de Iure dotium*;
l. 1. *in fine, Cod. de bonis maternis*, quoniam ve-
rius eſt ignorantiam non præſtare impedimen-
tum præſcriptione, qamuis aliquando ſufficiat ad
beneficium reſtitutionis.

Quare Antonius Faber *de errorib. pragmat. de-* 4
cade 3. *errore* 9. agens de præſcriptione tempo-
ris aduersùs eum oppoſita; qui non potuit age-
re rem hanc, ſubdiſtinctione declarando con-
cludit, *ibi num.* 5. quod ſi qua actio competat,
quæ tamen exerceri non potuit, propter abſen-
tiam, aut ignorantiam eius, qui agere debuit,
aut qua alia de cauſa, ob id ſolùm quod toto
illo tempore agi non potuerit, negat impediri
præſcriptionem; alioqui dicendum eſſet, nun-
quam futurum, vt præſcriptio temporis currat
contra ignorantem; quod tamen falſum dicit,
quia currit quoties præſcriptionis tempus con-
tinuum eſt, non vtile, vt *in l.* 1. *ff. de diuerſ. &
tempor. præſcription.* non continuum enim dicit,
niſi cum lex vtile eſſe vult, ſi enim contraria ſen-
tentia verior eſſet, & ſimiliter procederet in eo,
qui cum Reipublicæ cauſa abeſt agere non po-
tuit, præſertim cum abſentia illa non modo pro-
babili, ſed etiam iuſta, & neceſſaria. † Sed 5
tamen præſcriptionis tempora contra eum cur-
rere ex eo apparet, quod dat ei prætor in inte-
grum reſtitutionem ex generali illa clauſula ſi
qua mihi iuſta cauſa videbia eſſe; ex *l.* 1. &

toto tit. ff. ex quibus causis maiores; ergo non est cur præscriptio aduersùs ignorantem turbetur, esto quod ex causa ignorantiæ ei possit res tituli competere: alia adducit videnda Faber, & iterum, *in lib. 7. coniectur*, & Balboa *in dicto cap. 5. hoc titulo, sub num. 58.* ait ignorantiam non esse in consideratione, nam sicut cum bona fide indistinctè admittitur præscriptio, & simpliciter cum mala fide improbetur, adeo vt nec scientia, nec ignorantia aduersarij aliquod Ius præscribenti præstare possint, vt colligit ex verbis Textus ibi, in versic. *nobis autem,* & ita Barbosa *in dicto cap. 5. num. 3.* ex verbis ibi, *tam in rebus cognitis, quam latentibus*, colligit contra ignorantem præscriptionem currere, de quo & an restitutio sit concedenda scribit, Tiraquellus *retractu*, §. 35. *Glossa* 4. de qua iam dixi, *supra in cap. de quarta, quæst. 3. à numero 1.* vbi egi de quæstione illa, *an restitutio aduersus præscriptionem decimarum, detur ex iusto ignorantiæ capite.*

6 Ad secundam quæstionis partem, quid in seruitutibus præscribendis, & videtur, vt in istis non procedat præscriptio absque scientia, & patientia Domini, aduersùs quem præscribitur, vt colligitur ex verbis Textus *in l. 2. Cod. de seruitutibus, & qua*, ibi, *sciente eo aquam duxisti*; ergo si adest ignorantia, non est cur procedat præscriptio; & sic Bartol. *in l. 1. §. hoc interdicto, num 11. ff. de itinere, actuque priuato, & in l. 1. §. fin. num. 4. ff. de aqua pluuia*, Panormitanus *in cap. de quarta, hoc tit. num. 29.* Cæpola *de seruitut. vrbanor. num. 40.* Gregorius Lopez *in l. 15. tit. 31. p. 3.* in verbo *no contra diziendo*, Couarruuias qui hanc defendit tamquam communem, & receptam, *in reg. possessor. 2. p. in princ. num. 8.* Corrasius *in l. seruitutem, ff. de seruit. num. 40.* & in eam inclinat Conanus *lib. 4. comment. cap. 12. num. 17.* asserentes ad vsucapionem seruitutum, & aliorum iurium incorporalium scientiam, & patientiam aduersarij desiderari, nam horum Iurium quasi possessio; non aliter acquiritur, aut retinetur, quàm sciente & patiente aduersario.

7 Verùm existimo etiam in istis iuribus contra ignorantem præscriptionem procedere, primo ex *l. fin. in fine, Cod. de præscriptione longi temporis*, vbi cum cum Iustinianus dixisset in vsucapione rerum incorporalium, non esse necessariam scientiam aduersarij, ait idem esse in vsufructu dicendum, & reliquis seruitutibus; quod argumentum efficaciter probat nostram sententiam, quæ itidem confirmatur ex dictis, *supra in prima quæstionis parte.* Iterum facit Textus *in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de iure, actuque priuato*, vbi tantùm desideratur, vt quis eo anno vsus sit seruitute, non vi, non clam, non præcario, pro argumento Bartolus expressè docuit non esse necessariam scientiam in illo interdicto: sequitur Franciscus Ripa *in cap. cum Ecclesia sutrinæ causa possessor. & prop. num. 64.* Balboa *in cap. de quarta de præscript. quæst. 2. num. 38.* vbi ait rectè Ius incorporale acquiri, & quasi possideri posse, absque scientia illius, in cuius præiudicium possidetur, & sic tenendum. Et si communem defendens Padilla *in dicta l. 2. Cod. de seruitut. num. 24. l. 2. interpretationes*, assignauerit, *dict. l. fin.* docent etiam Fulgosius *cons. 214.* Anchartanus *cons. 156.* Romanus *cons. 379.* Videndus Socinus *cons. 37.* Longabalius *in l. Imperium, num. 260.* vbi communem aliam sententiam reprehendit, *ff. de iurisdict. omnium iudicum*, Cujacius *in l. sequitur, §. fin. ff. de vsucapionibus*, Reuardus *lib. singul. ad legem scriboniam, numero 8.*

His autem videtur obstare Textus *in l. 1. in fine, ff. de seruit. rusticor.* ibi, *traditio plane, & patientia seruitutum inducit officium prætoris*, & *in l. si ego 11. §. 1. ff. de publiciana, l. si à te emero, ff. si seruitus vindicetur*, in quibus omnibus probatur patientiam eius, aduersùs quem currit præscriptio esse necessariam, sed patientia, sine scientia non contingit, vt *in l. 1. § scientiam, ff. de retributoria, l. qui patitur ff. mandati*, ait is, qui ignorat peti non dicitur, vt *in dicto §. scientiam*; ergo euenit vt vsucapio non aliter procedet, nec seruitutes aliter acquirentur, quàm sciente; & patiente aduersario, non ignorante. ✝ Sed respondeo in his iuribus non loqui Iuris consultos de vsucapione seruitutis, nec dicere patientiam, & traditionem esse necessariam ad vsucapionem, sed loqui, vt quando quis alteri seruitutem constituit, tunc non teneatur tradere seruitutibus possessionem, cum traditio in his non aliter fieri possit, quàm per patientiam vtendi sic declarat Balboa *in dict. cap. de quarta, quæst. 2. num. 40.* Videns *à num. 41.* quia in iuribus incorporalibus traditio possessionis, nihil aliud est, quàm vsus, Textus *in l. quoties, la 2. ff. de seruitutibus.* 8 9

Vnde iam non obstat fundamentum sententiæ contrariæ ex *dict. l. 2. Cod. de seruit. & aqua*, nam omissa emendatione longabali in eo Textu existimantis ita legendum, *maxime eo sciente*, quam sequuntur Aretinus *cons. 30.* Panormit. *cons. 29. p. 1. & cons. 18. p. 2.* Oldradus *cons. 154.* Bald. *cons. 108. p. 2. & cons. 142. p. 1.* Menochius *de arbitrariis, lib. 2. casu 161.* quæ vt testatur Padilla *num. 24. in dict. l. fere ab omnibus*: reprehenditur & vere respondendum est cum Cujacio *in dict. l. 2.* dicente, *ibi, in dict. l. 2.* referri aquam duxisse per fundum martialis, *eo sciente*, non quia scientia illius esset necessaria, sed quia eo modo significauit Imperator possidentem, non vi, non clam, non præcario possedisse: sequitur Balboa *vbi supra, num. 39.* Carpens Couarruuias, modo negantem, modo affirmantem, ex *d. l. 2.* 10

Ad tertiam quæstionis partem an currat præscriptio contra Ecclesiam, interim dum Episcopum, aut Parochum non habet, in quo dubio dicendum est non currere præscriptionem per Textum *in cap. 1. de quarta, cap. auditis, hoc tit.* quod procedit etiam si Ecclesia habeat œconomum, vt *in dicto cap. 1.* dixi; sed quia de hac difficultate latè dixi, *in dict. cap. 1. quæst. 1.* versic. *ad secundam*, ideo ad, *ibi* dicta te remitto: plura tradunt Barbosa *ibi, toto n. 4.* Balboa cum multis, *hic num. 12. & in dict. cap. 1. num. 7. & numero 31. & 32.* 11

Ad quartam quæstionis partem, an præscriptio currat contra successorem agere impeditum, videtur pro affirmatiua sententia respondendum ex eo, quod res iudicata contra possessorem maioratus, nocet omnibus successoribus, contra quos etiam rei iudicatæ habet Authoritatem, vt testantur communiter, verum esse Velascus *de emphit. quæst. 10. à num. 5.* Caldas *de renouatione emphitheutica quæst. 17. num. fin.* Pinelus *in l. 1. p. 3. à num. 48. Cod. de bonis maternis*, Oldradus *cons. 98.* 12

conſ. 98. *num.* 19. Tiraquellus *de iure primog. q.* 35. *num.* 7. Couar. *in pract. cap.* 13. *num.* 6. Boerius
13 *dec.* 255. † Et ſic videmus quod quando præſcriptio cœpit viuente maioratum inſtitutore ante maioratus fundationem, bona poſtea fideicommiſſo obligata tempore ordinario præſcribi cum titulo, & bona fide, etiam aduerſus omnes
14 maioratus ſucceſſores. † Argumento Textus *in l. ſi fundum ff. de fundo dotali* vbi alienationis prohibitio, etſi regulariter præſcriptionem cœptam ante inductam talem alienationis prohibitionem excludit; imo potius præſcriptionem cœptam perfici poſſe: docent Bart. *in l. fin. Cod. in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria.* Bald. *in l.* 1. *num.* 19. *Cod. ſeruus fugit.* Abbas *in cap. cum non liceat* 12. *hoc tit. num.* 7. vbi Pariſius *num.* 17. & relati ab Antonio Gabriel *lib.* 5. *commun. tit. de præ-*
15 *ſcript. conclu.* 13. *num* 8. † Ergo ſimiliter completa præſcriptio an contra poſſeſſorem omnibus ſucceſſoribus debet nocere, vt colligitur ex verbis, *dict. l. ſi fundum*, *non tamen interpellat, tam poſſeſſionem, quæ per longum tempus fit ſi antequam conſtitueretur dotalis fundus, iam cœperat.*

16 Sed nihilominus dicendum eſt diuerſum eſſe inter præſcriptionem, & rem iudicatam in prædicta ſpecie, in qua præſcriptio currere non poteſt, niſi contra negligentiam; & ideo non currit contra ſucceſſ rem agere impeditum; at ſententia, & res iudicata contra illum qui primam litis defenſionem habet omnibus merito nocet, cumque maioratus poſſeſſor primam litis defenſionem habeat, ſufficiet cum illo litigare, vt omnibus noceat: tenent iam *ſupra* relati, Valaſcus, Caldas, Couarruuias, Oldradus, & defendit Balboa *hic num.* 47. & latè ſcribens *in cap. cum ſuper de re Iud. à num.* 40. pro qua ſententia faciunt Iura *in l.* 1. §. *denunciari, ff. de ventre inſpiciendo, l. ex contractu* 44 *ff. de re Iud. l. ſæpe ff. eodem. l. ingenuum, ff. de ſtatu hominum. l. Diui.* §. 1. *ff. de liberali cauſa, l. ſi patroni* 55. *ff. ad Trebellian. l. t. l. t.* § *fin. cum, lege ſequenti, ff. de liberis agnoſcendis.*

17 Verùm etſi ita de præſcriptione, ſciendum ſit tamen prædicta ſententia limitatur in caſu iam adducto, iuxta Textum *in l. ſi fundum, ff. de fun-*
18 *do dotali.* † Item vt non procedat etiam in præſcriptione immemoriali, quæ non ſolùm poſſeſſori; ſed omnibus ſucceſſoribus maioratus præiudicat, quia eum immemorialis vim tituli habeat omnia neceſſaria præſupponit, ex *l.* 2 § *ductus, ff. de ea quotid* reſoluit Suarez *allegatione* 3. Gregorius Lopez *in l.* 10. *tit.* 16. *p.* 4. verbo *ni le empece*, Molina *de primog. lib.* 4 *cap.* 10. *num* 10. ad alios caſus, *ibi*, videndos, de quibus, *hic* Bal-
19 boa *à num* 44. † Qui cum multis agunt de illa celebri quæſtione, an præſcriptio bonorum maioratus poſſit ſucceſſori nocere, quando contra poſſeſſorem perficitur, & reſoluunt talem præſcriptionem, ſi ſit decem, vel viginti annorum non admitti; Gomez. verò tenuit, *in l.* 40 *Tauri, n.* 90. verſic. *certè*, contrariam ſententiam defendere, in præſcriptione 30. vel 40. annorum maius dubium eſt, & in hac reſoluunt probabilius Doctores procedere eam præſcriptioné in poſſeſſorem maioratus, non contra cæteros ſucceſſores, quorum dies nondum ceſſit: nam eum ſucceſſores, & nondum nati viuente poſſeſſore maioratus agere non poſſint, nec illis debebit currere præſcriptio ex regula Textus noſtri, *c. cum nobis* 14. *c. auditis* 15. *hoc tit. cap. quia diuerſitatem de conceſſione præbendæ Auth. niſi triennale Cod. de bonis maternis, l.* 1. *Cod. de bonis maternis, l.* 1. *Cod. de annali except.* ex quibus deducunt regulam, vt impedito agere non currat præſcriptio: docent Greg. *in dict. l.* 10 *par. ita*, Suarez *dict. alleg.* 3. Molina *dict. cap.* 10. *num.* 4. Gomez. *in dict. l. Tauri, n.* 90. verſic. *quod tamen ſub intellige*; Et ſic cum Paulo Caſtrenſ. *conſ.* 467. *num.* 2. & 3. *lib.* 2. Decio, Caſtro, Ripa Alciato, Curtio, Rubeo, Pariſio, & aliis multis ſequuntur, Pinelus *in dicta Auth. niſi triennale, à n.* 49. Gabriel *lib.* 5 *commun. tit. de præſcript. concl.* 11. & 13. † Sed iſtè prædictam 20
concluſionem limitat, *num* 17. & 18. quando adueniente die fidei commiſſi, & ſucceſſionis maioratus, de nouo à tempore noui ſucceſſoris computatur, eo quod contra illum nouum ſucceſſorem currere poteſt præſcriptio: ita declarat eum Caſtrenſi *in l. fin.* §. & *quia, Cod. comm. de legat.* Corneus *conſ.* 11 *num* 10. *lib.* 1. † Tamen Balboa ex re- 21
gula Textus *in l. fine poſſeſſione, ff. de vſucap. cap. ſine poſſeſſ. de reg. iur. lib.* 6. *l. male agitur, C. de præſcr.* 30. *vel* 40. *annorum*, hanc limitationem Antonij Gabrielis Cornei, & Caſtrenſis non admittit in maioratibus Hiſpaniæ, in quibus adueniente die ſucceſſionis, Dominium, & poſſeſſio Ciuilis, & naturalis bonorum maioratus in ſucceſſorem tranſeunt, & ſi viuente poſſeſſore alienata fuerint; & ſic infert vt præſcriptio locum non habeat contra ſucceſſorem, etiam à tempore, quo ipſe ſucceſſit: nam cum præſcribens adueniente die ſucceſſionis amittat poſſeſſionem ciuilem, quæ tranſit illico, in ſucceſſorem nullo modo præſcribere poterit, cum præſcriptio ſine Ciuili poſſeſſione, non procedat ex dictis iuribus, & faciunt quæ adduxi *ſup. in c. illud.* & *in c. de quarta, hoc tit.*

Vnde etſi Pinelus *in d. Auth. niſi triennale, C. de bonis maternis, n.* 55. multis fundamentis conetur probare contra omnes Doctores præſcriptionem longiſſimi temporis 30 vel 40 annorum in bonis maioratus, ſtante titulo, & bona fide, non ſolùm contra poſſeſſorem maioratus, ſed contra omnes etiam ſucceſſores perpetuò procedere ex ſententia Cornei *conſ* 303. *lib* 3 ſed eius fundamenta, Balboa *hic num* 46 diluit eo quod præſcriptio eſt od oſe introducta in odium negligentis; & eum nulla poſſit conſiderari negligentia in ſucceſſore maioratus, qui viuente poſſeſſore agere non poteſt, inferi dicendum, vt contra illum nulla poſſit currere præſcriptio, eum iniquum eſſet punire, vt negligentem, eum qui nondum fuit negligens: alia expendit, *ibi à num.* 48 & 49 quæ non multum obſtant de quibus videndus Molina *dict. lib* 4 *de maioratibus, cap.* 9. *per totum*, vbi agit de illo capitulo, quod ſuper bonis maioratus, ſaltim ſtante regia facultate transfigere licet: Et applicabis quos, *ibi*, eius additionatores adducunt. 22

Ad quintam quæſtionis partem, an currat præſcriptio contra abſentem ex cauſa; ideo quod legitime eſt impeditus reſpondebis ex adductis, *ſuprà in cap.* 1. *quæſtion.* 2. verſic. *ad quartam.* 23

QVÆSTIO III.

An currat præſcriptio, tempore pendente, ad conficiendum inuentarium: Et an præſcriptiones legales, conuentionales, ſtatutaria, ſeu conſuetudinaria currant contra minorem: Et an currat præſcriptio contra pupillum, ſeu filium familias?

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio pendente confectione inuentary verius eſt, vt currat, n. 1.*

3 *Præſcriptiones ſunt legales, conuentionales, ſtatutaria ſeu conſuetudinaria, num. ſequent. vbi de ſingulis.*

4 *Præſcriptiones quo tempore contra minores currebant ex lege, n. 5.6.7.8.*

8 L. ſicut in rem, Cod. de præſcript. 30. vel 40. annorum.

9 L. ſi intra, Cod. de non numerata pecunia.

10 *Præſcriptio conuentionalis qua & qualiter currat contra minorem*, n. ſeq.

11 L. Emilius Largianus, ff. de minoribus, num. 12.

12 L. 3. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur num. 16.

13 L. etiam ei 45. ff. de minorib. n. 14.

15 L. 2. Cod. ſi aduerſùs venditionem.

16 *Minores qualiter reſtituantur aduerſùs conuentionales præſcriptiones.*

17 *Præſcriptiones ſtatutaria, & conſuetudinaria, qua & qualiter contra minores currant.*

17 Cap. conſtitutæ de in integrum reſtitutione, n. 19.20. *vbi quid de ſtatutaria triennalis ſuper ſalariis famulorum.*

21 L. 2. Cod. in quibus cauſis reſtitutio non eſt neceſſaria.

22 L. 1. Cod. de in integrum reſtit. minor.

23 L. Papinianus 29. ff. de minorib.

24 L. etſi per prætorem, §. 1. ff. ex quibus cauſis maiores.

25 L. ſi quis ex fundo 13. ff. quemadmodum ſeruit. amittant.

26 *Præſcriptio currit contra minores, deducto tempore pupillaris ætatis.*

27 *Præſcriptio contra filiumfamilias exiſtentem ſub patria poteſtate non currit, n. 29.*

28 *Filiusfamilias, nunquid poſſit agere contra alienationem rei ſuæ expenditur, n. 30.31.*

29 L. 1. Cod. de annali except.

1 AD primam partem quæſtionis, vt reſpondeas, adiunges dicta *ſupra in cap. illud 8. hoc tit. quæſt. 3.* verſic. *ad ſecundam*, vbi dixi de quæſtione, an hæreditate iacente interrumpatur, ſeu ceſſet præſcriptio: quare cum hæc difficultas à tempore dato, ad conficiendum inuentarium currat contra hæredem præſcriptio, contra hæredē inchoata appēdia ſit ad illā, ideo etſi Paul. & Alex. ad Text. *in l. Imperator. § donec, C. de iure deliber.* & Caſtr. *in l ex qua in fine, C. de temporib. in integ. reſt.* affirment non currere talem præſcriptionem, nā ſicut hæres eo tempore pendente creditoribus hæreditariis reſpondere non tenetur, cū illo tēpore agere impeditus ſit; ſic & propter eandem rationem debeat dormire præſcriptio contra illum, quæ iam erat cœpta aduersùs defunctum; in tantùm, vt ait Caſtrenſis *ſupra*, quod hæc doctrina procedat, in caſu iacentis hæreditatis; ita vt illo tēpore dormire dicatur præſcriptio. † Tamen quia iam in loco citato dixerim hæreditate 2
iacente continuari adhuc præſcriptionem iure ſingulari, vt ibi adduxi; ſic & pendente inuentario; in terminis Balboa *hic n. 13.* à ſimili ratione.

Ad ſecundam quæſtionis partem, vt plura iura explicem, aduertendum eſt præſcriptiones eſſe 3
aut legales; aut conuentionales, aut ſtatutarias, vel conſuetudinarias; legales autem, quædam fuerunt olim præſcriptiones legales, quæ contra minorem efficaciter procedebant, & abſque auxilio reſtitutionis currebant, vt *in l. auxilium 38. ff. de minorib.* vbi probatur legalem præſcriptionē currere contra minorem, adeo vt nec reſtitutionis auxilio iubetur; idem probat Textus *in l. ſi mater, Cod. ne de ſtatu defunctorum*; idemque eſt in præſcriptionibus legalibus, olim contra minores, non currentibus, vt *in l. interdum 19. ff. de minorib. l. adoleſcentia, C. in quibus cauſis in integr. reſtitut. non eſt neceſſaria.*

Aliæ inquam ſunt præſcriptiones legales, quæ 4
etſi contra minorem currerent inefficaciter tamen quoniam contra illas reſtitutio in integrum antiquitus dabatur.

Quare etſi, *in l fin. C. in quibus caus. in integ reſtit. non eſt neceſſaria*, Iuſtinianus dixerit præſcriptio- 5
nes minoribus currere; & ſic inferri, vt illis reſtitutio aduersùs præſcriptionem non ſit neceſſaria nec titulus hodie, eod ſi aduersùs vſucapionem neceſſarius videatur, tamen hæc lex Iuſtiniani, nō abſtulit primas illas præſcriptiones legales, quæ contra minorem efficaciter procedebant, ſed tantùm has vltimas, quæ inefficaciter currebant, cū reſtitutione præſcriptio aduersùs minores euacuabatur: Ita illum Textum in hac ſpecie intelligunt Doctores communiter, vt refert Balbus *de præſcr. 1. p. caſu 23. n. 36.* Tiraq. *de retract. lib. 1. §. 35. Gloſſ. 4 n. 36.* Cotta *in l. ſi ex cautione n. 5. C. de non numerata pecunia*, Mauritius *de reſt c. 47* Menchaca *de ſucceſſ. creatione*, §. 10. *n.* 40. Graña *hic num. 9.* Balboa *n. 10.*

Sed clarius, vt reſpondeas aduertes quod iam 6
olim inter veteres obtinuit præſcriptiones decē, vel viginti annorum, vel minoris temporis contra minores incipientes non currere; ideoque reſtitutionem non eſſe neceſſariam; at verò præſcriptiones cū defuncto prædeceſſore incœptas contra minores currere, reſcindi: tamen beneficio reſtitutionis in integrum, *l. etiam 45 ff. de min. l. vnic. C. ſi aduerſus vſucap.* † Indeque Iuſtinian. vt omnē 7
tolleret ambiguitatem ſtatuit, *in d l. fin.* temporales præſcriptiones non currere contra minores, cum melius ſit illorum iura intacta ſeruare, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere; idem probant, *l. 8. tit. 18. p 3. l 9. tit. 19 p. 6.* Graña *hic n. 6.* Balboa *n. 15 & 16.* vbi ex Gloſſa verbo *currere, in d. l. fin.* refert eā conſtitutionem ſolùm procedere in conſtitutionibus incœptis, & perfectis cum minoribus, non verò inceptis cum prædeceſſoribus, & perfectis cum minoribus.

Huic autem diſtinctioni obſtat Textus *in l.* 8
ſicut in rem, C. de præſcr. 30. vel 40. annorum, vbi contra minorem currit præſcriptio legalis, & datur reſtitutio ſed reſpondetur hanc legem loqui in longiſſimis præſcriptionibus quas Iuſtinian. *in d. l. fin. exceperat*, vt aduertit Gloſſa

in

in dicta l. ſicut in rem, verbo *ſeruanda*, quia Iuſtinianus *in dicta l. fin.* ſolùm eſt loquutus de præſcriptione 10. vel 20. annorum, vt expendunt Graña hic, *num.* 10. Balboa *num.* 21. alia adducentes.

9 Iterùm etiam obſtat Textus *in l. ſi intra, Cod. de non numerata pecunia*, vbi minor contra legalem præſcriptionem, etiam à defuncto cœptam non reſtituitur; Verùm Coſta *in l. ſi ex cautione*, verſic. *hoc autem*, *Cod. de non numerata pecunia, n.* 6. Balboa *hic, n.*18. Graña *n.*8 exiſtimant Textum illum eſſe intelligendum, quando tempus legitimum præſcriptionis contra defunctum maiorem exceſſerat, & ſic cum eo perfecta præſcriptione, quia tunc cum nullum cum minore negotium geſtum eſſe diceretur, nec illa ſua fragilitate læſus cenſeatur; Ideò iuſta de cauſa ibi fuiſſe reſtitutionem denegatam ex *l.* 1. §. *apparet, ff. de minoribus*, *l. cum mandato* 23. *ff. eodem*, & ita colligit Accurſius *ibi*, ex verbis *dict. legis ſi intra* ibi, *ſin verò legitimum tempus exceſſit*; Imò Balboa *num.*19. ait quod & ſi in ſpecie *dict. leg.* ſi intra eſſemus in eo caſu, vbi tempus legitimum eſſet conſummatum contra Pupillum ipſum adhuc poſſe contendi ſalua illius Textus conſtitutione pupillum eſſe reſtituendum; quia verba illius legis in dicto verſic. *ſin verò*, non excludunt reſtitutionis beneficium, ſed ſolùm denotant compellendum eſſe pupillum ſoluere habito reſpectu ad ius commune; non verò ad particulare ætatis priuilegium, quaſi dixiſſet pupillum verum debitorem manere, vti Coſta ex multis *vbi ſuprà* conſiderat. & apparere videtur ex verbis ſtatim ſequentibus illius legis ibi *in querimoniam creditore minime deducto omninò eius hæres, etiamſi pupillus ſit debitor ſoluere compellitur*, & hæc de legali præſcriptione.

10 Conuentionales verò præſcriptiones, quando ſcilicet temporis ſpatium conuentione conſtituitur; tunc iſtæ à Prædeceſſore incipientes, currunt contra minorem, abſque vllo reſtitu-
11 tionis auxilio. † Quomodo lucem accipit Textus *in l. Emilius* 39. *ff. de minoribus*, vbi incipit præſcriptio cum defuncto, & cum minore perfecta fuit, & nihilominùs denegatur reſtitutio, cuius deciſio adducta in præſcriptione legali, eam omninò deſtruit, & ſic vt Doctores difficultatem componant, affirmant eum Textum loqui de præſcriptione conuentionali, quaſi tota reſolutio ſit diſtinctionem facere reſpectu minoris inter præſcriptionem legalem & conuentionalem, vt illa quando cum Anteceſſore cœpta eſt contra minorem currat, ei tamen auxilium reſtitutionis concedatur, vt *ſuprà* iam dixi pro intellectu *dict. leg. fin. Cod. in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria*, hæc conuentionalis non ita ſe habeat, ſed potiùs etiamſi cœpta fuerit cum defuncto minori reſtitutio
12 non concedatur. † Balboa *hic, n.* 17. *&* 22. ita etiam intelligit Textum *in l.* 3. *ff. ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur*, vbi proponit conſultos rationem, ob quam minor reſtituitur ad id, quod cum eo geſtum; Sed in hoc caſu nihil cum minore, ſed cum Prædeceſſore geſtum dicitur, & concludit Iuſtinianum non loqui de hac ſpecie conuentionalis præſcriptionis *in dicta l. fin.* Verùm Graña *hic, num.*7. Oſualdus ad Donellum *lib.* 21. *comment. cap.* 7. *littera L*, Antonius Feber *tom.* 1. *de erroribus decade* 25. *errore* 5. *& in rationali ad Textum in dicta l. Emilius Lurgianus* reiecta illa diſtinctione aliter interpretantur Textum *in dicta l. Emilius, in dicta l. fin.* dicentes Textum *in dicta l. Emilius in prima eius parte*, conuenire cum deciſione *dicta legis fin. in* 2. *eius parte*, atque ob id, *quia in dicta l. fin.* Antonius plura alia ſcripſerit, quàm Paulus Conſultus *in dicta l. Emilius*, videlicet Tutores Pupillæ ſuſpectos fuiſſe, & alia plurima relata à Duareno *in tit. Cod. ſi aduerſus venditionem* merito ex æquitate, & ſi ſingula illa non prodeſſent & multa tamen collecta iuuent in illa præſcriptione conuentionali *in* 2. *illius Textus parte* reſtitutionem competere.

Tu verò à prima ſolutione non diſcedas, cui 13
non obeſt Textus *in dicta l. etiam ei* 45 *ff. de minor.* dum aſſerit poſthumum aduersùs completam præſcriptionam, dum in vtero eſt, reſtitui debere; nam procedit in præſcriptione legali, non in conuentionali, in legali enim vt notant Antonius Faber ad Textum illum *in rationali*, Mozla *in Emporio tit* 5. q 5. *num* 16. Bartol. *in dicta l etiam*, Graña *hic, num.*5 Balboa *n.*24. Alciatus *in l. cum filius* 49. § *in hac ſtipulatione, n.* 15. *ff. de verb.* etenim nulla culpa imputari poteſt ei, qui in vtero eſt, & ſic quamuis præſcriptio jacente hæreditate procedat, etiã contra poſthumum, tamen dicunt etiam poſthumum dignum eſſe remedio reſtitutionis.

Cujacius verò *in dicta l. Emilius*, aliter inter- 14
pretatur Textum *in dicta l. etiam*, dicens poſthumum non reſtitui in illa ſpecie iure minoris, ſed reſtitui quaſi maior ex clauſula generali, *ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur*, iuxta Regulam Textus *in leg* 1. *& per totum, ff. ex quibus cauſis maiores*; itavt illum verbum *etiam*, non referatur ad perſonas, ſed ad cauſas, quaſi dixerit Iureconſultus, non ſolùm ex edicto de minoribus, ſed ex illa generali clauſula, quaſi ratione iuſtæ ignorantiæ poſthumum reſtitui natum; Ita ille.
† Sed quia impugnat intellectum hunc Balboa 15
*hic n.*24. dicens illud verbum *etiam*, ſolùm ampliare edictum de minoribus, vt non ſolùm competat iam natis, ſed etiam naſcituris, vt colligit ex contextura illius Textus, & ex aliis antecedentibus, tum etiam quia *ibi*, tantùm agitur de reſtitutione iure minoris: quare Textus ille à Triboniano poſitus eſt ſub *tit. de minoribus*, vbi de prædicto indulto agitur, aliàs enim ſi per illum verbum *etiam*, vt vult Cujacius illa deciſio extenderetur ad reſtitutionem, etiam quæ contingit maioribus ex iuſta cauſa conſtitui, & poni deberet ſub *tit. ff ex quibus cauſis majores*: argumento Text. *in l Imperatores, ff de in diem adiectione*; ob idque prædictum Textum intelligi de præſcriptione legali, non conuentionali.

Ideò tantùm dices cum eo *n.*15. & cum Bar- 16
tulo & Fulgoſio *in dicta l. Emilius*, & cum Cujacio *ibi ad finem*. Quod ſi certum ſit aduersùs conuentionales præſcriptiones minores non reſtitui ex edicto de minoribus; ſecùs tamen contingere ex prædicta generali clauſula *ſi qua mihi iuſta cauſa*, vel ex iuſta ignorantia, quoniam potuit minor conuentionem defuncti ignorare quo pacto Pinelus *in Auth. niſi triennale à n.* 38. *Cod. de bonis maternis* cum multis ab eo relatis intelligit Textum *in dicta l.* 3. *ff. ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur*, *& in leg.* 2. *Cod. ſi aduerſus venditionem pignorum*; Nam licet in dictis iuribus

ribus reſtiturio minoribus denegetur ex edicto
de minoribus , poteſt tamen illis competere ex
iuſtæ ignorantiæ capire , quomodo Cujacij po-
teſt admitti intellectus.

17 Statuariæ, ſeu conſuetudinariæ præſcriptio-
nes curront contra minores , ſed competit eis
ex edicto de minoribus reſtitutio ex Regula
Textus *in l. ait Prætor 7. in princ. ff. de minoribus.*
18 † Et ex Texru expreſſo *in c. conſtitutus de in in-
teg. reſtit.* quem & ſi de legali præſcriptione non-
nulli intelligerint , quia obeſt doctrinæ , quem
de hac *ſupra* retuli , veriùs eſt , vt loquatur in
hac præſcriptione ſtatuaria , ſeu conſuetudina-
ria : docet Balboa *hic , num.* 20. *in fine* , melius *à
num.* 26.

19 Et quamuis Bartolus *in dicta leg fin. num.* 14.
*Cod. in quibus cauſis reſtitutio non eſt neceſſaria. &
in dicta l. Emilius Largianus , ff de minor. num.* 4.
Abbas *in dicto cap. conſtitutus n.* 6. Menchaca *de
de ſucceſſion. creat. §.* 10. *n.* 6. & relati à Tiraqnell.
de retractu tit. 2. *§.* 1. *Gloſſa* 2. *à num.* 34 ea ratio-
ne , quoniam ſtatuta recipiunt Iuris interpreta-
tionem : argumento Textus *in l. omnes populi, ff.
de Iuſtitia, & Iure , l. de quibus ff. de legibus, cap.
cum delecti de conſuetudine* , ob id dicentes , nec
ſtatuariam , nec legalem præſcriptionem hodie
currere contra minorem, reſpondentes ad Tex-
tum , *in dicto cap. conſtitutus* : Ideò in illa ſpecie
contra minores currere præſcriptionem ; quo-
niam agebant minores de lucro captando , quaſi
dicant quod ſi in ſpecie Textus *in dicto cap. con-
ſtitutus* , agerent minores propter læſionem , &
damnum non curreret contra illos præſcriptio,
vt tenet Decius Bartolum ſequutus , *conſ.* 556.
n. 7. *volumine* 2.

20 Tamen vt Innocentius aduertit *in d. cap. con-
ſtitutus* , has præſcriptiones ſtatuarias , ſiue con-
ſuetudinarias non comprehendit Iuſtinianus *in
dicta l. fin.* & ſic verior eſt contraria ſententia,
quæ comprobatur , *ex leg. ſi ſine* 33. *§. Lucius , ff.
de administratione Tutor. cap.* 1. *§. præterea ſi quis
de prohibita feudi alien.* per Federicum in vſibus
feudorum , vbi tempus annale petendi in veſti-
turam currit contra minorem , tum etiam quia
Iuſtinianus *in dicta l. fin.* non mouetur ratione
lucri, vel damni vitandi , nec hoc in conſidera-
tione venit , vt probant Alex. *conſ.* 119. *à n.* 34.
volum 6. Tiraquell. *de præſcription. §. mitiores,
Gloſſa* 9. Ioannes Baptiſta Bouim. *de ſtatuaria
præſcriptione gloſſa* 19. *num.* 33. Afflictis *deciſ.* 370.
Et Cyriacus cum multis loquens de ſtatuaria,
tom. 2 *ſub cont.* 307 *à n.* 4. ait quod præſcriptio
ſtatuaria decennalis contra Creditores ex cauſa
mercedis procedit in mercedibus famulorum,
non autem Artificum, vel Notariorum, alia ad-
ducens *n.* 5. 6. *&* 7, cum Dueñas *Reg.* 406. Sard.
deciſ. 14. Gama 339.

21 Nec obſtat Textus *in leg* 2. *Cod. quibus cauſis
reſtitutio non eſt neceſſaria* , vbi Iure nouiſſimo
curſus quinquennij aduerſus minorem nullius
eſt momenti ; adeò vt nec reſtitutio ſit neceſſa-
ria ; ſed reſpondetur Textum illum loqui de
22 præſcriptione legali iuxta adducta. † Cui non
obſtat Textus *in l.* 1, *Cod. de in integr. reſtit. mi-
nor.* vbi ſi minor amiſerit quinquennium ad
querelam inofficioſi petendam adeò aduerſus
eum præſcriptio currit , etiam Iure nouiſſimo,
vt reſtitutionis remedium ſit neceſſarium ; quia
reſpondeo cum Duareno *in dicta l.* 2. *& in dicta
leg. fin. Cod. ex quibus cauſis in integrum reſtitutio*

Textum in dicta l. 1. non loqui de præſcriptione,
nec de temporis lapſu , ſed de renuntiatione ta-
cita à minore , quæ re ipſa ſine verbis fit , ve-
luti ſi minor , qui querelam intentare poterat
intra legitimum tempus eam amiſit , & legatum
ex hærede accepit ; quia eo ipſo videtur agno-
uiſſe Iudicium defuncti , ac ideò reſtitutionem
ei competere ; non tamen ex eo, quod tranſcur-
ſus temporis ei noceat ; ſed ex eo , quod lega-
tum accepit.

Sed his obſtat Textus *in l. Papinianus* 19. *ff.* 23
de minoribus , vbi ſi minor læſus in exilium fue-
rit relegatus , ſi annale antiquum tempus ad po-
ſtulandam reſtitutionẽ fuerit tranſactum abſque
vlla reſtitutione , & temporis prorogatione ad-
uersùs illum præſcriptio procedit , etiamſi im-
peditus eſſet, quominùs Prætorem adiret. † Et 24
huic deciſioni obeſt alia Textus *in leg. & ſi per
Prætorem, §.* 1. *ff. ex quibus cauſis majores,* vbi re-
legato, etiamſi poſſet Procuratorem relinquere
ſubuenitur , Verùm vt reſpondet Antonius Fa-
ber *in rationali dictorum Iurium in dicta l. Papi-
nianus*, annus vtilis Iuris antiqui non prorogatur
quia relegatus licet abſit ; tamen quoad Ius pe-
tendæ reſtitutionis pro præſente habetur , cum
Procuratorem in ciuitate relinquere potuerit,
per quem poſſet reſtitutionem poſtulare ; ſiqui-
dem relegatus non amittit libertatem , nec re-
rum ſuarum adminiſtrationem : Et ſic cum pe-
tendæ tempus reſtitutionis fuerit tranſactum , ei
denegatur petitio, vti deducitur ex verbis eiuſ-
dem Textus ibi , *cum potuit adire Prætorem per
Procuratorem* ; Textum verò *in dicto §.* 1. loqui
in alia cauſa reſtitutionis , nempe ſi idoneus, vel
non ſecurus Procurator inueniri non poſſit : Se-
quitur Graña *hic, num.* 5.. † Qui *n.* 4. expendit 25
Textum *in l. ſi quis ex fundo* 13. *ff. quemadmodùm
ſeruitus amittatur* , de qua benè Antonius Faber
in rational. ibidem.

Ad tertiam quæſtionis partem , an currat 26
præſcriptio contra Pupillum , ſeu Filiumfami-
lias ad eam partem de pupillo ; adiunges dicta
*ſuprà in dubio præcedenti de præſcriptione contra
maiores* , ob idque breuiter dico hodie præſcri-
ptiones longiſſimas currere contra minores de-
ducta ætate pupillari ; Nam pupillaris ætatis
tempore præſcriptio dormit , vt expreſsè dixit
Textus *in l. ſicut in rem l. bonæ fidei* 48. *ff. de ac-
quirendo rerum dominio* , ſed reſtituuntur contra
illas ; quoniam vt iam dixi *in dicto dubio præce-
denti*, eas præſcriptiones longiſſimi temporis non
comprehendit *dicta l. fin. Cod in quibus cauſis re-
ſtit. non eſt neceſſaria*, quæ ſolùm loquitur de præ-
ſcriptione. 10. vel 20. annorum.

Ad illam partem , quæ pertinet ad Filiumfa- 27
milias durante Patria poteſtate , vt etiam ad vn-
guem reſpondeas præmittes quæ adduxi ſuprà
in cap. 9. *de Iudic. q.* 10. *&* 11. vbi egi de quæ-
ſtione , an Filius poſſit eſſe Iudicio ad aliquid
petendum , vel eſſe Iudex ſine Patris licentia:
quibus ſuppoſitis, vtpotè neceſſarium ad verum
intellectum huius difficultatis , vt terminat Bal-
boa *hic à num.* 33. *&* 36. reſpondeo cum Pinello
*in dicta Auth. niſi tricennale , Cod, de bonis mater-
nis ante à num.* 45. quod Regula illius Textus
indicat , vt dum Filij ſunt in Patria poteſtate,
ne dum poſſit contra eos currere præſcriptio,
tanquam impeditos.

Et ſic ſi in eis non admittatur facultas agen-
di contra alienationem , quod vltimum difficile 28

vidctur

videtur ex Textu *in dicta l. fin. Cod. de annali exceptione , & in Auth. de nuptiis . §. ſed quod ſancitum* , ex quo deductus eſt Textus *in dicta Auth. niſi tricennale*, Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 8. idem Bart. *in l. ſi conſtante , ff. ſoluto matrim* & vt conſiderat Baldus *in l. fin. §. in computatione , num.* 7. *Cod. de Iure deliberandi* , Iaſon. *conſ.* 56. *lib.* 3. verſic. *confirmatur* ; Nam dicunt iniquum eſſe quod Patre bona filij alienante ; non poſſet filius eo viuente admitti ad reuocationem alienationis, & ſic non ſolùm filium audiendum eſſe ; ſed Patrem etiam eſſe compellendum filio conſentire; quamuis aliàs promiſiſſet ſe nunquam contra illam alienationem venturum.

29 Et licet replices dicendo idem & dici debere in præſcriptione ; quia non eſt major ratio in ea , quam in alienatione : Tamen adhuc dicendum eſt ex Textu *in dicta l.* 1. *Cod. de annali exceptione* , vbi expreſsè dicitur filium agere non poſſe , tantùm referri eius verba de præſcriptione circa aliqua ad fillom ſpectantia, vel illa verba non auferre filiia omnimodam facultatem agendi , ſed conditionaliter ; hoc eſt vt agere non poſſint ſine licentia Patris ex Regula Textus *in l. fin. §. neceſſitate. Cod. de bonis quæ liberis*, expendit alia referens Balboa *vbi ſuprà videndus ibi. à num.* 37. plura congerit pro explicando Textu *in cap. quia diuerſitatem* 5. *de conceſſione præbendæ* , vbi adeſt impedimenti ad agendum materia , & qualiter, ſeu quando impeditis ſuccurratur ; vbi etiam dicit quod impedimentum etiam excuſat , quando eius origo culpa impediti prouenit , ſi culpa non fuit ordinata ad caſum impedimenti , quod qualiter verum ſit , *ibi* dico : interim leges Riccium *collect.* 155. ad illum Textum, vbi plures caſus congerit de hac impedimenti materia.

30 Sed adhuc nodus difficultatis non ſoluitur quare vt diſſolnat Antonius Faber *de erroribus pragmatic. decade* 3. *errore* 9. *à n.* 5. & 8. qui dum negauit præſcriptionem impediri poſſe toto tempore abſentiæ , aut ignorantiæ , aut qua alia de cauſa , eo quod toto illo tempore agere non potuerit impeditus , cum iam ex *l.* 1. *Cod. de diuerſ. & tempor. præſcript.* dixerim *ſuprà* , *quæſt.* 1. præſcriptiones currere , quoties tempus continuum eſt , & non vtile , & ſic contra abſentem cauſa Reipublicæ current , & ſi Prætor det ei reſtitutionem ex clauſula generali , *ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videtur* , *l.* 1. *& toto tit. ff. ex quibus cauſ. minor.* & ob id idem poſſet dici reſpectu
31 filij agere impediri Patre viuente. † Tamen & ſi Filiusfamilias agere viuo Patre ex quocumque contractu poſſit, ſi pater conſentiat, & non aliter ex *dicta l. neceſſitate* , § *fin.* & ſit difficile , vt Pater , qui bona filij vendidit , conſentire velit Filio acturo ex ea cauſa ; quæ Patrem ipſum de euictione ſit obligatura , ſiue ponas materna bona, ſiue aliundè quæſita , & in hoc caſu conijciatur filius in eas anguſtias , vt vel paternam verecundiam violare , vel iure ſuo cadere cogatur ; Ideò dicit Faber æquiſſimè proſpectum eſſe vt totius temporis , quo Pater viuit negligentia ipſi imputari non poſſit , docens, vt viuo Patre non currat præſcriptio Filiofamilias bona Paterna per Patrem vendita , vendicaturo , nec Mulieri viuente Marito , & ob Ius ſingulare conſtitutionem Iuſtiniani , ſed extra hanc cauſam , & vbi ceſſant conſtitutiones , concludit regulariter dari locum præſcriptioni temporis , etiam aduerſùs non valentem agere ex aliqua , ſaluo tamen reſtitutionis auxilio , ſi qua probabili ratione concedi debere videatur.

Qvæstio IV.

An præſcriptio currat contra Creditorem agere impeditum , eo quod debeat prius facere excuſſionem in Debitorem , ſi res obligata ſit penes alium poſſeſſorem : Et an vt præſcriptio deſinat currere ex cauſa hoſtilitatis tyrannidis , Peſtis , aut ex aliis , debeat Actor oſtendere ſe fuiſſe impeditum , & qualiter contingat?

Svmmarivm.

1 *Impeditus non dicitur qui poteſt tollere impedimentum per ſe , aut adeundo Iudicem , & num.* 5.
2 *Præſcriptio qualiter currat contra creditorem num.* 4. 5.
3 Auth hodie, Còd. de pignor. n. 4.
4 Cap. quia diuerſitatem de conceſſione præbendæ.
6 *Impedimentum non excuſat ſi ſit euitabile , aut ſi culpa ſuperuenerit, num.* 7. *quid de incarcerato , aut paupere.*
9 *Impedimenti allegatio , dum eſt fundamentum intentionis debet probari ab allegante.*
10 *Impeditus quis non præſumitur in dubio.*
11 *Impedimentum allegans quominùs præſcriptio debet procedere , illud debet probare , & qualitatee neceſſarias , n.* 13. *& quod remouere non potuit, num.* 14. *veniſſeque ſine culpa, num.* 15. *&* 16.
12 *Impedimenti allegati libellus , quod debeat continere.*
17 *Impedimentum numquid probetur Iuramento Actoris.*
18 *Impedimentum allegans , quominus præſcriptio procedat , debet probare fuiſſe illum impedimentum cauſam non agendi.*
19 *Compenſatio impedit præſcriptionem , & tollit eius exceptionem.*

AD primam difficultatis partem, vt reſpon- 1
deam præmittenda eſt ea Regula ; nempè quod non cenſetur impeditus ille , in cuius poteſtate eſt tollere impedimentum ex Textu , *in l. qui poteſt facere* 135. *ff. de Reg. Iuris , cap. fin. de electione* , vbi Panorm. & alij , *l. quibus diebus , ff. de conditionibus , & demonſtrat.* ibi, *ne per Teſtes quominùs agendo eum ſubmoueas*, vbi omnes decent non excuſari impedimentum , qui Iudicem adeundo, poteſt impedimentum remouere, vt declarant Alex. *conſ.* 72. *num* 13. *lib.* 3. Paulus *l.* 2 *ff. de Iudiciis*, nec excuſari litigantem , cuius Teſtes noluerunt Teſtificare , niſi priùs ipſe Iudicem adiret, debuit enim adire ; Nam vt Pinelus docuit *in Auth. niſi tricennale* , *num.* 48. verſic. *inde infertur* , *Cod. de bonis maternis* , non dicitur impeditus , qui impedimentorum Iudicem adeundo tollere poteſt.

Vnde iam ad difficultatem reſpondent Baldus 2
de præſcript. p. 4. *partis* 4. *princ.* Negiuſantius *de pignoribus* 2. *p. membro* 2. *num.* 3. Decios *in leg.* 1. *Cod. qui admitti* , Rolandus *conſ.* 69. *n.* 17. Socin. *conſ.*

conf.73. n.86. lib.1. Aymon. Craueta *conf.263.ad finem*, præscriptionem non impediri actionis hypothecariæ tertio possessori, rei obligatæ, propter negligentiam Creditoris non agentis contra debitorem, cum Creditor agere potuerit, quando voluisset, etiam ante factum excussionem debitoris iuxta regulam Textus *in l. purè, §. fin de doli exceptione*, ibi *cum Actor sua potestate habeat, quando vtatur Iure suo*, & sic voluit Textus *in l. 1. Cod. si aduersùs Creditorem*, quod tertius possessor, ad quem peruenit res obligata præscribit contra Creditorem longo tempore cum Titulo, & bona fide, itavt hoc modo tollatur actio hypothecaria.

2 Nec huic resolutioni obstat Textus *in Auth. hodie, Cod. de pignor.* vbi cum hæc actio non detur contra Creditorem in effectu, nisi facta priùs excussione in bonis principalis debitoris; ob id non currat Creditori tempus illud præscriptionis, nisi post factam illam excussionem videlicet postquam Creditor incipit agere posse
3 contra tertium possessorem. † Quia respondeo quod si hoc fundamento hanc doctrinam in praxi seruandam dixerit, Alexander *conf 58. lib.5.* allegans pro ea Textum *in cap. quia diuersitatem de concessione prabenda* Tamen Glossa *in dicto cap. quia*, verbo *suspensionis*, nostram defendit sententiam, declarans vt tunc non sit tempus suspensionis imputandum intra sex menses Concilij Lateranensis, quando Prælatus suspensus negligens fuit in petenda absolutione.

4 Et sic contingere in nostro casu, etiamsi per dictam Authenticam hodie excussio illa debitoris sit priùs necessaria, siquidem eo non obstante ex *dicta l. purè, §. fin.* potuerit Creditor agere quandocumque; Imò Aymon Craueta *dicto conf.203.* impugnando prædictum Alexandrum, *ibi*, refert illum alibi contrarium, & pro nostra sententia scripsisse, secundùm quam est tenendum, potuit enim Creditor de facili illud im-
5 pedimentum submouere. † Et facit doctrina Sebast. Medic *in decis. Rotæ Marchia*, & Capella Tholos. *in decis.301.* & cum eis Riccius *collect.155.* ad Textum *in dicto cap. quia diuersitatem in fine*, vbi impedimentum non excusat, si illud sit euitabile.

6 Item vt si quis citatus, tardè suum iter arripiat, & propter impedimentum superueniens,
7 non possit comparere. † Et faciunt congesta à Balboa *hic, num. 38.* cum multis ab eo relatis dicentibus, quod vbi culpa data est ad impedimentum, non excusaret allegantem illud: argumento Textus *in l. nec timorem, §. proinde, ff. quod metus causa*, copiosè probat Decius *in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 30. de constit.* Aymon Craueta *conf.247. in fine*: argumento Textus, *in lge. quamuis, ff. soluto Matrimonio, & in l 4. §. illud, ff. si quis cautionibus*, vt etiam accusatos, & in vinculis detentus excusatur, *& in l. succurritur cum l. sequenti, ff. quibus ex causis majores*, resoluit rectè Alex. *in l. Marcellus, §. res quæ, n 3. ff. ad Trebell. & in l. recusare, §. fin. num. 6. ff.*
8 *eodem.* † Et sic resoluit Iason. *in leg.2. num.72. Cod. de Iure emphiteb.* in quæstione emphiteutæ incarcerati non soluentis ea ratione Canonem. Et Glossa *in cap. Sacrorum 12. q. 2.* ita etiam loquitur in impedimento paupertatis.

9 Ad secundam quæstionis partem, vt exploratè loquatis, adiunges quæ adduxi *suprà in cap. fin. §. fin. & ibi q. fin.* vbi quod alleganti incumbit probandi onus. Et ad difficultatem, de qua hic, quod dixi *suprà in cap.1. hoc tit. q. 2.* versic. *ad vltimam*, cumque allegatio impedimenti sit fundamentum principale intentionis, & ob id alleganti incumbat onus probandi, vt aduertit in simili Bartol. *in Auth. de his qui ingrediuntur ad appell num.14.* versic. *quare appellans*, vbi docet quod appellanti, qui prosequutus est causam appellationis. & ipsam non produxit ad finem, dicenti se temporis breuitate impeditum in integrum restitutio non est danda, nisi probet impedimentum, allegans casus expressos, *in cap constitutus de appellation.* † Quoniam in du- 10
bio quis non præsumitur impeditus ex *leg. 2. §. quod diximus, ff. si quis cautionibus, leg. qui commeatus ff. de re militari*, copiosè Felin. *in cap. si pro debilitate, num.5. de offic. delegati* Casaneus *in consuetudinibus Burgundiæ Rubrica 4 §. 20. n. 4. & 5.* Sfortia Oddus *de restitutione in integ. q. 38. Art.1. num 7.* & relati à Mascardo *de probationibus conclus.116. à num.1. tom.1.*

Ideò in specie nostra is, qui intendit, vel 11
præscriptionem dormisse propter impedimentum, vel aduersùs eius cursus esse concedendam restitutionem, debebit probare impedimentum quod allegat iuxta Textum *in l. 2. ff. quibus ex causis maiores, l. ab ea parte, ff. de probat leg. in exceptionibus, §. 1. ff. eodem*, & qualiter contingat probatio impedimenti, latè Felinus hic, Alex. & Iason. *in dicto §. quod diximus*, Baldus *in leg. 1. Cod. de dilation.* † Et Francisc. Marcus *decis.626.* 12
num.3. Sfortia Oddus *dicto Art.1. num.9.* Ita verum esse dicunt, vt non sufficiat impedimentum in libello allegare, nisi vlterius offerat Actor probare impedimentum, vt colliges latè ex adductis *in dicto cap. fin. §. fin. de Iureiurando q fin.* 13
† Imò potiùs etiam teneatur probare omnes qualitates necessarias; vt iustum censeatur tale impedimentum: argumento Textus *in dicta leg. qui commeatus*, & *ibi*, Bartol. communiter receptus ex relatis à Vantio *in tractatu de nullit. ex defectu Iurisdictionis ordinariæ, num. 166.* Menochio *de arbitrariis lib. 1. casu 118. num.30.* Sfortia Oddus *dict. q.38. Art. 2. num. 30.* Mascardo *dicta conclus.116. num. 3. & conclus. 884.* verbo *impedimentum, num. 9. fallentia 6. volum. 2.* Et quia plura dixi de probando loco non tuto *suprà in cap 4. vt lite non contestata sub quæst. 1.* quæ conducunt pro plena explicatione huius dubij; Ideò cum illa legeris, accipies tantùm sequentia.

Ex his infero primò vt debeat Actor proba- 14
re tale impedimentum fuisse, vt remoueri minimè potuerit; Argumento Textus *in l. sed etsi per Prætorem, §. 2. ff ex quibus causis maiores*, notat Bartol. *in l. quibus diebus*, & *ibi*, Socinus *num.1. ff. de condit. & demonstrat.* Decius *in l. 1. in fine. Cod. de bonor. possess. secundùm tabul. & conf 677. num. 4.* de quo iam in dubio præcedenti notaui cum Riccio *dicta collect 155. in fine.*

Infero secundò vt Actor probare debeat, non 15
solùm fuisse iustum impedimentum, sed etiam non euenisse culpa alicuius tertij, sed ex accidenti, quo casu actio competit impedito aduersùs tertium ad id, quod interest, *leg. fin. ff. de eo per quem factum erit*, & respondet Bartolus *conf.97. num. 6. volum.1.* Iason. *in l. fin. num. 48.*
ff. de feriis. † Deinde vt culpa data non sit ad 16
impedimentum, vt iam suprà adduxi; argumento

Textus

Textus *in l. nec timorem*, §. *proinde*, *ff. quod metus causa*, cum multis Doctoribus *ſupra* relatis.

17 Dubium tamen eſt, an actor debeat impedimentum probare pleniſſimis probationibus teſtium, aut ſufficiat vt per iuramentum? ad quod adiunges *dicta ſuprà in dicto cap. 1. quaſt. 1.* verſic. *ad vltimum.*

18 Imò amplius dixerunt Panormit. *hic num. 7.* & Innocent. Vt actor teneatur oſtendere ſe voluiſſe agere, & non potuiſſe, propter cauſas, nempe hoſtilitatis, tyrannidis, peſtis, & aliorum, de quibus aſſignaui *ſuprà quaſt. 1. ex l. ſed etſi per Prætorem 26. ff. ex quibus cauſis*, & ſic docent vtile eſſe, vt actor impeditus proteſtetur ad formam Textus, *in l. vt perfectius, Cod. de annali exceptione*, vt reſoluit Iaſon *in dicta l. 2. § quod diximus, ff. ſi quis cautionibus, num. 8* non tamen ita quod proteſtatio ſit neceſſaria, vt declarant *ibi* Alexander *n. 7.* & Pinellus videndus, *in Authent. niſi tricennale, n. 43.* verſic. *ampliatur quartò*, ex regula Textus *in l. 4. in fine ff. de lege commiſſoria* ibi, *Non habeat cui offerat poſſe eum ſecurum eſſe*; adeo vt ſecundùm Bartoli doctrinam menti tenendam *in dicto §. quod diximus*, non ſufficiat probare fuiſſe impeditum, niſi probetur illum impedimentum fuiſſe cauſam non agendi, iuxta ea, quæ notant Corneus rectè oſtendens *conſil. 178. volum. 4 num 9.* & Doctores *in dicta lege qui commeatus in princ. ff. de re militari*; quibus addo Boërium *in deciſ.* 40. Verallum *in deciſione 72. & 73. part.* Riccium *collect.* 155. dicentes quod ſi actor probet ſe adhibuiſſe diligentiam, non requiratur proteſtatio, & ſit pro cautela bona ſemper ſit.

19 Pro complemento notabis quod compenſatio impedit præſcriptionem & tollit eius exceptionem, Anchartanus *conſ. 5.* verſic. *ſuper quarto & vltimo*, Felinus *hic n 9.* Mohedan. *deciſ. 200. aliàs deciſ. 3. hoc tit.* Vobius *in tract. de ſtatutariis vrbis praſcript. gloſſa 29. num. 12.* Ciriacus *tom. 2. cent. 307. num. 7.* dicentes, quòd ſi habeo te in debitorem, & poſtea efficiaris meus creditor, nec petam quod mihi debes, non admittatur præſcriptio contra me.

AD TEXTVM
IN CAPITE XI.
Accedentes, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.

I. TExtvs iſte quatenùs agit, vt procorationes debitis legatis, & nuntiis Apoſtolicis non præſcribantur; applicabis *infrà* dicta, & notata *in cap. cum ex officy 16. hoc tit.* De iſtis procurationibus debitis Epiſcopis, & Viſitatoribus latè ſub *tit. de cenſibus, & ibi, in cap. cum inſtantia 16. cap. ſuper eo 22. cap. procurationes 23. cap. venerabilis 24. cap. cum nuper 25. & cap. fin.*

II. Et ibi, *niſi dicti ordinariy*, iſt eſt Canonici, *per ſpeciale Priuilegium o ſtenderint ſe immunes*, per hæc verba ſolent DD. expendere quando æquiparentur Priuilegium, & præſcriptio, & reſultant id contingere in his, in quibus ſpeciatim non prohibetur præſcriptio, vel vbi præſcribitur cum ſcientia Principis, qui Priuilegium poteſt concedere: argumento Textus, *in lege aldenationis 28.* verſiculo *vix enim, ff. de verb. ſignificatione, & in c. ſuper quibuſdam, §. præterea de verb. ſignif.* Et qualiter differant præſcriptio, Priuilegium, & conſuetudo dixi *ſuprà, in cap. cauſam 7 hoc Tit quaſt. 1.* verſic. *ad quintam*, & verſic. *ad ſextam*, & *ſub Rub. de conſtit.* latè.

III. Et ibi, *etiamſi longiſſimo tempore procurationis obſequium non impenderint*, *cum in talibus præſcriptio ſibi locum nequeat vindicare*: Per hæc verba faciunt ad materiam noſtri Textus, quæ *infrà* dico *in cap. cum non liceat*, vbi de rebus in præſcriptionibus; inter quas obedientia debita ab inferiore Superiori, non præſcribitur. Reperit videndus ſuper Textum hunc, Matthæus Colleras *de proceſſibus executiuis, parte 4. pagina 99.* Non alia addens præter iam notata.

AD TEXTVM
IN CAPITE XII.
Cum non liceat, hoc Tit.
PRÆMISSVM.

I. AD materiam huius Textus, quatenùs ponit obedientiam Superiori præſtandam, adiunges notata *ſuprà, in Rubrica, & in toto Titulo de maioritate, & obedientia*, Item & ea quæ de voto Religionis agitur *infrà in tit. de regularibus, & in tit. qui Clerici*, vel vouentes, vbi inter requiſita ſubſtantialia in voto Religionis annumeratur obedientiæ votum, à cuius obligatione dependet impræſcribilitas noſtri Textus.

II. In verſic. ibi, *cùm non liceat à capite membra recedere*: hæc verba ſunt motiuum deciſionis noſtræ, quatenus membra miſtica, debent diligere, & obſequi capiti, & ab eo non diſcedere, Rebuffus *in praxi beneficiali tit. de conſtitutionibus, gloſſa capiti, pag. 512.* aliqua notat *hic* Barboſa *num. 4.* quibus adiunges quæ dico de præcedentiis *in cap. ſtatuimus 15. de maioritate, & obedientia*: & *ibi in cap. inferior 16.* vbi dico cum Sanchez *de Matrimonio, an poſſit inferior in lege ſuperioris diſpenſare?* Et applicabis nonnulla quæ adduxi *ſuprà in cap. cùm veniſſent 12. de Iudiciis per plures quaſtiones.* Item adiunges quæ *ſuprà* adduxi *in cap. cùm contingit de foro compet. quaſt 2.* vbi egi de quæſtione, an Iuriſdictio acquiratur præſcriptione? Et quia propriè hîc ſedet materia, eorum, quæ nequeunt præſcribi, & plura ſoleant interpretes adducere; ideò videbis quæ cum multis notat, & ſcribit Oſualdus ad Donell. *lib. 5. comment cap. 22.* vbi agit de rebus vſucapi à natura prohibitis, & ipſum ad alia leges *cap. 23. & 24.* de quibus nonnulla per quæſtiones dico, & ad plura conducibilia Textus noſtri, Faquineus *lib. 13. controuerſ. lib. 13. cap 81.* Socinus *conſ. 64. num. 6. volum 6* Decius *in lege petens, num. 7. Cod. de pactis*, Balbus *de præſcription. 2. p. parte 5. quaſt. 13. à num. 10.* Couarruuias *in pract. cap. 1. num. 2.* Molina *de Iuſtitia tomo 1. tractatu 2. diſput. 79.* idem Couarruuias *in pract. cap 4 à num. 1.*

Quibus in locis latissimè Couarr. *de ratione, & fundamento supremæ Iurisdictionis in Principe respectu subditorum.* Ad quæstionem bonam videbis *suprà in cap. 4. sub q. 3. à n. 15.* vbi de præscriptione in annuis legatis pro ornatu huius Textus leges repetentem Matthæum Collerum *de processibus executiuis p 4. pag* 100. *B*, sed abundatiùs dico *infrà*, & ex proximè notatis ; & quæ dixi de consuetudine in facultatiuis *sup. in Rub. de consuet. sub quæstione* .1. *à num.* 6. versic. *ad primam.*

QVÆSTIO I.

Quare subditi aduersùs Prælatum obedientiam non præscribant in perpetuum, cum hoc de visitatione à Prælato facienda, vt corrigat subditorum excessus, non æque contingat?

SVMMARIVM.

1 *Visitatio continet obedientiam quæ prælatis debetur, & circa præscriptionem, qualiter procedant, num. 9.*

2 *Visitatio est de Iuribus Episcopalibus,*

3 *Procurationes, & subsidia in signum obedientiæ dantur, à quibus subditi Priuilegio eximi possunt.*

4 *Præscribi non possunt res quæ pertinent ad Principem supremæ potestatis.*

5 Cap. accedentes, n. 13. 16. 22. cap. auditis, cap. cum olim, cap. ad audientiam, cap. cum vobis hoc tit.

6 *Obedientia debita Prælato, qualiter, & quare præscribi quit, num. 8.*

7 Cap. cum olim de Priuilegiis, cap. cum personæ, §. si autem eodem tit. lib. 6.

9 *Subditus non omninò quit præscribere obedientiam aduersùs Prælatos, sed se eximere ab vno vt obediat alteri benè potest.*

9 Cap. cum ex officij 16. hoc tit. nom. 10. 11. 12. 13. 14.

10 *Præscriptio impediens morum correctionem iustè impeditur.*

11 Cap. irrefragabili, *versic.* vt autem *de officio ordinarij*, cap. ad nostram 3. de appellation.

12 *Præscriptio, per quam trasfertur visitatio, seu accumuletur, procedit.*

13 *Procurationes qua ratione præscribatur, n. 14. vel non, num. 15.*

15 *Procurationes queunt acquiri Priuilegio, quid præscriptione.*

16 *Procuratio est Ius quoddam expensarum præstationis, seu victualium debitum nuntiis, & legatis, aut Episcopis visitantibus, quæ non præscribitur, num. 18.*

17 *Nuntij Apostolici propter publicam vtilitatem mittuntur.*

18 *Procuratio qualiter hodie queat præscribi.*

20 *Procuratio non prohibetur respectu modi.*

21 *Procurationis præscriptio prohibetur in futurum.*

22 D.c. accedentes. *versic.* subsidium hoc tit.

23 Cap. cum instantia de censibus.

24 *Episcopalia iura præscribi possunt, sed non omnia, num. 25.*

26 C. cum olim ad fin. *vers.* quia verò *de priuileg.*

GLossa verbo *citationem in cap. cum ex offici 16,* 1
hoc tit. existimauit visitationem continere obedientiam, quæ Prælatis debetur, ac subinde præscribi non posse ait ex Reg. Text. nostri ; sed sic est, quod præscriptio, per quam transfertur, seu accumulatur visitatio in alterum non prohibetur ex Reg. Text. *in d. c. cum ex offic.* in verbis ibi, *quamuis alius contra eundem præscribere possit:*
ergò. † Deinde quia visitatio est de Iuribus Epi- 2
scopalibus, *c. conquerente de offic. ordin.* Sed Episcopi Iura Episcopalia possunt præscribi, *cap. de quarta, cap. auditis, cum olim hoc tit.* ergò non est cur statim spatio quadraginta annorum præscribatur obedientia aduersùs prælatum.

Vltimò nam procurationes, & subsidia quæ 3
Prælatis debentur fiunt in signum obedientiæ, & subiectionis, vt omnes agnoscunt *in cap. accedentes hoc tit. in c. cum instantia de censibus:* quare notant in his prohibitam esse præscriptionem, at sic est, quod per Priuilegium potest quis eximi à procuratione præstanda suo Prælato, vt habetur in dictis iuribus: ergò cum Priuilegium & præscriptio æquiparentur, eueniet, vt etiam præscriptione, saltim quadragenaria hæc subsidia, & procurationes præscribi valeant ex Reg. Text. *in cap. de quarta, cap. 6. & cap. 7.* cum aliis huius Tituli, & quod præscriptio, & priuilegium æquiparentur: probat Textus *in c super quibusdam*
§. præterea de verb. signif. † Et confirmatur ex eo 4
nam & si Regula sit, vt res, quæ ad Principem pertinent in recognitionem supremæ potestatis, & in signum supremæ subjectionis præscribi non possint, vt solent DD. agnoscere, *in cap. ad audientiam hoc tit.* tamen cum aduersùs res Principis habet locum præscriptio, vt Baldus docet *in l. 2. in princ. C. communia de vsucap.* latè Aym. Crauet. *de antiquis tempor. 4 p. c. absolutus, n. 40.* sequitur vt in nostro Textu similiter dici debeat, eo quod in omnibus relatis fauor publicæ causæ versatur, cuius ratione, vt saltim dico præscriptio obedientiæ prohibetur.

Occasione harum difficultatum veniunt hîc 5
explicandi Textus *in d. c. accedentes, c. auditis, cap. cum ex offic. cap. cum olim hoc tit.* nec non Textus *in c. ad audientiam, c. cum vobis eodem,* quatenùs in illis agitur de præscriptione contra Romanam Ecclesiam, & sic contra supremam potestatem
Pontificiam. † Vnde iam ad nostrum Textum ea 6
nempè ratio cur prohibeatur præscriptio obedientiæ debitæ Prælato est ; nam cum omnis illa præscriptio prohibeatur, quæ Iuri publico nocet, & confusionem, atque inordinationem continet iuxta Textum, *in l fin. §. de vsucap. leg. viam public ff. de viis public. l. præscript. C. de oper. public. c. licet in princ.* ibi, *confusio nasceretur 16. q. 3.* & constet, vt præscriptio quæ prædictam obedientiam extinguit, noceat Iuri, & bono publico, quod in subditorum obedientia consistit, *c. fin. versic. obedientia 8. q. 1.* & insuper contineat confusionem, dum membrum suo capiti non obtemperat, sequitur concludenter in hoc Textu factum optime esse, vt talis præscriptio maneat prohibita, vt docent DD. per Glossam vltimam, hic pe Gloss. 4. *in d. c. auditis in fine.* & per Gloss. *in c. cum inter de consuet.* verbo *consuetudine c. 1. de pœnit. dist. 6.* Aretin. Alex. & alij *in l si qui putat, ff. de acquir. hæredit.* latè Balbus *de præscript. 5. p. 5. partis, à num. 91.*

Huic tamen resolutioni obstant Text. *in cap.* 7
cum olim de priuileg. cap. cum persona, §. si autem

eodem

eodem lib.6. vbi ſubditus contra Prælatum, po-
8 teſt obedientiam præſcribere. † Verùm iſtis iuribus non obſtantibus reſpondeo veram eſſe deciſionem noſtri Textus ex adductis, *num.præcedenti,* quæ intelligitur in ea ſubditi præſcriptione; quæ omnimodò, & in totum cum eximat à ſubiectione Prælati; Itaut ſubditus ille iam abſque vllo capite ſuperiore, & prædominante extitiſſet; ſecùs tamen procedere, vbi ex eo quod ſubditus aduersùs vnum Prælatum obedientiam; & ſubiectionem præſcribens, recaderet in alium Prælatum, cui eam præſtare debuiſſet; Nam tunc reuerà iſte non præſcribit aduersùs ius publicum, ſed tantùm aduersùs priuatum, vt ex caſibus ſequentibus apparebit; & in terminis docent Gloſſa fin. *hic*, Abbas *n.*13. Innocentius X. Barboſa *num* 3.*in fine*, ex eo; quia vbi obedientia in totum per præſcriptionem extinguitur, verùm eſt ſubditum manere acephalum, id eſt ſine capite contra Textum *ie cap.nulla* 93. *diſt.* in quo verificantur prima Textus noſtri verba, ſed quando obedientia alij acquiritur propriè loquendo ſubditus non præſcribit obedientiam, quam non extinguit; ſed alius Prælatus, ſcilicet in ſubditis illam præſcribit contra Epiſcopum, ac ſubinde non manet acephalus, nec abſolutè recedit à capite, quia recognoſcit alium Superiorem loco Epiſcopi, & ſic ſentire videtur, Graña *in cap. accedentes* 1. *hoc tit. num fin.*

9 Vnde iam non obſtant contraria adducta, *num.* 1. cum aliis non primùm ex Gloſſa verbo *viſitationem, dictò cap. ex officij*; quia etſi aliquo modo viſitatio contineat obedientiam; ſed non inde ſequi Regulam Textus noſtri defraudari, eo quod viſitatio præſcribi poſſit, quia Textus noſter agit de præſcriptione, per quam directè, & abſolutè tollitur obedientia, non verò illa obedientia, quæ per indirectum cernitur in hoc, vel illo actu particulari, alioqui nullum Ius Epiſcopale poſſet præſcribi, cum in omnibus obedientia, & ſubiectio per indirectum conſiderari valet: Sic notat Barboſa *in dicto cap. cum ex officij, num.* 12. explodens prædictæ Gloſſæ intellectum. Deinde quoniam Abbatiæ, de quibus in illo Textu, licet ab Archiepiſcopis non viſitarentur; tamen in reliquis omnibus cognoſcebant; & non ſubtrahebant obediētiam Metropolitano debitam.

10 Et pro majori enodatione, *dicti cap. cum ex officij,* aduerto quod præſcriptio, quæ tollit omninò viſitationem Iure communi iniunctam meritò prohibetur, vt impediens morum correctionem, & reformationem Eccleſiarum: argumento Textus, *in cap. cum inter, & cap. ex parte de conſuetudine*, cum aliis; quippè quia cedit in damnum publicum ex iam dictis pro noſtro Textu, & ex eo quia inde perueniunt majora mala in Republica quam ſit bonum vitandi lites, & ſeruitutem Dominorum, pro quibus bono publico introducta fuit præſcriptio *leg.*1. *cum vulgatus, ff. de vſucapionibus*, ſed præſcriptio omninò tollens viſitationem iniunctam, Iure communi impedit morum correctionem, & reformationem Eccleſiarum; & ita obuiat bono publico, quod per viſitationem prætenditur iuxta addita, *in dicto cap. accedentes hoc tit*
11 † Et facit Textus *in cap. irrefragabili in princip.* verſic. *vt autem* de officio ordinarij, *cap. ad noſtram* 3. *de appellat.* Sic Barboſa *in dicto cap. cum ex officij ſub* *n.*3. ibi, in verſic. *& ſatis*, illum Textum ſic interpretatur, quatenùs agit de viſitatione Iure communi competenti, qualis illa, quam Archiepiſcopus exercet in Prouincia, & dicit contra viſitationem hanc præſcribi non poſſe. Quæ verba intelliguntur de præſcriptione, quæ ex diametro opponitur, & omninò tollit viſitationem, vt indicant verba ibi, *aliquo modo*, quæ intelliguntur de modo, per quem præſcribitur contra viſitationem, ſcilicet tollendo, & extinguendo illam, aduersùs quam nullus modus præſcriptionis admittitur.

Verùm ſi ea præſcriptio non auferat viſitationem omninò, ſed illam transferat, vel alij accumulet; tunc reuera præſcriptio viſitationis locum habebit ex dictis de obedientia, quia eſt admittenda ea, quæ nullo Iure prohibetur, nec impedit morum, aut Eccleſiarum reformationem, nec aliàs obuiat bono publico ex *dicta leg* 1. ſed præſcriptio, quæ transferr viſitationem, vel alij accumulat, tanquam priuata ea, quæ omninò viſitationem non extinguit, licet remoueat perſonam, & aliam ſubroget, non prohibetur, vt indicant dicta verba iam, *num.*2. adducta ibi, *quamuis alius contra eundem præſcribere poſſit*, vbi apertè ſignificatur admitti præſcriptionem, per quam transfertur, vel accumulatur viſitatio; quia talis præſcriptio abſolutè loquendo, non eſt contra viſitationem, quam non tollit, ſed contra Prælatum, cui præiudicat. Et ſic habet locum argumētum; nam ſicut non prohibetur præſcriptio, quæ competit Iure ſpeciali, & quæ morum, & Eccleſiarum reformationem non prohibet, nec bonum publicum offendit, cum adhuc maneat viſitatio facienda ab eo, in quem transfertur, vel accumulatur, vel etiam ab ipſo, cui Iure iniungitur, penès quem etiam ſublata viſitatione Iure ſpeciali competenti remanet viſitatio Iuris communis, per quam bonum publicum reputatur: ergo in hoc caſu nec Textus ille, nec noſter offenditur. 12

Iterùm pro exornatione textus noſtri, & verò intellectu Textus *in d c.accedens,* 11. nec non etiā Textus *in d c.cum ex officij,* quatenùs ibi procurationes debitis legatis Apoſtolicis, ſeu Epiſcopis viſitantibus præſcribi prohibentur, & pro reſponſione argumenti *ſuprà in princ.* adducti verſic. *vltimo*, dico contra procurationem ratione viſitationis Iure communi debitam, manente onere viſitandi omnem præſcriptionem prohiberi, vt docent Felin. *in d.c.cum ex offic.n.* 15. Barb. *n.*4. Marian *de viſit.n.*74 Bern. *Reg.*604. verſ. *ſexto* Capella Thol. *in deciſ.*336. Ricc. *collect.* 426. *ad Text.in l.vſucap.ff.de vſucap.* Trull. *in opere morali lib.*7. *cap.*4. *dubio* 13. *in princ.* qui plura alia referunt quæ prohibentur præſcribi. 13

Et huius deciſionis ea eſt ratio, nam ſicut omnis præſcriptio tollens viſitationem Iure cōmuni inductam meritò prohibetur, vt iam dixi & præſcriptio contra procurationem, ratione viſitationis Iure communi debitam, ſaltim Iuris præſumptione tollit in effectu viſitationem ipſam, quia ordinarij præſumuntur omittere, & negligere admiſſa præſcriptione contra procurationem, quæ ad viſitationē peragendam Iure inſtituitur, vt collligitur ex *dicto cap. cum ex officij.* dum dicit contra procurationē ratione viſitationis debitam præſcribi non poſſe, quemadmodùm, nec contra viſitationem ipſam; Ita omnes præſentiunt ſecundùm Barboſam, 14

aduertentes procurationem esse annexam visitationi, ac subinde de illa, & de ista circa præscriptionem esse idem Iudicium: argumento Textus *in cap. super eo de Parochis.*

15 Nec obstat ratio argumenti *suprà* adducti in dicto versic. *vltimo*; Scilicet vt quemadmodùm per priuilegium ab Ecclesia procuratione liberari, quis possit ex Textu *in dicto cap. accedentes* 1 r. *hoc tit.* versic. *mandamus*, *dicto cap. instantia de censibus*: Sic & per præscriptionem inata æquiparationem vtriusque, de qua in argumento, quia respondeo quod & si procuratio queratur per priuilegium; per quod Ecclesia superioris authoritate illius procurationis capax efficitur; Tamen præscriptione procurationem illam acquirere non poterit cùm Ecclesia incapax sit illius præscriptionis, eo quod obedientia à qua resultat visitatio nequeat præscribi, vt iam de vtroque dictum est ergo cum ob visitationem veniat procuratio, vt diai, & per consequens fit. vt in ea denegetur præscriptio, cum obedientiæ sit accessoria, vt notaut Abbas *in dicto cap. accedentes, n.* 3. Graña *n.* 5.

16 Vnde infero interpretationem ad Textum, *in dicto c. accedentes*, quatenùs in eo procuratio debita nuntiis vel legatis; Sedis Apostolicæ, aut Episcopis, vel aliis visitationis ratione non præscribitur ex iam relatis iuribus, quibus consonat Textus de Iure, seu victualium debitum nuntiis, & legatis Apostolicis, vel Prælatis visitantibus, aut eorum vice gerentibus, quod Ius ab ipsis visitatis debetur ratione officij; vel alia iusta causa *dicto cap. cum instantia, cap. procurationes de censibus*: explicant Abbas *cons.* 28. Surdus *de alimentis tit.* 2. *princip.* 18. *n.* 13. Azor. *institut. moral. p* 2. *lib.* 3. *cap.* 42. *q.* 17. Molina *de Iustitia, & iure tractatu* 2. *disp.* 85. Menochius *de arbitrariis casu* 44. *num.* 6. *& cons.* 143. Gonçalez *ad Regulam* 8. *Cancelaria*, *Glossa* 4. §. 6. *num.* 37. Stephanus Gratian. *discept. forens. cap.* 57. *num.* 19. Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 9. Donellus *lib* 4. *comment. cap.* 3. *& lib.* 5. *cap.* 22. vbi Osualdus *littera B, & C.*

17 Cumque nuntij Apostolici propter publicam vtilitatem mittantur, *dicto cap. procurationes*, *cap.* 1. *cap. dilectus de officio legati cap. valdè* 94. *dist.* meritò dicunt Interpretes iustum esse, vt Ecclesiæ ad procurationis solutionem teneantur, cum propter earum fauorem, & publicam vtilitatem legati mittantur, aduersùs quam præscriptio admitti vnquam debet ex Textu, *in leg. præscriptio, Cod. de operibus publicis*: argumento Textus *in cap. si diligenti de foro competenti.* & plurium difficultatum *ibi* adductarum.

18 Hanc conclusionem probat Barbosa *num.* 2. *&* 3. cum multis adductis *in dicto cap. accedentes*, *& in dicto cap. cum ex officij, n.* 1. *&* 2. eo quod in hoc casu agitur de vtilitate publica Ecclesiarum & agitur de recognitione subiectionis, & de compensatione solicitudinis, quam omnes Ecclesiæ debent Apostolicæ Sedi, quæ aliundè commodè nequit suos legatos sustentare, ac subinde ne legationes impediantur meritò ab omnibus Ecclesiis procurationes persoluit, vt intendit *ibi* Textus in illis verbis ibi, *quod omnibus imminet*, nec posse aliquem præscriptioné excusari ait, quæ in his terminis prohibetur in præiuditium Sedis Apostolicæ, vt satis expressit Pontifex *in dicto cap cum instantia in fine princ.* & vtrobique DD. & *hic*, Abbas *n.* 5. Felin. *n.* 6.

19 Itaque iam pro majori enodatione *dicti capituli accedentes.* explicatione, & aliorum de procuratione debita Superiori loquentibus, intelliges eam non præscribi, sine in toto, siue in parte, veluti cum minuitur quantitas, aliàs soluenda iuxta Textum *in cap. cum Apostolus de censibus extrauag* 1. *illo tit. inter communes*; Id etiam intendit Glossa, *in cap. relata* 10 *quæst.* 1. Abbas *in dicto cap. cum ex officij*, *num.* 13. & alij per Felinum *n.* 12 & Parisium, & suadetur ex illo Textu ibi, *qua ratione visitationis debetur*, siquidem procuratio sic debita est illa integra, de qua *in dicto cap. cum Apostolus*, ibi, *nec aliquo modo*; Nam aliquo modo contra procurationem præscribitur, si quo ad aliquam eius partem admittatur præscriptio; Ita Barbosa ibi, *n.* 5. contra Abbatem, & Felinum, *dicto num.* 6. *& n.* 13. Marcanum *de visitatione, num* 43 *&* 55. quorum opinio ait, vt non probetur hodie ex dicta extrauaganti, versic. *nostra*, vt existimant Felinus, & Parisius *suprà*, quia Textus ille non approbat præscriptiones minuentes procurationem, sed consuetudines, in quibus longè videtur esse diuersa ratio, vti iam suprà adduxi *in cap.* 7. *quæst.* 1. versic. *ad vltimam* Verùm ex nouiori Iure Tridentini Concilij, *sess.* 24. *de reformatione cap.* 3. versic. *In his verò locis* apprehenditur vt possit præscribi procuratio; ita vt peti non valeat, vbi illam non dandi viget consuetudo, vt per Giasetium *in praxi Episcop. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 65. Barbosa *in dicto cap. cum ex officij*, *num.* 2. *in fine*, & faciunt adducta à Gratiano *discept forensium, cap.* 57. *num.* 19.

20 Notandum verò est etiam de Iure communi procurationem non prohiberi respectu modi, vt scilicet procuratio potiùs in fructibus his, vel illis, quam in pecunia, vel econuersò, se iuxta alium, quamuis modum diuersum præstetur, vt obseruant Doctores communiter, *in dicto cap. cum ex officij* ea Felino *à num.* 10. Marianus *vbi suprà dicto num.* 49. Bernardus *Regula* 604. *versic.* 1. Concilium Trident. *vbi suprà*, versic. *si tamen in opinione*, Barbosa *ibi*, *& in dicto cap. cum ex officij sub dicto num* 5.

21 Vbi similiter aduertit prohiberi præscriptionem contra procurationem futuram, ne scilicet in futurum eximatur quis à solutione illius, sed eam admitti dicit contra procurationem præteritam, id est annorum præteritorum secundùm omnes; quia cessat ratio, de qua *suprà* cum iam tunc nullum vertatur præiudicium visitationis, quæ iam præ illis annis processit, sed solius ordinarij; cui quantitas est soluenda, *&* contra quem præscribi apertè docet Pontifex, quamuis alius contra eundem; & probatur hoc ex dictis *suprà in cap.* 1. *q.* 4 de præscribendis debitis famulorum, & aliorum, quæ triennio præscribi valent.

22 Nec obstat Textus *in dicto cap. accedentes*, in versic *subsidium impertiri*, vbi quia Clerici, & Canonici pro parte contribuebant videtur inductam fuisse præscriptionem contra procurationem; quia respondetur in Texto *ibi*, tantùm esse dissidium inter Canonicos, & Clericos, eo quod Clerici petebant, vt Canonici pro parte contribuerent in procuratione legatorum, à qua contributione contendebant Canonici se esse exemptos præscriptione. Vnde oritur non fuisse quæstionem super allegata præscriptione Canonicorum aduersùs Pontificis legatos, sed

tantùm

tantùm inter Canonicos,& Clericum, & nihilominus Pontifex in his terminis improbat præscriptionem, & sic eam non valere, per quam vna pars Clerici in præiudicium alterius non eximitur, ab onere procurationis, de quo, *ibi*, ita vt pars reliqua ad integram procurationem teneatur vt obseruant, *ibi*, Felinus *num. 6. ante finem*, & Zabarela, & Doctores, *in d cap. cum inst. de censibus*. Et hunc intellectum sequi videtur Barbosa *in d. c. accedentes, num 5.* ex illis verbis, *omnibus im-*
13 *minet ab omnibus, &c.* † Et ex, *d. cap. cum instantia*, ibi, *nullam habere volumus excusatam*, sed ego magis probo in hoc casu contrariam sententiam, quam tenent Ioan. de Lignano, & alij relati à Felino *dict num 6.* versic. *caeterum*, Marianus *de visitatione num.* 50. Bernard. *dict. reg.* 604. *limitatione 2.* Abbas *cons.* 94. *num. 2. lib. 1. & cons. 17. num 5. lib. 2.* dum tamen ex hoc factum nullum oriretur præiudicium legatis Apostolicis, in quota procurationis; sibi debita ab antiquo; eo quod obligatio partis Canonicorum recaderet contra Clericos litigantes media præscriptione Canonicorum, ex iam antea dictis de præscriptione obedientiæ, & visitationis, si præscribens aduersùs vnum, recadat in obedientiam alterius, ita vt semper subditus maneat, & si non eidem prælato.
14 Nec his omnibus impedimento est adductum illud, *supra, in princ.* quod hæc scilicet obedientia, visitatio, procuratio, & alia similia, sunt de Iuribus Episcoporum, sed Iura Episcopalia præscribi possunt, vt docent Textus *in dicto cap. de quarta, cap. auditis, cap. cum olim hoc tit* ergo & præfata debent absolute præscriptionem admittere.
15 † Sed respondeo; vt in plurimum Iura Episcopalia posse præscribi, sed non omnia, qui excipiuntur nonnulla speciatim Iure prohibita, in quibus specialiter bonum publicum, & grauissimum Reipublicæ præiudicium ita suadet. Et sic fit vt licet subditi possint præscribere exceptionem, à nonnullis oneribus, in quibus Episcopo subijciuntur vt in dictis capitibus de quarta, auditis, & cum olim, sed non ob id poterunt præscribi obedientia, visitatio, & procuratio, ex rationibus iam longa adductis, nisi eo modo, vt dictum est.
26 Nec iterum obstat Textus, *in cap. cum olim ad finem*, versic. *quia verò*, ibi, *aliis etiam cessantibus*, de priuilegiis, vbi probatur cessantibus priuilegiis sedis Apostolicæ potuisse monasterium, de quo ibi præscribere exemptionem, & obedientiam Episcopo debitam, quia respondetur Textum illum procedere, & intelligi debere de illa præscriptione per quam obedientia ab Episcopo translatus ad Romanam Ecclesiam, cui se monasterium subiecerat, & sic fieri, vt subditus non fiat acephalus, id est sine capite contra dictum ad rationem Textus nostri, sed potius adhuc sit subditus, cum mutatione vnius prælati, & subrogatione alterius, in quo facto nulla datur propria præscriptio, vt iam dixi, & considerat Barbosa *hic n. 3. in fine.* Ad confirmationem adductam, *sup. in princ.* in versic. *& confirmatur*, quia spectat ad intellectum, an suprema Principum Iurisdictio possit præscribi; id eo aduertes ad ea, quæ *infra*, subijcientur in quæstione sequenti.

QVÆSTIO II.

An suprema Iurisdictio Regum possit præscribi, & quando, & qualiter aduersùs eam contingat: An præscriptio procedat in actibus facultatiuis: Et an Ius offerendi præscribatur in pacto redimendi: Et an Iurisdictio possit præscribi contra alios Dominos temporales: Et an merum, seu mixtum imperium præscribi possit: Quid de Iurisdictione suprema Reus faciendi Iustitiam: Et de altis Regalibus circa tertias decimales remissiue?

SVMMARIVM.

1 *Res spectantes ad Regem sunt in duplici differentia.*
2 *Iurisdictio potest consuetudine acquiri, & an præscribi, n. 3.*
3 *Præscribi queunt res Principi competentes ratione dignitatis præseruata, & quæ sint.*
Cap. super quibusdam, §. præterea de verb. significat.
4 *Res Principi reseruatæ in signum potestatis supremæ, non præscribuntur.*
5 *Tributi præstatio in recognitionem vniuersalis Dominy, tempore non tollitur nec census sic constituti præscribuntur.*
6 *Consuetudo aduersùs collectas, & tributa Regi debitas improbatur.*
7 *Tributa regalia vt sua petens repellitur, nisi ostendat titulum sui priuilegij.*
8 *Res ad Regem pertinentes, quæ vtique alij cuiuis priuato possent spectare, præscribi queunt, & quæ iste sint.*
9 *Res Principi delatæ, ratione delicti alicuius, queunt præscribi, & quanto tempore, numero 10.*
11 *Quasi possessio non acquiritur per actus Iure familiaritatis contra, n. 12 defenditur sub distinctione, n. 13.*
12 *Actus dandi vocem in capitulo, solent Iure familiaritatis concedi, & exerceri Iure proprietatis.*
13 *Actus mere facultatiui, vt in fructibus, & seruitutibus negatiuis à quo tempore præscribi queant, n 14. & 15.*
16 *Præscriptio immemorialis in actibus facultatiuis, qualiter procedat.*
17 *Actus eundi ad molendum, seu ad coquendum, quando præscriptionem inducant.*
18 *Ius negatiuum non præscribitur tempore immemoriali, si nulla præcessit prohibitio.*
19 *Vicinus etiam per mille annos, non tollens Domum suam, potest tollere, non obstante allegata præscriptione sui conuicini.*
20 *Immemorialis vsus, qui nequit allegari in actibus negatiuis, potest allegari in Iudicio ad probationem tituli.*
21 *Præscriptibilia non sunt ea, quæ sunt facultatis publica, secus si sunt facultatis priuata.*
22 *Offerendi Ius in pacto redimendi, secundum aliquos nunquam præscribitur, num. 23. 24. Verius est annu. 30. aliquando 40. numero 25. 26.*

27 *Iurisdictio contra Dominos præscribitur Iure ordinario 10. seu 20. annorum, si adsit pacientia, & scientia, n.28.*
28 *Iurisdictio, quæ transit in priuatum, quantum ad præscriptionem admittit qualitatem Iurisdictionis Regiæ.*
29 *Immunitas soluendi collectas priuato præscribitur annis 10.*
30 *Imperium merum consistit in potestate maxima concedendi leges, & mouendi bellum, Magistratus creandi, noua vectigalia instituendi, remittendi pœnam, Ius appellandi num. 31. 32. 33. 34.*
35 *Appellationes fuerunt populo reseruatæ lege valeria, Regibus expulsis expulsis, & sub qua pœna.*
36 *Imperium merum nulli Iurisdictioni coniunctum est, denotat enim meram exequutionem.*
37 *Imperium merum Iurisdictionale potest præscribi, sed quoto tempore Doctores variant sub distinctione contingit, n. 39. 40. 41.*
38 *Imperium merum, nequit in alios transferri.*
39 *Potestates imprascriptibiles, resident in Principe.*
40 *Iurisdictio Ciuilis, seu criminalis, quanto tempore aduersus Regem præscribatur, num. 41. & an requiratur scientia eius, seu suorum officialium, n. 43.*
41 L. 1. tit. 15. lib. 4. recop.
42 *Præscribuntur solo tempore immemoriali, quæ absque Principis concessione exerceri nequeunt.*
44 Cap. 1. de præscript. lib. 6.
45 *Ecclesiastica res turpiter sine titulo possidentur.*
46 *Iurisdictio faciendi Iustitiam, hoc est vt grauati non appellent ad Regem, nequit præscribi, num. 47.*
48 *Appellatio est fundamentum pupillaris libertatis.*
49 *Præscriptio incorporalium, quando contingat remissiuè.*
50 *Præscriptio non procedit in communione inter duas vniuersitates, absque Regio assensu, nec in aliis multis,* numero seqnenti, ad 58.
51 *Præscriptio cessat, stante Principis prohibitione, cessat in decima, sed non in quota, num. 52.*
53 *Præscriptio cessat existente Iuramento.*
54 *Loca religiosa, non præscribuntur à laico, & alia, vt hic, nec Res publica, & aliæ.*
55 *Persona non præscribitur, nec Parochiarum fines, nec termini ducatuum.*
50 *Prescribens debet rem proprio nomine possidere.*
60 *Creditor, cui pignus aliquod commissum est, non prescribit.*
61 *Persone, quæ aliis prescribunt.*
62 *Regalia an possit acquiri titulo, prescriptione aut aliter remissiue vbi etiam quoad tertias decimales.*

1 QVia Glossa hic, verbo *non obstante*, enumerat quasdam res, in quibus præscriptio non procedit, seu prohibetur, & Glossa *in c. Clerici 16. quæst. 3.* ideo de præfatis quæstionibus, & de aliis optimè hic inquiritur, & quatenus pertinet ad primam quæstionis partem, vt respondeam dico constituendam esse differentiam inter res, quæ ad Principem pertinent in recognitionem supremæ potestatis, & in signum subiectionis, item inter res, quæ ei non debentur in signum eius dignitatis; item inter res, quæ Principis sunt, quia pertinent ad Regiam coronam, & inter illas, quæ ad Principem spectant tali titulo, vt etiam possent ad priuatum spectare.

Quo supposito, & suppositis his, quæ adduxi, *suprà, in cap. cum contingat de foro compet.* vt iam supra notaui ante Rubricam huius tituli de Iurisdictione: generaliter docent, Panormitanus *in dict. cap. cum contingat.* vbi alij, & *in cap. irrefragabili, §. excessus de officio ordinarij,* Couarruuias *in reg. possessor. 2. p. §. 3.* Menchaca *quæstion illustrium lib. 2. cap. 82.* Azeuedus *in l. 1. §. denique. ff. de aqua quotidiana, & æstiua, & in l. imperium, ff. de Iurisdiction. omn. Iudic.* post multos resoluit Balboa *in cap. de quarta de præscription. quæstion. 4. num. 1. & 2.* in fine dicens quod si hæc conclusio in dictis Iuribus non probetur, eo quod loquantur de consuetudine, & in multis differant consuetudo, & præscriptio, vt iam alibi adduxi; & sic, etsi consuetudine Iurisdictio dari possit, ex Glossa celebri, *in cap. quanto de officio ordinarij, & in cap. conquæstus 9. quæstion. 3.* & notant cum Bartol. & Iasone Doctores, *in l. more, ff. de Iurisdictione omnium Iudicum:* copiosè Felinus *in cap. auditis, hoc tit.* tamen & si nonnulli existiment id non rectè ad præscriptionem extendi, adhuc etiam ad præscriptionem porrigi, cum in rei proprietate talis consuetudo, potius dicatur præscriptio. 2

Ego tamen sic constituo ad primam difficultatis partem, quod etsi, Bartolus *in dicto §. denique, & in l. infamem, Cod. de publicis Iudiciis, & in l. hostes, ff. de captiuis,* Balbus *de præscription. 2. p. quæstion. 4.* versiculo *secundo principaliter 5. partis, princ. num. 1.* Et alij doceant etiam supremam Iurisdictionem posse præscribi ex Textu *in cap. super quibusdam, §. præterea de verb. signif.* vbi tabellionum, institutio, legitimatio, & similia, quæ Principi competunt, præscribuntur: tamen hoc procedit in illis rebus, quæ Principi competunt, non in signum supremæ potestatis, sed tantùm ratione dignitatis præseruatæ, vt nullus eam, præter Principem expedire possit, iuxta contenta, *in dicto cap. super quibusdam, & in cap. 1. quæ sint regalia,* Bartol. *in l. Publicanus, §. vltim. ff. de publicanis:* late Couarruuias quem sequitur Faquineus *controuersiarum, lib. 13. cap. 81.* commendans, vt videatur, Surdus *decis. 1.* cum aliis Balboa *in dicto cap. de quarta dicta quæst. 4. num. 8.* quid id porrigit ad inductionem vectigalium. † Secus tamen esse in rebus seruatis Principi in signum potestatis supremæ, quæ cum ita ossibus eius inhæreant vt ab ipso nullo pacto, nulloque Iure diuelli queant, nullam præscriptionem admitti: tradunt, Ioannes Andreas ad Speculator, *tit. de Iurisdictione omnium Iudicum,* in Glossa magna Decius *consil. 303. col. 3.* Boërius *decision. 50, numero 12.* Couarruuias *in reg. possessorib. 2. p. § 2. num. 7.* & in hoc casu intelligendi sunt, Abbas *in cap. venerabilem, qui filij sint legitimi,* & in hoc nostro Textu, quam dicit communem opinionem, Socinus *consil. 275. col. 3. libro 2.* † Et fundamentum est, *in l. competit. Cod. de præscriptione trigenta, vel quadraginta, annorum,* vbi 3 4 5

vbi præstatio tributi, quæ fit in recognitionem vniuersalis Dominij tempore non rollitur; & sic tributa, & census, qui hac ratione Principi debentur, non præscribuntur, Abbas *in cap. ad audientiam, hoc titulo*, Balbus *p. de præscription. quæstion.* 2. Balboa *vbi supra dicta quæstion.* 4. *num.* 5. & facit Testus, *in l. vltima,*
6 *tit* 13. *lib.* 3. *ordinamenti.* † Et facit, etiam dispositum, *in l.* 1. *titulo* 18. *lib.* 9. *recopilat.* quæ improbat, quamliber consuetudinem aduersùs collectas, vulgò, *alcaualas*, Regibus præstandas; imo & Iure Regio ita cautum est, *in l.* 2. *tit.* 14. *lib.* 4. *comp.* vt Ius exigendi gabellas nulli vnquam competat, nisi Principibus supre-
7 mis. † Ob idque si aliqui eas prætendant, vtique obligentur ad ostendendum titulum, & priuilegium concessionis Regiæ: bene Azeuedus in dictis legibus, Auendañus *in cap. prætorum, cap.* 4. *num.* 2. *lib.* 2. & accedit ea ratio, quia cum suprema potestas à Deo dicatur prouenire, *Authentica quomodo oporteat Episc.op & ibi,* Glossa in verbo *sancimus*, certè im præscriptibilis erit, vt tradit Innocent. *in c. bona el* 2. *de postul. prælator*

8 Vnde infero ad aliam diuisionem, nempe vt in illis rebus, quæ ad Regiam coronam pertinent, & tamen possent Iure Communi ad alias personas priuatas spectare præscriptionem admitti, veluti prata pascuorum, ferarum viuaria prædia rustica, & vrbana, quæ fisco principis, propter aliquod crimen delata non sunt, de
9 quibus fit mentio, *in l.* 1. *tit.* 17. *p.* 5. † Imo constituo res Principis delatas, vel ex delatione acquisitas præscribi posse, ostendit, Couarruuias *in* 4 *de sponsalibus* 2. *p. cap.* 6. §. 8. *numero* 16. vbi de rebus delatis fisco ex causa hæresis, aut læsæ maiestatis humanæ, vel ex causa commissi, ob non solutum vectigal; pro quibus faciunt adducta, *supra in cap.* 1. *de fisco,* & quæ cum multis notat Balboa, *vbi supra, num.* 4. *dicta quæstion.* 4. *& à numero* 9. qui, *numero* 12. ait; quod in rebus Principis, sed vt priuati habeat aduersùs Principem locum præscriptio illa, quæ alias aduersùs quoscumque priuatos admittitur: sic Baldus *in l.* 2. *in principio, Cod communia de vsucapionibus*: latius ostendit, Aymon *de antiquitate* 4. *p. cap. absolutus, num.* 33. 34.

10 Sed quanto temporis spatio res fisco applicatas præscribantur, non vna est Doctorum sententia, alij quinquennio, alij triginta annos, petunt, alij 20. alij 40. pro quinquennio facit, Textus *in l.* 2 *Cod. de Apostatis*, *l.* 2. *Cod vectigal. & commis. l. in cognitione, ff. ad silanianum*: pro annis 30. *l. sicut*, *l. omnes*, *Cod. de præscription triginta, annorum*, pro annis quadraginta, Testus *in cap.* 2. §. 1. *de præscription. lib.* 6. & rectè in illa specie, vbi agitur de confiscandis hæreticorum bonis, fuit processum, vti iam, *alibi*, explicui, *in cap.* 1. *quæstion.* 2. *à numero* 1. sed dictum de quinquennio, & triginta annorum, Faquineus improbat, *lib.* 9. *controuers. cap.* 56. pro annis viginta, affertur, Textus *in l. in omnibus, ff. de Iure fisci*, & hanc probat per Textum, *ibi*, & per Textum, *in l. querela, Cod ad legem Corneliam de falsis.* Et facit optimum argumentum Peregrini de Iure Fisci, *libro* 6. *titulo* 8. *numero* 36 nam ait si de delicto cognosci potest, vsque ad annos viginti, quoad condemnationem in persona, multo magis, quoad condemnationem in rebus, quæ est accessoria, & quia personæ sunt digniores, videbis, Farinacium cum multis, *de inquisition. quæstion.* 10. *numero* 81. *& titulo, de delictis, & pœnis, quæstione vigesimaquinta, à numero* 158.

Ad secundam quæstionis partem iam alibi 11
disi, quod per actus familiaritatis, non acquiritur quasi possessio, quia non fuit Iure proprio, nec animo Domini ex, *l. Iure familiaritatis* 41. *ff. de acquirenda possessione, l. si mulier l* 22. *ff. de quibus modis vsusfructus petatur, l. & hober, §. hospes, ff de precario, cap. bona el.* 2. *de postulatione prælatorum*, vbi Doctores. † Quod vi- 12
detur ex aliis improbari, ex eo quod actus dandi vocem in capitulo; soler Iure familiaritaris concedi, sed iste Iure proprietatis solet exerceri, vt probant Doctores, *in cap. cum Ecclesia Sutrina de causa possessionis, & proprietatis*, vbi Innocentius, Ancharranus, *numero* 18. Panormitanus *numero* 24. Ripa *numero* 38. Couarruuias *in regula possessor.* 2. *p.* §. 4. *numero* 6. Mascardus *de probationibus, tomo* 3. *conclusion.* 1183. 1125. & in actibus, qui iure familiaritatis exerceri possunt, probat Testus, *in l.* 1. *Marcellus, l. si in meo fundo, ff. de aqua pluuia arcenda, l fluminum* 24. §. *videamus, l. proculus* 26. *ff. de damno infecto, l. operis* 31. *ff de operis libertorum*: ergo in his potest admitti præscriptio.

Verùm dicendum est, quod in actibus à me- 13
ra facultate dependentibus, veluti si fructus Iure familiaritatis percipiuntur, & in actibus dependentibus à mera facultate, siue etiam in seruitutibus negatiuis, velut in seruitute altius, non tollendi, non venandi, non eligendi, nisi certis personis exceptis, nunquam acquiri quasi possessionem, nisi ab eo tempore, quo quis prohibuit voluntatem amplius ædificare, aut venari, aut is qui prohibitus est eligere, acquiescit prohibitioni.

Et ratio est quia in prædictis Iuribus nullus 14
datur casu Iure proprio gestus ab eo, qui vult quasi possidere, nisi per solam prohibitionem, & ante illam, nullus est actus, nisi meræ facultatis ex parte illius, qui altius Ios non tollit, non venatur, non eligit agnoscunt Doctores per Textum *in l. penult. versic. ego puto, ff. de seruitut. l. seruitutes* 19. versic. *vtor, ff. de seruitutibus vrbanorum*, probant Textus, *in cap. Abbate* 25. & ibi, Glossa *de vrbanorum significatione, & in cap. significante* 69. *de appellat. l. et si forte, §.* 1. *ff. si seruitus vendicetur, l. hac autem quinto, ff. de seruitutibus vrbanorum, l. iniuriarum* 13. §. *fin. cum, l. sequenti, ff. de iniuriis, Glossa celebris, in l. qui luminibus, ff. de seruitut. vrbanorum, & in l.* 1. *Codice, de seruitut.* sic docent communem, Gomezius *in l.* 46. *Tauri, numero* 7. Padilla *in dicta l.* 1. *numero* 14, *Cod. de seruitut.* Bursatus *consil.* 192. *numero* 10. *volum.* 2. Rebuffus *ad leges Gallicas titulo de materiis possessoriis in præfatione, numero* 184. Couarruuias *in regula possessor.* 2. *p.* §. 4. *numero* 6. Rota diuers. *decisione* 431. *p.* 1. † Imo Glossa *in dicto cap. Ab-* 15
bate, in versiculo, *centum, Glossa in dicta l. qui luminibus, Ripa in dicto cum Ecclesia Sutrina, numero* 68. dicunt prædictam

O 4 sententiam

ſeotentiam eſſe ſeruandam, etiam ſi ante probi-
bitionem elapſum ſit tempus immemoriale, quod
Decius *conſ.271.n.14.& 15.* non videtur admitte-
re, cum etiam dicat in actibus facultatiuis recep-
tum ſit, data immemoriali, præſcriptionem ac-
quiri.
16 Sed vt eumcumque hoc dictum velis intelli-
gere cum Couarruuias *in dict. reg. poſſeſſor. §.4.p.2.*
num.6. verſic. *huic ſane obiectioni*, debes dicere ſem-
per prohibitionem eſſe præceſſuram, alioquin
immemorialem vſum in vim præſcriptionis non
prodeſſe, quia niſi quaſi poſſeſſioné legitimè ob-
tentam præſumamus, præſcriptio huius tempo-
17 tis deficit. † Et ſic Cœpola *de ſeruitutib. vrbano-*
rum, cap.50. Boëtius *quæſt.125.* Ripa *in dict. cap. cum*
Eccleſia ſutrina de cauſa poſſeſſionis, & prop. & ibi,
Balboa *à num.63. & num.69.* Aymon *de antiquitate*
temporum 4. p. cap. materia iſta, num.98. expreſsè
docent in aliquibus ſeruitutibus incorporalibus
veluti in ſeruitute, vt nemo poſſit, niſi ad tale mo-
lendinum, vel ad tale furnum, triticum, vel pa-
nem ad molendum, vel coquendum deferre, non
ſufficere tempus immemoriale, niſi à die prohi-
bitionis præceſſerit legitima præſcriptio, & in
hoc ſenſu dico cum Saliceto *in l. Authoritatem,*
Cod. vnde vi, & cum Couarruuias *dict. num 6.* ver-
ſic. *ego ſane*, ex tempore immemoriali ſumendam
18 eſſe præſumptionem, ſeu præſcriptionem. † Itaque
quoties agitur de acquirendo Iure mere, & ſim-
pliciter negatiuo: tunc reuera Ius negatiuum
non acquireretur, etiam tempore immemoriali
ſi nulla præceſſerit prohibitio, vt probat aperte
Textus *in dicta l. qui luminibus, ff. de ſeruitutibus*
19 *vrbanorum.* † Nam ſi vicinus domum habens,
etiam per mille annos altius non ædificauerit;
non tamen ideo potero allegare Ius quæſitum
eſſe ſeruitutis altius non tollendi contra vici-
num, imo ipſe poterit libere altius tollere, vt
ſentiunt relati, de quo latè, Videndus Ri-
pa *in l. quominus, numero 131. ff. de flu-*
minibus.
20 Vnum fateri poteſt ex multorum ſententia,
vt tradit Couarruuias *in lib. 1. variar. cap. 17.*
quod etſi vſus immemorialis in prædicta ſpe-
cie nequeat allegari in vim præſcriptionis poſſit
tamen in iudicium deduci quaſi ad approbatio-
nem tituli, quem actor aſſeueret ſe ipſum ha-
bere, ad percipiendum huiuſmodi incorpo-
rale Ius, nam ex vſu immemoriali probatur ti-
tulus, qui vim habet conſtituti, & priuilegij,
l. hoc Iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana
cap. ſuper quibuſdam de verb. ſignif. cap 1. de præſ-
cription. hoc tit. lib 6. vbi Doctores, de qua im-
memoriali dico, *infra in cap. ad audientiam 13.*
21 *cap. cum nobis 13. hoc tit.* † Et ego cum Couar-
ruuias *lib. 1. variar. cap. 9. num. 2.* generaliter
dico ea, quæ ſunt facultatis publicæ præſcribi
non poſſe; ea verò, quæ facultatis priuatæ, eſſe
præſcriptibilia, ſecundùm Baldum *in l. licet, &*
ibi, Corneus, col. 1. Cod. de Iure deliberandi, l. in
bello, § ſi quis ſeruum ff. de captiuis, l. vltima, ff de vſu-
cap l. quiſquam, ff. de diuerſis, & temporalibus præſ-
criptionibus.
22 Ad tertiam quæſtionis partem an Ius offeren-
di præſcribatur, vt plenius intelligas adiunges
dicta, *ſupra in cap. de quarta, quæſt. 1. hoc ti.* vbi
de præſcriptione oblationis defunctorum à pa-
rocho aduersùs Epiſcopum, nunc verò de alio
offerendi Iure agitur, nempe in contractu con-
uentionali, retractus, de quo Latiſſimè *in cap. fin.*
de emptione, & venditione, in quo contractu
competit venditori oblato pretio Ius redimendi
rem venditam, quod ei ex conuentione acquiſi-
tum eſt; & ſic videtur, quod cum hoc Ius pen-
deat à mera facultate venditoris, nequeat vllo
tempore præſcribi ab emptore, & facit Textus
in l. pure, §. vltimo ff. de doli except. l. Paulus, §. vlt. ff.
quibus modis pignus, vel hypoth ſoluatur, ſed hoc re-
dimendi ad pretij oblationem pertinet, *l. 2. Cod.*
de pactis inter emptorem, & venditorem, & ſic
conſequitur eo Iure præſcriptionem nequa-
quam obeſſe. ſed & hoc tollitur ex eo quod
Iuri offerendi coniuncto, Iuri excipiendi, &
tandem exceptioni nunquam præſcribi, vt
notat, Bartol. *in l. pignoris, ff. de vſucapionibus.*
Secundò videtur probari ex Textu *in l. quod ſi* 23
nolit, §. ſi quid ita venierit, ff. de edilitio edicto,
& in dicta l. 2. Cod. de pactis inter emptorem, &
venditorem, vbi conuentio redimendi rem ven-
ditam, ſi certum tempus præfinitum non fue-
rit in perpetuum Ius redimendi tribuit. † Ter- 24
tiò quod emptor cum ſciat ſe obligatum re-
uendere venditori, quoties is redimere volue-
rit nullo tempore poſſit præſcribere, quippe
qui malam fidem habeat, contra regulam Tex-
tu *in c. vigilanti c fin. hoc tit.*
Sed pro contraria ſententia facit Doctorum 25
commune placitum *in dicta l. 2. & in l. Regia*
41. titulo 5. p. 5. & multi, inter quos Felinus
in cap. cum acceſſiſſem de conſtit. num. 27. & in Ru-
brica huius tituli, Anchatranus *conſ. 331. col 2.*
Baldus *conſ. 303. lib. 1. num. 3.* Ioannes Faber, *in*
l. cum notiſſimi num. 14. Cod. de præſcript. triginta
annorum, Alexand. *conſilio 228. lib 6. col. vltima,*
Iaſon. *in l. ſi mater, num. 5. Cod. de inſtitution. &*
ſubſtitution. idem *num. 10.* Decius 7. Iacobinus
col. 5. Claudius *num. 5.* Antonius Rubeus *conſ. 3.*
num. 7. Socinus Iunior *conſ. 145. lib. 1. num. 36.*
Cagnol. *in dicta l. 2. Cod. de pactis num 4.* Pari-
ſius *conſ. 92. col. 1. lib. 3.* Balbus *de præſcriptioni-*
bus 4. p. 5. partis princip 9. 3. Rebuff. *in l. vnica, Cod.*
de ſentent. quæ pro eo quod intereſt 1. notab.
num. 53. Tiraquellus *lib. 2. de retractu, §. 1. gloſ-*
ſa. 2. num. 7. & 29. Caſſaneus *in conſuetud. Bur-*
gund. Rubrica 5. §. 1. & conſ. 11. num. 9. Angelus
ante omnes *conſ 55.* & Couarruuias cum aliis
in hoc pacto Iuris offerendi præſcriptionem ad-
mitti ſpatio 30. annorum, cum ab initio hoc Ius
venditor actione perſonali comperat, quæ
competat illo temporis curſu ex *l. ſicut rem,*
Cod. de præſcription. triginta annorum, taliter, vt
his elapſis, non poſſit venditor actionem ipſam
in Iudicio deducere; imo Tiraquellus, Felinus,
Pariſius, & alij relati *ſuprà* & Couarruuias *dicto*
lib. 1. variarum cap 9 à num. 2. & num. 5. docent
hoc Ius offerendi id eſt redimendi, oblato pre-
tio rei venditæ procedere etiam ipſo emptore
ſciente, nec ignaro propriæ obligationis. Et
quia longe Couarruuias hanc difficultatem ex-
planans *ſuprà à num 6.* illam amplectitur im-
probans, Anchatranum *conſ 331.* dicentem hoc
Ius redimendi decem tantùm annis tolli: ve-
rius tamen eſt ex dictis, vt deſideretur an-
ni 30. ſi bona fides aderit. † Imò & *num. 7.* 26
ait cum multis, quod ſi tale pactum Iuratum ſit
pertinens ad promiſſionem, & pactum redimendi
neceſſarium eſſe quadragenariam præſcriptio-
nem, eo quod Iuramentum perpetuat actionem
ad

ad 40.annos, etſi alioqui temporalis ſit, *l. nam & poſteà, §.ſi is qui temporali ff. de Iureiur.* vbi Bartol. Angel. Alex. & DD. *l.* 14. *tit.* 11. *p.* 3. *iuncta l. vlt Cod. de præſcript. 30 annor.* ad quod adjunges quæ adduxi *in cap.4 hoc tit. quæſt.* 3.

27 Ad quartam quæſtionis partem, & ad alias ſe-
quentes, de præſcribenda Iuriſdictione, diſtin-
guendum eſt; nam aut agimus de præſcribendo
contra Regem, aut contra Dominos alios pri-
uatos, ſi contra iſtos, dicendum eſt præſcribi
tempore ordinario 10. vel 20. annorum, iuxta
regulas præſcriptionis inter præſentes, & ab-
ſentes, dum tamen adſit patientia, & ſcientia
illius, contra quem præſcribitur quæ habet vim
tituli, vt *in l.2. Cod. de ſeruit & aqua*: facit Tex-
tus *in l. fin. Cod. de long. tempor. præſcript.* Bernardus
Diez de Lugo *reg.* 396. in terminis noſtris tenent
Auendañus *in cap.1. prætor. lib.* 1. *num.* 21. *verſic.
ſexto deducitur*, Gutierrez *lib.* 5. *pract. quæſt* 87.
Couarr. *in reg poſſeſſor, 2. p §.3. num.* 5. vbi pluribus
cum ſequentibus teſtatur eſſe communem, in
quo frequentiores conueniunt ſecundùm Padil-
lam *in l.1. num* 53. *Cod. de ſeruit & aqua*, ſequitur
Salcedus *in reg.* 397. † Et confirmatur *ex l.* 1.
tit.15. de las preſcripciones, lib. 4 *recopil.* quæ cùm
loquatur de præſcriptione aduersùs Regem, vbi
aſſignatur aliud tempus: ſequitur dicendum, vt
cùm agitur de præſcribendo aduersùs alios Do-
minos, veluti Duces, Marchiones, Comites; etſi
à Rege Iuriſdictionem habeant eam poſſe præ-
ſcribi prædicto tempore 10. vel 20. annorum, ſi
adſit bona fides, & titulus ex regula Textus *in
dicta cap fin. hoc tit.*

28 Iterum probatur ex eo, quia quando Iuriſdi-
ctio tranſit in priuatam perſonam, amittit quan-
tum ad præſcriptionem, qualitatem Regiæ Iu-
riſdictionis, vt cum Iudicio notauit Iaſon. *in l.
fin. num.* 21. *Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis*, Auenda-
ñus & Gutierrez *vbi ſuprà*. & ita dixit Balboa
in dicto cap. de quarta, de præſcript. quæſt.4. num. 20.
Iuriſdictionem in præiudicium priuati, & con-
tra illum ordinario tempore acquiri, quo alij res
priuatorum acquiruntur, quia nulla ratio diffe-
rens ſtat in præſcribenda Iuriſdictione, ac præ-
ſcribendis aliis rebus incorporalibus, vt com-
muniter docent Doctores *in l. imperium, ff de Iu-
riſdict. omn. Iudic.* teſtatur Baldus *in l.* 1. *num.* 18.
Cod. de emancip. liberor. & conſ. 439 *lib.* 3. Alexand.
conſ. 16. *num* 27. *lib.* 1. Balbus *de præſcript. p.* 5 *princ.
2. p.* verſic. *circa primam quæſtionem*

29 Et conducit illud, quod dicit Nicolaus Bo-
rius *decif.* 236 vbi concludit quod immunitas à
collectis, ſi debentur Regi non præſcribitur mi-
nori tempore 40. annorum, ſi verò debentur pri-
uato ex priuilegio præſcribatur communi 10. &
20. annorum tempore.

30 Ad quintam quæſtionis partem, an merum,
ſeu mixtum imperium præſcribi poſſit, & vt ex-
pendas aduertes breuiter merum imperium con-
ſiſtere in poteſtate concedendi leges, quæ maxi-
ma dicitur, quia cum ſubditis non eſt commu-
nicabilis, vt notant Carbonius *in tract. de legi-
bus, lib.* 11. *diſput.* 10. Guillotus *de Iuriſdictione &
imperio, lib.* 1 *cap.* 3. Doctores per Textum *in l fin.
Cod. de legibus*; item poteſtas monendi bellum
effectus eſt ſupremi Imperij, vt Doctores agnoſ-
cunt per Textum *in leg.* 1. *Cod. vt armorum vſus
lib.* 11. Auſterius *in tit de guerris*, Ioannes de Li-
31 gnano *in tracta de bello, cap.* 23. 24. & 25. † Item
poteſtas Magiſtratus creandi, eſt effectus ſupre-
mæ Iuriſdictionis, *cap.* 1. *quæ ſint regalia in vſibus
feudor.* & *l.* 1. *Cod. de metropol.* Berytolib. 10. † Quar- 32
to noua vectigalia inſtituere effectus eſt ſupre-
mæ Iuriſdictionis, *l.* 3. *Cod. noua vectigalia, cap. in-
nouamus de cenſibus, cap ſuper quibuſdam de verbo-
rum ſignif.* quod idem eſt de impoſitione colla-
ctarum, & tributorum, *l.* 3. *Cod. de annonis, &
tributis*: copiosè ſcribit Chacbertanus *in Pede-
montanis decif.* 155. Lucas da Penna *in l. contra pu-
blicam, Cod. de militari, lib.* 12. † Quintò pœ- 33
næ remiſſio, eſt effectus ſupremæ Iuriſdictionis,
& Imperij, quam ſolus Princeps facere poteſt,
*l. ad beſtias, ff. de pœnis, §. planè, inſtit. de Iure natu-
rali*, vbi Principis voluntas, ſola dicitur indul-
gendi, circa *l.* 1. & 2. *Cod. de ſententiam paſſis*: tra-
dit Iſernia *cap.* 1. *quæ ſint regalia.* † Sextò, Ius 34
appellandi ad Principem ſupremum poſt om-
nem ſententiam, & antequam exequutio exer-
ceatur, quæ vocatur appellatio, ſeu ſupplica-
tio, eſt effectus meri imperij, & ſupremæ Iuriſ-
dictionis.

Et ſic Liuius *lib.* 1. & *lib.* 7. & *lib.* 10. ait om- 35
nes appellationes populo reſeruatas fuiſſe lege
Valeria, Regibus expulſis; adeò vt lege Diulla
pœnâ capitis plecteretur, qui legem Valeriam
non obſeruaſſet, & Dionyſius Alicarnaceus te-
ſtatur *lib.* 10. *de Republica Atheníenſi*, teſtatus
fuiſſe apud Athenienſes. † Et quid ſit merum 36
Imperium, & in quo conſiſtat, videnda eſt *lex
Iulia, ff. ad legem Iuliam de vi publica*, ibi. *lege Iu-
lia*, Doctores *in l. Imperium. ff. de Iuriſdict. omnium
Iudic.* & quæ congerit Balboa *in cap.4 hoc tit. q.5.*
vbi dicit *num* 8. merum Imperium nulli coniun-
ctum eſſe Iuriſdictioni; id eſt, nullam admittere
cauſæ cognitionem, quæ propriè ad Iuriſdictio-
nem pertinet, ſed meram denotare executionem,
ex *dicta l. Iulia*, & concludit merum Imperium
eſſe, id eſt, ſolum & purum, quia nihil habet Iu-
riſdictionis admixtum, & ſic Zaſius *in l.* 1. *ff. de
Iuriſdict omnium Iudicum*, appellauit merum Im-
perium, id eſt, abſolutum eſſe in ſolo Principe;
indéque ſequi exequutionem criminalis ſenten-
tiæ eſſe effectum meri Imperij, quia tempore
exequutionis Iudex nullam admittit cauſæ co-
gnitionem, & nullam allegationem, non ſolùm
vt non fiat exequutio, ſed vt ne differatur, *l. ſi
quis fortè, ff. de pœnis*; idémque dici de exequu-
tione Ciuilis ſententiæ: nam hæc ſpectat ad me-
rum Imperium, de quo *in l ſi ſe non obtulit, § ait
Prætor, ff. de re iudicata.*

Vnde iam videtur ad difficultatem reſponſum 37
poſſe præberi ex dictis *ſuprà in hac quæſtione à
num.* 1. vſque ad verſic. *ad ſecundam.* Sed quia in
terminis de hac præſcriptione agunt Iaſon. &
alij antiqui, *in dicta lege imperium*, Balbus *de
præſcriptionibus*, 2. *part.* 5 *principalis, quæſt.* 3. Co-
uarruuias *in regula poſſeſſor, part.* 2. §. 3. Balboa *in
dicto cap.4. hoc tit. quæſt.* 4. *à num.* 13. vbi agit de
præſcriptione Iuriſdictionis meri & mixti Impe-
rij, & ſecundùm proximè dicta hæc videntur
præſcriptibilia; ideò videbis Faquineum *lib.* 8.
controuerſ. cap. 23. benè diſputantem, vbi in ver-
ſic. *non de rebus feudalibus*, poſtquam retulit quin-
que dicendi modos. Primus præſcribi non poſſe
ex *l.* 3 *in fine, ff. ad legem Iuliam*, qua cauetur pri-
uatos homines ſi pro poteſtate, vel Magiſtratu
ſe gerant, lege Iulia majeſtatis teneri. † Tum 38
quia cum merum Imperium transferri non poſ-
ſit in alium, *lege* 1. *ff. de officio eius, cui man-
data eſt Iuriſdictio*, ſic nec vſucapi, *lege* 2.
Cod,

Cod. de vsucapion. pro emptore. Secundus, vt possit præscribi. Tertius pro se quidem, sed tempore excedente hominum memoria. Quartus posse ordinario tempore 10. vel 20. annorum; cum aliqua distinctione. Postremus quadraginta annorum spatio, si possessor titulum habuerit, sin autem illum non habeat; tantùm tempus requiri, quod hominum memoriam excedat, ipse Faquineus illam amplectitur sententiam, nempe merum, & mixtum imperium præscribi posse spatio quadraginta annorum cum bona fide ex Textu, *in l. omnes, Cod. de præscript. longissimi temporis* 30. *vel* 40. *annorum,* vbi imperator, *nullum Ius publicum, vel priuatum in quacumque causa, vel persona, quod quadraginta annorum extinctum est iugi silentio, mors prohibet,* cumque publicæ res vsucapionem non recipiant longi temporis. *l. vsucap. nemus, ff. de vsucap.* ergo nec Iurisdictio merum ac mixtum imperium, quia publici, & non priuati iuris sunt.

39 Ego verò cum fatear plures in Principe supremo esse potestates, quæ inpræscriptibiles sunt vt *supra à num.* 1. dixi, & videntur denotari ex dictis, *supra*, in versic. *ad quintum*; ideo vt hanc partem explicem existimo res, quæ spectant ad Principem, ex absoluto mero imperio, vt puta Ius Imponendorum vectigalium, pedagia, salinaria; quidagia, & alia huiuscemodi, vt leges ferre creare magistratus, quæ ipse vetat præscribi, vt *in l. competit, Cod. de præscript. longissimi temporis, in cap. super quibusdam, §. præterea de verborum significat.* in quibus nulla datur causæ cognitio Iurisdictionis, sed absolutissimi imperij, & supremæ potestatis, nullam in eis admitti præscriptionem; sed si loquamur de illo mero, & mixto imperio, quæ ad Iurisdictionem Iudicialem Regis spectat, eam admitti dicendum est, sed quoto tempore non est facilis explanatio.

40 Longe ergo de hoc dubio disputat, Ioannes Guttierrez *lib. 1. pract. à quæstione* 54. cum aliis nonnullis, dum expendit Textum *in l. 1. tit. 15. de las præscriptiones, lib. 4. recopil. l. 6.* quæ est finalis, in versic. *yestablecemos*, & in versic. *pero, tit. 13. lib. 3. ordinamenti*, vbi dicitur aduersùs Regem Iurisdictionem criminalem præscribi centum annis, ciuilem verò 40. annis, quod immutatum videtur, *in dict. l. 1.* si quidem per Regem Philippum 2. anno 1566. additur vt possessio immemorialis legitimè probata, sufficiat ad acquirendum contra Regem ciuitates, villas; & oppida, siue Castra, Iurisdictiones ciuiles, & criminales. Et sic videri vt non sufficiat minus tempus immemoriale; & ita acerrimè defendit idem Guttierrez omnino videndus. *tota dicta quæstione* 84. *& ibi, num.* 3. sic cum Molina *de Hispanor. primog. lib. 2. cap. 6. num.* 32. dum dicit in præscriptione Iurisdictionis, requiri immemorialem, Matienςus *in l. 1. tit. 10. lib. 5. recopil.* Glossa 19. *num.* 5. vbi dicit quod per prædictam, legem 1. merum imperium, & qualibet Iurisdictio immemoriali tempore Iurisdictionem etiam ciuilem præscribi, & ita dicendum quid quid dicat lex dicta ordinam, veteris, & sic intelligendam, *dictam legem 1. recopil. lib. 4. tit. 15.* docent videndi, Couarruuias *in dicta reg. possessor. 2. p. §. 3. num.* 4. Didacus Perez *in dicta l. 6. ordinamenti, columna* 1244. versic. *quæro vtrum,* Petrus Auendañus *lib. 1. cap. prætor, cap. 1. num.* 21.

Sed ita tenendum sit de Iure Regio, adhuc 41 difficilis, est prædicta, *lex 1. tit. 15. lib. 4. recopil.* dum probat præscribi posse Iurisdictioem ciuilem 40. annorum spatio, cum in prima eius parte ad præscriptionem ciuilis, & criminalis Iurisdictionis tempus immemoriale desideret, vt dictum est, sed Balboa *in dicto cap 4. quæstion. 4. num.* 19. existimat in ea differentia esse quod, *in 1. p.* lex Regia loquitur de præscriptione Iurisdictionis, quæ sola nititur possessione, quo casu desideretur immemorialis possessio, in posteriori verò eiusdem legis parte ad præscribendam criminalem Iurisdictionem centennaria, ad præscribendam ciuilem quadragenaria desideratur possessio; cum titulo, saltim allegato, qui deffectum immemorialis, supplet iuxta decisionem Textus *in cap. 1. de præscription. lib. 6.* & sic *à num.* 15. resoluit quod Iurisdictio aut merum imperium, quando aduersùs Principem præscribitur, & eius præiudicium, non minori tempore, quàm immemoriali, aut 40. annis cum titulo, & bona fide præscribi, & sic, *num* 16. 17. 18. dicit dictam legem Regiam, & dictum Textum *in cap. 1. hoc tit. in 6.* assimilari, reddit rationem, Paulus Castrensis *in dicta l. imperium. ff. de Iurisdiction. omn. Iudicum.* † Nam 42 ea, quæ absque Principis concessione exerceri nequeunt, non minori tempore, quam immemoriali præscribuntur, *l. hoc Iure, §. ductus, ff. de aqua quotid. & æstiua*; continet ergo merum imperium, vel Iurisdictio Principis illud scilicet vt sine ipsius mandato, à nemine exerceri possit, vt vulgo agnoscunt, Doctores, *in l. 1. ff. de Iurisdictione, omn. Iudic. in l. 1. ff. de constitut. Princip in l. 1. & 2. tit. 1. lib. 3. ordin.*

Et ad maiorem disputationem leges Guttierrez *dict. lib. 1. pract. quæst.* 85. *&* 86. ad explicationem, *dict. leg. 1. tit. 15. lib. 4. recopilat.* vbi longe cum multis agens, resoluit non requiri Principis scientiam in præscriptione immemoriali contra ipsum; requiri tamen in præscriptione quadragenaria, & hanc scientiam in casibus, vbi desideratur sufficere, si officiales Principis, vel Regis, & procuratores sciant, nam tum fit præiudicium ei. Et sic etiam, *in dicta quæst.* 86. dum ait quadraginta annos cum titulo eius, qui concedere possit sufficere ad præscribendam Iurisdictionem ciuilem, & criminalem contra Regem, & in hoc casu requiri, ait Principis scientiam, vel suorum officiariorum: latè de his agit dicens, *dict. quæstion.* 85. *num.* 3. ita desiderari in omnibus casibus, in quibus requiritur ad introducendam præscriptionem in ipsum Regem. 43

Adhuc his obstat Textus *in dict. cap. 1. de præscript. lib. 6.* in illis verbis, ibi, *possessori Ius commune est contrarium, vel habetur præsumptio contra ipsum, bona fides non sufficit, sed est necessarius titulus, qui possessori causam tribuat præscribendi, nisi tanti temporis allegetur præscriptio, cuius contrarij memoria non existat.* Et sic in proposito videri, vt qui merum, & mixtum imperium præscribit Ius commune aduersetur, quo omnis potestas, est penes Principem, *dicta l. 1. ff. de constitution. Princip.* & præsumptionem aduersùs eum pugnare, quasi videatur iniustè possidere, Iuraque Principis vsurpare, sed respondet, Faquineus *dict lib. 8. controuers. cap.* 23. in fine illud responsum Pontificis ad præscriptionem decimarum, & rerum Ecclesiasticarum pertinere, 44

cum

cum de his loquatur nec porrigendum esse ait ad alias res longe diuersas, ac profanas, contra expressam Iuris ciuili constitutionem, *in dicta l. omnes, Cod. de prascript. 30. vel 40. annorum*, vbi spatio quadraginta annorum omnem præscriptionem includit, tam priuatarum, quam publicarum rerum, inter quas rectè numerari
45 merum imperium. † Et reddit rationem decisionis Pontificiæ, nam turpe est res Ecclesiasticas quem possidere sine titulo, cum Ius commune repugnat, eique aduersatur præsumptio, puta cum decimas exigit in Diœcesi aliena, præbet scádalum; murmurationem generat, aut certe quandam prauam opinonem. Verùm in rebus profanis, si bona fides adsit, cessare ait hæc incommoda (nam sine ea ruit omnis præscriptio,) publicèque interesse possessorem tanti temporis Authoritate munitum omnis prorsus lite, inquietationeque liberari, ita ille, sed tu non improbes præfatum intellectum, iuxta sensum, *dict. leg. Regia 1. tit. 15. lib. 4 recopil.* Tamen Iurisdictio priuati, & aduersùs ipsum, vt iam in principio dixi tempore ordinario decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes præscribetur vtique, vt omnes agnoscunt, *in d. l. imperium, ff. de iurisdic. omn. iudic.*

46 Ad vltimam quæstionis partem an Iurisdictio suprema Regis faciendi iustitia in defectum aliorum dominorum, hoc est, *la maioria*, præscribi possit; ex dictis optimè infertur, cumque de hac quæstione agat hic Felinus latissime ad vtramque partem, *à numero 10.* vbi pluribus authoritatibus, & considerationibus pro vtraque parte relatis, atque expressis, neutram firmar volens potius notari de obscuritate, quam de audacia igitur ipse vult non posse præscribi, vt quis non subsit Imperatori, quam expresse refert esse magis communem, nempe, quod præscribi possit aduersùs supremam potestatem Principis sæcularis, Aymon Craneta *de antiquitate tempor. cap.* incipit, *materia ista singularitatis testium, num. 73. fol. 212.* vbi eam probat.

47 Verum in proposito Didacus Perez *in l. 6. tit. 13. l. 3. ordinam.* Matiencus *in l. 1. tit. 10. Glossa 10. n. 2. lib. 5. noua recopilat* Gutiierrez *d. lib. 1. pract. c. 88.* contrariam negatiuam amplectuntur per Textum *in dict. l. 1. tit. 15. lib. recopil.* in verbis, ibi, *pero la Iurisdiction, ecriminal suprema, que los Reyes an por mayoria, o poderio Rea que es de la facer y cumplir, donde los otros senores, y Inezes lamenguaren, declaramos que esta, nos epueda genar, ni prascribir, por el dicho tiempo, ni por otro alguno*; ita de Iure Regio procedit; & sic defendi debere illam communem negatiuam, quam defendunt relati per Aymon *vbi supra num. 72.* Late agit Didacus Perez
48 relatus. † Et facit quia cum appellatio sit fundamentum popularis libertatis, quia per ipsum defenduntur opressi, defensioque fit de Iure naturali, *l. vt vim, ff. de iustitia, & Iure. l. scientiam, §. qui cum aliter. ff. ad legem Aquiliam, cap. significasti, el. 2. de homicidio, § fin* quid mirum, vt quemadmodum cognitio vltimæ appellationis, sit effectus supremæ iurisdictionis, qui præscribi non debet, nec possit: sic nec ille, qui pertinet ad hanc maioriam qua Iudices inferiores, non administrantes subditis Institiam reprimuntur per Regem. Applicabis quæ dico *infra in c. 7. de appellat. q. 4.* versic. *per ad tertiam.*

49 Plura ad hunc Textum poterant tractari, & adiungi de præscriptione seruitutum, de quibus iam nonnulla notaui *in cap de quarta, hoc tit. & in cap. causam cum aliis:* de præscriptione seruitutum longe ait, *ibi*, Barbosa videndus, *in dict. cap. de quarta tota, quæst. 2.* vbi expendit Iura de apicibus, cum multis Doctorum dictis: aliqua dico: *infra in c. si dilig. & in c fin.*

Pro complemento quia solent Doctores per Textum nostrum agere de rebus prohibitis præscribi, seu de personis, quæ sunt prohibitæ vsucapere; ideo iam dictis de vtrisque addo sequentia, quoad primum de rebus. Primò non præscribitur communio inter duas vniuersitates, absque Regio assensu, Afflictis *in decis. 254.* Riccius *collect. 426.* † Secundò cessat præscriptio stente Principis probatione, Anton. Faber *in decis 5. Cod. de prascription. 30. annorum* † Tertiò cessat in decima; licet quota eius præscribi possit, tam ratione petitorij, quàm possessorij, idē Faber *in decis 14. Cod eodem, tu dic. vt in cap de quarta, & in cap causam 7. hoc tit.* † Quartò cessat præscriptio existente Iuramento, Cappel. Tholos. *in decis. 100.* sed an intelligatur per verba, *semper, & quandocumque*, negat Surdus *in decis 15. tu dic. vt supra in cap. 8. quæst 3.* † Quintò præscribi non possunt à laico loca religiosa, Ecclesia, Ius decimarum, primitiarum, oblationum, & alia Iura spiritualia, nam hæc possideri ab illis non possunt ex *dict. cap. causam 7.* tradit Trulench. *in opere morali, lib. 7. cap. 4. dub. 13. sub, num. 1.* Nec Respublicæ quæ ad vsum publicum ciuitatis sunt instituta, vt viæ, plateæ, Pontes, &c. *l vsucapion ff. hoc tit.* Sextò, nec res furtiuæ, nisi Iuxta dicta à Doctoribus, *in §. furtiua inst. hoc tit.* † Septimò nec vna persona ab alia, nec fines Parochiarum, si sunt iam præfixi bene, si non sint, Episcopatuum, & Prouinciarum, *cap super eo de Parochiis*, de quo, *supra, in cap. quia indicante, hoc tit.* Et ex eadem ratione, nec termini ducatuum, & comitatuum præscribi poterunt, aut huiusmodi limites agrorum, seu prædiorum, & terminorum, qui ad personas priuatas attinent, *cap. vltim. 16. quæstion. 1.* † Nec res sacræ, quæ iure statutæ sunt, præscribantur, vel alienentur, Siluester verbo *prascriptio 2.* qui ait idem dici de re prohibita alienari per pactum, sed alius à prædictis paciscentibus bene poterit. † Nec præscribitur contra aduentitia filijfamilias, si pater ea alienet; in his enim inchoabitur possessio, tempore, quo filius erit extra patriam potestatem, & non antea, & ab illo tempore debet continuare per 30. annos ab malam fidem eius, qui ea alienauit: vide Sairum *in claui Regia. lib. 9. cap. 12. à num. 3.* Azor *3. p. lib. 1 mor. c. 20. per totum.*

Nec præscribitur res indiuisa communis: pluribus, Trulench. *d dub. 13.* qui hæc refert.

Quoad secundum dices, vt qui rem proprio nomine non possidet, non præscribit, ex *cap si diligenti, hoc tit.* vt seruus mente captus, nec possidés precario, nec colonus, nec vsufructuarius, de quibus iam dixi nonnulla sub *tit de restitution spoliat.* † Nec creditor, cui pignus aliquod commissum est. Trulench. *dicto dubio 13. sub, num. 1.* imo cessat præscriptio in creditore confitente se debitum recepisse, Capella Tolosana, *in decis. 418.* cessat in existente in mala fide; vt dico *infra in cap. fin.* Minsing. *cent. 4. obseruat. 16.* Riccius *dicta collect. 426.* † Sed seruus Domino suo præscribere potest tutor, seu curator pupillo, & mente captus sibi, si tempore quo rem alienam

alienam possidere cœpit, vsum rationis habuerit simul, & in fine Trullenq. *vbi suprà*, qui *n.5.* refert in quibus rebus filiusfamilias & pupillus præscribant, furiosus, sicut mente captus; seruus autem nec Domino hæreditatem præscribit, quia si iussu Domini ipse acquirit, si absque eo nihil facit. Filiucius *in tract.31. cap 8. q 7. n.205. 206.* Azor. *p.3. lib.1. cap.19. q.5.* & ad regulam generalem, de his omnibus videbis, quæ scribit *hic* Barbosa *num.5.*

62 Et quia hîc possent adiici plura, an Regalia valeant acquiri præscriptione, consuetudine, aut aliter; & num Ecclesiastici valeant tempore immemoriali sibi præscribere Ius non soluendi tertias decimationes. Videbis quæ longè scribit de his & de aliis eum infinitis D. Ioannes del Castillo *de tertiis, cap.21.30 31.32. & 33.* omninò legendus, & applicandus pro Regalium præscriptione, & quod dictæ tertiæ sint de Regalibus Regis, latè differit idem Castillo *suprà cap.41.* vbi de aliis multis Regalibus disputat, etiam ibi legendus, vbi quod etiam nobilitates & maioratos, & facultas ad illom alienandum; & Magistratuum præcedentiæ.

AD TEXTVM
IN CAPITE XIII.
Ad audientiam, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

7 *Tempus antiquissimum dicitur centum annorum.*
8 *Iurisdictio præscripta in vno casu, an ad alios extendatur.*

1 IN Textu nostro solent Doctores agere de præscriptione centenaria in Iuribus ad Romanam Ecclesiam spectantibus, de qua dico *in cap. cum vobis 14. hoc tit.* Item solent agere Doctores de præscriptione immemoriali, & in quo vtraque differant, de hac dico *in cap. fin. hoc tit.* in versic. *vnde.*

2 In versic. ibi, *Tibi in Castro Palatioli concessisse singulis annis 40 sol. denarior. Papiens. quos Romana Ecclesia ibi consueuerit recipere annuatim, insuper comestiones, banna, placita, foris facta, & omnia Iura, quæ ibi apposs ed. habeat.* Per hæc verba, & alia agi debet de præscriptione annuarum præstationum, siue ratione legati, donationis, siue ratione census; ad quod applicabis dicta *suprà in cap. de quarta, q.3.* vbi an in præstationibus annuis, sufficiat vna præscriptio? Et an habeat locum in promissione in annos singulos in tota obligatione? quid in legato, & quid si transactum fuerit tempus centum annorum? Et *ibi quæst. 4* in versic. *ad vltimam.* Et quid velint verba Textus? hîc Glossa.

3 Et in versic. *ad quod probandum*; in isto versic. agi valet de probatione quæ fit per libros antiquos; ad quod applicabis dicta *suprà in cap. cùm causam 13. de probation.* vbi quod tempus dicatur antiquum, quale antiquissimum agit Riccius *collect.1716.* Item agi potest de probatione per priuilegium, qualis eius vsus requiratur, vt probationem faciat; item & quanto tempore per non vsum amittatur, de quo nonnulla adduxi *in cap. Sanctorum 3. hoc tit.* vbi expendi Textum *in cap. si de terra, cap. accedentibus 15. de priuilegiis*: aliqua *infrà in cap. pen. hoc tit.* De libris censualibus Ecclesiæ, Barbosa *hîc n. 2.* vbi refert plures qui scribunt qualem fidem faciant.

Et ibi, *Et liber censualis suspectus existeret, quia non fuerat in Camera receptus nostra.* Et ibi, *Licèt non in nostra, sed in Cardinalis S. Adriani Camera sit inuentus, qui eum, quando Camerarius fuerat de Camera Sancti Petri suscepit.* Per hæc verba agi potest de loco, in quo debeant esse publica & antiqua instrumenta, vt fidem faciant, item & priuilegia, seu libri, ad quod iterum applicabis nonnulla dicta *in dicto cap.13. de probat. & in cap. 1. cap. cum P. 15. cap fin. de fide instrumentorum.* Et adiunges Barbosam *num. 3.* in versic. *de Camera,* vbi plures refert. 4

Et ibi, *Ac Scriniarius alio modo scripsisset dicta testium*; & ibi, *Nec credentes ipsum scriniarium, cùm iuratus sit officium suum fideliter exequi, aliud scripsisse quàm à testibus diceretur.* Per hæc verba aguot Doctores de fide scriniarij, hoc est Notarij, aut Tabellionis, de qua dixi *suprà in cap quoniam contra falsam 11. quæst.1. de probationibus, & in dicto cap.1. cap.2. dicto cap. cum P. & cap fin. de fide instrument.* Plura congerit Riccius ad hunc Textum *collect.242. & 1169.* nuntio dicenti aliquem citasse, qualiter credatur *in dicto cap.11. de probationibus, quæst.4 à n.1.* & in versic. *ad secundam, n.9.* Et de Iuramento Officialium in ingressu suorum Officiorum, dixi *in cap 4. de Iureiur. quæst.4.* versic. *ad secundam, n.57. & ibi num.67.* quid de Officialibus Sanctæ Inquisitionis. 5

Et ibi, *Nos igitur magis authoritatem priuilegij, quàm depositiones testium attendentes.* Per hæc verba potest agi de ea quæstione; an fortior sit probatio per instromenta, quàm ea quæ fit per testes: de qua *in cap. in nostra 32. quæst.2.* versic. *ad secundam, n.5. de testibus, & in Rubr. de fide instrument. quæst.1, num.1.* remissiuè. Et ad quæstionem, quod pro Tabellione contra testes præsumatur: benè Couarr. per Textum nostrum *lib 2. variar. cap.13. n.10 & 11.* vbi agit quibus testibus possit improbari instrumentum? de quo dixi *in Rubr. de fide instrument. quæst. 2.* versic. *ad primam*, & instrumento an stetur, donec contrarium probetur? *ibi dicta quæst.2.* versic *ad secundam, à n.19.* 6

Per hunc Textum disputant Doctores, quale dicatur tempus antiquum? de quo dixi *in dicto cap. cum causam 13. de probation. q. 2. ad quartam, n.42.* & quot effectus pariat? *ibi,* versic. *effectus, à n 45.* Sed si dubites quod tempus dicatur antiquissimum, de eo etiam dixi, quare breuiter nunc dico. Quod & siquidem voluerint spatio 30. annorum, vt testatur Afflictis *in decis.13.* Quidam alij 90. annor. vt fuit resolutum in Rota Romana bonorum 12. Nouembris 1545. coram Mohedan, Cardinal. Petrus *decis.209. lib.2.* & multi tenuerint hoc arbitrio Iudicis, vt per Balbum *in decis.* 159. Tamen receptior opinio ab omnibus approbata, ea nempe est tempus antiquissimum dici spatio centum annorum, & maximè in materia probationis: Iurispatronatus, Casador. *in decis. 3. lib. 3.* sequitur Riccius *collect. 1716.* super Textum *in l fin.* vbi Doctores *Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*, vbi ait tempus in factis antiquis, hoc est in ponendis forestis, ac aliis prohibitis, est centum annorum, vt fuisse decisum testatur Afflictis *in const. authoritatem, titulo de locato,* versic. 7

tertio

tertio quero, n.9. & nouissimè, Narbona *anno* 100. quæstio vnica agens de effectibus 100. annorum cum multis tradit, & dicit, quod vita 100. annorum reputatur longior.

8 *Suprà in cap. præcedenti, quæst.2.* dixi plura de præscribenda Iurisdictione, & *ibi* dictis addo quod Iurisdictio cum titulo, hoc est cum scientia, & patientia aduersarij, longo tempore præscribitur, sine eo autem centum annis: sic tradit Iason. ex communi Theorica *in l.imperium, n.20. ff. de Iuridic.omnium Iudicium*, Balbus *de præscript. 2.p. 5.partis princ 3. quæst.2.* Couat. *in reg possessor. de regulis Iuris, lib.6.§.3. per totum*, de qua *in l.3. tit.15.lib.4. recopil.* plures refert Gratian. *reg.369. num.4.* & per totam, vbi *num.2.& 3.* refert plures agentes de illis quæstionibus, an Iurisdictione præscripta in vno casu, vel in certis rebus, ad alios actus extendatur, vbi an præscriptio Iurisdictionis in vna specie porrigatur ad aliam: videbis Socinum *cons.47. num.37. & 38. lib.4.* Paulum *cons.444. num 2.lib.1.* latè Abiles *in capit prætor cap.1. glossa à num.8* Didacus à Lerua *in practicis quæstion cap.1. num 9. circa finem*, Petrus Nuñes latissimè *de exequendis mandatis cap.1. num.14.* & videbis singularem *lib.6. partita tit.29.* vbi Gregor. Glossa *la Iusticia*.

AD TEXTVM IN CAPITE XIV.

Cum vobis, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

Hic est agendum de præscriptione centenaria, contra Romanam Ecclesiam, & an respectu rerum imperij, seu ciuitatum ea prærequiratur, vbi de plerisque, & quid respectu inferiorum Ecclesiarum, an quandoquidem centenaria prærequiratur præscriptio. Et nonnulla dico de immemoriali, quatenus differat, à centenaria eo quod vtraque vna à multis censeretur. II. Sed quia in Textu illo in versic *tempora*, subducit Pontifex tempus intercidentium schismatum; ideo adjuoges ad hunc Textum quæ adduxi de interruptione præscriptionis *in cap. illud hoc titulo*, idemque adduxi de impeditia causa hostilitatis, & schismatis *in cap. extransmissa* 10. *hoc titulo*, videbis pro ampliori declaratione quæ tepetit hîc Matthæus Collerus *de processibus executiuis p.4 p.*104. satis intelligendis ex his dictis.

QVÆSTIO I.

Quare centenaria præscriptio aduersùs Ecclesiam Romanam desideretur, cum generaliter Iure Canonico quadragenaria sufficiat aduersùs quamlibet Ecclesiam: imo & triennalis admittatur aduersùs res mobiles Ecclesiæ Romanæ: Et in quo differant præscriptio centenaria, & immemorialis: Et an detur restitutio in integrum aduersùs vtramque?

SVMMARIVM.

1 *Centenaria præscriptio, qualiter procedat in rebus immobilibus Ecclesiæ Romanæ, n.5. & 6.*
2 Nouella 111. n.7. & 8. 10.
3 Nouella 131.§. pro temporalibus, & n.13.
4 Nouella constitutione 9. titulo vt Ecclesia Romana centum annorum gaudeat præscript. n.7. 8 & 9.
5 *Centenaria præscriptionis priuilegium, sublatum non est, nec Ciuili Iure, nec Regio, imo indultum, n.6.*
12 *Centenaria præscriptionis priuilegium, cur non aliis Ecclesiis, quam Romanæ spectet, n.14. & 16*
13 *Textus noster, versic.* tam legali, Authentica, vt Eccles. Roman. coll.4. l. vt inter 23. Cod. de Sacrosanctis Ecclesiæ, Authentica hæc constitutio, *versic.* quas actiones coll.8.tit.12.
16 Cap.2.de præscript.lib.6.n.18.
17 Cap.volumus 16. q.4 *in versic.* si quadraginta, n.19.
18 *Hereticorum bona præscribuntur ab eis, quiignorabant defunctum in vita esse hereticum.*
19 *Præscriptio aduersùs Ecclesiam exemptum, currit tempore communi, & aduersùs Monasterium, exemptum, n.10.*
21 *Centenaria cessat aduersùs Romanam Ecclesiam, si habet admixtum vsum contrarium, & tunc sufficiet quadragenaria.*
22 *Centenaria præscriptionis priuilegium solum est respectu bonorum immobilium, quid de mobilibus, & n.23.*
24 *Immemorialis, & Centenaria præscriptionis qua differentia, num sequent.*
25 *Titulus ad præscribendum est necessarius, vbi est præsumptio contra præscribentem, n.26. & 27.*
26 Cap. si diligenti de præscript.n.27.
27 *Immemorialis maior dicitur Centenaria quo sensu, n.28. contra, sub n.32.*
28 *Differentia inter Centenariam, & immemorialem præscriptionem, consistit in forma, & modo probandi eas, & n.35.*
29 *Centenaria præscriptio qualiter probatur, n.31.*
30 *Immemorialis præscriptio quo tempore probatur, & qualiter super eo deponant testes, n.32. & 34.*
13 *Centenaria præscriptio potest probari testibus, & instrumentis ab allegante eam per necesse, & non per possibile, n.32.*
32 *Centenaria non dicitur probata per immemorialem concludenter, sed per possibile.*
33 *Centenaria præscriptio non currit, cum constat ab initio de titulo inualido, & nullo.*

34 *Testes de immemoriali deponentes, cuius ætatis debeant esse.*
36 *Centenaria, & immemorialis præscriptio, nunquid restitutionem admittat.*

1 AD pririmam quæstionis partem, difficultatem facit: nam & si constat ex nostro Textu, *ex c. ad audientiam* proximè relato, & *ex Nouella constit. 9. tit. vt Ecclesia Romana* 100. *annorum gaudeat præscriptione*: tamen videtur, vt hæc centenaria sublata sit alia posteriori Nouella, vt respondent Hugolin. & Accurs. *in Auth. quas actiones*, Salicetus *ibidem, n.* 1. Pinellus in *Auth. nisi tricennale. Cod. de bonis mater, n.* 57. Iacobus Cujacius
2 *lib.* 5. *obseruat. c.* 5. † Et probatur primo quia *Nouella* 111. generaliter loquitur de Ecclesiis, eisque nulla adhibita distinctione priuilegium aufert centenariæ præscriptionis. Secundo quia ratio, propter quam motus est Iustinianus ad reuocandum priuilegium centenariæ præscriptionis, & quæ *in dicta Nouella* 111. prolixè exprimitur, lo-
3 cum habet etiam in Romana Ecclesia. † Tertio patet, ex *Nouella* 131. §. pro temporalibus, vbi dicit Imperator *Pro temporalibus autem præscriptionibus, decem, viginti, & triginti annorum Sacrosanctis Ecclesiis, & aliis vniuersis venerabilibus locis solum præscriptionem quadraginta annorum opponi præcipimus*, cumque Imperator *in princip. huius Nouellæ*, faciat mentionem Romani Pontificis: sequitur, vt loquatur etiam de præscri-
4 ptione aduersùs Romanam Ecclesiam. † Nec his respondebis, si dicas specialiter fuisse Romanæ Ecclesiæ tributum priuilegium Nouella 9. ac proinde alia speciali constitutione tolli debuisse: quia respondetur dictam Nouellam 9. concedere priuilegium, non Romanæ Ecclesiæ solùm, verum aliis quoque Ecclesiis, vt patet ex illis verbis, *vt ex hac in vniuersas Catholicas, quæ ad Occeanum, vsque adposita sunt saluberrimè legis vigor extendatur.*

5 Sed quod præscriptio rerum immobilium aduersùs Romanam Ecclesiam, gaudeat spatio centenarij temporis, verius dicendum est non solùm de Iure nostro Canonico hic, & *in dicto cap. ad audientiam* 13. *cap. dlligenti in*
6 *fine hoc titulo, lib.* 6. † Verum & de Iure Ciuili *Authentica quas actiones, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, dicta Authentica, vt Ecclesia Romana centum annorum gaudeat præscriptione, collatione* 6. de Iure Regio *in l.* 26. *titulo* 29. *p.* 3. exornant Balbus *de præscription.* 5. *p. princip. col.* 6. Couarruuias *in regula possessor.* 2. *part.* §. 2. *num.* 6. Arias Pinellus *in dicta Authentica nisi tricennale num.* 36. Molina *lib.* 1. *de primogenijs cap.* 6. Cujacius *de diuers. præscript. cap.* 31. *& lib.* 5. *obseruation. cap.* 5. Graña, & Balboa *hic* vbi cum multis, Barbosa, & sic fere omnes Doctores *in dicta Authentica, quas actiones*, vbi Bartolus, Baldus, Castrensis, Iason. & alij, nec non Accurs. *in Rubrica Nouella* 111. hæc constitutio innouat constitutionem, &c. tenuerunt per fundamenta nostræ conclusionis sublatum non esse aduersùs Romanam Ecclesiam priuilegium centenariæ præscriptionis.

7 Quam vt explicet Faquin. statuit, nec dict. Iustiniani Nouellã 111. trahi posse ad Romanam Ecclesiam, & dict. Nouellam 9. speciale priuilegium continere, non autem generale omnium Ecclesiarum de hoc sic probo ex verbis Rubricæ, quæ secundùm tam veterem, quam nouam translationem sic habet, *vt Ecclesia Romana centum annorum præscriptione gaudeat*, deinde ex illis verbis nouellæ, quæ initio ponuntur, *vt legum originem anterior Roma sortita est, &c. necessarium duximus patriam legum fontem sacerdotij speciali nimis nostri illustrari lege.* † Sed si est quod in di- 8
cta, *nonnulla* 9. Ecclesiis, & venerabilibus locis non dedit Imperator priuilegium centenariæ præscriptionis, sicut illud, *in dicta nouella* 111. datum supponitur reuocatum: ergo, *dicta nouella* 111. trahi non debet ad dict. nouellam 9. in qua nulla fit mentio Ecclesiarum, *venerabilium locorum xenodochiorum*, & similium, sed ad *leg. vltimam, Cod. de sacrosanct. Ecclesiis*, vbi Iustinian. concessit priuilegium centenariæ præscriptionis generatim, *Ecclesiis, & venerabilibus, ac religiosis locis xenodochiis, &c.* sicut ex verbis dictæ legis perspicuum est, etsi Faquineus docet, *lib.* 8. *controuers. cap.* 4. in versic. *Imperator*, Iustinianum, *in dicta nouella* 111. dicere in illis negotiis perfrui debere 40. annorum præscriptione religiosos contractus, *in quibus eis centum annorum prærogatiuam constitutio sua contulerat*, de contractibus autem nulla fit mentio, *in dicta nouella* 9. sed, *in dicta l. vltima*, nimirum de venditione.

Nec obstare ait, Faquineus illa verba sequen- 9
tia, *vt ex hac in vniuersas Ecclesias Catholicas, quæ vsque ad oceanum posita sunt saluberrima legis vigor extendatur*: nam quæ postea sequuntur hæc declarant in hunc modum, *quod igitur nostra æternitas ad Omnipotentis Dei honorem veneranda sedi summi Apostoli Petri, dedicauit, hoc habeant omnes terræ, omnes Insulæ totius occidentis, quæ vsque ad ipsos Oceani recessus extenduntur, nostri Imperij, prouidentiam per hoc in æternum reminiscentes, huiusmodi autem legis prærogatiuam, sicut supra dictum est, non solum in occidentalibus partibus Romanæ Ecclesiæ condonamus, sed etiam in Orientalibus partibus, in quibus Ecclesiasticæ vrbis Romanæ possessiones sunt, vel postea fuerint.* Quibus verbis sic superiora declarari ait, vt sensus sit, priuilegium istud pertinere ad Romanam Ecclesiam, quoad omnes res possessiones, Ecclesiasque eidem subiectas, vt recte exponit, Glossa *in Rubrica dicta nouellæ* 111. ergo infert priuilegium extendi ad omnes alias Ecclesias, tam orientis, quàm occidentis Romanæ Ecclesiæ subiectas.

Et secundùm hanc explicationem respondet, 10
Faquineus ad primum fundamentum contrariæ sententiæ, ex *dicta nouella* 111. non auferri per eam priuilegium speciale Romanæ Ecclesiæ concessum, quod est, *in dicta nouella* 9. sed illud generale, quod omnibus Ecclesiis, & venerabilibus, & causis in quibusdam negotiis, fuerat collatum à Iustiniano, *in dicta l. vltima, Cod. de sacrosanctis Ecclesiis.* Ad secundum, quod dato sit eadem ratio non licere; tamen nobis priores corrigere; & hoc esse quod ex illo loco adferri solet correctionem legis non esse inducendam ex rationis identitate, vt loquuntur Doctores. † Ad tertium ex *dicta nouella* 131. §. *pro* 11
temporalibus, respondet Iustinianum loqui de cæteris Ecclesiis, & piis, ac venerabilibus, & religiosis locis, sicut loquitur *in dict. nouella* 111. non autem de Romana Ecclesia, cui speciale priuilegium dederat, *nouel.* 9. Nec ad propositum facere dicit verba, *dict. nouellæ* 131. *in principio.* In quibus Romani Pontificis fit mentio, nam in

in illis verbis hoc dumtaxat declaratur Papam
Romanum primum eſſe omnium Sacerdotum,
ſecundùm definitionem quatuor Conciliorum
Niceni,&c. quod nihil ad rem iſtam pertinet;ob
idque rectè Irnerium *in d. Auth. quas actiones* di-
xiſſe *ſolam Romanam Eccleſiam centum annorum
præſcriptione gaudere.*

12 Et ſic Graña adducens rationem ad noſtrum
Textum cum aliis *num* 2. ait vt etſi antiquitus,
quoad præſcriptionem omnes Eccleſiæ , æqua-
les eſſent , id poſtea quoad Romanam Eccle-
ſiam fuiſſe mutatum , ſiquidem quoad inferio-
res excelſior ſit , cum Romana Eccleſia , caput,
& mater omnium appellatur ; ideo propter eius
excellentiam , vt diutius res eius conſeruentur,
ſpeciali fauore deciſum , vt non aliter : contra
eam præſcriptio procedat , quàm ſi centenaria
ſit , & ſic non obſtare ait cum Cuſacio *di-
cto lib* 5. *obſeru. cap.*3. & cum Balboa *in di-*
13 *cto cap. ad audientiam à num.*27. † Textum
noſtrum in verſiculo *tàm legali* , *dicta Authen-
tica* , *vt Eccleſia Romana col.*4. Textum *in l.
vt inter* 23. *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis* , *Au-
thentica hac conſtitutio* , verſiculo *quas actiones.
collat.*8. *titulo* 12. Ex quibus deducunt Docto-
res priuilegium centenariæ præſcriptionis cur-
rere , contra omnes , etiam Inferiores Ec-
cleſias , poſteaque fuiſſe abrogatum vti perni-
cioſum omnibus , & ſic iam legibus , ciuilibus,
etiam Romanam Eccleſiam gaudere ſola qua-
dragenaria præſcriptione , vt acerrimè de-
fendit videndus Balboa *in dicto cap. ad audien-
tiam à num* 25. 26 27. & 28. vbi dicit iam ho-
die Iure tantùm Canonico ex *dicto cap.* & ex
noſtro Textu , hoc priuilegium centenariæ im-
cumbere Eccleſiæ Romanæ ; ſed idem , Graña
numero 3. reſpondet ſecundùm iam dicta pro
ſecunda ſententia , cui ex fundamentis iactis
cum Faqnineo , aſſentior , & ſi Balboa *ſu-
prà numero* 26. cum Cujacio *dicto capite* 5.
& Pinello *in Authentica* , *niſi triennale* , verſicu-
colo *ego autem* , *Cod de bonis maternis* , dicat ve-
rius eſſe vt ſemper Iuſtinianus æqoiparauerit
in hoc omnes Eccleſias, nec aliquid ſpeciale Ec-
cleſiæ Romanæ tribuiſſe , eo quod poſt *dicta*
14 *l. fin. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis.* † Et poſt
Authoritatem , *vt Eccleſia Romana* , Iuſtinianus
in dicta Authentica , *hac concluſio collat* 8. ſe-
ipſum corrigens expreſsè ait quod poſtquam
conceſſum fuit Eccleſiis illud priuilegium cen-
tenariæ præſcriptionis experientia docuit eſſe
Reipublicæ pernicioſum , & ſic ſtatuiſſe , quod
abrogatis ſuis legibus hodie generaliter contra
omnem Eccleſiam ſufficeret quadragenaria præ-
ſcriptio ; id etiam apertiſſimè colliges ex *d. Au-
thent. de Eccleſiaſt. titul. collat* 9. *d* § *pro tempora-
libus*, & ex Accurſio *in d. Auth. quas actiones*, Sali-
cetus *ibi*,*n.*1. Bart *n.*2.quamuis Gloſſa *in d. Auth.
vt Eccleſia Romana*, contrarium cenſerit.

15 Vnde & ſi Bartolus *in l. cum ſponſus*, §. *vectiga-
libus* , *ff. de publiciana in rem actione* , adducti à
Carolo Ruino *conſ.*195. *lib.*2.*n.*2. ſentiant priui-
legium centenariæ præſcriptionis ſolo Iure Ca-
nonico competere Eccleſiæ Romanæ , vt ſequi-
tur Balb *in d.c.ad audientiam*,*n.*28.tamen ex dictis
dices illud etiam competere de Iure Ciuili , vt
iam notaui.

16 Nec obſtat Textus *in c.*2.*hoc tit lib.*6. vbi vi-
detur etiam de Iure Canonico abrogatum priui-
legium centenariæ præſcriptionis, taliter vt pri-
uatus quadraginta annis poſſit præſcribere , non
ſolùm contra Eccleſiam inferiorem,verùm etiam
contra ſuperiorem matricem Romanam. † Nec 17
Text. *in c.volumus* 16.*q.*4.in verſic *ſi quadraginta*,
vbi quadragenariam præſcriptionem conſtat
fuiſſe admiſſam contra Romanam Eccleſiam.

Quia ad Textum *in dicto cap.*2.*hoc tit* reſpon- 18
deo cum Couarruuias *in* 4 *p.*2. *cap* 6.§ 8. *num.*29.
Abbate *ibi num.*7. Felino *num.*11. Abbas *hic n.*7.
Felinus *in dicto cap. ad audientiam* vbi Balb. *n.*15.
Graña *num.*5. & ex verſic. ibi *Sancimus* vt notat
Gloſſa verbo *heretici* in illo Textu ſpeciali , de
cauſa bona hæreticorum præſcribi ab illis , qui
ignorabant defunctum in vita eſſe hæreticum,
quia ſi Catholici illa bona fide per ſpatium qua-
draginta annorum poſſederint,etiam ſi bona illa
ad Eccleſiam Romanam pertinerent,præſcriptio
procedat , cum id ſpeciale conceſſum ſit hæredi-
bus hæreticorum, propter eorum bonam,& ſin-
ceram fidem. † Ad Text.*in d.c.volumus* reſpon- 19
deo ibi non agi de præſcriptione principaliter
contra Eccleſiam Romanam,ſed ſecundario cum
loquatur de Eccleſia exempta aduersùs quam
currit præſcriptio tempore communi : ſic DD.
colligunt ex verbis , ibi *etiam ſi quid Romana Ec-
cleſia competere poterit*,iuncta Gloſſa *ibidem*, verbo
Eccleſia ſic optime Panormitanus obſeruat *in
dicto cap. ad audientiam num.*12. Balboa *num.*11.
Graña 4. alias adducentes . Balbus *de præſcri-
ptionibus p* 4. *in princip. num.*19. Alexander *con-
ſil.*169. *volum.*2. † Et probatur ex celebri Do- 20
ctrina Gloſſæ *in cap. dilectus de capellis Mona-
chor.* verbo *generetur* , dum docet contra Mona-
ſterium exemptum præſcribi ſpatio quadraginta
annorum ; licet non contra Papam,vbi mouetur
authoritate *dicti cap. volumus* , & facit Textus
in cap. cum dilecta de confirmatione vtili , *vel
inutili.*

Ex quibus infero , vt concluſio Textus no- 21
ſtri non procedat,quando præſcriptio habet ad-
mixtam conſuetudinem , quo caſu , etiam con-
tra Eccleſiam Romanam , & Romanum Ponti-
ficem ſufficiet quadragenarius vſus , vt reſol-
uunt , Butrius *in cap. fin. de conſuetudine* Balboa
*in d.c.ad audientiam hoc tit.n.*17 eo quod præſcri-
ptio vim legis habere videtur propter admixtam
conſuetudinem,vt agnoſcunt,*ibi* Doctores.

Nec obſtat dicere aduersùs res mobiles Eccle- 22
ſiæ Romanæ, triennalem ſufficere præſcriptio-
nem , quia vt iam *ſupra* latè dixi *in cap.*1 *hoc tit.
quæſt.*3 *à n.*1.priuilegium centenariæ præſcriptio-
nis conceſſum Eccleſiæ Romanæ ſolum eſſe de
rebus immobilibus, ad eam ſpectantibus non de
mobilibus,nam ſicut hæc triennalis hodie in vſu
ſit reſpectu rerum mobilium aliarum Eccleſia-
rum inferiorum ſit,& reſpectu mobilium Eccle-
ſiæ Romanæ,vt *ibi* dixi,& contra Balb *de præſcri-
ption.*1 *p* 5.*partis pr.*,*n.*13.qui Text. noſtrum & ex
d.c.ad audientiam, & ex *d. Auth vt Eccleſia Roma-
na* 100. *annorum gaudeat priuilegio* defendentem
ea Iura comprehendere videri , etiam res mo-
biles Eccleſiæ Romanæ ; eo quod nimis ge-
neraliter loquantur , Balboa *in capite* 4 *hoc
titulo* . *quæſt.*1. *à num.*8. tenet res mobiles , etiam
Eccleſiæ Romanæ , triennio præſcribi , quem
video *in dicto capite ad audientiam* , *num.*15.
illud repetere , cum Felino , *ibi* & Angelo,
In dicta Authentica, *Eccleſia Romana*, vt non pro-
cedat centenaria in vſucapione , in qua , etiam
contra Eccleſiam Romanam , ſufficit poſſeſſio

triennalis per *dictam Authenticam quas actiones, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*, vbi dicitur, quod circa vsucapionem rerum mobilium nihil immutatum est, sed manet integrum Ius antiquum.

23 † Sed in illo loco reputat tutiorem sententiam contrariam opinionem, videlicet quod ad vsucapionem rerum Ecclesiæ Romanæ, non sufficit triennalis possessio, vt probat Salicetus *in l.1. versic. ex his, Cod. de vsucapione transf.* docent quod res mobiles Ecclesiæ Romanæ, nunquam vsucapi possunt, eo fundamento, quod Ecclesia Romana habet fiscum, sicut Imperator, sed in rebus mobilibus fisci Imperialis, non currit præscriptio, vt *in §.res fisci, inst. de vsucapion. l.quamuis l.8. ff. eodem* cum aliis ergo & idem dici debere ait in Ecclesia Romana; nam tu iam ex dictis in loco præcitato *dicta quæstione* 3. respondebis. Et quatenus spectat ad res fisci respondebis ex *alibi* dictis *in quæstione sequenti* insinuandis.

24 Ad secundam quæstionis partem, in quo differant præscriptio Centenaria, & immemorialis, respondent Doctores, quod Centenaria aduersùs Romanam Ecclesiam requirit, non solùm illud tempus, & bonam fidem, sed etiam titulum, vt agnoscunt, Aymon Craueta *de antiquitate tempor. cap. absolutis, num.*8. vbi docet, idem esse contra quamlibet Ecclesiam, vt probat, ex *cap. si diligenti hoc titulo*, Bellamera *consilio 3. & hic num.7.* non sic in immemoriali, vbi titulus, non est necessarius id deducentes ex Textus *in*

25 *l.2. §.ductus, ff. de aqua quotidian.* † Quam differentiam improbat Balboa *in dicto cap. ad audientiam hoc titulo, sub num.5.* dicens quoad rationem tituli nullam esse differentiam inter Ius Canonicum, & Ciuile, vt copiosè ostendit, Couarruuias *lib.1. variarum, cap.17. num.7.* cum vtroque Iure in ordinaria decem, vel viginti annorum præscriptione, titulus desideretur; secus autem in præscriptione, triginta, vel quadraginta annorum, vel inter Centenaria, etiam contra Ecclesiam Romanam, nisi quando præsumptio Iuris est contra præscribentem, iuxta

26 regulam iuris *in cap.1. hoc tit. lib.6.* † Quo in sensu intelligere ait Doctores, vulgò Textum *in dicto cap. si diligenti* præsertim Bellamera *num 9.* qui dum Pontifex in specie illius Textus contra Ecclesias inferiores, & Romanam titulum exigit, interpretatur procedere, vbi est in contrarium iuris præsumptio, quasi alias, nec in quadragenaria, nec in centenaria titulus sit necessarius, quam Doctrinam, dicit communem, *vbi suprà d.n.17.* Couarruuias, & sic Felinus prædictam differentiam. *in dicto cap. ad audientiam* amplectitur, quando contra præscribentem est iuris præsumptio; ita vt tunc quadragenaria, & centenaria titulum desideret.

27 Vnde Cardinalis *in cap si diligenti hoc titulo*, & Felinus *ibi*, in fine, & *in dicta cap. ad audientiam*, & in nostro Textu, dum dixerunt immemorialem præscriptionem majorem multò esse centenaria præscriptione, eo quod immemorialis non exigit titulum; centenaria verò absque titulo, non procedat, vt probari videtur ex *dicto cap. si diligenti in fine*, intelligi debent eo in casu, vbi datur contra præscribentem iuris præsumptio aliàs non item, sic Cardinalem, & sequaces, interpretatur, Afflictis *in constitutione Neapol. Rubrica 7. cap.1. notab.6.*

28 † Sed Couarruuias *in reglu. possessor. 2.p. §.3. num.6.* potauit quod quandoque maior censetur immemorialis, quandoque centenaria, ob idque Balboa *in dicto cap. ad audientiam*, dixit *à num.6.* præcipuam differentiam inter vtrumque consistere in modo, & forma probandi immemorialem, de qua dixi *suprà in cap. licet ex quadam de testibus*, & *num.9.* † Concludit centenariam probari per 29 centum annorum possessionem, vel quasi possessionem, nec censeri probatam, eo quod immemorialis probata sit possessio, contra Couarr. *vbi suprà*, & Molinam *lib.2. de primogenijs cap.6. num.46.* vbi ad eorum fundamenta respondet, & *num.7.* censet cauendum esse, à Guidone Papa *quæst.573.* Accursio, Iuniore *cons.90. ad finem*, dicentibus ad probationem immemorialis, necessariam esse probationem 100. annorum. † Cum 30 verius sit ad probandam immemorialem necessum esse probare possessionem, memoriam hominum excedentem vt aduersit Alexand. *cons.16. lib.5.* nempe per testes asserentes se vidisse semper ita fieri, & nunquam contrarium actum fuisse, & à maioribus suis; ita factum audiuisse, qui dixerunt; ita vidisse factum, vel audiuisse ab aliis, qui dicebant se vidisse ita factum, nec audiuisse vnquam contrarium, talemque esse publicam opinionem, & famam apud illos, qui rei habebant illius cognitionem de hac praxi docent, Glossa *in cap.1. hoc titulo, lib.6. & in cap. quid per nouale, de verborum significatione* omnes *in dicto cap. licet de Testibus*, Oldradus *cons.271.* Alex. *cons.16. lib.5.* Corneus *cons.268.* Balb. *de præscript. 2.p. 3.partis princip. quæst.6.* copiorè Ioannes Garcia *de nobilitate gloss.12.*

Centenaria autem præscriptio, non eo modo 31 probatur: sed illo nempe tempore, cuius initij extet memoria; itaque & poterit testibus probari, vt docet Couarruu *dicto lib.1. variar. cap.17. n.8.* Abbas *hîc n.5.* Balboa 8. item per instrumentum, vt obseruat Panormit. *hîc n.5.* de possessione enim sæpe constat per instrumentum, vt quando de rei vindicatione constat per scripturam, *l.2. & ibi gloss. Cod. de acquirenda possess.* notatur vulgò, *in l. prædia, ff. eodem*, & idem de constituto notatur *in l. quod meo. ff. de acquirenda possessione* illamque allegans, in specie probare iuxta notata *in l. actor. ff. de probation & suprà in cap. fin. § fin. de Iureiur.* † Et quod magis est quod cum 32 tempus centum annorum sit fundamentum intentionis præscribentis ex vulgatis regulis, debeat ab illo probari concludenter per necesse, & non sufficiat possibile, at probando immmemorialem, non probatur centenaria per necesse, sed per possibile siquidem probata quasi possessione eius rei cuius initium memoriam hominum excedat possibile est, non esse centum annorum: ergo non est sufficiens probatio centenariæ.

Alia adducit hîc ex multis Barb. *à n.3.* vbi dicit 33 potiorem esse præscriptionem centenariam immemoriali. Nouissimè verò Ciriac. *sub controu. 3. n.8. 66. & 67.* cum pluribus ab eo relatis ait quod quando constat de titulo ab initio inualido, & nullo non currit, nec centenaria præscriptio, cum Vasch. *controu. illustr. c.81. sub n.11.* versic. *contrariâ.*

Testes autem de immemoriali deponentes, 34 debent esse eius ætatis, vt possent memoriam habere, eorum, quæ à quadraginta annis facta sunt, vt notabiliter aduertit Lapus *in dicto cap.1. hoc tit. lib.6.* Aymon. *de antiquitate temporum 4.p. dicto cap. absolutis* Balboa *in dicto cap.*

ad

*ad audientiam,hoc tit.ſub,num.6.*vbi videtur id cõprobare ex *l.41.Tauri,& l.1.tit.7.lib.5.recopil.*quibus legibus ſuperior probationis forma in teſtibus de auditu proponitur;idem,*in l. vltim. tit.13. lib.3.ordinamenti,*videlicet quod tales debent deponere,de primo,vel ſecundo auditu,dum tamen declarent ſe audiuiſſe ab illis, qui dicebant ſe ita factum vidiſſe,, iuxta formam Textus, vbi omne *in l ſi arbiter,ff.de probaoionibus*; non enim requiritur ad probandam immemorialem, vt probetur centenaria teſtibus, aut inſtrumentis,ſed ſufficere, vt prædictis teſtibus modo dicto immemorialis probetur, quæ poteſt contingere minori tempore,quàm centum annorum, vt iam dixi.

35 † De longiſſimi temporis præſcriptione,Donellus *lib.5.comment.cap.31.*vbi Oſualdus, & in quibus differat centenaria,& immemorialis latè ſcripſerunt,Couarruuias *in reg.poſſeſſor.2.p.§.3. à n.6. & §.4* Pinelus *in Authent.niſi tricennale 5 Cod. de bonis maternis.à num.57*·Videndus Molina *de primog.lib.2.c.6.à n.43.*

36 Ad tertiam quæſtionis partem, an detur reſtitutio in integrũ aduersùs vtramque præſcriptionem, ſiue immemorialem:ſuppoſitis quæ adduxi, *ſup.in c.1.q.2.* verſic.*ad quartam*,& *in c.illud* 8. verſic.*ad tertiam.*reſpondeo cum Couar.*in reg.poſſeſſor.3.p.§.3.*per Textum, vbi cum multis probans maioribus ætate aduersùs præſcriptionem dari in integrum reſtitutionem ex cauſa iuſtæ,& probabilis ignorantiæ,& *ibi n.4.*quod Eccleſia,& minor reſtituuntur aduersùs præſcriptionem,etiam quadragenariam;cum dubium ſit inter Doctores nunquid reſtitutio detur, aduersùs præſcriptionem tricennalem,ſeu quadragenariã,de qua iam, *ſupra.* adduxi:tamen de præſcriptione centenaria contrauertatur,multi reſpondent, non dari reſtitutionem eo quod hæ præſcriptiones præſtent pleniſſimam ſecuritatem:argumento Textus *in l. omnes,Cod.de præſcript.30.vel 40. annor l.vltim.C. de fundis patrim. lib.11.* vbi expreſſim probatur præſcriptionem quadragenariam pleniſſimam inducere ſeruitutem,ſed vbi pleniſſima ſecuritas eſt locus non eſt reſtitutioni in integrum Gloſſa *in l.ait prætor,§ permittitur,*verbo *imputandum ff.de minoribus,Gloſſa in clem.1.de in integrum reſtitutione,*verbo *lapſum*,cum aliis,ergo à fortiori in noſtro caſu denegandam eſſe videtur,& multò longiori tempore:ſic Iaſon;Socinus,Pariſ.& alij relati à Couarruuias *dicto num.2.*in verſic.*cæterum*;vbi refert Aymon Craueta *in tractatu de antiquitate, temporum 4.p.c.materia iſta.num 44.*acerrimè defefendentem aduersùs centenariam dari, ex *c. Iuſtæ ignorantiæ* reſtitutionem,& melius aduersùs quadragenariam ; non item in immemoriali , ob difficillimam probabilis , & iuſtæ ignorantiæ probationem , Couarruuias verò *ibi dicto n.4. verſic.8. & verſic.9.* defendit ex rationibus antea adductis ibi videndus ad plura vt *toto, n.4.* tam in quadragenaria, quam centenaria denegandam eſſe reſtitutionem ex *cap. ignorantiæ*, ex clauſula generali maioribus competenti.

QVÆSTIO II.

An priuilegium centenariæ præſcriptionis taliter ſit ſoli Eccleſiæ Romanæ conceſſum, vt non extendatur nec ad fiſcum , nec ad Principes,nec ad ciuitates, nec ad alia pia loca: Et an prærequiratur præſcriptio centenaria contra vaſſallum Romanæ Eccleſiæ,ſeu an eadem, aut qualis prærequiratur , vt Dominus aduersùs vaſſallos præſcribi?

SVMMARIVM.

1 L.fin.Cod.de Sacroſanctis Eccleſiis,n.7.
2 Nouella 160. n.8.
3 *Fiſcus maior priuilegia habet , quàm ciuitates, intellige, vt n.9.*
4 *Fiſcus Ius habet in rebus debitorem , & tacitam hypothecam.*
5 *Fiſco non competit priuilegium centenariæ præſcriptionis.*
6 *Actiones nequeunt moueri poſt quadraginta annos.*
10 *Vſucapio in multis caſibus admittitur contra fiſcum,in multis nec vno tempore,n.11.*
12 *Centenariæ præſcriptionis priuilegium , quando Principibus competat,n 13.14.& 15.*
16 *Ciuitatibus obſtat annorum triginta præſcriptio, num.17.*
17 L. omnes l. ſidut , Cod. de præſcript.30.vel 40. annorum.
18 *Centenaria præſcriptio , non requiritur contra vaſſallum Romanæ Eccleſiæ, n.19.*
20 *Præſcriptio tempore ordinario procedit contra feudatarium Romanæ Eccleſiæ ſi agitur de vtili Dominio.*
21 *Feudalem rem poſſidens , qualiter poſſideat ad præſcribendum,n.22.*
22 *Feudum quis de nouo acquirere poteſt præſcriptioe.*
23 Cap. ad audientiam hoc tit.
24 *Centenaria præſcriptio deſideratur in ſpectantibus ad Romanam Eccleſiam principaliter non ſecundario.*
25 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica , ſiue feudum,præſcribuntur tempore ordinario.*
26 *Regalia Iura præſcribit vnus donatarius aduersùs alium tempore ordinario.*
27 *Centenaria præſcriptio deſideratur in præſcriptione directi Dominij contra Papam.*
28 *Iuriſdictio præſcribitur contra eam habentem ab Eccleſia tempore ordinario.*
29 *Dominus populi nequit,niſi immemoriali tempore præſcribere ſalaria, quæ ipſe debet ſuis Iudicibus,vt ab ipſo populo ſoluantur , n.30.*
31 *Iudices rationales, quibus ſalaria ſua recuperent & qualiter hanc parcelam in calculo notent, num.32.*
34 *Centenaria requiritur quoties rem communem habet particularis cum Eccleſia Romana.*

SVb hac quæſtione principali plures includuntur ; etenim de præſcriptione contra fiſcum, vt reſpondeam adjunges nonnulla adducta *ſuprà in cap.1. quæſt,2. à num.1.* vbi de præſcribendo

bendo contra fiscum in crimine hæresis, & pro affirmatiua sententia, nempe fiscum gaudere priuilegio centenariæ præscriptionis: probant multi ea Teatu *in l. fin. Cod. de sacrosanctis Ecclesia* in illis verbis *inter publicum Ius, & priuata commoda competens sit discrimen*, sed Ius fisci publicum est, non autem priuatum ergo illa lex
2 ad fiscum quoque pertinet. † Et confirmatur ea *nouella* 160. vbi Imperator dicit *oportere se ex aquo citatum, & rerum fisci curia custodire* ergo principaliter ea lege tributum ciuitatibus debet
3 interpretatione carendi ad fiscum. † Præsertim quia fiscus maiora habet, quàm ciuitates priuilegia: nam ædilitiæ actiones, quæ in venditionibus fiscalibus cessant, siquæ respublica quid vendiderit locum habeot *l. 1. §. illud, ff. de adi-*
4 *cto.* † Tum quia fiscus Ius habet in rebus debitorum, *l. aufertur 46. §. fiscus, ff. de Iure fisci*, & tacitam hypothecam *l. 1. & 2 Cod. in quibus causis pignus, vel hypotheca tacite contrah.* ciuitates autem non habent: nisi quæ singulariter id à Principe impetrauerint, vel pacto quæsierint, *l. simile 10. ff. admunicip. l. 1. Cod. de Iure Republic.* docent Accursius *in dicta l. vltima*, verbo *centum annorum in 4. solutione argum. allati ex l. in omnibus, ff de diuers. & tempore, pracript.* Bartolus, Balbus, Salicetus, & iam *ibi* Peregrinus *de fisci lib. 6. tit. 8. n. 2.*

5 Verum contrariam sententiam, nempe illud priuilegium centenariæ præscriptionis fisco non competere, primo ea *dicta l. in omnibus 20. ff. de diuers. & tempor. præscription. l 1. §. diuus & §. præscription. ff. de Iure fisci, leg. 1. Cod. de quadrieny prascript. l. iam pridem, Cod. communia de vsucapion. l. comperit, Cod. de prascriptione triginta vel quadraginta annorum, §. res fisci instiut. de vsucapionibus*, vbi specialiter cautum est de præscriptionibus aduersùs fiscum constitutis, deinde quia cum *in dicta l. fin. Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*, tale priuilegium non exprimatur non debet fisco competere.

6 Præterea quia lex omnes *Cod. de prascript. triginta, vel quadraginta annorum*, apertè statuit quadraginta annis omnes actiones remoueri, nullumque Ius publicum, vel priuatum post lapsum annorum quadraginta moueri posse: sic docent Paulus Castrensis *in dicta l. vltima, n. 7.* Faquineus videndus *lib. 8. controuers. cap. 3.* in versic. *verum*, Balboa *in cap. ad audientiam hoc titulo num. 18.* Graña *ibi sub n. 7.*

7 Nec obstant fundamenta contrariæ sententiæ, non primum ex *dicta l fin.* nam in verbis eius Iam relatis ratio legis continetur generalis illa quidem, sed postea lex sequitur specialis, de Ecclesiis, ciuitatibus piis locis & redemptione captiuorum nullum verbum de foro adduceos, ob id debebit ad expressa adoptari, vt alibi Imperator diait *in nouella de administr.*
8 *officio in sacris appellat.* † Nec secundum ex *dicta nouella* 160. quia non est bona consequentia, ex illo antecedenti, Imperator ibi circa vsuras dem curam habet fisci, & ciuitatum: ergo quid quid in ciuitatibus constitutum est ad fiscum quoque pertinere, quia ex vno singulari casu
9 regula constitui non debet. † Ob idque datur responsio ad vltimum fundamentum, nam non ex eo quod in aliquibus, causa fisci potior sit, quam ciuitatum, id circo in omnibus potiorem esse oportet, cum quædam sint quæ mouere possint, aliquid de ciuitatibus statuendum, quæ non habent locum fisco, indeque euenire, vt non plus fisco fauendum sit, quàm Cæsares authores legum facere voluerint.

Videmos enim quod in multis casibus aduer- 10
sùs fiscum admittitur vsucapio, vt *in l. 2. Cod. de vectigal. & in l. querela 12. Cod. ad leg. Cornel. de falsis, l. 2. Cod. de requir. reis l. intra quatuor 10. dicta l. in omnibus 13. ff. de diuers. & tempor. prascript.* † Econtrario verò videmus 11
ita nonnulla debita esse fisco, vt nullo etiam tempore immemoriali acquirantur contra illum, vt latius notant Couarruuias *in regula possessor. 2. p. §. 2. & §. 3.* Balboa *de prascriptionibus 5 part. in princip. num. 14.* sic in rebus mobilibus fisci imperialis, nisi quatenus in Iure cauetur *dicto §. res fisci inst. de vsucapionibus, l. quamuis 18. ff. eodem, l. 2. Cod. communic. de vsucapion. l 1. & per totum, Cod. rei Dominica, vel templorum*, videndus Couarruuias *suprà, § 2. num. 7. & in 4 p 2. §. 8. num. 16.* Parladorius *lib. 2. rerum quotidianar. cap. 1.* Conanus *lib. 3. commentar. cap. 15. num 6.* Petrus Gregorius *3. p. Syntagmat. lib. 39. cap. 2. num 5.* Molina *de princip. lib. 2. cap. 6. n. 32.* Azeuedus *in l. 1. tit. 15. lib. 4. compil.*

Ad secundam quæstionis partem, vt respon- 12
deant Doctores plura solent adducere dicentes prædictum centenariæ priuilegium, competere Principibus; ita vt aduersùs illos aliter non præscribitur fundamentum est, quia hoc priuilegium competit fisco, item & ciuitatibus, deinde ex Glossa *in §. vt autem lex* in versic. *nec multum in Authent. de non alienandis rebus Ecclesia* in illis verbis *cum nec multum differat, ab alterutro Sacerdotum, & Imperium, &c.* Ergo cum Ecclesiæ competat, & Principi debet competere, & sic multi dixerunt, quos refellunt Couarruuias *in regula possessor in 2. p. § 2. num. 9.* Peregrinus *de Iure fisci lib. 6. tit. 8.* etiam extra casus expressos *in dicta l. vltima, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis* exceptionem istam centenariæ præscriptionis competere. Et hanc docent sententiam Alexander tenet *cons. 24. lib. 5.* Socinus Iunior. *cons. 65. à num. 4 lib. 1.* Crauetta *de antiquitate tempor. in 4 p. § absolutus, num. 36. & 37.* Felinus *in cap. ad audientiam hoc tit. n. 22.* referunt alios Couarruuias, & Peregrinus.

Alij inquam dixerunt Principis res præscri- 13
bi posse spatio quadraginta annorum in casibus *dicta l. vltima, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*, quia præscriptio centum annorum, quæ ibi constituta fuit, sublata est, *Nouella Iustiniani 111.* innouat constitutionem illam: videndus Boërius *decis. 264. num. 22.* & Tiberius, Decianus *in cons. 124. num 24. lib 3.* post alios ab eo citatos, dixit Principibus obstare præscriptionem 40. annorum quoties possessor titulum habuit ad ipsos.

Sed quia iam *suprà in cap. 12. hoc titulo quast 2.* 14
dixerim plura de præscribendo Iurisdictionem, & alia aduersùs Reges & Principes supremos; ideo existimo breuiter in hoc puncto respondendum sub distinctione, nam si de præscribendo mero, vel mixto imperio agatur, Iurisdictione, vel regalibus respondebis, vt *ibi* respondi *in dicta quastione* sic de tributorum præstatione præscribenda idem dices, vt ibi, *ex dicta l. competit, Cod. de prascript. 30. vel 40. annor.* si de aliis rebus agatur longi temporis præscriptionem locum non habere existimat Faquineus *dicto lib. 8. cap. 3.* versic. *de aliis*, per

per Textum *in l.2. & 3. Cod de dominicæ rei, vel templor. vindic.* ſed longiſſimi temporis habere locum iuxta, *l. ſicut, & l. omnes Cod. de præſcript. 30. vel 40. annorum*, ſi bona fides adſit iuxta
15 Canonicas ſanctiones *ex cap. fin hoc tit.* † Sin autem de rebus feudalibus ſit quæſtio nullam Principibus ad directum feudi dominium anferendum temporis præſcriptionem obſtare ex conſtitutione Federici, *in cap. Imperialem de prohibita feudi alien.* per Federicum, quod præclarè defendit Zazius *in conſ. 15. lib. 2.* bene Faquineus *ſub lib 7. controuerſ. & in dicto cap. 3. in verſic. ego*, qui ſpecialiter fundamentis contrariis reſpondet Balboa *in dicto cap. ad audientiam à n.20.* Graña *hic, num fin.*

16 Ad tertiam quæſtionis partem de præſcriptione contra Ciuitates, etſi multi exiſtiment adhuc hodierno Iure ei competere prædictum Priuilegium centom annorum ex *dicta l fin. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, eo quod *dicta nouell. 111.* in qua Imperator illam centum annorum præſcriptionem correxit; & ad annos quadraginta reduxit nulla Ciuitatum mentio habetur, ſed Eccleſiarum dumtaxat, & aliorum piorum locorom. Et ſic ex *l præcipimus in fine, Cod de appellation.* ſtare videtur quod prohibitum, non prohibetor: docet hanc Pileus, & Ioannes antiquus Gloſſator, & Caſtrenſis, *n.8* Bartolus *n.8.* Iaſon. *num. 11. in Auth. quas actiones. Cod. eodem tit.* Couarruuias alios citans, *in dicta Reg. Poſſeſſor. p.2. §.2. n. 9.* Iacobus Cujacius *lib. 5. obſeruat. cap 5.*

17 Tamen contraria ſententia eſt receptor nempè vt obſtet Ciuitatibus 30. annorum præſcriptio iuxta Textum *in l. omnes. dicta l ſicut, Cod. de præſcriptione 30 vel 40 annorum*, & ratio eſt, quia cum Eccleſiis inferioribus præter Romanam iam ſit adempta centum annorom præſcriptio ex *dicta nouella 111. vt ſupra* latè, *quæſt. 1.* adduxi, & nulla major ſit reſpectu Ciuitatum; quid mirùm vt ſufficiat triceonaria, latè defendit videndus Faquineus *dicto cap. 3. lib. 8. controuerſ.* per verba dictæ nouellæ ibi, *quoniam per tantum ſæculi magis, quam temporis ſpatium nec documentis integritas, nec actu fides, nec ætas valet Teſtibus ſuffragari*; quæ ratio æque militat in Ciuitatibus, ſicut in Eccleſiis, & vberius probat ex verſic. *& iubemus*, dictæ Auth. vbi infert multominùs competere Ciuitatibos illud quadragenale tempus Eccleſiis vltimo inductum: Itaque & ſi de Ciuitatibus ibi expreſſum non ſit ex recta ratione reſpectu earum correctam eſſe dictam *leg fin.* & reſpectu aliorom piorum quaſi plos, *in dicta Auth.* dictum, quàm ſcriptum, ſic Bart. Bald. Cynus, Salicetos, & Fulgoſius *in dicta Auth. quas actiones*, Burtius *deciſ 264. n.22.* Balboa *in dicto cap ad audientiam, num. 22. & 24.* Graña *n. fin.* his omnibus addo cum multis Ceoallos *q 49 in practicis* Couar. *in practicis cap. 37. n.8.* vbi dicit de modo præſcribendi per annos 40. vt in via publica, platea, & ſimilibus, Rodericus *allegat. 5. l. 3. tit. 3. lib. 7. ordinam.* vbi latè Didac.

18 Ad quartam quæſtionis partem, an prærequiratur præſcriptio centenaria contra Vaſſallum Romanæ Eccleſiæ, & videtur quod ſic eo quod ſi dominium vtile præſcriberetur contra Vaſſallum Romanæ Eccleſiæ tempore legitimo videtur hoc modo inferri Romanæ Eccleſiæ præiudicium; Nam cogeretur alium habere Vaſſalloṁ, quam vellet. † Verùm dicendum eſt in 19
hoc caſu deficere Regulam Textus *in dicto cap. ad audientiam hoc tit.* ex quo deducunt Doctores quod Caſtellanus, de quo ibi proculdubiò potuiſſet tempore communi præſcribere contra illum nobilem virum Eccleſiæ Vaſſallum; itavt præſcriptiooe completa Caſtellanus ipſe maneret Eccleſiæ Vaſſallus, quoniam per illam præſcriptionem non ſit Eccleſiæ Romanæ præiudiciom, ſed ſolùm mutatur perſona Vaſſalli iuxta Gloſſam *ibi*, verbo *principaliter*, Gloſſam ordinariam ſequuntur *ibi*, Panormit. *num. 13.* Butrius *n 21. & n.24. & num 14.* & ſolet allegari Textus *in cap. volumus 16 q.4* de qoo iam dixi *q 1.* Textos *in cap. 2. de capel. monach.*

Et ſic fiet contra feudatariom Romanæ Ec- 20
cleſiæ domioium vtile præſcribi poterit tempore commoni; Itavt præſcribens iocipiat eſſe Feudatarius, quod declarat rectè Balbus *de præſcript. p 4. in princ. num. 19.* quando ſolùm agitur de præſcriptiooe vtilis dominij contra priorem Vaſſallum; recognoſcendo Papam in dominium directum. † Quod vt explicem dico, vt 21
poſſidens rem feudalem non ſufficere, vt eam poſſideat tanquam feodalem, & tanquam Vaſſallus, vt etſi ex aliqna ſeudali quæſtione apparet Domino feudi facta, tanquam a Vaſſallo, iuxta Textum *in cap. ſi quis, de ſeudo ſuerit controuerſia inter Domioum, & agnat. & in cap fin. de feudatio inuicem leg. commiſſa* in vſibus feudorum: quo caſu Dominus feudi, ſcilicet Eccleſia Romana cognoſcit præſcribentes, ſe pro Vaſſallo gerere, & ita cum non reclamet videtur ſponte ſua nouum habere Vaſſallum; Ita defendit Balboa *in dicto cap. ad audientiam, n. 13.* Gloſſæ opinionem contra Hoſtienſem, & alios,
† Nam ſicut poteſt quis de nooo acquirere per 22
hanc patientiam, & io ſpecie Textus *in dicto cap. ſi quis*, dum docet quod ſi quis per 30. annos rem aliquam, vt feodum poſſideat, vt ſeruitium Domino exhibeat, quamuis facta non fuerit inueſtitura poterit tamen ſe 30 annorum præſcriptione tueri, & ſic infertur meliùs poſſe, & fortiùs Ius iam formatum, & conſtitutum, & in alium tranſlatum præſcribere contra alium Vaſſallum.

Vnde euenit dicendum ad iotellectum Tex- 23
tus *in dicto cap. ad audientiam hoc tit.* Ideò Romanom Pontificem coodemaſſe Caſtellanum, de quo *ibi* ſuper illis Iuribus ſuper quibus cum illo viro nobili Eccleſiæ Vaſſallu qoæſtio vertebatur eo quod iuxta illa, ſuper quibus erat controuerſia principaliter tangebant Romanam Eccleſiam, ob idque fuiſſe neceſſariam præſcriptionem centennariam quare ex verbis ibi *principaliter*, & ex Gloſſæ ſententia colligitor, quod ſi non principaliter, ſed ſecundario ſpectaret ad Papam, non eſſet opus præſcriptiooe cootraria: argumento Textus *in cap. accedentibus de priuilegiis, cap. ſi de terra eodem* vbi contra Eccleſiam exemptam currit præſcriptio quadragenaria in ſuis iuribus (de quorum intellectu latè *ſuprà in hoc tit.*) Sed ſic eſt, qood quælibet Eccleſia ſpectat ad Romanum Pontificem, ſeu ad Eccleſiam Romanam ſecundario, non tamen principaliter.
† Ergò ex mente Hoſtienſis *in dicto cap ad au-* 24
dientiam, Panormitanus *num. 12.* Ancharrani *conſ. 116.* tunc demum centenaria præſcriptio procedet, quando principaliter ſpectet ad Romanam Eccleſiam, hoc eſt ad propriam menſam,

seu Patrimonium, & ita Felinus *ibi*, ait expressè Textum illum procedere in Eclesiis, quæ sunt proprium Patrimonium Ecclesiæ Romanæ, veluti Marchiæ, & Ferrariæ; non tamen in Ecclesiis Romano Pontifici subiectis Iure exceptionis, quarum bona iure communi præscribuntur *ibi*, Balboa *n.* 10. Baldus *in dicta Auth. quas actiones ad finem*, Balbus *de præscript.* 4. *p. in princ. num.* 18. qui alij obseruant Ecclesiam exemptam præscribi 40. annis, & Textus *in cap. dilectus, cap. Monach.* verbo *generetur*, docet contra Monasterium exemptum præscribi annis 40. licet non contra Papam ex Textu, *in dicto cap. volumus* 16. *q.* 4. *ex cap. cum dilecta de confirmat. vtili, vel inutili*, sed cessare si Papæ præiudicet.

25 † Et sic emphyteusis Ecclesiastica, aut Feudum Ecclesiasticum hoc est rei, cuius dominium directum ad Ecclesiam pertinet præscribitur aduersùs priuatum emphytheutam, aut feudatarium spatio ordinario, Couarr. *in Reg. possessor.* 2. *p.* §. 2. *num.* 6. Valascus *de Iure emphyth. q.* 17. *à n.* 13. Gama Lusit. *decis.* 149.. 5. Barb. *in l. alienam, num.* 60. *ff. soluto Matrimonio*, Molina *de Iustitia tract.* 2. *disp.* 7. *num.* 3. Azor. *Instit. moral. p.* 3. *lib.* 1. *cap.* 23. *quæst.* 3. Caldas Pereira *de nom.*
26 *Emphit. q.* 14. *num.* 2. † Imò Cauedus *decis.* 41. *num.* 6. *& decis.* 65. *num.* 10. *p.* 2. ex Glossa in dicto versic. *principaliter, ibi, posset tamen iste Castellanus*, notat quod Iura Regalia, quamuis aduersùs Regem præscribi non possint, præscribi tamen posse per vnum donatarium; aduersùs alium.

27 Ex quibus iam in nostro casu venit dicendum quod si econtra ageretur de præscriptione directi dominij contra Papam necessaria esset centenaria præscriptio, ex *suprà* dictis omnibus, ex celebri doctrina Bartoli *in l. cum Sponsus*, §. *in*
28 *vectigalibus, ff. de publiciana.* † Vbi docet quod etsi Iurisdictio contra Romanam Ecclesiam, non præscribatur nisi centenaria præscriptione, nihilominùs contra habentem Iurisdictionem ab Ecclesia, præscribitur legitimo tempore, vt sequuntur Romanus *consil.* 166. Ancharranus *cons.* 5. Alex. *cons.* 169. *volum.* 2. Angelus, & Imola *in leg. vsucapionem*; *& in leg. quamuis, ff. de vsucapion.*

29 Ad vltimam quæstionis partem, videlicet an Dominus populi possit præscribere contra populum: v. g. vt Salaria Iudicium soluat, vbi Dominus ad id soluere erat obnoxius, & in hoc casu communis est Doctorum, vt licet talis præscriptio procedat, debet esse nonordinaria, sed immemorialis, eo quia in his præscriptionibus Dominorum contra Vasallos, violentia, & oppressio præsumitur; Et quod talis consuetudo per Tyrannum fuerit introducta, vt *in l. vltim.* §. *iustè, ff. quod metus causa*, voluit expressè Innocent, *in cap. bonæ, el.* 2. *de postulat. Prælat.* Canonistæ communiter *in cap. si diligenti de præscription.* Boërius *decis.* 304. *num.* 4. Couarr. *in Regula possessor* 2. *p. cap.* 4. *num.* 5. & in terminis firmarunt Auendañus *in cap.* 10. *Prætor, n.* 5. versic. *quod limitarem*, vbi tenet quod Concilia horum locorum temporalium Dominorum, non debet soluere Salarium Iudicium electorum à Domino loci, nisi à tempore immemoriali tempore omnis oppressionis, & violentiæ suspicio purgatur, vt notat Felinus hîc.

30 Item quia hoc Salarium à populo, tam ab antiquo solutum iustè debitum, & Iure solutum præsumitur, sequitur Couarr. *de ratiocin. p.* 1. *c.* 17. *à num.* 8.

Vbi *num.* 10. infert Iudices rationales à Regio Concilio missos pro reuidendis populorum rationibus circa huiusmodi Sportulas, & Salaria de bonis Reipublicæ solutas, maximè cautos esse debere liquidando, & perquirendo, à quo tempore retro Concilium Populorom voluntariè, ac inuolunrariè illa soluerit. † Quod si inuenerit adhuc memoriam hominum extare, non debebunt hanc parcellam in calculo recipere decurionibus, & hac de causa rem hanc citiùs in Iudicium deducant, vt ita Respublica à à tali gramine liberetur, & incolumis efficiatur. 31 32

Alia, & plura de immemoriali, quæ hic agitari possent præscriptione dico *infrà in cap fin hoc tit.* vbi videbis, & immisces cum tractatione de centenaria, & si vt iam dixi *q.* 1. diuersa sint. 33

Vnum tamen notabis pro complemento centenariæ præscriptionis, quod si aliquis priuatus habet aliquod ius commune, cum Ecclesia Romana non curret contra eum minor præscriptio centum annorum; Sic Innocentius *in dicto cap. ad audientiam hoc tit.* Marsilius *in l. de minore, ff. de quæstion.* Gratian. *Reg.* 367. *num.* 5. cum multis aliis. Et quid in præscriptione contra pauperes, Boërius *decis.* 31. *num.* 1. 34

AD TEXTVM
IN CAPITE XV.
Auditis, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.
SVMMARIVM

1 *Prælatus quit præscribere totum Ius Episcopale in certis Ecclesiis suæ Diœcesis.*
4 *Abbates præscribere possunt aliqua Iura Episcopalia contra Episcopos.*
5 *Abbates quibus insigniis Episcopalibus, vi queant.*
6 *Quæstiones plures notantur remissiuè.*
7 *Præscriptio potest introduci aduersus consuetudinem præscriptam.*
8 *Institutio authorabilis non præscribitur aduersus Episcopum.*
9 *Inferior ab Episcopo, nequit dare curam animarum.*

Textus hic tria comprehendit, scilicet vt Prælatus possit præscribere totum Ius Episcopale in certis Ecclesiis suæ Diœcesis, veluti Abbas Iurisdictionem habens intra Diœcesim, & hoc spatio annorum 40. argumento eorum, quæ adduxi *in cap. de quarta q.* 1. *in causam.* 7. & aliis huius Tituli. 1

Potest etiam hic adiungi tractatio de Iure Abbatum, de qua latissimè Tamburinus *de Iure Abbatum.* † Item & in versic. *si per tantum temporis vacasse contingerit*, veniunt applicanda quæ adduxi *suprà in cap. illud, cap. ex transmissa*, de interruptione præscriptionis, seu de impedimento eius, contra quem præscribitur, quominùs posset eam impedire. Alia notat ex multis *hic*, Barbosa omninò videndus, & multi per eum: adiunges 2

adiunges ad Textum alia adducta *in c. cum contin-*
4 *gat, de foro compet.* † Et applicabis quæ tradit Flores *variar. cap. 14.* vbi de Abbatibus exemptis, vbi *n. 10.* agit an Abbas possit præscribere certam partem Diœcesis, & ordinationis Clericorum, Balb. *de præscript. p. 5. q. 11.* Petrus de Perusio *in tract. de vnione, n. 30.* Hieron. de Moote *de finibus*
5 *cap. 75.* † Parisius *cons. 95. lib. 4. & cons. 35. n 9. & cons. 22. n. 14* vbi eleganter notat quod talis, Abb. potest vti annulo, & Mitra, & Pontificalibus, & Benedictione solemni, & deputare Vicarium, & Tribunal erigere, & Episcopus non poterit in districtu Vicarij, siue eius licentia Pontificalia exercere ex Textu *in c. peruenit, & ibi gloss. 16. quæst. 1.* & dimissorias præscriptione dare, cum in iurisdictione Episcopali contineatur: ita Flores *suprà d. n. 10.* aliqua dico *sub tit. de ætate, & qualitate ordinandorum.*

6 Per hunc Textum in Glossa hîc verò *ponentes,* solent Doctores agere de quæstione an ex parte ignorantiæ detur restitutio de qua iam alibi adduxi, interim videbis Balboam *in c. 5. hoc tit. n. 60. & 61.* Faquin. *lib. 8. controu. c. 65.* Item de tempore minoris ætatis, de quo Molin. *1 p. tom. 5. q 5.* videbis ad quæstionem Couar. *in 4. p. 2. c. 8 § 12. ex n. 1.* vbi quis verus sit Iudex ad causam coniugalem tractandam, de qua *in c. tuam de ordine cognit.* & alibi, vbi quod pertinet ad Episcopum eius cognitio; de quodam dicto Innocentij, hic dixit Couar *lib. 1. variar. cap. 13.* vbi de indefinitis propositionibus. Et quod præscriptio 10. vel 20. annorum minori non currit per hunc Text. Gratian. *Reg. 371.* per Text. vbi notatus *in l. fin Cod. in quibus causis restitut. non est necessaria,* & de Iure Regio *in l. 98. tit. 29. p. 3. & in l. 9. tit. 11. lib 3 fori,* ex pluribus scribit ampliationes, & limitationes ibi
7 videndas. † Et quod præscribatur aduersus consuetudinē præscriptā, idem Grat. *reg. 366.* & quando tempore consuetudines præscribantur *ibi* ex Abb. *hic num. 11.* cum pluribus aliis, & *reg. 367. de præscript. quadragenaria aduersus Ecclesias, & reg. 368.* vbi quod præscriptio non procedit hæreditate, iacente; licet etiam inexpta continuetur de quibus dixi iam, ampliat, & limitat, per hunc Textum agit Anchartan. *de institutione authorabili,* vbi Abbas *n. 6.* Balb. *in c. 18. de re Iudic. à n. 16.*
8 de qua *in tit de inst.* † De hoc enim dicunt Doctores, nec præscriptione, nec consuetudine posse pes inferiores ab Episcopo acquiri *ex c. cum satis de officio Archidiaconi,* & ratio est, quia animarum cura reseruata est Episcopali ordini, cui incumbit eam committere: argumento Textus *in cap. nullus omnino 16, quæst. 7.* facit Text. Trid. *cap 18 sess 24.*
9 *de reformat.* † Item probatur, quia Ius resistit, vt inferior ab Episcopo possit acquirere Ius dandi curam animarum, nam ibi agitur de publica vtilitate, quæ in Sacerdotiis, & eorum distributione versatur, sed præscriptio de publico detrimento admitti non debet, *l. præscriptionem, Cod de operibus publicis:* ita Balb. vbi hanc Iuris resistentiam non ita versari in constitutione titulo, *collatiua* repetit super Textum hunc, Matthæus Collerus *de processibus executiuis p. 4. à pag. 109.* ibi legendus ex proposito scribens.

AD TEXTVM
IN CAPITE XVI.
Cum ex Officij, hoc Tit.
PRÆMISSVM.

I. DE materia huius Textus, quatenus ait non posse subditum contra superiorem visitationem acquirere, vel procurationem, qualiter contingat dixi latè *suprà in cap. cum non liceat 12. hoc titulo.* II. Hîc agi poterat de visitatione Episcoporum, de qua latè, Azor. *lib. 3. moralium cap. 4. quæst. 2. & 3.* & alij communiter, & an præscribatur agit Cbuchus *lib. 4. institut. moral. titulo 2.* dixi iam *in dicto cap. 12.* Barbosa *in pastorali 3. p. alleg. 73. 74. & 75.* vbi cum infinitis, dico *infrà sub cap. 14. de censibus.*

III. Et ibi in versiculo, *quia secundum Apostolum*, vbi qui spiritualia seminat, non est magnum, vt metat carnalia: applicabis quæ notant Doctores per Textum *in cap. cum secundum de præbend. & dignit.* aliqua notat breuissimè super Textum hunc, Matthæus Collerus *de processibus executiuis p. 4. pag 119.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XVII.
Si diligenti, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Marchionum dignitas remissiuè.*

MVLTA continet huius Textus littera, 1 quæ desiderant amplam tractationem, sed quia de pluribus iam *suprà*, & alibi dictum sit, ideo solùm hîc agam de titulo præquisito ad præscriptionem: quare nunc breuissimè ad litteram videbis sequentia. † Ibi *nisi* 2 *non licuit à Marchione Massa, Iudice Calaritano fidelitatis exigere Iuramentum.* † Ex hoc versiculo de duobus inquiri valet; primo dignitate Marchionum, de qua scribunt nouissimè Mastrilia, *de Magistratibus*, cum pluribus per eum relatis *p. 6. lib. 4. c 6.* & qualiter fuerint primo creati in his Regnis Hispaniæ, Salazar de Mendoza *in libro Dignidades de Castilla lib. 3. c. 12.* prosequitus *c. 13.* & de rationibus quare præferantur Marchiones, Comitibus, *ibi*, *c. 14.* verùm quia de dignitate Comitum plura, *suprà* scripserim *in c. accedens 4. vt litè non contestata:* securres ad ibi dicta. † Secundo de Iuramento fi- 3 delitatis exigendo, aut præstando, de hoc latè dixi, *in c. ego num. 4. & 5. & c. 14. de Iureiurando* Vbi adduxi de Iuramento præstando Papæ, & Ecclesiæ Romanæ ad versic. *hic, per quod constat Ecclesiam Romanam semper in quasi possessione fuisse.*

Et ibi *cum in præscriptione rerum Ecclesiastica-* 4 *rum*

rum bona fides: de bona fide ad præscribendum dixi, *sup. in c. de quarta,* cum aliis iuribus huius tituli, & late *infra in c. fin.*

5 Et ibi, *non credimus centenariam præscriptionem (quæ sola currit aduersùs Ecclesiam Romanam) posse probari:* per hæc verba agi potest de tempore ordinario ad præscribendum, tam in rebus laicorum, quàm Ecclesiarum, de quo tempore videbis adducta *in cap. 1. cap. 3. cap. de quarta, cap. 7.* & aliis huius tituli; item & de centenaria præscriptione, quæ solùm currit aduersùs Ecclesiam Romanam, dixi latè, *in cap. cum vobis 14. hoc titulo*, aliqua, *in cap. ad audientiam 13.*

6. Et in versic. ibi, *& is etiam possidere dicatur:* per hæc verba sentiunt omnes, quod qui alieno nomine possidet, veluti commendatarius, simplex colonus, & similes non præscribunt, eo quod etsi habeant iustam detentionem rei, tamen non possident opinione Domini: ex multis probat videndus Barbosa *hic num. 7. 8. & 9.* de quo dixi nonnulla, *suprà in cap. 8. hoc tit. q. 1 à num. 1. 2. 3. & 3.* aliquid, *in cap. 12 quæst. fin. in fine.*

7 Et ibi, in versic. *confessionem tuam:* per hæc verba queit disputari de probatione, quæ fit per propriam confessionem, & quatenus ea confitenti præiudicet, de quo latè adduxi, *in Rubrica & tit. de confessis*, iterum ad ea quæstione, an solius prælati confessio præiudicet Ecclesiæ: quam hic mouet, & tractat Barbosa *num. 10.* dixi late, *suprà, & ibi, in cap. fin. de confessis, q. 1.* versic. *ad secundam:* latissime in alio loco, *ibi*, adducto. Reperit nouissime ad Textum nostrum Matthæus Collerus *de processibus executiuis, p. 4. & fol 119* intelligendus ex proximè notatis, & in quæstionibus sequentibus.

QVÆSTIO I.

Quare si præsumptio est contra præscribentem, Iustus titulus desideretur, vt præscriptio procedat: Et an ex cursu longi temporis præsumatur titulus: Et an si deficiat titulus interrumpatur præscriptio: Et an tituli demonstratio requiratur in præscriptione seruitutum: Et an sit in aliis præscriptionibus necessaria allegatio, & probatio?

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio, vt procedat requirit causam habilem ad transferendum Dominium, vel vsucapiendi conditionem, & qualis sit.*

2 *Præscribere nequeunt commendatarius, depositarius, colonus, inquilinus, & omnes alij, qui non affectione Domini possident, nec tempore longo, aut immemoriali, num. 4. nec centenaria, num. 5.*

3 *Titulus est origo Dominij, ita vt si ea sit, vera titulus sit verus, si præsumpta præsumptus, & n. 7. in fin.*

9 *Conductor, vsusfructuarius nunquid queant præscribere, quid de possidentibus titulis aliis, num. 7.*

8 *Præscriptio, cui Iure resistit contra præscribentem titulum requirit, etiam in Ecclesiasticis vbi desideratur possessio quadragenaria, num. 9. & etiam si alteri, non assistat, num. 10.*

11 *Titulus in præscriptione legitimanda decennali tempore, præsumitur in rebus parui præiudicij, secus in aliis, n. 12. 13, & in quibus verificetur, n. 14. & 15.*

15 *Beneficij titulus quanto tempore præsumatur.*

17 *Tituli demonstratio, quando requiratur, aut non, n. 18. 17. Et quid in Regibus Hispaniæ circa tertias remissiue.*

18 *Possessionis vsus pro traditione accipitur.*

19 *Vtens seruiture longo tempore non vi, non clam, non precario habet Iure impositam seruitutem.*

20 *Titulus in seruitutibus realibus non requiritur, secus in corporalibus.*

21 L. alienat. ff. de verb. sig.

22 L. incorporalium Iurium præscriptio requirit scientiam, & patientiam aduersariis: *limitatur*, n. 23.

24 *Possessio Iurium incorporalium, in quo consistat, & n. 25.*

26 *Tituli allegatio, & probatio, quando in præscriptionibus sint necessariæ.*

VT ad has difficultates respondeam præmitto dicendum præter possessionem, & bonam fidem requiri titulum iustum ad præscriptionem id est causam habilem ad transferendum Dominium, vel vsucapiendi conditionem qualis est stipulatio, emptio, donatio, permutatio, testamentũ, legatum, & similes, vt *in l. diutina, C. de præscr. longi tempor.* titulus enim huiusmodi est causa Iustæ possessionis, quæ est proxima causa præscriptionis, seu vsucapionis. † Cumque regula Iuris ex hoc nostro Textu, & aliis sit, vt absque Iusto titulo, non possit Dominium per vsucapionem, seu præscriptionem acquiri, *l. nulla Iusto 23. C. de rei vindic.* vbi Doctores sequitur, vt commendatarius depositarius, colonus, inquilinus rem commendatam, depositam conductam præscribere non possint, quia non sunt illi iusti tituli; id est habiles, & sufficientes, ad transferendum Dominium, Andreas Valensis *in rub. hic, §. 5. n. 1.* cui addo Anton. Gomez. *in l. 45. Tauri à n. 7.* Menoch. *rem. 1. de recup. à n. 62.* Balbum *de præscr. p. 4. pr. 4. n. 34. & 1. p. 6. n. 91.* Surdum *dec. 52. n. 8.* Perez *ad leg. 2. tit. 13. lib. 3. ordin.* dicentes vt tales nequeant præscribere, eo quod alieno nomine possident, & eo quod licet habeãt licitam rei detentionem, etiam cum titulo; non tamen habant possessionem, quia rem non apprehendunt opinione Domini, nec vt sua; sed magis, vt aliena vtantur, *l. officium 9. ad fin. ff. de rei vind. l. rei comm. ff. commodati, § possidere,* versic. *per eos inst. de interdict. Gloss. magna poss.* † Et Egidius Trul. *in opere mor. c. 4. dub. n. 4. lib 7.* dicit quod titulus est radix & origo vnde; rei Dominium, & Ius oritur; ita vt si radix Dominij sit vera, titulus erit verus si præsumpta, titulus erit præsumptus, vt *infra*, explano. 1 2 3

Et taliter hanc Doctrinam amplectuntur DD. vt docent Balbus, Paulus, & alij, *in l. nec C de vsufructu,* Iason *in l. 2. Cod. de Iure emphyt. n. 157.* Bald. *n. 37.* Tiraq. *de const. ampl. 34 limit. 21. num 7.* procedere etiam, quamuis præscriptio longissima, vel immemorialis proponatur, quia nec per illam præscribet, is qui alieno nomine possidet, cum nõ possideat ipse, ac subinde deficiat substantia præscriptionis respectu illius. † Imo quamuis Gloss. *in c. cum* 4 5

hoc non procedere in præſcriptione centenaria: Tamen veriùs eſt eam locum non habere in eo, qui alieno nomine poſſidet, licet aliàs contra Eccleſiam Romanam in vero poſſeſſore ſufficiat Sic Barboſa *hic. num.* 7. verſic. *amplia idipſum*, in fine.

6 De conductore videbis Textum *in l. pretia ff. communia de vſucapionibus, l. habet*, §. *eum qui, ff. de precario.* Surdum *dict. deciſ* 52 *n.*8. *de vſufructuario*, Menoch. *conſ* 139. *n.*1. Velaſc. *conſult.* 66. *n.*18. de colono, ſeu inquilino, & illo, qui habet rem pignoratam: Videbis Stephanum Gratianum *diſcept. forenſ. cap.* 124. *à n.* 18. & adiunges ea quæ adduxi *ſuprà de reſtit. ſpoliat. cap.*4. *de reſtitutione ſpoliatorum ſub quæſtione* 2. vbi videbis de aliis.

7 De his titulis, & aliis, videbis quæ hic congerit Balboa *q.*2. cum multis Doctoribus ab eo relatis, & Graña, quibus addo Filuicium *tract.* 31. *cap.*8. *q.*4. Azor. *Inſtitut. moral. p.*3. *lib.*1. *cap.*21. Egidium Trullenq. *in opere morali lib.* 7. *cap.* 4. *dubio* 2. *num.* 4. qui numerant titulos ſequentes pro Soluto, pro Emptore, pro Hærede, pro Donato, pro Derelicto, pro Legato, & Teſtamenti ſeu ſucceſſionis abinteſtato, pro dote, pro ſuo pro tranſacto, pro Iudicato, pro permutato, pro ſocio, & aliis, qui etiam de his titulis diſputant qualiter veri ſint, & vberiùs Balboa omninò videndus *dict. q.*2. *per totam*, & idem *in cap illud* 8. *hoc tit. n.*77. dicit quod Titulus pertinet ad ſubſtantiam vſucapionis, & præſcriptionis per Textum noſtrum, & *l. celſus, ff. de vſucap.* vbi copiosè Bartol. Couar. *in Regula poſſeſſor* 2. *p.* §. 5. *in fine*, Balbus *de præſcript.* 3. *p.*6. *partis q.*3.

8 Ex his iam ad primam difficultatis partem facilis eſt reſponſio; vt ſi præſumptio eſt contra præſcribentem iuſtus Titulus deſideretur, vt præſcriptio procedat: nam ſi ea non procedit ex quacumque poſſeſſione in commendatario, & aliis, eo quod poſſeſſionem non habent titulatam, & quia illis reſiſtit Ius, quid mirum, vt quoties præſcribenti Ius reſiſtit titulus ſit neceſſarius, vt de Laico præſcribente decimas dixi *ſuprà in cap. cum cauſam* 7. *hoc tit.*

9 Quare licet in præſcriptionibus longiſſimi temporis 40. ſcilicet annorum, quàm in rebus Eccleſiaſticis obtinere certum eſt, vt dixi *in cap. de quarta, dicto cap. cauſam* 7. & aliis huius Tituli regulariter Titulus neceſſarius non ſit; requiritur tamen in eiſdem præſcriptionibus ſi Ius commune, vel eius præſumptio ſit contra præſcribentem, ita probant Doctores per Textum noſtrum ad finem, & *Gloſſa vlt.* ibi Teſte Pariſio *num.*46. & per Textum *in cap.*5. *hoc tit. lib.*6. verſic. *non licet ei*, per quem ita Barboſa *ibi, n.*8. & 9. Couarruuias *in Reg. poſſeſſor p.*2. §. 5. *num.*2. & *lib.* 1. *variar. cap* 17. *num.* 6. optimè Egidius *in repetitione l. ex hoc Iure, ff. de Iuſt. & Iure c.*8. *n.* 74. *p.*1. Pinelus *in Authentica niſi tricennale, Cod. de bonis maternis num.*10. *in fine*, Molina *de Iuſtitia, & Iure, tomo* 2. *diſp.*75. Tuſcus *littera P, concluſ.* 535. *à num.*22. Maſcardus *de probationibus concluſ.* 1379. *à num.*108. Gilchenius *de præſcrip. p.*2. *membro* 1. *cap* 9. & 11.

10 Et taliter iſte titulus neceſſarius eſt, vt non ſolùm prærequiratur in præſcriptionibus, in quibus Ius commune, & eius præſumptio reſiſtit præſcribenti, & ſimul aſſiſtit aduerſario, contra quem præſcribitur, ſed etiam quando Ius commune, vel eius præſumptio reſiſtit ſolùm præſcribenti, etiamſi Aduerſario, contra quem præſcribitur non aſſiſtat, veluti quando inter duos Epiſcopos, vel Parochos contentio eſt ſuper decimis, quæ non, *in cap. ſuorum*, ſed in tertia alterius Epiſcopi, vel Parochi Diœceſi vel Parochia conſiſtent. Ratio eſt, quia quando Ius commune præſcribenti reſiſtit, ſi Titulum non oſtendit, præſumitur rem ipſam iniuſtè occupaſſe, quæ ſanè ratio militat, & concludit non ſolùm quando Ius commune reſiſtit Aduerſario ſed etiam quando ſolùm reſiſtit præſcribenti, quando alteri non aſſiſtat, vti denotant verba Textus *in dicto cap.* 1. *hoc tit. lib.*6. ibi, *cum Ius commune contra ipſum faciat*, & rurſùs ibi, *vbi tamen eſt rei Ius commune contrarium*, quibus maniſeſtiſſimè Pontifex ſignificat ad hoc, vt Titulus præſcribenti neceſſarius ſit ſatis eſſe, quod Ius commune contra eum faciat minimè verò exigit, quod alteri aſſiſtat, contra quem præſcribitur. Quibus fundamentis ita tenuerunt Ioannes Andreas, Antonius, & Abbas *n.* 35. Boyc. *num.*10. *ad finem* Felinus *n.*7. *ampliatione* 2. hic teſtatur communem Coũar. *lib* 1. *variar. cap.*17. *num.*6. & eſt de mente reliquorum omnium, vt notat Barboſa *in dicto cap.* 1. *num.* 9. refert, & ſequitur Tuſcus *tomo* 6 *littera P, concluſ.* 135. *à n* 23 Molina *de Iuſtitia dicta diſp.* 75. *tomo* 2. verſic. *notat optimè.* Ad alia vbi quoties Ius commune reſiſtit in præſcriptione electionis Titulos, & bona fides ſufficiat, Balboa *in cap* 3. *de cauſa poſſeſſ. & propriet. n.*70. de quo dixi *ſuprà, in dicto cap. cauſam* 7. *hoc tit.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, an ex curſu longi temporis præſumatur Titulus, cumque 11
eam confusè, & cum tantis ambiguitatibus à Doctoribus agitatam videamus, vt vix poſſit intelligi quid tenendum ſit, & ſi abſolutè illationibus Doctorum credas penè totam Iuris peritiam deſtrues; Ideò quia admodùm vtilis eſt in praxi hæc inueſtigatio; ideò illam conabor declarare, in cuius gratiam duxi præmittendum Doctores, qui iam tractarunt ex antiquis Bart. Bald. Salicetus, Florianus, & omnes *in l. cum de in rem verſo, ff. de vſuris*, Abbas, Anchatranus, Butrius, & Canoniſtæ *hic, & in cap. peruenit, de emptione, & venditione, & in cap. peruenit de cenſibus, & in c. querela de electione*, Iaſon, Curtius, Alciatus, Riminaldus, & omnes ſcribentes *in l. ſciendum, ff. de verb. oblig* latiſſimè Tiraquell. *de præſcript.* §.1. *à n.* 13. Felinus *in cap. ſicut de re Iudicata, à num.* 29. Antonius Gabriel. *in ſuis commun. lib.*1. *tit. de præſumpt. concluſ.* 1 per totam Caſaneus *in conſuetud Burgund. tit. deſcentes Rubrica* 11. §.2. *à num.*3. Aymon. Crauetta *tract. de antiquitate* 2. *p. cap.*1.2.3. Maſcardus *de probationibus p.*3. *concluſ* 1361. & 1317. Balbus latè *de præſcript.* 2 *p q.*10. Flores de Mena latiſſimè *variar. q* 23. *lib.*3. Menochius latiſſimè, & eleganter *de præſumpt. p.*1 *lib.*3. *c.*131. & 132. per totum Faquineus *lib.*8. *controuerſ. cap.*30. Balboa *hic q.* 3. *à num.* 60. & alij ab iſtis relati. Verùm quia prædicti Doctores ſoleant plures caſus adducere, & illa ſit communis diſtinctio, nempè inter res parui præiudicij, in quibus ex decennali poſſeſſione titulus præſumatur; ſecùs autem in rebus magni præiudicij aſſignantes, qui iſti caſus ſint. Ideò nunc primò ad propoſitum noſtri dubij ſequentia refero.

Primò nam & ſi reuerà Vaſchius *controuerſiarum illuſtrium, lib.* 2. late videndus ad materiam 12

Textus

Textus nostri *cap.* 57.58.59.60.61.62.63.64 65. 66.67.68.69.79. 84. & 87. ipse tamen latè agens *dicto cap.* 61. cum aliquot sequentibus, an ex Diutina possessione titulus ad præscriptionem idoneus præsumendus sit si allegetur, & pro affirmatiua sententia, nempè vt probetur, afferat ex Tiraquello *de præscriptionibus* §. 1. *Glossa* 4. vltra quinquaginta argumenta, veluti titulum piæsumi ex diutina vsurarum præstatione, & titulum beneficij ex diutina eius possessione legitimum Matrimonium, & in aliis casibus, præter præscriptionem, de qua nunc inquirimus; ideò ego, licet nonnulli, quos commemorat Balbus *de præscriptionibus in* 1. *p.* 3. *princ. q.* 10. dicant Titulum ad præscriptionem necessarium, ex longo tempore præsumi: Tamen cum Bartulo; & eodem Baldo, existimo illum Titulum ex longo tempore non præsumi in præscriptione.

13 Nec obstat Vaschius *suprà relatus*; nam major pars Doctorum, quos ipse citat, non id quærit, an ex *lege cum de in rem verso*, *ff. de vsuris*, præsumatur hoc modo titulus præscriptionis à quodam tertio habitus, sed an sicut in annuis præstationibus titulus præsumitur ex longo tempore (de quibus iam *suprà* dixi); Ita etiam in aliis rebus præsumendus sit titulus inquam ab Aduersario habitus, qui scit, & patitur, non à tertio aliquo, Ita Faquineus videndus *dicto lib.* 8. *controuers. cap.* 30. vbi ait in versic. *retuli*, & in versic. *postremo*, statum nostræ quæstionis esse si probauero me rem tuam longo tempore possedisse, siue te ignorante, siue te sciente, an titulus quem allegauero ex diutina possessione præsumendus sit titulus, inquam iustus, quem acquisiuerim ab alio non Domino, quem Dominum esse credebam, bona fide, & in hoc casu ipse Faquineus cum aliis loquitur; dicens quod præscriptio non requirit Titulum, nec causam ab eo, qui rei Dominus est, sed ab alio non Domino, quem Dominum esse credebat, qui præscribit; In Domino autem scientiam, & patientiam iustam possidenti causam tribuisse dicit, ita ille alia plura adducens pro vera resolutione videndus.

14 Vndecim pro illa Regula generali titulum præsumi in aliis casibus ex diutina possessione longi scilicet temporis; Tunc ex Doctoribus existimo sub præfata distinctione intelligendum nempè vt in rebus parui præiudicij, decennali possessione Titulus præsumatur; vt v. g. ex patientia decennali præsumitur licentiam Domini interuenisse in alienatione rei censuariæ emteutiex feudalis. Secundò ex decennali possessione seruitutem constitutam censeri. Item præsumi domicilium duarum Ecclesiarum vnio, Item partis prodiuiso diuisio, dispensatio, professio Religionis; Item de Iure antiquo ex diutina cohabitatione præsumi Matrimonium: argumento Textus *in l. qui in aliena*, §. 1. *ff. de acquirenda hæreditate*, vbi si filius per decennium aliquam hæreditatem possideat, præsumitur additio, & argumento Textus, *in l. si filius*, *Cod. de petit. hæreditatis*, vbi si filius per decennium hæreditatem possideat, præsumitur iussus, visus, & hæreditatem in forma solemni audiuisse, & ex Textu, *in l.* 1. *Cod. de patria potestate*, vbi etiam ex longo tempore emancipatis præsumitur idem, *in leg. post mortem*, *ff. de adoptionibus*; titulum libertatis, *l. circa*, *ff. de probationibus*; consensum in alienatione requisitum à lege, vel statuto, ratificationem quoque necessariam donationem quoque ex *l. proculo*, *ff. de donation.* transactionem sustineri, *ex cap. contingit de transact.* votum continentiæ præsumi, *c. vidi duas* 27. *quæst.* 1. initiarum quem sacris, consensumque Episcopi in vnione, Boërius dicit ad præsumendam beneficij vnionem, spatium quadraginta annorum desiderari, vt refert, & sequitur Balboa *hic*, cum aliis *sub num.* 61. *q.* 3. Item & præsumi consensum, vt alter ex coniugibus ingrediatur Religionem ac Monasterium mutationem voluntatis, consecrationem Ecclesiæ, Iuramentum, tabellionatum, priuilegium, mandatum, acta Iudicialia; exequutionem sententiæ rite factum, solemnia alienationis rerum Ecclesiationis citationem partis instrumenti exemplo sumpti solemnitatem; Præterea tempus esse veritatis Patrem, magnam vim habere scientiam, & patientiam vim habere consensus, *leg. si ergo*, *ff. de publiciana*, *l. alienationis verbum*, *ff. de verb. significatione*, *l. si quis diuturno*, *ff. si seruitus vendicetur*, hæc & alia congerunt Faquineus *dicto cap.* 30. versic. *dixi*, Balboa *hic*, *à num.* 61. latè ad disputationem videndus Flores de Mena *dicto cap.* 23. *per totum.*

In his ita pleraque videntur quæ sunt magni præiudicij, veluti vnio beneficij, donatio, quæ diuturnitate temporis, non præsumitur, sic nec remissio debiti, nisi concurrentibus indiciis, de quibus, *in l. proculo*, vbi omnes, *ff. de probationibus*; Imò & Mascardus ex solo decennio, non præsumi titulum beneficij, dixit *concl.* 1372. *per totam*, Menochius *lib.* 6. *præsumptione* 75. Item quod in rebus minorum, vniuersitatum, Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum, quorum bona immobilia sine decreto, & certis solemnibus alienari non possunt, ex decennio, nunquam præsumatur titulus: dixerunt Mascardus *de probationibus* 1. *p. conclus.* 482. Caualcanus *decis.* 45. *à num.* 13. *lib.* 1. Reduanus *de reditibus Ecclesiast. Rubr.* 27. *casu* 11. Idem Mascardus, & Menochius, *dicta conclus.* 1372. *& præsumpt.* 75. Zephalus *cons.* 316. *lib.* 3. *& cons.* 396. *à num.* 11. *lib.* 2. Euerardus *conclus.* 196 *num.* 2. Parisius *conclus.* 98. *num.* 11. *lib* 1. Roland. *cons.* 90. *à num.* 38. *lib.* 1. Capicius *decis.* 16. *num.* 1. Afflictis *decis.* 245. *num.* 4. *& decis.* 107 Osascus *in pedemont. decis.* 272. *&* 173. Alciatus *resp.* 45. *n.* 2. *& resp.* 151. *num.* 3. *lib.* 1. Menochius *de arbitrariis lib.* 2. *centuria* 6. *casu* 433. *num.* 14. Et pro vero intellectu; & an annis 30. præsumatur verus titulus cum infinitis agit D. Iuanes del Castillo *de tertiis sub cap.* 3. *in fine*; 15

Ad tertiam quæstionis partem, an si deficiat titulus interrumpatur præscriptio, de hac quæstione dixi iam *in cap. illud* 8. *hoc tit. sub q.* 4. versic. *ad quartam*: vbi egi de ea quæstione, an si titulus deficiat, naturaliter interrumpatur præscriptio. 16

Ad quartam quæstionis partem, an tituli demonstratio requiratur in præscriptione seruitutum realium, & quod ea non requiratur, probat textus *in l. si quis diuturno*, *ff. si seruitus vendicetur*, & rationem dicunt Bartolus *in l. seruitutes prædior.* in versic. *secundo quæro*, *ff. de seruitutibus in generali*, Imola *hic*, *cum.* 2. Paulus *in dicta leg. seruitutes*, Salicetus *in l.* 1. *opinio* 6. *Cod. de seruitut.* vbi dicit communem Zepola *in tract. de seruitut. cap.* 20. *col.* 3. & dicit esse speciale in seruitutibus 17

uituibus realibus, vt ſine titulo præſcribantur, vt tenet Gloſſa *in dicta leg. ſi quis diuturno*, & eſt communis opinio ſecundùm Abbatem, *in cap.4. hoc tit. col.* 2. Cepola *vbi ſuprà*, Ceuallos videndus *in practicis quæſt.* 47. Et facit Textus de Iure Regio, *in leg.15. tit.31. p.* 3. de cuius Textus interpretatione, & materia, vltra antiquos, & ordinarios agit Olanus *in Antimonia Iuris, littera A, num.*136. Parladorius 1, *p. rerum quotidianarum, cap.* 1. §. 8. *num.*23. vbi declarat Textum, *in dicta leg ſi quis diuturno*, & Padilla referens plures rationes ad Textum, *in dicto cap.*2. *hoc tit. lib.* 6. qui videtur obſtare, *in leg. ſi aquam, num* 18. *Cod. de ſeruitutibus, & aqua*, hanc partem probat ex verbis dictæ legis ſi quis ibi, *non eſt neceſſe docere de Iure*; ideſt de titulo, ex quibus verbis aduertit non ſolùm excludi tituli probationem, ſed etiam allegationem. Et quod Reges Hiſpaniæ, & alij habentes priuilegia Pontificia de percipiendis tertiis decimalibus, non teneantur titulum demonſtrare latiſſimè cum multis D. Iuanes del Caſtillo *de tertiis toto cap.* 3.

18 Sed ratio, vt arbitror ea nempè eſt, quam ſcribit Faquineus *lib.*8. *controuerſ. cap.*30. verſic *& quidem*, quia vſus poſſeſſionis pro traditione accipitur ex *l. quoties, ff. de ſeruitutibus*, & patientia vicem obtinet traditionis *l. ſi ego*, §. 1. *ff. de publiciana.*

19 Et ſic obtinuit, vt qui longo tempore vſus fuerit ſeruitute, *non vi, non clam, non precario* habuiſſe, velut Iure impoſitam ſeruitutem videatur *leg.*1. § *ff. de aqua pluuia arcenda dicta leg. ſi quis diuturno.* Quam tamen rationem exiſtimo veram eſſe in ſeruitutibus diſcontinuis, in quibus ſine dubio non requiritur tituli allegatio, vt docet Bartolus *in dicta leg. ſeruitutes, num.* 4. Ceuallos *vbi ſuprà ſub num* 4 *contra Gloſſam, in leg.*1. §. *denique, ff. de aqua pluuia arcenda, & in dicta leg. cum de in rem verſo*, Imola, & Iaſon *in dicta leg. qui in vltimo, ff. de acquirenda hæred.* Socinus *Reg.* 431. Padilla pluribus citatis dicit communem, *vbi ſuprà* Paulus, Florianus, Felinus, Curtius, Alexander, Corneus, Angelus citati à Ceuallos, & Bœrius *deciſione* 42. *num.* 34.

20 In aliis autem rebus corporalibus; quia vera traditio locum habere poteſt, non idem obtinere dicit Faquineus *vbi ſuprà*: quare venit dubitandum, quæ ſit ratio differentiæ, vt in ſeruitutibus realibus non requiratur titulus, & in corporalibus, ſic & Dinus *in Reg. poſſeſſor, de Regulis Iuris lib.*6. Bartolus *in dicta leg. ſeruitutes prædiorum, num.*5. *& in leg.*2. *Cod. de ſeruitut. & aqua*, vbi Baldus dicunt ſic fieri, quia in incorporalibus tractatu de minori præiudicio, ſed Gratianus *Regula* 37. *num.* 1. dicit ex eo in incorporalibus titulum non requiri, quia ſcientia, & patientia loco eius ſuccedit ex *dicta leg. ſi quis diuturno*, & addit veram rationem differentiæ, & inter corporalia colligi; Nam in corporalibus requiritur titulus, quia non eſt neceſſaria ſcientia, & patientia, licet Petrus *in leg.*2. *Cod. de ſeruit.* dixerit aliam eſſe rationem ſcilicet quia ſeruitutes reales quæruntur rei, quæ ſibi non poteſt de titulo prouidere, quod in corporalibus ceſſat; Tamen Gratianus dicit prædictam rationem tantùm ad ſeruitutes adaptari, & non ad omnia Iura incorporalia, & Faquineus addit *dicto lib.* 8. *controuerſ. cap.* 30. verſic. *verùm*, quod & ſi ſcientia & patientia vna cum diuturna poſſeſſione, idem in rebus corporalibus efficeret, quod efficit in *ſuprà* dictis, non inde efficere titulum ab alio, quàm à ſciente, & patiente præſumendum eſſe, vt Paulus Caſtrenſis rectè annotauit, *in dicta leg. ſeruitutes*, his verbis, non procul à fine, *ſed quid ſi non allego Titulum ab Aduerſario, ſed à quodam tertio, & ad eius probationem induco tempus longum, dico hoc non ſufficere, quia ſcientia, & patientia Domini non facit reſultare præſumptionem in facto alieno, ſed in proprio.*

21 Nec ex Textu *in l. alienationis, ff. de verborum*, probari illud, nempe cum qui patitur rem ſuam vſucapi videri Titulum tribuere vſucapienti, quia iam illud habet iuſtum, alioqui vſucapere non poteſt, ſed hoc ſignificare; vt videatur alienare, qui patitur rem ſuam vſucapi; ratio eſt, quia cum eam vindicare poſſit, & id negligat videtur conſentire, vt in alium transferatur: Et idem Iuris eſſe in annuis vſuris; ac præſtationis, de quibus loquitur, *dicta lex de in rem verſo, ff. de vſuris*: tradit idem Faquineus *dicto cap.*30. in dicto verſiculo *& quidem in fine.*

22 Ex his ea concluſio infertur, quod præſcriptio iurium incorporalium requirit ſcientiam, & patientiam Aduerſarij, vt docent Bartolus *in leg.* 1. §. 1. *col.* 3. *ff. de itinere, actuque priuato*, Innocentius *in cap* 2. *de in integr. reſtitutione*, Balbus *de præſcript.* 2. *parte* 4. *partis princip. quæſt.* 1. *num.*12. & eam communem eſſe atteſtatur Couarruuias *in dicta Reg. poſſeſſor, de Regulis Iuris lib.* 6. *in initio* 2 *p. num.* 6. Molina *de primogen.* 1. *p. lib.*2. *cap.*6. *num.* 23. Matiencus *in leg.* 1. *Gloſſa* 6. *num.*7. *&* 8. *tit.* 7. *lib.* 5. *recop.* facit Textus *in leg.*3. §. *dare, ff. de vſuris, leg. venditor* § 1. *ff. communia prædior.*

23 Sed Felinus *in cap. de quarta hoc tit. columna pen.* poſt Paulum *in leg. ſeruitutes, in magna ff. de ſeruitut.* Cepola *tractatu de ſeruitut. cap.* 20. *&* 14 dupliciter prædictam Regulam limitant & Salcedus ad Bernardum Diez *in Regula* 576. tres poſuit limitationes obtinere loquendo, quas priùs retulit Ioannes Baptiſta *in ſuo erario commun. opinion. littera P, num.* 317. Imò idem Salcedus *limitatione* 3. dicit eam non procedere quando in præſcriptione ſeruitutis, vel rerum incorporalium titulus adeſt, vt *in dicta leg. ſi ergo*, §. 1. vbi Gloſſa *ff. de publiciana*, quia cum ſcientia, & patientia habeatur loco tituli, cum titulus adeſt ipſa erit ſuperflua.

24 Vnde infertur falſam eſſe ſententiam eorum, qui dicunt poſſeſſionem, vel quaſi Iurium incorporalium conſiſtere in ſcientia, & patientia Aduerſarij, vt atteſtatur Cepola *de ſeruitut. Vrbanor. prædior. cap.* 20. *num* 4 *in fine*, Ieſon *in leg.* 1. *num.* 85. *ff. de acquirenda poſſeſſione*, Balbus *de præſcript. dicta* 2. *parte* 4. *partis quæſtione* 1. *num.* 12. Gratianus impugnans; *dictum Reg.* 370. *numero* 3. ait eam nullatenùs veram eſſe poſſe; Quia cum ſcientia, & patientia pro titulo habeatur, non debet etiam, & pro poſſeſſione haberi; Item & fortiori ratione; quia cum in præſcriptione Iurium incorporalium Titulus adeſt (vt dictum eſt) ſcientia, & patientia non requiritur, quod ſi ſcientia, & patientia pro poſſeſſione haberetur, non deberet abeſſe, etiamſi adeſſet titulus; quia ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit vt cauetur

in vulgatis Iuribus ; Igitur vel prædictam opinionem esse falsam, aut reprobatam communem, vt veriùs amplectitur Gratianus, & sic Baldus hanc reprobando, *in dicta leg. 2. Cod. de seruitut. & aqua*, dixit quasi possessionem consistere in dominanti prædio, quæ quidem minimè sustineri potest, nam secundùm eam daremus semper continuam possessionem, quod contradicit *dicta l. seruitutes, la magna*.

25 Tamen si dubites in quo consistat possessio rerum incorporalium, communiter Doctores docent cum Bartulo *in leg. iusto, §. non mutat, num.3 ff. de vsucapionibus, & in l. 3.§ vnde vi, ff. de vi, & vi armata, & in l. hac autem Iura, ff. de seruitutib. Vrbanor. & in leg.1. num. 12. ff. de acquirenda possessione*, consistere in vsu, sequitur Franciscus à Ripa *in Rubrica de causa possessionis, & propriet. num.25.* Padilla *in dicta leg.2. Cod. de seruitut. num.3.* quod credit verum Gratianus, si consistat in vsu, & animo simul, & non separatim : aliàs per non vsum interpellatio, non fieret, vt in casu *dicta leg. seruitutes*, quod videtur amplecti Faquineus, iam relatus *dicto cap.30 lib.8. controuers.* in versic. *& quidem*; dicens ex *l. quoties, ff. de seruitutibus*, vsum possessionis pro traditione accipi, & ita tenendum, & si Padilla *vbi suprà* affirmet consistere quasi possessionem in scientia, & patientia, allegans *in l. 1. tit. 30. p. 3.* quæ benè considerata affirmat aliud tertium genus, quod consistat in vsu & consensu Aduersarij : . Ita considerat Gratianus *dicto num. 3.* in fine legendus, quia subobscurè illam explicat.

26 Ad quintam, & vltimam quæstionis partem satis liquet ex dictis in dubio præcedenti, nempè vt titulus ex diuturnitate temporis non præsumatur, nisi iuxta dicta *ibi*, sed illum esse probandum ex *l. nullo, Cod. de rei vindicatione, leg. diutina, Cod. de longi temporis præscriptione* : agit in terminis hic omninò videndus Balboa *q. 3. à num. 51.* Tiraquellus *de præscrips.§.1.à num. 13.* Mascardus *de probation conclusione* 1362. Balbus *de præscriptionibus,p.2. quæst.10.* Menchaca *lib. 2. illustrium cap. 61.* Flores de Mena *dicta quæst. 23. lib. 3. variar.* vbi abundè, & sigilatim agit de casibus, vbi Titulus præsumitur, & applicabis quæ adduxi *suprà* in versic. *ad secundam*, & Menochium *de præsumpt. p.1. lib.3.cap. 131. & 132.* & Barbosa *in cap. 1. hoc tit. lib. 6.* postquam dixit *num.3.* Tituli præscriptionem oriri ex longissimi temporis cursu, idest 30. annorum, vel plurium, & *ibi num. 6.* quod præscriptionem obiiciens, eam probare teneatur : expendit, *num. 4.* Textum *in cap. cum Ecclesia Sutrina*, de quo *ibi*, dixi latè cum *dicto cap. 5.* vbi *num. 5.* dicit præsumptionem Tituli, non oriri ex solo longissimi temporis cursu, sed ex pluribus simul concurrentibus, vt *in dicto capite, cum Ecclesia*.

QVÆSTIO II.

An is qui ignorat se Titulum habere necessarium ad præscribendum, valeat præscribere : Et an cum possessor Titulum non habeat præsumatur bona fides necessaria ad præscriptionem : Et an successor possit incipere præscribere rem vitiosam defuncti : Et an Titulus pro hærede in suis hæredibus proficiatur ad vsucapionem : Et an decennalis possessio ex Regula Cancellariæ aliquid operetur in Ecclesiasticis titulis : Et quando sine Titulo longissimi temporis præscriptio sufficiat, & de aliis remissiuè ?

SVMMARIVM.

1 *Præscribere valet ignorans se titulum habere, sicut qui ignorat se possidere, n.2.3.4 5.*
2 L. possessio, §. 1. ff. de acquirend. possess. l. 1. Cod. eodem.
4 L.2.§. si sub conditione, ff. de vsucap. pro Emptore.
5 L. sequitur, §. de illo, ff. de vsucap. l. vnica, Cod. de vsucapion. transform.
6 *Probus quilibet præsumitur.*
7 L. penult. Cod. de euictionibus, l. si quis emptionis, Cod. de præscript.30. vel 40. cap.1. hoc tit. lib.6. l. 2. §. sub conditione, ff. de vsucap. l. igitur, ff. de liber. caus. l. quoties, §. qui dolo, ff. de prob. remissiuè, num.6.
8 *Bona fides non præsumitur sine titulo.*
9 L. celsus, ff. de vsucap. *versic.* errare.
10 *Successor numquid possit incipere præscribere rem vitiosam defuncti, n.11. 12.*
13 *Titulus pro hærede in suis hæredibus proficit ad vsucapionem, num.14.*
15 L. 2. §. filium, ff. pro hærede.
16 L. nihil, Cod pro hærede.
17 L. in suis, ff. de liberis, & posthumis.
18 *Possessio decennalis habet vim Tituli in Ecclesiasticis beneficiis, nisi de intrusione constet, n.19 quid in pensione, n 22.*
19 *Possessor decennalis in beneficialibus non cogitur exhibere Titulum suum.*
29 *Triennalis possessor, numquid titulatus dicatur, sicut decennalis.*
21 *Possessio annalis, & triennalis, in quo differant.*
22 *Pensionis titulus numquid præsumatur ex decennali possessione, seu alio tempore, seu sit exhibendus, num.24.*
23 *Pensio datur, aut in titulum beneficij, aut ob aliqua seruitia.*
25 *Titulus ex possessione decennali de Iure in beneficiis non præsumitur, n.27.*
26 Cap querelam de electione.
26 Trid. cap.13. de reformat. sess.24.
28 *Bona fides quit dare absque titulo.*
29 *Præscriptio de Iure Canonico sæpe ex bona fide absque titulo procedis exēplificatur. & n. 30.*
31 *Quæstiones plures remissiuè de titulo ad præscriptionem.*

AD primam quæstionis partem nonnulli existimant ea ignorantia præscriptionem non procedere, tum ex eo, nam qui titulum ignorat, perinde 1

perinde habetur, ac ſi Titulum non haberet, ſed is qui titulum non habet bonam fidem habere non præſumitur, ergò qui titulum ignorat
2 non poteſt vſucapere. † Deinde ex *l. poſſeſſio, §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* ibi, *& ſi poſſeſſio per Procuratorem ignoranti quæritur, vſucapio verò ſcienti competit*, *& ex l. 1. Cod. de acquirenda poſſeſſione*, vbi Imperator Seuerus, & Antoninus *per liberam perſonam ignoranti quoque acquiri poſſeſſionem, & poſtquam ſcientia interuenerit vſucapionis conditionem inchoari, tam ratione vtilitatis, quam iuriſprudentia receptum eſt*, hanc docent Baldus, & Salicetus *in l. 1. Cod. per quas perſonas nobis acquiritur*, quos Felinus refert, Vaſquius *controuerſ. illuſtrium, lib. 2. cap. 68.*
3 Sed vt aduertit Faquineus *lib. 8. controuerſ. cap. 31.* præfati Doctores illud non dicunt, nec prædictis legibus non negatur, eum vſucapere qui titulum poſſeſſionis ignorat, ſed eum qui poſſeſſionem ſibi quæſitam ignorat, licet enim ignoranti poſſeſſio acquiratur; Vſucapio autem ignoranti non conceditur, & ex eo putat Faquineus, quia is qui ſe poſſidere ignorat; non habet bonam fidem; hoc eſt non credit eum Dominum qui tradidit; neſcit enim ſibi quæſitam poſſeſſionem, licet ſuæ poſſeſſionis titulum ignoret vſucapere, nihilominùs poteſt; idem docet Balboa *hic*, non facta mentione Faquinei
4 & ambo. † Ex Paulo *in l. 2. §. ſi ſub conditione, ff. de vſucapion. pro Emptore in toto* § & *ibi*, in verſic. *quod apertius queri poteſt, ſi cum emiſſet heredi eius tradatur, qui neſciat defunctum emiſſe, ſed ex alia cauſa ſibi tradi, an vſucapio ceſſet, ſed mihi eum vſucapere poſſe videtur*, quibus verbis diſertè Paulus reſpondet eum vſucapere poſſe, qui titulum ſuæ poſſeſſionis ignorat: Nam hæres ignorabat defunctum emiſſe, is quoque, qui ſub conditione emerat, ignorabat conditionem extitiſſe; Et ideò ſimilis erat illi, qui non putabat ſe emiſſe, & tamen iſti omnes vſucapere ex Pauli ſententia poſſunt, quia ſubſtantia rei potiùs ſpectanda eſt quàm opinio: hanc ſententiam tenent Bart. & Angel. & Imola *in dicta lege 2. §. ſi ſub conditione*, Vaſquius *controuerſ. illuſtr. cap. 69.*
5 Balbus verò *in tractatu de præſcriptionibus p. 1. p. 3. q. 9.* dicebat non requiri, vt præſcribens initio ſuæ poſſeſſionis ſciat eius titulum, & cauſam, & ita accipiendam hanc poſtremam ſententiam, ſed ſufficere, vt ſcientia tituli ſuperueniat poſt completam præſcriptionem, & ita priorem ſententiam accipiendam eſſe. Tamen hanc diſtinctionem non admittunt Faquineus *dicto cap. 31.* nec Balboa *hic, num. 66.* dicentes nec eſſe conſonam Iuri; quia ſine initio poſſeſſor titulum ignorauerit ſiue poſtea ignorantia tituli præſcriptioni non eſt impedimento ex Pauli reſponſo *in dicto §. ſi ſub conditione*, & ex ratione Sabini, qui potiùs ſubſtantiam intuetur, quam opinionem, vt ibi dicitur, quia ſi neceſſaria non eſt tituli ſcientia initio poſſeſſionis, quod tempus maximè ſpectandum eſſe conſtat, vt bona fides initio adſit præſcriptionis. *l. ſequitur, §. de illo*, ibi, *initium vſucapionis intueri debemus, ff. de vſucapion. leg. vnica, Cod de vſucapion.* ibi, *vt in omnibus caſibus ab initio eam bona capiat, ſecundum quod exigit longi temporis præſcriptio*; Ergò multominùs neceſſaria erit poſt inchoatam præſcriptionem. Et ideò Bart. annotauit *in dicto §. ſi ſub conditione*, poſſeſſori non

nocere tituli ignorantiam initio ſuæ poſſeſſionis, quia non ignorabat initium ſpectandum eſſe.

Ad ſecundam quæſtionis partem, quæ dependet ab intellectu primi fundamenti pro prima opinione dubij præcedentis, reſpondetur duas eſſe contrarias, & firmas opiniones, prima docet bonam fidem in poſſeſſore præſumendam eſſe, & ſi titulum non habeat, ſi Ius commune non contra dicit, nec alius poſſeſſor antiquior appareat, tum ex eo quia nemo præſumitur delinquere, ſed probus quilibet præſumitur, *leg. merito, ff. pro ſocio.* 6

Secundò ex *l. penultima, Cod. de euictionibus.* Tertiò ex *l. ſi quis emptionis, Cod. de præſcript. 30. vel 40. annorum.* Quartò ex *cap. 1. hoc tit. lib. 6.* vbi Pontifex diſtinctè loquitur de bona fide, & iuſto titulo, Quintò ex *dicta leg. 2. § ſi ſub conditione, ff. de vſucapionibus*, vbi præſcriptio locum habet; licet quis ignoret titulum ſuæ poſſeſſionis. Sextò ex *l. igitur, ff. de liberali cauſa*, ex qua dici ſolet bonam fidem induci ex iuſtis, & iniuſtis cauſis, & quamlibet cauſam, etiam iniuſtam à dolo excuſare. Septimò ex *l. quoties. §. qui dolo. ff. de probation* dum probat dolum non præſumi, ſed probandum eſſe inferior, nec malam fidem, quæ à dolo non procul diſtat præſumendam: ergo bona fides præſumi debet his, & aliis fundamentis; docent moderni ex Baldo *ad leg. celſus, ff. de vſucapionibus in 3. p. n. 9.* Vaſchius *controuerſ. illuſtr. lib. 2. cap. 79. num. 15. & cap 81. num. 7* Maſcard. *de probat. concluſ. 224. num 3.* Menochius *de præſumpt lib 3. præſumpt. 130. num 7.* quos refert Faquineus *dicto lib. 8 controuerſ. cap. 31.* Balboa *alios hic, num. 67.* Couat. *in Reg. poſſeſſor, 2. p § 8. n 2.* alios refero *infrà in cap fin. q. 3. verſic. ad quartam.* 7

Contraria tamen ſententia de Iure planſibilior, & verior videtur, etiam *ex l. vltima, Cod. vnde vi*, ibi *omnes ſcire debent, quod ſuum non eſt ad alios modis omnibus pertinere*, eam docent Innocentius, & Baldus *in cap. per tuas de Teſtibus*, Imola *in cap. fin. hoc tit.* Felinus *hic poſt num. 4.* Ruinus *conſ. 41.* Balboa *hic, n. 68.* & Faquineus *dicto cap. 31 lib. 8. controuerſ* verſic. *contrariam*. nam ſi quis rem alienam teneat, nec probat vllam cauſam, ob quam credat eam ad ſe pertinere, non eſt in bona fide, ſi bona fides præſomenda eſſet, excuſaret ſe poſſeſſor, dicens ſe credere ſuam eſſe, quam excuſationem, vt ridiculam reiicit Imperator, & hanc acerrimè defendens Faquineus, reiicit reſponſionem; & intellectum Vaſchij, dum dicit Imperatorem ibi loqui de eo qui ſciebat rem alienam eſſe, quem cum non improbet plures rationes adducit, vt hanc ſententiam à calumniis defendat ibi videndas, & ad ſingula iura priuſquam Balb *hic, à n. 70.* reſpondet ſigillatim, & benè Faquin. quem pec leges pro ampliori intellectu huius dubij. 8

Ego vero hanc poſtremam opinionem amplectendo, vlteriùs confirmo ex *l. celſus, ff. de vſucap.* in verſic. *errare*, vbi ſubdit Text. non valere vſucapionem, ſi nulla dos, nulla donatio, nullum legatum interuenerit, licet hæc ſit bona fides credere ſibi donatum, aut venditum eſſe, & tamen non ſufficit: ergo titulus neceſſarius eſt, ex quo bona fides oriatur, ſine in præſcriptione longi temporis de Iure ciuili, ſiue in qualibet alia longiori, præter immemorialem, de qua dico *infrà, in c. fin* benè loquitur Faquin. *d c. 3 controu.* circa ſinem videndus, vbi ſatisfacit legibus contrariis. 9

10 Ad tertiam quæstionis partem, an Successor possit incipere præscribere rem vitiosam defuncti, de qua occasione huius Textus disputat Ceuallos *in pract. q.25.* Abbas *hic, num.30.* Felinus *num. 6.* sed quia de hac iam *suprà* egerim; tuue *in cap. quia v. de Iudic. q.2.* tum *suprà, & sub hoc nostro Titulo, & in cap. fin.* Ideò pro negatiua sententia videbis Glossam *in l fin. Cod. communia de vsucapionibus*, Glossam *in leg. nihil, Cod. de vsucapione pro herede*, similem Glossam *in l. vitia, Cod. de acquirenda possessione, & in l. quod ipsis qui, ff. de regulis Iuris in Glossa magna in fine*, & est alia Glossa *in l. Pomponius, §. cum quis*, in versic. *cum quis, ff. de acquirenda possessione*, sequuntur Abbas, & Pelinus relati, Alexander *cons.172.n.23.volum.6.* Decius *cons.172.* aliàs 272. *num. 5.* Cagnolus *in Reg. qui vice alterius, n. 16. ff. de Reg. iuris*, Bernard. Diez. *Reg. 572.* Batt. *in l. cum heredes; ff. de diuers.& tempor. præscript.*
11 Paulus *cons. 50.* † Pro affirmatiua sententia, nempè vt præscribat si à se incipiat: Tenent Dinus *in Reg. possessor, de Reg. Iuris, num.42.* Socinus *cons. 203. col. penultima volum.2.* Couarruuias *in dicta Regula possessor, 2. p. §. 9. per totum*, Menchaca pluribus citatis, *lib. 2. controuers. illustr. cap. 73. num.6.* quod ampliat contra communem, etiamsi Successor vtatur accessione sui Prædecessoris; Dum tamen habuerit bonam fidem.

12 Sed in hac controuersia Doctorum, Angelus *in l. si ego, §. partus ff. de publiciana*, assignat eam concordiam, quod opinio 1. Glossarum procedat de Iure Canonico, altera verò Dini, & aliorum de Iure Ciuili. Verùm hanc concordiam reijcit, Ceuallos *dicta quæstione 25. in fine*, recepta ea, quæ traditur per Baldum *in l. nihil, ff. de vsucapionibus pro herede*; Videlicet quod opinio Glossarum procedat in præscriptione longi temporis; Dini verò in præscriptione longissimi, quæ concordia dicitur communis secundùm Socinum *in cons. 203. col. pen. & fin. & in cons.70.* hanc verò quæstionem vocat Ceuallos *dicta quæstione 25. in fine*, pro annuo data bona fide in bono possessore præscribente. & opinionem Menchacæ relatam sibi Iuridicam, videri etiam de Iure Canonico, licet contraria sit magis communis, & in practica recepta secundùm Fabium Turretum *cons.63. num.3.* vbi plures refert; Tu autem resolues, vt in locis præallegatis.

13 Ad quartam quæstionis partem, an Titulus pro hærede in suis hæredibus proficiat ad vsucapionem, & non prodesse dixerunt Accursius, Bartol. Paulus, Alexander, Alciatus, & alij antiquiores, & recentiores Interpretes, quos refert, & sequitur Couarruuias *in Regula possessor, de Regulis Iuris p.5. lib.6.* & latiùs relati à Pinelo *in Rubrica, Cod. de bonis Maternis in 2. p. post num.38.* Primò ex *l 2. § filium, ff. pro herede*, ibi *cui consequens est, vt filius à Patre heres institutus, res hereditarias à Patre sibi donatas pro parte coheredem vsucapere non possit.* Secundò ex *leg. nihil, Cod. pro herede*, ibi, *nihil pro herede posse vsucapi, suis heredibus existentibus obtinuit.* Tertiò ex *leg. in suis, ff. de liberis, & posthumis*; Nam si filij Patre mortuo dicuntur potiùs possessionem continuare, quàm hæreditatem acquirere Pauli Testimonio ex *dicta leg.* infertur eodem, nec possessionem ex Titulo pro hærede adipisci, nec ex eo titulo pro hærede (quem non habent) vsucapere posse.

Verùm affirmatiuam sententiam sequuntur Viglius *Inst. de heredum qualit. & dif. in §. sui*, Forcatulus *Dialogo 36.* Cumanus *in l. 2. §. filium ff. pro herede*, Fulgosius *in leg. 1. Cod. eodem Titulo*, Pinelus *in Rubrica, Cod. de bonis maternis post num.38.* docentes æque suos, atque alios hæredes pro hærede posse vsucapere id colligentes ex verbis *dicti §. sui, Inst. de heredum qualitate*, ibi, *sui heredes ideò appellantur, quia Domestici heredes sunt, & viuo quoque Patre, quodammodò Domini existimantur*, & Franciscus Conanus *lib.10. comment. cap. 5. num. 7.* declarat *domestici heredes*, id est *proprij*; Quamobrem dicit Faquineus *lib.controuers. cap. 11.* cum sint veri, & proprij hæredes, cæterisque fauorabiliores, vt notum est se non videre rationem vllam, cur non sicut cæteri hæredes Titulo pro hærede vsucapiant. 14

Nec obstant fundamenta contrariæ sententiæ non primum ex *dicta leg. 2. § filium, ff. pro herede*, quia respondetur ex Titulo pro hærede merito vsucapionem non habere locum in re donata filio; quia illam viuo Patre possidet ex causa, siue titulo, donationis, & licet donatio non valeat, transfert tamen possessionem naturalem, sicut cum vir vxori donat, *leg.1.§. si vir vxori, ff. de acquirenda possessione*, & ideò non potest filius rem donatam ex alia causa, nempe Titulo pro hærede possidere; quia nemo potest mutare sibi possessionis causam, iuxta *dict. l. 2, §.1. ff. eodem, l. 3. §. illud, ff. de acquirenda possessione*, & consequenter, nec vsucapere pro hærede, ita Faquineus *suprà*, imò, & acutè Pinelus *ex dicto §. filium*, ait vt potiùs argumentum sumi possit, nempè filium regulariter vsucapere quia si non possit vsucapere pro hærede, nulla erat ratio, cur quæreretur, an in ea specie possee vsucapere, in qua illud obstabat, quod nactus erat filius possessionem ex alia causa, quam pro hærede. 15

Nec obstat secundum ex *dicta leg. nihil, Cod. pro herede*; Nam respondetur non esse sententiam illius legis suos hæredes vsucapere non posse, sed suis hæredibus existentibus, alium nullum posse vsucapere, cuius rei ratio afferri potest, ait Faquineus *dicto cap. 11. ex leg. in suis, ff. de liberis, & posthumis*, vbi Paulus inquit *in suis heredibus continuationem Dominij eo rem producere, vt nulla videatur hereditas fuisse, quasi hi olim Domini essent*, ex quo apparet in suis hæredibus, & rerum dominium, & possessionem mortuo Patre transfundi, & quamuis possessionem non apprehenderint, tamen eosdem intelligi possidere, vt si alius ex Testamento fortè vitiosum erat hæreditatem adierit, vsucapere non possit; Quia non possideat; præcedit enim eius additionem ea possessio, quam suis hæredibus lex tribuit, quæ lex expenditur ad nostrum casum, *num.sequenti.* 16

Nec obstat vltimum ex *dicta leg. in suis*, nam respondet idem Faquineus *dicto cap. 11. in fine*, filij optimè, ac præ cæteris conuenire Titulum hæredis, quia sunt veri, & proprij hæredes, & consequenter vsucapere Titulo pro hærede posse, licet hoc ampliùs, quàm cæteri hæredes habeant, quod viuente Patre, quodammodo existimantur Domini; & ideo videantur potius liberam bonorum administrationem, mortuo Patre consequi, quam hæreditatem percipere; sed non impedit hæc res 17

titulum

titulum hæredis, & non facit quominus filij hæredes dicantur, erant quidem, viuente patre, existimatione quadam Domini, sed ei mortuo patre vere sunt Domini, verè sunt hæredes; etenim continuatio illa Dominij ex legis interpretatione rei veritatem non immutat, atque adeo filij Ius, & titulum hæredis non aufert, ex quibus secundam sententiam, vt probabiliorem admitto.

18 Ad quintam quæstionis partem, an decennalis possessio operetur ex regula Cancellariæ in Ecclesiasticis titulis, & vt respondeas adjungo dicta *suprà in c.1.* vbi de triennali possessione, & decennali, item & de annali, & quæ adduxi *sup sub Rub. de causa possess. & propriet.* & nunc legendo ad longam disputationem lapsum *allegat.89* & nouissimè Tondutum *p.1.c.85.* per totum, *à n.1.* qui dicit possessionem decennalem habere vim tituli nisi de intrusione constet, quia scientia, & tollerantia

19 superiorum habet vim tituli. † Ita vt post tantum tempus non cogatur quis exhibere titulum suum ex *c. ordinarij de officio ordinarij lib.6.* vbi cum multis Barb vbi, *n.7.* dicit, vt beneficiarius cogi nequeat ad ostendendum sui beneficij, titulum per impetrantem, vel alium qui prætendat Ius in eo, nisi plura beneficia obtineat, vt *ibi n.6.*

20 sic cum multis. † Et addit, Tondutus *sub n.5. & 6.* hodie decennium istud redactum esse ad triennium, propter regulam de triennali quæ postea

21 super venit, de qua *ibi à n.30.* † Vbi scribit differentiam, quæ adest inter annalem, & triennalem possessionem, nempe vt illa non impediat ortum actionis, hæc verò sic, & omnem molestiam, quæ aduersùs possessorem moueri posset, excludit ita Lotterius *de re beneficiaria lib.2. q.53. n 3.* vbi plures alias adducit differentias; item in eo quia vt possessor iuuetur annali, non exigitur titulus, sed vt iuuetur triennali, omnino necessarius est titulus, isque, Coloratus, Seraphinus *dec.1060. n.7. & 8. & decis.1068 n.2.* quia regula de annali contenta est sola possessione facti; & ideo concludit illi regulæ locum esse etiam siquis fuerit intrusus in beneficio reseruato, vt optimè explicat, *C.fabr.lib.1.tit.2.dif.15* alia plura videnda de his duabus regulis congerit Tondutus *d. c.85. à n.16.* vbi resoluit plures difficultates circa praxim prædictarum regularum.

22 Verùm ex his inferendo ad quæstionem an titulus pensionis præsumatur ex diuturnitate, hoc est ex decennali solutione pensionum, videbatur dicendum quod non, sed ex Rota antiqua *in tit. de restit spoliat decis.3.* & si clarè non loquatur negatiuè videtur respondendum, eo quod hæ pensiones Ecclesiasticæ, habent admixtam causam possessionis, & proprietatis, quæ mixtio non reperitur in aliis solutionibus tempotalibus; item

23 & ne detur in beneficiis vitiosis ingressus. † Quod procedit quando pensio detur ad titulũ beneficij, & loco beneficiis, super aliquo beneficio assignata, quia tunc censetur quoddam spirituale, & venit appellatione beneficij vt cum Ludou. Gomez. Gigante *de pensionibus* concludit Mandosius *in 1.p regul. Cancell. reg.19. q.11. n.11.* qui dicit quod pensiones, quæ hodie assignantur in Romana curia, ex causa resignationis, aut aliàs pro maiori parte, datur in titulum beneficij, sed si tantum dantur alicui laico ad tempus ob aliqua seruitia, & quæ solum in mera temporalitate consistunt, tunc non iudicari, vt beneficia, sed vt quid mere temporale; & sic addit, Flores *var. lib.3. c.23. sub, n.35.* ex Rotæ *dec. in nouis de rest. spoliat.* quod quando possessio est recens, non præsumitur titulus, & possidens tenetur exhibere titulum: Ex diuturna tamen possessione eum præsumi ex *d. l. cum de in rem verso*: sequitur hanc distinctionem Gigas *de pension. q.47* per totam.

Et eam communem dicit cum pluribus, Mascardus *de probation. p.3. quæst.1324. à num.3.* sed Decius *cons. 136. tom.1.* per totum, absolutè tenuit possidentem, pensionem non teneri, titulum exhibere, ibi insurgens maximo conatu contra, *dict. decis.3. de spol* in antiquis ex Abbate *in cap. querelam de elect.* cuius dictum admittit, vt verũ Flores in pensione temporali, ex *d.c. querelam*, nõn itẽ in pensione Ecclesiastica eo, quod in hac, est præsumptio contra possidentẽ: videndus late loquens Andreas Gambara *de pension. n.513.* ob idque cõcludit, Flores *n.39.* cum Mascard. *vbi sup.* & cum eo *p 3. concl.1373 per totam*, nempe vt in pensionibus Ecclesiasticis indistinctè non procedat illa generalis conclusio, nempe titulum præsumi ex decẽnali possessione, aut solutione, nisi alia adminicula, aut indicia, præter decennalem possessionem concurrant in fauorem petentis pensionem; & sic videtur decisio Tonduti, & Lapi *n. præced.* relata inculcari ex dictis in hoc n. 24

Imo, & idem Flores de Mena *d.c.23. n.36. & 37.* cum Gambara *in tract. de leg tit pension.* ait relatam Doctrinam procedere etiam in pensione temporali; dum tamen super corpore beneficij imposita sit; ita vt semper decennalis possessor teneatur iustificare suam possessionem cum titulo, & ita vt titulus ex sola decennali, non præsumatur, quia de Iure omnia beneficia libera sunt, & præsumũtur, & non pensione onerata, nec pensionis, quamtumuis temporali graui posse absque ordinarij licentia ex *c probibemus de censib.* vbi lex simpliciter prohibet imponi nouos census, aut pensiones super Ecclesiis, & sic ex hac prohibitione titulum non præsumi. † Tum quia Textus *in d.c. querelam*, solùm procedit in materia possessoria super pensione profana, in qua nullum in conueniens militat respectu perpetuæ alienationis; non verò in titulo præsumendo, respectu proprietaris; qui tanquam casus omissus remanet in dispositione, iuris cõmunis; ob idque possumus defendere Tondutum, & Lapum, nã titulus in beneficio optime præsumi potest, cũ cohæreat habilibus personis. 25 26

Vnde infert Flores ad declarationem Tridentini, *sess.24 de reform. c.13.* quo prohibetur impositio pensionis in beneficio curato valoris centum ducatorum, vt etiam procedat, quando in beneficio simili valoris rector soluisset pensionem per longum tempus, nam non ideo præsumeretur titulus, nec teneretur in futurum soluere, cum contra petentem militet præsumptio ex prohibitione dicti decreti ex iam dictis resoluit, *ibi, d. c.23. var. lib.3. n.38.* 27

Ad sextam quæstionis partem, quando sine titulo longissimi temporis sufficiat præscriptio: agit in terminis, Molin. *de iust. & iure t.1. tract 2. disp.75.* & vt explicem aduerto Iure nostro receptum esse omnibus præscriptionibus bonam fidem desiderari, non tamen in omnibus titulum esse necessariũ; quodque bona fides possit dari absque titulo probatur ex Textu *in l. si quis emptionis, §.1. Cod. de præscri.30 vel 40 annor.* † Deinde quia ex Iure Canonico sæpe absque titulo, & sola bona fide procedit præscriptio: argumento Textus *in d.c.1. hoc tit. lib.6.* & sic consequenter fatendum est bonam fidem 28

fidem in præſcribente abſque titulo dari poſſe, quod variis exemplis fieri conſtat, vt notant, Couar. *in reg. poſſeſſor. p.* 2. § 8. *n.* 1. Baldus *in l. Celſus, ff. de vſucap. à n.* 45. Balboa *in c. ſi diligenti, hoc tit. n.* 83. primo in eo, qui 30. vel 40. annis rem poſſidet eſſe ſuam; eſt tamen immemor rituli, ratione cuius ad eum peruenit, propter longum tempus, facile enim, propter antiquitatem temporis ſolet obliuio contingere, *l. peregr. ff. de acquir. poſſeſſ.* quo caſu, quamuis titulus probari non poſſit,
30 ſola bona fides ad præſcriptionem ſufficiet. † Secundò bona fides datur in eo, qui rem habuit, ab eo, qui bona fide poſſidebat, ſine titulo tamen. Tertiò verificatur bona fides in eo qui rem poſſidet, credens, vel legatum, vel donatam fuiſſe à Domino, cum reuera, nec legata nec donata, qua in ſpecie nullus titulus probari poteſt, quoniam nunquam fuit; & ſic euenit, vt res ſola bona fide longiſſimi temporis abſque titulo poſſit præſcribi, vt colligitur ex iam dictis *ſup. in c. de quarta.* & aliis huius tituli, præcipue cum præſcribenti Ius aſſiſtit, ſecus ſi reſiſtat ex dictis, *in c.* 7. *hoc tit.*

31 Et pro ampliori declaratione Textus noſtri, præter congeſta à Graña *hic*, vbi nonnulla iura conducibilia expendit, & à Balboa, & Barboſa *hic*, *& in dict. cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. adinges quæ adducit idem Balboa *de bona fide neceſſaria ad præſcribendum in cap. Vigilanti, & in cap. fin. hoc tit.* vbi late dico, Faquineum *lib.* 1. *controuerſ. cap.* 57. 58. 59. & 60. vbi de poſſore bonæ fidei, an faciat fructus ſuos, & *à cap.* 63. vbi plura de mala fide, Donellum *lib.* 1. *comment. à cap.* 14. de requiſitis ad præſcriptionem, Azor, *lib.* 1. *mor. tom.* 3. *à cap.* 17. *de titulis*, idem, *cap.* 21. Molina *de iuſt. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 61. & 63. vbi de poſſeſſione ad præſcribendum, *diſp.* 64. ad plures quæſtiones, Menchaca *quæſtionum illuſtrium*, iam, *ſupra*, citatus, *in præmiſſo*, Azeuedus *in l.* 4. *tit.* 15. *lib.* 4. *recop. & in l.* 5. Morla *in emporio diſp.* 75 Gratian. *reg.* 53. & 54 & 465. Conarruuias *reg. poſſeſſor.* 2. *p.* §. 8. & §. 9. vbi de vniuerſali, & §. 11. vbi de præſcriptione mala fide, & an proficiat in animæ Iudicio, ipſe 3. *p.* §. 2. alia ſolent Doctores per hunc Textum longe agere.

QVÆSTIO III.

An titulus ſit neceſſarius in præſcriptione ſeruitutum?

SVMMARIVM.

1 *Titulus ad præſcribendas ſeruitutes non deſideratur, & ſaltim putatiuus, n.* 2.

1 AD vberiorem cognitionem præſcriptionis ſeruitutum, leges adducta, *infra in cap. fin. hoc tit. quæſt.* 4. verſic. *ad ſecundam*, & *ſupra*, in locis, *ibi*, relatis, ſed breuiter exiſtimo dicendum in hac quæſtione, vt licet multi exiſtiment in harum præſcriptione titulum non requiri, ſicut ad præſcriptionem rerum corporalium, ſed ſufficere tantum quaſi poſſeſſionem longi temporis, & bonam fidem per Textum *in l. ſi quis diuturno ff. ſi ſeruitus vindicetur*, ibi, *non eſt neceſſe ei docere de Iure, quo aqua conſtituta eſt*, & ex *l. fin. ff de aqua pluuia*, ibi, *quibus vetuſtas Authoritatem daret*, *l. apparet*, §. *penult. ff. de itinere*, *actuque priuato*, vbi ex prærogatiua longe poſſeſſionis illud interdictum conceditur, etiam ſi quis non habeat Iure impoſitam ſeruitutem: ſic docent Gloſſa 1. *in l.* 2. *Cod. de ſeruitut.* Gloſſa *in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ.* in verſic. *breuitatem*, paſſim vbique Caſtrenſis. Balbus *de præſcript.* 2. *p.* 4. *princ. quæſt.* 1. Menchaca *controuerſ. cap.* 78. Auendaño *de exequendis* 1. *p. c.* 1. *num.* 70. inclinat Conanus *lib.* 4. *comment. cap.* 11. *num.* 18. Cujacius *in l. ſequitur*, § *fin. ff. de vſucapionibus*, & hanc in praxi admittit Balboa videndus *in cap.* 4 *hoc tit. quæſt.* 2. *à num.* 43. † Sed 2
de Iure verius videtur etiam in hac præſcriptione, ſicut in aliis titulum deſiderari, ſaltim putatiuum; iuſto tamen cauſatum errore, ex *l. Celſus*, *ff. de vſucap. l. quod vulgò*, *ff pro emptore*, *l. nullo*, *ff. de rei vindic. & vnica*, *Cod. de vſucap. transform.* cum vſucapio ſeruitutum procedat exemplo aliarum præſcriptionum, vt *in l.* 2. *Cod. de ſeruit. & aqua*, vbi, *exemplo rerum immobilium*, probari etiam videtur ex *l. fin. Cod. de præſcript. longi temporis*, & ex Textu, *in c. hoc tit. in* 6. ſic probant de Iure; etſi non in praxi Balboa *vbi ſup. à num.* 44. Couar. *lib.* 1. *var. c.* 17. *n.* 11. Duarenus *lib.* 1. *diſput.* omnino videndus, cum hanc defendat eleganter Reuardus *lib. ſing. ad legem ſcriboniam*, *num.* 7. alij ergo diſtingunt, vt Balbus *ſupra quæſt.* 6. Menchaca *cap.* 78. *num.* 1. Bart. Alberic. & Paulus, *in d. l. ſi quis diut.* quos impugnat Couarruuias.

AD TEXTVM IN CAPITE XVIII. Cum Olim, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

16 *Ex communicandi præſcripta poteſtate, non eſt præſcripta abſoluendi, ſeu è contra.*

AD Textum iſtum, quatenus ex eius principali concluſione colligitur, vt Abbas in Capellis præſcribere poſſit Iura Epiſcopalia; adiunges notata, *ſup. in c. auditis* 15. *hoc tit.* Item in verſic. *inſtitutionem in eis, & alia ad Ius Epiſcopale pertinentia vindicares*, &c. Per hæc verba poteſt agi de Iure, competit Epiſcopis, ſuper omnibus Eccleſiaſticis rebus ſui Epiſcopatus, notaui aliqua, *ſupra in c.* 6. *de exceptionibus*, de quibus, & de iuribus Epiſcopalibus videbis *ſup. in c. conquerente* 16. *de officio ordinarij*, vbi latè, & adducta, *in c.* 12. *hoc tit.* 1

Ibi, *arbitrium*, per hunc verſiculum, & aliis verbis Textus noſtri, poteſt adijci, quod adnotatur, *in Rubrica*, *& titulo de arbitris*; item & adiungi materia Textus *in cap. contingit.* 8. *eodem*, de cuius intellectu dixi, *in c. quanto* 3. *de iudiciis*, vbi an compromiſſum de rebus ſpiritualibus poſſit in laicum fieri. 2

Et ibi, *ad eliciendum priuilegium exhibuit Papæ*, & ibi, *dictus Abbas priuilegiis vtebatur, poſt arbitrium promulgatum obtentis*: De efficacia priuilegij Pontificij, *infra in cap. veniens* 19. *hoc titulo*, *& in Rubr. & tit. de priuilegiis.* 3

Et

4 Et ibi, *quia prædictus Abbas sufficienter ostendit Monasterium suum super institutionibus, destitutionibus, & ordinationibus plebani, & Clericorum.* An extra priuilegium Pontificium, & sola temporis præscriptione, vel consuetudine possit monasterium, & Abbas acquirere institutionem in beneficiis, vel destitutionem ab eis dico *infra*, de institutionibus: Doctores *in cap. ex frequentibus* 3. & vberius, *in cap. cum.venissent*, eodem, vti quod institutiones, & custodiæ possunt ad non Episcopum pertinere.

5 Et ibi, *baptismo, & pœnitentia in leuioribus culpis*, per hæc verba potest loqui an Abbas, & transitorio possint præscribere aduersus Parochos, & Episcopos Ius baptizandi publice, & iurisdictionaliter, quod laicus, sit minister baptismi, satis compertum est, instante necessitate, sed quod extra eam de iure ad Episcopum, & Parochos pertineat nemini dubium est, vt *infra* expendo, *in Rubrica, & titulo de baptismo*. Et quoad sacramentum pœnitentiæ adnotabis, *in tit. de pœnitentiis*, præcipuè *in cap. omnis vtriusque sexus*, eodem, vbi de ministro huius Sacramenti, & quis possit a leuibus peccatis absoluere, sed nunquid aliquando laicus ea rite audiat, & absoluat.

6 Et ibi, *sepultura*, quid de Iure sepeliendi, latè, *in cap. in nostra* 10. *de sepulturis*, ad iunges nonnulla, quæ adduxi, *supra*, *in cap. quanto de Iudiciis*.

7 Et ibi, *decimarum perceptione*, an decimæ possint à monasterio, & Abbate præscriptione acquiri contra Episcopum, seu Parochos, quibus de Iure debetur: adiunges dicta, *supra in cap. sanctorum* 3. *cap. de quarta*, *& in cap. causam* 7. *hoc tit.* & alibi, *in tit. de decimis*, *& in tit. de priuilegiis*.

8 Et ibi, *à diuinis celebrandis, tam in plebe, quàm in cappellis*. Applicabis dicta, *in dicto cap. auditis*, & aliqua *in Rubr. de celebratione missarum*.

9 Et ibi, *in excommunicando, in interdicendo, & etiã absoluendum legitima præscriptione munitum*: per hæc verba potest agi de quæstione, an potestas ferendi censuras, possit consuetudine, ac præscriptione acquiri dixi *in c. cum contingat. de fore comp. quæst.* 3. Alia notat videnda *hic* Barbosa.

10 Nunc verò potest hic de sequendis inquiri de Iure excommunicandi competens Episcopis, Suarez *de cens. disp.* 1. *sect.* 2. *præcipue à n.* 41. *& sect.* 3. Et per hunc Textum potest agi de quæstione, quo tempore Ius exemptionis cõtra Ecclesiã præscribatur; de quo applicabis dicta, *sup in d. c. de quarta*, & quando adduxit Balboa *in c.* 1. *de fore comp. q.* 1.

11 *à n.* 40. † Et ex quibus probetur monasterium esse exemplum ab omnimoda Iurisdictione Episcopi,

12 & de aliis videndus Tondutus *t. p. c.* 60 † Item & per hunc Textum agit Balboa *in c.* 17. *de re Iud. à n* 85. Videndus *à n* 40. de ea quæstione, an sententia lata contra Episcopum, vel Abbatem præiudicet successoribus, vt in dignitate: applicabis nonnulla, quæ adduxi *in c. quia v. de iud.*

13 Et in versic. ibi, *super iam dict. artic.* quod præscriptio non extendatur ad alios casus, vltra in cõptebensus agunt Doctores per Textum nostrum ea enim stricti Iuris est, vt adduxi, *sup. in Rub.* vti ego considero, ex bis, quæ adduxi de lutamento oб extendendo *in c. peu. de Iureiur.* & alibi, *in eo tit.*

14 Et ibi, *super aliis omnibus, quod ad Ius Episcopale spectare dicuntur*: per hæc verba Menoch *cons.* 36. *n.* 57. Suarez *alleg.* 28. *n.* 22. Barbosa *hic in fin.* notant, quod quando conuentio inita est cum aliquo, si postea impetratur priuilegium in eo, de ipsa conuentione esse faciendam mentionem ad tradita in Textu *in c. cæterum*, cum aliis de rescriptis.

Et ibi, *Iuxta tenorem arbitrij eundem Abbatem*, 15 *quoad plebem & capellas prædictas sententialiter cõdemnantes*: per prima verba notãt DD. quod à forma compromissi, non est recedendum: sic Barbosa *hic n.* 2. Tiraq *in l. si vnquam*, verbo *libertis*, *n.* 11 *C. de reuoc. donat.* itemque inferunt per secunda verba præscriptionem non extendendam ad alios casus vt iam adduxi. † Et sic fieri, vt præscripta potesta- 16 te excommunicandi, non sit præscripta potestas absoluendi, vel econtra vt notant Palacios Rubios *in c. per vestras de donat. inter virum, & vxorem, notab.* 4, *n.* 35. *&* 36. Barbosa *hic n.* 3. inferens, vt qui consuetudine, vel præscriptione, acquisiuit potestatem excommunicandi, non possit alias censuras ferre ex Abbate *hic n.* 7. Felino *in d. c. auditis*, *hoc tit n.* 1. Suarez *tom.* 2. *disp.* 1. *sect.* 2. *à n.* 13. Vgolino *de censu tabal.* 3. *cap.* 2. § 11 *a num.* 3. alibi dixi aliqua.

AD TEXTVM

IN CAPITE XIX.

Veniens, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

3 *Episcopalis officij quæ sint propria.*
4 *Exempti subyciuntur Episcopo in his, quæ sunt ordinis Episcopalis, & quæ illa sint.*
5 *Priuilegium secundum, non faciens mentionem de priuilegio alij concesso, ei non derogatur.*
7 *Gratia secunda, non faciens mentionem de prima, limitata est subreptitia.*
7 *Specificata intelligantur quæ sunt in termino ad quem fit relatio.*
9 *Priuilegium per non vsum quando amittatur. Et quid de Regia facultate ad maioratum, temissiue, Et qualiter ex vsu conseruetur.*

Per hunc Textum, potest agi de Iure, quo Abbas, & conuentus possint contra Episcopum in eius territorio decimas percipere. Et de priuilegiis religiosis concessis ad talem præscriptionẽ & num detur communicatio priuilegiorum super decimis percipiendis, *in tit. de decimis*, & applicabis quæ notant, DD. *ibi, in c. nup.* 34 *& in c. ex part.* 10. 1 2

Et ibi, in versic. *Præfatus vero Episcopus*, huius 2 versiculi occasione potest agi de Iure, quo Episcopi decimas percipiunt, *in dict. tit. de decimis, & in cap. de quarta, c. sanctorum, c.* 7. *hoc tit.* Et ibi, *si restitui faceremus*, ad hunc versiculum applicabis quæ adduxi pro intellectu Textus *in c. ad decimas de restit. spoliat. in cap. litteris* 5 *eodem sup q.* 1. *à n.* 43. *& q* 3. *& in c. conquerente, q* 2. vbi de restitutione decimarum.

Et ibi, in versic. *Chrismæ*: per verba huius ver- 3 siculi denotantur plura, quæ spectant ad officium pastoralis officij Episcoporum, vt sunt chrisma, oleum sanctum de quibus, *in tit. de sacra vnctione*, item consecrationes altarium, seu basilicarum, de quibus, *in tit. de consecratione Ecclesiæ, vel altaris*; item ordinationes Clericorum,

vt *in tit. de ætate, & qualitate ordinandorum*, & de tempore ordinandorum, & de aliis adiunges notata, *supra, in cap. præcedenti, & dicta in*
4 *cap. cum non liceat* 12. *hoc tit.* † Imo & per prædicta verba notant communiter DD. hic quod exempti subijciuntur Episcopo in his omnibus, quæ sunt ordinis Episcopalis, nempe in petitione chrismatis, consecrationis Ecclesiarum, susceptionis ordinum, & similium; ita vt ea ab Episcopo postulare teneantur, Abbas *hic num.* 1. Chochier *de Iurisdictione ordinary in exemptos, p.* 2. *quæst.* 45. *num.* 16. *p.* 1. *quæst.* 6. *num.* 17. Balbus *de præscriptionibus, in* 1 *p.* 5. *partis, quæstion.* 12. *num. fin.* Glossa *in cap. Abbatibus* 17. *quæst.* 2. Franchis *in cap.* 1. *num.* 7. versic. *in Glossa de priuileg. lib.* 6. nonnullos adduxi casus, *in cap.* 2. *de foro competenti*, in quibus fungi non debet Episcoporum Iurisdictio: Vbi de aliis Iudicibus, qui solent in prima instantia cognoscere: Quod fit causa alicuius priuilegij, indulti, siue personæ, siue causæ; ad quod respiciunt verba Textus nostri, ibi, *alioquin ab alio, quam maluerint.*

5 Et ibi, in versic. *non obstante priuilegio*, per verba huius priuilegij notari potest materia Textus *in cap. cæterum*, & aliorum *de rescript. & in cap.* 1. *de officio de legati*, vbi si in secundo rescripto per aduersarium impetrato, non fiat mentio, de primo, valet primum, & non secundum, & sic in præsenti notant, Suarez *allegatione* 9. *num.* 8. *& allegatione* 28. *num.* 9. 10. *&* 13. Menochius *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 40. *à num.* 1. quod vbicumque secundum priuilegium, non facit mentionem de primo alteri concesso, non operatur derogationem, nec per secundum priuilegium videri primum reuocatum: Item & applicabis quæ adduxi, *supra in cap fin. vt lite pendente, quæst.* 1. *& quæst.* 2. vbi priuilegium impetratum non faciens mentionem de litis pendentia, an sit irritum, & quid quando lis esset deserta an valeat non faciens mentionem de ea. Adiunges hic quæ tradit, Ciriacus *sub, contr.* 57. vbi agit de dubio quando priuilegium amittatur per non vsum, quando verò non de quo dixi late, *in Rub. de consuet.* 92. versic. *ad septimam*, per totum vbi leges & repetes ad Textum nostrum.

6 Vnde Butrius *hic num.* 2. Abbas 14. Barbosa *n.* 4. Menochius *de arbitr. casu* 203. *num.* 32. Petrus *decis.* 246. *num* 8. *lib.* 1. *& dec.* 91. *lib.* 3. *p.* 3. Veralus *decis.* 218. *p.* 2. Guttierrez *Canonic. lib.* 2 *c.* 15. *num.* 92. docent quod secunda gratia ampla, non faciens mentionem de prima limitata est subrepetita &
7 nulla. † Imo, & idem Barbosa, *n.* 5. ex Tiraq *de Iure mariti*, notat præfatum, versiculum huius Textus ad id, nempe quod ea, quæ sunt, in termino, ad quem fit relatio intelligantur specificata in termino referente; ad quod applicabis, quæ adduxi, *in c. illud de præsumpt. q.* 3. vbi quid probant verba enunciatiua de intellectu huius partis dixi, *sub c.* 3. *de rescr. quæst.* 2. *&* 3. vbi & *de c.* 1. *de filius presbyt. lib.* 6.

8 Et ibi, *Salubris institutionib. non solũ Romanæ Eccl. sed etiam ipsius legatorum*: per hæc verba potest agi de abrogatione, vel derogatione legis generalis per priuilegia specialia, de quibus, *in tit. de const. & in tit. de priuil.*

9 Et ibi, in versic. *nec obstare poterat præscriptio*, cum versic. *quasi consummata, quando ab Alexandro Papa priuilegium impetrauit, Iuri præscriptionis renunciasse videtur*: per hæc verba agunt Doctores de renunciatione proprij Iuris, & præscriptionis; & de amissione priuilegij, Riccius *collect.* 1738 applicabis nonnulla adducta, *in c.* 2. *&* 3. *de rest. spoliator.* & aptè applicabis quæ adduxi, *sup. in c.* 3. *hoc tit.* de præscribendo contra priuilegium, seu de eius amissione, tacita renunciatione pro concordandis iuribus, *in c. si de terra* 6. *c. accedentib. de priuileg. à num.* 20. *&* 26. cum aliis: Et an vnicus actus contrauentionis sufficiat, vt priuilegium amittatur: disputat Barbosa *in c. cum accessissent* 9. *de constitut. à n* 6. & quod priuilegia in eo valeant, & teneant, in quo vsitata sint: probat cum multis idem Barbosa *ibi, n.* 5. Et num ex non vsu priuilegium tertiarum & quando generaliter priuilegia per non vsum amittantur, & quid de Regia facultate ad maioratum instruendum Castillo de tertiis cum multis, *c.* 19. & qualiter ex vsu conseruetur idem de tertiis, *c.* 37. legendus & applicandus.

Et in dicto, versic. *consummata*, potest agi de quæstione, an completa præscriptione, si superueniat mala fides, possit adhuc tutus esse in conscientia præscribens, vt non teneatur ad restitutionem, de qua dico, *infra in c. fin. hoc tit.* 10

Et ibi in versic. *si vero nondum consummata erat, sed erat in præscribendo*: per hæc verba potest agi de ea quæstione, quando nempè tempus præscriptionis dicatur completum, tam in præscriptione triennali, vicennali, decennali, trecennali, quadragenaria, quam centenaria, de quo, *infra in cap. fin. hoc tit.* 11

Et ibi, *impetratum huiusmodi priuilegium, bonam fidem non habuit; & ideo secundum Canones non præscripsit*: ad hæc verba de duobus valet inquiri, primum quibus modis, vel actionibus possit præscribens constitui in mala fide, quominus præscriptionem perficere possit, & applicabis dicta *in c. illud hoc tit.* vbi de interruptione, insimul adiunges dicta *in c. ex transmissa*, vbi de impeditis præscribere. † Secundò, in versic. *& ideo*, inquiri valet an adsit differentia inter Ius Canonicum, & ciuilem circa bonam fidem requisitam ad præscribẽdum, de qua plura dico, *infra in c. seq.* & adiunges notata, *in cap. de quarta, c. vigilanti*, & aliis huius tituli. 12 13

Et ad nostrum Textum applicabis quæ de interdicto, vti possidetis; scribit Gomez. *in l.* 45. *Tauri, à n.* 169. de quo interdicto plura adduxi, *in c. accepta*, & alibi, *de rest. spol.* 14

Et per hunc Textum potest disputari de ea quæstione, an si Regibus esset concessum priuilegium cognoscendi per viam violentiæ, possit Põtifex illud reuocare; ad quam quæstionem videbis in terminis, Ceuall. *de cognit. per viam violentiæ & in proœmio, c.* 10. nonnulla dixi, *sup. in c.* 2. *de iudic. sub q.* 15. 19. *& in c. nouit de iudic. q.* 12. vbi an priuilegium semel concessum possit reuocari. 15

AD TEXTVM
IN CAPITE FIN.
De Præscriptionibus, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

1 HVius Textus materia spectat ad radicem, & fundamentum totius materiæ præscriptionis

præscriptionis, siue vsucapionis, in qua omni Iure bona desideratur fides. II. Et quia ex verbis, Textus noster ibi *Quoniam omne quod non est, ex fide peccatum est*, agunt Doctores materiam de peccatis, ideo recurres ad Diui Thomam 1.2. q.71. & ad expositores, & Doctores *ibi dist.* 17. Azor. *lib.4. moral tomo* 1. Villalobos *in summa part.* 1. *tract.* 3. & poteris hic adjungere quæstionem, an qui est in peccato possit esse Dominus alicuius rei, videbis Molinam *de Iustitia, & Iure tomo* 1. *tractatu* 2. *disputatione* 19. *& disputatione.* 66.

III. Et ibi in versic. *Cum generaliter sit omni constitutioni, atque consuetudini derogandum, quæ absque peccato mortali, non potest obseruari* Hæc verba sunt fundamentum rationis ad nostram decisionem, ideoque possumus hîc longè agere de requisitis, & circumstantiis, bonæ, & benè ordinatæ legis, de quo latè *institut. suprà de constitutionibus*; item de requisitis, vt consuetudo legitimè præscripta dicatur, de quo *instituto de consuetudine*, præcipuè *in cap. fin.* nonnulla, *hic* disputat Balboa.

IV. Et ibi in versiculo *Vt nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienæ*: per hæc verba poterat etiam agi de integra materia conscientiæ, practicæ, speculatiuæ, & de aliis eius partibus, ad quod adjunges quæ docent Doctores cum Magistro *in* 2. *distinctione* 39. Diui Thomas 1.*p. quæst.*79. *artic.*1. *&* 1. 2. *quæst.*19. *artic.*5. *&* 6. vbi Caietanus, Medina, Vasquez, & aliis Azor. *tomo* 1. *institut. moral. lib.*2. *cap.*8. *& sequent.*9. *&* 19. Corduba *in quæstionario lib.*3. *per totum*, Sanchez *de matrimonio* variis in locis Nauarrus *in manuali cap.*27. *ad finem*, Pater Franciscus Antonius Perez, latè & benè *in sua laurea Salmantina, certamine* 10. Scholastico, Villalobos *in summa tractatu* 1. *p.*1. Diana *part.*4. *tractatu* 3. per totum: latè post omnes, Pater Franciscus Lugo in libello de conscientia, & opinione,

V. Et quia hîc in versic *Quoniam omne, quod non est ex fide*, posse agi latissimè de tributis fidei, & quale peccatum sit ire contra fidem: tamen quia de pluribus significationibus fidei dicitur latè *in Rubr. & tit. de summa Trinitate, & fide Catholica, & in tit infrà de hæreticis, & de apostatis*; ideo nunc oportebat inquiri, in qua significatione sumatur de quo assumpto dico *infra* in corpore. Ad Textum hunc longissimè post hæc scripta lego repetentem, Matthæum Collerum *de processibus executiuis p.*4. *à pag.*121. illum videbis adiungendo hîc à me dictis.

QVÆSTIO I.

Quare nec in foro Canonico, nec Ciuili valeat præscriptio cum mala fide, cum saltim de Iure Ciuili, data scientia rei alienæ præscriptio procedat; imò & cum mala fide: Et an ex iusta causa Iure Canonico detur mala fide vsucapio: Et in quo differant bona, vel mala fides: Et quid in proposito sibi velit conscientia?

SVMMARIVM

1 *Præscriptio de Iure Ciuili, perfici queit cum mala fide, & n.*2. L. sequitur, quod si iusto, §. si via, l. si aliena, ff. de vsucapion. l. vnica, Cod. de vsucap. transformanda 10. l. bonæ, §. 1. ff. de acquirenda rerum Domin. l. penult. ff. pro emptore, numero sequenti.

2 *Præscriptio est fundata Iure naturali, ita vt prosit vigilantibus, & negligentibus obsit, expenditur, n.*18.

3 Cap. vigilanti hoc titulo, n.4. & n.19.

4 *Temporis mentio ad præscribendum, intelligitur decem, vel viginti annorum.*

5 *Præscriptio immemorialis procedit etiam absque titulo, & bona fide, secundum aliquos contra, num.*6.

6 *Bona fides in omni præscriptione, etiam immemoriali ad præscribendum desideratur.*

7 *Præscriptio secundum aliquid de Iure Canonico introducta non differt ab ea, quæ Iure Ciuili introducebatur. Et de differentia, vtriusque quoad bonam fidem, n.*8. *&* 11.

8 *Temporis diuturnitas, bonam fidem non præstat.*

9 *Peccatum est omne, quod non est ex fide, n.*23 *&* 34.

10 *Delinquens ex suo peccato nullum acquirit præmium.*

11 *Bona fides in præscriptione triennali omni Iure, etiam Ciuili, continuata desideratur, & quare? num.*12.

13 *Præscribere potest errans in genere donationis, num.*14.

14 L. si vir vxori, ff. pro donato.

15 L. si finita, §. Iulianus, ff. de damno infecto.

16 *Possessor bonitarius, valet præscribere.*

17 L. sequitur, §. si viam, ff. de vsucapion.

18 L. si pignora, § fin. ff. de vsucapion.

20 *Præscriptio tricennalis, vel quadragenalis, quando de Iure Ciuili cognita fuit.*

21 *Præscriptio cum mala fide ex causa introduci potest de Iure Canonico secundùm aliquos, & n.*22. *contra, n.*23.

22 Cap. 1. cum aliis hoc tit. & n. 23. & à n.25. 26. 27. 30.

23 Cap. placuit 16. quæst. 3 & à num. 24. 25. 26. & 29.

24 *Peccatum non permittitur admitti, etiam in fidei fauorem.*

25 *Derelicta res, quando habeatur, vt vsucapio procedat.*

28 *Agrum desertum acquirit nouus colonus biennio.*

29 *Possidens authore prætore quit præscribere.*

31 *Bona fides, aut mala, considerantur dupliciter verè, vel fictè, & quis has habere dicatur? num.*32.

32 *Dubietas est medium quoddam inter bonam, vel malam fidem.*

33 *Bona fides, vel mala, non est quid Iuris, sed facti.*

34 *Conscientia rei alienæ quid sibi velit, & quid significet conscientia? n.*35. *&* 36.

AD primam difficultatis partem, cùm ex hoc nostro Textu in verbis ibi, *Vt nulla valeat absque bona fide præscriptio, tam Canonica, quàm Ciuilis*, quibus videtur hoc Iure coæquatum Ius nostrum Canonicum, & Ciuile, sed de Iure Ciuili, etiam cum mala fide perficitur præscriptio, vt patet ex *l. sequitur, §. quod si iusto, l. si aliena* 10. *ff. de vsucapion. l. vnica, C. de vsucapione transform. l. bonæ, §. 1. ff. de acquirendo rerum dominio, l. penult. ff. pro emptore,* 1

emptore, vbi si ante perfectam præscriptionem cognoscam rem alienam esse, non esse impedimento, quominus præscriptio procedat. Et confirmatur ex *l si vir vxori 3 ff.pro donato*, vbi etiam si ab initio possessionis mala fides interueniat, vsucapio procedit, & ex *l.si finita,§.Iulianus, ff de damno infecto, & ex l.sequitur, § si viam 27.ff.de vsucapion.& l.si pignora,§.fin ff.eodem.*

2 Tum etiam videtur destrui nostri Textus, & *cap.vigilanti 5. suprà hoc titulo* decisio, cum aliis ex eo nempe quod præscriptio est fundata Iure naturali, vt vigilantibus prosit, negligentibus obsit, & ne detur rerum dominium in incerto esse,vt constat ex multis Iuribus: ergo cùm hæc ratio æquè procedat, tam in malæ fidei possessore, quàm in bonæ: sequitur vt dispositum in possessore bonæ fidei ex nostro Textu debeat seruari,& in malæ fidei possessore ex regula Textus *in l additio 108.ff.de verb.signif.*

3 Vt ergo hanc tractationem compleamus de bona fide requisita per singula momenta de Iure Canonico in omni præscriptione, qualitérque de Iure Ciuili sumpta esset, oportebat nunc scire, an lex Canonica ita potuisset obumbrare legem Ciuilem de præscriptione disponentem cum mala fide, vt radicitus in hoc absorta Ciuilis lex, sit nunc temporis conglutinata cum lege Canonica; quæ difficultas petit intelligentiam aliorum verborum: Textus *in dicto cap.vigilanti,hoc tit*, ibi, *quoniam nulla antiqua dierum possessio iuuat aliquem malæ fidei possessorem*, cum verbis ibi: *Ephesinus enim Legislator, solùm propter vitandam miserorum segnitiem, & longi temporis errorem, & confusionem,primus tricennali, vel quadragenali præscriptione, vigorem legis imposuit*, sed sic est quod bona fides non desideratur in præscriptione longissima, qualis est 30.vel 40.annorum, *l.sicut, l.si quis emptionis,Cod.de prascript.30.vel 40.annorum:* ergo melè *in dicto cap. 5.* in dicto versic. *quoniam nulla*, & *hic*, & in versic. *Vt nulla valeat absque bona fine præscriptio*,& ibi, *vt in nulla temporis parte rei habeat conscientiam rei alienæ* quasi sensus sit, vt licèt de Iure Canonico hodie desideretur antiqua dierum possessio cum bona fide,quæ de Iure Ciuili sic continuata, non exposcebatur, vt patet ex Iuribus *n.1.* adductis. Tamen hanc determinationem esse intelligendam respectu longi temporis, quod inuenitur in præscriptione decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, vt patet ex verbis iam relatis *dicto cap.*

4 *vigilanti*, ibi, *& longi temporis.* † Et quia in hac materia præscriptionis in omnibus Iuris locis,in quibus fit mentio intelligitur tempus decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes: sic Iulius Pacius *lib 2.receptarum sententiarum*,Iustinianus *in princ.instit.de vsucapion.* Othomanus *de verbis Iuris*, verbo,*longum tempus*, & ibi Baronius, nulláque in nostro Textu, nec *in dicto cap. vigilanti*, fiat mentio de longissimo tempore, videlicet 30.vol 40.annorum, nisi quatenus Ephesinus fuerit primus,qui tricennali, vel quadragenali præscriptione vigorem legis imposuit, ea ratione, qua mihi exprimit Pontifex: sequitur vt hæc longissima præscriptio possit iuxta regulas Ciuiles, etiam hodie Iure Canonico continuari, quasi ab eo non explosa, siue reprobata, adhuc bona fide deficiente.

5 Et confirmatur, quia si omnis præscriptio, iam hodie desideraret à principio, & per continuationem temporis bonam fidem, sequeretur, vt etiam in præscriptione immemoriali idem contingeret, sed hæc immemorialis præscriptio potest impleri ex solo temporis transcursu, in quo consistit absque titulo, & bona fide, vt plures cognoscunt per Textum *in l.1.§.fin. ff.de aqua pluuia arcenda*, ibi: *Vetustatem legis vicem tenere*, & *in l.2. §.ductus aquæ,ff.de aqua quotidiana, & ex cap.1.hoc tit. lib.6.* vbi postquam Summus Pontifex docuit bonam fidem in præscriptionibus necessariam esse; titulum verò, quando Ius resistit, subjicit ea verba: *Nisi tanti temporis allegetur præscriptio. cuius initij memoria non extiterit*: ita sentiunt expresse Abbas, & Felinus *in cap.si diligenti hoc tit.*Decius *in l.traditionibus, n.12. Cod.de pactis*, Parisius *hic n.* 17. Antonius Gabriel *lib. 5. commun. opinionum, conclus.1.in hoc tit.n.55.* Boërius *decis.39.num.7.*Salicetus *in l.2.Cod.de seruitutib.& aqua*,Baldus *cons.352.n.3.lib.2.*idem Decius *cons.638.n.4.*Iason,*cons.209.lib.2.*

Adhuc verò dicendum est Iure nostro Canonico taliter bonam fidem desiderari in omni 6
tempore, quo præscribitur, & in omni præscriptione, non solùm longi temporis,sed etiam longissimi 30.vel 40,annorum; imò & in præscriptione centenaria, & immemoriali, vt de singulis dico. De præscriptione legitimi temporis decem vel viginti annorum in rebus immobilibus.
† Patet quia hæc bona fides requiritur saltem in 7
initio præscriptionis ex eodem Iure Ciuili, ob idque scies in formanda præscriptione, Ius Canonicum, & Ius Ciuile aliquando conuenire, & aliquando differre, eo quod Iure Ciuili bonam fidem exigimus in possessore ad vsucapionem, sufficere tamen, vt eam habuisset initio possessionis; nam ille qui cœpit possidere; quamuis postea cognoscat rem esse alienam, nihilominus ei perseuerat vsucapio ex *dicta l.bona §.1.ff.de acquirendo rerum dominio, l. penult. ff. pro emptore, dicta l.vnica,Cod.de vsucapione transformanda*,cum aliis *num.1.*adductis, quod ita procedit, si nihil aliud præter malam fidem obstaret vsucapioni, quod vt rectè notat Donellus, *lib.5. comment.Iuris Ciuilis, cap.17.* sic accidit in rebus immobilibus, cùm in illarum possessione, quamuis possessor malam fidem habere incipiat, non tamen aut vi possidentur, aut furtiuæ fiunt, cùm earum rerum furtum fieri non possit, § *quod autem, instit. de vsucapionibus*, vbi omnes agnoscunt quod Ius Canonicum non admittit, nec probat; imò potiùs ex nostro Textu, & *dicto cap. vigilanti*, cum aliis detestatur quamlibet præscriptionem, quocumque interueniat mala fides: sic Balboa *in dicto cap. vigilanti, a num.47. & 52.* Graña *num. 3.* cum infinitis: *hic* Barbosa *à num.3.*vbi *num,4.*refert quod possessor malæ fidei nullo tempore præscribit; Balbus *p.3 hoc tit.quæst.13.num.2.*Couarruuias *lib.1.variar.cap.9.num.5.*Molina *de primogeniis,lib.2.cap.6.num 67.*Bonacos *commun.criminal* verbo *præscriptio,fol.92.* Mascardus *de probation.conclus.999 num.1.& conclus.1213. num 20.* Seraphinus *decis.614. num.4.* Faquin.*lib.1.controuers.cap.64.& 65. & lib.8.cap.31.32.33.*Antonius Faber *lib.8.coniectur.cap.3.& lib.7.cap.13.* Idem *de erroribus pragmaticorum,decade 41. errore 10.* Donellus *lib 5.commentariorum,cap.17 & lib 4.cap.12.* Solorzanus *de Iure Indiarum,lib.3.cap 3.*Cuiacius *lib 3.obseruation cap.7.lib.18 cap.27.lib.20.cap.35.* Idem *lib.6.quæstionum Africani, in l.generaliter 26. ff.de noxalibus actionibus*, Duarenus *in paraphrasi ad titulum de deuersis & temporalibus præscriptionib.*

Rebardus

Rcbardus *lib. ſingulari de vſucapionibus*, Robertus *lib. 3. ſentent. cap. 5.* & alij generaliter, ſic ſcorientcs.

8 Scd quare ſic dc Iure Canonico ſit ſtatutum, & non de Iure Ciuili, non eadem eſt ratio Doctorum variantium in ea præſtanda, vti vidcre poteris præſcribentes, tam hîc, quàm *in dicta regula poſſeſſor de reg. Iuris in dicto cap. vigilanti. cap. ſi diligenti, hoc tit. in cap. veniens eodem. cap. omne quod 25. quæſt. 1. cap. ſi virgo 32. quæſt. 2.* & in aliis etiam Iuribus Ciuilibus, & inter illas ſequens ratio fortior, nempe, nam diuturnitas temporis bonam fidem non præſtat ex iam dictis, & dicendis infrà de fide bona requiſita ad præſcriptionẽ centenariam, & immemorialem, cum tanto ſint grauiora peccata, quando diutius infelicem
9 animam detineant alligatam. † Vnde cum omne, quod non eſt ex fide, peccatum ſit ex noſtro Textu iuſta de cauſa hîc ſtatutum eſt, & in prædictis iuribus Canonicis, quod nullo tempore, deficiente bona fide præſcriptio procedat.
10 † Deinde quia cum nullus delinquens per ſuum peccatum, & eius continuationem ex legis authoritate acquirat præmium, vel commodum aliquod ex regula Text. *in c. intelleximus de Iudiciis*, vbi de excommunicato latè dixi, & *in cap. ex tenore de reſcriptis*, cum aliis conſtat, vt ſi malæ fidei poſſeſſor vllo tempore præſcriberet, iam delinquens ipſe per ſuam malitiam, nequitiam, & peccatum, etiam continuatum contra omnem Iuſtitiam retinens alienam rem, præmium & commodum acquireret, ſcilicet Dominium eiuſdem rei, vel Ius alienum, quod præſcribit, *l. 2. ff. de vſucapion.* Barboſa *hîc ſub dicto n. 4.* ex Soto *lib. 4. de Iuſtitia, & Iure, quæſt 5 art. 8.* & aliorum ſcribentium *in dicto cap. vigilanti*, & *hic* Graña *n. 1.* vbi dicit cum Couarruuias *in regula poſſeſſor 2. p. § 2.* & Anaſtaſio Germon. *de ſacror. immunit. lib. 3. cap. 12. & 13.* vſucapionem non eſſe introductam ad defendendum malitias, nec ad finem peccati, vt res aliena retineatur, vt contrectetur, ſed tantùm ad tuendam innocentiam, ſeu defenſionem, illius, qui ignorans bona fide, & legitima cauſa rem alienam poſſidet.

11 Conueniunt tamen Ius Canonicum, & Ciuile circa præſcriptionem rerum mobilium, nam ſicut in iſtis ex regula generali noſtri Textus debet bona fides eſſe continua: ita ſimiliter de Iure Ciuili, hoc eſt in præſcriptione triennali, & longi temporis, in quibus vtroque Iure bona fides initio poſſeſſionis deſideratur, ex *l. nunquam 31. ff de vſucapion. l. 2. § ſed ſi ſeruus communis, ff. pro emptore, l. longi temporis, Cod. de præſcript. longi temporis.*

12 Et quare in his rebus, mobilibus hæc diuerſitas de Iure Ciuili ſtatuatur, ac obſeruatur in rebus immobilibus, ea nempe eſt, quia ſi aliquis eas retineat fraudulenter eas contrectat; ita vt ipſo facto fiant furtiuæ, & inuſucapibiles, *§. furtiua inſtit. de vſucapion. l. ſequitur, §. quod autem cum ſequenti, l. vbi lex, l. non ſolum 33. ff. de vſucapion. l. fin. ff. de vi bonor. raptorum. l. ſi partem, Cod. de vſucapione pro emptore l. 4. tit 29. p. 3.* docent, & declarant rectè Conanus *lib. comment. cap 15.* Donellus *lib. 5. comment. cap. 25. cum ſequent.* Couarruuias *in dicta reg. poſſeſſor 2. p § 9.* Petrus Gregorius *3 p. Syntagmat. lib. 39, cap. 2.* Balduinus *ad leges Romuli cap. 9 & cap. 11.* ſic intelligendi Balboa *in dicto cap vigilanti, n. 47. in fine & n. 52.* Graña *ibi n. 3. in fine.*

Ex his iam lucem acceperunt illa Iura Ciui- 13
uilia, *num. 1.* adducta; reſtat enim intelligere alia in confirmationem adducta, vbi videtur probatum, non obſtare, vt à principio cum mala fide incipiat præſcriptio ad hoc, vt legitimè proſequatur contra regulam Iuris Ciuilis, exigentis à principio, ſaltim bonam fidem ex Iuribus
antea adductis *dicta num. 1.* † Non inquam ob- 14
ſtat primo Textus *ibi* adductus *in l ſi vir vxori 3. ff. pro donato*, quia reſpondeo ideo in ea ſpecie vſucapionem proceſſiſſe, quia quamuis vxor in genere donationis errauiſſet, æſtimans generaliter donatione omnes inter coniuges eſſe permiſſas: tamen in ſpecie donata minimè errauit, ſiquidem res à marito donata non erat ipſius mariti, ſed aliena, ex qua donatione maritus non efficiebatur pauperior, & ſic meritò vxor vſucapere potuit cum non errauiſſet in Iure, ſed in genere donationis: ſic intelligunt, Couarruuias *in dicta reg. poſſeſſor. § 5. num. 10* Oſualdus ad Donellum *lib. 5 comment. cap. 14. littera B*, Othomanus *lib. 12. obſeruat. cap. 17.* Cujacius *in l 1. § fin. ff. pro donato*, Antonius Faber *lib. 7. coniecturarum cap. 13.* Eſcbifordegerius *lib. 2. tractatu 26. quæſt. 4.*

Item intelligitur, Textus *in dicta l. ſi finita*, 15
§. Iulianus de damno infecto, de qua latè adduxi ad intelligenda primum, & ſecundum decretum *in cap. quoniam frequenter, §. in aliis. vt lite non conteſtata a num. 93. & 95.* & *in Rubrica de cauſa poſſeſſionis, num. 18.* & præter ibi dicta, ad propoſitum reſpondet Cujacius *lib. 6. ad Affricanum*, miſſum in poſſeſſione ex ſecundo decreto vſucapere poſſe, quia licet cognoſcat rem eſſe alienam; non tamen dici poſſe poſſeſſorem malæ
fidei. † Quia interim dum poſſeſſio durat, di- 16
citur Dominus bonitarius, & impleta vſucapione, quiritarius Dominus appellatur cum bona fide, & iuſto titulo poſſideat, authore prætore, ex *l iuſte poſſidet ff. de acquirenda poſſeſſione*, quod declaratur ex infrà dicendis in quibus conſtat mala fides, & ſcientia rei alienæ, vberius hoc dubium explicaui *in dicto § in aliis q. 4.* dum egi de illa quæſtione, an miſſus in poſſeſſionem ob contumaciam rei ſi ſciat rem eſſe alienam, poſſit eam præſcribere ex miſſione ex ſecundo decreto.

Ex intelligitur Textus *in dicta l. ſequitur §. ſi* 17
viam 27. ff de vſucapion. nam vt Cujacius *lib. 3. quæſtionum Pauli in dicto, §. ſi viam*, & ſi tu me vi expuleris ab illa via, ſeu ſeruitute, de qua ibi adhuc, non obſtante mala fide ſeruitutem à te acquiri: tamen illam malam fidem non nocere, quominus acquiſitio procedat, quia ibi non agitur de ſeruitutis præſcriptione, ſed tantum de ſeruitutis amiſſione, quæ ruſtica ſeruitus per non vſum amittitur; cumque eiiciens nihil detineat alienum, nihilque poſſideat malæ fidei poſſeſſor, non dicetur: ſic hic intellectus colligitur ex verbis: ibi, *per longum tempus amittam viam.*

Item accipit lucem Textus *in dicta l. ſi pignora* 18
§ fin. ff. eodem, quo conſtat, vt ſi quis iuſſerit Titio, vt fundum nomine mandati violet, & nomine proprio emat, poſſit eam præſcribere, adhuc ea mala fide interueniente: nam Cujacius, Angelus, & Paulus *in dicto, § fin.* intelligunt emptorem is, qui feſellit mandati fidem præſcribere aduerſus alios, ſi nomine proprio emit, cum emiſſet ab eo, quem verum Dominum eſſe credebat, ſed non præſcribere aduersùs mandantem cum mandati actione,

actione, ad rei traditionem compelli posset, vt constat ex vltimis verbis illius Textus & ex *l. res ex mandato, ff. de acquir. rer. Dominio.*

19 Nec obest vulgare principium additum, *suprà num.* 3. versic. *tum etiam*, quia respondeo, vt quamuis naturali ratione præscriptio sit inuenta & ratio illa militet, tam in in bonæ, quam in malæ fidei possessore, verum ratio illa magis vrget, quoad prohibitionem præscriptionis cum mala fide, eo quod in se continet peccatum, & periculum animæ ex iam adductis in ratione decidendi: docent in terminis Graña *in d. c. vigilanti hoc tit. n.* 14. alia colliges ex Balboa ibi multa scribente.

20 Nec etiam obstant verba Textus nostri, & *dicto cap. vigilanti suprà* in versic. *vt ergo*, quia respondeo, *vt infrà quæst.* 2. videbis Ius Canonicum auferre omnem præscriptionem, etiam longissimi temporis centenariam, siue immemorialem, mala fide introductam, & continuatam, nec aliud suadere relata ibi verba Pontificis *in dicto cap. vigilanti*, ibi *Ephesinius Imperator*, quia ibi solum demonstrat Pontifex non fuisse cognitam antiquitus triennalem, & quadragennalem præscriptionem, eo vsque Ephesinus primus inuentor fuit, & legislator ea ratione, de qua Pontifex scribit, ibi *Propter vitandam miserorum segnitiem, & longi temporis errorem, & confusionem.*

21 Ad secundam quæstionis partem, an iusta de causa de Iure nostro Canonico detur præscriptio cum mala fide, aliquid adduxi, *in cap.* 1. *suprà hoc tit. quæst.* 1. versic. *nec obest*, sed his longè agens videtur pro affirmatiua sententia Textus ille, siquidem deficiente in eius decisione non solum titulus de cuius necessitate dixi suprà *in cap. si diligenti hoc titulo*, & in illa specie, qui locum alterius Diœcesis conuertit, non habuit suæ possessionis titulum; item deficiente possessione requisita, de qua dixi ibi, & latè *in cap. illud, cap. Sanctorum, cap. de quarta*, & aliis huius tituli; item deficiente tempore præfinito ad præscribendum contra Ecclesiam, scilicet quadraginta annorum ex dictis Iuribus, cùm hic solùm de triennio fiat mentio. Demum deficiente bona fide, iuxta Textum nostrum, *in cap. si diligenti, cap. vigilanti hoc titulo, cap. possessor, de regulis Iuris, l si aliena* 10. *l. vbi lex* 24. *l. celsus* 27. *ff. de vsucap. l.* 2. *l. emptor, Cod. de præscriptione longi temporis, cum aliis num.* 1. *adductis*, cum ibi reuera bona fides nequeat adesse in præscribendo, eo quod præscribens, sciat locum à se conuersum, alterius Episcopi esse, similis est decisio *in cap. placuit* 16. *quæst.* 3. ergo euenit, vt de Iure Canonico sit casus, in quo deficiente integro præscriptionis tempore, bona fide adhuc præscriptio, & vsucapio legitimè procedant,

22 Quare Abbas, Felinus, Imola, Parisius *numero* 2. & 8. Alexander de Neuo *num.* 2. & 14. Burrius *num.* 7. Alciatus 80. Gomesius *in regula de triennali possessore, quæst.* 42. & ibi, Mandosius *quæst.* 7. Couarruuias *in dicta regula possessor,* 2. *p.* §. 11. *num. fin.* Menchaca *controuers. illustr. cap.* 72. *num.* 7. & alij Doctores communiter dixerunt veram esse totam præscriptionis substantiam deficere in specie illius Textus particulari fidei fauore; ita vt singulare sit ibi, vt præscriptio admittatur cum scientia rei alienæ. Et taliter procedere existimant Doctores, & relati à Baldo *de præscriptionibus,* 2. *p.* 3. *p. princip. quæst.* 14. *in fine*, Ripa *de peste. p.* 3. *n.* 253. Auendaño *lib.* 1. *de exequend. mandatis, cap.* 2. *n.* 22. legem Canonicam interueniente iusta causa, posse inducere præscriptionem cum mala fide; ita vt legis Canonicæ authoritas hoc in casu possit à peccato excusare præscribentem cum mala fide; imò & posse ex iusta causa tempus ad præscribendam rem Ecclesiasticam moderare; nam cùm de Iure Ecclesiastico quadragenale tempus statuatur, & hoc solo triennio præscriptio perfecta sit, quo pacto negari poterit, vt quemadmodum ob Reipublicæ vtilitatem lex Ciuilis abbreuiat, vt *in l. qui agros, l locum, Cod. de omni agro deserto, lib.* 11. Et de Iure Canonico in fidei fauorem triennium sufficiat, *in dicto cap.* 1. sic etiam sine bona fide introducta præscriptio excusata à peccato legis Canonicæ indulto, vt etiam contingit de Iure Ciuili in præscriptione longissima, iuxta adducta *suprà in cap.* 1. *huius quæstionis.*

Adhuc verò dicendum existimo nunquam cum mala fide præscriptionem procedere ex nostro Textu, & aliis iam relatis, nec aliud apparere ex Textu *in d cap.* 1. *hoc tit. d. cap placuit* 16. *q.* 3. ita vt mala fide ibi præscriptio procederet; taliter vt non obstante iniusta retentione, seu possessione rei alienæ, præscriptio procederet: voluit ibi Africanum Concilium efficere, quod Episcopum locum aliquem ad fidem conuertens, possit legitimo triennio præscribere illum, & hoc modo negligenti Episcopo pœnam irrogari iuxta peculiarem præscriptionis institutionem; non enim præsupponit ibi mala fide præscribentis locum illum conuersum, quæ nequaquam potest admitti, nec etiam fauore fidei. † Ad cuius defensionem nequaquam licebit peccatum admittere eo quod lex Pontificia peccato, nec momento consentiat ex regula Textus *in c. litteras de rest. spol.* vt *ibi* latè adduxi *cap. super eo* 4 *de vsuris, cap. Inquisitioni* 44. *de sent. excom.* cùm alienum detinere peccatum sit, & contra præceptum Diuinum, cui lex Pontificia detrahere non potest, *cap. sunt quidam* 25. *q.* 1. *cap. fin. de consuetudine.* 23 24

Vnde Couar. *vbi suprà*, vt difficultatem expenderet *d. cap.* 1. & *c. placuit* 16 *q.* 7. existimauit Episcopum conuertentem non habuisse ibi malam fidem, nec rei alienæ scientiam, sed iustam possidendi causam, & iustum titulum; eo quod Episcopus in conuersione suorum locorum negligens videtur, ea loca deserere, quasi titulus præscriptionis sit pro derelicto: ita expendens per Iura, *in d. l. locorum, l. qui agros, Cod. de omni agro deserto, lib.* 11. de quibus iã *supr.* aliqua dixi, cùm tituli pro derelicto substantia sit, rem iam non esse delinquentis, cùm primum alter illam occupauerit, *l.* 1. *cum sequentib. ff. pro derelicto, l. prætor* 7. § *fin. l. si finita* 15. §. *non autem statim, ff. de damno infecto.* † Hæc enim interpretatio Couarr. eam difficultatem patitur, nempe quia qui rem dereliquit, cùm primum alter rem occupauerit, nullum ad eam videtur habere regressum, ex *d. l.* 1. & *per totum, ff pro derelicto*, sed Episcopus negligens in specie *d. cap.* 1. intra tres annos poterat recuperare locum ab alio conuersum; eo quod nondum erat impleta præscriptio: ergo conuertens non potuit pro derelicto possidere. 25 26

Ob idque existimo dicendum non pro derelicto, sed authoritate Concilij Africani possidere conuertentem, fundata in eo, quod proprius Episcopus locum deseruit, cùm negligeret illum ad fidem conuertere; non adimplens ministerium sui officij, in cura & administratione quam debuit impendere; sicque ex tali desertione, seu negligentia 27

gentia procedere, vt possessio conuertentis locum incipiat esse legitima ratione, cuius acquirat per tempus legibus definitum præscriptionem.

28 Nam sicut agrum desertum nouus colonus acquirit biennio ex *dict.l.locorum,l.qui agrum, C. de omni agro deserto, lib.*11. ob negligentiam nolentis excolere agrum tributarium Reipublicæ; ita vt illud biennium detur antiquo possessori negligenti ad reperendum: sic ex *dict. c.*1. locum conuertens conuersum dignitati, sui authoritate Concilij acquirere potest triennio irreuocabiliter, quia quidam quasi contractus gestus videtur inter proprium Episcopum, & conuertentem, vt proprio admonito sex menses negligente ex *d.c. placuit*; deindeque per triennium, non repente locus conuersus in conuertentis Ecclesiam transferatur; ita vt sicut antea ad Ecclesiam Cathedralem proprij Episcopi pertinebat lege diæcesana; & nunc ad Ecclesiam conuertentis pertineat lege, & beneficio conuersionis. Authoritate concilij Africani fundato; optime considerat, *hic* Balboa *num.*18. cum aliis Barbosa videndus, *à n.* 2. vbi argumenta refert, & ea dissoluit ex multis bonis Authoribus, Grana *n.*1. *&* 2. cum aliis per

29 eum relatis. † Cumque iam dixerim ex *dict. l si finita,§. Iulianus ff. de damno infecto*, quod qui possidet rem ex secundo Iudicis decreto eam præscribere possit, eo quia authore prætore possidet, etsi sciat rem alienam possidere, & ex eo, quia cui seruus noxali Iudicio à bonæ fidei possessore datur, eum potest vsucapere, quamuis sciat alienum esse ex *l. generaliter* 28. versic. *& secundum ff. de noxalibus actionibus*: sequitur vt conuertens locum Iuste illium possideat, dum à proprio Episcopo intra triennium, non repetitur, bonæ fidei possessor censeatur.

30 Vnde considerari oportet in specie, *d.cap.*1. *& c.placuit*, omnia requisita ad præscriptionem inueniri, *titulus*, nempe qui datur, & fundatur in conuersione loci ad fidem, & in desertione proprij Episcopi *possessio*, nam illã conuertens habet à die conuersionis, ex solo conuersionis actu, si quidẽ lex per actus fictos, absque corporali possessione, possit possessionem transferre ex *l. quod meo* 18. *ff. de acquir. possess. l* 45. *Tauri*, vbi DD. Regnicolæ latissime agunt sic limitantes regulam, *in l. cum heredes* 22. *ff. de acquir. possess* bona fides desiderata hic. & *in d.c. vigilanti, hoc tit.* cũ aliis, quia adest authoritate Concilij Africani introducta respectu conuertentis locum ad fidem: sic Balboa *ibi n.*19 *&* 20. quod clarius apparebit ex duobus dubiis sequentibus, scilicet de differentia bonæ fidei, & malæ, item & quid in proposito sibi velit conscientia: ad alia inquam, quæ solent ibi, ab interpretibus adduci pro explicatione illius Textus cum Textu *in d. c. placuit*, videbis quæ longe affert, Barbosa *ibi à n.*3. & in versic. *ad tertiũ*, Balboa *à n.*23. præter illa, quæ iam ego retuli, *in d.c.* super illo dubio, an habita prius monitione contra negligentem repetere locum ab alio conuersum conuertens impleat præscriptionẽ, sex mensibus transcursis, ex *d.c placuit*, vel præter illos sex menses, debeat triennium currere iuxta Textum *in d.c. placuit*: late inquam agunt Balboa *à d. n.*23. *ad fin.* & Barbosa *in d.* versic. *ad tertium*, vbi cum aliis videbis, ne longe extra bonam fidem, de qua nunc inquiro, agam.

31 Ad tertiam quæstionis partem de differentia inter malam fidem, & bonam, vt respondeas aduertes ad ea, quæ cõmuniter adducere solent in stitutarij *in §. si quis à non Domino de rerum diuisione, & in §.*1. *inst. de officio Iudicis*, & vtrobique Pichard. plura adducens ex bonis authoribus, ad quod adiunges quæ adduxi *in tit. de rest spoliat* & præcipue, *in c. grauis & in c sæpe eodem*; sed in proposito existimo sic scribendum bonam fidem, vel malam esse in duplici differentia, nam alia est vera bona, vel vera mala, alia vero ficta bona, vel ficta mala fides, bona fides vera dicitur, quãdoquis probabiliter putat rem esse suam; aut illum, a quo illam accepit Ius habuisse illius distrahendæ, Iuxta mentem Iuris consulti, *in l. bonæ fidei* 110. *ff. de verb. signif.* in verbis, ibi, *bonæ fidei emptor esse videtur qui aut ignorauit eam rem esse alienam, aut eum, qui vendidit, Ius putauit vendendi habere*, idem, *in l.*3. *ff. ad leg. flauiam de plagiariis, & in l. qui à quolibet* 27. *ff. de contrahenda emptione, & in d. § si quis à non Domino de rerum diuisione. & in §. Iure Ciuili, inst. de vsucap. l. apud antiquos, §. cum igitur ff. de furtis, l* 49. *tit.* 28. *p.* 3.

Econtra verò malam fidem habere dicetur qui rem accipit ab eo, quem Dominum esse non credebat, vel non alienandi habere potestatem, & sic Menchaca *lib.*2. *contr. illustr. c.*27. *in princ.* dicit esse medium quoddam inter bonam fidem, & malam nempe dubietas, nam qui nec bonam fidem; nec malã habet dicitur dubius: arg Text. *in l.*1. *§. sciendum. ff. de tributaria actione*; & sic quod is, qui dubitat, non dicatur esse in bona, nec in mala fide: sentit Glossa *in l* 1. *C. de acquir. possess. Glossa in l.*2. *ff. pro soluto*, Glossa *in l.*3. *§ generaliter, ff. de acquir. possess.* docet Couar. *in reg. possess.*2 *p. §.*7. 32

Vnde deducunt interpretes veram, & malam fidem non esse quid Iuris, sed quid facti, quia id pendet ex propria vniuscuiusque conscientia, quã Ius nullo modo potest inducere, nam si possessor credat rem, quam possidet esse alienam, nequibit Ius efficere, vt ille veræ bonæ fidei possessor sit, nec è conuerso, vt sit possessor veræ malæ fidei, si possessor credat rem esse propriam, vt aduertit, Couar. *d. §* 7. *n.*6 Balboa *in c. vigilanti, hoc tit. n.*9. *&* 10. Videndus *n.*14. Ioannes Garcia *de expensis, c.*23 *n.*12. etiam possit efficere Ius, vt possessor nõ gaudeat illis, quibus in Iure gaudet bonæ fidei possessor, ex his enim oriuntur dubia inquirenda an dubius malam fidem habere dicatur, vel bonam, & an credens rem esse suam ex crassa, & supina ignorantia facti, dicatur bonam habere fidem, de quibus *infra*, dico, vnde iam ad vltimum de conscientia deueniamus. 33

Ad vltimam quæstionis partem quid in proposito Text. nostri, & materiæ sit cõscientia, respõdeo consciẽtiã dici fidẽ, vel quia est credulitas quędã circa proprios actus, vel quia sicut fides includit Iudiciũ, quo aliquid Iudicãtes credimus, ita cõscientia, quæ est applicatio scientiæ, ad ea, quæ agimus, secundũ D. Thom. 1. 2. *q* 19. *art* 4 *&* 5. *& quodlib.*3. *art.*16. importat Iudiciũ, quo de nostris actibus, bonis, vel malis practice Iudicamus, secũdùm Couar. *lib.*1. *var. c.*1. *in princ.* Castrum *de lege pœnali, lib.*2. *cap.*11. *pag. paru.*15[r]. itaque fiet vt quando conscientia; id est existimatio mentis respondet animo, & animus rem apprehensam habet, vt suam sic & existimatio mentis, (quæ cõscientiam dicitur) credit illam rem esse suam: tunc bona fides ex parte mentis possidentis, dicitur taliter, vt qui ita possidet bona fide dicatur possidere, sed quando animus (hoc est voluntas) rem habet vt suam & conscientia, seu 34

seu mentis existimatio, credit esse alienam, dicetur mala fides; ita vt qui ita possidet dicatur mala fide possidere, ex August. relato, *in c si virgo* 34. *quæst.* 2.

55 Ex his enim cum Paulus dicat ad Romanos 14. *omne, quod non ex fide peccatum esse*, & fides accipiatur his in nostro Textu pro conscientia Pauli Authoritate, Iuxta explicationem Glossæ, & Doctorum hic: sequitur dicendum ex mente Textus nostri omne id, quod non est ex conscientia, vel secundùm conscientiam, & ita contra illam esse peccatum, non tantùm, vbi conscientia recta est, sed etiam si falsa sit, & erronea, & declarat Pontifex *in dicto cap. litteras de restitut. spoliat. cap. per tuas* 36. *de simonia*, D. Thomas *dicto art.* 5. *&* 6. *& dict. quodlib.* 3. *art.* 27. vbi argumentis contrariæ partis respondit, *& quodlib.* 8. *art.* 14. Nauarrus *in manuali, cap.* 27. *num.* 280. Siluester verbo *conscientia*, & alij summistæ, *in eodem verbo*, Barbosa *hic n.* 2. Balboa *in dicto cap. vigilanti*, vbi refert, *num.* 8. non leuem esse Theologorum controuersiam.

56 † Quid significet conscientia ideo quia plerique existiment ad voluntatem pertinere alij, & melius potius ad vim, & facultatem rationis spectare, nam *conscientia*, vt copiosè declarat videndus, Azor *lib.* 2. *moral. tit.* 1. *cap.* 8. *quæstion.* 1. *est animi quædam vis, ratio, & lex, à qua de bonis, & malis operibus admonemur.*

QVÆSTIO II.

An in præscriptione tricennali, seu quadragenali, desideretur bona fides semper: An in centenaria, & an in immemoriali: Et an is, qui dubitat, si res sua sit, vel aliena possit præscribere: Et an Iuris error prosit ad præscriptionem longissimi temporis: Et an credens ex ignorantia crassa, & supina facti rem esse suam, censeatur habere bonam fidem ad præscribendum?

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio longissimi de Iure Ciuili cum bona fide actionem, & exceptionem producebat, cum mala fide solum exceptionem.*
2 L. si quis emptionis, §. sed hæc quidem, C. de præscript. 30. vel 40. annor. n. 3. 4.
4 *Spoliatus agens rei vindicatione probare tenetur Dominium.*
5 *Centenaria præscriptio à principio desiderat bonam fidem in præscribente.*
6 *Antiqua, quæ hominum memoriam excedunt nullam probationem desiderant, præter probationem famæ, sed prærequirunt fidem bonam, n.* 7.
7 L. 1. §. fin. de aqua pluuia arcenda, l. hoc Iure, §. ductus, ff. de aqua quotidiana.
8 Cap. 1. hoc tit. lib. 6 *versic.* nisi tanti.
9 *Dubitans practicè si res sua sit, ne quid præscribere eam, si cum dubio cœpit possidere, n.* 10.
10 *Dubitans cum incipit possidere, non potest habere bonam fidem.*
11 *Dubitans an recte possideat, qui bona fide incœpit possidere, nequit præscribere, si dubitat practice, num.* 14. 15. *contrarium, à num.* 16. 17.
12 *Dubitans an id, quod facit sit peccatum, incidit in peccatum.*
13 *Periculum amans peribit in illo.*
14 *Dubitans æquabiliter, nunquid rem, quam possidet sua sit, vel aliena, non tenetur ad restitutionem; secus si inæquabiliter, n.* 15.
17 *Possidentis conditio, potior est in dubio.*
18 *Dubitans an res sua sit, si simul dubitet, an possit eam præscribere, non vsucapit.*
19 *Practicum medium non datur inter bonam, & malam fidem.*
20 *Dubium duplex est practicum, aut speculatiuum, & quale vnumquodque in materia præscriptionis.*
21 *Dubium superueniens speculatiuum, non interrumpit præscriptionem, n.* 22.
22 L. si fur, §. 1. ff. de vsucap.
23 *Error Iuris qualiter prosit ad præscribendum, aut non n.* 24 25.
24 *Errror Iuris resistentis, differt ab errore Iuris non assistentis circa præscribendum.*
25 *Error Iuris non constituit quem in bona fide, vt præscribat.*
26 *Ignorantia crassa, & supina facti rem esse suam, constituit quem in mala fide, vt præscribat, & quando excusabit, n.* 28.
27 *Ignoranter accipiens rem à fure emptione, aut donatione eam valet præscribere.*
29 *Ignorantia Iuris clari non sufficit ad præscribendum.*
30 *Ignorantia facti, non Iuris; excusat, & num ignorantia Iuris, valde dubij sufficiat ad præscribendum, n.* 32.
31 *Ignorantia Iuris inuincibilis producit bonam fidem, quoad fructuum acquisitionem.*
32 *Error Iuris valde dubij, non impedit præscriptionem.*

AD primam quæstionis partem, iam supra 1 respondi sub *quæst.* 1. affirmans desiderari de Iure Canonico continuo bonam fidem, etsi de Iure Ciuili cum mala fide possit procedere; Iuxta Textum *in l. sicut, l. omnes, l. si quis emptionis*, § 1. *Cod. de præscriptione* 30. *vel* 40 *annorum*, videb s adducta, in versic. *vt ergo cum aliis*, ea tamen in Iure Ciuili obseruabatur differentia, scilicet, quod præscriptio ista longissimi temporis cum bona fide actionem, & exemptionem producebat; cum mala verò solam exemptionem, ex *dict. l. si quis emptionis*, § 1. † Cui 2 obstat Textus *in* §. *sed hæc quidem*, eiusdem legis, receptum est violento possessori à possessione cadenti, rei vindicationem competere priori possessori: ergo Iure Ciuili in longissima possessione, & præscriptione non dabatur exceptio præscribenti sed contra eum actio, nam rei vindicatio actio realis est, quæ pro constanti præsupponit Dominium, *l. officium, ff de rei vindicat.* §. *actionum inst de action.*

Sed huic difficultati cõmuniter occurrunt DD. 3 quod in specie, *in d.* §. *sed hæc quidem* competit rei vindicatio absque vlla probatione Dominij propter magnum spoliatis concessum priuilegiũ, vt à te omnia restituantur, *c. in litt. de restit spoliat.* hic respondent Bart. *in l. pen n.* 4 *ff. de condit. infiit.* Castrens. *in l. commodati, n.* 6. *ff. commodati*, Balbus *de præscript.* 2. *p.* 3. *part. quæst.* 6. *num.* 8. Gomez. *in l.* 45. *Tauri, n.* 183. † Hunc verò intellectum non admittit Balboa *in c. vigilanti, hoc tit. sub n.* 53. eo quod 4 multo verius est spoliatũ agentẽ rei vindicatione

ad

ad dominij probationem diſtingui, vt reſoluit Iaſon *in l.naturaliter, §. nihil commune,n.*120.*ff.de acquirenda poſſeſſ.*Ripa *in cap.cum Eccleſia Sutrina, n.*16.*de cauſa poſſeſſ.& prop.*& *in l.*4.*§.cato,n.*29. *ff. de verb. obligat.* Nec obſtare ait Balboa *d. §.ſed hac quidem*, probans ibi declaraſſe Iuſtinianum ſuam ſententiam, quam propoſuerat, *in d. §.*1. *dict.legis*,ſi quis emptionis,videlicet poſſeſſorem malæ fidei nullam habere actionem,ſed tantummodo exceptionem, ſi aduersùs eum ageretur; quam diſpoſitionem videtur, vt Iuſtinianus declaret procedere in illis detentatoribus, qui ſinè violentia rem nacti ſunt,nam ſi rem nanciſcantur mediante violentia,nec eis competeret actio,nec exceptio ex conſtitutione Iuſtiniani *in d.§.ſed hac quidem*, ita deducens ex verbis ibi,*ſed hac quidem ſuper illis detentatoribus,qui ſine violentia rem nacti ſunt*, junctis ſequentibus ibi,*nam ſi quis rem violenter abſtulerit*, &c.

5 Ad ſecundam quæſtionis partem, de præſcritione centenaria,nunquid per continuationem à principio bonam fidem deſideret, & reſpondeo affirmatiuè ex noſtro textu, & aliis,vbi abſolutè in omni præſcriptione ſemper ea bona fides deſideratur, vt adduxi, *ſup.in c.cum vobis* 14. *hoc tit.* verſic. *ad ſecundam*, vbi longè egi de centenaria præſcriptione, & eius effectibus; tum demum confirmatur ex proximè dicendis de immemoriali præſcriptione.

6 Ad tertiam quæſtionis partem,an bona fides à principio, & per continuationem deſideretur in præſcriptione immemoriali,videtur negatiuè reſpondendũ, tum ex dictis *ſup.q.*1.verſic.*& confirmatur quia*,deinde facit ea ratio,nã antiqua, quorum origo memoriã hominum exceſſerit,nullum genus probationis admittunt,præter probationẽ famæ, & ideo ſola fama ſufficit abſque aliis adminiculis:docent Gloſſ.*in l.atquĩ natura,§.cum me abſente, ff. de negotijs geſtis*, Dueñas *reg.*299. *n.*7. Ruin. *conſ.*13.*n.*3.*lib.*4.& *conſ.*103.*n.*15.*lib.*5. Tiraq *de primogeniis in præfatione,n.*103.Afflictis *deciſ.*277.*n.*1. Pariſ.*conſ.*23.*lib.*1.*n.*236. Bald. *in Authent.quas actiones, C.de Sacroſ. Eccl.*& *in l.*4.*C.de probat.*Felin *in c.veniens, n.*9.*de teſtib.*Lambertin. *de Iurepatronatus* 2.*p.lib.*2.*art.*9.*q.*10.ergo cum deficiat probatio per teſtes, non eſt cur in ea præſcriptione fides bona prærequiratur, quæ nequit apertè probari: ita tenent citati ſub *d. q.*1.

7 Adhuc verò ex regula generali noſtri textus dicẽdum eſt præſcriptionẽ immemorialem prærequirere fidem bonã aliàs non procedere,primo authoritate D Pauli, de qua textus noſter dicens omne,quod non eſt ex fide peccatum eſſe,& tanto eſſe grauiora peccata,quanto diutius animam detinent obligatam, vt dicit Gregor. Pontifex *in cap.fin.de conſuetud.*ergo cum qui eſt in mala fide rem alienam detinens peccet, nec poſſit abſque peccato obtinere legis beneficium: ſequitur vt præſcriptionem non compleat,& ſic Põtifex hic, *in cap.vigilanti hoc tit.*declarat nullã præſcriptionem abſque bona fide valere,in qua generalitate includitur immemorialis:ſic denotant verba hic; *nulla valeat abſque bona fide præſcriptio*;quæ verba cum ſint vniuerſaliter negatiua omnem præſcriptionem,etiam immemorialem comprehendunt: ita hanc tenent Gl.*in c.*1. *hoc tit. lib.*6. verbo *niſi*, vbi Philipp.Francus,Angel.& Aretin.*in §furtiuæ inſt.de vſucapion.*Craueta *in conſ.*146. Balb.*de præſcriptionib.p.*2.*p.*3.*princ.q.*6.Afflictis *dec.*368.*n.*10. Abbas,Panorm.*hic*,Couar.alios citans,*in reg.poſſeſſor.p.*2.*§.*8.*n.*4. Guid.Pap.*conſ.*91.*n.*5. Zaſius *in conſ.*16.*n.*51. *lib.*2. alios citat Anton. Gab. *tit. de præſcript. concl.*1.*n.*57. verſic.*contrarium*, & *n.*59. Faquin.*lib.*8.*controuerſ.cap.*26.Balboa *in cap. vigilanti hoc tit.n.*45.& alij relati à Menoch.de recuperanda, *remedio* 15.*n.*417.dicentes ſic eſſe intelligenda Iura, *in l.*1. *§.fin. ff. de aqua pluuia arcenda*,& *in l. hoc Iure, §.ductus, ff.de aqua quotidiana*; eo quod in omnibus bona fides eſt præſupponenda.

Et ſic prædicta iura non obſtant, vt retuli *in d.*verſic.*& confirmatur d.q.*1.nam ſunt intelligenda cum bona fide,nec text.*ibi*,adductus, *in cap.*1. *hoc tit.lib.*6.ex verbis ibi, *niſi tanti temporis allegetur præſcriptio*, quibus videtur poſt tot longiſſima tempora bonam fidem, non prærequiri ex præfata particula *niſi*, qua denotari videtur, quod quãdo præſcriptio eſt immemorialis,nec titulus, nec bona fides eſt neceſſaria:ſed Gloſſa reſpõdet ibi verb.*niſi*,illa verba non eſſe referenda ad bonam fidem, quæ indiſtinctè in omnibus præſcriptionibus deſideratur,ſed tantùm ad titulum,qui de Iure Canonico neceſſarius non eſt,niſi quãdò Ius reſiſtit,vt iam notaui, *in cap.ſi diligenti hoc tit.* cuius rei obſeruatio non procedit ex noua Pontificis deciſione relata; *in d. cap.*1. quoniam immemorialis temporis tranſcurſus ſufficit ad præſumendum titulum; ob idque rectè DD. relati concludunt bonam fidem in omni genere præſcriptionis deſiderari, ſiue triennali, ſiue longi temporis decem, vel viginti annorum, ſiue longiſſimi 30.vel 40.annor.ſiue centenaria,ſiue immemoriali. Et in hoc ſenſu intelligantur plures, quos refert, & ſequitur Barb. *hic n.*6. inter quos Menchaca *quæſt. illuſtr. cap.*81.*n.*10. Menoch. *de Arbitrariis, caſu* 225. *à princip.* Velaſc. *conſult.*8. *n.*25. & *de Iure emphyt. q.*8. *n.*25. Molina *de primog. lib.*2.*cap.*6,*n.*67.

9 Ad quartam quæſtionis partem, an ſi quis dubitet ſi res ſua ſit, vel aliena, poſſit præſcribere exiſtimo diſtinguendum eſſe, nam vel ab initio dubitauit an res ſua ſit,vel aliena,vel poſt iam inceptam præſcriptionem incidit in tale dubium, & quoad primam partem dixit Faquineus ex placitu omnium Doctorum ita dubitantem,præſcribere non poſſe: ſic nihil aliud addens,*lib.*1. *Controuerſ.cap.*65. ſed hanc partem ſequuntur, *in leg. bonæ fidei* 48. *ff. de acquirendo rerum dominio*, & *in l.*1.*C de vſucapione transformanda*, & *in l. cum hæres ff. de diuerſis, & tempor. præſcription.* ratio eſt, nam ille,qui dubitans,an ſua ſit res,eam vſucapere incipit, peccat; quoniam rem ſuam eſſe non exiſtimat,ſed præſcriptio, quæ ſine peccato non eſt,nequit admitti ex noſtro textu: ergo præſcriptio,à dubitante inchoata,non poteſt ad præſcriptionem prodeſſe.† Deinde quia ad præſcriptionem bona fides deſideratur; ſed is, qui dubitans 10 incipit poſſidere, nullo modo videtur bonam fidem habere,nec facta comparatione ad quæſtionem ſpeculatiuam; videlicet, an res ſua ſit, vel non; quoniam non exiſtimat eam eſſe ſuam, ſed dubitat, nec facta comparatione ad quæſtionem practicam,videlicet an exiſtente eo dubio res illa ſua ſit,necne, liceat ei illam vſucapere, quin potius habito reſpectu,ad hæc practicum Iudicium; malam fidem habet, cum iſti illo Iudicio in eo caſu conſcientia dictat,non licere rem vſucapere: ſed immemorialis de fide ratio haberi debet per comparationem ad quæſtionem practicam; id eſt, habenda eſt ratio de dictamine conſcientiæ;

iuxta illud Pauli *omne, quod non eſt ex fide peccatum eſt*, in Textu noſtro ſic intelligendum, non de Iudicio ſpeculatiuo, niſi quatenus ex eo pendet fides, & dictamen conſcientiæ ad quæſtionem practicam; ergo qui rem incipit poſſidere dubitans an ſua ſit, vel aliena præſcribere non poteſt, cum non exiſtimet quoad Iudicium practicum, licite poſſe rem poſſidere, ſed potiùs dubitet: docet Balboa *in dicto cap. vigilanti hoc titulo, numero* 15 addens ideo vulgò dici malam fidem non ſemper eſſe conſcientiam rei alienæ, ſed iniuſtæ poſſeſſionis, nam ille, qui mala fide poſſidet, iniuſtè poſſidere exiſtimat, vt iam dixi: videbis quæ congerit nouiſſimè Trullenq. *in opere moral. lib.7. cap.4. dubio* 3.

11 Maius enim dubium adeſt, quando cum bona fide præſcribens incipit poſſidere, & poſtea dubitare incipiat, an res ſit ſua, vel aliena, & in hoc dubio video non parum diſcrepare Doctores, quos congerit hic Barboſa *n fin.* in Gloſſa *nulla*; etenim quod præſcribere non poſſit probant Butrius *hic*, Dominicus de Soto *de Iuſtitia & Iure, libro 4. artic. 4. quæſtione* 5. quos adducit Faquineus *dicto libro* 1 *Controuerſ. cap.65.* eo fundamento, quod præſcriptio requirit bonam fidem, ſed dubitans in bona fide eſſe non videtur, imò non procul eſſe à pec-
12 cato. † Quandoquidem is, qui dubitat, an id, quod facit ſit peccatum, in peccato inci-
13 dit, iuxta ſententiam illam. † *Qui amat periculum peribit in illo*, vt habetur, *in cap. litteras de reſtitutione ſpoliator.* & *in cap in præſentia de ſponſalibus*; præcipuè ſi conſideres ex regula textus noſtri hodie bonam fidem exigi toto tempore poſſeſſionis, in qua non videtur eſſe, qui dubius eſſe incipit: hanc ſequuntur Pariſius *in cap illud hoc titulo, numero* 13. Imola *hic, num.*36. Cumanus *in l. g naturaliter, ff. de vſucapionibus, num.* 4. Angelus *in Floribus Theologor. in quæſt. de præſcriptione articulo difficult.* 2. verſic. *quo ita.*

14 Et licet Doctores exiſtiment, quatenus Gloſſa hic per illa verba *item quid ſi dubitet an res ſit ſua, & habet iuſtam dubitandi cauſam, adhuc dicitur bona fidei poſſeſſor*, in hoc puncto exiſtimari bonæ fidei poſſeſſorem; ſic & poſſe præſcribere, ſub illa diſtinctione; nempe, vt Gloſſa procedat in dubio iuſto, & ſpeculatiuo, ſi conſideres bonam fidem, prout Iure Canonico conſideratur alteram opinionem Butrij, & ſequacium procedere in dubio iniuſto, & culpabili, vel etiam in dubio practico, ſic vt ſi dubium ſit æquale, taliter vt non inclinet magis in eam partem, vt res ſit aliena, quam in aliam, vt ſit propria, non teneatur ad reſtitutionem, quia iuſtè poſſidet, vt reſoluunt Sairus *in claui Regia libro 10. tractatu 2. cap. 3. num.* 29. Bartholomæus à Sancto Fauſto *in ſpe-*
15 *culo confeſſorum diſputatione 4 quæſtione* 260. † Secus ſi dubitet inæquabiliter; ita vt ſi magis inclinet in eam partem, vt res ſit aliena, dicatur poſſeſſor malæ fidei, & reſtituere teneatur, vt docent Solan. *in 2. 2 quæſt. 62. art. 6. Controuerſ. 4. concluſione* 4. Bañez 2. 2. *ante quæſt.*62. *in præamb. ad illam dubio vltimo, concluſione* 2. Petrus de Ledeſma *de Matrimonio, quæſtione* 45. *articulo* 1. *ad tertium*, Sanchez *eodem tractatu libro 2. diſputatione* 41. *numero* 10. vbi latè de dubio ad præſcribendum, & ad alia practicabilia de voto, hic accedit cum aliis nouiſſimè Trullenq. *vbi ſuprà dicto cap.4. dub.3. in fine, n.*1. vbi poſtquam ex Couarruuia, Leſſio, Soto, & aliis nonnulla refert dicit ea intelligenda eſſe de dubio æquali, quod vinci non poteſt, facta debita diligentia; ſed ſi ſuborto dubio nullam diligentiam adhibeat, tunc & peccare ait, & non præſcribere, ſed ſi facta diligentia deprehenderit alterum habere maius Ius, tunc pro qualitate dubij teneri ad reſtituendum rem poſſeſſam; ſed ſolùm Ius ita ſit attenuatum, vt appareat ferè nullum teneri totam rem alteri reſtituere, ita ille cum Regiualdo *in Claui Regia lib. 9. cap.* 12. *n.*17. qui alios citat.

Tamen adhuc alij Doctores abſque præfata 16
diſtinctione abſolutè docent quod etiam ſi pro altero qui non poſſidet rem fortiores videantur rationes, & coniecturæ, circa res proprietatis; Verùm ſi non ſunt vſque adeo efficaces, vt generare poſſent aſſenſum illius partis, ſed rem adhuc dubiam relinquant, quia dubia res æquè videtur vtramque partem tenere, & reſpicere; Ideò præſcriptionem cum bona fide inductam cenſeri Sanchez, qui ſe tractauit *in præcepta Decalogi tom.1. lib.1. cap.10. n.9. & lib. 2. cap. 23. n.*179. Salas *in parte 2. q.21. tract. 8. diſp. vnica, ſect.23. num* 181. Bonacina *de reſtit. diſp. 1. q. 2. puncto 2. n* 6. Balbus *de præſcript. 1. p. 3. princip. q.2. & 3. p.7. princip. num.*17. Menochius *de arbitrariis, caſu* 225. *n.*17. Menchaca *quæſt. illuſtr. cap.*77. Barboſa *hic, n fin.* Abbas *n* 40. Pariſius *à n.* 48 Balboa *in dicto cap. vigilanti à n.* 17. cum aliis multis ab eo relatis, Faquineus *dicto cap 65. lib.1, controuerſ.* Molina Theolog. *de Iuſtitia, & Iure tom.1. tract.2. diſp.* 63. verſic. *ſecunda concluſio*, Couarr. *in dicta Reg. poſſeſſor. 2. p. §. 7. à num.*3. Nauarrus *in cap. ſi quis autem, num* 79. *de pœnit diſt.*7. Sarmient. *ſelectar. cap.* 10. *à n.*5. Iaſon, *in l.3. §. genera, num. 17. ff. de acquirenda poſſeſſione*, Imola, & Felinus hic eam ſic probantes ex noſtro Textu principio iuncto cum fine ibi *definimus, vt nulla valeat abſque bona fide præſcriptio*, (ſed in ſpecie noſtra poſſeſſor finem habet) ſequitur deinde Textus, *itaque oportet, vt qui præſcribit in nulla temporis parte rei habeat conſcientiam rei alienæ*, tamen poſſeſſor in quæſtione propoſita non habet conſcientiam rei alienæ; quia qui dubitat, non dicitur habere ſcientiam, vt declarat optimè Bartol *in l. admonendi, num.*18. *de Iureiurando* igitur præſcribere poterit.

Inſuper pro dicta ſententia faciunt ſequentia 17
nam cum in dubio potior ſit poſſidentis conditio, qui rem aliquam incipit bona fide poſſidere, quamuis ſuperueniat probabile dubium pro vtraque parte, licite continuare poteſt poſſeſſionem, & eam ſibi retinere, cumque Ius Canonicum ſolùm deroget præſcriptionem, quæ ſine peccato fieri non poteſt, proculdubio Iure Canonico non improbari poſſeſſionis continuationem dicendum eſt dubio probabili, poſtea ſuperueniente. Deinde facit, nam qui dubius vſucapionem, vel præſcriptionem perficit, bonam fidem habet, habito reſpectu ad quæſtionē practicam: cuius in foro conſcientiæ eſt ratio potiſſima, cum iuſtè credat rem, quam bona fide poſſidere cœpit non obſtante ſuperuenienti dubio poſſe poſſidere ex iam latè adductis: ergò potius eſt vt ſequamur ſecundam ſententiam in dubio probabili, & practico,

ſ. eus

secos tamen, vbi aliter illod contingeret ex doctrina Trolech. *sup.* relati cum aliis.

18 Ex his notaodum venit, quod si dubitans, an res sua sit, simul dubitet, an liceat eam retinere, & tamen retineat mala fide non continuat possessionem; ita vt præscriptio ei non procedat, vt expresse habetur, *in l si fur ff. de vsucapionibus*, vbi dicitur si is, quod possidet, non putat sibi licere per leges vsucapere dicendum est, vt si erret, non procedere tamen eius vsucapionem, vel quia non bona fide videatur possidere, vel quia in Iure erranti, non procedat vsucapio, de cuius legis intellectu, iam alibi dixi, & dico, *dub. seq.* interim videbis, Lessium *lib. 2. de iust. c. 6. dub. 4.*

19 Secundò ex dictis notandum est, non dari medium practicum inter bonam, & malam fidem: nam si dubitet in principio habet malam fidem, si dubitet, dum est in progressu, habet bonam, speculatiuè, tamen qui habitat nec bonam, vel malam fidem habet Lessius *vbi supra dub 3. num* 12. Couarruuias *in dicta reg. possessor. 2. p. §. 7.* videndus Bartolomeus à sancto Fausto, *in suo speculo disputat. 4. quæst. 4. & 5.* & Layman, *in Theologia morali, tomo 1. lib. 3. tractatu 1. cap. 8. num.* 10.

20 Tertio notabis ex dictis esse duplex dubium; vnum practicum, alterum speculatiuum, qualeque sit vnumquodque iam ex longe actis videre poteris, sed pro breui declaratione dico speculatiuum esse cum quis dubitat, an res sit sua, vel aliena; practicum verò cum quis dubitat, an possit illam sine peccato retinere priori dubio inuolutus, non semper peccat, nec semper est in mala fide: nam etsi dubitet an res sit sua, vel aliena, potest tamen credere, si iuste illam possidere, & retinere, donec deposito dubio cognouerit rem alienam esse, solus enim is, qui inuolutus est posteriori dubio peccat, & præscribere non potest

21 nec iuste possidere. † Ob idque quando dicimus dubium superuenienss non interrumpere bonam fidem, nec vsucapionem, vel præscriptionem, non loquimur de dubio practico, de illo videlicet, quo quis dubitat, an Iuste possidere possit sed de solo dubio speculatiuo, quo quis; etsi dubitet an res sit sua, vel aliena: credit tamen se iuste possidere: sic Balboa *in dict. cap. vigilanti, hoc tit. num.* 19 Faquineus *dict. lib. 8 controuers. cap. 65. in fine*, quod videtur esse contra iam supra relatum ex doctrina Barbosæ non admittentis cum multis distinctionem, quam retuli, & ipse refert

22 sequutus multos. † Imo Balboa *suprà*, contra Molinam *de Iustitia. & Iure, tom 1. tract 2. disput.* 63. versic. *dubium est*, hoc loco, *ex dicta l si fur, §. 1.* infert quod si daremus, quod ille, qui bona fide cœpit possidere, postea incipiat dubitare, an res sit sua, vel aliena, & simul ex inscitia dubitet, an existente illo dubio, posse licite eam retinere, respondet non bona, sed mala fide retinere, quia peccat in continuando possessionem illam eo modo, nam sufficit ad hoc, quod conscientia illa erronea dictet nefas esse rem illam possidere, & sic existimat eo in casu interruptam esse bonam fidem, & consequenter ipsam quoque vsucapionem, & præscriptionem interrumpi, de quo erit etiam legendus, Couarruuias *in dicta reg. possessor. 2. p. §* 8. *num.* 5 & sic Filiucius, *tract. 31. cap 8. num.* 188. cum Molina, & Couarruuias, & Trulench. *in opere morali dict. dubio 3. cap. 4. lib. 7. num. 2. in fine*, dicunt quod qui putat rem esse Petri, cum reuera sit Pauli simpliciter in mala sit fide.

Ad quintam quæstionis partem, an error Iuris prosit ad præscriptionem longissimi temporis, infertur ex proxime relatis, à versic *notabis tertio*, & in hoc dubio inuenio triplicem sententiam, vnam prodesse per Textum *in cap. peruenit de emptione, & venditione*, vbi nihil de errore Iuris dicitur. Secundò, quia in præscriptione longissimi temporis titulus non requiritur, sed bona fides sufficit ex Iure Canonico necessaria, error autem Iuris, bonam fidem non impedit, *l. sed etsi lege, §. si me, ff. de petitione hæredit.* sic docent Paulus Castrensis *in l Celsus non procul. ab initio, ff. de vsucapion.* & alij multi à Couarruuias, citati *in dicta reg. possessor. p. 2. §. 7. num. 5.* versic, *secunda conclusio.* Et facit pro hac sententia aliud dictum contrarium, Filiucij, Trulench. Couarruuias, & Molinæ iam relatorum, *num. præcedenti in fine*, vbi dicunt quod si quis putat ex vno titulo, vt emptione, se esse in bona fide; ex alio vero, vt donatione, putat esse in mala, poterit præscribere. 23

Sed alij distinguunt inter errorem Iuris resistentis, & errorem Iuris non assistentis, nec resistentis priori casu dicunt præscriptioni longissimi temporis non prodesse; posteriori autem prodesse: ratio est, nam si Ius resistat possessori, dicitur esse in mala fide, quia contra Iura mereatur, *l. quemadmodum, Cod. de agricolis. & censitis*; mala fides verò præscriptioni est impedimento, da qua ex Iure Canonico, ex nostro Textu, si vera non resistat, tunc possessorem esse in mala fide dicunt, & consequenter præscribere posse: ita Couar. iam allegatus, *d § 7. n. 5.* versic, *hæc autem conclusio secunda* 24

Verùm Faquineus vtramque impugnandu sententiam, *lib. 8. controuers. cap.* 28. cum Felino *in cap. de quarta de præscription, num.* 34. dicit simpliciter Iuris errorem non prodesse ad huiusmodi præscriptionem, primo ex *l. 7. ff. de Iuris, & facti ignorantia*, vbi Papinianus respondit *Iuris ignorantiam non prodesse acquirere volentibus* & cursus, *in l. 8.* ibi, *errorem Iuris in compendiis non prodesse.* Secundò quia Iuris error non prodest in vsucapionibus iuxta Textum *in l. 4 ff. eodem, l. nunquam 31 ff de vsucap. l. 1. §. si à pupillo. ff pro emptore*, vbi sine controuersia Doctores docent errorem Iuris non prodesse ad vsucapionem & præscriptionem longi temporis, sed hæc eadem ratio, quam habent prædictæ leges in longi temporis, scilicet 10. annor. inter præsentes, vel 20. inter absentes militat ex nostro Textu, & ex *dicto cap. Vigilanti, hoc tit.* vt iam, *suprà*, notaui, *quæst. 1. & quæst 2. in princip.* & quia bonam fidem non inducit, interdum à mala fide excuset: ergo hæc debet amplecti. 25

Ad vltimam quæstionis partem: de eo, qui credit ex ignorantia crassa, seu supina facti rem esse suam, suppositis iam, *supra*, adductis, versic. *ad quartam*, de dubitante, & in versic. *ad quintam*, de errante, nunc aliqua sub distinctione dicam, nam quatenus pertinet ad propositum nostri dubij existimant Medina, *in Cod. de restitutione, quæst. 13. in fine*, Couarruuias 4. Trulench. *in opere morali, lib. 7. cap. 4. dubio 4. num. 1.* Molina *de Iustitia, tom. 1. disput. 64. & tomo 3. disput.* 721. *num. 2. 7. & 8.* Rebellus *de obligationibus Iustitia 1. p. lib. 2. quæst. 4. num.* 14. Nauarrus *in manuali, cap. 17. num.* 84. Siluester *in summa*, verbo, *restitutio 3. quæst. 7. dicto 2.* alij communiter, nempe ignorantiam crassam, 26

& affectatam, quæ vinci potest, impedite præscriptionem, nam facit malam fidem cum talis peccet mortaliter non adhibens diligentiam ad tollendam ignorantiam, ac per consequens censetur mala fide possidere; nam vt ait Saytus *in claui Regia, lib. 9. c. 8. n. 21.* peccat enim tali modo rem non suam retinendo.

27 Tamen si rem à fure emptione, donatione, vel alias acceperit aliquis cum ignorantia facti, seu facti errorem, ignorans esse furem; sciens tamen nihil à fure posse accipi: tunc sufficientissime posse accipientem præscribere docent Doctores; *in l. pro emptore, ff. pro emptore*, dicentes similiter si aliquid modo dicto à pupillo acceperit ignorans de facto esse pupillum; sciens tamen de Iure nihil posse pupillum alienare, vel si aliquid à prælato emerit, putans capitulum concessisse, est error facti, sciens autem de Iure requiri concessum, quia credulitas aliqua, vel bona fides requiritur ad præscribendum, non autem sufficit credulitas ex ignorantia Iuris modo dicendo, Saitus *sup.* Lessius *lib. 2. de iust. c. 6. dub. 5. n. 18* cum aliis Filiucius *tract. 31. n. 189.* Bonacina, & alij citandi.

28 Et prædictam doctrinam in vtroque casu procedere, quando ex temeraria fatuitate possessor non aduertit rem alienam esse, tradit Balboa *in dicto cap. vigilanti sub num.* 11. vbi ait ex Rebello, Molina & aliis relati, quod vt excuset ignorantia, debet esse immunibilis, imo Molina *dicta disput.* 723. dicit talem debere esse ignorantiam in hoc proposito, vt bonam fidem inducat, qualis sufficiat ad excusandum à culpa Theologica: explicat Rebellus, *vbi supra, quæst. 5. num. 5.* dicens debere esse ignorantiam excusantem à culpa lethali in acceptione rei, & omissione inquirendi, cuius sit, & idem Molina aduertit prædictam ignorantiam excusantem à culpa Theologica esse Iudicandam, Iuxta capacitatem excipientis.

29 De ignorantia Iuris aliter dicunt Doctores, nam si ignorantia est Iuris non sufficit ad præscribendum, etiam si sit omnino inculpabilis, vt si v. g. comparasti rem aliquam contractu vsurario, quam putabas Iustum, eo quod existimabas vsuras mediocres Iuste exigi, accepti à religioso vestem, quum, vel aliquid aliud sciens esse religiosum, nesciens tam religiosum non posse donare; in hoc enim casu docent communiter Doctores, & Couarruuias: *in dict. reg. possessor, p. 2. §. 7. n. 6.* Trulench. *dicto dubio 4. lib. 7. num. 3.* quod etsi bona fide credas rem possidere, non sufficiat talis credulitas. & fides ex iuris ignorãtia ad præscribendum: sic probantes ex Textu *in l. nunquam ff. de vsucapion.* vbi dicitur, *nunquam in vsucapionibus Iuris error possessoribus prodest, & in l. Iuris, ff. de Iuris, & facti ignorantia, l. error, ff. eodem*, nam sicut præscriptio Iure humano constat; ita & ab eodem potest cirumscribi.

30 Prædicta sunt de Iure positiuo, non de naturali, circa quod communiter Doctores affirmant nullam Iuris naturalis ignorantiam excusare: tradit Balboa *in dicto cap. Vigilanti, hoc tit. num. 12.* dubium tamen est, an ex tali ignorantia Iuris positiui, impediatur fructuum acquisitio, & multi existimant bonam fidem non oriri, nisi ignorans sit recticus, minorve, & Ius ita dubium, vt varias patiatur interpretationes, & fundantur, nam passim Iura clamant ignorantiam facti, non iuris excusare, *cap. ignorantia de regulis Iuris, lib. 6.* copiosè, Pinellus *in l. 1. p. 2. cap. 4. à num. 34. Cod. de resc indenda*: optimè defendit videndus, Faquineus *dict. lib. 8. controuers. cap. 29.* per ea nempe fundamenta, quæ adduxi, *sup.* in versic. *ad quintam.*

Sed Balboa *in dict. cap. Vigilanti, num 13.* existimat satis esset inuincibilem Iuris ignorãtiam ad producendam bonam fidem, saltim quoad fructuum acquisitionem per Textum *in l. sed etsi lege 28. §. scire, ff. de petitione hæreditatis*, & apertius ex eo, quod quando lex positiua voluit hanc ignorantiam non prodesse, vt quoad vsucapionem id expresse declarauit, *dicta l. si fur, §. si quis, ff. de vsucap.* vbi *in iure erranti non proderat vsucapio*, & plura Iura, & Doctores huius sententiæ refert, quibus fauet Lessius *lib. 2. de iust. & Iure, cap. 6. dub. 6 num 14. & 15.* Saitus *supra num. 22.* Filiuc. *loco citato*, cum aliis, Bonacina *disput. 1. de restitut. quæst. vltim. punct. 2. num. 19.* Layman *lib. 5. tract. 1. cap. 8. num. 11.* versic. *sed limitanda*, & tradunt rationem, qui error circa fructus videtur esse error facti cũ putet possessor se ex re sua eos percipere. Verum idem Layman eo quod Couarruuias *in dicta reg. possessor, §. 7. num. 7. & lib. 1. variar. cap. 3. num. 8.* Nauarrus *lib. 1. consi. 6. tit. de officio Iudicis*, doceant Iuris huius ignorantiam, vel errorẽ inculpatum sufficere ad præscribẽdos fructus ex re illa perceptos limitat modo illi non extet, aliter existimat, etiam ia hoc casu, vna cum re, quæ præscribi non poterat esse restituendos vtrumque probabile dicit Trulench. *sup. d. num. 3. in fine.* 31

Ego autem in dubio principali de errore Iuris existimo sic dicendum, si error, vel ignorantia Iuris valde dubij sit, & etiam vere dubij non impedit præscriptionem, vt tenent, Couarruuias *dicto §. 6. num. 12.* Nauarrus *dicto consi. 6. de officio Iudicis*, Siluester verbo, *præscriptio*, §. 4. Trulench. *dicto dubio 4. num. fin. cap. 4. lib. 7. in opere morali*, & alij sic intelligentes leges, & eas limitantes, nam si postquam quis dotes consuluit, & fecit, quod in se fuit, adhuc dubius manet inuincibiliter ignorat; ob idque dutum videri existimant, talem non posse præscribere, & continuare possessionem bona fide inceptam; imo & videri hoc per epicheiam exceptum dicit Lessius *dicto lib. 2. de Iustitia, cap. 6 dubio 5. num. 16.* Et hinc inferunt idem, Lessius *supra, num. 17.* Filiucius *dicto cap. 31. num. 189.* Bonacina *dicta disput. 1. de restitutione, quæst. fin. puncto 2. §. 2. num. 19.* posse præscribere eum, qui aliquid contractu ambiguo retinet, de quo vtrinque sunt opiniores Doctorum. 32

QVÆSTIO III.

An mala fides authoris successori ad præscribendum noceat: Et an mala fides respectu vnius impediat præscriptionem respectu alterius: Et an præscriptione completa bona fide is, qui cognouerit rem esse alienam, teneatur in foro conscientiæ eam restituere: Et an bona fides, quæ ad præscribendum desideratur, in dubio talis præsumatur?

SVMMARIVM.

1 *Fides mala authoris, num quid ad præscribendum noceat successori remissiue.*

2 Fides

2 *Fides mala reſpectu vnius, qualiter impediat præſcriptionem reſpectu alterius, n. 4. & quando impediat, n. 5.*

3 L, ſi quis fundum, ff. de acquirenda poſſeſſione.

L. ſi qui Balneum, §. Titia, ff. qui potiores in pign. habeantur, l. fulcinius, §. quod ſi aduerſus, ff. ex quibus cauſis, n. 6.

6 *Fides mala reſpectu vnius Iuris, non impedit præſcriptionem reſpectu alterius.*

7 *Veritas in vſucapionibus ſpectatur, non opinionis error.*

8 *Placere Deo non poteſt omne, quod fit ſine bona conſcientia.*

9 *Leges Ciuiles dicto Chriſti ſunt reuocata ad naturalem legem.*

10 *Mala fides, quæ superuenit poſt completam præſcriptionem, nunquid turbet eam affirmatiuè & n. 11.*

12 *Præſcriptio ſemel completa ex ſuperueniemtia malæ fidei, & conſcientia rei alienæ, non amittit effectum.*

13 *Præſcribens ſimilis eſt ſoluenti.*

14 *Denunciatio Euangelica non competit contra præſcribentem.*

15 *Præſcriptionis lex bono publico inducta tutatur præſcribentes in conſcientia.*

16 *Locupletari nemo debet iniuſte cum alterius iactura, ſecus iuſte.*

17 *Fides bona ad præſcribendum deſiderata, nunqid præſumatur, ſeu debeat à poſſidente probari, n. 18. 19. & 20.*

19 L fin. Cod. vnde vi,

1 AD primam quæſtionis partem, ſatisfit ex dictis, *ſupra in cap. quia v. de Iudiciis. quæſt. 1.* aliqua, *ibi. quæſt. 1.* quare nunc pro longa diſputatione videbis quæ refert, Faquineus *lib. 1. controuerſ. cap.* 66. Couarruuias *in reg. poſſeſſor. 2. p.* §. 9. vberius præ cæteris Balboa *in cap. Vigilanti, hoc tit. à num* 9. verſic. *ſeptima dubitatio*, Pinellus *in Authentica niſi tricennale, in princ. Cod. de bonis maternis*, Balbus *de reſcript. p. 2. part. 3. princ. quæſtion. 12.* Molina *de Iuſtitia, tract. 2. diſputat.* 65. Donellus *lib. 5. comment. cap.* 10. nouiſſime agit Egidius Trulench. *in opere morali*, vbi plures ex ſummiſtis recentiores refert, *p. 2. c. 4. dub. 12. in opere moral.* quare non immoror.

2 Ad ſecundam quæſtionis partem, quam inſignem ſolent Doctores appellare, vt poſſis tractare oportet exemplum præmittere ad eius declarationem, & tale eſt per litis conteſtationem poſſeſſores efficiuntur malæ fidei, *l. ſed etſi lege, § ſi ante, ff. de petitione hereditatis, l nemo, Cod. de acquirenda poſſeſſ.* vbi præclare Conſtantinus loquitur ſequentia verba, *interpellatione verò, & controuerſia progreſſa non poſſe eam intelligi poſſeſſorem, qui licet poſſeſſionem corpore teneat: tamen ex interpoſita conſtitutione, & cauſa in Iudicium deducta ſuper Iure poſſeſſionis vacillet, ac dubitet:* docent communiter Doctores, *in §. ſi quis à Domino inſt. de rerum diuiſione*, vbi bene Pichardus agit, dixi ego nonnulla, *in tit. de litis conteſt. & in cap. illud 8. hoc tit.* vnde ſi Titius v.g. litem poſſeſſori intendat, & ſuccumbat, quia verus Dominus non eſt, quæritur, quia præſcriptio interrupta eſt reſpectu Titij, an poſſeſſor aduersùs Caium, qui verus Dominus eſt præſcribere valeat, ſi reſpectu ipſius Caij poſſeſſor eſt in bona fide.

3 Et in hoc dubio inuenio duplicem ſententiam, primam Bartoli, ad legem naturaliter, *ff. de vſucapionibus, num* 12. & Antonij de Butrij, *in cap. illud, hoc tit.* & Socini Senioris alios citantis. *conſil 47. n. 17. lib. 3.* dicentium præſcribere per Textum, *in l ſi quis fundum, ff. de acquirenda poſſeſſ.* vbi mala fides reſpectu vnius iuris, nempe vſusfructus vel hypothecæ, non nocet præſcriptioni alterius Iuris; deinde ex Textu *in l. qui Balneum, §. Titia, ff. qui potiores in pignore habeantur*, vbi mala fides reſpectu vnius creditoris, cui res oppignorata erat; non nocet reſpectu alterius. Vltimo ex *l fulcinius, §. quid ſi aduerſus. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eatur*, vbi Pomponius ſpectauit an aliquis latitare aduersùs omnes, an aduersùs aliquos tantùm.

Secunda ſententia, cui adhæreo, eſt 4
non poſſe, præſcribere, quia iſte poſſeſſor eſt in mala fide, cum ſciat rem alienam eſſe, licet non ſit eius, cuius ipſe putat: ergo præſcribere nequit ex regula Textus noſtri. Secundo ex *l. aut qui aliter, §. ſi quis dum putat, ff. quod vi, aut clam*, ibi, *ſi quis dum putat locum tuum eſſe, qui meus eſt celandi tui, non mei cauſa fecerit, mihi interdictum competere.* Tertiò ex *l. 1. §. ſed & per eum, ff de acquirenda poſſeſſ.* vbi reſpondetur hominis vere liberi poſſeſſorem non acquirere per miniſterium, illius, quem exiſtimabat bona fide ſeruum eſſe; ſed tamen mala fide credebat eum alterius ſeruum eſſe; hic enim poſſeſſor bonam fidem habet, exiſtimabat hunc ſeruum eſſe, ſed habet malam fidem reſpectu alterius, quem cenſet Dominum eſſe illius hominis; quæ mala fides totam poſſeſſionem vitioſam reddit, ſic hanc ſequuntur Abbas, Panormit. *in dicto cap. illud*, & aliis quos refert, & ſequitur, Couarruuias *in reg. poſſeſſor. p. 2. §. 8. num. 5.* Aretinus *in l. 1. §. item acquirimus, ff. de acquir. poſſeſſ. num.* 56. *& in l. 3. §. Neratius col. vltim. Cod. eodem. tit. & in conſ.* 17. *ante num.* 12. Faquineus *lib. 8. controuerſ. cap.* 34. quod vt declaret, in verſic. *tertia*, extra præfatum exemplum de litis conteſtatione, ſi quæſtio præponatur, aduertit propoſitam noſtram quæſtionem, duobus intelligi poſſe modis, primo de mala fide, hoc eſt de ſcientia rei alienæ, cum videlicet poſſeſſor poſt inchoatam præſcriptionem, ſcientiam habet rei alienæ, licet neſciat vere cuius ſit; imo putet vnius eſſe, cum ſit alterius, & hoc eſſe quod ſanctus Pontifex hic decernit, oportere, vt nullo tempore poſſeſſor rei conſcientiam habeat, & ſic concludit præſcriptionem eſſe nullam,

Secundò ait, Faquineus *dicto cap 34. in* 5
fine, in noſtro dubio malam fidem reſpectu vnius, non veram poſſeſſori ſuperuenire, ſed opinionem quandam falſam, quia ſcilicet exiſtimant (falſo tamen) rem eſſe Titij, qua dubitatione ſublata, acceſſante ſuam eſſe non dubitaſſet; ſuſpicabatur etenim eſſe Titij errore quodam, & falſa opinione inductus, quo in caſu ait iſtum non eſſe in mala fide, nec rei alienæ conſcientiam habere, ſed tantùm ſuſpicionem, & dubitationem, & ideo ſi initio poſſeſſionis id accederit, quia bona fides, requiritur, non vſucapere, ſin autem poſtea vſucapere ait, quia dubium eſt ſpeculatiuum, dubitat enim an res ſit ſua, exiſtimat verò eſſe Titij, ſed non putat ſe peccare, eam rem poſſidendo, donec de Iure Titij conſtiterit, iuxta ea, quæ adduxit, *lib. 1. controuerſ. cap.* 65 de quo ego dixi quæſtione præcedenti, verſiculo *ad quartam.*

6 Ex qnibus non oberunt fundamenta contrariæ sententiæ; quæ non probant aliud, quàm malam fidem respectu vnius Iuris non impedire præscriptionem respectu alterius Iuris diuersi, puta mala fides respectu vsusfructus, præscriptiooem non impedit; quoad proprietatem; Item mala fides respectu vnius hypothecæ, non impedit præcriptionem alterius hypothecæ, quæ res differt à quæstione proposita. Et expendens Faquineus exemplum de litis contestatione, nimirum induci malam fidem per litis contestationem cum vno factam, non impediri præscriptionem respectu alterius, & hoc probat, quia acta inter alios, aliis nec nocent, nec prosunt, toto Titulo, *Cod. res inter alios actu*, de quo dico infrà *in cap. 17. de re Iudicata*; Deinde quia non fuit inducta vera mala fides per litis contestationem, sed dubitatio quædam, & vacillatio, vt loquitur Constantinus *in l. nemo, Cod. de acquirendu possessione*; sed dubitatio orta post inchoatam præscriptionem illam oon impedit, si dubium speculatiuum sit; non autem practicum, vt deserui cum Faquineo *dictu quæst.* 2. ver-
7 sic. *ad quartam*, ergò. † Vltimò quia in vsucapionibus veritas spectatur, non opinionis error, vt patet ex *leg. 2. §. si sub conditione, ff. de vsucap. pro emptore*, & cum pluribus sequitur Ceuallos *in pract. q. 595.* (dicens ab ea non esse recedendum in Iudicando, & consulendo) secundam sententiam, vbi pro prima alios Doctores adducit.

8 Ad tertiam quæstionis partem, quæ adhuc ingenia Interpretum torquet, nonnuli existimauerunt adhuc si post completam præscriptionem superueniat mala fides in possidenti oriri obligationem restituendi; eo quod omne illud quod fit sine bona conscientia Deo placere non possit ex illo *ad Romanos 4. vers 23. & ad He-*
9 *bræos 11. vers. 6.* † Deinde ex illo Matthæi 7. *vers.* 12. quo cauetur omnes leges Ciuiles dicto Christi reuocatas esse ad æquitatem naturalem, pariter omnibus incnitam, sed quando Sacræ litteræ approbant ordinationes politicas, eas tantùm approbant, quæ rationis Iudicio, quod nostris mentibus, tanquam dedicatum aliquod Simulacrum Diuinæ Iustitiæ indutum est, congruè respondeant.

10 Ergo cum hæc deficiant in eo, qui iam cognouit rem esse alienam in mala fide versari debet: Cumque hinc descendat Regula illa, neminem cum aliena jactura locupletari debere ex *l. 206. ff. de Reg Iuris*, sequitur, vt qui præscriptionem impleuit, adhuc tutus non sit, sic Cyprianus Regnerus *de iniustitia quarundam legum Romanorum lib. 1. cap. 21.* vbi ait tutum non esse in conscientia, nec se videri; Quo pacto Index exterioris fori Dominum agentem repellere possit, & malæ fidei possessorem defendere per illas exclamationes: sic docens *num igitur placebit, quod Deo displicet Minister, ne eris supra herum suum, homo ne Deo sapientior*, Matthæi 10. versic 14. *possunt ne Iudex exterioris fori, & Iudex interioris de eodem contraria pronuntiare.*

11 Et prædicta sententia confirmatur ex aliis fundamentis Hennigi Arnisæi *de Iure majestatis lib 1. cap. 2. num. 5.* sic prorumpentis, *habet enim omnis præscriptio aliquid iniquum, quod vergit contra naturalem, & positiuam Iustitiam, & sic consistit in Iure quidem bono, sed non æquo, cum tueatur aliquem contra verum Dominum rei, & locupletet eum cum aliena jactura, sustinetur autem solis his rationculis, vt homines ad res suas custodiendas reddantur attentiores, quo modo & Lacedemonij sua furta probarent, ne dominia rerum incerta fiant, quas omnes rationes notandum in foro ciuili verisimilitudinis habere apud conscientiam verò neminem excusare; quia peccatum non excusant in ipso animo, sed tantùm in Republica*: Ita ille per hæc, & alia fundamenta; sic etiam tenuerunt nonnulli ex nostris, nempe Ioannes Vanabel *in Breuiaria certi in Reg. possessor. de regula Iuris lib. 6.* vbi existimauit in eo casu præscribentem ad restitutionem teneri, & ibi Ioannes Andreas, & Alciatus *de quinque pedum præscript. n 33. & n. 50.* Buttius *in cap. vigilanti hoc tit.* Angelus *in leg 1. n 59. Cod. de Iudic.* docuit etiam Petrus Greg *syntagm. Iuris lib. 4. cap. 8. num. 4.* & alij Theologi, quod citat Couarr. *in dictu reg. possessor 3. p. §. 2.* & Baldus ea eo defendit, *in Auth. ad hac num. 8. Cod. de vsuris*, quia per præscriptionem non tollitur naturalis obligatio, de quo dubio *infrà dico q sequenti*, quo explanato, & manet clarior ista dubitatio.

Quare ergo etiam si nonnulli, quos refert ra
Molina *de Iust. & Iure tom. 1. tract. 2. disp. 6.* distinguant inter præscribentem rem cum titulo oneroso, veluti emptionis, siue permutationis; & aliis, siue cum titulo gratioso, veluti donationis legati, quasi in primo casu præscriptio vtrique valeat; In secundo autem ad restituendum teneatur præscribens, existimo præscriptione completa tutum esse, non solùm in foro sæculi, sed etiam poli præscribentem, eo quod verè res præscripta sua sit facta: Ita docet crebrior Doctorum sententia; tum quia qui præscripsit bona fide iam dominium acquisiuit rei alienæ, & sic consequenter ipsum non teneri ad eius restitutionem, quia non alterius, sed ipsius qui præscripsit est. Et quia absurdum esset præscriptiones, quæ Sacris Canonibus receptæ sunt vimque habent in foro externo, ac possessorem tutantur, eas equidem in foro interiori locum non habere, quia si ita esset sequeretur eum peccare, qui Sacris Canonibus innititur, quo nihil est à veritate magis alienum *cap. qui peccat 23. q. 4.* præsertim cum in hac præscriptionis materia magnopere sacri Canones inuigilarent, nec aliquod peccatum inducatur ex hoc nostro Textu, vt patet ea iam abundè adductis: sic docent Tiraquell. *de præscript. §. 1. Glossa 2.* Couarruuias *suprà*. Franciscus Sarmientus *lib 2. selectarum cap. 10.* Alciatus parum sibi constans. *in Rubrica de præsumpt. n. 13.* Faquineus *lib. 1. controuers. cap. 64.* Molina *de Iustitia tom. 1. tract. 2. disp 7.* D. Thom. *quodlibeto 12. art. 4.* cum aliis Diana *p. 6. tract. 7. resol 12.* Trullenq. *in opere morali lib. 7. cap. 4. dubio 15. num 1.* Cajetanus verbo *præscriptio*, Sotus *lib. 4. de Iustitia q. 5. art 4* Lopez. *1. p. instruction.* Salon. *2. 2. q. 5 de dominio, art. 7.* cum multis Sayrus *in Claui Regia lib 9. cap. 12. à n. 34.* & Bonacina *disputat. 1. de restitutione q. vlt. puncto 2. §. 2. num. 51.* cum aliis ex Iuribus Balboa *in dicto cap. vigilanti hoc tit. à. num. 35. & 38. 39. & 40.* vbi de ratione alios quamplures refert, & sequitur Ceuallos *in practicis, q. 597.* ex aliis etiam fundamentis.
† Quia præscribens similis est soluendi; *leg. si* 13
pupillus, ff. de administr. Tutorum.

Deinde quia contra præscribentem non com-
petit denuntiatio Euangelica, ex quo naturalis 14
obligasio

obligatio quæ ſupereſt eſt inefficax, & ille qui præſcripſit bona fide, non peccat, vt tenent Abbas *hic*, col 5 vbi Gloſſa, Bartolus *in extrauag. ad reprimendum*, verbo *per denuntiationem*, conſuluit Corneus *conſ.*176 & dixit communem Alciatus *in dicta Rubrica de præſcript. n.*47. plures alios refert Barboſ *in dicto cap. vigilanti num. fin.* Zenedus *ad decretales collect.*50. *n.* 3. Spino *gloſſa* 33. *num.*70 Guttierrez. *pract.* 4. *p. q* 1. *à n.*10 hanc eandem cum infinitis pro vtraque parte adducens Doctores; Iterùm defendit videndus, Ceuallos *q.*657.

15 Quibus, & aliis ſuppoſitis fundamentis pro hac ſententia, quæ abundè citatus Balboa congerit, *vbi ſuprà à dicto num.* 38. *in dicto cap. vigilanti*, iam non obſtant fundamenta prioris ſententiæ Regneri, & Armiſæi, quibus ſatiſfit ex dictis, & ex eo quia præſcriptionis legem publica vtilitas expoſcit, quæ poſtulat, vt bonæ fidei poſſeſſor, interuenientibus aliis requiſitis rem quam poſſidet præſcribat, & eius acquirat dominium, ob idque Principes, tam laïcos, quam Eccleſiæ potuiſſe condere legem, hanc vim habentem in foro conſcientiæ; Nam ſi talis non eſſet in Republica lex Dominica rerum in magnum præiudicium in incerto manerent, vt notauit Conſultus *in leg.* 1. *ff. de vſucapion*, quam in hoc non dedignàtur Ius noſtrum Canonicum: Sic Balboa *num.* 39. & Faquineus *dicto cap.* 64. *lib.* 1. *in fine*, ſatisfacit dicendo potuiſſe leges ob iuſtas cauſas, etiam in foro conſcientiæ præſcriptionem hanc inducere, ſicut & aliæ leges, quibus ex iuſtis cauſis decernitur dominio rei ſuæ aliquem priuari poſſe, & rationem illam naturalem contrariæ ſententiæ potuiſſe à legiſlatore temperari, ob iuſtas cauſas in aliquibus caſibus ſicut ex notatis *in c quæ in Eccleſiarum de conſtitut.* & alibi.

16 Et ad Regulam quod ex lege naturali locupletari quis nequit, reſpondet Diana *dicta reſſ* 12. *lib* 6. in verſic. *vnde*, dicens quod nemo locupletari debet cum alterius iniuria, vel iactura; iniquè ſcilicet illata, non autem quod id nullo modo fieri poſſit cum alterius jactura; Nam qui ludis licitis, aut ſponſione, au certamine debitis circunſtantiis; veſtitis lucrum faciunt locupletantur cum jactura aliorum, nec tamen ad reſtitutionem obligantur, & ſic dicunt Balboa *ſuprà num.* 37. & 40. idem Diana *dicta reſſ.* 12. ex verſic. *ex his quod & ſi medicina in Cod. de reſtitutione q.* 17. & Adrianus *in* 4. *de reſtit.* quod ſi Dominus nimis negligens fuit in querenda re ſua; Tunc præſcribens ſit tutus in conſcientia, ſecùs econtra tamen relati, & alij omnes hanc diſtinctionem non admittunt per jacta fundamenta, & quia alias graues oriuntur in Republica lites, & contentiones quæ debent vitari ex Regula Textus *in l. vltima, ff. pro ſocio*, vbi conceſſa dicitur vſucapio, vt litium eſſet finis: Alia pro hac parte refero, cum ago *infrà* an dominium directum præſtet vſucapio, & præſcriptio.

17 Ad vltimam quæſtionis partem plures dicunt bonam fidem, quæ ad præſcribendum deſideratur in dubio præſumendam eſſe, niſi contrarium probetur, notat Gloſſa *in cap ſi diligenti hoc tit.* verſic. *bona fides*, vbi dicitur quod bona fides præſumitur in dubio ſi contingat ex facti ignorantia, vt per Tiraquell. *de præſcript.* §.1. *Gloſſa* 2. verbo *bona*, Menchaca *quæſtion. illuſtr. cap.*79. *n.*15. Maſcardus *de probat. concluſione* 231. Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.*1. *lib.*2. *cap* 23 *num.*43. Rota apud Farinacium *deciſ.*91. *n.*2 *p.*2. *recent. & deciſ.*280. *num.*2. *Gloſſa in l. pen. Cod. de euiction.* copiosè Balbus *in leg. celſus, in* 3. *p. de præſcript.* Alexander *conſ.* 200. *lib.* 2. *& conſ.*75. *lib.* 4. Alciatus *de præſcriptiom. Reg.*3. *præſumptione* 5. Balboa *in dicto cap. vigilanti hoc tit num.*84. dicens hanc eſſe doctrinam ab omnibus receptam, & procedere etiam ſi poſſeſſor habeat cauſam lucratiuam, Imò & hanc bonam fidem præſumi; & locum habere etiamſi nullus probetur titulus, quoniam in dubio illam eſſe præſumendam, in eo etiam, qui ſine titulo poſſidet, tradit Bartolus *in dicta l. celſus num.*17. & communiter receptum, eſſe Teſtatur Alciatus, *vbi ſuprà dicta præſump.* 5. & Balboa ſic veriorem putans; quia poteſt bona fides abſque titulo contingere.

Contrariam verò ſententiam alij ſequuntur; 18
nempè vt nec bona fides, nec titulus præſumantur in præſcriptione: Ita Rota apud Farinacium *deciſ*600 *num. eadem, p.*2. *recentiorum*: refert Barboſa *in dicto cap. ſi diligenti ſub num.*4. Balbus *in cap. tua de teſtibus*, Bartolus ſibi contrarius *in l. fin. Cod, vnde vi, num.* 15. aſſerentes nunquam bonam fidem eſſe præſumendam ſine Titulo per Textum *in dicta leg. fin. Cod. vnde vi.*

† Verùm reſpondent primam ſequentes ſenten- 19
tiam illum Textum non impedire, cum loquatur de eo qui ſcit rem, quàm poſſidet ſuam non eſſe: quo caſu tenebitur credere alterius eſſe, vt indicant verba ibi, *omnes autem ſcire debent quod ſuum non eſt hoc ad alios modis omnibus pertinere*, ſed ille qui credit rem alienam ab eo poſſeſſam propriam eſſe in bona fide præſumendum eſſe, cum deficiat in eo caſu prædictæ legis fin. ratio ob quam mala fides præſumitur de intellectu *dictæ legis fin.* Cujacius *lib.*9. *obſeruat. cap.* 16. Faquineus *lib.* 1. *controuerſ. cap.* 67. Couar. *lib.* 3. *variar. cap.*16. *num.*7. Antonius Gomez. *in l.* 45. *Tauri, n.* 189 Ripa *in cap. ſæpe de reſtit. ſpol. n.*45. Rubeus *in l. naturaliter*, §. *nihil commune, ff. de acquirenda poſſeſſione, num.* 86. Suarez *in lege* 8. *tit. de las herencias, num* 18. Et pro faciliori huius dubij expeditione repetes adducta *ſuprà quæſt.*2. ex verſic. *ad quartam*, per totam quæſtionem.

Et adiunges quæ adducit Faquineus *lib* 8. *con-* 20
trouerſ. vbi agit de quæſtione an bona fides ad præſcribendum neceſſaria præſumatur, cum poſſeſſor titulum non habet, vbi acerrimè defendit eam non præſumi, de quo vberiùs *quæſtione ſequenti*, & de ea iam dixi *ſuprà in cap. ſi diligenti q.*2. verſic. *ad ſecundam.*

QVÆSTIO IV.

An poſt longiſſimum tempus queat allegari contra poſſeſſorem mala fides: Et an in ſeruitutibus præſcribendis bona fides deſideretur, vbi de nonnullis circa præſcriptionem earum: Et an bona fides, deſideretur in præſcribendis actionibus perſonalibus?

SVMMARIVM.

1 *Mala fides poſt tempus* 30. *annorum, quit allegari contra poſſeſſionem.*

L. vltima,

L. vltima, Cod. vnde vi, num. 2. 3.

2 *Possessor rem, quam possidet mala fide restituere tenetur eam, nisi eam possederit annis* 30.

4 *Fides bona numquid in seruitutibus præscribentis desideretur* remissiuè.

5 *Seruitus Iurium incorporalium continua, aut discontinua quanto tempore præscribatur, n.* 6. *aliter, num.* 7.

6 L, 14. ff. de seruitut. l. 1. §. vltimo, ff. de aqua pluuia arcenda, l. 10. ff. si seruitus vindic. l. 1. & 2. num. 10. Cod. de seruitut. & aqua, l. foramen, ff. de seruitut. vrbanor. prædior. *versic.* neque, *remissiuè*, & num. 8. & num. 19.

7 *Seruitutes Rusticorum prædiorum, & vrbanorum vsucapi nequeunt Iure, secus vtilitatis causa, num.* 8.

9 *Seruitus competit longo vsu, non Iure præscriptionis, n.* 10. 11. 12.

10 Leg. si quis diuturno, ff. si seruitus vindicetur,

11 L. fin. Cod. de præscript. longi temporis.

12 *Seruitutes longo tempore acquiruntur, sed non vsucapiuntur, fallit, n.* 16.

13 *Seruitutes discontinuæ tempore ordinario possunt præscribi, vel amitti.*

14 L. 2. §. ductus aquæ, ff. de aqua pluuia, l. 2. Cod. de seruitut. l. 1. Cod. de seruitutibus longi temporis.

15 *Seruitus potest longo tempore capi, & si non vsucapi.*

17 *Vsucapio antiquitus exigebat biennium longi temporis acquisitio decennium.*

17 *Vsucapio directam producit actionem, acquisitio longi temporis vtilem.*

18 *Seruitutes quæ non habent causam continuam, non præscribuntur, nisi tempore immemoriali si habeant causam continuam tempore ordinario, num.* 19.

20 *Seruitus Iuris pascendi, requirit tempus immemoriale fallit, num.* 21.

21 *Seruitus pascendi, quando tempore ordinario præscribatur.*

22 *Seruitus personalis, & si discontinua præscribitur ordinario tempore.*

23 *Seruitutes discontinuæ in rebus Ecclesiæ quanto tempore præscribantur.*

24 *Immemorialis præscriptio in seruitutibus nunquam censetur exclusa.*

24 *Possessio incorporalium qualiter acquiratur ex num.* 26. 27. 28.

27 L. fin. Cod. de præscript. longi temporis.

29 *Iura quædam præscribuntur ex solo non vsu Aduersarij, quædam, requirunt etiam factum præscribentis.*

31 *Actiones, & Iura verius est numquam cum mala fide præscribantur, num.* 32. *nisi vterque, tam debitor, quam creditor debitum ignorabat, vel quando solus debitor, numero* 33. *&* 34.

1 AD primam quæstionis partem Bartolus *in l. vltima, Cod. vnde vi*, propter verba ibi *si non ex die; ex quo possessio detenta est triginta annorum excesserint curricula*, existimat malam fidem aduersus possessorem longissimi temporis allegari non posse: sequuntur Bartolum nonnulli quos refert Couar. *in Reg. possessor p.* 2. §. 1. *num.* 3. Verùm quia Faquineus *lib.* 1. *controuers. cap.* 67. plura congerat ex Crauetta, *in cons.* 146. *num.* 5. Corneo *in cons.* 207. *col.* 2. *lib.* 3. Hypolito Riminaldo *cons.* 149. *lib.* 3. Aretino *cons.* 154. dicentibus prædictam, *l. fin.* tripliciter intelligi posse, nempe vel de Iure Ciuili tantùm, non de Canonico, vel de mala fide, vel quia in ea lege cauetur; vt nemo possit absentis possessoris possessionem inuadere, ac inuadens, eam restituere teneatur, ea allegatione rejecta, quod per ignorantiam se alienam rem occupasse dicat, dum propriam esse putaret, excipi tamen illum casum, quo ex die occupationis triginta effluxerint anni, & sic quod illam speciem, attinet malæ fidei præsumptionem ex lapsu 30. annorum cessare, & hos intellectus non amplectatur.

Ideò existimo cum eodem Faquineo *dicto cap.* 67. in versic. *ego*, & ex iam adductis *sub q.* 2. *&* 3. *& Textum in dicta leg. fin. Cod. vnde vi*, nihil aliud docere nisi vt possessor rem, quam occupauit restituere oporteat, nisi annorum 30. curricula excesserit; Ita ex prælibatis verbis, à versic. *his videlicet* colligi, & nullum verbum ibi percipi de præsumenda, vel non præsumenda mala fide post longissimum tempus, de qua potestate eam allegandi, vel non allegandi, quæ allegatio, siue præsumptio, aut objectio non tollitur ex lapsu longissimi temporis; quoniam & post longissimum tempus, vt iam *suprà* adduxi *q.* 1. *& q.* 2. versic. *ad primam*; mala fides possessoris durat, qui alienam rem occupauit; Itaque & si de Iure Ciuili non prærequiratur bona fides in præscriptione longissimi temporis, vt iam *ibi* notaui; Tamen quia in hac tractatione loquimur de Iuris Canonici dispositione, nunc ita tenendum est. 2

Nec ex *dicta leg. fin. Cod. vnde vi*, ea dispositio ciuilis percipitur, sed ea nempè vt tollatur conditio ex ea lege sicut, & omnes aliæ actiones regulariter tolluntur per triginta annorum spatium mala fide possessoris non obstante, vt *in l. omnes, l. sicut, Cod. de præscriptione longissimi temporis*, ita Faquineus *dicto cap.* 67. *in fine*, vbi sigillatim satisfacit interpretationibus Corne Hypoliti, & Crauetæ, quibus ex iam adductis facilis stat intellectus. 3

Ad secundam quæstionis partem an in seruitutibus præscribendis bona desideretur fides, vt respondeas repetes quæ adduxi *suprà in cap. de quarta quæst.* 1. versic. *ad secundam*, vbi de Iuribus incorporalibus. 4

Quere nunc deuenio ad membrum aliud difficultatis propositæ, nempe de præscriptione seruitutum, & Iurium incorporalium, de quibus longè scripsit Balboa omninò videndus, *in cap. de quarta suprà hoc tit.* cum pluribus ab eo relatis, vbi agit longè de tempore, de fide bona, de Titulo, & de aliis requisitis ad earum præscriptionem, & pro vera resolutione præmitto à Doctoribus eam communem distinctionem, aut seruitus habet causam continuam, vel quasi, scilicet quia ad eam non requiritur semper hominis factum continuum, veluti seruitus aquæ ductus, item seruitus altiùs tollendi stillicidium, vel ductus aquæ ex cœlo cadentis, & de hac dicunt decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes præscribi. Sin autem seruitus habet causam non continuam, seu discontinuam, vt est seruitus itineris viæ actus, & similes, quæ requirunt semper factum hominis continuum, & successiuum: De hac dicunt Doctores præscribi per tempus, quod hominum memoriam 5

memoriam excedat; Tamen si longo tempore quis sciente, & patiente Aduersario vsus fuerit seruitute, licet quæ causam habeat non continuam præsumi ex Titulo, qui allegatur seruitutem rectè constitutam, de quo videndus Accursius, & alij, *in l. seruitutes 14 ff. de seruitutibus* Balbus *de præscription.2.p.3. part. princ. q.1.* Couarr. qui de virtute Iuris pascendi loquitur, *lib.1. variar. cap. 17. num.11. & 12.* Mynsinger. *cent.4. obseruat 53.* & alij quamplures, & horum fundamentum potissimum est, quia sunt tot, variæque interpretationes Doctorum, vt nullo alio modo tot, tam variaque responsa queant componi, quam si prædicta distinctio adhibeatur: Sic refert Faquineus *lib.8. controuers. cap 22.* omninò videndus longè aliter interpretatus à versic. *ego.*

6 Et pro hac distinctione solent adduci Textus *in dicta l.14. ff. de seruitutibus, & Textus in l. 1. §. vltimo, ff de aqua pluuia arcend.* & Textus *in l. 10. ff. si seruitus vindicetur, l. 1. & 2. Cod. de seruitut. & aqua l. foramen, ff. de seruitut. vrbanor. prædior.* in versic. *neque*, quorum ponderationes refert idem Faquineus, & impugnat à versic. *inprimis*, vbi sigillatim expendit, & ob id non repeto, quia ipse longè exprimit peccata prædictæ distinctionis.

7 Quare ipse in dicto versic. *ego*, & à versiculo *congerit*, ex Longouallio *in leg. Imperium, ff. de Iuridic. omn. Iudic.* ex Cujacio *in l. sequitur 4. §. libertatem, ff. de vsucapion.* Corrasio *ad dictam legem seruitutes 14. ff. de seruitut.* Duareno *ad leg. si quis diuturno 10. ff. si seruitus vindicetur*, Conanò *lib.4 comment. Iuris cap.12. num.14.* docet rusticorum prædiorum seruitutes vsucapi non posse, & idem in vrbanis seruari ex *dicta l.14. de seruit. & ex dicta l. 4. §. libertatem*, ibi *libertatem vsucapionem sustulit lex scribonia, quæ seruitutem constituit, leg. si aliena, § hoc Iure, ff. de vsucapion.* quibus in locis disertè id probat expressum.

8 Sed vtilitatis causa receptum esse, vt diuturno vsu acquirantur si nec vi, nec clam, nec precario quis vsus fuerit seruitute, & huius sententiæ adducunt Testimonia *dictæ l. 1. § fin ff. de aqua pluuia arcend. l. 5. §. vlt. de itinere, actuque priuato dictæ legis quis diuturno, ff. si seruitus vindicetur, leg. 1. & 2. Cod. de seruitut. & aqua.* Et quia ex legibus præcitatis non requiritur aduersarij scientia; Ideò Imperator *in dicta lege 2. Cod. de seruitut. & aqua*, refert Martialem, sciente Domino aquam duxisse, vt intelligeremus clam ab eo minimè aquam deductam esse, vt *in leg. 5. §. sed & seruitus, ff. quod vi, aut clam*, ibi *quamquam etiam illud sufficiat celandi animum non habere*; itavt sufficiat non habere animum celandi Dominum, licet eo ignorante quis aquam duxerit, & seruitute vsus fuerit.

9 Vnde Faquineus in versiculo *non est*; *in dicto cap.22.* dicit quod hæc non est vsucapio, nec ex tempore acquisitio seruitutis, sed hoc operari temporis diuturni vsum, vt rectè imposita seruitus videatur, vt credatur eam vere fuisse constitutam, quia patientia Domini certum præbet argumentum impositæ aliquando seruitutis, vt sic ait, vt seruitus competat longo vsu non Iure præscriptionis, sed tanquam constituta sit, & imposita.

10 Et ob id Vlpianum *in dicta leg. si quis diuturno* dicere ei, qui longo tempore nactus sit Ius aquæ ducendæ non esse docere de Iure, quo constituta sit, & *in dicta l.1. § vlt. ff de aqua pluuiæ arcend.* Textus ait *habuisse longa consuetudine, velut Iure impositam videatur seruitutem*, Et sic idem Faquineus improbat Duarenum relatum, eo quod dixerit titulum requiri in acquisitione seruitutis: quia requiritur in vsucapione, quæ non est vsucapio, & sic sufficere probat vsum longissimi temporis, nec in præfatis legibus aliquid de titulo dictum fuisse, vt rectè monet Conanus *dicto lib.4. comment. cap.12.n.16.*

Nec turbatur Faquineus ex Textu *in leg. vlt. Cod. de præscript. longi temporis*, quo tentari potest longo tempore posse præscribi seruitutes per verba *eodem obseruando, & si res non soli sint, sed incorporales quæ in iure consistunt, veluti vsusfructus & cæteræ seruitutes*; Nam dicit ibi Iustinianum solùm de eo ibi agere, quæ sit causa inter absentes, & inter præsentes, & dum in fine dixit *eodem obseruando, & si res non soli sint* alludere voluisse non ad præscriptionem rerum incorporalium & seruitutum, quæ longo tempore amittuntur non vtendo scilicet 10. annis inter præsentes, vel 10. inter absentes ex *lege sicut Cod. de seruitut.* quare & in illis locum habere eam constitutionem, quæ declarat quando inter præsentes, vel inter absentes causa agi videatur, sicut & Accursius rectè explicauit *in dicta lege vlt.* non inquam *ibi* Iustinianum agere, & decernat præscribi posse seruitutes contra veterum Iurisconsultorum authoritatem, quorum responsa, non nisi seria præfatione corrigere solitum esse, & magno cum apparatu, sed fatetur Faquineus tempore 30. vel 40. annorum, & seruitutes præscribi per Textum *in leg. sicut, leg. omnes, Cod. de præscript. longissimi temporis 30. vel 40 annorum*, quod ex adductis pro sententia secundo relata aliquid difficile videtur, nam si in illis admittitur; Igitur & in his; quæ ad longum tempus spectant 10. vel 20. annorum, & sic hoc verum est, vt subsistendum esse videatur in distinctione adducta pro prima sententia, cui fauet de iure Regio praxis: tradit Balboa *in dicto cap. de quarta quæst. 2.* Legendus *à num.1. & num.6.* cum Doctoribus sic eam colligentibus ex *dicta lege seruitutes 14.* nam dum prohibet vsucapionem seruitutum expressè de rustica loquitur, & Iulius Paulus eiusdem legis author *in dicta leg. foramen, ff. de seruitutibus vrbanor.* prædictam distinctionem confirmat in illis verbis, *nec enim perpetuam causam habet. quod manusit*, à qua tamen communi sententia adhuc ipse Balboa recedendum esse arbitratur ibi, *à num.7.* Legendus vbi longè de intellectu plurium Iurium agit, *à n.8.* referens modum dicendi Longoualli, quem reprehendit Corrasius *in dicta leg. seruitutes*, & alium Francisci Conani *dicto lib 4. comment. c.12. n.15* quem non amplectitur idem Balboa *ibi, à num. 11. & 12.* 11

Et respuens alium dicendi modum Parladorij *lib. 1. rerum quotid §.8. num.21.* ait, *num.14.* magis ad veritatem accedere Cujacium *in dicta leg. sequitur, §. fin. ff. de vsucapion.* dum docet verissimum esse seruitutes omnes esse invsucapabiles: Itavt Iura, quibus nititur contraria sententia non obstent, quia ea tantum probant seruitutes longo tempore acquiri, non tamen vsucapi; de cuius fundamento iterùm longè repetit idem Balboa omninò videndus *in dicta quæst. 2. à dicto num.14.* vbi *à num. 16.* rationem ab ipso 12

Iure

Iure antiquo *leg.12. Tabularum*, deducit expen-
dens sigillatim Iura contraria.

13 Iterùm ipsum leges Balboam *in cap. cum Ec-
clesia Sutrina de caus. possess. & prop. à num* 80.
vbi agit non ita latè sicut *in dicta quæst.* 2. quali-
ter procedat, vel vsucapio in seruitutibus di-
scontinuis, vbi & si referat plures asserentes
In illis requiri tempus immemoriale, ipse au-
tem concludit verius esse prædictas seruitutes
tempore ordinario posse præscribi, vel amitti
ex *l. sequitur*, §. *si viam*, *ff. de vsucapion. & ex l.
pen. Cod. de seruit.* post Iulium Paulum *lib.* 1. *re-
ceptarum sentent.* Longaballum *in dicta leg. Impe-
rium*, *num.*240. Duarenum *lib.*2. *disput. cap.* 34.
Conanum *lib.* 4. *comment. dicto cap.* 12. *num.* 10.
Charondam *lib.*1. *verisimilium cap.* 10. Parlado-
14 rium *lib.* 1. *rerum quotid. cap.*1. §.8. *num.*14.† Vbi
respondet ad Textum *in l.* 2. §. *ductus aquæ l.* 2.
*Cod. de seruit. l.*1. *Cod. de longi temporis præscri-
ptione dicta l. seruitutes* 14. constituens differen-
tiam, quia in vrbanis prædiis datur vtique con-
tinua possessio; non sic in rusticalibus, in quibus
prodest distinctio *suprà* jacta: Alia adducit *ibi*
videnda.

15 Vt cumque tamen sit, & si seruitus nequeat
tempore ordinario vsucapi; verum tamen po-
terit longo tempore capi, vt colligitur ex dictis
pro secunda sententia de Iure communi, probat
idem Balboa *in dicta q.*2. *cap. de quarta, de præ-
script. num.*27. & longe expendens rationem, *in
dicto cap. cum Ecclesia Sutrina à num* 84. tradens
ex *dicta leg. seruitutes*, rusticas seruitutes vsuca-
pi non posse, eo quod non continuò possiden-
tur; postea docet idem in seruitutibus vrbanis
obseruari, non quia in illis non detur continua
possessio, sed quia ita lege scribonia cautum est
quæ vrbanorum seruitutum vsucapionem prohi-
bet, vt tradunt Cujacius *in dicta l.* sequitur Co-
nanus *lib.*4. *comment. cap.* 13. *num.* 11. Othoma-
nus *de legibus Romanorum*, verbo *lex Scribonia*
16 *el.*2. † Et sic ait Balboa *num.* 85. vt quando di-
cimus Iure Ciuili attento, seruitutes rusticorum
prædiorum vsucapi non posse, intelligi de vsu-
capione biennali, quia in eis continua possessio
non datur, & cum postea hoc tempus porre-
ctum sit ad tempus longum 10. vel 20. anno-
rum causa iuris adiuuandi, vt notant omnes, *in*
§. 1. *Inst. de vsucapion.* Ideò affirmat Textum, *in
dicta l. seruitutes*, cum similibus intelligendum
esse de vsucapione vera seruitutis, non autem lo-
qui de longa temporis acquisitione, quæ diuer-
sæ sunt; Nam vsucapio ante Iustinianum solo
biennio contingebat, vt *in princ. Inst. de vsuca-
pion.* sed longi temporis acquisitio decennium
exigebat, vt dixit Paulus *lib.* 5. *sentent. titulo de
vsucapione.*

17 Tum etiam nam vsucapio directam producit
actionem, acquisitio verò longi temporis vti-
lem, vt *in dicta l. si quis diuturno*, *l. si duo* 13. §.
fin. ff. de Iureiurando, vsucapio enim ipso Iure
Ciuili inducta; acquisitio verò longi temporis
tuitione Prætoria, *l. fin. ff. de aqua pluuia arcen-
da*, vti idem Balboa variis etiam rationibus de-
clarauit, etiam *in dicto cap. de quarta dicta quæ-
stione* 2.

18 Iam ergò pro praxi aduerto ex *l.*13. *tit.*13. *p.*3.
seruitutes, quæ non habent causam continuam
non præscribi, nisi tempore immemoriali iuxta
communem intellectum Textus, *in d. l.* 7 § *ductus
aquæ ff. de aqua quotid. & æstiua*, istæ verò seruitu-
tes discontinuã causam habẽtes, sunt rusticorum
prædiorum, quæ à facto hominis pendent: Sic
docent Longoballius *in dicta l. Imperium*, *ff. de
Iurisd. omn. Iudic. num.* 207. Couarr. *lib.* 2. *va-
riar. cap.*17. *num.*11. Antonius Gomez. *cap.* 15.
*num.*27. Cœpola *de seruitut. vrbanorum*, *cap.*9.
† Qui etiã dicunt aliter procedere in seruituti- 19
bus habentes causam continuam, quales sunt
vrbanorum prædior. quæ tempore ordinario 10.
vel viginti annorum vsucapere valerent sic in-
telligentes Textum *in dicta leg. si quis diuturno*
cum similibus iam adductis. Et quod Impera-
tores, *in dicta l.*1 & 4. *Cod. de seruitut. & aqua*,
cum similibus, quatenùs probant seruitutes
vsucapi posse, quia loquuntur de seruitutibus
habentibus causam continuam, & idem dicen-
dum esse affirmant de seruitutibus habentibus
causam quasi continuam; vt *in dicta l. foramen.
ff. de seruit. vrbanor. prædior.*

Vnde receptum est secundùm hanc praxim 20
à communi prima sententia deductam in serui-
tute Iuris pascendi ad eius præscriptionem tem-
pus immemoriale requiri; Nam hæc seruitus
realis rustica est; & invsucapibilis, vti in serui-
tute pascendi resoluunt Bertrandus *cons.*24. *lib.* 1.
*num.*10. Parisius *cons.*27. *num* 7. *lib.*1. Guid. Pap.
decis 573. Casaneus *in consuet. Burgund. Rubr.* 13.
§. 5. *n.* 16. cuius sententiæ est ratio, nam hæc
seruitus iuris pascendi rustica est, & quæ cau-
sam habet discontinuam, & ita aliter quam tem-
pore immemoriali præscribi non posse, ex *dicta
l. hoc iure*, §. *iure*, §. *ductus aquæ*, & ex com-
muni styló, & praxi obseruari in Hispania af-
firmant Couar. *dicto lib.*2. *variar. cap.* 16. *n.* 11.
& meus Concanonicus iam defunctus Doctor
Otero *de pascuis*, videndus *cap.*17. vbi postquam
*à num.*1. dicit Iura pascendi *impræscriptibilia* esse
plura adducens Iura sic Intelligenda: excipit
tamen tempus immemoriale.

Prædicta tamen communis sententia praxi 21
recepta, & lex nostra Hispaniæ relata in ver-
sic. *iam ego* in Iudiciis & consiliis necessario ob-
seruanda, primò debet limitari in eo, qui Titu-
lum habet ab aliquo tertio cum bona fide, nam
tunc ad præscriptionem seruitutis tempus ordi-
narium sufficit etiam ignorante Domino fundi
seruientis iuxta Textum *in l. fin in fine*, *Cod. de
præscriptione longissimi temporis*, ibi *bono initio*, &
ibi, *nulla scientia, vel ignorantia spectanda*, Sic in-
terpretantur Castrens. *in dicta leg. seruitutes* 14.
*num.*9. *ff. de seruitut & in l* 2. *n.*3. *Cod. eodem*, &
ibidem Padilla *n.*20 in versic. *quartum intellectum*,
vbi plures alios retulit, sequitur Balboa *in dicta
q.*2. *num.*28. quidquid Accursius dixerit *in dicta
lege fin.*

Secundò nunnulli dicunt prædictam secun- 22
dam opinionem non procedere in seruitutibus
personalibus, qualis est vsusfructus, quæ ser-
uitus licet discontinua sit, tempore tamen ordi-
nario quæritur, vt *in l. si ego* §. 1. *ff. de publicia-
na*, & *in l. fin. Cod de præscriptione longi temporis.*
Quamobrem Padilla *vbi suprà* defendit *in leg.* 2.
Cod. de seruit. & aqua cum aliis multis *num.* 20.
vsumfructum quæri posse tempore ordinario;
Verùm Gomezius *tom.*2. *variar. cap.*15. *num.*25.
Petrus Augustinus *in Emporio p.*1. *tit.*6. *quæst.* 4.
à num 27. Balboa *dicta quæst.* 2. *num.* 29. dicunt
non sine difficultate procedere dictam limita-
tionem.

† Tertiò limitant Doctores communem præ- 23
dictam

dictam doctrinam, vt non procedat in rebus Eccleſiaſticis, nam & ſi ſeruitutes continuæ ſint, tempore tamen ordinario per quadragenariam poſſeſſionem acquiri conſtat ex adductis, *in dicto cap. de quarta*, *& cap. 6. & 7.* vt in iuribus Monaſteriorum, & Iuriſpatronatus, de quibus iam dixi talia Iura incorporalia præſcribi non poſſe aduersùs Eccleſiam, niſi quadragenaria quaſi poſſeſſione cum Titulo, & immemoriali; ſine titulo, eo quod omnes Eccleſiæ liberæ vehementi iuris præſumptione creduntur, & in omnibus beneficiorum collatio ad Epiſcopos pertineat de iure: notaut Couar. *in Reg. poſſeſſor 2. p. §. 10. per totum*, & præcipuè *n* 7. cum multis dixi *in dicto cap. de quarta*, vbi videbis.

24 Nec his omnibus obſtát iura excludentes ſeruitutem vſucapionem, nam præſcriptio immemorialis, nunquam cenſetur excluſa ſecundùm Gloſſam receptam, *in Auth. vt de cætero commutatio non fiat collatione 5.* in verbo *præſcriptio*, Panormit. *hic*, *num. 35.* Balbus *de præſcript. p. 6. partis 5. princip.* Aymon Crauera *de antiquitate tempor. 4. p. n. 43.* Tiraquellus *de retractu conuentionali*, § 1. *Gloſſa 2. num. 3.* & plures refert Otalora *de nobilitate 3. p. cap. 7. num. 11.* Ex quibus omnibus deducitur, quod & ſi lex prohibeat vſucapionem, nunquam tamen immemorialem excludere præſcriptionem, de cuius natura, & requiſitis dico etiam *infrà*.

25 Hinc enim pro complemento huius difficultatis poteſt inquiri; quo modo rerum incorporalium acquiratur poſſeſſio, eo quod res incorporales non poſſideantur; ſed tantùm corporales per Textum, *in leg. 3 ff. de acquirenda poſſeſſione*, *l. ſeruus*, *§. res incorporales*, *ff. de acquirendo rer. dominio*, *l. ſequitur*, *§. ſi viam*, *ff. de vſucapion* ſed quaſi poſſideri vulgò dicitur: Quæſtio tamen eſt qualiter hæc quaſi poſſeſſio contingat, & vt tradunt Couarr. *in dicta Reg. poſſeſſor in 2. p. in initio*, *num* 8. Menochius *de arbitrariis*, *caſu* 160. & ſequenti exiſtimantes vſu acquiri, quem iure proprio quis, non iure familieritatis exercet cum ſcientia, & patientia Aduerſarij per Textum, *in l. 1. Cod. de ſeruitutibus*, *& aqua*, *in l quoties*, *ff. de ſeruitut. leg. ſi à te emero*, *ff. ſi ſeruitus vindicetur*, *l. ſi ego*, *§. 1. ff. de publiciana iuncta leg. 1. ff. de ſeruitut. ruſticor. præ-*

26 *dior.* † Verùm Ioannes Longoballus *in dicta l. Imperium in 4. p. in 2. art. ff. de Iuriſd. omn. Iudicum*, exiſtimat ſcientiam, & patientiam non requiri ex *l. quoties 20. ff. de ſeruitut. l. 1. §. 1. ff. de itinere*, *actuque priuato*, & ex *l. vltima*, *Cod. de præſcript. longi temporis.*

27 Tamen Faquin. *lib. 8. controuerſ. cap.* 20. hanc difficultatem duobus concluſionibus putat intelligi, prima vt ad acquirendam quaſi poſſeſſionem rerum incorporalium, non requiratur ſcientia, & patientia Aduerſarij ſi de poſſeſſione abſolutè agatur; Itavt iam iuſta poſſeſſio intelligatur, quam iniuſta, & probat ex *dicta leg. vltima Cod. de præſcript. longi temporis*, in verbis ibi, *nulla ſcientia*, *vel ignorantia ſpectanda*, & paulo poſt *eodem obſeruando*, & *ſi res non ſoli ſint*, *ſed incorporales*; Nam ſi præſcriptio longi temporis locum habet in rebus incorporalibus abſque ſcientia Aduerſarij, conſequens eſt poſſeſſionem etiam acquiri abſque ſcientia poſſe; quia ſine poſſeſſione non procedit vſucapio, ſiue

28 præſcriptio. † Secunda concluſio cum titulus deeſt ad acquirendam quaſi poſſeſſionem rerum incorporalium neceſſaria eſt ſcientia, & patientia Aduerſarij; illa enim ſubit vicem tituli, *l. 2. Cod. de ſeruitut. & aqua*, *l. 1 ff. de ſeruitut. ruſticor. prædior. leg. ſi ego*, *§. 1. ff. de publiciana*, ita ille, qui hac diſtinctione adhibita ait ſententias contrarias de facili conciliari.

Deinde pro majori declaratione quod attinet ad iuxium præſcriptionem, dico eſſe Iura quædam, quæ præſcribuntur ex ſolo non vſu Aduerſarij abſque aliquo facto præſcribentis, quædam verò præter Aduerſarij non vſum exigunt factum præſcribentis, vt rectè declarat Textus *in l. hæc autem*, *ff. de ſeruitut. Vrbanor. dicta leg. ſequitur*, *§. ſi viam*. *ff. de vſucapion.* tradit Balboa *in cap. 5. hoc tit. num. 77.* de quo *ſuprà* dixi in hoc Titulo, vbi leges 29

De titulo ad præſcribendam ſeruitutem dixi *ſuprà in cap. ſi diligenti hoc tit. q fin.* 30

Ad vltimam quæſtionis partem videtur dicendum, quod actiones perſonales cum mala fide præſcribuntur tempore longiſſimó 30. vel 40. annorum, vt exiſtimant latè Bart. *in dicta l. ſequitur*, *§. ſi viam*, *ff. de vſucap.* Innocent. *in cap. ſi cura de Iurepatron* Hoſtienſis *in ſumma de præſcriptione rerum immobilium*, *§. quæ res*, verſic. *actiones perſonales*, & relati à Menchaca *lib. 2. illuſtrium quæſtionum*, *cap. 76. num. 3.* Couar. *in Reg. poſſeſſor 2. p. §. 10. n. 3.* Parlador. *lib 1. rerum quotid. § 11. n. 14.* & videtur confirmari ex adductis *ſuprà in cap. 1. quæſt. fin.* vbi de præſcribendis Salariis Aduocatorum Famulorum, & aliorum vbi nulla in tam breui tempore poteſt adeſſe bona fides. 31

Tamen Balboa *in cap. vigilanti 5. hoc tit. à num. 67.* late agens vſque ad *num.* 81. ibi videndus acerrime defendit *num.* 68. omnes præſcriptiones, ſiue rerum, ſiue actionum, Iuriumve incorporalium omninò eſſe ſublatas, & nunquam cum mala fide admittendas per Textum noſtrum ex illa Regula generali, quod omne, quod non eſt ex bona fide, peccatum eſt, de qua late adduxi *in q. 1.* & ſic concludit, vt quamuis Iura; quæ de præſcriptione cum bona fide loquuntur, ſolùm expreſsè loquantur in præſcriptione rerum corporalium, quæ vere poſſidentur, tamen cum eorum ratio etiam in præſcriptione actionum, & Iurium procedat: Ideò in iſtis etiam taliter bonem deſiderari fidem, vt cum mala fide vnquam admittatur præſcriptio. 32

N. ſi quando vterque, tam debitor quam creditor debitum ignorabant, vel quando ſolus debitor ignorat, quia tunc debitori, id eſt præſcribens ſit in bona fide propter eius ignorantiam, mirum non eſſe ait, vt præſcriptio etiam de Iure Canonico procedat. 33

Et vt meliùs intelligas leges quæ *infrà* dico ſuper ea quæſtione, an leges ciuiles ſtatuentes præſcriptionem cum mala fide ſint omninò obrogatæ de Iure Canonico, ſeu admiſſæ videantur de quo dixi nonnulla *ſuprà q. 1.* & in terminis propoſitæ quæſtionis; Surdus *deciſ. 158. num. 56.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 52. num. 2.* Dueñas *Reg. 6.* Marta *de Iuriſd. p. 4. caſu 48. n. 35.* cum multis Barb. *hic n. 7.* vbi de rationibus, & *n. 8.* idem dixit de debito & *n. 9.* etiam in pacto de retrouendendo cum clauſula *quandocumque ſemper*; item & *num.* 10 ampliat in hærede, qui non poteſt præſcriptionem continuare, quando Defunctus fuit in mala fide, & *numero* 11. in præſcribente contra Fiſcum, & *numero* 12. 34

item ampliat in contrahente cum minore, Iudicis decreto non interposito, vbi harum ampliationum, seu conclusionum plures adducit defensores; de quibus singulis iam dispersim adduxi aliis in locis huius tituli, ob quod non repeto moleste: Et vt benè intelligas quæstionem, de qua hic adiunges Ceuallos *in pract. q.* 173. vbi cum infinitis ab eo relatis pro vtraque sententia agit, pro complemento adiunges quæ scribit D. Ioannes del Castillo *de tertiis, cap.* 28.29. vbi de requisitis ad præscribenda iura incorporalia.

Qvæstio V.

An bona fides desideretur in præscriptione immemoriali, vbi de priuilegiis immemorialis, & de eius vigore: Et an præscriptio temporis immemorialis currat, & vires amittat, si constet de titulo vitioso, & nullo: Et an in præscriptione immemoriali requiratur scientia, & patientia Aduersarij: Et quibus bona fides probetur?

Svmmarivm.

1 *Immemorialis præscriptio bonam exigit fidem.*
2 *Immemorialis præscriptio, quas habeat prærogatiuas, num.* 3.4 5.6.7.8.9.
7 *Regalia præscribi queunt, tempore cuius non extat memoria.*
10 *Immemorialis præscriptio non euacuatur clausula,* nulla præscriptione obstante.
11 *Præscriptiones immemoriales, & centennaria nunquam censentur exclusæ, nisi præter casus in iure expressos.*
12 *Immemorialis, vt legitime probetur exposcit requisita quatuor n.* 13.
14 *Immemorialis probatio an requirat in Teste, vt deponat, quod maiores non viderint; nec audierint contrarium.*
15 *Immemorialis probatur ex visu Testis per annos* 40. *& de forma remissiuè, n.*16. *& si deponat Testis de his, quæ viderit in ætate pupillari, num.*18.
17 *Immemorialis, vt probetur apertè, numquid singuli Testes debeant deponere de singulis eius requisitis, vel sufficiant duo de vno, & cæteri de aliis.*
19 L. sicut, l. omnes. l. cum notissimi, Cod. de præscriptione longi temporis, l. vltima, Cod. vnde vi, l. vnica. Cod. de rei vxoriæ actione num. sequent.
20 *Immemorialis præscriptio habet vim priuilegij.*
21 *Præscriptio immemorialis corruit, si clarè constat de eius titulo vitioso, & non habili ad præscribendum, vt si sit locationis Emphytheusis, &c. n.*22. 23.24.
25 L.3. tit. 2. p.1.
26 *Consuetudo immemorialis, non requirit Principis scientiam.*
27 L. 11. tit. 1. lib. 7. ordinam. l. 1. & 2. tit 2. lib.7. recopil. remissiuè.
28 *Immemorialis præscriptio, vt procedat, non requirit scientiam; ac patientiam Aduersarij, n.*29. *nec Regis, n.*31.32.
29 *Immemorialis præscriptio præstat omnia solemniter acta.*
30 *Scientia Regis non requiritur in præscriptione iurisdictionis ipsius.*
32 L.1. tit.15. lib.4. recopilationis.
33 *Fides bona, vel mala in præscriptione probatur aliquibus modis, aut conjecturis, & n.*34.

AD primam quæstionis partem dixi *suprà sub* 1
q. 2. versic. *ad tertiam*, & in quo differant
immemorialis, & centenaria dixi *suprà in cap ad
audientiam hoc tit. q.* 1. versic. *ad secundam*, vbi
dixi de modo eam probandi, de quo Articulo
dixi latè *in cap. licet ex quadam de Testibus*, vide
praxim, quam refert Riccius *collect* 253. *in l.*11.
de præscription. in vers. *quo modo*, alia de præscri-
ptiune hac adduxi *suprà in cap. causam* 8. *hoc tit.*
*q.*2. *ibi*, videnda, de qua ex multis nonnulla
congerit, Barbosa *in cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. ibi vi-
denda, præter quæ videbis quæ subsequuntur,
& quod præscriptio immemorialis prærequirat
bonam fidem: congerit sic probantes plures
idem Barb. *in dicto cap.* 1. *num.*16.

Ad secundam difficultatis partem, de qua 2
nonnulla dicit Valenzuela, Velazq. sub *cons.*20.
*p.*1. cum agit de seruitute aquæ ductus: ergò sub
compendio dico immemorialem habere aliqua
priuilegia, seu effectus, & prærogatiuas, pri-
mus vt habeat vim priuilegij, Capuraq. *in de-
cis* 376. *p.*2. Osascus *in decis. pedmont. n.*5. *n.* 14.
Afflictis *in* 254. † Secundus vt habeat vim Ti- 3
tuli legitimi, pulchrè Verall. *in decis.* 235. *p.* 2.
† Item & habet vim constituti, Papon. *lib.* 12. 4
*tit.*3. *arresto* 3. aliquid per Afflict. *decis* 239. *n fin.*
Ricc. *collect.*778 ad Textum *in l. hoc Iure*, §. *du-
ctus aquæ, ff. de aqua quotid & collect* 223. *in l.*11.
& Glossa *ibi*, *Cod. de præscript.* † Vbi dicit cum 5
Minsing. *cent.*1. *obseruat.*30. vt contra immemo-
rialem non admittatur probatio in contrarium,
de quo aliqua dico in vers. *ad tertiam.* † Item 6
effectus præscriptionis immemorialis, vt per
eam tantùm præscribatur Ius ducendæ aquæ ex
flumine publico, Vibius *in decis.* 226. de quo
latè & benè idem Valenzuela *dicto cons* 20 sicuti
& Ius pascendi, Guid. Pap. *in decis.*573. Otero *de
pascuis cap.*17. Riccius *dicta collect* 323. † Imo & 7
Balbus *in decis.* 29. dicit quod Regalia possunt
præscribi per tempus, cuius initij memoria non
extat, sed Francisc. Marc. *in decis.*234. limitat in
regalibus, quæ sunt in signum vniuersalis do-
minij, & subjectionis, quæ sunt impræscripti-
bilia, quod intelliges iuxta illa, quæ iam *suprà*
adduxi *in cap.*11. *q.*2. † Item est alius effectus, 8
vt liceat aduersùs alias præscriptiones detur resti-
tutio, vt iam alibi dixi *ex cap. ignorantia*, & re-
fert Ceuallos *in pract. q.*48. tamen in hac imme-
moriali denegatur, itavt Princeps non possit re-
stituere sub *dicta collect.*778. † Imo & Osascus 9
ait posse contra Principem tali præscriptione
præscribi *in decis.*56. & secundùm dicta, *in dicto
cap.* 12. *sub q.* 2.

Et in tantùm immemorialis præscriptio est 10
priuilegiata, vt clausula, *nulla præscriptione ob-
stante*, non excludat præscriptionem immemo-
rialem Papon. *lib.* 3. *arresto* 4. Aliquid per Af-
flict. *in decisione* 254. *num. fin.* Quod ampliat
Guido Pap. *in decisione* 409. etiamsi Princeps
tolleret quamcumque præscriptionem, vel si
adesset clausula, *non obstante quacumque præ-
scriptione.*

Et sic Anton. Faber *in decis* 5. *de præscript* 30. 11
vel 40. *annor.* dixit quod præscriptio immemo-
rialis,

rialis, ſiue centum annorum nunquam cenſetur, excluſa præter quam in caſibus à Iure expreſſis & Theſaurus *fil. in deciſ.27. p. 2.* dixit quod inueſtitura præſumitur obtenta à Domino, quando quis per tempus immemoriale fuit in poſſeſſione bonorum, Paponius tamen *lib. 2. arreſto* 10. ſuprà dicta de præſcriptione immemoriali limitat pluribus modis.

12 Et licet *ſuprà in dicto cap. ad audientiam*, aliqua congeſſerim circa modum probandi immemorialem: tamen praxis communis eſt vt quatuor prærequirantur; nempè vt Teſtes ſint adminùs 50. annorum, & quadraginta teſtentur de viſu; Sic Rebuffus *de decimis q. 13. num. 99.* Brunon à Sole *in locis communibus*, verbo *Teſtis n.20.* Flores de Mena *variar. q. 10. num. 44.* & fuit dictum in vna 20. Nouembris 1609. coram Reuer. à Trebatenſ. in cauſa ſignina pœnarum, & in Cordubenſ. Redecimarum 18. Maij 1618. coram Reuerend. Decano. Secundò quod Teſtes dicant communem eſſe opinionem, quod de contrario vſu non extat memoria. Tertiò quod Teſtes ita ſemper viderint, & audierint à ſuis majoribus nominando, ſaltim vnum ex his à quo audierit. Quartò quod nunquam fuerit obſeruatum contrarium: hæc requiſita nominat, & cumulat Miſing. *cent. 1. obſeruat.* 30. vltra quem videbis Vibium *in deciſ. 77.* vbi dicit in cauſis matrimonialibus debeti nominari duobus ex majoribus; Riccius *dicta collect. 223. circa finem*, & Caputaq. *in deciſ. 290 p. 3. & in deciſ. 291.* dicit Teſtes non probare ſi tantum dicunt Articulum verum, non debent reddere rationem dicti concludentem.

13 Quo pacto quatenùs Gloſſa *in d. c. 1 lib. 6. hoc tit. lib. 6.* in verbo *memoria*, debet explanari in illis verbis, vbi videtur exprimere requiſita neceſſaria ad probandum hanc immemorialem ibi, *quod ſemper viderunt. & audierunt ita eſſe, nec vnquam viderunt; vel audierunt contrarium, & quod communis eſt opinio, & fuit ſemper quod ſic fuerit, & quod non extat contrarij, vel initij memoria*; de quibus ſcripſerunt latè Molina *de primogeniis lib. 2. c. 6. n. 31.* Garcia *de expenſis c. 9. n. 9.* Sancta *variar. q. 15 n. 1.* Valenzuela *conſ. 93 p. 1. ex n. 33.* Caſtillus *tomo 7. de tertiis c. 27.* vbi latè explicat quibus modis immemorialis probari debeat.

14 † Illud verò requiſitum quod majores non viderint, nec audiuerint contrarium, cenſuit non eſſe neceſſarium, & cenſuit Rota in Chonchenſ. decimarum de Grauana 31. Maij, 1617. coram Patriarcha Maneanedo, quod etiam non expreſsè requiri ab hac Gloſſa, obſeruauit Couar. *in Regula poſſeſſor. p. 2. §. 3. ſub n. 7.* verſic. *hæc autem*: Imò prædictam Gloſſam ſequi à Rota paſſim refert Barboſa *in dicto c. 1. n. 17.* & ſignanter apud Seraphin. *deciſ. 102. n. 2. & deciſ. 1450. n. 2.* & apud Greg. *deciſ. 196. n. 1.* & in Romana ſeruitutis 15. Martij 1619. coram Vbaldo Sixtin. *de Regalib. lib. 1. cap. 5. ex n. 156.* & non diſcrepat, Riccius *dicta collect. 778.* verſic. *quomodo*, dicens ſic recitari à Gloſſa *in dict. l. 11. Cod. de præſcript.* videbis Capicium *deciſ. 193.*

15 Et quod ad hoc vt poſſeſſio, & præſcriptio immemorialis probetur, ſufficiat memoria 40. annorum, & quod de reliquo tempore talis deponat ſecundùm auditum. & formam, tradunt Couar. *d. n. 7.* Molina *n. 31. d. cap. 6.* alter Molin. Theologus *de Iuſt. tom. 2. diſp. 76. n. 5.* Monera *de decimis c. 5. n. 77.* Rota *deciſ. 557. ad finem* apud Farin. *in 1. collect. nouiſſimarum*, aliàs *p. 4. diuerſ.* Maſcard. *de probat. concl. 1038.* Ioann. Garc. *de expenſis c. 9. n. 9.* Rebuffus *dicto cap. 13. à n. 94.* Balbus *de præſcript. 2. p. 5. partis princip q. 6. n. 34.*

† Formam autem probandi immemorialem traditur, *in l. 6. tit. 33. lib. 5. ordinam.* vbi vectigalia non præſcribuntur ibi *los pechos a nos deuidos leg. 6. tit. 29. p. 3.* vbi Gregor. verbo *tributos*, de quibus adduxi *ſuprà in cap. 12. q. 2.* Doctores *in l. ſi arbiter, ff. de probat.* Salazar. *de vſu, & conſuet. c. 10. n. 44.* Otolora *de nobilit. 3. p. cap. 7.* DD. *in l. 41. Tauri*, & alij, & notat Cujacius *tom. 2. contr. 39.* quod præſcriptio immemorialis non poteſt probari à Teſtibus de auditu, niſi habeant ſaltem 46. annos, & à Teſtibus viſa habeant 40. annos; ſic cum Maſcard. *concl. 1036.* aliàs 1042. Anchar. Gemin & aliis. 16

17 Dubium tamen eſt an ſinguli Teſtes debeant deponere de ſingulis requiſitis *ſuprà* adductis ad probandam immemorialem, vel ſufficiat, vt duo de duobus & alij de reſiduis *in Reg. Cam. ſumm.* referunt quidam fuiſſe iudicatum vnumquemque Teſtium debere deponere de omnibus requiſitis, ſic Riccius refert *dicta collect.* 778. *in fine*; vbi dicit iſtud poſtea non fuiſſe admiſſum in ſac. conſ. vt apparet ex Vincen. & Franc. *in deciſ. 56.* quia difficilis eſt probationis præſcriptio immemorialis; Et ſic meritò eſſe coniungenda dicta teſtium ad faciendum vnum totum.

18 † Et addit Ceuallos *in pract. q. 45. n. 3.* probari etiam immemorialem per Teſtes deponentes de his quæ viderunt in pupillari ætate iuxta Gloſſ. *in §. teſtes*, verſic. *nec impubes Inſt. de Teſtam.*

19 Ad tertiam quæſtionis partem, án præſcriptio immemorialis currat, & vires amittat, ſi conſtet de Titulo vitioſo, & nullo, & quod tanto tempore tranſacto non corruat, etiam ſuperueniente falſo titulo: defendit latiſſimè Vaſchius videndus *illuſtrium quæſtion. lib. 2. cap. 82 & n. 11.* per Textum *in l. ſicut, l. omnes, l. cum notiſſimi, C. de præſcript. longiſſimi temporis.* Secundò ex *leg. vltima, Cod. vnde vi*, qua probatur ex longiſſimo tempore purgari malam fidem. Tertiò ex *l. vnica, Cod. de rei vxoriæ actione*; Nam ſi tanti temporis præſcriptio nullum titulum requirit, ergò licet titulus adſit, & non idoneus nihil obſtare poterit.

20 † Quartò infertur ex priuilegiis huius præſcriptionis immemorialis, de quibus *ſuprà*, cum hæc immemorialis præſcriptio habeat vim priuilegij, ex *l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æſtiua, cap. 1. de præſcription. lib. 6. cap. ſuper quibusdam, §. præterea de verb. ſignif. l. 1. Cod. de aqua pluuia arcenda*, vbi *vetuſtas pro lege habetur minuendarum litium gratia*, & ex aliis tribus fundamentis, quæ refert Faquin, *lib. 8. controuerſ. cap. 33.*

21 Verùm ego ex iam longe actis per Textum noſtrum exiſtimo dicendum, & ſi maxima ſit præſumptio pro eo: qui tanto tempore poſſedit, veritati tamen eam cedere oportere, non enim talis immemorialis debet vincere rationem, aut legem, nec præferri veritati ex doctrina textus noſtri, videndo *ſuprà à quæſtione 1.* de bona fide ſemper requiſita in omni præſcriptione, etiam immemoriali: de qua dixi *ſuprà, quæſtione 2. & ibi*, verſiculo *ad tertiam* quare ſi ex iuſto Titulo appareat iniuſta rei alienæ occupatio, & mala fides non debet haberi ratio temporis, & vetuſtatis: Cumque Titulus iniuſtus, & vitioſus malam inducat fidem,

fidem, & mala fides præscriptionem impediat ex dictis hic, *& in cap. si diligenti hoc tit.* euenit vt si de vtroque appareat eam immemorialem reddi irritam cum iuxta Augustinum *in cap. veritate dist.* 8. & Ciprianum *in cap si consuetudinem, & in cap sequenti*, & tota ferè illa distinctione illud Axioma communiter practicari, & veritate manifesta cedat consuetudo veritati; Et inde sequi, vt in hoc dubio, ex quo appatet de iniusto titulo, & fide falsa; nunquam tamen immemorialem suis Priuilegiis gaudere, quominùs irrita possit reddi, & declarari; quia iam tunc constat de principio iniusto; iniquo, vitioso, & absque bona fide initiato: Ita docent Faquineus *vbi suprà*, & longè Mascardus videndus *de probation. volum.* 3. *conclus.* 1371. *n.* 38. 43. *&* 63. qui contrariis respondent fundamentis.

22 Et huius dubij exemplum ponit Faquineus in responso ab eo præstito, nomine Collegij interrogato de sequenti facti specie, proponebatur quædam Ciuitas possedisse rem alienam tempore longissimo, memoriamque hominum excedente, quæ Titulum habuerat, nec idoneorum ad dominij translationem, nec ad vsucapiendi conditionem puta locationis, *l. male agitur, Cod. de prescript. longissimi temporis* 30. *vel* 40. *annorum, vel Emphyteusis, l. cum notissimi, §. vlt. Cod. eodem tit.* & quærebatur, an cum in mala fide esset, eo quod ex dictis causis intelligere poterat rem alienam esse, præscriptione tamen se defendere posset, & ait fuisse conclusum non posse, quia mala fides ita obstat præscriptioni, vt nulla prorsùs valeat, & in nostro Textu, & consequenter, nec præscriptionem, quam vocamus temporis immemorialis per ea, quæ ipse adducit *dicto lib.* 8. *controuers. cap.* 26. de quo iam suprà dixi sub *quæstione* 2. versic. *ad quartum*.

23 His tamen videtur obstare quod *suprà adduxi q.* 3. in versic. *ad tertium*, dum agens de quæstione illa, an præscriptione completa, bona fide, is, qui cognouerit rem esse alienam teneatur in foro conscientiæ restituere, & respondens affirmatiuæ sententiæ dixi non teneri propter rationem, de qua *ibi*, sed major videtur militare respectu immemorialis præscriptionis, quæ vt notaui habet vim priuilegij, Tituli, & constituti: ergò potiùs videtur respondendum cum Vaschio; præcipuè si cum alio præter alia considere ex multorum sententia titulum iniustum non nocere præscriptioni temporis memoriam hominum excedentis, quam cum Faquineo, & Mascardo.

24 Adhoc verò existimo veram esse sententiam istorum, eo quod dum constat de Titulo causam dante præscriptioni, iam tunc patet de initio illius præscriptionis, quæ si Titulus non appareret esset immemorialis: vnde euenit vt cum talis Titulus iniustus, & nullus ad præscribendum sit; vt in exemplo iam posito locutionis, & Emphytheusis loquitur, vt non obstet obiectio ex dictis *suprà in dicta quæstione* 3. versic. *ad tertiam*, quia illa sunt intelligenda in casu, quo à principio, & continuò per tempus longum aut longissimum 30. vel 40. annorum, aut per centenarium tempus, aut immemoriale adfuit bona fides in præscriptione, quia tunc, si completa præscriptione superuenit postea mala fides non est impedimento, quominùs subsistat illa præscriptio tam in foro fori, quam poli; secùs ex quo constaret post eius implementum de titulo vitioso, qui præstitit fundamentum cuilibet præscriptioni, etiam immemoriali.

25 Ad quartam quæstionis partem, an in præscriptione immemoriali requiratur scientia, & patientia Aduersarij, video Doctores distinguere inter consuetudinem immemorialem, & præscriptionem; Ita vt in hac debeat probari scientia, & patientia, secùs in consuetudine: Sic Balbus *de præscription. p.* 1. *q.* 10. *num.* 8. Abbas *in cap. fin. de consuet. num.* 13. vbi Barbatia *n.* 71. dicit communem, quam pluribus citatis exornat, Dueñas *Regula* 141. sed Glossa *in cap. in istis, §. leges in* 4. *distinctione*; Abbas *cons* 7. *volum.* 2. docent etiam in consuetudine immemoriali requiri scientiam, & patientiam Aduersarij, vt notat Greg. Lop. *in l.* 3. *tit.* 2. *p.* 1. in vers. *consintiendolo el señor*, & est text. *in l.* 5. *d. tit.* 5. *p.* 1 ibi, *sabiendolo el señor de la tierra, e non lo contradiziendo.*

26 Verùm quia Gregorius *in dicta l.* 3. *in fine* resoluit vt in consuetudine immemoriali non sit necessaria Principis scientia ex *dicta l. hoc Iure, §. ductus aqua, ff. de aqua quotid.* & ex *dicto cap. super quibusdam, §. præterea de verborum significatione*, vt notant Imola *in leg. si publicanus, § fin. ff. de public. vectigal*, quam legem partitæ declarat Auendaños *de exequendis mandatis cap.* 1. *n.* 2. *& cap.* 8. *n.* 3. *& in dictionario* verbo *costumbre*.

27 † In lege autem ordinamenti contrarium videtur dispositum, vt *in l.* 11. *tit.* 1. *lib.* 7. *ordinam. quæ est. l.* 1. *&* 2. *tit.* 2. *lib.* 7. *recop.* quos leges, & vt ait Ceuallos *dicta q.* 45. *sub num.* 2. sunt intelligendæ secundùm tradita per Gregor. *in dicta l.* 3. verbo *consintiendolo*,

28 Iam ergo ad casum præscriptionis immemorialis adhuc Doctores dissentire videntur, siquidem Bartolus *in l. si publicanus, §. in omnibus, ff. de public. & vectigal. n.* 2. Abbas *in cap. cum nobis hoc tit.* docent requiri scientiam & patientiam Aduersarij dicit communem Palacios Rubios *in repetit. cap. per vestras notab.* 2. *§ sed est pulchra dubitatio, fol* 80. *n.* 34. *&* 43. *& in nouis fol.* 395. Et pro hac parte probanda facit, quia vt iam *suprà* adduxi *in cap.* 1. *sub hoc tit.* sicut in aliis præscriptionibus requiritur scientia, & patientia Aduersarij; vt tradunt etiam Alex. *cons.* 69. *n.* 11. *volum.* 3. Aymon Crauetta *de antiquitate folio* 201. *in paruo n.* 16. *cum sequentibus*, ita vt in casu isto.

29 Contraria enim sententia verior est, nempè vt non requiratur scientia, & patientia Aduersarij, eo quod in præscriptione tanti temporis præsumatur Titulus, & bona fides, & omnia solemniter acta, vt tradit Baldus *in cap. si diligenti hoc tit. in fine*, quem sequitur Balbus, dicens esse benè notandum *de præscriptionibus* 2. *p.* 3. *partis princip.* in versic. *sexto quæro num.* 18. *fol* 34. *& n.* 23. Decius *cons.* 85. dixit communem Purpuratus *in l. Imperium, n.* 191. *ff. de Iurisdic. omn. Iudic*, Alex. *cons.* 6. *volum.* 1. vbi dicit communem Felinus *in dicto cap. cum nobis col fin. & ib cap. de quarta hoc tit. col. fin.* Iason. *in dicta leg. Imperium versic.* 20. *in fine*, innuit Glossa *in dicta leg. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana & æstiua*, verbo *in memoriam*, Tiraquellus *de primog. q.* 4. *num* 45. *& de nobilitate quæstione* 14. Ceuallos *in pract. dicta quæst.* 45. *in fine*, vbi postquam nonnulla adduxit, *a num.* 4. *&* 5.

30 † Quod in præscriptione Iurisdictionis contra Regem non requiratur illius scientia, cum sit

necessaria

neceſſaria immemorialis, vt docent Montalbus *in l.6. tit.11. lib.1. fori l.5. tit. 15. lib.4. recopilat.* ubi Matienςus *Gloſſa* 1. *num.* 1. Guttierrez *pra-*
31 *Ɛicar. lib.1. q.* 84. *n.* 3. benè declarans. † Qui etiam addit benè *in lib.* 2. *pract. q.* 31. *n.* 9. non requiri ſcientiam, & patientiam Regis in præſcriptione immemoriali in præſcribente Regalia Iuriſdictiones pedagia: & ſimilia, & quod ſi requiratur, in aliis rebus ſufficere ſcientiam officialium, & auditorum, vt docet Garcia *de Hiſpan. nobilit. Gloſſa* 7. *num.* 7. idem Guttierrez *lib.* 2. *q.*85. *n.*3. *& q.*86. *n.*1.

32 Ex quibus Ceuallos ſequens hanc ſecundam opinionem *ſub n.*6. *dicta q.*45. ex prædictis declarationem recipere Textum, *in dicta l.* 1 *tit.* 15. *lib.*4. *recopilat.* ex qua Parlador. *quotid. parte* 2. *cap.*1. *num.* 13. *&* 14. infert non ſolùm præſcriptam eſſe Iuriſdictionem accumulatiuè; ſed etiam priuatiue, ad quæ adiunges notata *ſuprà in cap.*12. *hoc tit. q.*2. vbi egi de præſcribenda Iuriſdictione, & aliis Regalibus, & quanto tempore, & multa de effectibus immemorabilis præſcriptionis, D. Ioannes del Caſtillo cum infinitis de tertiis omnino legendus *cap.* 22. 23. 24. 25. & controuerſ. *cap.*93. *ſub* §.8.

33 Ad vltimam quæſtionis partem, quibus bona fides probetur in præſcribente iam ſatis colliges ex longè actis *ſuprà* in hoc noſtro Textu ſed an mala fides probetur per coniecturas agit Menochius *de arbitrariis caſu* 215. & *de præſumptionib. lib.*3. *præſumpt.* 130. vbi videbis, & ex iam adductis; etiam ſatis ſuperque colligi valet, vt longè agens Menochius *dicta præſumptione* 130. an & quando bona vel mala fides præſumatur, & *n.*1. ait bonam præſumi fidem, cum adeſt titulus in poſſidente: & etiam ſi illum habeat poſſidens putatiuum, eo quod bona fides cauſatur etiam ex iniuſtis, & temerariis cauſis, variis exemplis & caſibus exornans *n.* 5. vt puta ſi emiſſet bona fide ab eo qui verè Dominus non eſt, putans eſſe Dominum; & ſic dicit *num.* 31. quod habens inſignia, & arma inſculpta in Eccleſia præſumitur vt quis ſit poſſeſſor bonæ fidei Iuriſpatronatus.

34 Econtra verò vt malæ fidei poſſeſſor præſumatur, qui titulo caret, & eius poſſeſſio ſit noua *ibi à n.*21. ſibi exornat pluribus caſibus, idemque eſſe de illo, qui habet titulum à Iure reprobatum, & ſi poſſeſſio ſit contra Iuris præſumptionem; id aliis multis exornans, *à dicto num.*21. *& à num.*33.

QVÆSTIO VI.

An taliter omni tempore bona fides deſideretur ad præſcribendum, vt non ſolùm habeat adeſſe ab initio vſucapionis, ſed etiam tempore contractus: Et vtrum ſtatutum Ciuitatis, quo cauetur, vt niſi intra certum tempus creditor petierit debitum excludatur, valeat, & ſeruandum ſit: An vſucapio & præſcriptio conuenienti ratione introductæ ſint: Et an taliter operetur tranſlationem dominij in vſucapientem, vt non ſolùm adipiſcatur vtile, ſed & directum?

SVMMARIVM

1 *Bona fides deſideratur non ſolùm ab initio præſcriptionis, ſed à tempore tituli, ſuper quo fundatur, n. ſequent. &* 4.
2 L. 1. in fine principij, ff. pro emptore n. 4.
3 *Stipulatio rei alienæ valet, quid de emptione, num.* 5.
5 *Stipulationis, & venditionis rei alienæ diſcrimen, num.*8.
6 *Emptor rei alienæ, in quibus puniatur.*
7 L. ſi is qui pro emptore 15. §. fin. ff. de vſucap. num. 11.
9 *Statutum quo cauetur vt creditor ſi debitum intra certum tempus non petit cadat à iure ſuo, quo pacto valeat, expenduntur quatuor concluſionibus à num.* 14.
10 *Statutum valet, quatenus debiti probationem infrigit ſecundum aliquos, alij diſtinguunt tripliciter num.* 11.
12 *Debitum contra creditorem ſi ſit famuli, aliorumve Salariatorum, qualiter præſcribatur.*
13 *Statuta ſunt plura apud Italos, quibus cauetur, vt niſi creditor intra certum tempus non petat ſibi debitum excludatur.*
14 *Statutum vt creditor cadat à Iure ſuo, ſi debitor eſt in mala fide, non tenet.*
15 *Statutum vt creditor à Iure ſuo cadat, debet eſſe iuſtum, ſi enim probationem infringit videtur iniuſtum.*
16 *Statutum quod ex iuſta cauſa infringit probationem valet etiam indebito iurato, n.*17.
17 *Iuramentum non habet vim, & poteſtatem ſupplendi poteſtatem probatariam.*
18 *Statutum exprimens, vt creditor cadat à iure ſuo numquid tollatur obligatio, aut remaneat vis agendi.*
19 *Statutum quo cauetur, vt qui per decem annos aut 20. debitum non petit, cadat à iure non valet in vtroque foro.*
20 *Statutum quo cauetur, vt contractus, ſeu inſtrumentum cenſeatur poſt aliquod tempus ſiſtitium valet.*
21 *Statutum diſponens actionem realem, vel perſonalem ſpatio 30. annorum, vel minori tolli ſecundum quod Ius intelligatur.*
22 *Vſucapionis introducendæ, quot rationes, n.*23.
23 Salus populi ſuprema lex eſto *quid ſibi velit.*
24 *Princeps poteſt aliquem ex iuſta cauſa ſuis bonis priuare.*
25 *Dominium ex quibus titulis de vno in alium transferatur virtute legis ciuilis, n.*26.
27 *Dominium vtile ex præſcriptione acquiri aliqui ſentiunt, verius eſt vt acquiratur directum etiam, num.*28.
28 *Præſcriptio completa bona fide pleniſſimam ſecuritatem præſtat.*
19 *Præſcriptio potius eſt exceptio intentionis, quam actionis excluſio.*
30 *Vſucapio quare dicatur adiectio dominij, & num.* 31.

COmmunis eſt Doctorum traditio bonam fidem deſiderari continuam ab initio vſucapionis extra contractus, ſed quoties ex Titulo contractus incipitur præſcriptio, dubium non leue adeſt, nam Paulus agens de contractu, & de præſcriptione ex Titulo, ait *in lege ſi is qui pro Emptore* 15. §. *fin. ff. de vſucapion.* exiſtimationem eius temporis expectari, quo res traditur, idem videtur notare Papinianus *in lege Iuſto* 44. §. *& ſi, ff. de vſucapion.* Nam & ſi verbi gratia ſtipules rem alienam, ſciens alienam 1

esse, vel si mihi scienti res aliena legetur, nihil mihi nocere ad iustam vsucapionem, & præscriptionem, si eo tempore quo mihi res traditur
2 putem esse tradentis. † Imò idem Paulus *in lege 2. in fine principij, ff. pro Emptore,* in illis verbis, *sic denique si sciens stipuler rem alienam vsucapiam, si cum traditur mihi existimem illius esse:* ita docet.

3 Econtra autem fit manifesta pugna; nam sicut potest quis rem stipulari, quæ promissoris non sit similiter Iure traditur emptionem rei alienæ, & venditionem, non minùs esse, quàm stipulationem, *l. rem alienam 28 ff. de contrahenda emptione*, & aliis congestis à Rebuffo *in lege vnica, Cod. de sentent. quæ pro eo quod interest, à*
4 *num.* 426. † Sed sic est quod præscriptio, & vsucapio ex Titulo emptionis, & venditionis requirunt tam tempore contractus, quàm tempore traditionis bonam fidem ex *dicta l. 2. in fine principij. ff. pro Emptore*, in illis verbis *igitur, & bona fide emisse debet, & possessionem bona fide adeptus esse*, ex quo vtroque tempore, hoc est tempore, quo emit possidens, & insuper tempore possessionis adeptæ, bonam fidem desiderari: Ergò est pugna manifesta, & bona fide requisita ad præscribendum longè cum infinitis omnino videndus agit D. Ioannes del Castillo *de tertiis cap. 26.*

5 Adhuc vero respondendum est discrimen esse inter stipulationem, & emptionem; Nam & si rei alienæ venditio valeat, sicut & stipulatio, Emptori rem alienam scienti, id non est impunè, cum ab eo res auferri possit, vt *in dicta lege rem alienam 28. ff. de contrahenda emptione*, vt patet ex verbis ibi, *rem alienam distrahere, quem posse nulla dubitatio est, nam emptio est, & venditio, sed res Emptori auferri potest*; Venditor tamen Emptori eo casu de euictione non tenetur *l. si fundum 27. Cod. de euictionibus*, de qua præter ordinarios agunt Corneus *cons. 2. num. 13. volum. 3.* Aymon. *cons. 64. num. 4.* Bertachinus *cons. 88. volum. 1.* Panormitanus *cons. 30. volumine 2. num. 3.*

6 Deinde in eo punitur Emptor, qui sciens rem alienam emerit, quod si seruus: verbi gratia fugitiuus fuerit, aut aliquod vitium erit propter quod redhiberi res potest, sciens Emptor redhibitionem non habebit, *leg. 4. §. item labeo, ff. de doli exceptione.*

7 Ex quo modo dicendi improbatur quidam intellectus, qui videtur colligi à Paulo *in dicta l. si is qui pro Emptore, ff. fin.* quatenùs denotat non minùs in stipulatione, quàm in emptione contrahenda, bonam fidem interuenire debere, sed diuerso modo; Nam in stipulatione bona fides semper interuenisse creditur, etiam si quis rem alienam stipuletur, quoniam id concessum est; In emptione autem bona fides interuenisse non creditur, nisi quis rem emat, quam ignoret esse alienam, quia concessum non sit.

8 Hæc enim ratio insufficiens est, quare Donellus *lib. 5. comment. cap. 26.* dum quærit, quare concessum sit stipulationi, vt rei alienæ impunè fieri possit, & cur emptio rei alienæ non fiat impunè; Ait discrimen inde nasci, quod in cæteris contractibus, in quibus ex altera parte tantùm est obligatio solùm interuenit factum, & consilium debitoris ad rei præstationē; Siquidem ipse solus de re præstanda spondit, creditor tamen nihil facit vt inuitat debitorē ad rei alienæ obligationem, & consequēter nihil mala fide facere videatur, nam cum obligandi se voluntas à solo Debitore proficiscatur ipse qui de se existimare debet, vtrum rem, quam tempore promissionis alienam obligat, emat postea, & suam tradat, an non, & consequenter ipse solus potest esse, vel non esse in bona, vel mala fide temporo contractus, sed in venditione, non solùm venditor se mouet ad venditionem rei alienæ, sed etiam Emptor suo facto maximè pronocat, dum & ipse de re negotiatur, & ei rei pretium offert, quod si faciat rem alienam, sciens non posse negari, ait Donellus, quem alij sequuntur, quin non bona fide in re aliena ad se reuocanda id faciat ergo.

Ad secundam quæstionis partem variè respondent Doctores: Nam Bartolus *in l. sequitur, §. si viam, ff. de vsucapion.* & alij, quos commemorat Antonius Gabriel *commun. opinion. de præscript. conclus. 4.* statutum Ciuitatis, quo caueiur vt nisi intra certum tempus creditor sibi debitum petierit, excludatur à Iure suo validum esse, & seruandum in odium Creditoris, & in pœnam ipsius; Itavt sciens se Debitorem esse præscribat; Itavt possit cum mala fide inducere præscriptionem. 9

Alij inquam dixerunt statutum valere, quatenùs debiti probationem infringit, puta si modo iusta ratione id fiat, aliàs secùs: Sic Ioannes Andreas *in specul. tit. de instrument. edit. §. compendiosè* super verbo *sed numquid*, versic. *sed conuerso casu*, Antonius de Butrio, & Abbas *in cap. 2. de probationibus.* 10

Alij inquam distinguunt, vtrum statutum excludat Creditorem à Iure suo, an verò debiti probationem infringat, priori casu illud non valere docent Alex. *cons. 170. lib. 7.* Socinus Senior *in cons. 120. num. 19. lib. 1.* Antonius Gabriel *communium conclus. tit. de statutis, conclus. 12. num. 12.* Hieronimus Gabriel *in consil. 4.* qui in casu posteriori valere existimant. Etenim alij hac distinctione vtuntur, vt siquidem statuti verba ad Debitorem referuntur, non valeant, si ad Creditorem valeant. Sunt etiam qui distinguunt alio modo, nempè vtrum debitum sit Iuratum, nec ne, vt primo casu non valeat, secundò autem casu valeat: Sic Angelus, Ros, & Iason *in leg. nam & postea, §. si is, qui temperali, ff. de Iureiurando.* 11

Primam equidem sententiam fortiorem reddunt illa quæ adduxi *suprà in cap. 1. hoc tit. lib. 4.* vbi explicaui legem Regiam; quæ præscriptionem inducit circa Salarium Aduocatorum, & Famulorum, de quibus ibi dictum est triennio illud præscribi virtute *legis Regiæ 9. tit. 15. lib. 4. compilat.* vbi expressè cautum mercedes Famulorum, seu Salaria, & aliorum officialium, de quibus ibi fit mentio, nempè *voticarios, joyeros, specieros, confiteros*, triennio præscribi; Itavt elapso, nihil petere possint, cuius accasione notauit Balboa *in cap. vigilanti hoc tit. num. 81.* ex doctrina Molinæ *de Iustitia, & Iure tom. 1. tract. 2. disp. 67.* non obstante lege Canonica prohibente cum mala fide præscriptionem posse legem ciuilem eam præscribere cum mala fide Debitoris, non quod Debitor liberetur obligatione soluendi: Sed quod Creditor agere volens non audiatur: Nam sicut Iure Ciuili licitè sancitum est nullo modo audiendum esse, qui 12

qui læsionem infra dimidiam in contractu voluerit allegare quamuis is, qui læsit in foro conscientiæ non sit tutus, sed ad restitutionem teneatur, qua ex parte læsit, cum si talis actio concederetur, multiplicarentur lites grauiora, quæ Reipublicæ mala imminerent, & commerciorum vsus fortasse cessaret, sic etiam si Reipublicæ Iudicaretur expediens in aliquo euentu, nullam creditori actionem concedendam esse, transacto prædicto tempore, licita esset lex, quæ illam omnino denegaret, quamuis aliàs data scientia debitoris, ipse in foro conscientiæ teneretur soluere ita ille: Qui tamen post quam, *in cap.* 1. *hoc tit. num* 13. *&* 14. gerit de quæstione, quam inquiro, & affertat duas contrarias opiniones, sub diuersis distinctionibus in fine, *dict. num.* 14. docet vt statutum simpliciter dicens quod qui debitum non petat intra certum tempus, cadat à Iure suo, vel non audiatur, debeat intelligi secundùm Ius commune, data videlicet bona fide præscribentis, v. g. quia ignorabat se obligatum, vel credebat solutum esse debitum, sed non valere ait, data mala fide debitoris.

13 Verùm quia satis difficile est, vt bona fides ex parte præscribentis concurrat, & apud Italos multis in locis similia statuta vigeant, quibus ita cauetur, vt nisi creditor intra certum tempus sibi debitum petierit, excludatur a Iure suo, & huiusmodi statuta non valere doceant Ioannes Andreas, & Ancharranus *in cap.* 2. *de Exceptionibus, lib.* 6. & multi à Gabriel citati, *comm. opin. conclus.* 4 *de præscription.* quia peccatum inducere videantur, propter debitoris malam fidem, iuxta doctrinam Textus nostri; ideo Faquineus agens de hoc puncto, *lib.* 1. *controuers. cap* 68. reducit quæstionem præfatam ad quatuor conclusiones.

14 Prima conclusio est statutum, quo cauetur, vt si creditor non petierit debitum intra certum tempus excludatur à Iure suo non valet, siue verba in creditorem dirigantur, siue ad debitorem; si modo debitor sit in mala fide ex regula Textus nostri, ibi, *cum sit omni consuetudini, & constitutioni derogandum, quæ absque mortali peccato seruari non potest*, sanctos enim Pontifex, vt iam *supra dixi, quæstion.* 1 statuit hic, vt nulla valeat absque bona fide præscriptio, tam Canonica quam ciuilis ex *d. c.* 5. *hoc tit.*

15 Secunda conclusio ea nempe est statutum creditorem excludens, & debiti probationem infringens, si ob iustam causam conditum esse non appareat, non valet, eo quod statutum, sicut & lex debet esse iustum, *cap. erit autem lex* 4. *dist.* vbi late dico, *supra, de constitution.* in terminis Innocentius *in cap. plerisque in fine de immunit. Eccles.* Abbas *in cap.* 2. *de consuetudine*, vbi etiam Pontifex improbat consuetudinem, quæ absque iusta causa derogabat probationibus factis, vt *ibi*, latè adduxi, sed statutum præfatum, est iniustum, quia legitimis probationibus est adhibenda fides: Deinde quia tale statutum probationem infringens, licet non directè; attamen effectu ipso considerato præscriptionem inducit cum mala fide, nec seruari potest absque mortali peccato, quia debitor scit se debitorem esse; creditor in quam id probare nequit; atque ideo excluditur à probatione; & ob id excluditur *à Iure suo.*

Tertia conclusio est statutum, de quo agimus, si probationem infringat ex iusta, & legitima causa, valeat, & seruandum est, quia lex potestatem habet ex iusta; & probabili causa; iustam, & plenam probationem infirmandi; eo quod legitima probatio regulariter conficitur ex duobus, vel tribus testibus, ex regula Textus *in cap. in omni negotio, cap. licet, cap. à nobis de testibus, cap. forus*, §. *in omni negotio de verb. signif cap. cum esses de testamentis*, & tamen ad fraudes tollendas iuste in testamentis, & codicillis, & in aliis casibus pluribus statutum est; & sancitum est, vt plures alij recipiantur testes iuxta ea, quæ adduxi, *in dict. cap. à nobis* 28. *de testib.* quam iustam causam hic non præsumere, nec facilè probari existimat Faquineus; nisi forte vt adduxi in statuto, & lege de præscribendis salariis ob rationem, de qua iam adduxi & *in d. c.* 1 *hoc tit sub, q.* 4. 16

Quarta, & vltima conclusio talis est statutum ex iusta causa probationem infirmans, valet, & locum habet, etiam indebito Iurato, quia Iuramentum adhibetur ad contractum confirmandum non autem ad probationem inducendam, sed probatio differt ab eo, quod in obligatione continetur; igitur in hoc casu Iuramentum nihil operatur, quia scilicet ipsum Iuramentum nequit probari, vt dicebat Alciatus *in cap cum contingat de Iureiurando, num.* 242. & ideo receptum esse Iuramentum, nequaquam habere vim, & potestatem supplendi solemnitatem probatoriam, vt loquuntur Doctores, quia talis solemnitas Iure publico inuenta est, ac proinde pacto, & Iuramento partium suppleri non posse: docent Bartolus *in l. si quis pro com. t. ff de fideiussoribus*, Panormitanus *in dicto cap. cum contingat, num.* 24. Gabriel *commun. opinion. tit. de statutis conclus.* 1. *num.* 12. hæc sic tradit Faquineus *dicto cap* 68. *lib.* 1. sed an hoc vltimum verum sit, considerabis ex his, quæ adduxi de Iuramento suppletorio, & probatorio, *in c fin. de Iureiurando.* 17

Alij inquam dicunt, vt quando statutum dicit, & exprimit quod creditor cadat à Iure suo tollitur obligatio ciuilis, & effectus naturalis obligationis, sed quod quando statutum dicit, quod non sit audiendus, nulla tollitur obligatio, sed omnino præcluditur via agendi, sed remanere adhuc via agendi per remedium denuntiationis Euangelicæ, iuxta Textum *in cap. nouit, cap. in omni negotio de testibus*: docent Bartolus *in l. nemo potest columna* 4. *ff. de legatis* 1. *& in l. ait prætor*, §. *hi plane. ff ex quibus causis maiores, & in l. legati, ff de liberatione legata, & in l cum mulier, ff. soluto matrimonio*: latissime Angelus, *in l.* 1. *Cod. de Iudiciis*, qui addit, quod per tale statutum omnis tollitur obligatio; ad eo eo vt nec denunciatio Euangelica possit habere locum, Corneus *cons.* 777. *vol.* 4. 18

*Sed Bartolus sibi contrarius *in l. omnes populi, quæst.* 3. *princip. ff. de Iustitia, & Iure*, latissime Imola *in dict l sequitur*, §. *si viam, ff. de vsucapionibus*, Castrensis *consilio* 285. *& consilio* 188. Panormitanus *consilio* 77. Cumanus *consilio* 67. Fulgosius *consilio* 125. Ioannes Andreas *in cap.* 1 *de exception. lib.* 6. sic aliter docent, nempe non valere statutum in vtroque foro, quo cauetur, quod qui per decem, verbi gratia, annos debitum non petit, cadat à Iure suo; sicut nec valeret lex imperialis, 19

§ 4 quæ

20 quæ hoc statueret. † Verum si statueretur,
quod contractus, seu instrumentum, censere-
tur fictitium, eo tempore elapso; tunc valere
statutum, & legem, nam illa causa excluderet
rationem peccati, & hanc esse canonistarum
opinionem in Textu nostro docent Doctores.
21 † Ita vt Alex. *cons.* 185 doceat quod si statuto ca-
ueatur, actionem realem, vel personalem; vel
mixtam spatio 50. annorum, vel minori tolli ta-
le statutum, debeat intelligi, secundum Ius com-
mune, quando scilicet præscribens esset in bona
fide: ita Castrensis *cons.* 298. Socinus *cons.* 86. co-
piosè Imola *cons.* 123. Cotneus *cons.* 338. &
secundùm has postremas distinctiones exi-
stimo potius intelligendum esse sensum nostri
dubij.
22 Ad tertiam quæstionis partem, quæ potius
spectat ad Rubricam satis ex ibi, dictis satis fit,
nam etsi Ioannes Andreas *in reg possessor. de regul.
lib. 6.* Cagnolus *in l. Iure natura à num. 4 ff. de reg.
iur.* Alex. *in l. possessio quoque §. etsi possessio, ff. de ac-
quirenda possessione*, Baldus *in l. fin. Cod. de præscri-
ptione longi temporis*, existimarunt præscriptio-
nem, & vsucapionem inductas esse contra na-
turalem æquitatem; eo quod Iure naturæ ca-
ueatur; neminem cum aliena iactura absque fa-
cto Domini acquirere posse, ex vulgata regula
Iuris: tamen Cagnolus *in l. Iure naturæ de reg. iur.*
id interpretatur de iactura, quæ dolosa est, & non
de sola iactura ex qua tantum aliena iniquitas,
non inducitur. Ob idque cum vsucapio bono
publico sit introducta primo propter rerum ne-
cessariam conseruationem. Secundò propter
ipsas Dominorum personas, vt metu; ne rebus
suis priuentur, cogantur illis animum intende-
re diligenti cura, & administratione; ita vt ad
laborem; non otium inuitentur; quo respicit
Angelus *lib. 4. cap. 12.* dum commemorat apud
Romanos censoria nota fuisse punitos; qui ne-
gligenter agros suos coluissent. Tertiò fuit in-
troducta vsucapio propter negotia, vt aliquis
finis litium esset in Republica ex *l. fin. ff. pro suo, l.
quidam 21 ff si certum petatur*; qua ratione eam à
Iure Canonico admissam esse aduertit Felinus *in
Rubrica hoc tit, à num. 11.* Alciatus *de quinque pe-
dum præscript. num* 28 Vbesenuechius *in paratilda
ff. de vsucap.* Vacooius *lib. 1. declaration. cap* 28.
Petrus Gregorius *3. p. syntagmat. lib. 40. cap. 11.* Pi-
nellus *in Authemica nisi tricennale, num. 24. Cod de
bonis maternis*, Menchaca *illustrium quæstion. lib. 2.
cap. 25.* & alij communiter summistæ, & proba-
tur ex iam latè actis in hoc nostro titulo & Ru-
brica, & omni Iure præscriptio est introducta,
& maximè vtilis materia; tum ad scholas, tum
ad praxim, vt in princ. notaui, si adsint tem-
pus, possessio, titulus, & bona fides secundùm
iam adducta.
23 Cumque Cicero *lib. 3. de legibus*, meminerit
illius grauissimæ naturæ legis, qua vxor clamat
(*salus populi suprema lex esto*;) & propter hanc
multa introducta sint contra singulorum vtili-
tates pro publica salute, vt copiosè declarant,
Couarruuias *in dicta Reg. possessor. 3. p. in princi-
pio*, Pichardus *de nobilitate communicata*, in ex-
plicatione Textus *in l. ingenue, Cod. de muri le-
gulis, num. 11. & 74.* Conradus *de contractibus.
quæst. 9. & 11.* ideo propter eandem publicam
vtilitatem: Couarruuias *supra*, Menchaca *illu-
strium, lib. 2. cap. 51. num. 1.* Molina *de institiu,
tom. 1. tract. 2. disput. 61.* & alij existimant vsu-
capionem, & præscriptionem Iure naturali di-
ctante, & ita humanis necessitatibus exigenti-
bus inductas esse; eo quod si Domini rerum
tanto tempore eas curam præerunt, ne in in-
teritum, & ruinam inciderint, voluisse præ-
sumitur à lege eas deseruisse, dereliquisse, &
voluisse, potius, vt ab alio possiderentur, cu-
rarentur, & colerentur; indeque nasci leges ci-
uiles, & canonicas introducentes, & practican-
tes vsucapionem, & præscriptionem, iustas fuis-
se, & esse; Ob idque improbo Decium dicen-
tem, *in dict. l. Iure natura*, iniquitatem esse quen-
quam locupletari, cum alterius iactura, etiam
omni cessante iniuria, Molina ex *l. nam hoc natu-
ra, ff. de condit. indebiti, l. cum pupillus, ff de
conditione, & demonstratione*, quæ debent intel-
ligi de iactura iniuriosa, qualis inuenitur in
præscribente sine bona fide, & Iusto titulo ex
hoc nostro Textu, & ex Textu *in c. si diligenti de
foro compet.*
Alia infinita referunt Doctores ad fundan- 24
dam nostram hanc sententiam, cum Princeps
possit licitè aliquem suorum bonorum, eo in-
uito, spoliare, & in aliorum ex iusta causa trans-
ferre, vt docent Sotus *lib. 4. q. 5. art. 1. concl. 2.* So-
lon *q. 1. de Dominio art. 1 concl. 1.* Truleneh *in opere
moral. lib. 7. c. 4. dub. 1. n. 1. & 2.*
Vbi ait Dominium transferri ab vno in alium 25
tripliciter, vel volente Dominio vti, donatione,
contractu, siue vltima voluntate, aut eo inui-
to; veluti Iure gentium in rebus bello captis, aut
authoritate legis alicuius specialis; idque vel ob
culpam Domini, vt in crimine hæresis, læsæ ma-
iestatis, ob incestas nuptias, & ob alia crimina,
vel sine culpa Domini, vt per legem præscriptio-
nis, de qua nos nunc agimus.
Aut sententia Iudicis, vt si fur damnetur 26
in quadruplum, qui modus obligat in con-
scientia, quando sententia, non nititur falsa
præsumptione: & vt vberius tractes adiunges
quæ adducit Anastasius Germon. *de sacrorum
immunit. lib. 3. cap. 18. à num. 74.* dum agit
de ea quæstione, num ciuilis, seu humana lex
possit Iuste Dominium priuatum ab vno in al-
terum vsucapionis, aut præscriptionis virtute
transmittere, & posse: videbis ex dictis, *sup. in c. 1.
hoc tit* Ipse tamen Germonius bene contraria di-
soluit, & dissoluuntur ex dictis, & ex dicendis du-
bio sequenti.
Ad quartam quæstionis partem, ad quam ex 27
prædictis legitime infertur video Doctores ad-
modum dissentire, nam Glossa *in l. traditionibus,
Cod. de pactis, & in Auth. nisi tricennale, Cod. de
bonis maternis*, Bartolus vtrobique, Felinus *in Ru-
brica nostra, & ibi*, Panormit. Balb. *de præscrip-
tion. 2. p. 3. partis, princip. quæst. 2.* & alij relati,
à Couarruuias *in reg. possessor. p. 3. princip.* vbi
late agit; docent tantùm acquiri Dominium
vtile; ex *l. si duo patroni, §. 1. ff. de Iureiurando*,
ibi; *post longissimi temporis præscriptionem, etiam
vtilem actionem habere debere*, ex *l. 1. in fine, ff. de
aqua pluuia arcenda*; & ex *l. si quis diuturno, ff.
quemadmodum seruitus vindicetur*, in quibus
locis habetur acquisita seruitute per præscriptio-
nem, actionem vtilem competere: Deinde quia di-
citur, vt ex præscriptione oriatur exceptio iuxta
tradita supra ad Rubricam, ex *l. super longi,
Cod. de longi temporis præscriptione, l. si quis
emptionis,*

emptionis,C. de præſcript. longiſſimi temporis, deinde etiam quia Dominium prouenit à Iure gentium, *l. ex hoc Iure, ff. de Iuſt. & Iure*,ergo à Iure Ciuili tolli non poteſt ex præſcriptione,§ *fin. inſt. de Iure naturali,gentium,& ciuili.*

28 His tamen non obſtantibus,dicendum eſt verum,plenum, & directum Dominium transferri, primo quia vt iam dixi in hoc Text.ſi forte completa præſcriptione mala fides ſuperueniat, adhuc ita tutus eſt in conſcientia præſcribens, vt nullo modo ad reſtitutionem teneatur; ergo ex eo euenit, quod tranſtulit præſcriptio Dominium omnino, & irreuocabiliter: Deinde facit Textus *in l. 3. ff. de vſucap. l. acquiritur 2. §. non ſolùm, ff. de acquirendo rerum Dominio, l. traditionibus, Cod. de pact.* quibus probatur in vſucapionibus nobis acquiri rerum Dominia, & ſignificat Iuſtinianus *in §. 1. inſt. de vſucap.* in verſic. *& ideo*: & faciunt Iura *in l. vlt. Cod. de edicto diui, Adriani tollendo, l. omnes in fine, Cod. de præſcript. longiſſimi temporis*, quibus in locis habetur ei, qui bona fide præſcripſit pleniſſimam ſecuritatem ſuper Dominio præſtari; & ex *cap. inter memoratos 16. quæſt. 3.* vbi Dominium præſcriptione acquiſitum appellatur æternum, & ex *c. Clerici eadem diſt.* vbi proprietas nuncupatur, hanc partem docent Doctores Galli veteres, Decius, & Alciatus *in l. traditionib. Cod. de pactis*, Corraſius *lib. 6. miſcellaneorum, cap. 20.* Couarruuias *vbi ſupra*, Vaſchius *controuerſ. illuſtr. cap. 54.* Pinellus *in d. Auth. niſi tricennale, C. de bonis maternis. n 39.* Faquin. qui contrariis reſpondet, *lib. 1. contr. c. 70.*

29 Optime Balboa *in cap. vigilanti 5. hoc tit. à num. 30.* Videndus vbi contrariis etiam reſpondens aliis fundamentis, hanc noſtram ſententiam defendit, dicens quod præſcriptio potius eſt exceptio intentionis, quam actionis excluſio, vti probat cum multis, *ibi, num. 33 & 34.* quod bene expendit Faquin. *d. c. 70. in fine*, vt non obſtet vllum contrariæ ſententiæ fundamentum, apud quos, & alios videbis: ne longe agam.

30 Ne his noua illa conſideratio obſtet, nempe, vt ſit adiectio Dominij, vt ſcripſit Modeſtinus *in d. l 3. Cod. de vſucap.* ergo ſi adiectio eſt priori Dominio. nouum adijcitur, & ſic Dominium, quod eſt, duplicari vſucapione poteſt, quo aſſumpto exiſtimo potius vtrumque Dominium; tam vtile quam directum adiungi media vſucapione completa; nam ante eius implementum poſſidens vſucapit vtilitatem rei, quæ pertinet ad vtile, &

31 ea completa, acquirit plenum Dominium.†Adiunges ad propoſitum, quod ex multis congerit Pichardus *in §. ſic itaque diſcretis inſt. n. 7. & à n. 91. & 93.* vbi expendit, quod vſucapio dicitur adiectio Dominij eo quia vſu, & tempore latenti quodam incremento poſſeſſioni Dominium adijcitur, quod vltimo poſſeſſionis momento impletur, & plenum, integrum, & perfectum Ius præſtat, quaſi ad alluſionis inſtar; & ſic docet Dominium, non Domino, ſed poſſeſſione adijci.

QVÆSTIO VII.

An Iure noſtro Canonico ſint leges correctæ, & abrogatæ quæ mala fide præſcriptionem inducunt, & 40. annorum præſcriptio cum titulo æqui valeat immemoriali remiſſiuè?

SVMMARIVM.

1 *Leges præſcriptionis, nunquid Iure Canonico ſint abrogatæ modificatæ, ſeu declaratæ*, num. ſequent.

2 *Præſcribendi modus ſeruatur de Iure Ciuili, etiam hodie ſecundùm aliquos.*

3 *Præſcriptio cum mala fide rerum, non procedit; ſecus actionum, vt alij expendunt.*

4 *Leges ciuiles præſcriptionem inducentes cum mala fide in actionibus perſonalibus, non ſunt ſublatæ ſecundùm alios.*

5 *Leges ciuiles præſcriptionis cum mala fide introductæ, correctæ non ſunt, quoad forum externum ſed veriùs contra, n. 6.*

6 *Leges Ciuiles inducentes præſcriptionem cum mala fide, de Iure Canonico ſunt correctæ, etiam in actionibus realibus, & perſonalibus.*

7 *Debitor, qui ſcit ſe obligatum, etſi creditor non petendo debitum, poſſit actionem amittere, ſed non excuſatur debitor.*

8 *Quadragenaria præſcriptio cum titulo num æquiualeat immemoriali remiſſiue.*

QVia Balboa hic longe agit de ratione fundamentali, à quo proueniat, vt Ius Canonicum corrigat, ſeu abroget leges ciuiles aliquid cum peccato diſponentes, & ex noſtro Textu, item ex dictis *q. 1.* apertè colligatur fundamentum Iuris pontificij exigentis omni tempore bonam fidem, ad præſcribendam rem; ideo nunc, non longe agens, tantùm referam modos dicendi huc, vſque à Doctoribus inuentos, pro intelligentia huius difficultatis; & cum hæc inquiſitio multum pendeat à dictis quæſtione præcedenti, in verſic. *ad ſecundam*, vbi egi an ſtatutum ciuitatis, quo cauetur, vt niſi intra certum tempus creditor petierit debitum, valeat, & ſeruandum ſit dices in num. ſeqq. 1

Igitur in propoſito noſtræ difficultatis prima ſententia dicit ex Gloſſa hic, præſcriptiones Iure Canonico ſublatas non eſſe, ſed ſeruandas eſſe in Foro, ac Iuriſdictione Cæſaris; Canones verò in foro Pontificis; eo quod Textus noſter leges ciuiles non corrigat, ſed tantùm dicat nullam præſcriptionem cum mala fide valere, ſiue Canonicam, ſiue Ciuilem, quorum verborum, ſenſus eſſe videtur, ſiue de re temporali agatur, & Eccleſiaſtica, nullam Iure Canonico, atque in foro Eccleſiaſtico, valere præſcriptionem cum mala fide. 2

Secunda ſententia eſt præſcriptionem quidem rerum cum mala fide non procedere; ſecus in præſcriptione actionum; eo quod ſanctus Pontifex, dum ſtatuit præſcriptionem cum mala fide non valere ſemper loquitur de poſſeſſore rei alienæ, vt patet ex *c. poſſeſſor. malæ fidei de reg. iur. lib. 6.* & ex noſtro Textu, ibi, *oportet, vt qui præſcribit in nulla temporis parte rei conſcientiam habeat* 3

beat aliena, & ob id leges, quæ de actione loquuntur, non videri esse sublatas, hanc docent Hostiensis *in summa de præscr. tit. quæ res præscribi pos. col.* 1. versic. *actiones vero personales*, Bart. *in l. sequitur, § si viam, ff. de vsucap.*

4 Tertia sententia docet leges ciuiles præscriptionem indocentes. cum mala fide sublatas non esse io actionibus personalibus, quando scilicet debitor, oon est in mora soluendi, nec offerre tenetur creditori debitam pecuniam, nam si non fuerit ab eo petita, ia videturse præscriptione tueri posse, eamqoe præscriptionem, non tam ex mala fide procedere, quàm ex negligeotia creditoris non petentis, ita doceut Panormit. hic & alij.

5 Quarta sententia est aliorum dicentium leges correctas non esse, de quibus dictum est quantùm attinet ad forom externom; secus quoad forum internom animæ, & conscientiæ, sed cum dicat Pontifex nullam præscriptionem valere, vbi mala fides adest, tam canonicam, quàm ciuilem, sequitur vt nec in foro externo, recte obijci possit, aut aliqua eius ratio haberi debeat, secundom tritam regulam, non præstat impedimentum, quod de Iure non sortitur effectum; præsertim quia sanctus Pontifex derogat omni legi & coosuetudini, quæ absque peccato mortali, seruari noo potest, qualem proculdubio, ibi, existimat esse legem, & constitutionem, quæ absque bona fide præscriptionem inducit, & sic non debent audiri relati à Couar. *in dict. reg. possessor. p.* 2. §. 11. qui distinguerunt secundùm dicta in hoc corollario.

6 Quinta, & verissima sententia est omnes leges, & constitotiones, quæ præscriptionem absque bona fide inducunt Iure Canonico sublatas, & correctas esse, siue pertineant ad actiones reales, & siue agatur de foro interoo, siue externo, vt patet ex iam longe adductis in hoc nostro Textu, tum quia si leges prædictas sanctus Pontifex tollere potuit, & corrigere; ergo & voluit ex ratione Textus nostri cum agatur hic de peccato vitando, cuius causa, propter animæ salutem, summam habet potestatem decernendi, & statuendi, vt colligitur ex *cap. nouit* 13. *de Iudiciis*, vbi late dixi, comque Pontifex hic decernat, vt nulla valeat absque bona fide præscriptio, tam Canonica, quàm ciuilis, quoniam omoe, quod non est ex fide, peccatum est: sequitur vt Pontifex sic decreuerit, in versic. *generaliter constat*, vbi vult derogari omni constitutioni, & legi, quæ est cum peccato, qualis est lex, præscriptionis cum mala fide inducta: hanc partem in terminis docent communiter Doctores, Anchatranos, & Francus *in d. reg. possessor* Imola, & Felinus hic, & multi à Barbosa relati, Balbus *de præscription.* 2. *p.* 5 *partis pinc. quæst.* 13. & alij, quos refert, & sequitur Couarruuias *vbi suprà*, Antonius Gabriel cum multis, *de præscript. conclus.* 3. *num.* 3. Faquineus *lib.* 1. *controuers. cap.* 63. vbi expendit cæteras sententias, qui ad primam, & secundam satisfacit ex verbis nostri Textus, ibi, *difinimus, vt nulla valcat absque bona fide præscriptio, tam Canonica, quàm ciuilis*, vti iam expendi quæstionibus præcedentibus. † Et ad tertiam dicit quod 7
licet creditor sit oegligens, debitor tamen scit se obligatum esse, & consequenter, si post loogissimum tempus ab eo petantor debita, non posse se præscriptione tueri quia est in mala fide, nostram senteotiam, vt communem amplectitur Balboa videndus *in cap. vigilanti* 5. *hoc tit. à n.* 71. *vsque ad* 76. Legendus, qoi optimè expendit, & ego expendi, *suprà quæst præced.* versic. *ad secundam*, & *in cap.* 1. *sub quæst.* 4. cum egi de salariis præscribendis, cætera tamen pro ampliori tractatione huios quæstionis leges apud præcitatos Doctores præcipue Balboam *hic* & *in dicto cap.* 5. Couarruuias Faquineum *in locis præcitatis*. Et cum his finitur tota hæc præscriptionom inquisitio Die 27. Septemb. sanctorum Martyrum Cosmæ, & Damiani, in hac alma vrbe Vallisoletana celebratissimo ob reliquias horum sanctorum anno 1653. vtinam io laudem Dei, virginisque Mariæ.

Ad vltimam à num. 40. anoorum præscriptio cum titulo æquiualeat immemoriali quia 8
quia bene iotelligitur ex adductis supra, *in cap. de quarta, cap. causam, cap illud, & cap. si diligenti, hoc titulo*, ad ibi, dicta te remitto, item ad ea quæ ex proposito cum infinitis scribit D. Ioannes del Castillo *de tertiis, cap.* 34 & de ratione dixi hic *sub cap. vigilanti* 5. idem Castillo *sub cap.* 93. *controuers. verum & sub.* 58. vbi etiam de emptore immemoriali.

AD

AD TITVLVM DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

PRÆMISSVM.

ANte Rubricæ expositionem, & eorum quæ sub Rubro possunt tractari, libet præmittere, & præsignare quæstiones alibi dispersim in hoc Lib. 2. designatas, & tractatas, quæ vt iterum non repetantur ad longum hîc resumptiuè ponuntur, vt locis præcitandis possis legere, & videre.

I. Sententia lata contra Præceptores Religionis, vel contra administratores Ecclesiæ, an mandetur exequutioni aduersùs ipsos, aut aduersùs Conuentum, & Ecclesiam; egi *in cap. cum deputati 16 de Iudiciis, q. 3. remissiuè, per dicta in cap. 9. q. 7. & q. 9. in versic.* verum, *eodem tit.*

II. Sententiæ exequutiu super copotalibus, veluti electionibus qualiter fieri debeat? *in cap. fin. de Iudiciis, q. 6.* Et an exequutioni mandetur lata super electionibus officiorum annalium? *ibi q. 8. & affirmaui non obstante appellatione.*

III. Sententia lata super possessorio an sit definitiua, vel interloquutoria tantùm, & an ab ea possit appellari? *in cap fin. de Iudi. tis, quæst. 7.* Et quod lata super plenario sit definitiua?

IV. Sententiæ. cui stabitur, quando Iudex recusatus, & decuriones ei adjuncti in criminalibus causis proferunt sententias diuersas. Et quid de sententiis ordinarij & sociorum, & adjunctorum, & de arbitris discordantibus? *in cap. si quis contra Clericum 4. de foro compet. quæst. 23.*

V. Sententia lata à Iudice post recusationem nulla est, sed qualiter intelligatur? *in cap. 4. de foro compet. quæst. 39.*

VI. Sententia Iudicis vnius territorij an possit executioni mandari à Iudice alterius territorij, *in cap. postulasti 14. de foro competenti, quæst. 2.* Negatiuè sine litteris requisitoriis.

VII. Sententia absolutoria pro reo, an auferat Dominium ab actore? *in cap. examinata de Iudiciis, q. 14 negatiuè respondi.*

VIII. Sententia absolutoria simpliciter lata, an sit sententia definitiua, vel interlocutoria, *ibi, q. 26.* Est definitiua quantum ad instantiam sequutam; sed quatenus ad rem deductam in Iudicio, est tantùm interlocutoria.

IX. Sententia absolutoria an possit ferri sine causa, & sine scriptis? *in dicto cap. examinata, dicta quæst. 25. n. 3. & 4.*

X. Sententia absolutoria ab absolutione Iudicij, in quo differat ab absolutione à causa, vel à petitis? *in cap. fin. de Iureiurando, §. 1. quæst. 3. versic.* ad quartam, *num. 25.* Respondi differre in eo quod vna dicitur interlocutoria, altera appellatur definitiua.

XI. Sententiæ absolutoriæ ab obseruatione Iudicij, qualiter à Iudice formentur? *in dicto cap fin § 1 quæst 3. versic.* ad vltimam, *n. 34.*

XII. Sententia an proferri queat in causa restitutionis contra contumacem, lite non contestata? *in cap. 2. vt lite non contestata, quæst. 1.* vbi respondi negatiuè.

XIII. Sententia Iudicis an valeat si probationes in Iudicio factæ sunt, nullis dilationibus, nec termino assignato partibus? *cap. 1. de dilationibus, quæst. 6. versic.* ad secundam. Affirmo nisi à parte petatur.

XIV. Sententia verbalis super restitutione, an aliquos producat effectus? *in cap. cum super 4. de causa possessionis, & proprietatis, quæst. 1. & in cap. 3 eodem, quæst. 1. versic.* Vnde, *& in versic.* nec enim est minus vtilis.

XV. Sententia qualiter proferatar à Iudice contra turbantem aliquem in posses-

sione,

fione,& quibus comminationibus? *in cap. accepta de restitut. spoliator. quaest.5. versic.* ad quartam, *vbi de praxi.*

XVI. Senrentia excommunicationis à Iudice incompetenti lara, si per aliquot dies obseruetur à non subditis, an tribuat incompetenti Iudici Iurisdictionem; ita vt, si petat restitutionem restituatur in Iure taliter quaesito, *in cap. olim, de restitutione spoliatorum, quaest.1.*

XVII. Sententia an debeat continere condemnationem expensarum? *in cap. finem litibus, de dolo & contumacia, quaest. 5. versic.* ad secundam, *affirmatiuè cum distinctione.*

XVIII. Sententia super beneficio, an transeat in rem iudicatam, respectu Superioris. quominus possit de Iuribus partium inquiri? *in cap. cum olim de dolo & contumacia, quaest.1. sub distinctione.*

XIX. Senrentia au auferri possit, lite nondum contestata, cum proceditur per viam Inquisitionis contra aliquem absentem contumaciter, *in cap. veritatis de dolo, & contumacia, quaest.1.*

XX. Sententia sine certa quantitate, an sit inutilis, *in cap.1. de sequestr. possess. & fruct. quaest.2. versic.* ad secundam, *negaui remissiuè.*

XXI. Sententia lata ex falsis instrumentis, an sit ipso Iure nulla, aut veniat retractanda, *in cap.4. de Fide Instrument. q.1. versic.* ad quintam, *n.22. adjunges dicta in cap.9. de Testibus, q.1. & 2. vbi ad quaestiones, respondit vt valeat merò Iure, sed rescindi exceptione falsitatis.*

XXII. Sententia an retractetur reperto instrumento, vel testamenro, *in cap. cum dilectus de Fide Instrumentorum, versic.* ad quartam, *num.1. remissiuè, de qua dico infra in cap. suborta.*

XXIII. Sententia continens plura, an sir vna, vel sint sententiae plures, *in c. cum Ioan.10. de Fide Instrum. q.4. à n.1. vbi de effectibus. Vbi, vt dicatur pluralis.*

XXIV. Sententia lata in omnibus causis, praeter conjugales, quae per artis testimonia deciduntur, an transeat in rem iudicatam, *in cap.4. de probat. q.5. à n.1.*

XXV. Vel an queat retractari, seu ab ea appellari, *ibi n.8. versic.* ad secundam.

XXVI. Et quid de sententia, quae lata est, secundum consilium sapientis, *ibi in versic.* ad tertiam, *n.11. Et resolui non transire.*

XXVII. Sententia excommunicationis qualiter probetur, *in cap. post cessionem 7. de Probationibus, q.4. à n.1.*

XXVIII. Sententia an possit per testes probari, *in cap.7. de Probationibus, quaest.4. versic.* ad secundam, *remissiuè.*

XXIX. Sententia lata ad dictum corruptorum testium, an sit retractanda, *in cap. sicut vobis 9. de Testibus, quaest.1. Affirmaui.*

XXX. Senrentiae latae secundum rescriptum, aut priuilegium an stetur, licet aduersus ipsum de falso oppositum sit, dum non constat de falsitate ipsius priuilegij, seu rescripti, *in cap. accepimus 4. de Fide Instrum. q.1. à n.1. Dixi vt valeat, sed fauere.*

XXXI. Sententia diffinitiua an, & qua referatur ex violenta praesumptione, *in cap. afferte de praesumpt. q.1. à n.1. & 6. vide ibi q.4.*

XXXII. Sententia retractari an queat praetextu periurij, *in cap. breui 17. de Iureiurando, q.2. versic.* ad secundam, *à n.31. affirmaui si ea praesentans iuret de illa antea notitiam non habuisse, &c.*

XXXIII. Sententia per Iudicem an ferri possit ex instrumento in Iudicio non producto, *in cap.4. de Fide Instrum. q.1. versic.* ad quartam, *n.20. negaui.*

XXXIV. Et ad quaestionem, an restitutio detur aduersus sententiam, *si testes falso non deposuerunt; corrupti tamen fuerint precibus, vel pecunia ad falsum deponendum, in cap. sicut 9. de Testibus, quaest.1. versic.* ad tertiam, *à num.25. Et respondi non dari si deficit falsitas.*

XXXV. Senrentiae rei iudicatae executiuo, videbis infra assignata, *in cap.15. hoc tit. ante eius tractationem.*

XXXVI. Sententia lata parte praesente, & non citata an sit nulla, dixi, *in cap.1. de causa possess. quaest.3. à num.1.* & iterum, *immemor dico infrà in Rubrica quaest.1. versic.* ad sextam.

XXXVII. Sententia, quae non pronunciat super exceptione reseruata, expressè, etiam instante parte, an valida sit, *dixi in Rubrica de Exceptionibus, quaest.5. in versic.* ad tertiam.

XXXVIII.

XXXVIII. Sententia iniusta; siue præscriptio an retractentur post tempus transactum ad appellandum prætextu denunciationis Euangelicæ? *dixi in cap. nouit de Iudiciis sub quæstione 44. Affirmant si lata cum bona fide, n. 7.*

AD RVBRICAM De Sententia, & Re Iudicata.

SVMMARIVM

1 *Sententia, & Re Iudicata quid sibi velint.*
2 *Sententia, aut est difinitiua, aut interlocutoria, illa, aut est absolutoria, aut condemnatoria.*
3 *Sententia difinitiua vocatur, quæ controuersiam definit absoluendo, seu condemnando.*
4 *Sententia nomine non includuntur arbitrium, transactio, Iusiurandum, nec præceptum de soluendo.*
5 *Sententia, interlocutoria, dicitur quæ inter principium, & finem causæ profertur super aliquo incidenti, aut emergenti.*
6 *Sententia interlocutoria, diuiditur, in interloquutoriam meram vel in aliam, quæ habet vim definitiuæ, & quæ vtraque.*
7 *Sententia difinitiuæ finis est litem finire, & Iudicis potestatem, qui post eam latam nequit corrigere aut emendare.*
8 *Sententia difinitiua facit Ius inter partes, & producit actori actionem Iudicati, n. 9.*
9 *Sententia difinitiua plures effectus producit de eius Authoritate remissiuè, n. 10.*
11 *Sententia exequitur dum res non recipiunt mutationem.*

1 VT ad quæstiones, & dubia, quæ potius debent tractari, tam sub hac Rubrica, quam sub eius R ibro descendam, duxi incipiendum nonnullis generalibus proprie ad Rubricam spectantibus, cumque hic titulus instituatur de sententia, & Re Iudicata, præmittendum est quid sibi velint sententia & Res Iudicata; igitur sententia hic dicitur ipsa pronunciatio, seu difinitio Iudicis finem controuersiæ imponens; res autem Iudicata est ipsa causa controuersa, quæ finem controuersiæ Iudicis pronunciatione, accipit, vel absolutione, vel condemnatione: sic Doctores per Textum *in l. 1. ff de re Iudicata*; etsi reuera hæc duo promiscue sumantur.
2 tur. † Est enim sententia duplex alia definitiua, alia interlocutoria; & illa, quæ dicitur difinitiua, subdiuiditur in condemnatoriam, & absolutoriam, de quibus omnibus videbis *in d. l. 1. & in l præses 3. Cod. de sentent. & interlocutionibus omnium Iudicum*, Glossa *in clem de sequestrat.*
3 *possess. & fructuum.* † Sententiam namque definitiuam, vocamus eam, quæ principalem causam, seu controuersiam definit, ac terminat absoluendo, vel condemnando.
4 Et nomine sententiæ, non includuntur arbitrium, transactio, Iusiurandum, præceptum de soluendo quod fit in confessum, non seruato ordine Iudicario, & sine causæ cognitione, quia licet hæc causam difiniant; non tamen sunt sententiæ difinitiuæ; quod si sententiam non absoluat, vel condemnet, non dicetur difinitiua, nisi quando causa deuoluta per appellationem ad altum Iudicem superiorem ipse pronunciando, male appellatum, bene Iudicatum, vel contra, quia tunc talis pronunciatio dicitur definitiua sententia, Iuxta Textum *in l. eos qui 6. C. de appellat.*

Sententia verò interlocutoria, dicitur ea, 5
quæ inter principium, & finem causæ super aliquo incidenti, vel emergenti profertur, Iuxta Glossam *in clem. 1. de sequastrat. possessionum*, in verbo *difinitiua*, Maranta *in speculo p. 6 tit. de sententiis, num 2.* etsi interdum accidat, vt interlocutoria pronuncietur post finem causæ, & sententiam latam, Iuxta Textum *in l. cum Clericus, Cod. de Episcopis, & Clericis, l iubemus & ibi, Glossa, Cod de aduocatis diuers Iudiciorum*: interdum dicitur interlocutoria vbi non est aliud principium, vel finis, *in § si quis autem nouella de hæredit. & falcidia*, & sic generaliter poterit definiri, vt sit pronunciatio Iudicis facta ad alicuius articuli expeditionem; & ob id dicitur interlocutoria à modo proferendi, vel quia Iudex per eam non definiat causam, sed vt plurimum summarie inter partes interim, & dum spectatur Iudicium difinitiuum, super aliquo incidenti, vel emergenti interloquitur, vel quia inter partes loquendo sine solemnitate scripturæ pronunciat, veluti si Iudex inter loquendo concedat, vel deneget parti petenti dilationem, aut testium productionem, si dicat procedendum esse in causa, si declaret se Iudicem competentem.

Interloquutoria sententia, etiam diuiditur in 6
meram interloquutoriam, & in interloquutoriam, quæ habet vim difinitiuæ prima est, quæ nec instantiæ, nec negotio principali, nec etiam articulo substantiali negotij principalis, finem imponit, seu quæ quoad id super quo fertur, non parit præiudicium irreparabile, nec quantum est ex se, facit cessare officium Iudicis, sed potest ab eodem Iudice reuocari; ea tamen, quæ vim habet difinitiuæ ex eo dicitur, quia quoad id super quo fertur, parit præiudicium irreparabile per difinitiuam, vel appellationem à definitiua, & post quam non expectatur alia sententia super eo, super quo lata est, seu quæ causam principalem non definit, sed vnam partem negotij principalis, & post se; aliam spectat sententiam, quæ toti causæ finem imponat; talis est, qua pronunciatur causa deserta, præceptum de soluendo, & omnis sententia, quæ definit vnum articulum substantialem negotij principalis, vt si Iudex minorem petentem restitui in integrum, pronunciet non esse minorem, si admittat vel reijcit exceptionem peremptoriam, & insuper omnis interlocutoria, quæ continet aliquid dari, vel fieri: docet Maranta *de ordine Iudicior. p. 6.* in versiculo. *& demum fertur sententia, §. deci ria iudicij, à numero 41. ad 43.* hæc omnia tradunt, Hostiensis, *in summa, hoc tit.* Ioannes, Baptista, Banagel;

Andreas, Valensis, Zipæus, & alij, *in hoc titulo*, qui omnes agunt de differentia difinitiuæ sententiæ, & interlocutoriæ quæ iam ex adductis percipitur: de his agit cum aliis Barbosa *hic n.5.& 6.*& *in d.clem.1.de sequæstr.possess.à n 35.* vbi alios adducit.

7 Quod si interroges quis finis, seu effectus definitiuæ sententiæ sit, dico primo, vt ea finiat litem, & potestatem Iudicis, quia is postea quam semel sententiam dixit, quoad eam causam desinit esse Iudex & ideo sententiam semel latam nequit mutare, corrigere, aut reuocare, ex *l. Iudex postea quam 55. & ex l. quod iussit 14 ff. de re Iudicata*, nec in ea reseruare sibi condemnationem in expensis, quia iam functus est officio ex *l. Paulus 42. ff. eodem, & ex dicta l. Iudex:* nec alia facere teferenda ex *dicta l. Paulus, & l.3.Cod. de litium expensis*; ad quæ applicabis dicta de expensis litium, *in c.fin.litibus de dolo, & contumacia* vbi abunde scripsi.

8 Secundus affectus rei iudicatæ, hoc est definitiuæ sententiæ, est vt faciat Ius inter partes, inter quas lata est, si ab ea in tempore appellatum non sit, vel si sit appellatio desetta, quia tunc pro veritate habetur, ex *l. res Iudicata, ff. de reg. Iuris*, fallit si res inter alios sit acta, Iuxta late dicta *infra in cap. 17. hoc tit.* ita Valensis *hic num.2. §. 6.* Berbosa *num.12.* qui dicunt quod inter partes Ius constituit per verba Textus *in cap. cum inter hoc tit.* ibi, *Ius ex sententia factum fuit*, habet authoritatem Iuris, & censetur facere partem illius, vt probat sic intelligendus Textus *in l, nam imper. ff. de legibus:* aduertunt Barbosa, & Cabedus *lusit decision. 212. numero 5. p. 1.*

9 Tertius inquam effectus est, vt producat actori, pro quo lata est, actionem iudicati siue rei Iudicatæ, vt præstet reus id, in quo condemnatus est, satisfaciatque sententiæ, *l. actori, Cod. de rebus creditis, l. miles 6. §. fin. ff. de re Iudic. l. si prætor 75. in fine, ff. de Iudiciis, l. 1. C. de arbitris:* sic Barbosa *sub dicto num. 12.* & Valensis *num. 3. §. 5.* hic docet quod hæc est ciuilis actio descendens ex *l. 12. tabul. personalis, l.3. §. 11. ff. de peculio*, perpetua, & rei persecutoria hæredi, & in hæredem competens, *l. miles, §. vltimo, ff. de re Iudicata*, item ex ea resultat exceptio rei Iudicatæ Iuxta totum titulum, *ff. de exceptionibus rei Iudicatæ*, de quo dixi nonnulla, *supra in Rubrica de exception.* sic Barbosa, quæ reo competit absoluto per sententiam contra actorem eiusque hæredem, vel alium eius nomine agentem, *l. res Judicata, ff. eodem*, nisi forte nunc abintestato conueniatur, quia ante ex testamento conueniebatur, vt declarat, Valensis *sup. dict. num. 3. in fine*; illa etiam executioni mandatur, *in l. à Diuo Pio, ff. de re Judicata, & dicto toto tit. ff. de except. rei iudicatæ:* sic Barbosa *sub, dict. num. 12.* de qua executione dico late, *in cap. 15. infra*, alios denique habet effectus, de quibus, *infra*, poteris videre; nunc verò descen-

10 do ad quæstiones. † De vi Authoritate sententiæ Osualdus *lib.27. comment. cap.1.*& de definitione Iudicati, *cap.2.* de absolutoria, *cap. 5.* de nullitate, *cap. 6.* de vitio sententiæ ex dolo aduersatij, *cap.7.* de pœna Indicantis iniustè, & desolemnibus ferendæ sententiæ, *lib.28. cap.2. & 3.* de sententiarum pronunciatione antiqua Reuar. pro Tribunali *tit. 2. c.21.*

Et pro generali conclusione huius materiæ dico quod sententia sicut & quælibet alia dispositio intelligitur rebus sic stantibus & illis mutatis opus est noua prouisione ita vt si Iudex condemnat debitorem ad Dandum secundum veterem æstimationem in solutum quæ erat fauorabilior creditori & ipse diferat satisfactionem in tempus quo valor variatus est & quia alias erat fauorabilis creditori & nunc est ei damnosus tunc variari debeat sententia & creditori subueniendum Surdus *decis. 289. num.11. & 12*, Butsatus *cons. 284. num. 7.* cum infinitis cum aliis Ciriacus *tom. 3. cont. 481. à num.39.* & faciunt quæ longe dixi, *sub cap. quemadmodum 25. de Iureiurando*, vbi de Iuramento non implendo ob rei mutationem & videbis Textum *in l. nulli 7. Codice de erogatione militari annone*, vbi qui petere desinens annonam in tempore fertilli post non auditur petens in tempore charestiæ applicabis Textum *in cap. si propter sterilitatem infra de locato*, vbi infinita conducibilia dico pro Rubrica huius tituli leges nouissime Matthæum Colerum *de processibus executiuis, p.4. pag.138.* 11

QVÆSTIO I.

An Sententia lata in causa summaria, dicatur difinitiua, exceptio rei Iudicata in summario, an obstet in ordinario: An sententia nocte lata valeat: Et an vt præferatur, requirat monitionem, trinam: Et an sententia lata in Iudicio ordinario, possit in alio Iudicio retractari: An sententia sit nulla parte præsente, & non citata: Et an in sententia contra absentem præsumantur omnia solemniter facta, si acta processus, non inueniantur?

SVMMARIVM.

1 *Sententia summarie lata tendens ad expeditionem negotij, dicitur difinitiua, & exemplificatur, & num. 2. aliter sentiunt alij, num. 3.*

2 *Instantia currit etiam in summariis, quæ non venit, nisi post litem contestatam.*

4 *Exceptio rei indicatæ in summario nunquid obstet in ordinario iudicio, n.5.6.7. & n.13. vbi expenditur.*

6 *Probationes plenæ in summario factæ faciunt, vt lata sententia in summario præiudicet, in ordinario, qualiter n.13.*

7 *Sententia lata super principali, nocet incidenti, si plene super illo cognitum sit.*

8 *Litigator non est æque diligens in summario iudicio, ac in ordinario.*

9 *Summarium iudicium, caret forma veri iudicij.*

10 *Cognitum, & decisum in iudicio summario potest iterum deduci in ordinario.*

11 *Sententia*

11 *Sententia lata extra ordinem Iudiciorum, non habet rei Iudicatæ vim.*
12 *Forma Iuris posita est, vt probationes fiant post litem contestatam.*
13 *Sententia in summario lata, dicitur difinitiua reuocabiliter.*
14 L. 3. §. causæ cognitio, ff. de Carboniano edicto.
15 L. 2. C. de ordine cognit.
15 L. sin autem, §. fin. ff. de negotiis gestis.
17 *Sententia lata hora prima noctis non valet, & de ratione, n. 18. & n. 23, nox à quota hora incipiat, n. 14.*
18 *Lites debent procedere, sine aliqua fraudis suspicione.*
19 *Iudex proferendo sententiam debet habere partis præsentiam.*
20 *Transitus de nocte, non conceditur.*
21 *Sententia debet ferri palam, & non occulte, imo & publice debet recitari nisi sit interlocutoria num. 14.*
22 *Tenebræ sunt apta ad fabricandum falsum, & quæ clam fiunt, habent delicti speciem.*
23 *Index si sententiam nocte proferat sustinetur partium consensu, seu consuetudine.*
24 *Dies, & nox à quota hora diuidantur.*
25 *Sententia nequit proferri sine trina monitione, aut vna pro tribus, assignata die per Iudicem ad eius probationem.*
26 *Citatio ad sententiam audiendam est necessaria, alias eius omissio inducet nullitatem ipso Iure num. 32. 33.*
27 *Citatio ad sententiam debet esse peremptoria, nisi in beneficialibus, & aliis summariis, item & specifica, non per æquipolens, n. 28. 51.*
29 *Citatio non est necessaria quando superior velit cessare statuta contra Ius Diuinum.*
30 *Citatio necessaria non est, quando terminus est assignatus ab homine Iurisdictioni Iudicis, vel instantiæ causæ, nec in sententia ferenda super expensis. n. 31.*
33 *Sententia si fertur super notorio crimine, nunquid sit necessaria citatio.*
34 *Citatio ad audiendam sententiam in causa appellationis, an sit necessaria.*
35 *Citatus an debeat spectari, vsque ad tempus diei.*
36 *Citatio nunquid necessaria, si constat absenti nullam competere defensionem.*
Vbi quod omnes litigantes ad sententiam sunt citandi alias ex non citatis nulla sit inter citatos in connexis vt n. 37.
38 *Sententia lata in Iudicio incidenter, aut per exceptionem, poterit in alio Iudicio tractari, vt suadetur exemplis, n. 38. intelliges, vt à num. 39.*
40 *Sententia lata in Iudicio ordinario contra actorem pro excipiente, nequit tractari in alio Iudicio, in quo agitur ad rem successoriam, & n 41. 42.*
41 L, ex diuerso, §. 1. ff. de rei vindicat.
42 *Decisum in Iudicio ordinario plenario incidenter contra excipientem pro actore, nequit in alio Iudicio deduci, si concernat causam status, aut in alio æque principali deduci, num. 42.*
43 *Agi ad eundem finem dicitur quando agitur de eodem facto, etsi per media diuersa.*
45 L. vindicantem, cum l. sequenti, ff. de euictione.
46 *Citatio ad audiendam sententiam, non est necessaria, si pars citanda adsit præsens in Iudicio n. 46. & n. 49.*
47 *Citatio est introducta ad effectum comparationis.*
48 *Actus Iudiciarius, qui fit præsente parte, si statum non contradicat, nocet.*
49 *Actus à Iudice factus præiudicat parti scienti, à quo nequit appellare.*
50 *Citatio ad sententiam, vtraque parte præsente necessaria non est.*
51 *Sententia vt valeat debet ferri, partibus præsentibus, aut debet eas citare Iudex ad eius prolationem si præsentes non sint.*
53 *Acta processus, quæ non inueniuntur, quando contra absentem rite facta præsumantur, n. 54. 55. & 56.*

AD primam quæstionis partem existimo dicendum quod sententia lata in causa summaria, si tendat ad expeditionem negotij, licet summarie tractetur, definitiua debeat appellari, tum ex late adductis, *in cap. dilecti 6. de Iudiciis, quæstion. 16. & 17.* vbi egi de ordine procedendi in causis summariis, & ex nonnullis adductis, *in cap. licet 9. de probationibus*; deinde quia, *in clem. sæpe de verb. signif.* vbi hæc sententia dicitur difinitiua, & tamen ibi, summariè proceditur. Tertiò ex *l. 1. ff. de re Iudicata*, vbi, vt iam, *supra*, adduxi, res Iudicata dicitur, quæ continet absolutionem, vel condemnationem. Quarto quia summa cognitio successit in locum ordinariæ; & id eo sapit naturam ordinariæ ex Doctrina Bartoli, & Baldi *in l si olei, Cod. de locato.* Quinto quia etiam in summariis lis contestata dicitur, seu intelligitur per primum actum, quo incipit agi de meritis, *cap. 1. de electione lib. 6.* Iuxta ea, quæ dixi, *in dicta quæst. 16. & 17. dict. cap. 6. de Iudiciis.* † Ob idque dixit Abbas *in cap. fin. eodem*, quod currit instantia etiam in summariis, quæ instantia non venit, nisi post litem contestatam, ex *l. properandum, §. & si quidem, Cod. de Iudiciis*, de qua late adduxi *supra in cap. venerabilis 20. de iudic.* Sextò quia Bartol. *in l. si quis à liberis, §. siue parens ff. de liberis agnoscendis*, dicit sententiam latam in causa alimentorum esse definitiuam, licet summariè procedatur in ea Septimò patet ex definitione relata à Speculat. *tit. de sent. prob.* & à Hostiense *in tit. de re Iudicata*, dicentibus, vt sit Iudicialis definitio, quæ finem impedit controuersiæ per absolutionem, & condemnationem. Octauò quia ex simili stipulatio dicitur proprie; licet non requirat solemnitates, quæ olim requirebantur, § . *sed hæc solemnia inst, de testament*, & testamentum dicitur, etiam si in eo solemnia antiqua cessarent, ex *l. quoniam Cod. de testam.* imo & actio proprie ea dicitur, in qua iam non concurrunt illæ antiquæ solemnitates Iuxta, *l. 1. Cod. de formulis sublatis*; & sic hanc partem docent Faquineus *lib. 13. controuers. cap. 18* cum multis Menchaca *vsu frequentium, cap. 35. à n. 1.* vbi cum aliis sequitur Barbosa *in d. clem. sæpe n 11.* 1 2

Vnde non obstant Decius, & Angelus *in Auth. de collat. §. prohibemus & in Glossa l. 2. ff. de offic. eius qui vicem alter gerit*, vbi in verbo *mixtum*, interrogantes de hac quæst sic loquuntur, eam nõ dici difinitiuam, quatenus non seruatur in ea ordo Iudiciarius, quibus satis respondetur ex adductis. Nec obest Bartol. *in l. Titia. ff. de accusation. num. 8.* 3

num. 8. quatenus dicit difinitiuam ratione ordinis & solemnitatum, & quia definit negotium, quia non, vt necessarium eaposcit vtrumque, sed ait dici difinitiuam, vel ratione solemnitatum, quæ in sententia requiruntur, vel quia sententia definit negotium; & ideo concludit ibi sententiam absolutoriam ab obseruatione Iudicij esse definitiuam, quod expendit iuxta quæstionem assignatam ante Rubricam, num. 8. Et sic præter relatos tenuerunt nostram sententiam ex antiquis Riminaldus in dicta l. Titia, num. 12. negando Bartolo doctrinam, quod non admitto, cum non possit negari, Bartoli doctrina in alia materia; & sic stabis in intellectu proxime adducto, iuxta quem Castrensis, & Cagnolus cum eo, num. 86. supra, Riminaldus vbi suprà, Bolognetus num. 41. de hac quæstione pro vtraque parte plures adducit videndos Ceuallos in pract. q. 641.

4 Ad secundam quæstionis partem, an exceptio rei iudicatæ in summario obstet in ordinario, vt plenius expendas, adiunges dicta in cap. causam 11. de testibus, vbi egi de dubio, an testium dicta in vno Iudicio, fidem faciant in alio, quæst. 1. & quod probationes factæ in Iudicio summario, nō noceant in iudicio ordinario; docet Textus in cap veniens, el 2. de testibus; & ob id adiunges etiam quæ adduxi, in cap. fraternitatis 17. eodem, quæst. 2. à num. 1. vbi egi de quæstione, an testium publicatio facta in summario impediat examen testium in plenario possessorio, & petitorio; & ibi, in versic. ad secundam, num. 4. egi de illa quid de facta in vno Iudicio respectu alterius vbi de aliis dubiis.

5 Et videtur respondendum ad nostrum dubium, vt quemadmodum sententia lata in Iudicio summario dicitur definitiua ex proxime dictis; sicut ea quæ fertur in iudicio ordinario; ita similiter debeat responderi in præsenti dubio.

6 Ob idque dixerunt multi, quod vbi probationes factæ in summario sunt plenæ, sententia lata in summario præiudicet in ordinario; nam etsi Textus in dicta l. 3. Cod. de Carboniano edicto, dicat vt in summario sufficiat semiplena probatio, de quo late disputaui, in dicto cap. licet depreb ation. quæst. 5. versic. ad secundam, à num. 14 vbi videbis: hoc tamen cessare existimant, quando pro-
7 bationes sunt plenæ in summario. †Deinde quia sententia lata super principali, nocet etiam super incidenti, quando plene fuit cognitum super incidenti Glossa in l. 2. Cod. de ordine cognit. vltimo ex l. fin autem §. vltimo, ff. de negotiis gestis, & in l. quod in diem, §. 1. de compensat. sic tenuerunt Alexander in dict l. à Dino, § si super, n. 9. Decius consilio 96. Panormitanus conf. 59. lib. 1. Ripa in l qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. obligat. n. 21. Socinus Iunior n. 60.

8 Alij inquam aliter dixerunt ex eo, quia litigator non præsumitur, tam diligens in Iudicio summario, sicut in ordinario. Secundò quia probatio non necessaria non releuat, §. vltimo, & ibi, Glossa Cod. qui legit. person stan. in Iudicio, sed plenæ pro-
9 bationes releuant. † Tertiò quia Iudicium summarium caret forma veri Iudicij; ergo sententia
10 in eo lata, non nocet in alio Iudicio. † Vltimo quia cognitum, & decisum in Iudicio summario, potest iterum deduci in ordinario Iudicio, iuxta Textum in dict. l. à Dino Pio, § si super, ff. de re Iudicata, l. pen. ff. de his, qui sunt sui, l. si quis à liberis, ff. de liberis agnoscendis, l. 3. §. causa cognitio, ff. de Carboniano edicto, l. si autem, § si quocumque, ff. de nego-
tiis gestis; & per hæc fundamenta sic docent Aretinus in cap. causam quæ de testibus, num. 19. Baldus in l. 2. in fine, Cod de edendo, Crotus in l qui Romæ, § duo fratres, ff. de verb. obligation. Faquineus lib. 10. controuersiarum, cap. 8. tum quia leges non distingunt: ergo siue probationes in summario plenæ
sint, seu semiplenæ; idem dicendū esse ait. † Tum 11
etiam quia sententia, quæ lata non est secundùm ordinem Iudiciorum, non habet vim rei Iudicatæ ex l. prolatam, Cod. de sentent. & interlocutionibus; & talem esse ait sententiam, quæ fertur in Iudicio summario, ob idque bene dixisse Baldum in l. fin. Cod. de edendo, processum summarium non fieri, secundùm formam Iuris. † Sed forma Iuris, vt 12
loquitur Glossa in dict. l prolatam, in hoc posita est, vt probationes fiant post litem contestatam; item vt libellus detur, litis contestatio fiat, & seruetur forma Iudicij: ergo.

Ego autem video hoc fundamentum Faquinei 13
impugnari ex dictis ab eo, in dict. lib. 13 cont. c. 18. vbi appellat sententiam in Iudicio summario latam difinitiuam, vt iam adduxi, suprà in dubio 1. à num. 1 Et ob id existimo ibi dictum procedere reuocabiliter, hoc est, vt sententia lata in Iudicio summario dicatur definitiua, io quantum ad præstandum Ius parti, interim dum alia non mouet quæstionem in Iudicio alio ordinario super alia re; quod non est æque in sententia difinitiua in Iudicio ordinario; quo pacto in dubio præsenti, potest sustineri Faquineus, qui respondet fundamentis contrariæ sententiæ. † Ad il- 14
lud ex dicta l. 3. §. causa cognitio, Cod. de Carboniano, non cessare prorsus rationem legis, quia potuisset pars esse diligentior, si ordinarium fuisset Iudicium, vt dicebat Aretinus in dicto cap. causam quæ, numero 29. de testibus. † Et ad 15
adductum ex Glossa in dicta l. 2. Cod. de ordine cognition. dicit nihil ad rem facere, quia non agitur in præsenti de incidenti quæstione, † Et 16
ad adductum ex dicta l sin autem, §. vltimo de negotiis gestis, respondet ibi non agi de iudicio ordinario, & summario, sed de emptione semel cognita in vno Iudicio, quæ iterum nequit in alio deduci.

Ad tertiam quæstionis partem, an sententia 17
nocte lata valeat & Glossa in l more maiorum ff. de feriis, §. omnis inst. de verb. docent quod sententia lata hora prima noctis, non valet: sic tenent & sequuntur Petrus de Velapartica in l. non minorem, Cod. de transact. Innocentius in cap. consuluit per illum Textum de officio delegati, vbi Felinus numero 18. dicit communem opinionem; & sic fuisse obseruatum de facto, tenet etiam Aretinus in dicto §. omnis, num. 7. & Iason dicit communem, in dicta l. non minorem, num. 2. alios plures refert, & sequitur Padilla ibi num. 9.
† Et ratio est quia alias præsumitur fraus, & 18
cautela Iudicis, cum debeant lites procedere sine aliqua suspicione, vt in l. apertissimi, Cod. de Iudiciis, l. 1. §. 3. ff de ventre inspiciendo. †Tum 19
quia cum Iudex profert sententiam, debet habere præsentiam partis, vt in l. Iudices, ff. de Iudiciis, l. 2. Codice si per vim, vel alio modo.

Tum etiam quia transitus de nocte non conceditur, vt in l. in itinere, Cod. communia prædiorum, 20
l. hoc edicto, ff. de his, qui deiecerunt, vel effuderunt.
† Vltimo quia sententia debet ferri palam, & 21
non occultè, imo, & publice, vt in l. cum sententiam, Cod. de sent. & interlocut. omnium Iudicum;

Iudicum; Ob idque sententia, quæ non profertur in luce, dicitur fieri occulta, & clandestina, vt *in l. 1. ff. de furtis*, §. 1. *princ. inst. de obligation. quæ ex quasi delicto nascuntur*: quare Iudices supremorum consiliorum & regalium Cancellariarum, ac audientiarum; ita obseruant publicè legentes, & recitantes sententias; & hoc tutissimum vocat Ceuallos *in practicis*, *quæst.* 670. dicens apud omnes esse obseruandum, imo & ex prædictis fundamentis, hanc opinionem dicit Signorolus de Homodeis *consil.* 52. communem esse legistarum, & Canoni-
22 starum, sic vt ipse consulerit pro ea. † Sunt enim tenebræ aptæ ad fabricandum falsum, quia tale tempus dicitur suspectum, cum tunc in actu facto in loco occulto, vel tempore nocturno, præsumatur dolus, Mascardus *de probationibus*, *conclus.* 531. *num.* 43. illa enim quæ clam fiunt, habent delicti præsumptionem Zenedus *ad decretales collect.* 58. *num.* 1. imo delicta tunc commissa acrius puniuntur Hypolit. *cons.* 83. *à num.* 16.

23 Verùm Glossa *in Authentica de Iudiciis*, §. *sedebunt*, verbo *matutino col.* 6. dicit quod Iudex potest, (si velit) sententiam nocte proferre, quam dixit communem opinionem Lancelotus, Decius, *in dicta l. non minorem*, *Cod. de transaction.* cumque Iudices inferiores soleant non currere, de precibus solent sæpius sic practicari, quod inquam, tacito assensu partium sustinetur, aliàs si reclamarent existimo de Iure statuendum esse in priori opinione: Pro hac secunda sententia facit, curiæ Romanæ stylus: tradunt Barbosa *in dict. cap. constitution num fin.* Vantius *de nullitate sententiæ ex defectu Iurisdictionis ordinariæ*, *num.* 131. Iason *in l. more*, Romano *num.* 12. *ff. de feriis*, Cotta *immemorab.* verbo, *sententia*, *pag.* 753 Azeuedus *in l.* 10. *tit.* 17. *lib.* 4. *recopilation.* Menochius *de arbitrariis*, *lib.* 1. *quæstion.* 62. & idem Azeuedus *num.* 84. *dicta l.* 10. dicit quod Iudex potest matutino vespe-
24 re, mane & meridie Iudicare. † Et per noctem intelliges post datum signum ad salutationem angelicam, quousque videri potest lumine artificiali, vsque ad idem; id est vsque ad illud tempus, quo iam Albescit, quia tunc proprie appellatur dies, sic Tiraquellus *de retractu linagier* §. 1. *Glossa* 11. *num.* 52. Natta *cons.* 469. *num.* 6. versic. *item casus*, Nauarrus *cons.* 8. *de electione in nouis*, Iulius Laborius *variar. lucubrat. tom* 1. *tit.* 4 *cap.* 18. *num.* 11. alia Barbosa *supra à num.* 3. Verùm Andreas Valensis *in hac Rub. num.* 11. dicit, vt debeat ferri de die, nam de nocte lata communiter non valet ex *dict. cap. consuluit*, & Glossa *ibi*, addens in hoc distingui interlocutoriam à definitiua, quod illa noctu, & quolibet tempore ferre possit, sicut & quolibet loco, nisi requirat causæ cognitionem. Verùm si consuetudo aliter admittit, vt definitiua etiam noctu lata sustineatur, vel partium præsentia, & non contradicentium, non dubitat de eius valore: alia adducit Rod. *de process. c.* 12. *à n.* 42.

25 Ad quintam quæstionis partem, breuiter respondebis, vt sententia nequeat proferri sine trina monitione, vel vna peremptoria pro omnibus: sic docent Felinus *in dicto cap. consuluit de officio de leg. num* 11. vbi limitat modis 11. ad quod idem videnda est, *lex.* 5. *tit.* 22. *p.* 3. vbi bene, Gregorius Lopez verbo, *emplazar*, Fermosin. de Exceptionib.

est etiam optima, *lex styli* 42. *l.* 2. *tit.* 3. *lib.* 4. *recopilation.* optime tradunt, Baldus *cons.* 168. *volum.* 1. Alex *cons.* 122. *col.* 2. *vol.* 2. Paulus Castrensis *cons.* 254. *lib.* 2. & *singulari* 27. & 28. & *in singulari* 38. indeque Iudex diligenter discussis, atque examinatis omnibus allegationibus processus maturo Iudicio, curat citari vtrumque litigantium, vt certo die compareant ad audiendum Ius dici, & sententiam ferri iuxta Textum *in cap. cum Bartolus*, *hoc tit.* in verbis, *nec per se*, & *in cap.* 2. *de dolo*, *lib.* 6. † Quare 26
Vantius *de nullitate ex defectu citationis*, *num.* 10. Romanus *cons* 366. *num.* 8. Alex. *cons.* 105. *n.* 5. *lib.* 5. Felinus *supra num.* 16. Rota in Toletana, seu Almeriens. decimarum 15. Nouemb. 1613. coram, R. P. D. Pirouano impressa per Farin. *decis.* 478. *num.* 2. *p.* 2 *recent.* & *decis.* 584. *n.* 1. *eadem p.* 2. Gregorius *decis.* 46. *num* 6. Aloisius, Riccius *collect. decis.* 1470. Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellar. Glossa* 9. §. 1. *in annotation* 117. Bernardus Græue *in pract. cameræ imperialis, conclus.* 109. Viuianus *in praxi*, *Iuris patronatus*, *lib.* 11. *cap.* 4. *cons.* 71. *in vltima impress.* docent quod citatio ad sententiam, est necessaria; ita vt omissio illius inducat nullitatem ipso Iure: pro qua doctrina faciunt quæ de necessitate citationis adduxi in Rubrica *de causa possessionis*, & *prop.* & *in cap. penult. de foro compet.* item & *adducta in cap.* 2. *de testibus*, & alibi sæpius. † Imo Gozalez *vbi supra*, *num.* 13. dixit quod 27
citatio ad sententiam debet esse peremptoria, nisi in causis beneficialibus, & aliis summariis, qui etiam, *dicta Glossa* 9. §. 1. *in annotation. numero* 118. Rota *decis.* 141. *num.* 3. apud Farinacium *p.* 2. *recent.* † Dicunt quod hæc citatio ad 28
sententiam, debet esse specifica, *ad sententiam*, ita vt non sufficiat fieri per æquipollentia verba: tenuit eandem Rota *decis.* 18. *num.* 2. *p.* 2. *recent.* Barbosa *in clem. sæpe de verborum significat. numero* 25. & 26. & *num.* 12. qui *num.* 24. per Glossa *ad id*, ibi, *non sufficit ergo citari*, *nisi exprimatur*, notat citationem generalem non sufficere: sic cum Menochio *consilio* 345. *numero* 14.

Vltra limitationes, quas facit Felinu *in dicto cap. consuluit*, prædictam regulam limitabis 29
modis sequentibus, primo vt non procedat, veluti quando superior vellet pronunciare, & cassare statuta facta contra Ecclesias, & Ius diuinum: ita Bartol. *presbyteri*, *Cod. de Episc.* & *Cleric.* Romanus *in singulari* 668. Gratianus *regna* 415. *num.* 4. † Secundo quando terminus 30
est assignatus ab homine Iurisdictioni Iudicis, vel instantiæ causæ, Baldus *in Authentica ei qui*, *Cod. de tempor. appellation* sequitur nimis commendans Iason *in l. admonendi*, *ff. de Iureiurando n.* 76. † Tertio vt non procedat regula in sen- 31
tentia ferenda super expensis, Paulus *in singulari* 31. Panormit. *in cap. fin.* §. *porro*, *num.* 4. vt lite non contestata: alias plures limitationes videbis in locis iam citatis vbi late adduxi de citationis necessitate. † Plura congerit Ceuallos 32
in pract. quæst. 108. vbi probat, *num.* 1. quod sententia lata contra partem, non citatam, est nulla ex *l. ea quæ*, *Cod. quomodo*, & *quando Iudex*, vbi plures reddit rationes, & non leuia fundamenta.

Sed si dubites an cum sententia fertur super 33
notorio crimine sit necessaria citatio: videbis quæ scribunt, Romanus *in singulari* 768. adde

 bene

bene Corsetum *in singul.* verbo, *citatio lo* 4. Panormitanus *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constitution. num.* 15. Felinus *in cap. ex litteris*, *numero* 13. *&* 15. *eodem*, *tit.* Iason *in l. furiosus. numero* 10 *ff. de re Iudicata*: idem tradit latissime, *in l. ne quidquam*, §. *vbi decretum*, *ff. de officio proc. à num.* 23. Socinus *in reg.* 352. Ias. Balb. *in decision.* 489. Ferdinan. Loaces *in tract. super noua, pagan. conuers. col.* 73. *num.* 14. Tiraquellus *post leges conubial. Glossa* 2. *num.* 1. *& lib.* 1. *de retractu*, §. 8. *Glossa* 9. *num.* 17. Hypolitus *consilio fin. num.* 28. *& singular.* 173. *& in pract. crimin.* §. *aggredior. num.* 127. *& in l. vnoquoque*, *ff. de re Iudicata*, Nepo de Monte Albano *de exception. in exceptione contra sententias difinitiuas*, *col.* 1. *&* 9. *in paruis*, Montalbus *in l.* 1. *tit.* 13. *lib.* 2. *fori*, *Glossa* 3. Iterum Iason *in l. properandum*, §. *si quidem*, *numero* 11. *Codice de Iudic.* Vide, *sub*, *quæstione quarta*, *infra hoc titulo*, *& Rubrica.*

34 Et an appellans ab interlocutoria, sit vlterius citandus ad audientiam, sententiam in causa appellationis: late scribit, Iason *in l. qui Romæ*, §. *Seya*, *ff. de verb. obligation. à numero* 20.

35 Et an iste citatus debeat spectari, vsque ad tempus diei: tradit bene Iason *in l. liber homo*,
36 §. *decem hodie*, *num.* 7. *ff. de verb. obligat.* † Quod si constat absenti nullam competere defensionem Matienc. *in l.* 3. *tit.* 10. *Glossa* 10. *num.* 4. *lib.* 5. *recopilation.* vbi tradit; imo Socinus limitat relatam regulam modis 27. *in regula* 437. *sententia.*

37 Vnum pro complemento notabis vt quoties agitur Iudicium inter connexos hoc est si citādi prætēdant venire ex eadē causa, aut fidei commisso & aliqui litigantium non sint citati ad sententiam nullo modo sententiam valere etiam contra citatos cum omnibus sit eadem causa defensionis ex Glossa *in l. hoc Iudicium*, *ff. fam. erciscundæ*, vt referunt plures decisum in Rota Alex. Ludouicus, *& ibi*, *Beltram cum multis decision.* 319. Postius *de manutentione obseruat.* 12. *num.* 57. & in aliis locis vti ex multis aliis concludit, D. D. Franciscus Salgadus *de retentione Bullar. p.* 1. *cap.* 13. *à num.* 39. *ad* 52. plura congerens dicens fallere quando inter consortes adest Ius separabile ipsum leges & applicabis quæ dixi *infra in Rubr. de appellat. quæstion.* 6. vbi de connex. & separatis.

38 Ad quintam quæstionis partem, an sententia lata in Iudicio ordinario, possit in alio Iudicio retractari, *in cap. etsi Clerici* 4. *de Iudiciis*, dixi aliqua, nempe an processus factus coram laico, faciat fidem coram Ecclesiastio, aut econtra, & quod possit in alio Iudicio tractari, videtur probari, *in l. vindicantem cum l. sequenti*, *ff. de euiction.* vbi probatur quod est in iudicio decisum cognitum per modum exceptionis posse in alio Iudicio deduci, atque cognosci; & sic Bartolus *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres*, *ff. de verb. obligation. in* 4. *oppositione*, ait vt quod est decisum in Iudicio ordinario, sed incidenter potest in alio Iudicio tractari, principaliter agendo.

39 Vt si verbi gratia egi confessoria pro seruitute debita fundo meo, debui incidenter probare me Dominum fundi, *l. sicuti*, §. *sed si quæratur ff. si seruitus vindicat. ibi Glossa*, *l. vti frui*, §. 1. *ff. si vsusfructus petatur*, victus sum, quia non probaui, possum in alio Iudicio fundum vindicare, *l. sed si ante*, *ff. de exception.* Iason, Ripa, Socinus, Iunior, & omnes *in dicto* §. *duo fratres in* 4. *oppositione Bartoli*; Secus tamen esse, si prius fundum vindicassem & fuissem victus quia non possem seruitutem vindicare, *l. fundum*, *ff. eodem titulo de exceptionibus.*

Ergo vt rem hanc percipias; facies sequentes conclusiones, primam vt sententia lata in Iudicio ordinario, contra actorem pro excipiente, non possit tractari in alio Iudicio in quo agitur ad rem successoriam, veluti ad pœnam, vel ad fructus, Iuxta Textum *in dicta l. qui Romæ*, §. *duo fratres*, & confirmantur ex regula, accessorium sequitur naturam principalis, *de reg iur. lib.* 6. 40

Et licet Ripa adducat ad id probandum Textum *in l. ex diuerso*, §. 1. *ff. de rei vindicatione*: tamen loquitur, quando pronunciatum est pro actore contra excipientem. † Secundam esse conclusionem, quod est decisum in Iudicio plenario, siue ordinario incidenter, contra excipientem pro actore, non posse in alio Iudicio principaliter deduci, si concernat causam status: sic Bartolus *in dicto* §. *duo fratres in* 4. *opposit.* cum quo omnes transeunt: argumento Textus *in l.* 1. *Cod. de ordine cognitionum*, & voluit allegare notata per Glossam *in l.* 2. *in vltima Glossa*; ratio est quia intelligitur pronunciatum super incidenti, *l.* 1. *Cod. de ordine Iudiciorum*, Iuxta nonnulla, quæ adduxi, *supra in cap.* 1. *de ordine cognition.* † Tertiam esse conclusionem quod est decisum in Iudicio ordinerio pro actore contra excipientem non posse in alio æque principali deduci, & in dubium reuocari, quando agitur ad eundem finem, Bartolus *in dicto* §. *duo fratres in* 4. *oppositione*, *argumento leg. quod in diem*, §. 1. *ff. de compensat.* † Et tunc dicitur agi ad eundem finem, quando de eodem facto; licet per diuersa media, *l. duobus*, *ff. de exceptione rei iudicatæ*; secus si agatur ad diuersum finem, vt per Bartol. & alios, communiter Ripa teste, *num.* 27. argumento Textus *in dicta l. vindicantem*, cum *l. sequenti*, *ff. de euictionibus.* 41 42 43 44

Et licet ex adductis in principio huius dubij, aliud *ex dicta l. vindicantem*, probari videatur omissis interpretationibus eiusdem Bartol. *in d.* §. *duo*, & alteram Iasonis, *ibi*, *à num.* 41. quas impugnat, seu non amplectitur, Alciatus *in l. pure* § *vltim. de doli mali exception. & in dicto* §. *duo*, eas referendo Faquineus *lib.* 10. *controuers. cap.* 82. *&* 83 *in fine*, respondet, *in dict. l. vindicantem cum l. sequenti* non fuisse rationem habitam exceptionis oppositæ; quo casu ait idem in alio Iudicio peti posse clarum esse, quando Iudex reiecit exceptionem, non quia non obstaret in illo Iudicio, Iuxta Textum *in l si autem*, §. *vlt. ff. de negotiis gestis*, *l. quod in diem*, §. 1. *ff. de compens.* 45

Ad sextam quæstionis partem, an sententia sit nulla parte præsente & non citata, & præmissis iam adductis *suprà*, in versic. *ad quartam*, quæ adiecta sunt de citatione ad sententiam, quando pars est absens, nunc dubium est, an sit nulla sententia parte non citata; si tamen præsens est, & pro affirmatiua sententia faciunt, *ibi*, dicta, & quæ longe adduxi, *in Rubrica de causa possess. & prop. & in cap. penult. de foro compet.* & alibi sæpe de multis fundamentis pro necessitate citationis, vt Iudicium valeat: de hac quæstione dix[illegible]. *in cap.* 1. 46

cap.1. de causa possess. q.3. à num. 1. sed non pl-
geat iterùm repeti contra nostrum institutum,
eo quod immemor nunc de nouo repetiissem
pro ornatu nostræ Rubricæ. Tamen dicendum
est, tam in Iudicando, & consulendo, quod
vbi pars præsens est in Iudicio, valeat senten-
tia & si citata ad audiendam, sententiam non sit
vt defendit Iason *in l.1.ff. de in Ius vocando*, Me-
nochius *lib. 2. de præsumption. præsumptione* 22.
dicit communem idem Iason *in l. nequaquam*, §.
vbi decretum, num 23. ff. de officio Proconsul. Cur-
tius *num.* 8. *in Rubrica de in Ius vocando*, Ceual-
los *in pract. quæst.* 808. *à num.* 18. vbi *à num.*22.
docet defendisse in quadam causa matrimoniali
coram ordinario Toletano litigata, vbi refert,
*num.*10. sic decisum fuisse in Rota Romana, vt
constat ex ea, *decis.*311. *in 1.p. fol.*101. vbi par-
tis Procurator fuit præsens; quia illius præsen-
tia supplet defectum citationis, quæ non est de
47 substantia litis, quando pars est præsens. † Pro-
batur hæc opinio ex eo quia cum citatio sit in-
troducta ad effectum comparitionis, ne proce-
datur inaudita parte, vt *in cap.1. de causa pos-
sess. & propriet.* si pars est præsens, sequetur, vt
non sit opus alia citatione iuxta verba Textus
sic expendenda *in l.1 tit.18. lib.4. recop.* ibi, *y bi-
niere a su noticia*, vbi late Azeued.
48 Et sic Angelus, Aret. *in l. fin. ff. quando appel-
landum sit*, resoluit, quod omnis actus Iudicia-
rius, qui fit præsente parte, statim nisi contra-
dicat, nocet; Itavt taciturnitas habeatur pro
consensu, ex *leg. de ætate*, §. *qui tacuit*, *ff. de in-*
49 *terrogation. & action.* † Baldus *in leg.* 1. *num.* 1.
Cod. de relationib. vbi dicit perpetuò esse tenen-
dum per illum Textum, quod si Iudex facit
aliquem actum præiudicialem præiudicat parti
scienti & tacenti, vt ita vlterius non habeat fa-
cultatem appellandi, nec reclamandi, sicut ele-
ganter docet Mexia *ad leg. Toleti 7. p. fund.* 1.
num. 5.
50 Et probatur vlterius prædicta sententia de
Iure communi, ex *l. etiam si Patre*, §. *fin. ff. de
minoribus*, in verbis ibi *præsente*, vel ad hoc le-
gitimè citato, *l. in causa*, §. *si causa cognita* ibi,
præsentibus. ff. eodem tit. Expressus *in leg. de vno-
quoque*, *ff. de re iudicata*, probatur ibi, *præsenti-
bus omnibus, quos causa contingit Iudicari oportet*,
vbi illud notat Glossa, verbo *præsentes*, & sic
eleganter docent Andreas Gailius *lib.1. obseruat.
obseruatione* 58. *num.*5. sequitur Azeuedus *in l.* 7.
*tit.*18. *num.*96 *lib* 4. *recopilat.* & Montalb. *in le-
ge* 1. *tit.*13. *lib.*3. *fori* vbi ponderans verba illius
legis ibi *e por si misma de el Iuycio, eno por otro,
oambas las partes, que sean delante, quando diere
el Iuycio*: Rectè dicit Glossa *de la sentencia*, per
proximè allegata Iura, quod si vtraque pars
est præsens, sententia valida erit absque vlla
citatione: sequitur Rodriguez *de ordinando pro-
cessu cap.*12. *num.*43.
51 Ex quibus primò notatur, quod ad hoc vt
valeat definitiua sententia debet à Iudice præ-
sentibus partibus ferri, & pronuntiari, vel ad
eius prolationem, si præsentes non sint, citare
eos aliter etiam prolatam sententiam nullius
esse momenti, vt confirmatur eleganter ex do-
ctrina Textus *in lege* 1. *fori in fine*, in illis verbis
ibi, *mas de luego el Inicio si ambas partes fueren de
lante opongales plaço aque vengan ante el aoir su
Iuycio.* Vnde Montalbus ait in Glossa ibi; *opon-
gales plaço*, hoc est si præsentes non fuerint per

alternatiuam ibi positam iuxta Regulam in al-
ternatiuis *de Reg. Iuris lib.* 6. Rodriguez *vbi su-
prà num.* 44. vbi refert id eleganter confirmari
ex l.5. tit 22. *p* 3. per verba ibi *seyendo las partes
emplacadas, debe el iuzgador dar su Iuicio mas si el
demandador; y el demandado, no fuesen emplaca-
dos, no debe emonce., el iuzgador sobre el mas de
los emplacar, quando el quisiere dar su Inizio que
vengan ante el*; & meliùs probari videtur ex
*l.*11. *eiusdem tit.* ibi, *o fuese dando Inizio contra
otro nosiendo emplazado primera mente aquelo vi-
niesse aori.*
Ex quibus legum verbis ait Gregorius Lo- 52
pes *in dicta l.* 5. Glossa verbo *emplacar*, quod
peremptoriè debet citari *ad sententiam*, nisi sit
in causis summariis, in quibus non requiritur
peremptoria citatio, & inclementina sæpe de
verb signif. vbi notat Glossa verbo *ad id.*
Ad vltimam quæstionis partem Bartol. post 53
Innocentium, & Speculatorem *in l actam.* 3. *ff.
de re Iudicata, & in l. fin. Cod. de relationibus*, ait
vt quando sententia est lata partibus præsenti-
bus, & non contradicentibus, & in ea fit men-
tio de litis contestatione. & libelli datione,
probentur acta, & litis contestationem inter-
uenisse, ac præcessisse in illo processu, vti com-
munem dicunt Vitalis *in tractatu clausularum*,
col 207. *num.*1. Aymon Craueta *de antiquit. tem-
porum fol.*81. *num* 1.
Verùm in dubio nostro, quando sententia 54
est lata contra absentem contumacem; idem di-
xerunt Compostellanus *in cap bona el.* 1. *de ele-
ctione*, Imola *in cap. in iure de officio delegati nu-
mero* 30. dixit communem opinionem esse hanc,
tenet Rota noua 301. *de probation.* iuxta impres-
sionem Venetorum, & tenent aliqui citati per
Aymon Craueta vbi *num.* 2. *fol.* 2. † Tamen 55
contra prædicta, nempe vt in sententia lata cõtra
contumacem, non præsumantur præcise dicta
acta ex hoc quod de illis in processu fiat men-
tio, dicunt Innocentius *in dicto cap. cum in iure*,
*num.*4 vbi Barbatia *num.* 40. vbi addit aperte
falli Imolam, dum contrariam esse communem
asseruit,
Sed Ceuallos *in practicis quæst.*157. dicit inter 56
prædictas duas opiniones posse assignari con-
cordiam, nempe vt dictum Compostellani, &
aliorum procedat in vero contumace, contra
quem omnia præsumuntur solemniter facta, se-
cùs vero in contumace ficto, in quo habebit
locum postrema Innocentij, & aliorum senten-
tia, ipsam concordiam assignat Rota Noua iam
allegata 301. *de probat.* quam dicit communem
Aretinus *cons.* 62. *col.* 2. Sequitur Aymon *vbi
supra num.*3. & hanc sub distinctione prædicta
amplectens Ceuallos ait sequendam esse in Iu-
dicando, & consulendo, cum summam conti-
neat æquitatem.

QVÆSTIO II.

An sententia lata pro mortuo, siue contra, sit nulla: Vbi an in corpus mortuum queat animaduerti: Et an sententia iustificetur ex actis; & an lata non visis actis sit nulla: Vbi de transportatione Actorum, & de aliis?

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra mortuum lata est ipso Iure nulla etiam si viuere putaretur, & de ratione num.2.3. quid de lata contra febricitantem, num.5. fallit, num.6.*
5 *Iudicium finitur morte rei, etiamsi Iudex ignoret de morte.*
4 *Iudex contra mortuum dari nequit.*
6 *Sententia lata contra mortuum valet fauore libertatis, quid si Iudici, non vt talis, sed vti parti constet de morte, n.7.*
8 *Cadauer non plectitur, nec suspenditur, num.9. fallit in casibus num.11.*
9 *Pœna extinguitur, delinquente mortuo, etiamsi sit mortuus post sententiam contra eum latam à qua appellauit, n.10.*
11 *Latronum famosorum manent suspensa corpora ad terrorem aliorum, & bestiis traduntur.*
12 *Iniuriam Magistratus non facit, & si aliquid faciat ad ignominiam alicuius familiæ, ob causam publicam, num.16.*
13 *Iudex & Magistratus cogere potest vilem hominem, vt aliquem suspendat, & exequatur Iustitiam.*
14 *Morte alicuius delinquentis, non obstante, potest procedi contra eius bona confiscata in eius Successores in aliquibus casibus, & criminibus læsæ majestatis, & heresis, & aliis, n.18. quid ad pœnam pecuniariam in aliis minoribus causis, n.19.20.21.*
15 *Heretici defuncti in sancto officio inquisitionis puniuntur, etiamsi moriantur ante incarcerationem.*
17 *Suspecti de Heresi post mortem, nec in bonis puniuntur.*
18 *Pœna pecuniaria, numquid aduersus defunctum delinquentem, queat à Iudice imponi latè discutitur, n.19.20.*
20 *Actiones pœnales generaliter post litem contestatam transeunt contra heredes, qualiter contingat, num 21.*
21 *Sententia iustificatur, ex actis, num sequent. alias erit nulla, & n.26. fallit, à n.27.*
21 *Sententia extra Curiam Romanam latam, non exequitur, nisi constito de bono iure.*
24 *Iudex ad iudicandum nequit aliunde, quam ex actis moueri, & de ratione, n.29.*
25 *Sententia super Iurepatronatus valebit, si canonicatur ex actis.*
27 *Sententia probat acta in antiquis, & in censuris.*
28 *Acta inducunt esse, & producunt substantiam sententiæ.*
30 *Iudex præsumitur rectè iudicasse, nisi aliud sit contrarium, & econtra sententiam, numero 51.*
32 *Solemnitates non enuntiata præsumuntur non adhibitæ in sententia.*
33 *Sententia à qua appellatum est, numquid præsumatur iusta, num.34.*
35 *Iudex ad sententiandum, debet acta processus rimari, num.37.38*
36 *Sententia lata non visis actis est nulla.*
37 *Sententia principaliter lata est nulla.*
38 *Fructus diuinus est, iustitiam sæpius recenseri.*
39 *Dispensatio commissa executori cum clausula si ita est redditur nulla si illicò exequtor dispensat, eo quod deficit causæ cognitio.*
40 *Transportatio Actorum ita requiritur, vt eis non transportatis sententia sit nulla num sequent & de ratione, n 43.*
41 *Sententia lata à Iudice appellationis, non transportatis actis est nulla.*
42 *Actis disinembratis, gesta nulla sunt.*
43 *Iudex non visis actis, nec potest absoluere, nec condemnare.*
44 *Transportatio Actorum non iustificatur ex dicto Iudicis.*
45 *Transportatio Actorum procedit etiamsi causa fuerit commissa cum clausula summariè, & quantum sufficere videbatur in causa Ecclesiastica, & profana, n.46. & 47.*
46 Cap.20. Sess.24 Trid. & n.47 & 48.
49 *Transportari an debeant acta irreleuantia. n 50.*
51 *Transportationis actorum omissio vitiat sententiam, fallit. à n 52. & 59.*
57 *Actis non transportatis, Iudex ad quem videtur carere iurisdictione.*
58 *Transportatio actorum, non requiritur, coram incompetente.*
59 *Transportanda sunt acta, non solum coram Iudice appellationis, sed etiam coram alio quolibet.*
60 *Transportanda sunt acta, quæ debent influere in causam, non quando causa est diuersa.*
61 *Transportanda non sunt acta facta in diuerso Iudicio, etiam si multum conferat, n.62.*
63 *Transportanda sunt acta tantum sententiæ, à qua est appellatum.*
64 *Transportanda acta in dubio intelliguntur integre, & allegauti contrarium incumbit probatio, n.65.*
66 *Transportanda sunt acta legitimè sub actuario, vel successore in eius officium: quid si ab alio notorio, n.67. & 68.*
68 *Processus extractus à notario, censetur in forma probanti, cui creditur attestanti, de integra transportatione, seu alia extractione, n.69.*
70 *Originalia acta non cogitur Notarius mittere prima instantia, nisi adsit suspicio.*
71 *Notarius qualiter copiam actorum tradat.*
72 *Actorum transportationem, quæ decisiones tractent.*
73 *Transportare tenetur qui appellauit acta prioris instantiæ, n.72. & potest iubere appellationis Iudex, n.75.*
76 *Complicatio actorum, seu transportatio, intelligitur facta si ex impedimento appelli non fiat, aut impedimento per recursum ad curiam, n.77.*

AD primam partem quæstionis respondent Doctores per Textum *in l. in summa, §. si quis ex edicto, ff de re Iudicata* sententiam contra mortuum latam esse ipso Iure nullam ita ibi Bartolus, Castrensis, & Alexander, Angelus *cons.233.* 1

*conſ.*233. Bartolus ad Textum *in l. defuncto, ff.*
de public. Iudiciis Marſilius ad Textum *in leg fin.*
*n.*16. *ff. de quaeſt.* Sebaſtianus Medicis *in tractatu*
mors omnia ſoluit p. 2. *concluſ.* 110. Sebaſtianus
Neuius *in ſixtegma Iuris, in dicto* §. *ſi quis*, &
per Textum ibi Riccius *collect.* 1529. Capicius
in deciſ. 1. Vibius *in deciſ.* 52. idem dicentes etiam
ſi ſententia lata fuiſſet pro mortuo.

2 Et in tantùm eſt verum, vt procedat, etiam
ſi is, contra quem fertur ſententia viuere pu-
taretur, aut à viuente defenderetur, vt refert
fuiſſe deciſum, Polidor. Ripa *in obſeruatione* 23.
licet regulariter, ne dum alleganda verum, &
probanda ſit ſecundùm deciſionem Ioſephi Lu-
douici 18 & Magon Rotæ Lucen. *conſ.*44.

3 Ratio eſt quia morte Rei finitur Iudicium;
ſic præcitati, & Rubeus *in deciſ.* 91. cuius ra-
tione dicunt Cornazon *in deciſ.* 145. Verallus *in*
deciſ. 140. *p.*3, procedere prædictam concluſio-
nem, etiam quod Iudex ignoret de morte; nam
prædicta ratio militat, ſiue Iudex ſciat, ſiue
ignoret mortem Conuenti, cum finiatur illa
poſſibilitas Iudicis ad condemnandum, Balbus
in deciſ. 13.

4 Imò Canedus *in deciſ. Luſitana* 197. ampliat
procedere, vt nec etiam Iudex dari poſſit con-
tra mortuum, quo pacto teſtatur deciſum de
Franchis *in deciſ.* 245. quem refert, & ſequitur
Viuianus citatus *deciſ.* 52. Cardinalis Puteus *in*
5 *deciſ.* 186. & Polid Ripa *cit. obſeru.* 23. † Imo
etiam Minſing. *in obſeruatione* 57. *cent.* 4. am-
pliat præfatam ſententiam procedere, ne dum
in ſententia lata contra mortuum; Verùm & in
lata contra febricitantem videbis quæ congerunt
Doctores *in lege* 4. *Paulus, ff. quæ ſunt ſine ap-*
pellation.

6 Hæc impugnari queunt ex dicendis in dubio
ſequenti, & ſic ſufficiet pro nunc addncere li-
mitationes quasdam, primò vt ea doctrina non
procedat fauore libertatis, Rubinus *in deciſ.* 39.
7 aliquid per Maſtrillum *in deciſ. Sicilia* 137. † Et
Gailius ſecundo limitat *lib.* 1. *obſeruatione* 109.
vt non procedat ſi Iudici, non vti Iudici, ſed
vti parti conſtet de morte, ſic ſingulariter li-
mitans Textum *in dicta l. Paulus*, & ita ſæpiſ-
ſime fuiſſe Iudicatum in Camera Imperial. te-
ſtatur Guido Pap. *in deciſ.* 86. quare ait Riccius
dicta collect. 1529. non procedere ex his eam re-
latam ampliationem; nempe Regulam proce-
dere, etiam quod Iudex ignoret de morte Con-
uenti Et ſic cum Grammatico *in deciſ* 324. in-
fert quod licet ſententia lata contra mortuum,
ſit ipſo iure nulla, nihilominùs eſſe verum,
quando Iudex habet ſcientiam de morte, ob
idque Gram. dicit Senatum hanc nullitatem au-
dire non ſolere, ex quo non eſt circa merita, &
iuxta hanc opinionem pluries iudicaſſe Sena-
tum Regni Siciliæ, teſtatur Maſtrillus *in deci-*
ſione 137. & iterùm ſuo tempore iudicaſſe refert
D. Ioannes del Caſtillo *in deciſ eiuſdem Regni* 60.
quam videbis: Videbis dicta infrà *in Rubrica de*
appellat. q. 6. verſic. *ad ſextam*, vbi *an morte ac-*
cuſatoris, vel rei extinguatur delictum, etiam quoad
pœnam. Vide etiam *in cap.* 3. *de appellat. q* 3. ver-
ſic. *ad vltimam*, an pœnæ condemnatio tranſeat
ad hæredes.

8 Ad ſecundam partem difficultatis per Tex-
tum *in leg. defuncto, ff. de publicis Iudiciis*, vbi
defuncto delinquente extincta eſt pœna, & ex
Canone quotundam 23. *diſtinct.* vbi delictum
mortui reſeruarnt Diuino Iudicio puniendum,
& ex Canone 124. *q.* x. vbi ferè idem habetur,
docent Doctores animaduertendum eſſe in cor-
pus animatum, & conſequenter non eſſe ani-
maduertendum in corpus mortuum: Ita Decius
& Cagnolus *n.*66. Bolognetus *num.*37. Valaſcus
*num.*20. Rimin. Iunior, *n.*177. in Gloſſa, verbo
animaduertendi, l. Imperium, ff. de Iuriſdict. omn.
Iudic.

Sequitur Faquineus *lib.* 13. *controuerſ. cap.*17. 9
vbi hanc partem probat, etiam ex notatis per
Angelum, & alios *in l.* 1. *Cod. qui teſtamenta fa-*
cere poſſunt, vbi reprehenduot Iudices, qui ca-
dauera mandant ſuſpendi delinquentium: Ita-
que dico reſpectu delinquentium verum eſſe;
quod eis mortuis pœna ſit extincta, vt probat
Textus, & ibi Doctores *in l.* 1. 2 *&* 3. *Cod ſciens,*
vel accuſat. mortuus fuerit. † Et eſt verum, 10
etiamſi Reus mortuus fuerit poſt ſententiam
contra eum latam, à qua appellauerit vt probat
Textus, vbi Doctores, *in lege fin. Cod. eodem*
Titulo.

Nec his obſtat dicere multis in caſibus pro- 11
cedi contra defunctum corpus delinquentis, ve-
luti in famoſis latronibus, quorum Cadauera
manent ſuſpenſa ad terrorem aliorum, & be-
ſtiis traduntur, vt notat Gloſſa *in lege* 2. in ver-
bo *latrones, ff. arborum* furtim Cæſarum probat
Textus *in leg. capitalium*, §. *latrones, ff. de pœ-*
nis, Clarus *in* §. *fin. q* 51. verſic. *ſed hic inciden-*
ter quæro, quod practicatur quotidie. † Cuius 12
facti, & aliorum ea eſt ratio, quæ deducitur
ex l. Cod. Reipublicæ, ff. de iniuriis, vbi dicitur
Magiſtratum non inferre iniuriam; licet aliquid
faciat ad ignominiam, & dedecus alicuius Fa-
miliæ quando id faciat ob publicam vtilitatem.
Et ſic Decius, & alij communiter ex Bartoli
doctrina *in leg. vltima*, §. 1. *de pignor. actione te-*
nee. † Vbi dicit Bartolus poſſe Magiſtratum
vti re alicuius ad aliquam publicam vtilitatem, 13
& cogere poſſe vilem hominem, vt aliquem ſu-
ſpendat, & exequatur iuſtitiam, quæ tamen
fiunt propter publicam vtilitatem, ſed extra eam
dicit Faquineus ſeruandam eſſe primam Sen-
tentiam.

Sed quod in multis caſibus reſpectu bono- 14
rum confiſcationis procedi poſſit contra hære-
des, & ſucceſſores hæredis defuncti delinquen-
tis; Probatur primò in eo, qui ſibi mortem
conſciuit *ex l pen Cod ſi Reus, vel Accuſat. fuerit*
mortuus, Menochius *de arbitr. caſu* 284. Peregri-
nus *de iure Fiſci, tit. de his, qui ſibi mortem con-*
ſciuer. Secundò quando ex delicto defuncti ad
hæredem eius aliquid peruenit, *l.* 1. *Cod. ex de-*
lictis defunctorum. Tertio in crimine læſæ Maje-
ſtatis, quia memoria defuncti damnatur, & bo-
na confiſcantur, *leg. vltima, ff. ad leg. Iuliam*
Maieſt. Quartò in crimine hæreſis, in quo ex-
preſſa diſpoſitione Iuris proſequi poteſt ince-
ptum iam Iudicium: Imo & de nouo formari
contra defunctum ex textu *in l ex Iudiciorum* 20.
ff de accuſat l. Manicheos 4. *Cod. de Hæreticis,*
& Manicheis, cap. filij vel heredes, cap accuſa-
tus, §. *in eo verò caſu*, vbi Gloſſa *de Hæreticis*
*lib.*7. *cap ſi quis Epiſcopus eodem tit. in decretal.*
cap ſanè profertur 6. 24. *q.* 2. Concilium Biteren-
ſe *cap.*18. Pegña ad Eimericum *p* 3. *comment* 92.
verſic. *in crimine tamen læſæ Maieſtatis*, Farina-
cius *de inquiſitione*, *q.* 10. *num.*37. Petrus Aerod.
lib. 2. *rerum iudicatar. tit.*6. *de hæreticis*, *cap* 22

Anania

Anania *in cap. si quis Episcopus de haret.* praxis Iudiciaria inquisit. de verbo *cadauera*; Tiberius Decianus *lib. 5. crim. cap. 67. num. 6.* Simancas *de Cathol. institut. tit. 18. he defunctis, num. 13.* Rojas *de Hæreticis 2. p. num.* 307. Paramus *de origine inquisit. lib. 3. num* 84. vbi hoc idem extendit ad fautores, receptatores, & defensores Hæreticorum, Sousa *Aphorismo inquisit libro 2. capite 50. numero 14.* Carena *de officio Inquisitor. tit. 19. p. 1. §. 10.* Castro Palao *tract. 4. disp. 8. puncto 16. §. 4. num. 5. & 11.* Farinacius *de Hæresi q. 197. num. 100.*

15 Loquentes, vt legitimè procedatur in Sancto Officio contra Hæreticos defunctos, nonsolùm post litem contestatam, sed etiamsi moriantur ante eorum incarcerationem, si delictum sit sufficienter probatum, vt ego in Tribunali Sancti Officij inquisitionis Vallisolet. vidi practicari iuxta communem praxim omnium Tribunalium. Quod verum est etiam si Albergin. *in manuali qualificatorum cap. 36.* videatur contrarium docere sine sufficienti fundamento, qui tamen vt autumat D.D. Franc. Marin de Rodeyno, hodie Præses Granatens. in quadam allegatione facta ab eo, contra quendam defunctum in carceribus secretis, dum esset Fiscalis Supremæ Inquisitionis, *num.* 185. Videndus *à num* 164. cum intelligit in terminis denuntiationis, nondùm lite incepta, & dum tamen qui Criminosus reputatur sit mortuus, sola hæresis suspicione, dicens adhuc in hoc casu esse procedendum ex iam adductis. Quare huc posses dubitare an queat pronuntiari sententia aduersùs defunctum, qui nondum conuictus de Hæresi formali, & confessus mortuus fuit causa conclusa suspectus tantùm de Hæresi per depositionem aliquorum Testium, & per alias præsumptiones condemnando illum vt abiuret de vehementi, siue de leui, aut in aliqua mulcta pecuniaria, de quo dubio dico infrà *in titulo de Hæresi cap. si quis Episcopus*: Interim videbis instructiones Baldesij *cap. 59* Pegña *comment. 92.* versic. *cum Reus moritur* Caren. & alios ab eo relatos *2. p. tit. 19. §. 5. num. 10. instruct. de madrid. cap. 46. & cap. 65.* Pegña *3. p. comment. 169.* versiculo *quod si lite pendente*, & pro negatiua sententia, est etiam quædam Epistola consilij supremi Inquisit. 27. Maij, Ann. 1552.

16 Hæc enim omnia procedunt propter vtilitatem, & vindictam publicam ex iam dictis, & sic Faquineus *dicto lib. 3. controuers.* in fine ait procedi posse contra hæredes defuncti si lis fuerit contestata cum defuncto *ex lege 20. ff. de accusation.*

17 Dubium verò est, an in multis, & pœnis pecuniariis, tam in hæresi, & aliis publicis delictis, quam in aliis priuatis, & personalibus queat imponi pœna aduersùs hæredes defuncti, & quoad hæresim, & alia delicta publica videtur respondendum affirmatiuè ex iam adductis quando in delictis adest probatio sufficiens adminùs ea, quæ contra delinquentem si viueret esset sufficiens difficultas est in eo defuncto aduersùs quem est tantùm de Hæresi suspicio, & & adhuc in hoc puncto D. Præses Marin. iam citatus *à num. 187.* affirmatiuè respondet, sed ego aliter in praxi video obseruari: Sic Rojas, Simancas, Farinacius, Sousa, Castrus Palao, & Carena iam citati; Imò idem Simancas per textum *in dicto cap. accusatus*: *§. porro de Hæreticis lib. 6.* & per Textum *in l. fin. ad leg. Iuliam Maiestat, leg. 1. Cod. ex delictis defunctor. dicto tit 46. num. 77.* tenet contra hæredes suspectorum de hæresi, qui mortui fuerunt accusatione pendente, non potuisse imponi pœnam pecuniariam ex ea ratione, quia suspiciones vehementes morte extinguntur, & sic idem Farinac. *de Inquisitione q. 10 num. 40.* postquam dixit quod bona Hæretici formalis iuxta iuris Regulas, confiscantur post eius mortem: Addit id non procedere in eo, qui tantùm suspectus de Hæresi est defunctus, nam si adhuc viueret, eius bona non confiscarentur.

De aliis inquam delictis aduersùs defunctum 18 probatis, qui mortuus est post litem contestatam, aut ante pronuntiationem sententiæ, vel iam pronuntiata tempore habili ad appellandū potest esse dubium quotidianum, & quod pœna pecuniaria aduersùs defunctum imponi non possit, nec aduersus hæredes eius suadetur ex adductis in versic. *ad primam*, & in versic. *ad secundam*, tum quia per Textum *in l. 1. ff. de priuatis delictis, l. 3. & l. defuncto, ff. de publicis Iudiciis, l. ex Iudiciorum 20. in princ. ff. de accusat. l. crimen, ff. de pœnis l. 2. & l. 3. & leg. fin. Cod. si Reus, vel accusat. mort.* suadetur, vt delinquente mortuo ante sententiam, tam quoad criminalitatem, quàm quoad hæredes defuncti, ab eis nulla exigatur pœna, ob delictum eius cum sit extinctum delictum, docent Bart. *in dicta l. defuncto*, Marsil. *in dicta l. fin. num. 28. ff. de quæstion.* & plures relati à Canall. *resolut. crimin. cent. 3. casu 298. num. 3.* Pichardus *in §. non autem omnes Inst. de perpetuis, & temporalibus actionibus, & ibi, à num. 59.* vbi expendens *l. fin. ff. ad legem Iuliam peculatus*, & dicens esse quædam delicta, quorum Iudicia peculiari ratione placuit aduersus hæredes exerceri, quamuis Reus ante vllam accusationem aduersus eum institutam decesserit, vt sunt iam relata crimina læsæ Majestatis Diuinæ, & humanæ, & crimen peculatus *l. vltima ad leg. Iul. peculat.* item desertionis militiæ, si miles in ea decesserit, *l. defunctorum de re militari*, & eiusdem conditionis esse Manicheos, Donatistas, Aposthatas *l. 4. Cod. de Manicheis, l. Aposthata, Cod. de Aposthat.* tamen *à num. 26.* excipit alia crimina, vbi etiam lite iam contestata cum defuncto, actiones non transeunt ad hæredes ex *dicta l. ex Iudiciorum, Cod. de accus.* nam requiritur, vt procedat condemnatio.

Verùm in hoc puncto, & si extincta videantur 19 esse delicta mortuo Reo delinquente, quoad pœnam corporalem, tamen quoad pœnam pecuniariam, non item; & quod per consequens debeant eius hæredes obligari, & compelli ad pœnæ solutionem per Iudicem impositæ, docent Bart. *in dicta l. vnica, Cod. ex delict. defunct. in 2. lectura, num. 9.* Alexander *ibidem in additionibus* Salicetus *num. 9.* Bart. *in dicta l. 1. de priuatis delictis*, versic. *si extra contractum*, & *num. 7.* Baldus *in dicta l. vltima num. 9.* versic. *sed hic dubitatur*, Angelus *in dicta l. 2. Cod. si Reus. vel accusat.* versic. *quid autem*, Curtius Senior *cons. 59. num. 5.* Bosius *in pract. crimin. tit. quomod. proced. in crimin. num. 22.* Alba *cons. 90. à num. 1.* Menochius *de recuperand. rem 1. num. 159.* versic. *accedit præterea*, Cauall. *resol crimin. cent. 3. c. 198. à n. 10.* vbi *n. 18.* addit hoc procedere, non solùm tū

in pœna applicanda Fisco, sequuntur Boër. *decis.* 259. *num.* 12. Aretinus *cons.* 51. *num.* 19. Osascus, Chacherranus *decis.* 148. *num.* 7. & 8. Guacin. *de defensorib. Reorum*, *defensione* 26. *num.* 2. *in fine*, contra Bartol. qui *in dicta l. ex Iudiciorum*, *ff. de accusation.* dixit quod si actio intentaretur ciuiliter, ob interesse partis illi detur aduersùs delinquentis hæredes, & non detur Fisco, nisi quando actio intenderetur criminaliter, vt Fisco adiudicaretur, quem relati impugnant.

20 Eo quod Generaliter omnes actiones pœnales post litem contestatam, transeunt contra hæredes per Textum *in lege per omnes*, *ff de action* §. *non autem*, versic. *pœnales Inst. de diuers. & tempor. action.* vbi Pichardus, & ab eo relati Doctores *in dicta l. ex Iudiciorum* versic. *& cæteris*, vbi Glossa, *l. Caius*, *ff. ad Senat. consult. Si illanian.*

21 Imò ipse Pichardus postquam plura retulit vt explicet Regulam, qua cauetur lite contestata actiones omnes transire ad hæredes locum habere ait in omnibus priuatis delictis, & criminibus, & in actionibus pecuniariis; non vero in publicis criminibus, in quibus cautum est crimen morte Rei extingui, siue Reus ante reatum, siue in reatu decesserit, hoc est antequam accusaretur, siue post nisi accusationem institutã sequatur condẽnatio, *d. l. vltima*, *ff. ad legem Iuliam Majest. dicta l. ex Iudiciorum de accusation*, & condemnationem sequutam accipi debere, eamque cum effectu sequuta sit, & non appellatione suspensa, nam si Reus condemnatus appellauit, appellatio quodam modo Iudicatum extinguit *l.* 1. *in fine*, *ff. ad Senat. Cons. Turpil.* Vnde ait vt si Reus condemnatus pendente appellatione decesserit, etiam morte eius crimen extingui, ac si non fecisset condemnatus, & sic procedere iuxta distinctionem legis 3. *Cod. si pend. appellatione mors interueniat*, & *dicta l vlt. Cod. si Reus, vel Accusat. mort. fuerit*, relata nempe procedere, si propter capitalem pœnam irrogatam bona adempta sint, ex qua bona publicantur, quia tunc pœna ademptionis bonorum non transit in hæredem: Tamen diuersum esse si Præses speciali sententia partem bonorum publicauerit, nam tunc etiam post mortem damnati causa appellationis est examinanda, vt inquiratur an iusta fuerit, nec ne specialis damnatio, aalia adducit omnino videnda Pichardus *à n.* 7. & *à num.* 32. vbi *n.* 45. ait lite cum defuncto contestata hæredes eius insolidum teneri, de hoc videbis Faquineum *lib.* 9. *controuers. cap.* 5. cum aliis Cujacium *in dicta l. vnica*, *Cod ex delictis defunct.* Donellum ibi, idem Cujacius *lib.* 7. *obseruation. cap.* 37. Fab. *lib.* 4. *coniect. cap.* 1. Antonius Gomez. *lib.* 3. *variarum cap.* 1. *num.* 85. & alij latè loquuntur de actione pœnali rei, persequutoria adiunges ad hanc difficultatem, quæ dixi infrà *in Rubr. de appellat. q.* 6. versic. *ad vltimam*, & pro latiori explanatione leges Amayam. *in l. fin. Cod. de iure Fisci*, *lib.* 10. vbi quando dicantur delicta morte extingui, & quando non.

22 Ad tertiam quæstionis partem, an sententia iustificetur ex actis, quod senteutia debeat esse conformis libello, dico *infrà*, & sic quod ex actis debeat iustificari, docent Grammaticus *decisione* 33. Riccius super eum, *collect.* 1733.

23 † Contingatque vt Rota nunquam exequatur sententiam extra Curiam latam, nisi constito de bono iure, vt tradunt Mohed *in decis.* 148. & 319. Caputaq. *in decis.* 84. *p.* 1. Imò eadem Rota *in decis.* 9. *de sentent. & re Iudic. in nouis*, dicens quod & si in dubio præsumatur pro sententia, & semper pro non desertione sit tenendum, Cassad. *in decis* 4. *in fine de appellat.* tamen eadem Rota *de sententiis latis in partibus*, quia non multùm tribuere solet, nisi in processu curiali iustificetur, Rota *diuers in decisione* 498. *lib.* 3. & sola sententia sine productione processus non probet in Rota, quando est lata in partibus iuxta decisionem Rotæ *diuers.* 1146. *num* 1. *eodem lib.* vbi videnda est *decisio* 3. *de Testibus*, & inde euenire valere tale argumentum, non iustificatur sententia ex actis, ergo apparet de eius notoria iniustitia, vt docet Cardinalis Seraphin. *in decis* 987. *lib* 2. qui *decisione* 734. quod de sententia ex actis non iustificata iudicandum est, quemadmodùm de sententia nulla, & sic idem *in decis.* 536. ait sententiam ex actis iustificandam esse, & iterùm Riccius *collect.* 1948. dicens, quod ea, quæ sunt extra acta sunt extra mundum, Rubeus *decis.* 16. Farinac. *decisione* 336.

Vnde infero, quod ex huiusmodi nullitate nequit fieri transitus in rem Iudicatam, Puteus *decis.* 396. *lib.* 1. Seraphinus *in decis.* 1261. imo Cassador. *in decis.* 179. Puteus *in decis.* 491. *lib.* 1. Mohed *in decis.* 190. dicunt omnino requiri ad validitatem sententiæ, vt iustificetur ex actis, hinc scribit Farinac. *in decis. eiusdem Rotæ* 278. quod Rota non tenet illam opinionem, quam refert, & sequitur Aymon *in cons* 198. *in fine*, nempe vt Iudex ad iudicandum aliunde possit moueri, & sic ex his, quæ extra acta fuerunt gesta, quod existimo posse practicari in Notariis, in quibus poterit moueri aliundè, quam ex actis, vt est punctualis decisio Rotæ fin. *de fide instrumentor.* in antiquis Farinacius late, *in decisione* 278. 24

Itaque ex doctrina iam relatæ conclusionis infert Riccius *dicta collect.* 1732. versic *infertur sextò*, procedere eam etiam in probatione Iurispatronatus, nam præsentato non sat est exhibere sententiam ordinarij Canonicantis Iuspatronatus; nisi fuerit ex actis iustificata, vt ipse in Curia Neapolit. refert *decisum*, *decis.* 595. vbi alloquitur plurima ad propositum. † Qui *in dicta collect.* 1732. in versic. *tertio*, & in versic. *quartò*, ait prædictam notoriam nullitatem, de qua in conclusione dixi procedere ex recepta Rotæ opinione, vt *in decis. Seraph.* 1266. & quod huiusmodi sententia dicitur pariter nulla, quæ reparari minime potest partium consensu, Baldus *in decis.* 159. & Rota in vna Romana, tenuit notoriam iniustitiam constare eo ipso quod sententia non iustificatur ex actis, videbis Textum, *in l. ait*, §. *si hoc tit.* 25 26

Verum iam dicta de iustificatione sententiæ ex actis limitantur, vt non procedat quando licet sententia non fuisset ex actis iustificata, iustificari tamen possit vt fuit resolutum in vna calagurritana iurisdictionis 8. Aprilis 1585. coram Decano in Rota. Secundò non procedere in antiquis, quo casu tunc sententia probat acta; vt probat pulchrè Grammaticus *in decisione* 34. Item vt non procedat in censuris, quoniam in ipsarum materia, sententia probat acta nec iustificatio exigitur Cardinalis. Puteus *in decisione* 65. 27

cisione 65. *lib.* 1. quod ampliat Riccius *dicta collect.* 1732. in versic. *limita secundo*, maximè procedere in censuris latis in Curia, quia habent præsumptionem pro se, & ab illis non solet dari absolutio, nisi causa cognita, vt fuit in Rota resolutum, in vna Romana mercedis 15. Februarij 566. coram Seraphino, & facit decisio eiusdem in propriis terminis loquens 1164. *p.* 2.

28 † Et quod acta inducant esse, & producant substantiam sententiæ: docent de Grasis *decis.* 2. *num.* 6. & 10. *de solut.* Riccius *dicta collect.* 1949. exhartam.

29 Et quod Iudex nulla alia via possit ad pronuntiandum moueri, tenuit Rota in vna Toletana positionis 24 Martij 1610. coram Coccino, & in potlibiens. census 16. Nouembr. 1605. coram Lanceloto, vt alibi sæpe refert Riccius, quia alias legitimæ tollerentur defensiones; nam pars non potest diuinare ea, quæ sunt extra acta & inde facere suas diligentias, & propterea, vt iam dixi vulgò dici solere, quod ea quæ sunt extra acta, sunt extra mundum: videbis Rotam prosequentem prædictam opinionem in vna præceptione 27. Ianuarij 1556 coram Robusterio, & in Barchironen. Parochialis 7. Iulij 1610. coram Ottembergo: videbis Textum *in lege ait Prætor*, §. *si Iudex*, *ff hoc titulo*, vbi Doctores.

30 Nec prædicti obstant sequentia, nempe, vt semper præsumatur pro iusto Iudicis mandato: Ita vt eius sententia lata iusta præsumatur, vt agnoscunt Doctores *in cap. in præsentia de renuntiatione* per Textum ibi, & *tanta sit Iudicialis authoritas*, vbi Glossa plures concordantes Textus adducit, & Decius in Rubrica *de appellationibus*, *num.* 7. & 8 & *in cap. super eo in* 2. *eodem*, Panormitanus *in cap. quoniam contra de probat. num* 19. *in fine*; vbi aliquid dixi, Felinus *in cap. cum causam de officio deleg. num* 1. & *cap. cum dilectus*, *in* 2. *à num.* 1 *de rescriptis*, Doñas *Reg* 189. Mant. *lib.* 3 *Dialogo* 50 Hypolitus *singul.* 354. Maranta *de ordine Iudicior.* 2 *p.* 6. *princip. tit.* 9. *num.* 21. Couarr. *de sponsalibus p* 2. *cap.* 8 § 12. versic. *ex quibus primo*, Menochius *de præsumpt. lib.* 2. *præsumptione* 67. & *cons.* 100. *à num.* 1. Aymon *de antiquitate tempor. p.* 1. *num* 19. & *cons* 201. *n.* 8. Aldercte *de religiosa disciplina*, ita vt etiam procedat, si à sententia sit appellatum, Surdus *de alimentis tit.* 1. *q.* 120. *num.* 11. quia Iudex præsumitur iudicasse, prout de Iure debebat, Surdus *decis* 170. *num.* 4. Barbosa *in dicto cap in præsentia sub num.* 2. & 3. quidquid dicat Mascardus
31 *de probation. conclus* 1296. † Quia respondeo hæc vera esse, nisi aliud esset contra sententiam & Iudicem quia tunc reuera sententia est iustificanda ex actis, alia requires *infra in cap. causam* 14 *hoc Titulo*.

32 Sed notabis, quod si stante Iudicis decreto omnia præsumantur ritè, & rectè gesta, vt fuit dictum in causa Romana fidei commissi 15 Nouembr. 1614. coram bonæ memoriæ Ronbnldo in versic. *non obstat*; illud autem non sufficiet ad hoc, vt præsumantur adhibitæ solemnitates, non enuntiatæ, Felinus *in dicto cap. quoniam contra sub num* 37. *post medium*, versic. *limita*, ibi Decius *à num.* 174. Rota *decis* 72. *n.* 33. & 34. *p.* 2 *diuers.* Gabriel *commun. tit. de sentent. conclus* 5 *num.* 37. Paris. *cons.* 12. *num.* 57. & *sequent.*
33 *lib* 2 † Videndi etiam Couarr. *in practicis*, *c.* 6. *num.* 6. versic. *secundum*, & Barbosa *in cap. cum* *inter hoc tit. num.* 5. dicentes vt sententia à qua fuit appellatum, quæ non transiit in rem iudicatam, non præsumatur ritè lata; Imò quod dicitur iniusta: tenent Zasius *in l.* 1. *ff. hoc tit.* Minsing. *cons.* 41. *num.* 7. quia magis præsumitur pro appellatione, vtpotè fauorabili, quam pro sententia Torreblanca *de Magia lib.* 5 *crimin. pun. cap* 25. *num.* 6. & 8. Ferret. *cons.* 51. *num.* 23. *lib* 3. Barbosa *in cap. dilectis* 55. *de appellation. num.* 12. Menochius *de præsumption. lib.* 2. *præsumpt.* 67. *num.* 36.

Dixi inquam *num. præcedenti*, citatus Surdus 34
de alimentis, in tantùm præsumi pro sententia, vt etiam appellatione pendente locum habeat vt sequitur Baldus *in cap. cum super* 17. *hoc tit. col.* 1. tamen quod verius sit, vt pro sententiæ iustitia non præsumatur, docent Decius *in dict. cap. quoniam contra de probat. num.* 52. Card. Peret. *de nominat. Emphyteus. q.* 5. *num.* 25. Scaccia *de appellationibus q.* 17. *num.* 65 Barbosa *in dicto cap. cum super num.* 2. eo quod sententiæ effectus suspenditur per appellationem ex Burat. *decisione* 456. *in fine*, Rota in Romana vinea 17. Martij 1624. coram bonæ memoriæ Vbaldo, & etiam procedere quoad præsumptionem Iuris, dicunt Gabriel *tit. de sentent. conclus.* 4 *num.* 31. & *conclus.* 6. *num.* 23. Menochius *de præsumpt. lib.* 2. *præsumptione* 67. *num* 36.

Ad quartam quæstionis partem, an lata sen- 35
tentia non visis actis sit nulla, & ad respondendum præmitto, vt necessarium debere Iudicem antequàm pergat ad proferendam sententiam cuncta, & singula acta processus rimari, & diligenter, ac maturè videre, vt elegantissimis verbis docet Textus *in cap. fin.* 30. *q.* 5. notant Vantius *de nullitatibus processuum tit qualiter processus*, & *Sententia*, *qui dicuntur nulli reparari possint*, *à num* 2. Paz *in praxi tempore* 11. *num.* 5. *directorium Iudicum* 1. *p. cap.* 1. cum aliis eruditè Marrencus *in Dialogo Relatoris* 3. *p. cap.* 39. quem sequitur Paz *vbi suprà*, *n.* 1. Rodriguez. *de ordin. processu*, *cap.* 12. *de Sententia*, *num.* 14. & *num.* 48.

Vnde ex adductis etiam in versic. *ad tertiam*, 36
respondeo, quod sententia lata non visis actis, licet habitis pro productis sit nulla: docet Riccius *collect.* 1879 *super Trid. cap.* 20. dicens ita iudicasse Rotam coram Iusto in vna Rauennaten. pecuniaria 13. Ianuarij 1603. nec posse procedi ad eius confirmationem, nisi priùs super nullitate pro nuntiato, vt per eandem Rotam Romanam coram Orano in vna Burgen. decimar. 1. Iulij 1598 & quod sententia lata, non visis actis; sed illis habitis pro productis: tenuit Rota Bonon. diuersor. *in decis.* 89. & reddit rationem Anton Faber *Cod. de Iudic.* dicens quod sententia, quæ non habet præsumptionem causæ cognitionis, dicitur nulla ipso iure; à quo sic infert Riccius *vbi suprà*.

Ob id dixit Bartolus *in l. probatam*, *Cod. de* 37
sententiis, & *interlocutionibus*, *num.* 5. præcipitanter latam sententiam non esse, vt refert Menochius *de arbitrariis q.* 19. *num.* 7. & *q.* 32. *n.* 3. Paz alios referens, *in praxi tempore* 11. *in princ.* etenim Textus *in dicto cap. fin.* 30. *q.* 5. reprobat nimiam celeritatem in reprobandis, definiendisque causæ meritis & ne præcipitatam proferat sententiam, debet esse bene de causa instructus, vt sic possit de veritate constare, & iustitia partis, *vt in cap. cum ex litteris*, versic.

prospeximus

prospeximus de in integrum restit. docet Innocentius, quia veritas sæpiùs exagitata, magis splendescit.

38 Et fructus Diuinus est, iustitiam sæpiùs recenseri, vt in *cap. graue 35. quæst. 9.* alias enim Iudicis præcipitata sententia, & voluntas fit Nouerca Iustitiæ, vt ex *Clementina Pastoralis*, §. *verùm hoc Titulo*, colligitur, vbi notat Cardinalis relatus à Paz, *vbi suprà num. 3.* & iniquitati comparatur, cum iniquibus omnia præcipitet, vt notant Rodriguez *de ordinando processu cap. 11. num. 15. & 16.* Matienco *in Dialogo Relator 3. part. capite 39. num. 9.* vbi benè exornat.

39 Vnde breuiter infero, quod dispensatio commissa Executori cum clausula *si ita est*, redditur nulla, si statim præsentatis litteris Executori ille dispensauit; sic docent Achiles de Grassis *in decis. 2. de filiis presbyt.* Ricc. *dicta collect. 1879.* in versic. *cuius*, vbi reddit rationem, quia ex breuitate temporis non poterat adfuisse hæc causæ cognitio, quod adeo verum dicit, vt procedat, etiam si Iudex in dispensatione narret eam cognitionem adhibuisse, Rota *in decis. 4. de filiis presbyter.* in antiquis.

40 Ad vltimam partem quæstionis de Actorum transportatione, & prosequendo institutum difficultatum præcedentium, constituo eam, nempe Regulam, nempe Actorum transportationem adeo esse necessariam, quod sententia ipsis non transportatis sit nulla, Riccius *super Rubrica, ff. de re Iudicata, collect. 1564.* vbi am-
41 pliat multipliciter, vt *infrà* dico. † Et ita idem Riccius *in decis. 143. Curiæ Archiepiscop. Neapol. parte 4.* dixit sententiam latam à Iudice appellationis, non transportatis actis esse nullam censuit Rota apud Manticam *decis. 170. & decis. 197. num. 1.* Barbosa *collect. Trid. cap. 20. de*
42 *reformatione sess. 24. num. 68.* † Vbi *n. 69.* ait gesta actis diminutis, & dismembratis esse nulla: sic docent etiam Campan. *in decis. Iuris Canon. Rubr. 11. cap. 13. sub num. 314.* versic. *& si non integraliter exportentur*, refert videndus D. Franc.
43 Salgado *de protectione Regia p. 1. cap. 1. n. 2.* † Et ratio quare sit nulla sententia actis non transportatis, ea nempe est, quia Iudex, non visis actis non potest absoluere, nec condemnare: sic Farinacius, *in decis. 216. volum. 2. consil.* Rota in vna Albanen. beneficiorum 9. Aprilis 1612. coram Pilouano, & sæpissimè fuisse dictum per eandem Rotam, & signanter in vna Britonorien. bonorum 14. Nouembris, & 4. Iunij 1598. coram Domino Pegña, & in vna Imolen Saluiani 30. Octobris 1600. coram Lanceloto Riccius
44 *dicta collect. 1964.* versic. *amplia decimò.* † Vbi adeo prædictam conclusionem veram dicit, vt hæc qualitas transportationis verificari nequeat ex assertione Iudicis in sententia, sed ex actis omninò esse iustificandum, vt firmauit Rota in vna lauden. deuolution. 23. Maij coram Corduba.

45 Et præfata conclusio locum habet, etiam si causa fuerit commissa cum clausula, *summariè, & quantùm sufficere videbitur*, Rota in vna Bononien. de Herculanis 5. Iulij 1589. coram Illustrissimo Plato, tradit Riccius *vbi suprà* in versic. *amplia primo*, qui in versic. *amplia tertio*, ait cum Farinacio *in collect. decisione 40. volum. 2.* procedere etiam in omni facto, & omni materia, & contra omnem personam.

Imò Doctores per verba Tridentini, *in dicto cap. 20. sess. 24. de reformatione* in versic. *teneantur acta omnia*, dicunt illud decretum circa transportationem Actorum esse de forma, quando causa est Ecclesiastica, & Rota *decis. 56. num. 12. & decis. 561. n. 12. p. 1. recent. & decis. 268. n. 3.* inter impressa per Farinac. *post lib. 2. consil. & decis. 121. n. 3.* apud Pauficum, de Saluiano *interdicto*, & Immolen afflictus coram Pegñia impressa per Masches *de commission. p. 2. pag. 539.* vbi etiam fuit dictum procedere hanc resolutionem, etiamsi ageretur de causa profana coram Iudice Ecclesiastico, & quod huiusmodi transportatio necessaria sit in causa beneficiali, tradit ex Rota Barbosa *in dicto Trid. cap. n. 66. & in tractatu de officio Parochi cap. 29. num 25.* vbi subdit id videri conforme iure communi. 46

Verùm Riccius absolutè videtur asserere in quolibet Iudicio procedere relatam doctrinam, ne dum in causis spiritualibus, verùm etiam & in causis prophanis: sic *in dicta collect. 1964.* versic. *amplia secundo*, cum Rota in vna Turdetinæ bonorum 15. Martij 1586. coram illustrissimo Blanqueto, & cum Farinacio eiusdem Rotæ, *collect. 38 inserta in dicto volum. 1. cons.* † Sed in puncto quod dispositio Concilij, non habeat locum in causis prophanis, & fori sæcularis, & solùm in causis fori Ecclesiastici; iuxta declarationem Sacræ Congregationis, censuit Rota *decis. 278. num 2.* aqud eundem Farinacium p. 2. *in posthum. & decisione 377. num. 3. ead. p. 2.* & quod prædictum Tridentini decretum non cōprehendat causas prophanas per appellationem ad Iudicem Ecclesiasticum relatas; refert decisum Narbona *in l. 59. lib. 2. tit. 4. Glossa 1. n. 93. areopilat.* 47 48

Imò Farinacius *vbi suprà, decisione 56. eiusdem volum. cons.* Riccius *suprà dicta collect. 1864.* versic. *amplia quarto*, dicunt præfatam primam assertionem de transportatione Actorum procedere, etiam quod ista transportanda essent in releuantia, atque etiam quod non agatur coram Episcopis, sed coram quocumque Iudice, & Rota in immolen. afflictus 20. Aprilis 1604. coram Penia, *& decisione 564. numero 4. & 5. parte 2.* recentiorum, & coram bonæ memoriæ Burato *decisione 418. num. 4.* dicit Actorum irreleuantiam excusare à transportatione Actorum; Imo eadem Rota *decisione 104. num. 1. parte 4. diuers. & in lege eo die in dominij de Steuordia 13. Iulij 1623.* coram Reuerendissimo Domino Coccino Decano, videtur tenere contrarium, cum in ea fuerit decisum sententiam latam in causa Ecclesiastica, non transportatis omnibus actis, etiam irreleuantibus esse nullam, & quod irreleuantia acta non sint transportanda, dixit Rota post cons. Farinac. & coram Dur, *decisione 116. numero 2.* ad Trident, *dicta sessione 24. capite 20. numero 66. in fine.* 49

In causis autem prophanis, licet procedatur, actibus integrè non transportatis, si acta quæ deficiunt, non sunt releuantia ad inferendum, quod Iudex Iustitiam fecerit, Sententia non est nulla, sed solùm debet supersederi, donec acta omnia videantur; Et ideo sufficit, quod remaneat Iustificata ex noua transportatione, Achiles *decisione 7. de sentent. & re iudicata*, Rota in dicta Leodiens. Domini Barbosa *in dicto Trid. decret. num. 73. & num. 74.* 50

videndus cum Rubeo in ſingulari Rotæ, verbo
acta, §.4.& 5

51 Ex his plura notabis nempe, vt Actorum
tranſportationis omiſſio vitiet ſententiam, etiam
ad effectum, vt ſuſpenſo petitorio; procedatur
in petitorio, ſecundùm deciſionem Farinac. 77
inſertam in dicto 2. *vol. conſil.* ſequitur Rota in
vna licienſis Abbatiæ 19. Decembris 1595. co-
ram Illuſtriſſimo Pampbilo, & iterùm in vna
tabertina bonorum de Giannellia 11. Maij 1589.
52 coram Peruſino. † Quæ doctrina fallit, quan-
do non ſunt tranſportata acta verbaliter tantùm
producta, vt cenſuit Rota *in deciſ.* 561. *n.*10 *p.*1.
53 *recent.* † Secundò quando non ſunt transpor-
tata iura producta non citata parte, vel extra
terminos citationis, quia tunc non dicuntur
de actis, eadem Rota *dicta deciſ.* 561. *num.*11.
54 † Tertiò vel quando ſine illis actis omiſſis ſen-
tentia poteſt iuſtificari, Rota *vbi ſuprà num.* 12.
Barboſa *in dicto Trid. cap.*20. *ſeſſ.* 24. *num.* 70.
55 Quartò ex Rotæ deciſione collecta per Fari-
nacium *deciſ.* 341. *dicto vol.* 2. *conſ.* & ex deciſ.
Rotæ Albanen. beneficiorum 4. Nouembr.
1609. coram Lancelolo transportationis Acto-
rum omiſſionem non vitiare ſententiam quo-
tieſcumque tempore tranſportationis talia acta
56 non reperiebantur, † Quintò ex deciſione eiuſ-
dem Farinacij 88. *in prædicto volum.* vbi fuit di-
ctum omiſſionem tranſportationis Actorum non
vitiare ſententiam, quando non fuerunt tran-
ſportata acta diuerſæ cauſæ.

57 Notabis ſecundò, vt actis non tranſportatis
Iudex, ad quem cenſeatur carere Iurisdictione,
vt pluries cenſuit Rota Romana, & ſignanter
in vna Valentina de Campanor. 1. iunij 1580.
coram illuſtriſſimo Blanqueto, & iterùm in vna
Compoſtell. Parochialis 20. Maij 1590. coram
Peñia, & tandem in vna Verdunenſ. repetitio-
nis fructuum 5. Ianuarij 1597. coram eodem
tradit Riccius *dicta collect.* 1964. verſic. *amplia* 7.
qui in verſic. *amplia octauo*, ex eodem Farinacio
deciſ. 125. *eiusdem volum.* ait quod ſententia la-
ta ob non integram tranſportationem Acto-
rum redditur nulla, & Iudex, ad quem nedum
caret iurisdictione, verùm etiam, vt cauſa ad
eum non deuoluatur.

58 Et quod minimè requiratur Actorum trans-
ſportatio quotieſcumque facta ſunt coram Iudi-
ce, penitùs incompetenti, Rub. *in deciſ.* 97. &
Farinacius *in ſua collect. deciſione* 116. *volum.* 2.
conſilior.

59 Notabis tertiò ex eodem Farinacio *in deciſio-
ne* 268. quem refert Riccius *dicta collect.* 1964.
verſic. *nono*, quod Actorum tranſportationis
omiſſio vitiat ſententiam de Iure Ciuili, etiam
circumſcripto decreto Sacri Concilij Trident.
quod in prophanis locum non habere dicunt
dicentes etiam acta tranſportanda eſſe, non ſo-
lùm coram Iudice appellationis, ſed etiam co-
ram alio quocumque Iudice, cui fuerit cauſa
commiſſa.

60 Notabis quartò eſſe tranſportanda acta illa,
quæ debent influere in cauſam alias, ſi non re-
ſpiciant merita illius: ita quod Iudex non poſſit
ex illis inſtrui de Iuſtitia, vel iniuſtitia ſenten-
tiæ, non erit neceſſaria eorum tranſportatio, cen-
ſuit Rota *in deciſ.* 278. *n.* 3. vbi *num.* 4. ſubdit,
quod Actorum tranſportatio, non eſt neceſſa-
ria, quando cauſa eſt diuerſa, & *n.* 5. dicit cau-
ſas dici diuerſas, quando concurrit diuerſitas
perſonarum Rei, & Actoris, refert Barboſa *in
dicto Trid. cap.*20. *ſeſſ.*24. *n.* 66. † Imò & Fari- 61
nacius *deciſ.* 178. *dicto volum* 2. *conſ.* quem ſequi-
tur Riccius *dicto collect.* 1964. verſic. *quarto li-
mita*, dicunt Actorum tranſportationem non
eſſe neceſſariam, quando acta ſunt facta in di-
uerſo Iudicio, quam doctrinam ampliat Riccius
procedere, tam de Iure, quam ex diſpoſitione
Trid. Concil., vt pluriea cenſuit Rota Roma-
na in vna Oſcen. indulti 27. Nouembr. 1598.
coram Orano, & iterùm in vna cenſenaten de-
caccia gerria 15. Ianuarij 1599. coram Litta, &
iterùm in vna Valentina Baroniæ coram Octem-
bergo, Barboſa *ſuprà num.*71. † vbi addit pro- 62
cedere, etiam ſi acta diuerſi Iudicij multùm
conferant ad cauſam, de qua agitur 63. † Et 63
addit etiam *num.*66. *in fine*, eſſe tranſportanda
acta, ſolùm ſententiæ, à qua fuit appellatum
& quæ petitur reuocari ex Farinacio *deciſ.* 116
num. 1.

Notabis quintò in dubio præſumi acta inte- 64
grè tranſportata: ſic Rota collecta à Farinacio
*in deciſ.*116.*dicto vol.*2. *conſ.* Ricc. *d. collect* 1964.
verſic. *ſexto*, qui hoc intelligit; Secundò niſi
contrarium oſtendatur, vt pluriea cenſuit Rota
Romana. & ſignanter in vna calagurit. de naeaio
23. Ianuarij 1595. & iterùm in vna Pientina
Capellæ 7. Ianuarij 1596. coram Litta, & tan-
dem in vna Venete illegitimitatis 2. Maij 1597.
coram Peñia; iterùm Riccius *ſuprà* in verſic.
tandem, cum Farin. *in deciſ.*143. *volum.* 2. multis
adductis deciſionibus probat Barb. *in dicto Trid.
decreto n.*64. & cum aliis multis DD.

Et Sigiſmundus Scaccia *de appellationib. q.*10. 65
n 15. ſubdit hoc adeo verum eſſe, vt aſſerenti
acta non eſſe integra, ſed diminuta incumbat
onus probandi, ad quod plures alias deciſiones
Rotæ citat Theodoſ. de Rubeis *in ſing. Rota, p.*1.
verbo *acta*, §.1. idem refert, & ſequitur Farinac.
*deciſ.*144. & ſic Riccius addit ſic eſſe, quemad-
modum proceſſus præſumitur integrè extractus
& tranſportatus.

Vnde notabis ſexto, vt non ſolum acta de- 66
beant integrè tranſportari, ſed etiam legitimè,
nempe ab Actuario, vel Succeſſore in officio,
cum compulſoria, & partis citatione pro vt re-
quiritur Rota *deciſ.* 1. *de fide inſtrument. in nouis.*
Mohedanus *in deciſ.* 8. *eodem tit.* & coram Gre-
gor. V. *in deciſ*469. *n.*4. ſequitur Barboſa *in di-
cto Trid. decreto ſeſſ.* 24. *cap.* 20. *n.* 67. vbi refert
deciſum in Toletana ſpolij 13. Iulij 1613. co-
ram R. P. Nauarro, & in Ferretrana Parochia-
lis 22. Maij 1628. coram Cardinali Virili, † Et 67
in puncto de proceſſu extracto ab alio Notario,
quam actuario, vel ſucceſſore in officio, ita
fuit etiam dictum in Algaren. diſmembrationis
5. Iulij 1617. coram bonæ memoriæ Rembordo
prout refert, & ſequitur Beltramin. *in annotat.
ad Greg.*15.*n.*9. *deciſ.*59.

Notabis ſeptimo, quod proceſſus extractus 68
à Notario Actuario, cenſetur eſſe in forma pro-
banti, & originali abſque alia partis citatione,
& Iudicis authoritate, vt ex multis Rotæ deci-
ſion probat Theodoſius de Rubeis *in ſingulari-
bus Rota p.*2. verbo *proceſſus*, § 2. *pagina* 84.
† Imo Notario atteſtanti de integra tranſpor- 69
tatione, ſeu extare alia acta credi; Cenſuit
Rota poſt *lib.* 2. *conſ.* Farinacius *deciſ.*144.*n.*5 &
in Brachaten. Parochialis 19. Ianuarij 1610 corã
bonæ memoriæ Cardinali Sacrato, vbi etiam
fuit

fuit dictum sufficere, quod Notarius attestaretur simpliciter se fideliter extraxisse, Rota *decisione* 369. *n.*6. apud Farin. *p.*2. *in posth.* idem Barb.
70 *dict.n.*67.*in fine,& n.*75.† Vbi *n.*77.ait quod Notarius non cogitur mittere acta originalia processus primæ instantiæ ad Iudicem appellationis, nisi probabilis aliqua falsitatis causa, & suspicio incidat, quæ Iudicialiter obiiciatur, & tunc terminata causa remittenda esse ad ordinarium, vt in suo Archiuo conseruentur, ita ex Sil. *c.*42. referente fuisse decisum sub die 16. Octobr. 1600. quod ait Farin. *suprà n.*78. procedere in omnibus causis Ecclesiasticis vertentibus coram quocumque Iudice, etiam non Episcopo, vt censuit Rota in Leodiens. Dominij, de Stebordia 3. Iulij 1623. coram Coccino De-
71 cano, & inter eius impressas *decis.*174. *n.*3. † Et quod Notarius Tribunalis Ecclesiastici teneatur in copia Actorum tradere sententiam absque eo quod soluantur sportulæ, postea repetendæ scribit Barbosa *in dicto Trid. dicto n.*79. *&* 80. cum aliis videndus *num sequent.*

72 De transportatione Actorum vide nonnullas alias decisiones Rotæ, præsertim in vna auximana Tutelæ 17. Februarij 1572. coram Rubeo, & iterùm in vna Bononiens. bonorum 16. Ianuarij 1601 coram Litta; item in vna Burgens. Canonicatus 19. Ianuarij 1607. coram Ludouisio item in vna Valentina legitimitatis 16. Martij coram Pamphilo congerit Ricc. *d. collect.* 1964. versic. *& de.* vbi nostram iam relatam conclusionem dicit limitandam esse in tribus casibus, de quibus per Farinac. *in sua collect. decis.* 34. *inserta in* 5. *volum. consil.* item & in casu eiusdem Rotæ ab eodem Farin. *collect. decis.* 200. *dict. vol.*

73 Iam ergò pro complemento notabis debere eum, qui appellauit ex dispositione Tridentini, *in dicto cap.* 20. *sess.* 24 transportare acta prioris instantiæ, vt tenuit Rota penes Cauel. *decis.* 43. vbi *n.*7. subdit quod transportare acta coram vltimo Iudice, qui priorem sententiam reuocauit, teneatur appellans, sed non acta facta in priori instantia, vt refert Narbona ad Textum *in l.* 59.
74 *glossa* 1. *n.*92. *tit.*5. *lib.*2. *recop.* † Vbi infert sacram congregationem censuisse teneri eum, qui appellauit, vel ob lapsum biennium, causam ab ordinario auocauit, vigore illius decreti Trid. transferre non solùm acta gesta coram ordinario, à quo appellauit, vel causam auocauit, sed & alia omnia, si quæ occasione eiusdem causæ
75 coram alio Iudice gesta fuerint. † Et subdit eadem sacra congr. pariter fuisse decisum, posse Iudicem appellationis iubere sibi originalia exhiberi, quatenùs de fide exempli sit dubius.

76 Vnde infero vt si appellatus occultauit processum, vel impedimentum præstitit, vt compulsatio, & transportatio non fieret; tunc in eius præiudicium habeatur pro compulsato & transportato, itavt Iudex appellationis possit appellantem absoluere, & acta gesta in prima instantia annullare, & irritare, sic refert decisum Gon-
77 zalez. *ad Regul.*8. Cancel. *glossa* 27. *n.* 41. † Et sic etiam acta haberi pro transportatis stante impedimento per recursum ad Curiam sæcularem, dixit Rota *decis.*751 *n.*1. *p.*2. *recent.* Theod. de Rub. *in singulari Rota p.*2. verbo *acta* §.1. *pagina* 17. *in princ.* videndus Barb. *in dicto cap.* 20. *Trid. num.*86. *&* 64.

QVÆSTIO III.

Sententia an sit proferenda per verbum absoluo, & condemno, *vel sufficiat aliis æquipollentibus verbis: Res iudicata, qualiter intelligatur: An standum sit rei iudicatæ, vbi de sententia in partibus: Et quid de reuisione sententiæ: Et an sententia debeat esse conformis libello: Et numquid debeat ferri per verba propria clara, & certa: Vbi de lata sub conditione ad fauorem alicuius?*

SVMMARIVM.

1 *Sententia proferri debet à Iudice condemnando, vel absoluendo per verbum* condemno, *vel* absoluo, *saltim virtualiter, quid in secunda instantia, num.*2.
2 *Sententia in secunda instantia satis pronuntiatur, si Iudex dicat iustam, aut iniustam fuisse primam, vel vt debeat confirmari, vel infirmari.*
3 *Sententia non desiderat continere causam condemnationis, vel absolutionis.*
4 *Sententia transit in rem iudicatam, si condemnatus non appellat, vel si ab ea non potest appellari, num.*5.
6 *Sententia transacta in rem Iudicatam plures habet effectus, est altera natura, & facit de albo nigrum.*
9 *Iudicata res habetur pro veritate, cui statur in dubio: fallit, num.* 10.
10 *Princeps potest rei iudicatæ derogare, non dominio.*
11 *Iudicatæ rei, quando renuntiatum intelligatur.*
12 *Sententia in partibus quam authoritatem habeat num* 13.
14 *Reuisio sententiæ ab vno ex collitigantibus impetrata communis est partibus*
17 *Reuisio, & appellatio à pari procedunt, & n.*17. *de aliu fallit, num.*18.
19 *Sententia debet esse conformis libello, qualiter contingat, num.*21. 22.
20 *Iudex potest pluris, minorisve, quam petitum est, condemnare.*
21 *Iudex de re in Iudicio non tractata, decernere nequit.*
22 *Sententia lata vltra petita est nulla, fallit, num.* 23.
24 Leg. vt fundus 18. ff. communi diuidundo.
26 Cap. qualiter de accusation. cap. licet Hely de Simonia.
26 L. fin. Cod. de fidei commiss. libert.
27 *Sententia debet proferri per verba clara, & certa.*
28 *Sententia sub conditione lata debet adimpleri in forma specifica.*

AD primam quæstionis partem respondebis ex dictis *suprà in cap.* 1. *de Iudiciis, quæstione* 18. vbi per Textum ibi egi de quæstione, an Iudex teneatur vti in sententia, verbo *condemno*; 1

Et suppositis ibi adductis, nunc breuiter cum Accursio dico *in lege fin.* verbo *proferant, Cod de sentent.* ex periculo recitandis, & Glossa verbo *absolutione* per Textum *ibi in l. 1. ff. hoc tit. glossa in cap fin. hoc tit. lib.6.* verbo *proferri*, sententiam à Iudice proferendam esse condemnando, vel absoluendo Reum in totum, vel in partem, & sic docent Doctores prædicta verba *condemno*, vel *absoluo* formalia esse verba sententiæ, vt colligitur ex *l.2. tit.22.p. 3. vsque adeo*, vt si sententia à Iudice per verbum *condemno*, vel *absoluo* non pronuntiaretur nullam esse, vt docet Textus *in l. in hoc Iudicio 28. ff. familiæ ercifcundæ, & in l. Præses 3. Cod. de sent. & interlocut. omnium Iudic.* vbi tradit Bart. Bald., Salicetus, & alij plures, Maranta *de ordine Iudiciorum p. 6. tit. de sent. num.* 121. sic sonant verba *l. 5. tit. 22. p.3.* in verbis ibi, *ca abonda que diga, despues que la sentencia fuere leyda aquellas palabras en que es la fuerza de ella, comoda porquito o condena a aquel contra quien fue fecha la demanda*: docet etiam Montalbus per Textum, *ibi in leg. 2. tit. 13. lib. 2. fori in Glossa* verbo *por quito*, & Andreas Valensis *in Rubrica hic, num.13.* dicit vt semper debeat sententia continere absolutionem, vel condemnationem expresse, vel virtualiter per Textum *in l. quid tamen si arbiter, ff. de arbitris*, alias vel aliter non valeat ex *l.1. ff. hoc tit. cap. in fine de accusation.*

2 In causæ instantia prima vera est, & practicabilis relata sententia; Dubium verò est an in causis secundæ instantiæ ita obseruetur, tamen Speculator *in tit. de sent. §. vt autem n.26.* Rodriguez *de ordin. processu cap.12. n.39. in fine*, docent vt in causa appellationis sufficiat Iudicem pronuntiare sententiam iustam, vel iniustam esse vel aliis vti verbis; veluti sententiam à se confirmari, vel infirmari, & ita pronuntiare benè iudicatum, & male appellatum esse, nec formalia verba *absolutionis*, vel *condemnationis* desiderari, sic per Glossam à Doctoribus approbatam, *in dicta l. Præses, & in l eos*, verbo *vel iniu-*
3 *stam, Cod. de appellat.* † Sed causam condemnationis; vel absolutionis exprimi non oportere, docent Doctores per Textum *in cap. fin. hoc tit.* vbi Panormit. ex multis Barbosa *num. 2.* & reddit rationem ibi Felinus *num 22.* quia in sententia de facili potest mala causa exprimi, & bona supprimi solent enim Iudices sæpiùs moueri per causas minùs concludentes, vt notat *ibi, num.4.* sequitur Valensis *in Rubrica hoc tit. dicto §.3. num.13.* vbi addit posse eandem sententiam, & absolutionem, & condemnationem continere respectu diuersorum Articulorum: *Sed an sententia debeat continere expressam condemnationem expensarum dixi in cap. finem de dolo q.5.* versic. *ad secundam*,

4 Ad secundum res Iudicata qualiter intelligatur colliges ex dicendis *in hoc tit.* ex *alibi* dictis secundùm quæstiones *suprà* positas in præfatione, quare nunc breuiter etiam respondeo quod si condemnatus non appellat, facit transire sententiam in rem iudicatam, vt docent Menochius *de præsumpt. lib.2. præsumptione 94. num. 5.* Aymon *consil.103. num 1.* Gallius *lib. 3. obseruation. 139. num. 2.* Rota in Collon. Pension. 9. Iunij 1604. coram R. D. Decano, relata per Farinacium *in decisione 81. num. 1. p. 1. recent.* vbi *num. 3.* ait quod sententia facit transitum in rem Iudicatam, quando ex termino præfixo à Iudice, à quo ad docendum de prosequtione appellationis, de ea non fuit doctum, Valerius *de different. inter vtrumque forum*, verbo *sententia, differentia 6.*

Imò Couarruuias *practicar. cap.23.* ait vt sententia dicatur res iudicata, quando ab ea non potest appellari, vel non fuit appellatum intra decem dies, & sic dicit Menochius sententiam esse exequendam, quando iam in Iudicatam lapsa est, sic Menochius *de præsumpt. lib.1. præsumptione 91. num. 1.* indeque idem Couarruuias *de sponsa. p.1 cap.8. §. vltimo num.18.* Decius, Abbas, & alij *in cap. sæpe hoc tit.* dicunt, quod qui intra decennium, cum possit non appellat, quamuis non verbo facto, tamen suo sententiæ consentire, & parere voluisse secundùm omnes, *in cap. quoad consultationem 15. hoc tit. ex l. vltima, ff. quando appellandum, & ex l. vltima, Cod. de sent.* quæ sine certa quantitate *Glossa penult.* vbi communis *in cap.2. de concessione præbendæ.* 5

Et sic plura adducens videnda, & iuribus probans Valenzuela Velazquez. *consil.68, lib.1. à num.15.* ait quod sententia lata præsumitur, ex quibus causis debebat; Et sic rectus processus, & iuridicus lata sententia transacta in rem iudicatam, habet præsumptionem iuris, & de iure, & facit ius inter partes, & quod res iudicata pro veritate habeatur; Et sic standum esse rebus iudicatis, & quod sententia facit de albo nigrum, & quod aduersùs rem iudicatam nequit iudicari, etiam ex partium consensu; Nam sententia transacta in rem Iudicatam, non de illa, sed secundum illam iudicari oportere, cum ille; qui rem iudicatam habet pro se, dicatur habere rei euidentiam, est enim sententia, sicut altera natura ius nouum, & originem creans, æquum enim dicitur: quod re iudicata est decisum, quia transacta sententia in rem iudicatam non quæritur de eius iustitia, au, iniustitia; Etenim talis sententia impedit super eodem nouam litem, & Iudicium; re enim Iudicata nequit vlterius pars audiri, qui alia quamplura tradit ad authoricandam vim rei Iudicatæ. 6

Ad tertiam quæstionis partem iam ex dictis in versic. *ad secundam*, patet; Etenim Doctores per Textum, *in lege 1. Cod. de sent. & re Iudicata*, dicunt standum esse rei Iudicatæ. Vnde Riccius *collect. 933.* infert ad clausulam *parito*, quæ frequens est in Rota Romana, quæ quidem reddit commissionem, & iurisdictionem conditionalem; vt pulchrè decidit Cardinalis Puteus *in decisione 421. libro 1.* Et ita fuisse resolutum ait in vna Caleguritina Capell. Sanctæ Crucis 13. Ianuarij 1589. coram Orano; Et ideò non tribuere iurisdictionem, prius quàm sit paritum, Balbus *in decisione 23.* quam notat idem Riccius ad ampliationem Textus, *in capite cum dilecta de rescriptis*, ita fuit resolutum in dicta caleguritana coram Orano; nec sufficiet, quod sit paritum, nisi constet in actis de paritione, Rubinus *in decis.29.* & fuit pariter resolutum in vna tarracon pensionis 15. Nouemb. 1593. coram Gipsio. 7

Vnum tamen animaduertit Riccius *vbi suprà* quod prædictā clausula *parito* præsuppoit rem iudicatā, idem tradit in Curia Archiep. Neapol. *decisione 123.* quare ait; vt si super expensis non adest res Iudicata, quis illas soluere, & earum respectu non obstare clausulam *parito*, vt fuit resolutum in vna Mediolen. Capellaniæ 13. 8

Maij

Maij 1599. coram Seraphino; ob idque signatura, non soleat dare hanc clausulam, nisi qoando adsunt tres conformes sententiæ; & sui non referri ad condemnationem vnicam sententiam; licet ob non interpositam appellationem, vel non prosequutam transiuit in rem Iudicatam, vt fuit dictum in vna Tolet. pension. 12. Nouembris 1590. coram Litta: alia similia tradit videnda Valenzuela *dicto consil.* 68.

9 Ex his duobus prælatis dubiis, iam operepretium est dicere vt res Iudicata habeatur pro veritate, iuxta textum, *in l. res Iudicata. ff. de regulis iuris*, vbi Doctores; ita vt ei in dubio standum sit, vt colligitur ex adductis in versic. *ad secundam*, & ex eo, quia sententia est, quæ definit quæstionem, *leg. quale*, *§ dicere*, *ff. de receptis arbitris*, *leg. eos in princip. Cod. de appellat. dicta leg. in hoc Iudicio, ff. familia erciscunda*, Surdus *de alimentis tit. 5. quæst. 8. num. 1.* & decidit ea, quæ sunt in actis, Ioannes Garcia, Gregor. *allegat. 43. num 5.* ad quæ refertur, *l 3 Cod. de sentent. quæ sine certa quantitate. cap. cum ad sedem de restit. spoliat.* & notatur, *in leg hac enim, ff. de suspectis tutor.* pro his ad Ioan. Monach. *in cap. religiosus, num. 10. de testamentis*, à quibus etiam recipit interpretationem, *leg. ait prætor, §. si Iudex ff. hoc tit.* Cephalus *consil. 77. num 34.* Grattus *respons. 40. num. 40. libro 2.* Rota *decisione 369. num. 11. parte 1. Sacri Palatij*, Valenlenzuela *dicto consil. 68. à num 5.* vbi infert ex *leg. de qua re, ff. de Iudiciis*, ob id dixisse Iudicem debere pronuntiare de qua re cognouit.

10 Tamen hæc prærelata conclusio limitatur in Principe, qui poterit Rei Iudicatæ derogare secundùm Mohed. *decis. 5. hoc tit.* quod intelligit Riccius *collect.* 998. in Principe, superiorem non recognoscente, aliàs secus, vt voluit Iafredus *decis.* 112 *parte* 2. imò intelligit etiam secundo cum Rota diuers. *decis.* 368. vt Ius quæsitum ex sententia tolli possit per Principem; non verò dominium, nisi esset quæsitum ex contractu, quia non potest id facere, etiam de plenitudine potestatis, Rota *decisione 16. numero 7. part. 2. diuers.* & idem Mohedam *in decisione 6*, ampliat conclusionem limitationis ad Ducem Mediolan. & Sayrus *in decisione 13. de censibus*, ad Ducem Mantuæ, Riccius *vbi suprà*, & Magonius *in decis. Florent.* 26 60 *&* 73. qui dicunt procedere etiam in alio quolibet Principe nun recognoscente superiorem, quia quilibet ipsorum potest per suum rescriptum, Ius quæsitum ex sententia auferre, & Mohedan *decisione 3. de Fide Instrumentorum*, ampliat limitationem procedere, in Imperatore ex maiori ratione, quia *Clementina 1. de Probation.* dum loquitur in Papa, & in Principe, locum habet in Imperatore; imò Rota *decisione 114. parte 1. & decisione 279. parte 2.* ampliat nedum in Principe, verùm etiam in parte, quæ poterit iure
11 sibi ex sententia competenti derogare. † Imò etiam vt renuntiare censeatur quis Rei Iudicatæ patiendo quod procedatur super meritis, & eadem causa instruatur, pulchre docuit Mohedanus *in decis. 4. hoc tit.* referens ita decidisse Rotam.

12 Ad quartam quæstionis partem de sententia in partibus; quam tamen authoritatem habet, respectu Romanæ Curiæ, iam *suprà* aliqua notaui, nunc verò pro exactiori tractatione videbis Staphileum *de litteris gratia*, §. *quispiam* Fermosin, de Exceptionibus.

decidentem, quod sententia in partibus facit in curia Mediam probationem; & propterea dixit Bellamera *in decisione 74.* quod communiter processus, qui portantur ad Curiam Modicum Valent. & hunc refert Riccius 1103. quod Rota non multùm curat de sententia de partibus, vt decisum fuit à Rota *decisione 498. parte 3. diuers.* non enim vult exequi sententiam de partibus; imò ait Mohedan. *in decisione 11. hoc titulo*, nec probationem facere processibus non visis, in quibus tales sententiæ fuerunt fundatæ, & constito de iustificatione illarum; idem dicunt Grassis *decis. 10. numero 12 hoc titulo.* Puteus *decisione 204. num. 3 libro 1.* Caputaq *decisione 128. num 1 parte 3.* Rota *decisione 84. num. 1. parte 1. & decisione 181. num. 1. & decis. 704. num. 2. & decis. 1146. & 1302. p. 2. diuers.* & alias passim tenuit Rota vt ait Riccius.

Prædicta tamen regula, & doctrina ardua 13
esset, si pluribus in casibus non limitaretur, nam firma esset sententia respectu Curiæ, si non ageretur de eius exequutione, sed tantùm de remissione causæ ad partes, Puteus *decisione 304* incipit. *fuit decisum numero 3. libro 1.* Secundò quando talis sententia esset de antiqua vltra 30. vel 40. annos, & de illius obseruantia constaret, Cassad. *decisione 3. num. 3. de procurat.* Puteus *decisione 338 libro 3.* & quando sententia dicatur de antiqua scripsit videndus Mohedan. *decisione 12. hoc titulo.* Tertiò limitatur ad effectum reprobationis testium, Cæsar de Grassis *decisione 1. numero 8. de locato*, & Caputaquens. *in decisione 134. num. 2. parte 3.* limitat. Quartò in sententia ratione hæresis prolata, de qua non solet dari processus ab Inquisitoribus, vt vidimus temporibus hisce denegatum, etiam in causa minus ardua à supremo Inquisitore generali. D. meo Arce Reinoso, & consilio in quadam causa in his Castellæ Regnis, admodum ardua respectu personæ flagitantis ad supremum Ecclesiæ Præsulem deferri. Quintò limitatur, si non ageretur ad probandum, sed ad adminiculandum tantùm, vt fuit decisum in vna Pampilon beneficij die 20 Nouembris 1595. coram Mantica. Sextò limitat Puteus *in decisione 65. libro 1.* in materia censurarum, vt fuit resolutum in vna Salin. censurarum 5. Decembris 1595. coram Seraphino. Octauò limitatur quando sententia de partibus esset confirmata à Papa Caputaquens *decisione 134. parte 3. num. 1.* Riccius *vbi suprà d. collect. 1003. in fine*, vbi admittit aliam limitationem, Maynard *decis.* 100.

Ad quintam quæstionis partem, de reuisione 14
sententiæ præmitto, *in cap.* 529. Regni Siciliæ, quæ disponit quod reuisio ab vna ex colligantibus imperrata est communis alteri; ita vt non egeat alia Principis concessione, quæ potest confirmari ex his, quæ de appellante dicunt Doctores, quod appellans prodest aliis litigantibus.

Sed in puncto nostro adsunt duæ contrariæ 15
sententiæ, Gallij vna *lib. 1. obseruat.* 154. Ioseph. Ludouici *decis.* 59. dicendum, vt petita ab altero reuisio aduersario suo communicatur; taliter vt sententiam Iudices reuidere possint, quatenus etiam ipsum grauat. † Ex eo, quia idem 16
accidit, vt parti non appellanti, communis fiat alterius appellatio, nam à pari procedunt reuisio, & appellatio, docent Ozascus,

Bart. *decis.*67. Sutdus *decis.*143. & 317. Gailius *lib.*1. *obseruation.* 122. Peguer. *decis.* 196. Osasc. *decis.* 131. Franc. Marc. *decis.* 143. & si de stylo Franciæ contrarium seruari affirmet, Buërius *decis.*73. vbi & *decis.* 247. cacipit aliquos casus, quibus non assimilantur reuisio, & appellatio Farinacius verò *decis. crimin.*84. dicit quod obtenta teuisio idem operatur quod appellatio; Imò Osascus *decis.* 92. Cartat. *decis.* 66. Girax *decis.*39. Viuan. *decis.* 255. dicunt validum esse argumentum ab æquiparatis, vt refert Riccius *collect.*1918.

17 De hac reuisionis materia alia scribit remissiuè Riccius *collect.*2029. ex Guiurba *in decis. Rota Siciliæ* 4. vbi dicit quod reuisione decem dies petita Victor, qui vult exequi sententiam tenetur præstare cautionem in casu retractationis, & idem Guiurba *in decis.*14. agit an testes in Iudicio reuisionis ob partis contumaciam recepti sint de processu, vel potiùs deberi debeant, & *in decis.*35. an à sententia in reuisionia Iudicio lata possit appellari; & cui reuidendi ius competat, & *decis.* 38. an supplicans in reuisione audiatur, quo in loco debitum, & expensas soluere teneatur, & *decis.* 66. an reuisio reuisionis eidem parti sit concedenda, & *decis.* 81. an reuisione petita illius Iudicij, tantùm expensæ solui debeant, cuius sententia petitur reuideri, vel aliorum Iudiciorum eadem in causa præcedentium: Et an fructibus illiquidis, non solutis in reuisione audiri possit victus, idem *in decis.*90. an tertius non audiatur in reuisione sententiæ contra Reum latæ, non soluto pretio.

18 Altera dicit contrarium, cum velit vt petita, alterius reuisio non adiunet contrarium, nec illi adhærere possit, vt emendetur in eius fauorem læsio si qua in sententia reperiatur, quia communis non est reuisio: Sic Valascus *decis.* 51. & ita in Tribunali Siciliæ refert decisum Mastrillus *decis.*55. cuius ratio est secundùm Guiurb. *in decis.*30. quod reuisionis remedium non assimiletur appellationi, sed grauamini potiùs, quo non emendatur sententia; nisi in fauorem illius qui grauatum, se dixit, & sic dixerunt Mastrillus, & Valasc. non procedere in reuisione Textus, *in l. ampliorem, Cod. de appellation.* & sic conferre ad propositum videtur decisio, Afflictis 231. nempe vt constitutio de appellatione loquens in reuisione, non procedat, quæ opinio in iure satis fundari quit non obstante simili de appellatione, quæ dicit ordinem de inferiore Iudice ad superiorem, per quem aufertur grauamen, non sic respectu eiusdem Iudicis sententiantis, & reuidentis.

19 Ad secundam quæstionis partem, & si incidenter nonnulla dixerim aliquibus in locis ad probandum, vt sententia debeat esse conformis libello, vtpotè dicterium iuris, de quo Doctores agunt communiter per Textum, *in leg. vt fundus* 18 *ff. communi diuidundo* ibi, *quia vltra id quod in Iudicium deducitur excedere Iudicis potestas non potest*, & *in cap. qualiter, & quando* 24. §. *pen. de accusat.* ibi, *eo semper adhibito moderamine, vt iuxta Iudicij formam sententiæ quoque forma dictetur.* Quæ verba etiam reperiuntur, *in cap. licet Hely* 31. *de Simonia*, vbi latè Felinus *ibi*, Barbosa, Iason, *in l.*1. *col.*3. *Cod. de action. & obligat. & in* §. *curare inst. de action. num.*18. idem & Decius *in l. vinum. ff. si certum petatur*, Ripa *num.*20. *in cap. cum Ecclesia de causa possess. & prop.*, eleganter Ioannes de Monte Brixien. *in tractatu de finibus regundis cap.*101. *num.*7. optimè Raynaldus Corsus *lib.* 5. *indagationum cap.* 27. singulariter notat Glossa *in dicto cap. Hely*, verbo *formam*, & consonat *lex Regia* 6. *tit.*22. *p.*3. vbi Articulum hunc suo more tangit eruditissimè Gregorius Lopez Glossa 1. dicens sententiam debere esse libello conformem in tribus; scilicet in re, causa, & actione ex doctrina Baldi, *in l.*1. *Cod. si plures vna sententia*, & *num.* 7. cuiusque rationem assignat Iulius Clarus, *in dicta l. vt fundus, ff. comm. diuidundo*, nempe qui ad id quod vltra Iudicium deductum est, non extenditur Iudicis potestas, & sic Imperator *in l. fin. Cod. de fideicommiss. libert.* stultum appellat Iudicem, qui vltra petita, & contenta in actione, & libello, sententiam profert.

Sed cum videam ab aliis hunc modum dicendi, ita crassum impugnari, eo quod talis sententia contineat implacabiles difficultates, cum Iudex possit pluris, minorisve condemnare per Textum *in l. verbum oportere* 37. *ff. de verb. signif.* & supplere si minùs dictum fuerit, *l. vnica. Cod. vt quæ desunt aduocat. Iudex suppl.* iuxta tradita à Bart. *in l. omnes populi*, *n.*76. *ff. de Iustitia, & Iure, & in l.*2. vbi etiam explicat Iasun. *num.*11. *Cod. si contra ius, vel vtilitatem publicam*, Cranceta *cons.* 137. *n.* 5. itemque possit quamuis rea absolutè petatur, si eius non sit facilis præstatio in æstimationem sententiam concipere, *leg. vinum* 22. *ff. si certum petatur*, *l. vltima, Cod. de cond. insertis l.* 6. *tit.*1. *p.*5. *& aliis iuribus*, quæ considerat Anton. Guibertus Costanus quæstionum iuris *cap.* 9. communem allegationem reiiciens, quam etiam secure impugnat Nicolaus Valla *tract.*1. *de rebus dubiis*, *n.*22. 20

Quare & si dicterium illud verum dicatur, & ordinarium, est tamen intelligendum, non quod sententia necessario debeat esse conformis, sed ita non posse, scilicet Iudicem de re in Iudicio non tractata decernere, nec super re, quæ libello comprehensa non est proferre, vt cautiùs, & rectiùs docuit Baldus *in l.*1. *Cod. de fideicommiss. libert. & in dicta l. Cod. si plures vna sent.* Ioannes Marienco *in l.*1. *tit.*12. *lib.*5. *recopil. Glossa* 5. *n.*3. Pichardus alia adducens *in* §. *si itaque discretis, Inst. de action.* à *n.* 60. † Et ita intelligendus Maranta *de ordine Iud.* 6. *p. tit. de sentent. num.* 61. quare Glossa *in leg. & puto, ff. familiæ erciscundæ*, singulariter docet, quod si Iudex pronuntiat vltra petita, sententia est ipso iure nulla, cuius Glossæ doctrinam communiter receptam, & veram esse testatur Gregor. *vbi suprà*, ita etiam intelligendi Menochius *de arbitr. lib.*1. *q.*31. *n.*3. Petrus Molla *in emporio p.*1. *tit* 9. *q.*19. *n.*5. alioa referens Rofredus *q.*51. *num.*5. Valensuela *dicto cons.*68. *n.*6. dicentes quod sententia venit intelligenda iuxta petitionem, & hodie ita videtur intelligi ex *l.*10. *tit.*17. *lib* 4. *recopil.* versic. *conteniendose todavia*, ex qua constat, quod & si in negotiorum explicatione sola veritate inspecta spretis, & reiectis iuris communis solemnitatibus procedendum sit, vt *suprà* insinuaui, *in cap. dilecti.*6. *de Iudic.* & alibi, illud tamen accipiendum erit de veritate restricta circa rem petitam, vt cum Iudicio obseruat Auend. *respons.* 1. *n.*23. Et sic & si Cardosus Gironda, Rota, & alij citati à Barbosa *in Clem. sæpe de verb. signific. n.*9. notent per verba ibi, *iuxta petitionis formam*, &c. quod sententia debeat esse conformis libello, 21 22

tamen,

tamen, *ibi, n.* 10. cum Menoch. *conf.* 80. *n.* 44. Gom.
23 *lib.* 3. *variar. cap.* 1. *num.* 39. Bonaſcos. † Camillus Borrelus dicit limitari in crimiualibus in quibus Iudex poteſt condemnare in plus, quam ſit petitum: agit late Bucaron *de differen. inter ciuil. & criminal differentia* 7. *per totam.*

24 Ob idque verba Textus *in d. l. vt fundus*, videtur non probare præfatum dicterium, vt ſonat, quoniam in ea; ideo arbiter diſponere non potuit fundum hæreditarium, non hæreditario ſeruire, quia iam agebat de re non communi, quam in illud Iudicium non venire conſtat, ex *l.* 1. verſic. *denique, ff. comm. diuid.* atque ita exceſſit fines mandati contra Textum *in l. diligenter* 3. *ff. mandati*; vnde conuinces quod ſcripſit Bartol. *in l cum aquiliana, ff. de transaction.* quem ſequuntur Iacobus Menochius *lib.* 1. *de arbitriis, cap.* 31. *num.* 7. poſſe ſcilicet arbitrum diſponere vltra petita: ſic Picardus *ſupra num.* 64. & 65. tamen ſi legeris Socinum *in regula* 357. & Felinum *in cap. inter dilectos de fide instrumentorum*, Thomam, Grammat. *deciſ.* 19. *num.* 19. & Villadiego *Gloſſam in l.* 6. *tit.* 2. *lib.* 2. *recopilat. num.* 4. quos notat Rodriguez *de ordinando proceſſu. cap.* 12. *num.* 36. *in fine*; inuenies præfatam regulam, de qua loquimur nonnullis limitari modis, quos ipſi ſcribunt.

25 Et ſequendo Baldi, & aliorum Doctrinam, videtur etiam, vt commune illud dicterium, *Sententia debet eſſe conformis libello*, non probetur ex verbis Textus *in dicto cap. qualiter iam relatis*; nec ex verbis, Textus *in dicto cap. licet, Heli*, ibi, *eo adhibito moderamine, vt Iuxta Iudicij formam ſententia quoque forma dictetur*, niſi illud explices modo dicto, qualiter ſignificari videtur ex proxime relatis verbis, *cap. licet Hely*; quo in ſenſu interpretatur, Pichardos *in dicto* §. *itaque diſcretus, num.* 67. & 68. Textum *in dicta clem. ſape de verb. ſignificat.* quæ aliàs communem allegationem, *dict. l. fundus*, & prædictorum capitulorum probare videtur, niſi velis contendere eam deciſionem proceſſiſſè ex falſo, & craſſo illius vulgatiſſimæ regulæ intellectu, ſicuti in ſimili ad interpretationem Textus *in cap. Raynucius de teſtam.* qua in parte deductione duarum quartarum agit audacter, firmauit Cujacius *lib.* 8. *obſeruation cap.* 3. Antonius Contius *lib* 1. *diſput. cap.* 3. Et ſic *in dicto cap. qualiter, & cap. licet Hely*, aduertere debes inibi, conſtitui Iudicem obſeruare debere, an de crimine cognouerit per denunciationem, inquiſitionem vel accuſationem, vt Iudicij formam ſententia ſequatur: docet Pichard, *ſuprà, num.* 61.

26 Nec prædicta regula illius arbitrij adiuuatur ex Textu *in dicta fin. Cod. de fidei commiſ. libert.* verſic. *miramur quare Iudex*, ſiquidem, *ibi*, libertatis fauor, vt commoditas rei reſtituendæ, ſtultum fecerunt Iudicem, vt notat Pichard. *dict. num.* 62.

27 Ad vltimam quæſtionis partem nunquid ſententia debeat proferri per verba propria clara, & certa, reſpondeo affirmatiuè; ita vt intelligibilia ſint, vt notant Pax in praxi, *c.* 11. *num.* 12. *per Textum in* §. *curare inſt. de actionibus*, quod comprobat Textus *in l* 5. *tit.* 22. *p.* 3. ibi, *debe ſer dictado el Iuyzio por buenas palabras ea pueſtas que lo puedan bien enterder ſin duda ninguna*: Rodrignez *de ordinando proceſſu, cap.* 12. *num.* 37. & alij communiter: vnde incidimus in dubium, an debeat redacta inſcriptio pronunciari, *de quo q. ſeq.*

Pro complemento aduerto vt ſententia lata 28 in fauorem alicuius ſub certa conditione ab eo adimplenda non poſſit exequi niſi adimpleta conditione in forma ſpecifica præciſe abſque aliqua additione vel plica *l. vnica* §. *& tum*, verſic. *vel ipſum, Cod. de caducis tollen. l.* 3. *Cod. de condit. inſert. l.* 2 *Cod. de inſtiut. ſubaſtation. ſub condit. fact.* Ciriacus *p.* 3. *cont.* 520. *num.* 5. id comprobans de Iuramento adimplendo ſpecifice de quo dixi, *ſub cap. ad noſtram* 1. *de Iureiurando licite qui, n.* 2. ait vt adimpleuiſſe videatur ſufficienter qui obtinuit ſententiam ſub certa conditione ſi præſtitit id quod imponebat ipſa ſententia, ex *l.* 29 *ff. de Iureiur. l. pupillus, l ff. ad ſol. c.* 1 *la diſt. infra c.* 14.

Qvæstio IV.

An ſententia vt pronuncietur debeat antea redigi in ſcriptis: Et an poſt quam ſcripta eſt, debeat Iudex vt ipſam pronunciet, ſedere pro tribunali: An ſententia excommunicationis, ſeu cenſurarum ſcripturam requirat: Et nunquid eandem poſtulent gratia, & priuilegia?

Svmmarivm.

1 *Sententia debet proferri in ſcriptis, ſi diffinitiua ſit, vt fraus euitetur in iudiciis*, num. 2. fallit, num. 3. & 4. & ſub num. 5.
3 Cap ſi quis cum Clerico 11. q. 1.
4 Cap. Alberic. de teſtib.
5 *Sententia interlocutoria habens vim diffinitiua debet in ſcriptis proferri, ſecus in alia interlocutoria n* 6.
6 *Appellatio ab interlocutória proponitur in ſcriptis.*
7 Cap. quoniam contra falſam de probat.
8 *Scriptura in quibus caſibus requiratur remiſſiuè.*
9 *Sententia vt pronuncietur, debet legi per Iudicem, ſtylo tamen legitur à notario, n.* 10.
11 *Sententia profertur, iudice pro tribunali ſedendo, num.* 11. 13. *vbi de forma ſolita apponi, cum ſic ſententia profertur: quid de aliis actibus iudicij, num.* 14. *quid ſi iudex infirmet, n.* 15. *quid in cauſis ſummariis, n.* 16. *& aliter de ſtylo, n.* 20. *vbi quid de conſenſu partium.*
12 Cap 8. Eſdræ.
16 *Sedere vt pronuncietur ſententia, cur deſideretur, n* 17. 18.
17 *Sententia maturitas deſcribitur ſedendo.*
18 *Sedere debet iudex ad ſua maieſtatis decorem, & authoritatem conſeruandam.*
19 *Epiſcopus, & eius vicarius, poſſunt proferre ſententiam in quolibet loco ſuæ diœceſis.*
20 *Excommunicationis ſententia in ſcriptis pronunciatur à notario, & per eum fit nota condemnatio, n.* 21. *vbi idem de interdicto, & ſuſpenſione, n.* 22.
21 Cap. fin. hoc tit. lib. 6.
22 *Sententiam excommunicationis, abſque ſcriptura pronuncians punitur, etiam ſi poſt eius pronunciationem redigas in ſcriptis, limitatur, n.* 23.

24 *Episcopi non pronunciantes censuras in scriptis, pœnam non incurrunt.*
26 *Excommunicatio lata à prælato, tanquam parte pro defensione iurium, potest sine scriptura ferri, aut per statum, n.27. quid in iudicio interiori, n.28.*
29 *Scriptura vt pronuncietur excommunicationis sententia, non requiritur Authentica, requirit vt exprimatur causa, n.30.*
31 *Excommunicationis sententia, seu censura lata sine scriptura, est valida.*
32 *Excommunicatio lata valet, etiam si causa expressa falsa sit, dum tamen eam iudex intelligat.*
33 *Prælati regulares, qualiter in subditos pronunciantes sententia excommunicationis sine scriptura excusentur à pœna, vel eam incurrant, n.34.35.36.*
36 *Guardianus prohibens sub excommunicatione, ne in toto suo triennio talem Domum religiosi ingrediant, incurrit pœnam, si id fecerit sine scriptura.*
37 *Scriptura in gratiis, & priuilegiis, an desideretur,* num.seq.
38 L.7.tit.1.lib.6.recop.
42 *Gratia seu priuilegio vsurus, tenetur præsentare originaliter scripturam ipsius, & n 44 quid in beneficiis, seu Episcopatu, casu de facto, num 45.*
43 *Scriptura faciens mentionem alterius, non probat.*
46 *Quæstiones aliæ, quæ pro Rubrica possunt tractari.*

1 VT ad primam partem satius respondeas, præmittes quæ adduxi; *suprà de libelli oblatione, in cap.* 1. quatenus egi de illo dubio, an libellus debeat porrigi in scriptis, *quæst.*2. nunc verò ad difficultatem respondent communiter Doctores sententiam esse proferendam in scriptis, si difinitiua sit, Iuxta Textum *in l.*2. ibi, *scriptas, l.* 3. *Cod. de sent. ex breui calcul recitand.* Glossa verbo, *sententiam, in* §. *curare instit. de action. & in clem. sæpe de verbor. signif.* tradunt, Bartol. *in l.* 1. §. *fin. num.* 2. *ff. de hæredibus instituendis*, Innocent. *in cap. sub orta, hoc tit.* Perusin. *in cap. quoniam contra falsam de probationib. num.*14. vbi Abbas *num.*5. Felinus 7. Decius 15. Ripa *in Rubr. de constitution. num.* 44. Bellamer *decis.* 339. *de consuet. num.* 1. Boërius *decis.*258. *num.* 60. Maranta *de ordine Iudicior. p.* 6. *cap. de sententia, num.* 17. & 22. Vantius *de nullitate, tit. ex defectu processus, à num.* 94. Menochius *de arbitrariis, quæst.* 60. Viuianus *tom.* 2. *comm. opinion. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 32. *pag.* 244 *ordinatio portug. lib.* 3. *tit.* 62. § 6. Petrus Barbosa *in l. si debitor. num.* 139. *ff. de re Iudicata*, Augustinus Barbosa *in dicta clem. & in cap. fin. hoc tit. lib.* 6. Paz *in praxi, cap.*11. *num.* 13. iterum Vantius, *vbi suprà num.* 69. vbi dicit requiri pro forma, quod sententia prius scribatur, & deinde recitetur, & ideo si sententia non scriberetur, antequam proferretur, ipso Iure non valere, ex multis, quæ pro hac opinione ipse adducit: sic docet Glossa 1. *in l. prolatam, Cod. de sententiis:* ego nonnulla adduxi, *supra in dicto cap. quoniam contra falsam sub quæstione* 1. quatenus, *ibi*, adduxi, vt Notarius, seu tabellio, debeat acta processus in scriptis redigere, vbi reddidi rationem, & plures assignat Glossa *in dicta clem. sæpe,* verbo, *in scriptis:* tradit Rodriguez *de ordinando processu, cap.* 12. *num.* 38. & probatur de Iure regio, *in l.* 5. *tit.* 22. *p.* 3. ibi, *señalada mente ser escrito en el, como quita y ordena al demandado en toda la demanda, o de cierta parte de ella.*† Et 2
hoc fieri, vt euitetur fraus in Iudiciis, quæ facilè eueniret vnum pro alio proferendo, Valensis *in Rub. hic* §.3.*n.*6.

Nec obstat Textus *in cap. si quis cum Clerico*, 3
ibi, *sententia ab ipso sine scriptu feratur* 11. *quæstion.* 1. quia specialiter procedit in Episcopo, qui est persona illustris cui circa proferendas sententias à Iure fauor conceditur, Iuxta Textum *in l.* 2. versic. *sed nec, Cod. de sent.* ex breuic. aduertit, Bellam. *num.*4. *in c.* Albericus 43. *de testibus.*

Nec etiam Textus, *in dicto cap. Albericus*, 4
dum supponere videtur sententiam non fuisse prolatam in scriptis, quia respondent Doctores, *ibi*, non agi verum sententia cum scriptis sit proferenda, sed supposito (quando sunt termini habiles) quod in scriptis profertur illius publicatio, redigenda sit in actis per Notarium publicum, quæ reductio facienda est, ad hoc vt ex ea actis Iudicialibus publicam fidem faciat, vti colligitur ex verbis, ibi, *redacta non fuit*, quibus non significat in scriptis redactam non fuisse, & prolatam, sed licet in illis prolata esset in actis scriptis per notarium, non tamen fuisse redactam ad faciendum prædictum effectum, Iuxta Textum *in dict c. quoniam contra falsam de probat.*

Quare ampliatur prædicta conclusio, vt habeat locum in sententia interlocutoria habente 5
vim definitiuæ: sic Petrus Barbosa *in dicta l. si debitor, num.* 139. *ff. de Iudiciis*, Alex. Trentacinch. *variar. resolut. lib.* 2. *tit. de sententia, resolut.* 2. *à num.* 2. vbi *à num.* 4. subdit quod hæc solemnitas in causa graui, & ponderosa à partibus remitti non potest, secus in causa vilis, & modici momenti, ob idque Iason *in dicto* §. *curare inst. de actionibus*, plures posuit casus in quibus in scriptis à Iudice sententiam proferri necesse non est, qui referuntur à Glossa verbo *illustrium, in cap. fin hoc tit. lib.*6 *& à lege* 3, *tit.* 22. *p.* 3. vbi notat Gregorius Lopez, & articulum hunc plura adducens tractat, Menochius *lib.* 1. *quæstion.* 6. *per totam*, Valensis *hic in* §. 3. *num.* 6. *ex Authentica nisi breuis, C. de sent. ex breuiculo recitand,* & in causa Matrimonij fauore eius, & liberorum.

Vnde dubium esse potest, nunquid præcise 6
sententia interlocutoria, debeat à Iudice in scriptis pronunciari, & respondetur negatiuè, quia etsi reuera hæc vera sententia sit, tamen ex decisione Textus *in dicto cap. fin. hoc tit. lib.*6. in verbis, ibi, *etsi sententia difinitiua*, patet, *ibi* Ius speciale decerni respectu sententiæ difinitiuæ, quo fit, vt quantumcumque scriptura desideretur in appellatione, quæ interponitur ab interlocutoria sententia, vt probat Textus *in cap.* 1. *de appellation.* & resoluit Nauarrus *in cap. cum contingat. causa* 6. *nullit. de rescriptis:* tamen nullo modo in illis prolatione desiderari scripturam dicendum est, vt in specie tradit, Glossa *in dicto cap. quoniam contra de probation.* verbo, *interlocutiones*. Glossa *in dicto cap. fin. hoc tit. in* 6. verbo, *difinitiua*. Franchis *num.* 4. Ancharranus *in princ.* & alij, ibi, Glossa *in l.* 2. *ff. de appellationibus*, post alios Iason

in l. nequidquam de officio proconsulis, à *num.* 58.
7 Nec refragatur Textus *in dicto cap. quoniam contra falsam*, nec quæ, *ibi* dixi, quia respondeo, *ibi*, non constitui ipsam sententiam in scriptis à Iudice proferendam, sed à Notario, in actis scriptis esse redigendam per Textum, *ibi*, in verbo, *scribat*, de qua reductione, *ibi*, Pontifex agit tantum ad probationem actus, non inquam, vt sit præcisè necessarium: sic Barbosa *in dicto cap. fin. hoc tit. num.* 4. *in fine*, id probans ex verbis, *dict. cap. quoniam*, ibi, *nec pro ipsius præsumatur processu, nisi quatenus*, & ex ratione, quam, *ibi*, Textus reddit in principio.
8 Et vt plenius hoc intelligas, adiunges quæstionem, an scriptura in multis casibus requiratur, & ad quos effectus de qua, *in dict. c. quoniam contra falsam de probationibus*, *q.*4. versic. *ad quintum*, *a n.*16.
9 Ad quintam quæstionis partem, an vt Iudex pronunciet sententiam, debeat pro tribunali sedere, vt respondeam præmitto ex notatis. *suprà sub quæstion.* 1. & cum Bernardo *Regula* 679. Socino *Reg.* 249. Azeuedo *in l.* 10. *num.*74.*cum sequent. tit.* 17. *lib.* 4. *recopil.* quod sententia debet legi per Iudicem illam pronunciantem, & hodie obseruari tradunt Viuianus *tom.* 1. *comm. oppinionum*, *lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 31. versic. *vnde*, *pag.* 245. Azeuedus *loco citato*, Menoch. *de arbitrariis* d *casu* 60. & *cons.* 45. *num.*3. & *cons.*100. *numero* 258. Gama *lusit. decis.* 57. *num.* 1. Bonacos *comm. crim. p.* 1. verbo *sententia*, *fol.*151.
10 Gutierrez *pract. lib.* 1. 99. *num.* 4. † Sed ego de hac praxi dubito in tribunalibus inferioribus, & iam adduxi qualiter in Cancellaria procedat; stylus ergo qui practicatur est, vt pronuncietur, seu legatur à Notario Iudice præsente.
11 Quo supposito Iam ad difficultatem respondetur de Iure, vt post quam sententia est scripta, teneatur Iudex eam proferre sedendo pro Tribunali, vt *in Authentica illustribus*, versic. *sancimus coll.* 11. 5. & *in Authentica de Iudicibus*, §. *debebunt collatione* 6. docent Glossa verbo, *recitabit*, *in l.* 1. *Cod. de sent. ex periculo recitandis*, cum aliis Iuribus adductis ab Speculatore, *in tit. de sententia*, §. *Iuxta*, *num.* 10. & à Glossa magistra, verbo, *sedendo*, *in cap. fin. hoc tit. lib.* 6. sic dispositum videtur per Textum *in l.* 2. *tit.* 13. *lib* 2 *fori*, sub his verbis, ibi, *y el Alcalde estando asentado de el Iuyio, e no estando enpie leuantodo, e por si mismo de el Iuyio y no por otro*, ob idque dicunt Doctores sententiam esse proferendam à Iudice sedente pro Tribunali, & ab eo recitandam, alias nullius esse momenti docent Doctores per Textum *in dicto cap. fin. hoc tit. lib.* 6. Baldus *in dicta l.* 1. *num.* 5. *Cod. de sentent. ex breui loco recitand.* Vantius *de nullit. tit de*
12 *nullitate ex defectu processus*, *num* 84. † Ideoque *Esdra cap.* 8. legitur Esdram in casu ligneo stetisse, quem fecerat ad alloquendum, cuius authoritatis meminit Menochius *de arbitrariis*, *lib.* 1. *quæstion.* 61. *num.* 2. vbi elegantissimè refert huius rei rationes. Et sic Baldus, & Doctores communiter, *in l. cum sententiam*, *Cod. de sentent. & interlocutionibus*, Bartolus, Baldus, idem Iason, & alij, Doctores, *in l. pen. per illum Textum*, *ff. de Iustitia*, & *Iure*, dicunt solere apponi in sententiis formam sequentem, *nos talis Iudex*, &c. & *sedentes pro tribunali in tali loco*, &c. ad demonstrandum quod ista solemnitas formalis, &c. interuenit in sententia: quare Rodriguez *de ordin. processu*, *cap.* 12. *sub num.* 41. infert ex Textu *in l.* 11. *tit.*22.*p.*3. quod aliter sententia lata valida non erit.

Vnde deducitur, quod vbicumque actus requirit causæ cognitionem, sit de substantia, 13
quod sedente Iudice, & pronunciante fiat, quia talia à Iudice sedendo, & non procedendo expediuntur, *l. à procedente*, *Cod. de dilationibus*, *cap. induciæ*, §. *à Iudice*, vbi expresse docet Glossa verbo, *sed considente* 3. *quæst.* 3. probat Textus *in l.* 2. §. *Dies*, *ff. quis ordo in bonorum possessionibus seruetur.* † Tamen Glossa, in versic. *se-* 14
dendo, ibi, *quod si ita doleret, quod sedere non posset, dicto cap fin. hoc tit. lib.* 6. excipit casum, nempe, vt licet per eam Glossam sententiam lata à non sedenti pro tribunali sit ipso Iure nulla: tamen si Iudex habeat tale impedimentum, aut dolorem, quod sedere non possit rectè tenere ait, quamuis non sedeat: sic Barbosa, *ibi*, *n.*10. Gunzalez *in reg.* 8. *Cancellariæ Glossa* 60. à *n.* 48. vbi citat Bartol. *in l.* 1. *num.*3. *Cod. de sent. ex breui cal. recit.*

Quare infero relatam sententiam limitari in 15
causis summariis, & aliis breuioribus, quibus summarie, & de plano proceditur, Iuxta casus, quos signanter retuli, *in cap. dilecti de Iudiciis*, *quæstion.* 16. & 17. tradit Glossa communiter à Doctoribus recepta, verbo; *status*, per Textum *ibi*, *in clem. sæpe in fine de verb. signif.* & idem confirmat, *Textus in l. leuia*, *ff. de accusation. l. nec quidquam*. §. *de plano ff. de officio præsid.* cum aliis adductis à Vantio *vbi supra num.* 84. quod verissimum dicit Menochius, *dicta quæstion.* 61. *in fi-*
ne. † Qui *num.* 5, ait ideo Iudicem sedere, cum 16
pronunciatvr, intelligat muneris, sui esse sedare, & re omni diligentissime perpensa sententiam ferre debere, ob idque antequam in Ius se conferat, debere ista considerare; quod autem ad maiestatis decorem sedeat, necessitatis non esse doceat; licet Maranta *de ordine Iudiciorum* Iudicem quando fert sententiam stare debere in loco solito maiorum suorum, vbi sui prædecessores soliti sunt reddere Ius, alias sententia non valeret per Textum vbi Baldus, & Doctores, *in d. l. cum sententiam*, *Cod. de sent. & interlocut.*

Alias inquam rationes nostræ conclusionis
tradiderunt Baldus *in l.* 1. *num.* 5. *Cod. de sent.* 17
ex breui loco, Vantius *vbi supra*, *num.* 84. *circa finem*, inter quas videlicet à lege requiri, vt sedendo Iudex pronunciet quia (teste philosopho) sedendo, & quiescendo animum effici prudentiorum constat. cum ad extranea intellectum non distrahat, & hinc D. Hieronimus *super Danielem*, *cap.* 8. ibi, *antiquus dierum sedet*, inquit, sedens describitur, vt maturitas sententiæ approbetur, quem locum retulit Glossa *in d. c. fin. hoc tit. lib.*6.

Alia etiam fuit ratio eiusdem Baldi, & Sali-
ceti *vbi suprà*, nempe Iudicem ad sui maiestatis 18
decorem, & Authoritatem conseruandam sedere oportere, *l. quisquis in fine*, *Cod. de postulando*, *l. vltima*, *Cod. de officio diuers. Iudicum*, *l. vltima* versic. *sedendi*, vbi notat Glossa *Cod. vbi senatores, vel clarissimi.* † Eleganter expendit An-
dreas Valensis *hic num.* 3. & 4. vbi dicit quod si 19
stylus aliud induxerit, ita debeat practicari, vbi, etiam ait quod potest Episcopus in quolibet loco suæ Diœcesis ferre sententiam, *cap. cum Episcopus de offic. ordin. in* 6. item & per Vica-
tium,

rium, & quot ex consensu partium potest Iudex ferre sententiam in loco non solito.

20 Ad tertiam quæstionis partem, an sententia excommunicationis, seu censurarum scripturam requirat, & communiter Doctores per textum, *in cap.1. de sentent. excommunic. lib.6.* docent in scriptis esse proferendam, & ratio ea esse videtur, quam adduxi in versic. *ad primam*, de aliis sententiis probant in terminis præter antiquos, quos refert Barbosa *in dicto cap.1. num.1.* & sic specialiter de sententia excommunicationis tenent Sayrus *de censur. lib.1. cap.13. à n.1.* Farinac. *in fragm. crim. p.1. littera E, num.15.* Riccius *collect.757.* Villalobos *in summa parte 1. tract.16. difficult.8.* Diana *p.5. tract.9. resolut.73.* Suarez *de cens. disput.3. sect.13. n.4.* vbi dicit non prærequiri, vt illam Iudex pronuntiet per se ex scriptura: nam sufficere ait, vt per alium illam notam faciat delinquenti, iuxta communem sty-
21 lum, & practicam. † Nec obstare dicit textum, *in dicto cap. fin. de Sentent. & Re Iudicata, lib.6.* secundùm dicta *suprà* in dicto versic. *ad primam*, quia respondent Suarez, & alij, iam consuetudine receptum esse, vt non à Iudice, sed ab alio ministro, veluti à Notario sententia pronuntietur nomine Iudicis, & quia à regula generali excipitur Episcopus ratione suæ dignitatis, vt iam alibi in dicto versic. *ad primam*, dixi *ex cap. cum Episcopus de officio ordinarij lib.6.* Verum Vgolinus in aliis Iudicibus inferioribus dicit seruandum esse, vt ab eis pronuncietur: sic *in Tabul.1. de censuris, cap.21. §.1.* & Villalobos *vbi suprà*, & alij, quod dicitur de sententia excommunicationis; idem quoque admittunt in suspensione, & interdicto per verba Textus, *in d. cap.1. Sententia Excommunicat. lib 6.* ibi, *& hæc eadem in suspensionis, & interdicti sententiis volumus obseruari.*

22 Hæc tamen conclusio sic de Iure procedit, vt qui sententiam prædictam censurarum sine scriptura pronuntiet, incurrat pœnam, de qua *in dicto cap.1.* etiamsi postea eam in scriptura redigat: ita Suarez *de censuris dicta disput.3. sect.13. num.2.* Bonacina *de suspensionibus omnibus in particulari, disputat.3. quæst.5. punct.1. §.2. num 2.*
23 Riccius, & Farinac. *vbi suprà.* † Qui tamen limitant, primo, vt non habeat locum in Prælato regulari, sed qualiter hoc sit dico *infrà* in ver-
24 sic. *notandum.* † Item secundo, vt in eam pœnam non incurrant Episcopi, eo quod *in dicto cap.1. de sent. excomm. lib.6.* non fiat de eis mentio expressa, iuxta textum, *in cap. quia periculosum eodem tit. lib.6.* Thoming. *in decis.23. part.2.*
25 † Tertiò vt nec etiam locum habeat pœna præfata, quando copia Notarij, vel alia necessaria ad scribendum haberi non potest, Balbus *in*
26 *decis.29.* † Quartò, quando excommunicatio fertur à Prælato, non tanquam Iudice, sed tanquam parte pro defensione iurium, Caualcanus *in decis.38.* Fiuiz *p.2.* quam commendat, vt reportes Riccius *suprà* ad doctrinam Innocentij
27 *in cap. venerabile de censibus.* † Quintò, vt pariter locum non habeat pœna illius textus, quando excommunicatio fertur per statutum sic Lapus *allegatione 173.* vbi dicit ita decisum, sed an verum sit dico infrà *notandum*, versic. *verum.*
28 † Sextò adjungo vt in foro pœnitentiali Sententia Excommunicationis non proferatur in scriptis, eo quod sit Iudicium secretum inter confessarium, & pœnitentem.

Sed aduertes quod scriptura per requisita ad 29
sententiam censurarum, non prærequiritur Authentica, & publica manu Notarij conscripta; Suarez *vbi suprà d. sect.13. num.3. disput.3.* Sayr. *dicto cap.13. num.5.* Costa *num.25* & Barbosa *num.3. in dicto cap.1. de Sentent. Excommunicat.*
lib.6. † Iterum aduertes quod excommunica- 30
tionis, seu censuræ causa, est exprimenda in sententia: sic docent Sayrus *d. cap.13. n.6. & 7.* Farinac. *in fragm. crim. p.1. dicta littera E, n.13.* Bonacina *dicto §.2. n.7.* vbi *n.8.* ampliat, non solùm quando censura fertur in specie contra certam personam, verùm etiam, quando fertur in genere, non expressa certa persona; & *n.10.* tenet requiri expressionem causæ: ita etiam Villalobos *dicta dif.8. num.5.* vbi dicit hoc esse speciale, eo quod censura sit medicinalis, ad hoc, vt constet Reo de causa, vt facilius resipiscat; item & vt Iudex attentius aduertat qualiter censuram proferat; quam expressionem in aliis sententiis non requiri iam *supra* dixi, & qua ratione docent Doctores, *in dicto cap.1.* per verba ibi, *& causam excommunicationis expressè conscribat.*

Item aduertendum est quod Sententia Ex- 31
communicationis, seu alterius censuræ, quæ sine scriptis pronuntiatur, est valida nihilominus, vt colligitur ex illo textu, dum dicit, vt Iudex eam debeat relaxare: argumento eorum, quæ adduxi, *in cap.1. & alibi illo titulo de Iureiurando*, quod supponit validam esse: docent expresse Villalobos *vbi suprà dicta difficult.8. n.3.* & alij iam relati; imò, & Bonacina *suprà dicto §.2. num 11.* tenet validam esse censuram sine
scriptura, aut sine expressione causæ. † Imò 32
quod excommunicatio liget, etiamsi falsa sit causa in ea expressa probant Doctores per verba Glossæ *in dicto cap.1. de Sentent. Excommunicat. lib.6.* in versic. *propterquam*, ibi, *& licet falsa sit causa, ligat tamen excommunicatio:* sic Couarr. *in cap. alma mater, p.1. § 11. num.24.* Conr. *in q. lib.1. quæst.13.* Clarus *§ fin. 77. n.33.* Ricciulus *de Iure personar. lib.4. cap.1. n 8.* vbi declarat procedere, dummodo Iudex intelligat causæ falsitatem, & hoc non obstante, proferat excommunicationem; secus si credebat veram causam eam, quæ erat falsa, & si sciuisset, non fuisset excommunicaturus, quia excommunicatio sumit etiam vires ab intentione excommunicationis.

Notandum est non leue dubium esse, vt 33
dictum de scriptura requisita ad censuras; sic etiam intelligatur respectu Prælati Regularis proferentis censuras in subditos suos, in quo puncto triplicem reperio opinionem, vnam negatiuam; eo quod sit durum Prælatis Regularibus illum ordinem seruare, cum sæpè censuras ferre debeant: sic refert Bonacina *de cens. disputat.1. quæst.1. punct.9. num.2.* vbi citat Sayrum, & Enriquez. Secunda opinio affirmat ex dictis *suprà*, per textum, *in dicto cap.1 de Sentent. Excommunicat. lib.6.* qui absolutè loquitur; & quia non adest ratio sufficiens, propter quam sint excipiendi religiosi, qui non debent temerè, & ex leui causa graues censuras ferre; & sic Prælati sola voce absque scriptis excommunicantes suspenduntur, vti tenent Frater Emanuel Rodriguez *quæst. regular. tom.1. quæst.20. num.14.* Sanchez *de Matrimonio, lib.3. disputat.2. num.5.* Marcus Anton. Genuens. *in practicab. Ecclesiast. quæst.739.*

*quæst.*739. vbi ait procedere si non proferat ore, sed facit legi per Notarium ipso præsente, de quo etiam Nauarrus *conf.* 1. *de sent. excomm.* Stephanus à Costa *in d. cap.* 1. *de sententia excommunicat. lib.* 6. *num.* 6. Vgolinus *lib.* 1. *de censur. c.* 13. *n.* 3. per Textum illum, versic. *si quis autem.*

34 Ego autem in hoc dubio existimo respondendum subdistinctione, nempe vt si prælati regulares proferunt censuras, sine scriptura, & per modum statuti: tunc eos incurrere pœnam, *d. cap.* 1. *de sent. excomm. lib.* 6. ita frater Emanuel Rodriguez *tom.* 2. *quæst.* 3. *art.* 3. Portel *de dubiis, regular.* verbo, *excommunicare*, *num.* 1. Villalobos *p.* 1. *d. dificult.* 8. *num.* 5. eo quod ad hoc nullum est priuilegium sicut adest illud Leonis 10, quod refertur in compendio, verbo *excommunicatio*, per illa verba *concessit quod prælati ordinis minorum regularis obseruantiæ, cum aliquem fratem, propter apostasiam, vel aliam causam excommunicant in capitulo fratrum aut in communitate non teneantur proferre sententiam in scriptis, pro vt in Iure sub pœna suspensionis percipitur proferentibus:* sequitur Diana *d. p.* 5. *tract.* 9. *resol.* 73. vbi dicit illam esse censuram per modum statuti, vel ordinationis, quæ ponitur omnibus fratribus pro-

35 uinciæ, & permanenter. † Et addit quod Leo Pontifex excusans prælatos excommunicantes absque scriptis, solùm loquitur de excommunicatione ab homine, & contra particularem; & hoc pacto existimo verum esse quod dicunt Barbosa *in d. cap.* 1. *de sent. excommunicat. lib.* 6. *num* 5. *in fine.* Suarez *de censur. tom.* 5. *disput.* 3. *sect.* 13. *n.* 4. Bonacina *in d.* §. 2. *num.* 5. quatenus existimant probabilius esse, vt non sit necessarium, quod Iudex per seipsum excõmunicationem proferat.

36 Verum si Guardianus pro suo triennio dicat sub excommunicatione, ne sui subditi talem domum ingrediantur, vel quid simile, si hoc faciat sine scriptis incurret, quia illa non est ab homine, nec contra aliquem particularem fratrem, taliter vt etsi non sit statutum est ad minus ordinatio ita Diana *vbi supra*, *d. resol.* 73. *circa finem*, vbi ait per inaduertentiam, ignorantiam, seu consuetudinem præscriptam excusari illum prælatum: sic sine scriptis excommunicationem proferentem. Et secundùm hunc dicendi modum, debet intelligi Lapi allegatio, quam retuli, in versic. *hæc tamen.* sub versic. *quinto.*

37 Ad quartam quæstionis partem, an gratiæ, & priuilegia scripturam requirant, vt plenius agas quæ adduxi, *in cap.* 3. *de fide instrument.* vbi egi de rescriptis.

38 Nunc verò tota hæc difficultas pendet ab intellectu verborum, *l.* 7. *tit.* 1. *lib.* 6. *recop.* dum dicit, *mandamos que para probar los que pretenden ser exemptos por caualleros armados, y declarados por tales caualleros armados, no baste que tengan solamente testimonio de la caualleria, si no que muestren realmente ol priuilegio que tuuieren de ello*; per quæ verba videtur dicendum, quod cum prædicta lex requirat actualem præsentationem priuilegij ad probationem ipsius; inde sequi ad valorem ipsius sufficere, vt sit facta gratia ore Principis; ita vt ex tunc dicatur firmum, validum, ac perfectum priuilegium, quod probant, *leges regiæ* 6. 7. 8. *&* 9. *hoc tit.* 28. *p.* 3. ibi, *e porque esto sea firme*

39 *e non venga en dudadile esta carta, &c.* † Sic in terminis Baldus *in l. si qua per calumniam, Cod. de Episcop. & Clericis*, vbi docet, vt eo ipso quod Princeps facit gratiam simplici verbo, statim gratia est perfecta, antequam litteræ expediantur, quamuis probatio eius non fieri possit per testes, sed per ipsas litteras, non absolutas; atque expeditas; hæc est communis sententia secundùm plures relatos ab excelso, *consilio* 16. *n.* 6. Molina *de primogeniis*, *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 55. Petrus Surdus *cons.* 109. *num.* 6. *volum.* 1. imo Rebuffus loquens de gratia Papæ, per verbum, *fiat*, ait vt statim sit perfecta: ita in praxi beneficiorum, *in* 2. *p. signaturæ*, *num.* 15. late Gomezius *in regula de non Iudic. quæst.* 1. constat enim vt solo verbo Principis, gratia perficiatur: hanc partem probant exempla relata à Ioanne Guttier. *pract. lib.* 4. *cap.* 9. Videndus *à num.* 1. † Vbi *à num.* 7. 40
dicit verius videri vt sit necessaria expeditio litterarum, per quam datur forma, & perfectio gratiæ, quæ ante eam dicitur informis; atque imperfecta, vt voluerunt Domini de Rota *decis.* 458. *num.* 5. *in nouis*, *& decis.* 20. *num.* 5. de concessione præbendæ: latissime Gomez. *in d. regula de non Iud. Iuxta formam*, *quæst.* 1. *à num.* 2. & sic videtur desumi ex constitutione Iulij 3. edita anno 1553. Maij 21. quam refert Flamin Parisiens *de resignatione beneficior. p.* 1. *quæst.* 11. *num.* 18. *pag.* 59 nempe quod gratia dicitur informis litteris non expeditis.

Sed alij distinctione vtuntur, nempe vt tunc 41
demum per verbum, *fiat*, Principis ipsa gratia perfecta, & confirmata sit, quando ipsa gratia amplius, quam Principis concessionem requirit; secus verò, quando gratia alicui confertur, vt aliquid facere possit; nam tunc non poterit illud facere, ante ipsarum litterarum expeditionem, quamuis gratia ab initio obtineat effectum sic opinatur, reconciliat, & resumit Baldus *in l. falsus*, *num.* 21. *Cod. de furtis*, omnia, quæ in hoc puncto scripta sunt sequitur plurimos citans Molina *d. lib.* 2. *cap.* 7. *à num.* 57. Azeuedus *in d. l.* 7. *à num.* 1. ex quibus idem dicit procedere Gutierrez *d. quæst.* 9. *lib.* 4. *pract. n.* 9. in facultate ad instituendum maioratum; sic probans ex multis.

Ex his enim infero vt quis vtatur sua gratia 42
à Principe facta, quod teneatur præsentare originaliter scripturam ipsius gratiæ, seu priuilegij ita vt non sufficiat ipsius testimonium: sic expressè decidit, *d. l.* 7. *tit.* 1. *lib.* 6 *recopil.* & ratio est quia priuilegij tenor, est attendends, & obseruandus, vt *in cap. porro.* cum vulgatis *de priuilegiis*; alias enim mille fraudes fierent. † Et 43
quia scriptura faciens mentionem alterius, non probat illam, nisi originaliter producatur, Textus *in Auth. si quis in aliquo documento cum materia*, *Cod. de edendo*, & probatur ex Textu *in l. probatorias*, *Cod de diuers. offic. & apparitor*; *Iudic. lib.* 12. & in terminis, idem probat ex quadam Regia schedula Otalora *de nobilit.* 4. *p. cap.* 2. *num* 5. Didicus Perez *in l.* 24. in Glossa *y asentados en nuestros libros. tit.* 4. *lib.* 4. *ordinam. col.* 1452. & licet id non audeat affirmare: tenet tamen idem Guttierrez *in d. quæst.* 9. *num fin.* per dictam, *leg.* 7. *recopil.* † Et hæc confirmantur ex 44
determinatione, *extrauagantis iniunctæ* 1. *de electione*, inter communes; & ex alia Pontificis, *in cap. qualiter de electione*, vbi nullus prouisus Apostolicus, siue ad Episcopatum, siue ad alia beneficia, queit se ingerere in administratione litteris, nondum expeditis, & ostensis. † Et ita de facto anno 1639. 45
cum essem Canonicus Doctoralis Austuric. Ecclesiæ

Ecclesiæ acerrimè defendi, vt nullo modo D. D. Didacus de Salcedo, & Beancos Episcopus electus ad illam Ecclesiam admitteretur sola schedula regia, cum testimonio gratiæ factæ, & litterarum expeditarum; nam etsi illa schedula multis comminaretur pœnis, porrigendo ad temporalitates, si tanquam Gubernatorem, etsi non, vt Episcopum Ecclesia illum, non admitteret: tamen meis allegationibus renuit eum admittere, quousque litteras originales suæ gratiæ capitulo præsentauit; eu vbi non solùm gratia requirit, vt fiat, sed quod eius litteræ expediantur; imò & quod præsententur, ita exigente Iure, ex quibus jacta distinctio supra satis probatur. Videbis quæ noto *suprà de elect. cap. 6. 9. & 15.*

46 Pro complemento huius Rubricæ plura possent adjúgi de præparatione Iudicis ad iudicandum, vt scilicet excutiat manus à muneribus, de quo latè, *in cap. cum ab omni, de vita, & honestate Clericor.* & an peccet si pecunia mediante citius. Iudicet Diana *p. 3. tract. 5. M. 1. resol. 45.* & Iudicium temerarium quale peccatum sit Trullenq. *in opere morali, lib. 8. cap. 1. dubio 1.* de quo iam dixi, *sub tit. de præsumpt.* item & possent adjungi plura de nullitate sententiæ; interim ad quæstiones Guttierrez *practic. cap. 95. lib. 1. q. 96. & q. 105.* Riccius *collect. decis. 747. 851. 1472. 1480.* De exceptione Rei Iudicatæ nonnulla *suprà in tit. de exception.* alia adducunt Ioannes Baptista, Banagel. Andreas Valensis *sub §. 3.* & alij in Rubrica huius tituli, de quorum multis, *infrà sub Rubro dico.* & de sententia lata sub conditione *infrà in cap. 1.*

QVÆSTIO V.

An sententia obscurè prolata ob periculum peremptionis instantiæ sit nulla, si ad instantiam impediti, iusto impedimento fuerit prolata: Et an declaratoria sententia obscura post menses duos lata, nulla dici possit, tanquam extra instantiam: Et an sit nulla sententia, si successiuè, & paulò antè pronunciata fuerit super exceptione, & reseruata in fine causæ, & super meritis?

SVMMARIVM

1 *Instantia diuersis de causis potest retardari, quæ non currit, si impediatur Iudicis facto publico, vt n. 2.*

3 *Instantia, quæ non perimitur respectu vnius ex litigantibus impediti Iudicis facto, nec respectu alterius.*

4 *Instantiæ cursus suspenditur, stante articulo præiudiciali, vel si de mandato procuratoris disceptatur, vt n. 5.*

6 *Instantia non currit, dum pendet terminus probatorius vltra mare, aut apud Indos.*

7 *Sententia, vt valeat debet esse sine obscuritate.*

8 *Sententiæ validitas in dubio præsumitur; & sic pronuntianda, ne actus pereat.*

9 *Declaratio sententiæ obscuræ in quo tempore, & super quibus articulis, n. 10. & 12.*

11 *Declaratio sententiæ obscuræ debet fieri à Iudice, qui tulit sententiam, non ab alio.*

12 *Instantia non perit intra tempus, quod habet Iudex ad declarandam sententiam suam obscuram.*

13 *Prohibitum ad tempus censetur, & post tempus.*

14 *Sententia lata extra tempus assignatum à Iudice, valet si dictus terminus præfigatur Iudicì sub pœna, non si instantia, & n. 15. & quare, n. 16. & 17.*

15 *Statuta duo referuntur Bononiæ, & Florentiæ de tempore assignato ad sententiandum, aut finiendam instantiam.*

16 *Actus à lege, vel statuto prohibitus cum pœna, nullus est, nisi lex annullet vltra.*

17 *Iudex pronuntians extra tempus sibi assignatum sub pœna, solum incurrit in illam.*

18 *Sententia lata extra tempus assignatum à lege, vel à statuto sine pœna nulla est, & quare? Et quid quando verba negatiuè diriguntur Iudici, & non causæ, n. 19.*

20 *Tempus assignatum ad litem finiendam, in dubio censetur datum instantiæ, & causæ, non Iudici, & quibus verbis intelligatur istis, & non Iudici præstitum, n. 21.*

22 *Sententia super principali nulla dicetur, si super incidentibus Iudex impeditus pronuntiare, omiserit, num. 23. 24. & num. 28. & 29. contra n. 25*

24 *Exceptio in promptu probata ante litis ingressum, est terminanda; sic vt non sit reseruanda in fine causæ; præcipuè si pars petierit, vt pronuntietur.*

25 *Pronuntiari simul, & semel super exceptione reseruata, & meritorum causæ, vbi quid de constitutione Bononiæ, num. 26. & quare sic practicetur, vt n. 2.*

28 *Reseruatio exceptionis pronuntianda ad merita processus, si exceptio fuerit præiudicialis.*

29 *Appellatio admittitur à Iudice nolente pronuntiare super exceptionibus, reseruatis præiudicialibus scilicet.*

ADjectis ad primam difficultatis partem, quæ 1
de instantiæ peremptione latè dixi, *in cap. Venerabilis 20. de Iudiciis*, aliquid etiam de instantia, *in cap. quia vers. 11. eodem, q 7. & 8.* & *in cap. penult. de foro comp. q. 18.* & quæ dixi hic, *in Rub. sub quæst. 3.* vbi vt clara sit sententia, quibus verbis sit proferenda, & quid de lata sub conditione ad fauorem alicuius, *ibi in fine*, & *in cap. 1. eodem, q 4.* & discordent inter se DD. in modo explanandi, dicentes quidam ob periculum instantiæ finiendæ licere obscuram sententiam, etsi alij negent. Ego breuius agendo, & considerans diuersis de causis posse instantiam retardari in Iure cognitis; sic vt interim suspendi potius, quam finiri dicatur tempus instantiæ.

Ideo respondeo, vt si facto Iudicis iusto, ac 2
legitima causa præcedente, contingat causam minimè prosequi posse, instantiam tunc ipso Iure non currere, vt firmarunt Abbas *in cap. venerabilis, n. 10.* Marauta *de ordine Iudicior. p. 5.* Asinius *in praxi, §. 2. cap. 12. n. 29.* Muta *super consuet. Panorm. cap. 16. n. 9.* Ponte *conf. 142. num. 7. lib. 2.* Cumia *ritu 137. n. 64.* & addunt Craneta *conf. 230. n. 3.* & alij relati ab Amato *resolut 60. n. 11. & 12.* ex notorio impedimento Iudicis, vel per acta publica nullam desiderari protestatio-
nem. † Qui *sub n. 10. in fine*, firmat ambabus 3
partibus ius esse quæsitum, ne dicatur instan-

tiam

tiam perite ; & sic desiderari sententiam elaram, taliter, vt si illa obscora nulla redderetur funditus periculo deficiente peremptioois ipsius. Vnde eoenit quod si Iudex sæcularis ab Ecclesiastico, vel à superiore, sit iohibitus, instantia non eorrat; quamuis impedimentum sit facto Iudicis iuxta terminos, *cap. tuam de ordine cognit.* Abbas *in dicto cap. venerabilis*, *n.*10. Matanta *in praxi*, *p.*5. *n.*39. Corsetus *lib.*2. *q.*5. *num.*2. ante versic. *sed hac consideratio*, Asinius *in praxi*, §.2. *cap.*11. *n* 3. & 4. Afflictis *in constit. hac leg. n.*35. Trentacinq. *Variar. resol. lib.*2. *de Iud. res.*4.*n* 27. versic. *in* 4. *casu*, Carpan. *super statut. Mediol. cap.*21. *n.*71. *volum.* 1.

4 Et idem dicendum est si articulus præiudicialis penderet de eo, disceptandum esset iux a terminos *dicti cap. tuam*, vbi dixi, & exemplificaui latè, quia tunc interim instantiæ cursus suspenditur, veluti emergente articulo audientiæ, attentatorum, peremptionis, instantiæ, oullitatis, desertionis, incompetentiæ, Iudicis admissionis, appellationis, vel de compromittendo vigore statuti, vel quod testes producantur, vel non, vel simili ex *l. petenda*, vbi Bartol. declarat, *C de temporib. in integr. restit. l intra vtile*, *ff. deminor*, Cumia *ritu* 88 *n.*63. & 65. Capic *decis.*11. *à n.*10. Muta *ritu* 171. *a.*28. Scaccia *de appellat. lib.*3. *c.*2. *q.*15. *à n.*82. Gratian. *discept. forens.*61. *num.*3. Bradero *de appellat. p.*2. *à col.*157. Tusch. *conclus.*207. & 208. *littera L*, *volum* 4.

5 Et eodem modo instantiam suspendi, eiusque cursum cessare, si de mandato Procuratoris disceratur, seu de personæ legitimatione, vt docent in terminis Bald. *in l. contra maiores col. fin. C. de inofficioso testam.* & *in l post edictum*, *§. circumducto*, *ff. de Iudic.* Iasoo *in l. properandum*, *n* 6. *Cod de Iudic.* Cotta *immemorabil.* verb. *instantia de Syndicatu*, *n.*73. Vibius *comm. opin.* verbo *Iudex non potest*, *n.*10. Asinius *in praxi*, §.2. *cap.*11. *n.*3. Muta *super consuet. Panorm. cap* 12. *n.*10.

6 Vel si pendeat terminus probatorius vltra mare iuxta ritus, aut Legum Regiarum dispositionem ad testium examen, extra Regnum existentium, vel in longinquis partibus, veluti apud Indos agentes in remotioribus per illa, quæ diai, *sub cap.*1 *de dilation. q.*8. vbi egi de termino latiori assignandum ad probandum vltra mare Legibus nostræ Castellæ assignato, & in terminis Abbas *in dicto cap. venerabilis*, *n.*10. *de Iudice*, Guttierrez *de Iuram. confirm p.*3 *cap.*4 *n.*14. Muta *d. ritu* 171. *à n.*12. Scipio Rouit. *super pragmat. Regni Neapol. in tit. de ordine Iudicior. pragm.*7. *n.*36. Carpan. *super statut. Mediol. cap.*21. *n* 75. & 76. *vol.*1. Asinius *in praxi d.* §.2. *cap.*11. *n.*25. *in fine*, & *n.*26. Ioan. de Amico *cons.*5. *n.*10. Pinan *cap.*6. *n.*87. *in fine*, versic. *secunda limitatio*, Trentacinq. *Variar. resol d. lib.*2. *resolut* 4. *n.*27. versic. *prima est*, Scaccia *de Iudicijs*, *d. lib.*2. *cap* 3. *n.*101. & 102. & *de appell. lib.*3 *cap.*2 *q.*15 *sub n.*291. *fol.*368. Amato alios plures referens, *d. resol.*60. *n.*8. & 10.

7 Ad secundam quæstionis partem, an declaratoria sententiæ obscoræ post menses duos lata, nulla diei possit ; tanquam extra instantiam ? Et præmissis quæ notaui *hic à num.*1. & quod sententia obscure lata est nulla, cum debeat continere claram condemnationem, vel absolutionem controuersiæ, vel saltem per æquipollens, vt præter adductus *suprà q.*3 & præter ordinarios per textum, *in leg. cum Iudex*, *Cod. de* Fermosin. de Exceptionib.

sentent. & interlocut. omn. & *leg. præses eodem*, *leg. ait Prætor*, §.1. *leg. prases*, *l. in summa*, *ff. de Re Iudic. l. non quemadmodum*, *ff. de Iudic.* §. *curare*, *instit. de act.* Glossa *in l. diem proferre*, §. *si plures*, *ff de Arbitrar.* tenent Mynsinger. *cent.*5. *obseruat.*100. *n.*2. Rebuff. *in tit. de restitut. in fine*, *tomo* 3. Corsetus *lib.*2. *q.*5. *in fine*, Cartarius *decis.*119. *a.*9. & 11. Giurba *decis.*37. *n* 1. Alphunsus Mudicius *in suis dubitat. lib.*2. §. *Principum placita*, *dubit.*157. *n.*3. Mar. Anguis. *cons.*275. *num.*9. Torniola *cons.*92. *n* 13. Sola *super const. Sabaudia*, *tit.*27. *de sentent. glossa* 1. *n.*7. Muta *decis.*45. *n.*21. Muscatell *in praxi ciuili*. *p.*7 Glossa *condemnando*, *n* 34 35. & 39. cum infinitis aliis Amato legendus *res.*66. & *ibi a n.*7. Tuschus *cons.*108 *n.*78, & *conclus.*132. *littera G*, *vol.*6. Gratian. *discept. forens. cap.*201. *n.*44. Scaccia *de appell. lib.*3. *cap.*2. *q* 4 *n.*20. Barbosa *in* 3. *p. Rubrica*, *ff. soluto matrim. n.*47. & Latius *in l. viro*, *atque vxori*, *n.*16. *ff. eodem*, *fol.*49. *vol.*2. Mastrill. *decis.*241. *n.*71. *lib.*3. & alij communiter.

Item & quod sententia in dubio debet esse valida, & sic pronuntiandũ, ne actus pereat, & quia nullitas pœna est, Decian *cons.*356. Beroi. *cons.*60. *lib* 2. *cons.*1. *n.*25 26. 37. & 101. *lib.*3 Aldobrandin. *cons* 17. *n.*15. Mandell. *cons.*161. 262. 281. & 352. Hipolyt. Riminald. *cons.*376. *n* 41. Lancellot. Gall. *cons.*211. *n.*38. Rota Genuens. *decis.*164. *n.*18. Perus. *decis* 36. & alij communiter per textum, *in cap. in præsentia de renuntiat.* vbi aliquid diai. 8

Et præmisso etiam quod declaratio senteotiæ obscuræ debet fieri super eisdem actis, & scripturis præsẽtatis, quæ nec possunt de nouo præsentari post decisam causam obscurè, quomodolibet, nec super eis sententia declaratoria fundari, nisi pars infra tempus sententiæ sibi cœperit terminum vltra marinum ad probandum, iuxta ritus dispositionem, vt iam hic notaui per dicta *suprà in cap.*1. *de dilat. q.*8. † Quia super illis attestationibus poterit quoque dicta sententia obscura declarari, quæ intrant in causam, tanquam probationes factæ infra instantiam. † Et ita quod declaratio fiat ab eodem Iudice, qui protulit obscuram, non à diuerso, vt notant Muta *super consuetud. Panormit. cap.*3. *num* 65 Amato *resolut.*66. *num* 34. & 35. qui etiam loquitur de primo casu cum Anton. de Ballis *libro* 5. *super commeat. ad pragmat. de sentent obscuris n.*10. & 11. qui affert Baldum *in l. si Iudex*, *Cod de sent. & interlocut.* & *cons* 229. *lib.*1. Ruin. *consil.*133. *n.*11. *lib.*5. Iason *in dicta l. ait Prætor*, §. *si Iudex*, *ff. de re Iudic. n.*19. vbi Ripa *num.*8. 9. & 17. Rota Romana apud Cassador. *de appellat. decis.*9. *n.*10. 9 10 11

Quibus præhabitis, & omissis aliis non sic aptis ad resolutionem præsentis difficultatis breuiter respondebitur per principia sequentia: nam cum de Iure communi, possit quandocumque fieri declaratoria sententiæ obscuræ infra instantiam triennij, quod Iudici præfigitur; sic vt licet intra illud clarè non iudicet, sed obscurè, adhuc instantia non pereat, vt docet DD. & Socinus *in dicto cap. venerabilis de Iudic.* Bart. & Ias. *in l. properandam*, *Cod de Iudic.* Hipolyt. Riminald. *consil* 376. *num.*43. Asinius *in praxi*, §.2. *cap.*2. *a* 4. Carauitus *ritu* 245. *n.*6. Beroi. *cons.*213. *lib.*3. *n* 5. Vantius *de nullit. ex defectu iurisd. ordine n.*124 Parisius 158. *a.*3. *lib.*4. Bero. *in cap. de causis*, *de offic deleg. n.*49. Trentacinq. *Variar. res. lib* 2 *tit. de appellat. res.*3. *sub n.*3. Cardin. Tusch. *concl.*143. 12

littera S, tom.7. num.13. Scaccia *de Iudiciis, lib. 2. cap.2. à num.709. & de appell. lib.3. cap.2. quæst.14. num.288. & 353.*

13 Et confirmatur, nam etsi permissum ad tempus, censeatur post tempus prohibitum; & sic in terminis dubij nostri, quoties statuto, aut pragmatica aliquod tempus signatur ad declarandam sententiam vt v.g. *intra bimestre*, aliumve termino eo quidem transacto, iam cesset facultas declaratoriæ: argum. Textus *in l statu liberorum, § stichum, ff. de leg.3. l.1. §. si mulier iuncto princ. ff. de liberis, agnoscend. Auth. hodie, Cod. de appell. dict. cap. de causis, de officio deleg. l. vnus, §.1.* vbi Bald. *ff. de legat.1.* Paulus de Castro *cons.184. num.1. lib.1.* Craueta *cons.415. num.8. & 26.* Surdus *cons.8. num.7. & 8. cons.88. num.7. & 8. cons.371 num.10. & 11. & decis.75. à num.1. & dec.203.* Decian. *cons.34. num.14. lib.3.* Becc. *cons.12. num.7. & cons.32. num.2.* Zephal *cons.422. num 4.* Osascus *decis.85. num.13.* Cardin. Tusch. *concl.143. littera, S. num.44. vol.7.* Assinius *in praxi, §.2. cap.1. num.45.* Tyraq. *de retract. conuent.*

14 *§.1. Glossa 2. num.44.* † Nihilominus etiam est verissima alia Iuris conclusio, quod sententia lata extra instantiam, vel terminum à statuto præfixũ Iudici ad decisionem causæ, valida sit; si dictus terminus præfigatur Iudici sub pœna à statuto, vt non instantiæ, quia tunc statuti mens non est annullare sententiam post terminum præfixum Iudici latam, & si Iudex incidat in pœnam: sic docent; secus si etiam instantiæ tempus assignaretur per legem, aut statutum, pragmaticamue, vt de vtroque post antiquiores ordinarios, *in l. properãdum, Cod. de Iudic. & in d. cap. de causis de officio de leg. & d. cap. venerabilis 20. de Iudic.* docent Vant. *de nullit. deffectu Iurid. ordin. num.119. 120. & 123. & sequent.* Carauit. *ritu 245. num.6.* Beroi *d. cons.101.*

15 *num.8. & cons.213. num.5. & 15. lib.3.* † Qui loquitur in statuto Bononiense statuente terminum Iudici duorum mensium ad expeditionem causæ, Chathal. *de syndicat. col.6. fol.3* Scaccia *de iud. lib.2. cap.2. num.739. & 712. & de appell. lib.3. c.2. q.15. num.288. 289. & 353.* Afflict. *in constitut. hac lege, num.3. Rubric.39. lib.1.* Assinius *in praxi Ciuili. §.2. cap.2.* vbi affert aliud statutum duorum mensium Florentiæ, Cumia *de syndicatu, cap.17. num.28.* Octau Corset, *lib.2. quæst.5. num.3.* Cardinal. Tuschus *conclus.143 littera, S, n.12. 22. & 49. & conclus.371. num.10. vol.7.* Bardellon *cons.171. num.21 cons.100. num.13. vol.2.* Muscatel *in praxi, p.3.* Glossa *condenando, num 10.* Trentacinq. *variar res. lib.2. tit. de appel. res.4. sub, num.3. & per tot.* vbi *in fine*, refert bis decisum in Curia Aquilana, & in M. R. C. Vicatiæ, Rota Gersuæ *decis.13. num.7. 8. & 9.* Sola super *constit. sabaudiæ. p.2. tit. de sentent. Glossa 1. num.3.* Carpan. *ad stat. Mediol. c.21. num.125. vol.1.* Cauall. *cons.152. n.6. & 7. vol.1. & cons.62. n.5. vol.2.* Carroc. *de except. exception.127. à num.2.* Amato *dict. res.66. n.21.* cum multis alios referens ab hac magis communi recepta, solum Ricardum Malumbr. dissentire, cuius determinationem refert Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat de offic. de leg. §. restat. quid si stat. & in tit. de appel. §. nunc breuiter.*

16 Non enim actus à lege, vel statuto prohibitus etiam cum pœna, nullus est, nisi lex vlterius procedat actum annullando, *l. fin. Cod. de sentent. ex breu. Calc. recit.* vbi notant Salicet. Iason *in l. non dubium, Cod. de legib. num.18.* Abbas & Felin. post Alios, *in dict. cap. venerabilis de iud.* Felin. *in cap. cum dilecti ampliat. 10.* versiculo, *est verum de rescript.* Alexand. *consilio 24. lib. 6. & consilio 24. num. 2. lib. 4.* Gratian. *decision. 167. num.16.* Cauall. *cons. 62. num. 5. volum. 2.* Ponte *cons. 5. num. 84. & cons. 81. volum. 1.* Surdus *cons. 360. num. 46. lib. 3.* Vant. *de nullit. ex defectu iurisd. num. 12.* Carroc. *de exception. 127. num. 16.* Assinius *in praxi, §. 2. cap. 2. num. 3.* Menochius. *consilio. 1193. num. 36. 37. & 38 vol.11.* Trentacinq. *variar. resol. lib.1. tit. de legib. & constit. resol.1.*

† Et sic quoties pragmatica, statum, aut lex diriguntur cum pœna Iudici, tunc reuera, etsi tempus transeat, non inde sententia prolata reputetur nulla, cum tantum Iudex sic pronuncians subiaceat pœnæ: sic Bartol. *in dict. l. properandum, Cod. de iud.* vbi Butrigar. Fulgos. Alexand. Salicetus, & Abbas *in dict. cap. venerabilis de Iud.* Bero *in dict. cap. de causis, num. 48. de offic. de leg* Vant. *de nullit. ex defectu Iurisdict. ord. dict. num. 118. & 122.* Assinius *in praxi, §. 2. cap.1. num.1. & cap.2. num.1.* Carrosc. *de except. dict exception 127. num.10* Cardinal Tusch. *concl. 571. num.14. litt. S, vol.7.* Scaccia *de appel. lib.3. c.2. q.15. num.359. fol.379.* 17

Tamen si sine pœna verba statuti, legis aut 18
pragmaticæ dirigantur quandoque, si sententia post terminum feratur, nulla erit; quia tunc tempus dicitur præfixum Iurisdictioni, & instantiæ, licet verba Iudici dirigantur, vel lata extra terminum à statuto pro causæ definitione traditum, etiam quod verba simpliciter Iudici dirigantur: nam tunc etiam nulla redderetur, si id esset fauore Ecclesiæ, vel fauore publico, vel quando tempus assignaretur Iudici, eiusque officio, & simul instantiæ. † Vel 19
quando verba statuti negatiuè eidem Iudici dirigerentur, & non causæ, vel instantiæ, vt si dixisset, quod Iudex non posset certo termino decurso, decidere, vel se intromittere, vel cognoscere, vel aut similia verba negatiua, & prohibitoria proferret; quamuis Iudici detecta, nec procedet in delegato, siue Iudici dirigantur verba, siue Iurisdictioni causæ, vel partibus, statuto termino, intra quem causa decideretur: nam tunc sententia extra lata, erit nulla, cum mandata Iurisdictio lapsu temporis expirauerit, *per l.2. §. si Iudex. ff. de iud. dict. cap. in caus de offic. deleg. & de arbitr. & est Textus, in l.1. C. de arbitr.* & vtrobique DD, quos omnes casus limitatos congerit Amato cum infinitis Legend. *d. res.66. à n.25.*

Quod si sit dubium, an tempus censeatur 20
præfixum instantiæ, & causæ, aut Iudici, dicendum est instantiæ, & causæ præfigi, non autem Iudici ad effectum quidem, vt immortalitati litium obuietur, Iuxta Textum, *in dicto c. venerabilis de Iud. cap. finem litibus*, vbi late dixi, *de dolo, cap.4. & 5. de appellat.* vbi de fatalibus, & præter antiquiores, & ordinarios, *in dicto cap. de causis, & in l. fin. Cod. vt infra cert. tempus*, Vantius *de nullit. ex defectu iurisdict. ordin. sub, num 116. & 120.* Intrigl. *sing.84. num.61. lib.5.* Carrosc. *de except. dict. except. 127. num.9.* Trentacinq *var. res. lib.2. de iudic. res.4. n.43.* Carpan *super stat. Mediolan. c.21. n.23. vol.1.* Corset. *lib.2. q.6. sub n.3.* Aloisius *in praxi, § 2 cap.3. à n.3.* Rota Genuæ *dec.13. num 9.* Scaccia *de appel. lib.3. q.15. n.357.*

Et sic etiam dicetur tempus appositum instãtiæ, & causæ, quando per statutum fuerit facta 21
mentio de causa, & instantia, & inde dicat, quæ debeant

debeant terminari infra certum tempus, vel simpliciter, quod causa infra certum tempus expediri debeat vel quod post tantum tempus instantia causæ perempta censeatur, vel quod instantia causæ duret spatio duorum mensium, vel per similia verba in rem, & causam, & non in personam Iudicis loquentia, vel delicta: sic Bald. *in l. obseruare, §. præferri, q. 3. ff. de officio proconsulis, & in l. fin. Cod. vt infra certum tempus*, Ruinus *cons. 26. num. 9. lib 4* Alex. *cons 24. num. 2. lib. 6.* Corrasc. *de except. dict. except. 127. num. 8.* Amato *dict. res. 66. num 30.* Rota Genuæ *decis. 13. n. 7 8. & 9.* Trous Cauens. *ritu 245. num. 11.* Anton. *de vall. lib. 6. quæst. 2. num* 8. Vant. *de nullitate ex defectu iurisd. ordin. n. 119.* Cardinal Thusc. *concl 571. n. 13. litt. S. vol. 7.*

22 Ad tertiam quæstionis partem, an sit nulla sententia, si successiuè, & paulo ante super exceptione reseruata in fine causæ, & super meritis pronunciatum fuerit? Et quia quotidiana praxis obseruat in omnibus tribunalibus in pluribus casibus incidentibus in causam principalem, illos reseruare ad merita causæ. Dubium quidam nunc est, an non obstante tali reseruatione, valeant nihilominus Iudices prius de illis incidentibus, & si per viam, exceptionibus oppositis pronunciare. Et suppositis quæ dixi latè, *sub cap. 1. de ordine cognit.* vbi de incidentibus, & emergentibus, quando prius, vel non pronunciandum, & dictis de præiudicialibus, sub *dicto cap. tuam eodem*, iam ad præsens dubium præbendum venit responsum.

23 In puncto, nunquid si post reseruatum à Iudice, pronunciare simul cum lite principali, & ex officio, vel ad instantiam illam apponentis exigatur, vt antea pronunciet, si id faciat sententia illa sit nulla, & quod nulla videatur, si super meritis pronunciasset Iudex stante dicta exceptione per reum apposita, videatur esse de mente eius, *decis. 2. lib. 1.* nam quemadmodum de ordine cognitionis esset prius, & distinctè cum spatio temporis ad appellandum pronunciare super exceptione reseruata, & præiudiciali ad causam meritorum definitiuè Iuxta notata, *in l. 2. & per totam, Cod. de ordine cognit. & in l. C. de appell.* Baro *cons. 36 lib. 3 num. 6.* & DD. per textum *in dicto cap. tuam de ordine, cognit.* quia multum interest, & refert; ac reo proponente exceptionem, expedit ita distinctè super articulo pronunciari, cum de emergente præiudiciali, & de negotio principali, simul tractari non posse videatur, quod esset confundere, & inordinare, ac complicare Iudicium, & processum, quæ confusio & inordinatio reparari nequit per appellationem à definitiua, sicque posse appellari ab omni interlocutoria afferente grauamen; quod per appellationem à definitiua reparari valet, Beccius *cons. 31. num. 2.* Bero *cons. 34.* Bald. *in Auth habita, num. 38. versic. quæro nunquid, C. ne filius pro patre,* Tuschus *conclus. 526. littera, S, n. 12* Scaccia *de appellat. lib. 3. c. 2. q. 17. limit. 47 membr. 1 n. 78. limit. 6. memb. 7. n. 113. fol. 590.*

24 Et confirmari videtur, quia exceptio in promptu probata ante litis ingressum; terminanda est, nec in fine causæ posse reseruari, vt si hodie constat, hodie agatur, veluti etiam quæstio Iuris certi, vt post omnes plena manu posuit Giurba *decis. 21.* & nouissime Cast. *decis. 124.* Cancer. *variar. resolut. lib. 3. cap. 27. num. 21. & 22.* Faber de Anna *cons. 18. in fine*, Ladercbius *consilio 123. sub num. 5.* Trentacinq. *variar. resol. lib. 1. tit. de rescript. & priuileg. res. 5. sub num. 25.* præcipue si pars petierit, vt pronuncietur super quæstione reseruata exceptionis, cum tunc nisi reseruata illa exceptione per sententiam terminata ad definitiuæ pronunciationem Iudex deuenerit, nulliter agat, vt dixit Treuls. *sup.* & plane, *dec. 2. n. 9. per tot. lib. 1.* Giurba *dec. 21.*

Adhuc verò in puncto quæstionis quod simul, & semel super exceptione reseruata, & meritorum causa, valide, & consequutiuè per Iudice pronunciari possit, docent Giurba *dicta decis. 21. num. 6.* Amato *res. 80 num fin* Legendus *à num. 1.* Afflictis *in constitut. exceptiones filiationis, num. 6. lib. 2. Rub. 22.* Hypolit. de Marsil. *singul. 367.* Menoch. *cons. 488 num. 15. lib. 5.* Vincen. de Anna, *singulari 605.* versic *fuit dubitatum*, Thorus *in compend. dec.* verb. *appellari an possit*, Cancer. *variar. resolut. lib. 3. cap 17 de sentent. & earum execut. num. 538.* Beroi *cons. 34 à n. 7. & cons. 91. sub, n. 15. lib. 3.* Cardinal Tusch *concl. 379. littera. E, num. 7. & conclus. 526. littera, S, num 6. & 7.* † Vbi de constit. Bononiæ id disponente: nam dum in fine causæ, & Iudicij per Iudicem reseruatur, exceptio terminanda intelligitur, scilicet tempore ferendæ sententiæ definitiuæ; siquidem cum reseruat Iudex in fine causæ, tunc in fine discutiuntur, & terminantur dictæ exceptiones simul cum causa meritorum, quia si tunc legitimæ obstent, totus processus nullus redderetur; reseruare enim exceptiones, non est aliud, nisi reseruare effectum earum. 25 26

Et sic concluditur non esse necessarium pronunciari separatim super incidenti, & emergenti, ne detur appellatio, & in infinitum Iudicium trahatur, vt dixerunt Bero. *cons. 34. num. 8. lib. 3.* Amato *dict. res. 80. num. fin.* Faquineus *lib. 1. controuersiar cap. 43.* versic *prima conclusio.* Afflinius *in praxi. §. 18. cap. 2.* Rota Romana apud Ludouiscum *decis. 470. num. 10.* quod est praxi quotidianæ conforme, & Iuxta quæ dixi videnda late de incidentibus, & emergentibus, *in dicto cap. 1. de ordine cognition.* † Aliter verò procedere dicunt relati, *num. præced.* & hic, si Iudex reseruaret ad merita processus; quia tunc, facta publicatione in causa, primus actus, qui deberet expediri, parte petente, deberet cognosci, & determinari vtrum exceptio reseruata obster, vel non? Et ad hanc partem existimo respicere quæ etiam latissimè, dixi sub *dict. cap. tuam de ordine cognit.* vbi quod prius est pronunciandum super exceptione præiudiciali. † In his exceptionibus, si reseruatio fiat in finem causæ, locum habet appellatio, ne alias daretur peruersio Iudicij, quæ debet obuiari, vt contingeret, si prius non pronunciaretur in exceptione incompetentiæ, vel illegitimitatis, vt *in dict. cap. tuam*, Gratian. *discept. forens. 170. num. 3.* Raginell. *de appell §. 2 cap 3. n. 303. in fine*, vel quando liquidam, & claram exceptionem, & non reseruabilem de Iure Iudex reseruasset; quia reseruando, diceretur grauasse, Grat. *sup. num. 3.* cum aliis multis Amato *d. res 80. à n. 3. ad 7.* vbi ex illis probat Iudicis arbitrio relinqui quæ exceptiones altiorem indaginem requirere videantur, de quo dixi, *in dict. cap. 1. & dict. cap. tuam*, &c. 27 28 29

AD TEXTVM
IN CAPITE I.
De Sententia & Re Iudicata, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. AD genetalem doctrinam textus nostri, quatenus docet, quod sententia contra Leges, vel Canones lata, non tenet, vt vbetius intelligas, adjunges quæ adduxi *suprà in cap. quod Clerici 9. de fore competenti*, quatenus ibi dicitur, quod causæ Clericorum secundùm iura, & non secundùm consuetudines laicorum terminentur, nonnulla adducta *in cap. dilecti 6. de Iudiciis à quæst.12.* II. Huc enim spectant omnia, quæ de nullitate sententiæ commendant Doctores, de quo *infrà in cap. nostro, & in hoc tit.* III. Hic etiam de formulis, quæ antiquitus in proferendis sententiis obseruantur poterat adjici; iam enim in vsu non sunt; & ideo leges Brisonium *de verb. significat. lib.1. littera A*, & latius, *lib.5. de form. pag.535.* Rosinum *lib.9. antiquitat. Romanar. cap.24.* Cotrasium *lib. vnico, Epistolarum quæst. cap. fin.* Hothomanum *de verbis Iuris littera A*, Budeum *in annotationibus ad Pandectas*, *in l.2.* versic. *post vindicias, ff. de Origine Iuris*, Cujacium *lib.18. obseruation. cap.32.* Pro intellectu textus nostri adjunges etiam, quæ nouissimè scribit Matthæus Colletus *de processibus executiuis, p.4. pag.236. ad textum hunc.*

QVÆSTIO I.

Quare sententia lata contra Ius, hoc est contra Leges, & Canones, ipso Iure sit nulla, cum valeat ea, quæ contra Ius litigatoris profertur: Et de vtriusque differentia: Et an sit nulla sententia si proferatur præter Ius: Et an sententia lata ex falsa causa, sit nulla: An aduersùs sententiam latam contra Ius litigatoris, competat restitutio?

SVMMARIVM

1 *Nullitas ex pluribus capitibus potest resultare.*
2 *Nullitas sententiæ resultat, si Iudex contra Leges, vel Canones pronuntiet; non sic si contra Ius litigatoris, n.3. & 9.*
4 *Sententia contra Canones, & Leges prolata, nulla est.*
5 *Textus noster expenditur, & n.9. & 15.*
6 L. Præses Prouinciæ 27. l. cum prolatis, ff. de Re Iudicata, & n.10. 11. 12. 13. cap. cum inter 13. hoc tit. n.9. & 13.
7 Cap. suborta hoc tit. n 9. & 21.
8 L.1. Cod. de postulando, num.23. cap. causam 14. hoc tit. n.24.
10 *Sententia lata contra Canones, & Leges, si non exprimatur error, non est nulla, vide à n.26. 34. & 35.*
11 *Vsurarum vsuras exigens, notatur infamia, & in eas Iudex condemnans nihil facit, nisi tantùm exprimat quantitatem, n.12.*
15 *Appellatio in sententia nulla, non est omnino nulla, n.16. & quod si non interponatur in termino, n.17.*
16 *Sententia nulla, non conualescit, eo quod ab ea, non interpolatur appellatio.*
18 L.3. §.falsus, ff. rem ratam haberi, n.19.
19 *Processus factus per falsum procuratorẽ, est ipso Iure nullus, saltim quoad dominũ principale.*
20 *Clausula* saluo Iure nullitatis, *vtiliter apponitur in appellatione.*
21 *Sententia lata contra priuilegium partis, valet ipso Iure, & de ratione, n.22.*
25 L. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his, qui notantur infamia, l. relegatorum, ff. de interdictis, l. quædam mulier 41. ff. familiæ ereiscundæ, l.1. C. si aduersùs minorem, l. etiam 29. ff. de minor, l. solent 3. ff. de aliment. l. qualem 19. *versic.* sed etsi, ff. de receptis arbitris cum l.27. & l.27. §.1. de minor. l.1. C. de errore calculi 59. l. de qua re, §. cũ absentem, ff. de Iudiciis remissiuè.
26 *Sententia lata contra Canones & Leges, est nulla, & etiam non expresso errore pluribus, vt à n.27. & n 33.*
27 *Contractus gestus contra Ius, etiam non expresso errore, nullus est, n.36. vbi in quo differat à sententia.*
32 *Sententia lata sine citatione, aut in die festo, aut in loco sacro, est nulla.*
34 *Sententia contra Canones, & Leges lata, est nulla, non expresso errore, si lata sit à Iudice, qui habuit necessitatem obtemperandi; secus si habeat potestatem deseernendi, n.35.*
37 Cap. Ecclesia S. Mariæ, cap. in Ecclesiarum de constitut. cap. per tuas qui filij sint legitimi, n.38. & n.44.
39 *Sententia non vitiatur ex causa erronea expressa, si in ea alia sit idonea ex animo Iudicis,* n.14. in fine.
40 *Sententia est nulla, vbi error exprimitur contra legem affirmatiuam, qualiter contingat, n 41.*
42 *Sententia lata contra Leges, & Canones, & contra Ius litigatoris, ex quibus intelligitur, & de testamento impuberis, n.43.*
44 *Sententia præter Ius lata, non est nulla.*
45 Cap. prudentiam de officio delegati, n.46.
46 *Delegati duo ex tribus procedentes, fiet contra rescripti formam.*
47 *Dictio* citra *quid sibi velit.*
48 *Sententia lata ex falsa causa, in ea expressa, est nulla, secus si expressa non sit, num.40. 50. & 58.*
51 *Transactio ex falsa causa corruit.*
52 *Sententia notoriè iniusta ex actis, nulla est.*
54 L. vnica, Cod. de rei vxoriæ actione, l. ciues, Cod. de appellat.
55 L. si Iudex, §. Marcellus, ff. de Iudiciis, l.1. Cod. de errore calculi.
56 L.1. Cod. si sæpius in integ. restitutio fuerit postul.
57 *Restitutio aduersùs sententiam contra Ius litigatoris latam, non conceditur omissa appellatione, n.58. 59. nisi in beneficialibus, num.60. fallit, in Principe, n.61.*
62 *Sententia præsumitur ritè lata, nisi oculo aliud videatur.*

Vt

1 VT primam difficultatem dissoluam, præmitto dicendū duo à iure extare remedia inducta contra Iudicum sententias, appellationes, & nullitates, de quibus solent Doctores agere per Textum nostrum, & aliis concordantibus, de nullitatibus ago, *infra in cap. nostro & in hoc tit.* cumque nullitas, non ex vno, sed ex pluribus resultet capitibus, & sint plures nullitatum species, quibus sententia impugnari potest, quas longum hic esset recensere.

2 Sed inter eas inquam adest, de qua Textus noster loquitur, veluti si Iudex contra leges, vel Canones sententiam protulerit; de appellationibus verò latissimè ago, *infrà in tit sequenti.*
3 † Sed quoad propositum, tunc reuera appellatio interponitur, si sententia lata fuerit contra Ius litigatoris, vt illius iniquitas, vel ex malitia Iudicis, seu imperitia resultans per Iudicem superiorem, corrigatur, Iuxta Textum, *in l. 1. ff. de appellation.* & de Iure Regio *in summa tit. 22. p. 3. Glossa fin.* vbi Gregor. Lopez Petrus Gregorius *lib. 32. syntagmatum, p. 10. ex n. 2. Glossa fin. in l. 1. Cod. quando prouocare non est necesse*, vbi Baldus *num. 13.* dicit de duobus prædictis remediis.

4 In his duobus dicteriis consistit perfecta cognitio huius decisionis, nam quatenus sententia dicitur non valere, si lata sit contra leges, & Canones, ita vt ipso Iure nulla sit, nec ab ea prouocare necesse sit, nec Authoritatem obtineat rei Iudicatæ, præter Iura Canonica, ex hoc nostro Textu *cap. inter cæteras 9. cap. cum inter 12.* ibi, *eum contra Ius constitutionis expresse lata non fuerit*, *cap. quoad consultationem, hoc tit. cap. per tuas de sent. excommunicat. cap. ei qui*, versic *item si sententia contra Ius scriptum 2. quæst. 6.* probant etiam de Iure Ciuili, *l. nemo, Cod. de sentent. & interlocutionibus*, ibi, *Sed omnes Iudices veritatem, & legum, & Iustitiæ sequi vestigia sancimus*, *Auth. hodie, Cod. de Iudiciis*, *l. si expressim 19. ff. de appellation. l. 4. §. condemnatum. ff. de re Iudicata*, *l. in hoc Iudicio 27 ff. familiæ erciscundæ l. si quis filio exhæredato 6. §. quod si quis, ff. de iniusto rupto*, *l. 1. §. item contra sacras, ff. quæ sententiæ, sine appellatione rescindantur*, *l. 1. & 2. quando prouocare non est necesse*, *l. 1. § si à non comp. iudice*; & de Iure Regio, *in l. 1. & 19. tit. 22. p. 3. l. 1 tit. 6. lib. 3. ordinamenti*: exornant præter ordinarios, quos referunt, *hic*, Balboa, Barbosa, & Graña, Maynerius *in l. res iudicata 108. ff. de diuers. regulis, iuris*, Vantius *de nullit. ex defectu processus*, Casiodor. *decis. 7. super Reg. cancell.* Afflictis *decis. 24. & 151.* Antonius Goueanus *lib. 1. variar. cap. 27.* Gellius *lib. 14. noctium atticar. c 2.* Alciatus *de præsumpt. reg. 3. præsumptione 9* Padilla *in l. pen. Cod. de Iuris, & facti ignorantia*, Ioannes Gutierrez *cons. 18. num. 67. & 68.* Petrus Augustinus *in tit. de legibus, quæst. 15. per totam, & in tit de iurisdic. omn. iudicum quæst. 6. num. 13* Menochius *de recuperanda possess. remed. 8. num. 15.* Riccius *collect. decis. 341.* Præter Couarruuias *cap. 25. pract.* Pichardus *in §. 1. instit. de officio iudiciis*, Faquineus, Antonius, Faber, Cujacius, Donellus, & Hiligerus in locis relatis ab eodem Pichardo *num. 1.* & ab eodem, Graña *hic* cum aliis, Rodriguez *de ordin. processu cap. 12. p. 2. num. 8.*

5 Aduersùs hanc conclusionem, non leuia sunt argumenta, & primum desumitur ex verbis Textus nostri, in versiculo, *licet non sit*, vbi contraria proponere videtur, cum à principio affirmet sententiam contra leges latam nullam esse, & statim, in dicto versiculo *licet*, dicens appellatione non esse suspensam, videtur significare, vt si appellatio interponeretur, effectus suspenderetur sententiæ contra Ius, & leges latatæ, quasi fateri debeatur, sententiam valuisse. † Et confirmatur, nam adeo senten- 6
tia contra Ius & constitutiones, valet ipso Iure, vt ab ea appellari necesse sit; alioqui eam transire in rem Iudicatam, *l. præses prouinciæ 27. l. cum prolatis 32. ff. de re iudicata, cap. cum inter 13. hoc titulo.* † Imo Textus *in cap. suborta*, 7
hoc titulo, dicit quod sententia contra immunitatem, & priuilegium à Pontifice concessum, taliter valeat de Iure, vt si ab ea non sit appellatum, transeat in rem Iudicatam. † Et condu- 8
cit Textus *in l. 1. Cod. de postulando*, & fortiter ex Textu *in cap. causam 14. hoc tit* vbi sententia lata, contra rescripti formam valet, etsi aliter deprehendatur ex Textu *in cap. cum dilecta de rescriptis.*

Quatenus autem Doctores per Textum no- 9
strum, & alios dicunt, & affirmant, quod sententia contra Ius litigatoris lata, valet, & tenet, quamuis annullari valeat, probant ex eo quod tunc leges non offendatur directo, quippe non agatur de Iure constitutionum, sed de Iure litigantium, vt *in cap. cum inter 13. hoc tit.* & ex aliis Iuribus, iam adductis, *num. præcedenti*, plures refert Barbosa *in dicto cap. cum inter, num. 1.* vbi *num. 7.* addit, quod sententia lata, non obstante priuilegio contractus litigatoris, mero Iure tenet, si non appelletur, vbi Abbas *num. 1.* Maranta *de ordine iudiciorum, p. 4. disputat. 5. num. 7. & 39.* Erasmus à Chochier. *de iurisdictione ordinar. in exemptos, p. 2 quæst 40. num. 7.* Pichardus *in dict. §. 1 inst. de offic. iudic sub num. 7.* Rodriguez bene agens *de ordin. processu d. cap. 12. p. 2. num. 15.*

Vnde etsi aliqui Doctores existiment abso- 10
lute, quod vtcumque sententia prolata videatur contra Canones, & leges, nulla sit, etiam; non expresso errore nullitatis: ita deducentes ex Textu nostro, vt docent, Panormitanus *in cap. inter cæteras, hoc titulo, & in cap. venerabilibus, §. porro de sentent. excommunicat. lib. 6* quem multi ex antiquis sequuntur, & alij ex antiquis: tamen verius est, quod si in sententia lata contra Ius, & leges, error in sententia non exprimitur, tunc est, ac si esset tantùm lata aduersùs Ius litigatoris; eo quod tunc directo Ius non offenditur, & sub hac distinctione sunt intelligenda Iura *in dicta l. præses prouinciæ, ff. hoc titulo*, in qua cum legibus 12. tabularum cautum esset vsurarum vsuras exigi non posse, easque in stipulationem, non deduci, *l. si non sortem 26. §. 1. ff. de conditione indebiti, l. placuit, ff. de vsuris, l. vltima. Cod. de edendo.* † Ad eo 11
vt infamia notetur ille, qui vsurarum vsuras exegerit, ex *l. improbum, Cod ex quibus causis infamia irrogetur*, ideoque si Iudex palam, & imprudenter in vsuras vsurarum aliquem condemnauerit sententia, non valet ipso Iure, vt pote contra Ius lata. † Tamen si Iudex debito- 12
rem condemnauerit; non expressim in vsurarum vsuras, sed incertam quantitatem, etiam si ea quantitas, & sortem, & vsurarum, vsuras complectatur, sententia valet, adeo vt intra

stituta tempora, opus sit ab ea appellare, quia
error in ea, non expressus, non fertur apertè
contra leges, sic rectè Cujacius interpretatur
Textum *in d. l. præses, lib. 1. responsorum Mode-*
13 *stini.* † Et sic etiam esse intelligendum Calistra-
tum *in d. l. cum prolatis 32. eodem*, vt apertè de-
monstrant verba illius legis ibi, *eo quod non exi-
stimat causam, de qua Iudicat per eas, iuuari non
videtur, contra constitutiones sententiam. dedisse.*
14 † Et venit etiam intelligendus Innocent. Ter-
tius *in d. cap. cum inter 13. hoc tit.* dum ait sen-
tentiam transire in rem Iudicatam, etiam, si
contra Ius litigatoris lata fuisset cum contra
Ius constitutionis expresse lata non fuerit, vt
notant Bartol. & Iason in dictis Iuribus, Bal-
dus *in cap. quod translatione 4. num. 5. de officio de
legati*, Cujacius *vbi proxime, & lib. 18. obseruat.
cap. 33.* Pichardus *in d. § 1. inst. de officio Iudicis,
num. 12.* Graña *hic num. 14.* Balboa Videndus, *à
num. 41.* vbi plures adducit intellectus ad dicta
15 Iura; *l. cum prolatis, & l. præses.* † Et sic addu-
ctum, *suprà*, in versic. *aduersus*, ex litteræ Tex-
tus nostri, non Implicat, quia respondeo con-
siderationem deductam, *ibi*, ex dicto versic. *li-
cet*, ita solùm esse accipiendam; nempe quod
etsi à sententia, quæ ipso Iure nulla est appella-
ri possit, non inde videri per appellationem ap-
probatam, quia etsi in sententia, nulla frustra
sit appellatio, *l. si constet 12. l. ex consensu 23. ff.
de appellationibus*, sed non erit omnino inutilis,
eo quod, etsi sententia ipsa, non suspendatur;
suspenditur enim figura extrinseca ipsius senten-
tiæ: argumento Textus *in l. vulgo, l. illud ff. de bono-
rum possess. contra tabulas*, Graña *hic n. 18.* ante eum
Balboa *n. 40.*
16 Nec replices dicendo, quod qui a sententia
nulla, non appellat illam approbare videatur
ex *l. 1. Cod. si sæpius in integrum restitutio postule-
tur, & ex Textu in l. ab eo, Cod. quomodo, &
quando iudex, l. 1. Cod. de Iurisdictione omnium
Iudicum, l. hi, qui ad ciuilia, Cod. de appellat.* &
ob id, qui sic non appellat, tenetur stare sen-
17 tentiæ etiam alias, nullæ. † Quia respondeo,
quod non ex hoc induci debet, vt non appel-
lando, sententia alias nulla conualescat; sed id
tantùm induci, vt non appellando, approbata
videatur, quoad remedium appellationis, vt am-
plius appellatio, non possit interponi ab eadem
sententia ex Textu *in cap. quoad consultationem,
hoc tit. cap. Romana, §. si vero de appellation. lib. 6.*
Glossa *in cap. non solum*, verbo, *innouata eodem,
tit.* non inquam sententiam dici approbatam,
quoad nullitatis remedium, quod omnino di-
uersum est ab appellatione, quamuis à senten-
tia, etiam nulla, appellari possit, vt significat
Textus noster in dicto versic. *licet*: sic Intelli-
gendus, Iuxta communem, & *in l. si expressim,
ff. de appellationibus*; non enim qui in simili spe-
cie appellat, renunciat exceptioni nullitatis, vt
in d. l. si expressim: docent Doctores, Vestrius *de
stylo curiæ, lib. 8. in princ.* Balboa hic legendos,
num 37. & 38. vbi alia ponit cum Bartol. *in dicta
l. si expressim*, Conart. *in pract. c. 17.* Felino *hic n. 17.*
18 Sed obstat Textus *in l. 3. §. falsus, ff. rem ra-
tam haberi*, vbi appellat à sententia nulla, il-
lam approbare videtur: ita vt videatur, non
vlterius posse de ea agere, vel videtur esse in
19 Glossa *cap. constitutus 1. quæst. 1.* † Quia respon-
deo supponendo quod processus factus per fal-
sum procuratorem, est ipso Iure nullus, saltim
quoad Dominium principale: argumento Tex-
tus *in cap. 1. de procurator, l. licet, l. si procura-
tor, Cod. de procuratoribus, in dicto cap. ergo,
§. falsus*, sententia per appellationem, non ap-
probatur, sed solùm gesta per procuratorem,
quæ omnino à Domini consensu pendent Iuxta
notata, *in cap. in nostra in fine de procurator, &
in l. licet ff. de re Iudicata*; ita Felinus *hic num 17.*
Abbas *numero 22.* Butrius *num. 16.* Balboa 38.
Graña 4. & sequuntur, Bartolus, & Cumma-
manus *in dicto §. falsus.* † Qui etiam dicunt 20
vtile tamen fore, vt apponatur in appellatione
clausula illa, *saluo Iure nullitatis*, Osualdus ad Do-
nellum *lib 18. comm. c. 14.* Cujacius *lib. 12. respons.
Papiniani*,
Ex prædictis accipit lucem Textus *in dicto* 21
cap. suborta, hoc titulo, nam etsi nonnulli exi-
stiment illum Textum intelligi de sententia la-
ta à Pontifice contra priuilegium: sic colligen-
tes ex verbis, *ibi, Alexandro fuit præsentatum*,
quod conuincitur, *ex cap. in causis, hoc titulo*,
& Panormitanus *hic num. 18.* existimet valuisse
sententiam contra priuilegium latam, quia pri-
uatus potuit ei renunciare; imo communiter
ex eo Textu probetur, vt sententia contra pri-
uilegium lata valeat, si ab ea non fuerit appel-
latum vel supplicatum, sed reuera Textus ille
loquitur in casu priuilegij non renunciati; qua-
re est opus incidere In communem distinctio-
nem supra adductam; scilicet vt loquatur de
sententia lata contra Ius litigatoris, non con-
stitutionis: sic colligunt Doctores, *hic* & Bal-
boa *num. 45. & 42*, *in dicto cap. suborta*, vbi
Cujacius Pichardus *in dicto §. 1. inst. de officio Iu-
dicis, num. 13.* dicunt enim in illa specie fuisse
controuersiam inter Episcopum Meldensem,
& monasterium Rubescense, super statu, li-
bertate, & subiectione, dicti Monasterij; quod
esse liberum dicetur; Episcopus verò conten-
tendebat, suo Iuri, & potestati esse subiectum,
sententia contra priuilegium lata fuit, & tamen
valuit ipso Iure, cum priuilegium nihil aliud sit,
quàm lex quædam priuata, *cap. fin.* versic. *pri-
uilegia namque dicuntur 25. quæst. 1.* † Quod ea 22
ratione contingere dicunt, quod in ea senten-
tia lata contra priuilegium, non agitur de Iure
constitutionis, sed solum de Iure partis, in cuius
fauorem concessum fuit priuilegium; indeque
nullitatem cessare, cum nulla lex offendatur er-
roris expressione, dumtaxat, quippe ostenditur
priuilegium partis fauorem respiciens. Vnde
resoluunt mirum non esse, vt sententia Ale-
xand. III. lata pro Episcopo contra illum pri-
uilegium exemptionis, quod Abbas allega-
bat, valeat, & nullitatis prætextu rescindi non
possit.
Et reducitur ad prædictam distinctionem, 23
Textus *in d. l. 1. Cod. de postulando*, cum senten-
tia, de qua, *ibi*, loquitur Imper. non fuit nulla
ipso Iure, sed tantùm iniusta contra Ius litiga-
toris: ita latius respondens resoluit, Graña *hic
num 3. in fine.* † Et similiter lucem accipit Tex- 24
tus *in dict. cap. causam 14. hoc tit.* nam omissa In-
nocentij & Butrij interpretatione, quam impro-
bat Panormit. *ibi, num. 14* verissime dici videtur;
ideo, *ibi*, valuisse sententiam, quia non fuit pro-
lata contra rescripti tenorem, siquidem cla-
rius, non integre, & plene probauit, à ma-
iori parte capituli, electum fuisse, ac ideo
nihil iniquum sententiam continuisse, quam
solutionem,

solutionem, præstat Graña *hic n.15.* vbi respondet ad verba ibi, *sicut per attestationes*, quæ demonstrare videntur electionem probatam fuisse, nam satisfacit, ex eo quod, etsi allegatio illa, quæ præsupponat aliquam probationem; non tamen denotet, cum Iudex non plenam, seu non concludentem potuerit excludere, vt demonstrant alia verba ibi, *quia tamen Iudicis animus:* Videndus Abbas *ibi n.14.* & sic concluditur ex illo textu legitimè, quod sententia lata, si nihil continet iniquum, licet sit appellatum, si non probetur quod Iudex non seruauerit for-
25 mam mandati, sit confirmanda. † Sic Barbosa *ibi n.1.* cum multis ab eo relatis, plura alia iura intelligunt Graña, & Balboa apud ipsos videnda, vt sunt textus, *in l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his qui notantur infamia*, quam expendit Antonius Faber *in rationali ibi*, & textus, *in l. relegatorum, ff. de interdictis, & relegatis:* Videbis Cujacium *ad titulum, Cod. de modo multtarum*, & textus, *in l. quadam mulier 41. ff. familiæ erciscundæ*, de qua Cujacius *lib.20. obseruat.cap.1.* & textus, *in l.1. Cod. si aduersus minorem, leg. l.etiam 29. ff. de minoribus*, de qua Cujac. *lib.23. ad edictum in l.in hoc Iudicio.ff.familiæ erciscundæ*, & textus, *in l. solent 3. ff. de aliment, & cibariis legat.* quam intelligit Faber *in rationali*, ad textum, *in d. l. quadam mulier*, & textus, *in l. qualem 19. §.1.* versic. *sed si de pluribus, ff. de receptis arbitris, cum l. Labeo 27. eodem*, quas expendunt Antonius Faber *in d. l. Labeo in rationali*, & cum text. *in l. etiamsi 21. §1. ff. de minoribus*, vbi idem Faber *in rationali, in d. §.1.* Cujacius *lib.23. obseruat. cap.1.* item *in d. l. hoc Iudicium, ff. familiæ erciscundæ*, & textus, *in l.1. Cod. de errore calculi*, de qua *infrà*, & textus, *in leg. de qua re, §. cum absentem, ff. de Iudiciis*, de qua videndus Cujacius *in l.2. Cod. de compens.*

26 Ad secundam partem difficultatis, per quam est assignanda ratio differentiæ, quare sententia lata expressè contra Leges, vel Canones, sit nulla, nec egeat appellatione; quare autem valeat, quoties non exprimitur in ea, sed est contra ius litigatoris, non parum est inuestigare, si consideres esse plures actus, vbi non expresso errore, adhuc sint nulli per sententiam definiti; itavt succedat regula generalis, quod quoties actus de se videatur gestus contra legem, sit ipso Iure nullus per textum, *in l. non dubium, Cod. de Legibus, cap. vides dist.10. cap. qui contra Ius de regulis iuris, lib 6. l. Iurisgentium, §. si paciscar, ff. de pactis*, præcipuè si attendas leges ab omnibus
27 esse obseruandas ex *cap.1. de constit.* † Et confirmatur, nam quemadmodum contractus gestus contra Ius, etiam non expresso errore, nullus est; sic nimirum, & sententia non expresso errore nulla debeat esse: notat Balboa *hic num.30.* qui etiam *n.11.* notat plures casus, vbi sententia absque expressione erroris, nulla est, veluti, si feratur ab incompetenti Iudice, ex *cap. at si*
28 *Clerici de Iudiciis.* † Secundò parte non citata,
29 *cap.1. de causa possess. & prop.* † Tertiò si Iudex sit notoriè excommunicatus, *cap. ad probandum*
30 *hoc tit.* † Quartò ex defectu litigatorum, veluti si minor sine curatore agat, vel alius impeditus, sine licentia superioris, iuxta adducta, *in cap.9.*
31 *de Iudiciis.* † Quinto ratione temporis, vt si sententia feratur in die festo, secundùm quæ
32 adduxi, *in cap.1. de feriis.* † Sextò ratione loci, vt quia in Ecclesia profertur à Iudice laico, *cap. decet de immunitate Ecclesiarum lib.6.* & in aliis casibus congestis per Azeuedum *in l.2. tit.17. lib 4. compilat. à n.12.* Præpositus *in cap. dilecto filio de apdellat.* vbi congerit 36. causa nullitatis, Maranta *in praxi dist.16. per totam*, Rodriguez *de ordin. processu, cap.12. p 2.* Ricc. *d. collect 341.*

In his omnibus casibus videtur turbari di- 33
stinctio relata; imò potius videtur probari, vt generaliter textus noster improbet, ipso iure quamlibet sententiam contra Canones, & leges latam, etiamsi Iudex animi sui motum non exprimat ad sic pronunciandum, cum satis, superque sit, vt ea lata, aduertatur, aduersùs ipsum Ius, aliter sentiens, & disponens, aliàs inquam esset in potestate Iudicis, plures iniquas ferre sententias, & à Iure improbatas, si alias valerent, eo quod animi sui motum erroneum, in eis non expresserit: quare videtur prædicta distinctio pluribus cauillationibus inuoluta.

Tamen ab ea arbitror non esse recedendum, 34
eo quod à tam iurisperitis interpretibus supra relatis, & ab aliis communiter admittatur, nam si ex aduerso voluisses improbare sententias, quas solent Iudices proferre, non solùm iniustas, sed Iure improbatas; sequeretur, vt sæpe sæpius, tum imperitia plurimorum Iudicum, tum verò dolo, & machina, sententia eorum vtique nulla redderetur, quod Ius, non sustinet stylus, nec praxis. † Quare existimo aliter etiam esse in 35
clarius explanandum, nam quoties leges taliter disponunt, vt non ponant in Iudicis arbitrio sententias proferre, sed necessitas obtemperandi: tunc reuera adhuc non expresso errore, sententia erit ipso Iure nulla, vt patet ex doctrina textus, *in cap. fin. de feriis, & per totum, Cod. quando prouocare non est necesse, & ff. quæ sententiæ sine appellatione rescindantur*; at verò in casu nostri textus non sic se habet, cum Iudex habeat potestatem discernendi, cui etiam credendum est, etiamsi contra leges iudicauerit, dum tamen errorem non exprimat in sententia, quia tunc iuxta textum, *in cap. in præsentia, de renuntiatione*, debet præsumi pro sententia illius, & quod iudicauerit, iuxta suam bonam, & rectam intentionem, & inde oriri, vt iam supra adduxi, quod, etsi plures sint casus, in quibus sententia ipso Iure nulla sit, vt retuli, non inquam eos comprehendi in sententia textus nostri; eo quod in illa directo leges non lædantur: sic Doctores communiter hic quidquid existimet Maynerius *in l. Res Iudicata, num.42. ff hoc tit.* † Nec officit 36
illud, quod retuli de contractibus gestis contra Ius, qui nulli dicuntur, etiam non expresso errore, quia respondeo contractus sic nullos expressim ab ipso Iure annullari, quasi celebratos Iure impediente. Verùm in sententia, de qua *hic*, si iuris error non exprimatur, in ea, debet censeri vtique lata, secundùm rectam intentionem iudicantis, vt iam adduxi, & notant relati Doctores, & Abbas *hic n.5.* optimè Pichardus *in d. §.1. inst de officio Iudicis, sub n.7.* vbi concludit, quoties error in sententia, non exprimitur, non potest dici directo contra leges, quia non agitur de Iure constitutionis, sed de Iure litigantium; secus si exprimeretur, quia tunc reuera, directo offenduntur Leges & Canones, quasi ex animo Iudex intendisset dispositionem subuertere Iuris.

Adhuc verò huic communi sententiæ obstant 37
iura, & textus, *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constitut.*

constitut. & textus, *in cap. in Ecclesiarum de constitut.* vbi etsi sententia sit expresſè lata contra leges, valet, & tenet. Et obstat etiam textus, *in cap. per tuas, qui filij sint legitimi*, vbi Iudex, qui pronuntiauit illo expresso, quod in sententia contentum probabatur, adhuc sententia valet. Sed breuiter respondetur ad primum ex textu, *in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ*, & *in cap. quæ in Ecclesiarum*; ideo valuisse sententiam expresſè contra leges latam, quia leges illæ factæ à laicis super rebus, & personis Ecclesiasticis, nullius sunt momenti, ex his, quæ notaui, *in cap. 2.* & in aliis Iuribus *de Iudicijs, & foro comp.* non enim laici habent potestatem decernendi in Clericos et res Ecclesiæ, nisi eorum dispositionem in vim Canonum, & Constitutionum
38 Pontificiarum, adhuc obseruarentur. † Ad secundum respondeo textum, *in dicto cap. per tuas*, continere duas causas; vnam expresſè falsam; sed cum haberet aliam veram; ideo potuit rectè defendi sententia *ibi* lata, non obstante illa falsa causa expressa, vel quia probata erat legitimitas, nam actus in Iure factus, debet potius
39 interpretari, vt valeat, quam vt pereat. † Nec obest dicere falsum expressum ita annullare actũ, vt nullo modo valeat, & vero concomitante & adjuncto ex regula textus, *in cap. non firmatur de reg. iuris, lib. 6.* & ex doctrina Glossæ *in cap. cum dilectus de consuetudine*, vbi plura destruit negatio, quàm affirmatio potest prodesse, quia respondeo, vt quando duæ causæ, non veniunt ad inducendum, sed ad declarandam mentem, sententia vires non sumit à causis expressis, quia sine eis sententia, etiam nulla causa expressa valeret; ob idque cum animus Iudicis firmiter non consistat in causa erronea, euenit vt non vitietur sententia, si in ea inueniatur alia causa idonea, & honesta: ita Balboa *hic n. 46.* sic inducens ex aliis ab eo relatis.

40 Pro perfecta declaratione horum, existimo ita intelligendum, nempe si error expressus in sententia sit contra legem affirmatiuam, reuera tunc ex tali expressione sententia dicatur
41 nulla; secus si non exprimatur. † Et qualiter talis lex intelligatur erit, nempe, veluti si lex dicat *faciendum est, vel taliter est procedendum*, & tunc erit necessaria appellatio, vt rescindatur; sin verò error expressus sit; si verò non exprimatur in sententia, quæ est directò contra legem prohibitiuam, veluti si lex dicat *non valeat*, vel *non possit*; tunc ipso Iure nulla erit, vti agnoscunt Menchaca *de success. creat. §. 4. numero 7.* Iason *in leg. non dubium, Cod. de Legibus*, Alexand. *consilio 14. libro 14.* Salicetus, & alij ordinatij, *in l. 2. Cod. de sentent. ex breui loco recitand.* & iuxta hanc distinctionem, existimo omnia inter se pugnantia fore intelligenda: optimè expendit legendus Barbosa *hic numero 2.* cum multis probans, tunc demum sententiam esse nullam expresso iuris errore, quando error in tenore illius ponitur pro fundamento eiusdem; ita vt adeò totaliter dependeat, & in eo principalis causæ definitio consistat; non verò, quando vltra prædictum errorem expressum in eadem sententia exprimitur aliud fundamentum legitimum, & secundùm Ius procedens, ex quo eadem sententia consistere possit: sic cum Tiraq. & Vantio; & addit ita debere esse errorem expressum, vt oculo corporeo legi possit; nec sufficere, quod mente intelligatur, & addit alia, & *ibi n. 3.* vbi quod sententia in dubio præsumitur iusta.

Quod si adhuc dubites, quando dicatur sententiam proferri, contra leges, & constitutiones directo, seu contra Ius legitimam, vltra iam relata: sic ex sequentibus, declaro, vt v.g. contingit, vt si discutiatur de valore alicuius testamenti, & actor contendit testamentum non fuisse validum, quia ab impubere factum, Iudex autem sententiam profert, qua pronuntiat testamentum factum, validum fuisse, licet huiusmodi sententia contra legum authoritatem lata sit, quibus cautum reperitur impuberem testamenti actiuam factionem non habere, *l. qua ætate 5. ff. de testam. §. præterea inst. quibus non est permissum facere testamentum, l. 13. tit. 1. p. 6.* adhuc vero valet talis sententia, si remedio appellationis non extinguatur; ita vt remedio nullitatis nequeat impugnari, eo quod contra leges prolata sit, cum directo non offendantur, sed tantùm Ius litigatoris, nec error exprimatur in sententia. † Quod si Iudex pronuntiat testamentum factum ab impubere valere, non obstante, quod impubes sit, talis sententia prætextu nullitatis potest impugnari, quasi contra leges prolata, cum non solùm contineat iniquitatem contra Ius litigatoris, sed earundem constitutionum Ius principaliter offendatur erroris expressione, *l. 2. Cod. quando prouocare non est necesse*, Bart. *in l. is, cui bonis 6. n. 4. ff. de verb. signif.* Iason *in l. fin. n. 5. ff. de Iustitia & Iure, & in dicta l. cum prolatis, n. 10. & 20.* Cujacius *in recitationibus posthumus ad dictum tit. Cod. quando prouocare non est necesse*, Azeuedus *in l. 2. n. 31. & 34. tit. 17. lib. 4. recopil.* Pichardus *in d. §. 1. inst. de off. Iudicis, n. 7.* vbi *n. 8.* alia infert: aliud exemplum ponit hic Balboa *n. 25. de minore, cuius res alienatur absque Iudicis decreto*, vbi leges. 42 43

Ad tertiam quæstionis partem, an sit nulla sententia, præter Ius, lata ex dictis, iam de facili respondetur non esse nullam, quia expresſè non est contra leges; imò nec directo contra eas faciat: sic in terminis docent Felinus *hic numero 19.* Balboa *num. 13.* qui *n. 46.* vt explicet textum, *in dicto cap. per tuas, qui filij sint legitimi*, existimat *ibi* errorem expressum, en sententia esse præter Ius, non contra Ius, quod sententiam, non annullat, Imola *in cap. ex tuæ de Clericis non residentibus.* † Nec obest textus, *in cap. prudentiam de officio delegati*, quo Doctores deducunt, vt quando à Pontifice ponitur certa forma in rescripto; idem esse quod fiat aliquid contra formam rescripti, vel præter formam, vt assignant *hic* Abbas *num. 5.* Decius *n. 4.* Felinus *in cap. cum dilecta ampliatione 1. de rescriptis.* † Quia respondeo non inquam ex littera *d. cap prudentiam*, tale, quid deduci, sed solùm id nempe, vt si procedant duo delegati ex tribus absque eo, quod tertius sit impeditus, illud non fieri præter formam, sed potius contra rescripti formam, vt *ibidem* aduertunt Baldus, & Decius *num. 24.* Balboa *hic n. 13.* † Nec audieris si objicias Pontificem ibi vsum fuisse illa dictione *citra*, quæ idem videtur significare, quod *præter*: tamen respondetur *ibi* dictionem *citra* formam, aut præter formam, idem esse, quod sine forma, hoc est sine iurisdictione, quo in sensu sæpe accipi notarunt Alciatus *in l. transigere, Cod. de transactionib.* Brison. 44 45 46 47

de

de verbis iuris lib. 3. verbo *citra* & *ibidem*, Prateius quo in modo accipitur, *in l.fin.Cod. de publicis Iudiciis*, *l. vt sit* 31. *ff. pro socio*, quod verum est. Et si communiter talis dictio idem importet quod *ante*, cum multis explanat Barbosa *dictio* 58. *ibi num.* 2. vbi *n.*4. ponit quid ea importet quando est cum dictione *&* & *n.*5. dicit quod exceptiua est, & *n.* 6. quod aliquando inclusiuè ponatur.

48 Ad quartam quæstionis partem, an sententia lata ex falsa causa sit nulla, optimè infertur ex adductis *suprà* in toto versic. *ad primam*. Quare nunc breuiter respondeo, & si Doctorum sint sententiæ aduersæ sub distinctione hoc comprehendi, Nam si causa falsa fuit expressa in sententia; tunc sit nulla, quia apparet Iudicem non habuisse causæ cognitionem, sicut oportet ex *l.*2. *Cod. de sentent. ex breu.recit.* & cessat bona præsumptio, quæ pro Iudice confert Textus *in l. qui Testam. ff. de excusat. Tutor.* vbi consideratur vitium in pronuntiatione.

49 Sin vero falsa causa non exprimatur in sententia; tunc valet, quia si talis sententia diceretur nulla, omnes sententiæ essent iniustæ, essent nullæ, quod factum est ex iam dictis, vt notat Faquineus *lib.* 10. *controuers. cap.* 84. cum semper Iudex moueatur ex aliqua causa vera, vel falsa ex Textu *in l.*1. *&* 2. *Cod. si ex falsis instrumentis*, quatenùs *ibi*, rescinditur sententia lata ex falsis instrumentis per in integrum restitutionem.

50 Et sic Iason *in l.* 1. *num.*11. *Cod. de errore calculi*, Felinus *in cap. inter cæteras in* 2. *conclus. hoc tit.* Rota *decis.*347.*nota quod licet in antiquis*, Craueta *cons.*134. *in fine*, dicunt quod sententia ex falsa causa lata sit nulla, si de falsitate causæ constet ex actis ex *dicta l. qui testam. de excusatione Tutorum*, *l. cum vera*, §. *subuentum*, *ff. de fideicommiss. libert. cap. pastoralis hoc tit. cap. solicitudinem ad finem de appellation. dicto cap. inter cæteras hoc tit. l. si pars. ff. de inofficioso Testam. cap. cum ad quorundam de excessibus Prælatorum.*

51 † Tum etiam quia transactio ex falsa causa corruit, Menochius *cons.* 91. *num* 49. quæ æquiparatur sententiæ, *l. non minorem, Cod. de transact.* & facit Textus *in l. seia. ff. de Tutoribus, & Cu-*

52 *ratoribus datis ab his.* † Deinde quia vt notant Vantius *de nullit. ex defectu proces. num.*127. Gabriel *tit. de sent. conclus.*10. *num.* 5. sententia notoriè iniusta ex actis nulla est. Vltimo quia ex falsitate causæ apparet adhibitam non fuisse causæ cognitionem, vt oportet: ergo nulla est sententia, *dict. l.*1. *Cod. de sent. ex breui calcul. l. vltima, Cod. communia Epistol. & ex lege ex stipulatione, Cod. de sentent. & interlocut. omn. Iudic.*

53 Vnde quatenùs Bartolus *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres in* 6. *oppositione*, dixerit sententiam latam ex falsa causa dolo Aduersarij esse nullam alias secùs, cum quo transeunt alij, teste Socino Iuniore *num.*62. per Textum *in l. si Iudex*, §. *Marcellus, ff. de Iudiciis l.* 2. *Cod. quando prouocare non est necesse, ff. dicta l. Præses, ff. hoc tit. l. si expressit, ff. de appellat. leg.*1. *Cod. quæ sententiæ sine appellat. rescind.* debet expendi iuxta distinctionem iam relatam *num. præcedenti*, & licet Bartolus dicat *in dicta l. prolatam, Cod. de sententiis; & interlocutionibus num.*8. causæ cognitionem in hoc consistere, vt partes sint præsentes vel citatæ; Respondetur consistere etiam in aliis multis, *l. in causæ cognitione*, §. *causa cognita. ff. de minor. dicta l.* 2. *Cod. de sentent. ex breui recit. dicta l. ex stipulatione; Cod. de sent. & interlocut. omnium Iudicum, cap. Iudicantem* 30. *quæstione* 5.

Nec obest Textus, *in l. vnica, Cod. de rei vxoriæ actione*, vbi videtur non vitiari sententia, si causa exprimatur, & falsa sit, quia respondeo quod *ibi* lex fingit stipulationem ex omni parte perfectam, sed hic lex non fingit sententiam latam ex vera causa, loquitur enim lex illa in alio casu diuerso, vt Textus *in l. Ciues, Cod. de appellationibus.* 54

Nec etiam obest Textus, *in dicta l. si Iudex*, §. *Marcellus, ff. de Iudiciis*, quia *ibi* locus est quærelæ, quod intelligit Faquineus *dicto lib.* 10. *controuers. cap.*84. *in fine* per restitutionem in integrum, sicut *in l.*2. *Cod. si ex falsis instrumentis.* Et ad prædictam distinctidnem reducendi sunt Bart. & alij Doctores *in l.*1. *Cod. de errorè calculi* & *ibi*, Decius, quatenùs dicunt sententiam valere; licet error ex actis appareat, nisi referat se ad acta, vti etiam tradunt Abbas; & Felinus *in dicto cap. inter cæteras de re iudicata.* † & Textus *in l.* 1. *Cod. si sæpius in integrum restitutio fuerit postulata*, quia causa non est exprimenda in sententia, *cap. sicut nobis hoc tit.* Alexander *in dicto* §. *duo fratres*, qui voluerunt dicere errorem expressum in sententia eam non vitiare, quod per quam est ex dictis; sic etiam leges *ibi*, Iasonem *num.* 52. dicentem nullam esse sententiam, si error in ipsa exprimatur, ergò aliàs non æque. 55 56

Ad quintam quæstionis partem, an competat restitutio aduersùs sententiam latam contra ius Litigatoris, vt resoluas præmittendum est hanc remedio appellationis emendari, vt contingit in omnibus sententiis, quas, vt iniustas Iudicis appellationes solent reformare, vt colligitur ex iam dictis in toto versiculo *ad primam.* † Nunc vero ad dubium respondet Socinus *in cap. significantibus de purgat. Canonica, & in cap.*2. *de crim. falsi*, quod non retractatur sententia, & hanc opinionem esse communem legistarum dixit *in cap.*2. *de purg. vulgari*: Sequitur Corsetus *singul.* 8. versic. *sententia*, quia aliter nunquam sententia transiret in rem iudicatam; si quando iam appellationi ampliùs non est, esset locus restitutioni in integrum ex solo prætextu, quod sententia sit iniqua, & contra ius Litigatoris prolata, quod non videtur, nec iuri, nec rationi consentaneum. Et sic dicit securiorem, & æquiorem Sfortia *de restitutione p.* 2. *quæst.*79. *Art.* 2. *num.*10. versic. *ego puto*, propter authoritatem rei iudicatæ, & vt finis litibus imponatur, *l. properandum, Cod. de Iudiciis, cap. iurgantium de re iudicata*, & hanc veriorem, & quod communiter practicetur, docet Ceuallos *in practicis q.*839. tam de Iure Canonico, quàm Ciuili, nisi Princeps adeatur per viam supplicationis, vt tradunt Abbas *de purg. vulgari in dicto cap.*2. Decius *in cap. proposuisti*, *n.*50. Hypolitus *singulari* 473. *num.*2. 57 58

Vnde & si Hostiensis *in dicto cap.* 2. *de purg. vulgari*, Hostiensis *in suo repertorio*, versic. *sententia*, Decius *in cap. proposuisti de probationibus, num.* 49. Amicis *cons.* 33. *num.* 21. Albericus *in Proœmio digestorum in princ. col.*4. pro affirmatiua sententia respondent, ad quod allegant *in cap. ex litteris de restit. in integrum*, & Textum *in l.* 1. *ff.* 59

ff. ex quibus causis maiores, & confirmati videatur ex eo, quod remota; vel prohibita appellatione adhuc sit locus supplicationi, vel reuisioni, vt docent Guid. Pap. *decis.* 50. Menoh. *rem.4. de adipiscend. à num.* 895. Vincent. de Franchis *decis.*148. Capicius *decis.*144. Decianus *resp.* 47. *volum.* 1. Surdus *cons.* 177. Vander *in tractatu reuisionum, conclusione* 27. Etenim & Valascus *consilio* 40. Menochius *de Arbitrariis, libro* 1. *quæstione* 70. *numero* 24. Aldrete *de Religiosa disciplina, libro* 2. *capite.* 58. *num.* 25. aduertant vbi appellatio denegatur permissum est per viam querelæ ad Superiorum deatur Rolandus à Valle *cons.* 94. *num.* 2. *vol.* 1. tradit Barbosa *in dicto cap. ex litteris num.*4. *&* 5. Verùm ipse cum Corseto *singul. sentent.* 8. *in cap. cum inter* 13. *hoc tit.* docet quod sententia lata, non obstante priuilegio contra ius litigatoris mero iure tenet, si non appelletur, tamen ait per restitutionem in integrum non rescindi, est ergo diuersum, vt reuideatur media supplicatione, vel quod rescindatur per in integrum restitutionem.

60 Hæc tamen secunda opinio admitti poterit in causis beneficialibus, in quibus ex gratia conceditur restitutio aduersus tres sententias: Ita Staphileus *de litteris gratia. & Iustitia in contractu de gratiis expectant*, §. *dicendum*, *num.* 41. quem sequitur Sfortia *suprà num.*18. vbi sex modis declarat præfatam opinionem, & in quadam causa beneficiali cuiusdam Capellaniæ oppidi *de Ialamo*: Sic testatur vidisse Iudicatum Ceuallos, *vbi suprà ad dictam quæstionem* 839. *à n.*6. vbi ait rectissimè pronuntiatum fuisse, qui vt iam dixi in toto versic. *ad primam*, concludit sententiam latam contra ius constitutionis semper esse nullam, & non transire in rem Iudicatam ex *dicta l.*1. *Cod. quando prouocare non est necesse*, *l.* 1. §. *iterùm*. *ff. quæ sunt sine appel. l.*3. *tit.*26. *p.*3. vbi Greg. *l.* 1. *tit.* 32. *eadem part.*

61 † Et adiunges Faquineum *dicto lib.* 10. *controuers. cap.*93. *in principio*, vbi in sententia contra ius Litigatoris, à qua non appellatum est, admittit restitutionem à Principe per textum, *in l. Diui fratres*, *ff. de pœn. l.*1. §. *vltimo*, *ff. de quæst.* Odus *de restit. p.*2. *a.*79. *art.*2.

62 Notabis cum Ciriaco *tom.* 1. *cont.* 186. quod sententia præsumitur ritè, & rectè lata, nec dicitur continere errorem expressum, nisi legatur oculo corporali alias dici validam, & ab ea esse appellandum, & non dici nullam, semper enim sententia de iure præsumitur valida, *cap.*23. versic. *porrò*, *de elect. cap. cum inter*, *hoc tit. leg. Herennius* 63. §. *Gaiod. ff. de euictionibus cap. in præsentia de re*, nunc alia ex multis tradit Ciriac *ibi*, *&* *num.*21. quod nec sit nulla per errorem redactum ad acta, vel si intellectualiter, aut per interpretationem deducatur, si oculo corporali legatur error: sic cum Innocent. Alex. Iason, Bald. & Surd. *cons.* 223. *sub num.*21. *volum.*2.

QVÆSTIO II.

An sententia delegati iniusta transeat in rem iudicatam: Quid de sententia Arbitri: An sententia lata contra consuetudinem, & stylum, sit nulla: Quid contra Priuilegium? Quid contra quascumque constitutiones, seu contra quascumque leges etiam seculares: Et an Textus noster procedat, etiam in sententia interlocutoria: Et an sententia lata contra legem loquentem, tantummodo in simili casu, sit nulla, diuerso tamen ab illo, de quo agitur?

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata à delegato contra ius Litigatoris valet, num.*2.

3 *Rescripta delegatorum Principis recipiunt interpretationem ex Iure, sicut alia.*

4 *Sententia lata ab Arbitro contra leges, & Canones est nulla: quid si contra Ius Litigatoris num.*5. *quid in arbitratore num.*6.

7 *Sententia lata contra stylum & consuetudinem est nulla. num.*8. *&* 9.

8 L. prolatam, Cod. de sentent. & interlocut. l. 1. tit. 17. lib. 4. recopil.

10 Cap. ei qui, §. item si sententia s. quæst. 6 num. 12.

12 Cap. 3. de eo qui mittitur in possess. causa rei sexu, num. 13.

15 *Sententia lata contra extrauagantes constitutiones Synodales, & leges municipales est nulla, & num.* 16. 17.

18 *Sententia lata contra extrauagantes, maxime notas, & si non expressas in iure est nulla, errore expresso.*

19 *Sententia lata contra dicta Sanctorum Patrum, est nulla.*

20 *Sententia lata contra extrauagantes, de quibus dubitatur, valet, quid si producta aliqua sit à litigante, num.*22.

21 *Extrauagans publicata si recepta non obligat.*

23 *Dictio vel, solet diuersa coniungere, sicut dictio &c.*

24 *Iudex Ecclesiasticus deficientibus Canonibus tenetur Iudicare secundum leges.*

25 *Sententia interlocutoria lata a quolibet Iudice expresso errore est nulla.*

26 *Sententia lata expresso errore contra legem loquentem, tantùm in simili casu valet.*

27 *Iudicium de similibus ad similia, qualiter valeat.*

29 Dicto cap. ei, qui; §. item si sententia s. quæst. 6.

Gratianus multis in locis reprobatur remissiuè.

29 *Sententia valet quoties leges, aut Canones varios, seu subobscuros habent intellectus. si lata sit contra aliquem eorum intellectum minùs probabilem.*

1 AD primam quæstionis partem respondebis ex traditis *suprà q.*1. versic. *ad secundam*, vbi dixi de intellectu Textus *in cap. prudentiam de officio delegati*, cuius occasione video Faquineum 1

præter

præter alios agere de præsenti dubio *lib.* 10.
controuerſ. cap. 93. quatenùs dicens *ibi* , ea iam
adductis in fine quæſtionis præcedentis , quod
ſententia contra ius litigatoris lata habet au-
thoritatem rei iudicatæ , ſi non fuerit appella-
tione ſuſpenſa inquirit, numquid idem ſit: etiam
in Iudice delegato proferente ſententiam contra
Ius Litigatoris. Et licet Doctor Cardinalis Por-
tuenſis *in cap. vltimo de præbendis* dixiſſet huiuſ-
modi ſententiam delegati iniuſtam nullam eſſe,
quia non eſt ſeruata forma mandati , ex *l. dili-
genter , ff. mandati , cap. dilecta de reſcriptis* cum
forma mandati eſt, vt iuſtitiam faciat.

2 Tamen in præſenti idem dicendum eſt, ac de
Iudicibus ordinariis ſententias proferentibus
dixi *in dicto quæſt.* 1. & ſic Iaſon *in l. qui Roma,* §.
duo fratres in 2. *nota* , & Canoniſtæ *in cap. fin. de
præbendis* , hoc multis rationibus defendunt ,
præter quas id probo ; quia à ſententia Iudicis
delegati neceſſe eſt appellare iuxta Textum , *in
l.* 1. *ff. à quibus appel.* At ſi eſſet nulla , non eſſet
opus appellat. vt latè adduxi *in d. q.* 1.

3 Tum etiam accidit doctrina Innocentij *in di-
cto cap. prudentiam de officio delegati , & in cap.
cum ad ſedem de reſtit. ſpoliat.* dum dicit reſcri-
ptum delegatorum Principis , ſicut alia reſcri-
pta recipere interpretationem ex iure communi
iuxta *l. ſi quando , Cod. de inofficioſo Teſtamento, l.
reſcripta , Cod ſi contra Ius :* Ergo intelligitur, vt
delegatus debeat iuſtè iudicare , & perinde eue-
nire , vt ſi iniquè iudicauerit , nihilominùs eius
ſententia vim obtineat rei iudicatæ ſi lata ſit
contra ius Litigatoris, quia ſic iure communi eſt
conſtitutum.

4 Ad ſecundam quæſtionis partem, quæ loqui-
tur de Iudice arbitro, ſi ille proferat ſententiam
contra conſtitutiones Canones , aut leges dire-
cto , & expreſſo errore , ſeu falſa cauſa ; exiſti-
mo idem dicendum eſſe , ac de Iudice ordina-
rio . ſeu delegato adduxi , docet Gloſſa verbo
*ſiue iniqua , in l. diem proferre , ff. de receptis arbi-
tris* , Gloſſa verbo *ſopiatur* , ſecundùm veram
illius litteram *in cap. Paſtoralis* 14. *in princ. de re-
ſcriptis* , & in effectu Gloſſa verbo *commiſſa in
l.* 3. *ff de receptis arbitris* , Imola *in cap.* 1, *num.* 5.
de conſtit Felinus *hic* , *num.*6 Gabriel *comm opi-
nion. ſub hoc tit. concluſ.*4 *num.* 7. vbi extendunt
ad Arbitros compromiſſarios ; non verò ad Ar-
bitratores , Barboſa *hic* , *num.* 6. & ſatis proba-
tur , quia reuerà Arbitri iuris ſunt Iudices, quo-
rum ſententiis debet ſtari , ac ſtatur ſententiis
aliorum , vt dixi *in cap.* 3. *de Iudiciis* , & clariùs
in tit. de Arbitris patet.

5 Dubium tamen eſt ſi Arbiter pronuntiaret
tantùm contra ius Litigatoris , & Bartolus *in
dicta l. diem proferre* , §. *ſtare , ff. de Arbitris,* dixit
quod Arbitri ſententia eſt nulla, ſi lata ſit con-
tra ius Litigatoris , quando compromiſſum fa-
ctum eſt in eum, vt pronuntiaret ſecundùm ius;
quoniam Arbitri poteſtas pendet ex compro-
miſſo , *l. non diſtinguemus* . §. *nunc de Officio , ff.
Arbitris* , ſed Faquineus *dicto lib.* 10. *controuerſ.
ſub dicto cap.*93: reſpondet hoc idem eſſe , etiam
in Iudicibus ordinariis , ac in his , quibus man-
datum eſt à lege , vt iuſtitiam faciant iuxta Tex-
tum , *in* §. 1. *Inſt. de officio Iudicis* , & ita & ſi
Bartoli ſententia communis ſit , teſte Ripa *in
dicta l. qui Roma* , §. *duo fratres* , *num.*8 *ff de verb.
obligat.* reſpondet Faquineus in ſententia Arbi-
tri rationem eſſe : quia ſtandum eſt eius ſenten-
tiæ ; licet iniqua ſit , *dicto* §. *ſtari :* ergò (ait Fa-
quin.) dum exprimitur in compromiſſo , vt ſe-
cundùm Ius pronuntiet, non exprimitur id quod
tacitè ineſt , ſicut in Iudice , cui tacitè intelli-
gitur mandatum , vt iuſte iudicet ; Et ſic meritò
illius expreſſionem nihil operari , *l.* 3. *ff. de legi-
bus* , & ita Barboa *hic* , *num*, 14. in fine dicit idem
de arbitro, ſiue Iuris, ſiue compromiſſario, cum
vterque iuris ordinem ſeruet , & ſententiam
proferat , *l. idem Pomponius* 14. §. *recepiſſe , ff. de
Arbitris* , Alciatus *in l. pronuntiatum* , *n.* 5. *ff. de
verb. ſignif.* † Sed non comprehendit ſententiam 6
Arbitratoris , ſeu amicabilis compoſitoris, quia
iſta ordinem iuris non ſeruat, vt aduertit Abbas
in cap. 1. *num.* 1. *de Arbitris.*

Ad tertium an ſententia lata contra ſtylum, 7
quo in caſu etiam dico ſententiam latam contra
illum , & contra legitimam , ſeu receptam con-
ſuetudinem eſſe nullam ; itavt prouocationis
remedio non ſit opus: argumento Textus *in cap.
quam graue , de crimine falſi* , docet Felinus *in
cap.* 2. *de reſcriptis* , *num.* 16. Rebuffus *ad leges
gallicas in proœmio Gloſſa* 5. *num.* 133. Zaſius *in l.
de quibus , ff. de legibus.* † Et ſic Pichardus *in d.* 8
§. 1. *Inſt de officio Iudicis* , *num.*16. intelligit iuxta
hunc modum illud quod dicitur , *in l. prolatam,
Cod. de ſententiis* , & *interlocutionibus omnium Iu-
dic. & in l.* 1. *&* 12. *tit.* 22. *p*, 3 nempe prolatam
ſententiam à Præſide contra ſolidum Iudicio-
rum ordinem authoritatem rei iudicatæ , non
obtinere iunctis traditis ab Auendaño *reſponſo* 1.
Azeued. *in l.* 5. *tit.* 17. *lib.* 4. *recopilat.* † Sed 9
Mainetius *in l. res iudicata* , *ff. hoc tit.* iſtud de-
clarat procedere , quando ſtylus notorius eſt, &
conſuetudo , alias enim ſententiam nullam non
eſſe, cum poſſit probabiliter à Iudice non igno-
rari iuxta doctrinam relatam *q. præcedenti* , *à n.* 1.
idem ex aliis probat Barboſa *hic num.*4. cum Me-
nochio *de arbitrariis lib* 1. *q* 52. *num.* 2. Ludouic.
Rodulphus *de brachio Regio num.* 32. quod intel-
ligit Petrus Barboſa *in Rubrica* , *ff. ſoluto Matri-
monio* , ſi ſit expreſſe contra ſtylum , vel conſue-
tudinem , vel etiam contra aliam , ſi prima fuit
valida , vide Baldum , *in l.* 2. *Cod. quando prouo-
care non eſt neceſſe* relatos à Dueñas *Reg.* 5. Tiraq.
in tract. l. le mort, declaratione 7. *num.* 5.

Sed huic reſolutioni videtur obſtare Textus 10
in cap. ei qui , §. *item ſi ſententia* 2 *q.* 6. vbi con-
ſtat ſententiam contra ius ſcriptum non valere ;
ergo cum eius ſententiam , tantum ad ius ſcri-
ptum referatur , videtur vt non porrigatur ad
conſuetudinem , & ſtylum , & facit Textus no-
ſter cum aliis , in quibus dicitur quod ſententia
contra leges , & Canones prolata nulla eſt , lo-
quuntur enim de legibus , & conſtitutionibus
communibus , & ſcriptis.

Et iuuatur ea Textu *in cap.* 3. *de eo , qui mitti-* 11
tur in poſſeſſionem cauſa rei ſeru. vbi ſententia
contra conſuetudinem lata valet.† Sed reſpon- 12
deo Textum *in dicto cap. ei qui* , §. *item ſi ſenten-
tia* poſuiſſe verbum illud *Ius ſcriptum* , potiùs ad
expeditionem ſententiæ : quam ad excluſionem
iuris non ſcripti , hoc eſt conſuetudinis , & ſty-
li , cum hæc vim legis habeant : argumento
Textus *in* §. *conſtat* , *Inſt. de Iure naturali gentium*
& ſic nec noſtrum Textum , nec alios implicare
cum eorum ſententia claudat , etiam conſuetu-
dines , & ſtylum , dum tamen ſint noti, & apud
populum , & in iudicio probentur , vt iam dixi
nam ſi de his aliqua dubitatio eſſet , non eſt cur
expreſsè

expresse loquens sententia contra stylum, & consuetudinem dubiam, seu improbabilem, nulla sit.

13 Et lu hoe casu est Intelligendus Textus *in dicto cap. 3. de eo, qui mittitur in possessionem*, Graña *hic, num. fin.* Intelligendus Balboa *hic, sub n. 33. in fine, & num. 34.* vbi ex multis expendit Textum *in dicto §. ei qui.*

14 Ad quartam quæstionis partem, an sententia lata contra priuilegium sit nulla, respondebis ex iam adductis *q. 1. versic. ex prædictis*, vbi expendi Textum *in cap. suborta hoc tit.* qui agit de sententia lata contra priuilegium, *à n. 14.*

15 Ad quintam quæstionis partem, an sententia Textus nostri procedat in quibuscumque constitutionibus extrausgantibus Canonicis, & videtur quod sic, quia etiam istæ Canones vocantur, *cap. Nicena in princ. 31. dist.* Abbas *hic, num. 1.* Imola *in cap. 1. de constitut.* vbi Decius *in 1. lect. num. 1.* sequitur *hic* Barbosa, vbi cum multis, *n. 9.* declarat procedere in factis; tam in Concilio Generali quam à Romano Pontifice, & etiam si sint Synodales Episcopales quando non continent Iuris Canonici repugnantiam siquidem, & hæ quoad hunc effectum Canones Iudicantur, Itavt contra illas prolata sententia, nullius sit momenti, Abbas *hic, notab. 1.* Decius
16 *in dicto cap. 1. de constit. num. 4. in 1. lectura.* † Et sic dixit Balboa *hic, num. 33.* nostri Textus sententiam procedere, non solùm contra quascumque leges, Canonesve generales, sed etiam si sint alicuius loci; vt inter seculares leges municipales comprehendantur inter Ecclesiasticos vero statuta Synodalia ex commoni Doctorum sententia per Textum *ibi, in l. omnes populi, ff. de Iust. & iure cap. ius naturale dist. 5. cap Reg. 3. dist.* sequuntur relati ab Antonio Gabriel *in tit.*
17 *de re iudicata conclus 7. n. 15.* † De legibus municipalbus, vulgò *ordenanzas de los consejos*, si sententia contra eas expresse loquatur, nulla erit, vt docent Pichardus *in dicto §. 1. Inst. de officio Iud. num. 16.* Iason *in l. penult. ff. de Iust. & iure* exornat Vantius *de nullitate ex defectu proces. n. 5.* Pinellus *in l. 1. p. 2. cap. 4. num. 40. Cod de rescind. vendit. & dicto de constitutionibus Synodalibus*: contradicit Baldus *in cap. cum venisset de eo, qui mittitur in possess.* Barbosa *hic, num. 8.* nostram amplectitur sententiam.

18 Vnde infero, quod &si plures extranagantes non sint insertæ in corpore Iuris Canonici, si illæ essent valde notæ, tunc etiam sententia contra eas lata expresso errore nulla esset, vt contingeret, si pronuntiatet contra extranagantem ad euitanda scandala, notat Baldus *in l. 1. Cod. quando prouocare non est necesse*, Iason *in l. cum prolatis, ff. hoc tit.* Balboa *hic num. 36. in fine.* Vel si extrauagans habeat clausulam decreti irritantis argumento Textus *in cap. penult. de præbend. lib. 6.* Cassiod. *decis. vnica de rerum permut. num. 3.* Couarruuias *in pract. cap. 9. n. 7.* Mandosius *Reg. 7. Cancellar. q. 4. n. 7. & Reg. 11. quæst. 7. num. 2.*

19 Et sic etiam idem dicendum existimo, si sententia expresso errore proferatur contra dicta Sanctorum Patrum, quæ qoidem sub verbo *Canones*, de quo in nostro Textu contineri dicendum est, dummodò referantur *in cap fin. 15. dist. & in cap. de libellis dist. 20.* tradunt in specie Glossa *in cap. noli meis dist. 9.* recepta ex Felino *à num. 3.* vbi Decius *à num. 4. in cap. ne innitaris de constit. Canon. de locis Theolog. lib. 7. c. 3.* Albericus *de agnoscend. q. 15. à num. 7. & 13. & q. 40. à num. 47. & 53. & q. 21. à num. 8.* Couarr. *lib. 4. variar cap. 17. à num 1.* Viualdus *in Candelab. aureo p. 1 in initio num. 1.* Barbosa *hic, num. 9. in fine*, qui hoc tenet quidquid aliter Intendat Castrus aduersùs hæredes *lib. 5. cap. 7. & lib. 2. de lege pœnali, cap 9. vers. 2.*

Verùm si de extrauagantibus dubitetur, vt 20
solet, quia non sunt insertæ in corpore Iuris; tunc dicendum est sententiam contra ipsas latam mero iure valere, vt sentiunt communiter Doctores *in dicta l. cum prolatis, ff. de re Iud.* & relati à Padilla *in l pen. Cod de Iuris & facti ignorantia num 12.* Cassador. *decis^.n.5.*

Nec obstat dicere extrauagantes esse leges 21
statutas à Romano Pontifice, quæ obligant, & ligant etiam ignorantes post duos menses à die publicationis in Curia: argumento Textus *in cap. 2. de const. lib. 6.* Nam respondeo, quod & si extrauagans publicata sit, Si verò moribus non sit recepta, non obligat iuxta Textum, *in cap. in istis in princ. & §. leges dist. 4.* sic Balboa
hic num. 35. † Vbi addit quod si extrauagans 22
esset producta à litigante, seu ex officio Iudicis in forma publica in Iudicio, tunc sententiam contra ipsam latam expresso errore nullam esse: vt declarat Gomezius *in præmio Regul. Cancel. q. 2.* Franciscus Pauinus *in præmio Ioannis 21. §. notandum.* Videbis Variolam ad commentarios Pegnæ circa finem verbo *flores*, Strausb. *pag. 236. versic. si contra*, vbi nullam dicit sententiam contra extrauagantem cognitam, secùs si dubiam, aut incognitam: siue ignoratam, & non productam, nec in corpore iuris clausam ex *cap. Pastoralis de fide instrument.* explicans latè, & nouissimè Pater Franc. Valente *in suo lib. Concordia Iuris Pontificij cap 1.* in præmio ait senteotiam latam contra extranagantes notas in libris, vel positas in Archiuio publico esse nullam; Secùs si contra ignotam, nisi ea authentiee produceretur: vbi addit, vt quando non est notitia de extrauaganti quæ alligatur, non est consulendus superior à Iudice, esseque meliùs si non consulat, eo quod videatur extrauagans allegata in fraudem ad dilationem causæ, sin autem de extrauagante habeatur aliqua notitia, & ea allegetur; tenebitur Iudex consulere Superiorem *ex dicto cap Pastoralis*, & addunt Abbas, Butrius, & Imola, quod si Iudex adhoc in consulto Superiore sententiam ferat contra extranagantem validam fore, quamuis Iudex malefecerit non consulendo, & veniat puniendus ex eo quia in illo capite præcipitur actus consulendi, sed non irritatur actus sententiæ ferendæ, & deinde quia quoties Iudex certus non est de decretali non offendit iuris anthoritatem, & quia sicut contra ius dubium sententia lata valida est; Ita contra extranagantem dubiam in dubio facti.

Ad sextam quæstionis partem, & iuxta nostri 23
Textus mentem, respondent Doctores hic, vt nostri Textos doctriua procedat, etiam in quibuscumque legibus Ciuilibus; sic Glossa hic. & Felinus *num. 1.* & apertiùs Abbas, eo quod dictio *ve*, hic posita, solet diuersa coniungere, sicut & dictio *&*, iuxa Rubricam in Glossa, *ff. de Iuris, & facti ignorantia*, Barbosa *hic, num. 6.* nam cum Pontifex adiiciat verbum *Canones*, necessariò debeat dici verbum *leges*, procedens

esse

esse intelligendum de ciuilibus, & sæcularibus legibus; quia ego intelligo dummodò leges ciuiles non sint Canonibus contrariæ, aut ab eis impugnatæ; quia tunc reuera sententia contra eas prolata non improbaretur, etiam expresso errore, *vbi suprà quæstione* 1. explicui ex doctrina Textus, *in capite Ecclesia Sanctæ Mariæ*, cum
24 aliis, versic. *ad secundam*, in verbo adhuc. † Et alias rationes adiungit Barbosa *hic*, *sub dicto num.* 6. quatenus ait agi in hoc Textu de mora prolata à Iudice Ecclesiastico, qui de fruentibus Canonibus secundum leges tenetur iudicare; vt tradunt Glossa *verbo secundùm Canones in cap.* 1. *de officio ordin.* Decius *in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ*, *num.* 42. iuxta illa etiam quæ adduxi *in capite quod Clericis, de foro competenti.*

25 Ad septimam quæstionis partem, an Textus nostri Regula porrigatur ad sententiam interlocutoriam expresso errore latam contra Ius, in quo dubio idem dicendum esse existimant Doctores, ac de definitiua sententia iam supra manet dictum, vt docet Iason *in lege fin. num* 4. *de Iustitia*, *& iure*, siue sententia sit lata ab ordinario, siue à delegato Iudice, quia id denotat generalitas illius verbi *sententia*, ex identitate rationis, quæ in omnibus sententiis æque versatur, eo quod in omnibus lex ipsa offenditur si error exprimatur; Imò potius, sic Balboa *hic*, *num.* 14. vbi alia addit de Arbitratore & Arbitro iuris, quæ adduxi *suprà* in versiculo *ad secundam.*

26 Ex his infero ad vltimam quæstionis partem, nemdc cum profertur sententia expresso errore conta legem loquentem tantummodo in simili casu diuerso; Tamen ab illo, de quo agitur eam valere, vt notant Felinus *hic num.* 25. versic. *limita* 9. Baldus *in lege* 2. *num.* 7. *Cod quando prouocare non est necesse*, Gabriel *commun' opinion. sub hoc tit. conclusione* 7. *num.* 21. Barbosa *hic*, *num.* 10.

27 Nec obest dicere de similibus ad similia idem Iudicium esse habendum ex Regula Textus per argumentum *in lege non possunt*, *ff. de legibus.* Tamen in specie, de qua loquimur; vt sententia dicatur nulla contra legem lata, oportet vt lex loquatur in propriis terminis, non si loqua-
28 tur in simili tantùm casu diuerso. † A quo iterum lucem accipit Textus *in dicto cap. ei qui*, §. *item si sententia* 2. *quæst.* 6. Nam & si existimant multi illum Textum Gratiani nullam aliam authoritatem habere, quam si esset quædam Doctoris opinio, obidque multis in locis Gratianum reprobari, vt ostendunt Felinus *in cap.* 2. *de rescriptis*, Couarruuias *in cap. Rainucius*, *numero* 20. *de Testam.* Sarmiento *de redditibus Ecclesiastic.* 3. *p. num.* 2. *cap.* 1. Duarenus *de Sacris Ecclesiæ Ministeriis in proœmio.* Tamen quia illud difficile videatur, eo quod Textus ille sit deductus à Gratiano ex *lege si expressim*, *ff de appellationibus*, & ex Textu *in lege* 2. *quod quando prouocare non est necesse*; Ideò Balboa *hic*, *sub num.* 34. Verius putat, quod *in dicto* §. *item si* sententia ius scriptum non fuit positum ad differentiam iuris non scripti, vt iam suprà explicui de consuetudine in versic. *sed huic solutioni*, sub versic. *ad tertium*, sed accipi pro certo, & expresso ad effectum annullandi sentētiam, quod & si sit simile, loquitur verò in aliis terminis ita ille sentit, & concludit resoluendo quæstionem nostram, sententiam contra legem loquentem in casu simili ipso iure valere.

Vnde infero quod quando leges, aut Canones, non claros, sed varios habent intellectus seu obscuros, de quibus probabiliter dubitari possit; tunc sententiam mero iure valere, licet prolata sit contra aliquem intellectum, non verum & minùs probabilem, docent Bartolus *in l. cum prolatis*, *ff. hoc tit. num.* 2. *in fine*, & ibi Albert' *in principio* Iason *num.* 12. Alexander *à n.* 8. & alij Baldus *in dicta l.* 2. *Cod. quando prouocare non est necesse*, *num.* 6. Abbas *hic num.* 9. Felinus *num.* 15. Antonius Gabriel *sub hoc tit. conclus.* 7. *num.* 19. & patet ex longè ante adductis. 29

QVÆSTIO III.

An error calculi vitiet sententiam, an iura transgredi ex causa licitum sit: Et an sententia censuræ lata contra Iustitiam legalem, valeat: Et an absolutionis sententia lata contra ius litigatoris, aut legis sit valida, An sententia excommunicationis, vel absolutio, lata ex falsa causa valida sit?

SVMMARIVM.

1 *Sententia non vitiatur errore calculi, nec transit in rem iudicatam, n* 5. *num.* 7. *vbi distinguitur inter magna, & parua.*
2 *Reuideri debet error calculi: quid si rationes legitimæ, sint disjunctæ n.* 3.
4 *Error calculi, potest opponi vsque ad sententiam, & aliter.*
5 *Ratio non sufficienter reddita iterùm distingui debet, qui ratione non obstante, vbi quid in facto, & in iure, num.* 6.
8 *Transgredi iura ex causa possunt à Iudice.*
9 *Sententia censuræ contra Iustitiam legalem, numquid sit nulla remissiue.*
10 *Absolutio censuræ lata contra Ius litigatoris, valet, & si iniusta sit.*
11 *Dictio* nullatenùs *solet habere vim decreti irritantis.*
12 *Absolutio lata deficiente forma clausula sub qua debeat concedi nulla est.*
13 Cap. fin. de rest. spoliat.
14 *Excommunicatio lata ex falsa, errore non expresso, valida est, & si iniusta, nisi notoriè esset iniusta ex processu n.* 16.
15 Cap. per tuas de Sententia excommunicationis.
17 *Excommunicatio lata ex causa, quæ falsis Testibus probata sit, tantum est iniusta, & num.* 18.
19 *Absolutio lata ex falsa causa erit nulla, aut iniusta, sicut excommunicatio, sic lata, numero* 20.

AD primam quæstionis partem, vt respondeas, leges quæ adduxi *suprà in capite* 1. *de fide Instrumentorum*, *quæstione* 9. *num.* 32. vbi an calculi error trahat executionem paratam, quare nunc breuiter videtur quod error calculi sententiam non vitiat *ex l.* 2. *Cod. de re ind.* 1

Et propterea dixerunt Fr. Marc. *in decis.* 441. 2

Riccius *collect.* 1149. computa reuideri debere errore in calculo commisso. † Quod videtur cōfirmari ex eo, nam iure ciuili, & Regio satis constitutum est, vt rationibus semel legitimè dispūctis, iterùm reuideri non debeant, vt *in l. semel, C. de apochis publicis lib.* 10. vbi Bartol. Monachus, Archidiacon. Ioannes Andreas *in cap. vnico de Clerico agrotante*, Socinus *cons.* 92. Scobar. *de ratiociniis* cum aliis *latè cap.* 41. facit Textus *in lege* 51. *tit.* 5. *lib.* 2. *recopil.* ibi, *e mandamos que de aqui adelante en ningun playto aya mas que vnas cuentas que se ayan de ajer por contadores*, legendus Auendañus 1. *p. cap.* 9. *n.* 2.

4 Deinde confirmatur, quia ex quo post longum tempus huiusmodi erroris retractatio potest peti, vt decisum in propriis terminis refert Iafredus *in decis.* 121. quæ notanda est ad Textum celebrem, *in l. calculi error, ff. de administratione rerum ad Ciuitatem pertinentium*; Imò quod calculi error pōssit apponi vsque ad sententiam: dixit Sesse *decis.* 18. Rotæ Arag. & postquam partes inter se pepigerant facto calculo, seque mutuis stipulationibus liberauerant, Rota Auinion. *decis.* 124. *diuersor.* & quandocumque, vt latè sequitur Scobar *supra*, *à num.* 15.

5 Veriùs autem est iuxta doctrinam Textus nostri, quod vbi erratum est in calculo sententia non transeat in rem Iudicatam ex Textu, *in lege cum putarem, ff. familiæ ercifcundæ*, Azeuedus *in l.* 21. *tit.* 6. *lib.* 3. *recopilation.* Gregorius Lopez *in l.* 14. *tit.* 18. *p.* 3. vbi dicit, quod si ratio non sit sufficienter reddita, vel legitimè dispuncta, qui ratione non obstante iterum reddi debent, non tamen plus, quamuis de iure Ciuili dispungitur, vt *in lege fin. §. fin. ff. de bonis authorit. Iud. possidentis*, tenuit Baldus *in l. si plures, Cod. de condition. insertis*: multis adductis refert Scobar *de ratiociniis*, omninò legendus *in*
6 *cap.* 41. *num.* 5. † Vbi *à num.* 6. addit quod rationes, non solum poterunt de nouo fieri reuideri, & restitui quando error in Mathematicis constiteret, vt puta quando Calculatores dixerunt *duo, & tres esse octo*, sed etiam vbi erratum esset in iure; eo quod oneratus fuit Administrator de parcellis, quibus iure onerari non debuit, vel versa vice non fuit oneratus de parcellis iure ab ipso debitis, quo in casu ait, vt & si ex iuris dispositione retractanda ratio non esset per modum actionis, sed debere Iudicis officio ex Bartulo, & Platea *in l. instar, Cod. de iure Fisci lib.* 10. Parisio *cons.* 89. *n.* 27. Mascard. *de probationibus, conclus.* 235. *num.* 1. & 13. Et ad confirmandam hanc sententiam refert doctrinam Textus *in l. si post diuisionem, Cod. de iuris, & facti ignor.* ex Textu *in l.* 1. *Cod de conditione indebiti, l. si fideiussor, §. in omnibus, ff. mandati, l.* 33. *tit.* 14. *p.* 5.

7 Hæc tamen intelliges, vbi erroris causa sit expressa, & contingat in rebus magni momenti, nam si sit in rebus paruis, tunc reuera sententia error confirmatus propter authoritatem rei iudicatæ, non debet retractari, vt euitetur processus in infinitum, & neve rationes immortales fierent: argumento Textus *in l. properandum, Cod. de Iudiciis, cap. finem litibus de dolo & contumacia*, & quando in iure consistit talis error ex Textu, *in lege quamuis*, vbi notant scribentes, *ff. de condit. & demonstrat.* Baldus *in lege* 1. *Cod. si aduersus solutionem, & in leg. penultima* versiculo *in tempore, Cod. de cond. insertis*, Bobadilla *in politica lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 76 quod intelliges in via executiua, in qua non iure actionis, sed officio Iudicis, quis ad soluendum compellitur; Cumque de minimis non curet Prætor, vt *in l. scio, ff. de in integrum restit.* euenit, vt illum Iudex reuocare non debeat propter authoritatem rei Iudicatæ; Secus erit in magnis iuxta iam dicta, quia tunc talis error lædit parti admodum, & Iudici nimis ponderosus est, refert iudicatum Scobar in hac Cancellaria in causa executionis loci *de chinchon.* hæc enim, & alia poteris applicare distinctione habita *suprà quæstione* 1. ad intellectum Textus nostri.

Ad secundam quæstionis partem, an iura transgredi ex causa licitum sit, quæ occasione Textus nostri posset admodum tractari: Tamen quia potius spectat ad Titulum de legibus, & constitutionibus; Ideò non insisto, Interim videbis Innocentium *in capite* 1. *de constit.* Baldus *in lege & si seuerior, Cod. de infamib.* ibi Salicetus, idem Baldus *in Authentica, sed nouo Iure, Cod. de seruis fugitiuis*, Iason *in lege* 1. *Cod. de precibus imper. offerend.* Decius *in Regula quoties equitatem de Regulis Iuris*, Matienco *in suo Dialogo* 3. *p. cap.* 62. *num.* 5. & 6. Afflictis *in decisione Neapol.* 391. *num.* 10. Robertus *in decisione* 251. *num.* 6. Catelianus Cotta *immemorab. Iuris* verbo *decretum maioris*, Iulius Clarus *in praxi crim. lib.* 5. §. 1. *num.* 10. Gratianus cum aliis, vbi ad alios casus infert, *Regula* 268. affirmatiuè tenentes posse transgredi, vbi *numero* 4. notat: Tunc demum procedere quod ad hoc, vt Iudex transgressor excusetur, debet exprimere in sententia causam, quare leges transgreditur, vt per Paulum *in leg. quid ergo, § pœna grauior, ff. de pœnis, num.* 15. Felinus *in dicto cap.* 1. *de constitut.* sequitur alios referens Abiles *in capitibus Prætor, cap.* 1. Glossa *derechamante, num.* 9. Matienco *in leg.* 1. *tit.* 11. *Glossa* 2. *num.* 53. *in fine, lib.* 5. *recopilationis*, in quo casu, si aduertas videtur, vel impugnari, limitarive Regula Textus nostri, vbi sententia lata contra leges causa expressa nulla est. 8

Ad tertiam quæstionis partem poteris respondere ex dicendis *infrà*, in versiculo *ad vltimam*, interim leges quæ adducit Suarez *de censuris disputatione* 4. *sectione* 1. vbi agens de illa quæstione, an censura lata ab homine per specialem sententiam, nulla sit ex defectu causæ, vel tantum iniusta, vbi de sententia iniusta con,ra Iustitiam legalem; Hoc est contra ordinem iuris, & *num.* 4. de sententia iniusta contra Iustitiam commutatiuam ex defectu legitimæ causæ, vbi etiam *à num.* 8. agit de alia quæstione, num censura lata ex causa in re falsa Iuridice; Tamen probata valida sit, quæ rectè ad nostrum Textum valent applicari, leges etiam Villalobos, *tractatu* 16. *parte* 1. *difficultate* 10. Vide *infrà* in versiculo *ad vltimam.* 9

Ad quartam quæstionis partem an absolutionis sententia lata contra Ius Litigatoris, vel legis sit valida, & potest ex doctrina Textus nostri poni dubium iuxta speciem Textus *in capite* 1. *de Iudiciis*, vbi plura adduxi de Cobuldeo Episcopo, contumaci, & excommunicato, & sic si contingeret: vt Cobuldeus ille absolueretur nulla præstita satisfactione, numquid valeret 10

leret absolutio, & Couarruuias *in c. Alma Mater*, §. 11. *p.* 1. *num.* 7. Nauarrus *in cap.* 23. *num.* 37. *summæ* Henriq. *lib.* 13. *excommun. cap.* 28. *num.* 3. docent validam esse eo in casu absolutionem, eo quod non sit lata contra ius legis, aut constitutionis, sed contra Ius litigatoris tantùm, & consequenter quamuis dicamus sententiam esse iniustam; non tamen dicemus nullam iuxta vulgarem traditionem Textus, & sic in proposito deducunt Doctores *ex cap. venerabilibus*, §. *sane in fine de sententia excommunicationis lib.* 6. sed Balboa *in dicto cap.* 1. *de Iudiciis*, cum multis ab eo adductis, *num.* 75. *&* 76. distinguit: Nam vel is; qui absoluere debet parte satisfacta habet Iurisdictionem, & in hoc casu ait veram esse doctrinam relatam: Nam valet sententia illius, qui aliàs Iurisdictionem habet, etiamsi iusta præscriptam formam actus absoluat, nisi adiectio formæ fiat cum clausula decreti irritantis, vt notat Glossa singularis *in Clement.* 1. *verbo inhibentes de iurepatron.* vel si adiecta esset dictio *nullatenus* iuxta Glossam *in Clem. vnica de sequestrat. possess.* verbo *nullatenus*, vbi Cardin. Ancharranus, & alij Henriq. *vbi suprà.*

11 Quia dictio *nullatenus* solet habere vim decreti irritantis, vt docet Glossa *in Clem.* 2. *de ætate, & qualitate*, verbo *nullo modo*, quod putat verum, nisi materia subiecta aliud suaderet: argumento Textus: *in cap. pueri*, & ibi Glossa verbo *ad sacros* 1. *q.* 1. de qua dictione cum pluribus nouissimè Barbosa *dictione* 126. vbi de eius

12 effectibus. † Secùs si facultas absoluendi daretur ei, qui alias iurisdictionem non habebat, adiecta clausula *satisfactipne præmissa, vel satisfacta parte*, vt vulgò in Bulla Cruciatæ, & Iubileis concedi solet cuilibet Confessario approbato; quia tunc absolutio lata forma illa non seruata nulla erit, quia sub ea conditione, & non aliter videtur concessa facultas absoluendi: argum. Text. *in l. si quis sub conditione* 8. *ff. si quis omissa causa Testam.* & patet ex adductis *suprà in quæst.* 4. in versic. ad primam ex Regula Textus, *in cap. prudentiam de officio delegati*, & Tex-

13 tus *in cap. cum dilecta* 22. *de rescriptis.* † Et euidenter *in cap. fin de restit. spoliatorum*, vbi cum fuisset concessa absoluendi facultas, facta restitutione possessionis; eo quod hæc adiectio adimpleta non fuit, non valuit absolutio, vt ibidem agnoscunt communiter Doctores, Nauarrus *cons.* 50. *& cons.* 52. *de sentent. excommunicat.* Suarez *de censuris disp.* 7. *sect.* 6. *n.* 41. & adiunges quæ *ibi* tradit ex multis Barbosa *à num.* 3. vbi formæ omissio, etiam in minimo, totum vitiat de quo *ibi* dixi, & notaui.

14 Ad quintam, & vltimam quæstionis partem an sententia excommunicationis: vel absolutio ex falsa causa lata valida sit, satis ex dictis in versic. *ad tertiam*, & in versic. *ad quartam*, resolui valent, Et quoad excommunicationem latam ex falsa causa dico, quod si ea lata sit, nullo expresso errore, tunc & si ex falsa causa, feratur, & non expressa, hæc non erit nulla; sed iniusta, quæ valet metu iure, & si absolutione indigeat.

15 Sic notatur *in capite per tuas de sententia excommunicationis*, quem Textum optimum de hac re vocat Couarruuias *in capite Alma mater parte* 1. §. 11. *num.* 14. versic. *ego*, quem ita intel-

16 lexit ibidem Glossa, & omnes ibidem. † Verum si excommunicatio secundum acta processus, manifestè falsam haberet causam, esset notoriè iniusta, & ideò nulla, *cap. inter cæteras de re Iudicata*, vbi Abbas, & Felinus *num.* 5. idem Abbas *in cap. Oduardus de solution. col. vltima*, Syluester verbo *excommunicatio* 2. *col.* 2. & Caietanus 2. 2. *quæst.* 70. *Articulo* 4. quamuis in hoc Glossa verbo *errorem*, & *ibi*, Panormitanus *in dicto capite per tuas*, contrarium teneant.

Verùm si excommunicatio lata sit ex causa 17
quæ falsis Testibus probata sit, aut falsis instrumentis; tunc illa non erit nulla, sed tantùm iniusta, quia hoc & in aliis sententiis regulare est, nempe quod sententia ita lata sit iniusta, licet non sit nulla iuxta Textum, *in lege Diuus, ff. hoc titulo*, vbi Glossa, Bartolus, & Doctores. Glossa *in lege. qui agnatis de exception.* tradit cum infinitis Couarruuias *sub dicto* §. 11. *in dicto num.* 14. versiculo *secundo*, & comprobat ex *lege* 2. *Titulo* 22. *parte* 3. & ex eo quia posset contingere falsitas Testium, aut scripturæ absque dolo producentis eos in Iudicium.

Nec deinde nulla erit sententia lata ex falsa 18
causa, quæ tamen Testibus minime falsis probata sit; quia vel memoriæ lapsu: aliaue ratione decipi potuerunt, & falli, existimarunt verò se verum dixisse, & verum esse eorum Testimonium, & sic in hoc casu tantum illam sententiam dicit Couarruuias *vbi suprà dicto* §. 11. *sub numero* 14. versiculo *tertio*, dici posse iniustam secundùm rei veritatem; non secundùm acta causæ, qui etiam alia adiungit *ibi* legenda in versic. *quarto quinto*, & in versiculo *postremo.*

Quatenùs attinet ad absolutionem latam ex 19
falsa causa, dixerunt nonnulli, vt sit nulla, nec prosit excommunicato iuxta Textum, *in capite officij de sententia excommunicationis, & in capite cum pro causa hoc Titulo, cap. ex parte de Officio ordinarij*, vbi Glossæ, & ex Textu *in lege* 29. *titulo* 9. *parte* 1. & ex D. Thom. & aliis *in* 4. *sent. dist.* 18. *quæst.* 2. *Articulo* 5. Itavt in hac conclusione non sit aliqua dubitatio, quæ possit eam improbare, aut dubiam reddere; præter quam quod Glossa *in dicto capite ex parte*, conatur constituere differentiam inter excommunicationem, absolutionem in specie huius quæstionis, vt excommunicatio lata ex falsa causa valida sit, absolutio autem ex falsa causa minime absoluat, & respectu excommunicationis probatur ex dictis, & *ex cap.* 1. 11. *quæstione* 3, de quo dixit idem Couarruuias *in dicto capite Alma mater* 2. *p.* §. 7. *num.* 7. Glossa *in capite* 1. *de sent. excommun.*

Sed Panormitanus *in dicto cap. ex parte*, re- 20
probans dictam distinctionem, existimat absolutionem ex falsa causa latam validam esse, si absoluens habeat animum absoluendi, non obstante falsa causa; licet iniqua sit absolutio, vt constat *in dicto capite venerabilibus*, §. *sanè*, *de sententia excommunicationis lib.* 6. & rursus idem Panormitanus censuit excommunicationem ex falsa causa latam minime ligare, si Excommunicator non habuerit ligandi intentionem; alia congerit Couarr. *in dicto* § 11. *n.* 14. *in principio*, cum quo ego existimo *ibi*, in versic. *quibus*, & versiculo *igitur*, nullam constitui differentiam inter sententiam absolutionis, ab excommunicatione, ac inter ipsam sententiam excommunica

municationis; itavt ex quibus causis diximus, vt ista in causa, vel nulla sit, sic & absolutio, quod probatur ex iam traditis de sententia excommunicationis lata iniusta, vel nulla. Et adiunges quæ latè scribit Suarez. *dicta disp.* 4. *à num.* 31. *&* 36. vbi agit de censuræ sententia iniusta ex defectu causæ, & probationis.

QVÆSTIO IV.

An sententia Iudicis iniusta obliget in foro conscientia: An sententia sub conditione resolutiua sit valida: An sententia sub conditione extrinseca lata valeat: An sententia sub conditione intrinseca, respiciente tempus præteritum, vt putà (si probatum sit) valeat: An sententia sub conditione intrinseca respiciente tempus futurum puta (si probatur) valeat?

SVMMARIVM.

1 *Sententia Iudicis, ex quibus dici queat iniusta, num.* 2.

3 *Sententia dicitur totaliter iniusta, & nulla, qua pronuntiatur contra facti veritatem, vel qua spoliatur aliquis re, vel Iure suo, & n.* 5. 7.

4 *Iustitia eatenus obligat in conscientia, quatenùs habet Iudicij rationem.*

5 *Inillæsum manet parti condemnata iniustè si adsit error intolerabilis.*

6 *Sententia, qua continet errorem tolerabilem: valet; & si sit iniusta, quid si prætermittatur ordo, num.* 7.

8 *Sententia lata in beneficij prouisione pro vno omisso digniori, qualiter valet, in simplici beneficio, aut curato, num* 9.

10 *Sententia Iudicis pronuntiantis valere electionem à suspensis factam valida est, si error non exprimatur Iuris, secus econtra.*

11 *Sententia valet quibusuis verbis lata, si contineat absolutionem, aut condemnationem, num,* 16.

12 *Sententia lata sub conditione resolutiua, valet num.* 13. 17.

14 *Sententia lata sub conditione extrinseca valet, num.* 15.

17 *Sententia lata sub conditione, si probatum est non tenet, num.* 19.

18 *Iudex nequit pronuntiare, vbi non liquet.*

20 *Sententia lata sub conditione, si probabitur, non tenet, num.* 21. *contra numero.* 23. *vide num.* 25.

21 *Probationes debent fieri ante probationem sententia.*

22 *Sententia fertur ex probationibus partium factis non ex faciendis.*

23 *Probationes non sunt de substantia Iudicij.*

24 *Incertitudo non vitiat parte non opponente, vide, num.* 28.

26 L. 2, §. viduen. ff. quando appell.

29 Cap. cum venissent de constit.

1 QVam opinionem Iudex in sententiando sequi debeat dixi *suprà in cap. Capellanus de ferijs sub q* 4. nunc verò, vt respondeam ad primam difficultatis partem aduerto Iudicis sententiam posse dici iniustam; primò ex malitia Iudicis tantùm, licet non recedat, nec à veritate, nec à iuris ordine, quo casu, & si peccet ratione animi deprobati validam esse sententiam & in conscientia seruandam: docent Salon 2. 2. *D. Thomæ q.*60. *Art.*5. *dubio*, ex Gratiano *in cap. si Episcopus* 11. *q* 3. Egidius Trullenq. *in opere morali lib.*7. *dubio* 7. *cap.* 1. † Qui secundo dicunt quod quando Iudex facti veritatem; non 2
tamen ordinem, & solemnitates Iuris, vt quando adiudicat Petro rem, re vera suam, sed sine sufficienti probatione; Tunc etiam seruandam esse sententiam in conscientia; eo quod veritati innitatur: facit quod latè adduxi *in cap. dilecti de Iudiciis, & alibi.*

Quod si ex natura rei, & causæ, vt quando 3
contra veritatem facti pronuntiatur, vel spoliatur aliquis re, vel Iure suo, de quo est quæstio, & tunc dicendum est hanc sententiam esse taliter iniustam, vt nullo modo in conscientia valeat, vel si lata sit, omisso ordine iuris necessarij simpliciter, siue per falso allegata, & probata, siue ex Iudicis iniquitate; Sic D. Thom. *dicto Art.* 5. Cajetan. *ibi*, Sotus *lib.* 3. *de Iustitia, q.*4. *art.*5. *& in* 4. *dist.* 22. *q.* 1. *Art.* 3. Salon *suprà conclus.* 3. vbi testatur de communi, cum aliis Sairus *in Claui Regia lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 8. Bonacina *disp.* 10. *q.*1. *puncto* 4. *n* 6.

Quia vt docet D. Thomas iustitia eatenùs 4
obligat in conscientia, quatenùs habet Iudicij rationem, hoc est, vt est determinatio iuris ac definitio iusti; eo quod Iudicium iniustum non est determinatio iuris, & definitio iusti, & hoc ita verum est, vt conueniant Theologi, & Iurisperiti, quo in casu docent Doctores. † Vt si 5
pars læsa iniustè non appellet, maneat nihilominùs ipsi ius suum, vnde fit, vt si causa ita est iniusta, quod contineat apertè errorem intolerabilem, vt si Iudex præciperet aliquod impossibile, vel quod est apertè in alium, aut condemnare Innocentem sine vlla probatione; tunc nec in foro animæ, nec in foro cosçientiæ hæc sententia robur habebit, nisi dubium adsit de tali iniustitia; quia tunc est sentiendum pro Iudice ex iam adductis.

Verùm si sententia continet errorem, non ta- 6
men manifestum, sed tolerabilem, vt quando Reus Innocens probatus, tamen nocens iuridice condemnetur; tunc & si talis vocetur iniusta, erit tamen valida; sic docent relati. † Tamen 7
de illa sententia, quæ est contra facti veritatem aliter ex allegatis pronuntiata in foro Iudiciali & exteriori seruandam esse dicunt præcitati, dummodo seruetur ordo iuris necessarius; nam ex omissione huius ordinis simpliciter necessarij, redditur sententia nulla, nec obligat in conscientia; secùs si prætermitteretur ordo iuris, non simpliciter necessarius; Nam tunc & si grauiter peccet Iudex, sententia valida est in conscientia.

Sed si dubium sit de beneficiario per iniustam 8
sententiam beneficium possidente respondeo quod si beneficium sit simplex, non pendens ex meritis, sed ex sola voluntate Episcopi, sententiam illius iniustam, siue declaratiuam, siue priuatiuam modo ab illo bona fide lata sit iuxta allegata, & probata, & partes bona fide litigauerint conferre Ius, & titulum beneficij in vtroque foro, nec teneri ad resignandum qui illud accepit, docent Salon *vbi suprà dicta q.*60. *articulo* 5. *dubio vlt. conclus.* 3. Sairus *dicto*

dicto cap. 6. cum aliis, *num.* 5. Trulench. *dicto cap.* 1. *lib.* 8. *dubio* 7. *numero* 6. vbi addit aliter nihil firmum, aut securum esse in Ecclesia, circa hæc beneficia, alia tradit in comprobationem, *ibi*, ex Bonacina *tomo* 2. *disputat.* 20. *quaestion.* 2. *puncto* 4. secus si adsit dolus, &
9 fraus. † In beneficiis verò curatis dicunt præcitati, & alij communiter Doctores, quod si prouisus, est dignus: tunc iustè possideat in conscientia; etiam omisso digniori; etsi peccet conferens contra Iustitiam distributiuam, modo adsit dolus, vel fraus, vel si talis possessor inhabilis, & indignus sit, addit etiam Egidius Trulench. *vbi supra, numero* 8. *&* 9. acta à beneficiario habente titulum coloratum, valida esse: Et valde probabile esse, vt sententia materialiter iniusta tantùm, & priuatiua sit valida, etiam in parochialibus.

10 Vnde etiam fit, vt si Iudex pronunciet sententiam dicendo, valere electionem à suspensis, factam valeat sententia, sic lata, quia in ea non exprimit Iuris errorem. Verùm si exprimeret dicendo; *Quia suspensi de iure eligere possunt*: tunc reuera ea regula Textus nostri, & ex aliis iam adductis, *à quaestione* 1. electionem non valere, cum de Iure suspensi eligere nequeunt ea regula Textus, *in cap. cum dilectus de consuetudine*: docent Alex. *in lege cum prolatis. ff. hoc titulo, numero* 10 Decius *in Rubrica de appellat. numero* 7. Afflictis *decision.* 152. *numero* 6. Alciatus *de praesumption. regula* 3. *praesumptione* 9. *num.* 8. Balboa *hic num.* 7. *in fine*.

11 Ad secundam difficultatis partem cum aliis sequentibus, vt respondeam præmitto dicendo ea iam adductis, *suprà in Rubrica. & sub Rubrica de Iudiciis*; ita tamen sententiam quibuscumque verbis latam valere, si contineat absolutionem; vel condemnationem, quoniam id semper exigitur, ea *l.* 1 *hoc titulo*, ibi, *Quod absolutione. vel condemnatione contingit, l. in hoc Iudicio, ff. familia erciscunda*, alioqui nullam esse, cum finem liti, & controuersiæ non imponat ex *l.* 3. *Cod. de sentent. & interlocution. omnium Iudicum*, quia Iudex, ad cuius officium litis diminuere spectat, *l. quidam existimauerunt, ff. de rebus creditis*, debet eo animo esse, vt velit litigantes à tota controuersia discedere, *l. qualem, §. dicere, ff. de receptis arbitris*. Et sic Vgodenolus *lib* 26. *comment. cap.* 3. *& in l.* 3. *Codice, hoc titulo*. Sarmientus *lib.* 5. *selectar. cap* 13. dicunt quod cum in omni Iudicio intendat actor reum sibi obstrictum esse, & per consequens eum condemnari debere ad aliquid faciendum, vel dandum, reus verò neget si nihil præstare debere: tunc, vt litigantes ab hac controuersia discedant necessario sententia Iudicis absolutionem, vel condemnationem continere debeat.

12 Vnde ad difficultates, de quibus nunc inquiro potest esse non leue dubium, num quid sententia valeat proferri sub aliqua ex conditionibus, de quibus designaui in præfatione quæstionis. Et quoad primum an sententia sub conditione resolutiua lata, sit valida, negatiuè respondit Bartol. *in l. Iudex posteaquam. ff. de Iudiciis*, quem alij sequuntur, qui citantur à Gabriele copiosè, *comm. conclus. tit. de sentent. conclus.* 1. Osascus *decision.* 146. *sub numero* 10. per Textum *in dicta l. Iudex*; *& in l. moru, §.* 1. *ff. de poenis*, quibus cauetur Iudicem non posse corrigere sententiam suam. † Contrariam au- 13
tem sententiam sequuntur Angelus *in dicta l. Iudex*, Baldus *in l. certa in fine, Cod quando prouocare non est necesse*, Felinus *in cap. cum contingat, sub, numero* 22. *de officio de leg.* per Glossam, *in l. item labeo*, versiculo *pure, ff. familia erciscunda*, vbi valet sententia cum resolutione, de qua, *infra*, & facit Glossa *in cap praedicator* 16. *quaest.* 1. quæ probat valere sententiam, si Iudex dicat, *condemno*, imo, *absoluo*; Et sic alia adducens Faquineus *lib.* 11. *controuers. cap.* 16. non sequutus Bartolum, nec Alexandrum *in dicta l. Iudex, num.* 15 respondentem addictam Glossam *l. item labeo* dicentem clausulam illam venire ad qualificandum, non ad corrigendum ait prædictam sententiam valere, quia sententia sub conditione lata, valet, ex *l.* 1. *§. viduum. ff. quando appellat.* sed arguere Iudicis imperitiam, quia prius debuit statutum considerare, an conforme esset condemnationi, necne, non autem pronunciare.

Ad tertiam quæstionis partem, an sententia 14
sub conditione extrinseca lata teneat; & licet Baldus, Salicetus, & Albericus *in l. cum index, Cod. de sentent. & interlocutionibus omnium iudicum*, Baldus idem, *in l. non dubium, Codice de legibus in* 5. *opposit.* doceant non valere ea regula actus, *ff. de regulis iuris*, & quia sententia debet esse conformis libello, & quia sententia non valet lata sine causæ cognitione, ex aliis, de quibus ad Rubricam, *suprà* † Ta- 15
men pro affirmatiua sententia potius existimo respondendum per Textum *in l.* 2. *§. biduum, ff. quando appellat. sit*, vbi Glossa, & Bartol. Gabriel *conclus* 1. *titulo de sententiis*, Osascus *vbi supra decisione* 146. Faquineus contrariis satisfaciendo, *in dicto libro* 11. *controuers. cap.* 17. ex eo quia, *in dicto §. biduum*, ait alias factum fuisse Iurisconsultum, qui disputando, à quo tempore appellandum sit, vbi sententia sub conditione lata est, si necessaria non esset appellatio; eo quod huiusmodi sententia non valeret; & tanto magis, cum ibi, dicat sententiam non esse ferendam sub conditione, nam sicut reprehendit huiusmodi sententiam, quæ sub conditione fertur; ita ait credibile esse eundem Iurisconsultum dicturum esse non valere, si reuera non valeret.

Nec obstant adducta, *supra*, in versicu- 16
lo *ad secundam*, de necessitate sententiæ per verba, *absoluo*, & *condemno*, quia non deficit hæc forma in sententia sub conditione lata, extrinseca, aut resolutiua.

Ad quartam quæstionis partem, de senten- 17
tia lata sub conditione intrinseca respiciente tempus præteritum, respondent Bartol. Alexand. Iason, & alij communiter, *in l. a praetor, §. si Iudex, ff. de re Iudicata*. Osascus *decis pedemont.* 146 *num.* 10 Gabriel *conclus.* 1. *num.* 21. *titulo de sententiis*, valere sententiam; & hanc dicunt communiorem sententiam per Textum *in dicto §. si iudex, l. in summa, ff. eodem, l. à Diuo Pio, §. si in venditione eodem. l. qui testamento, ff. de excusat. tutor, l. generaliter,*

Cod. de rebus creditis,l.cum Iudex,Cod.de sent.& interlocutionibus, omn. iudic. ex quibus iuribus, vt docent alij contrariam tenentes sententiam; nempe,vt non valeat sententia Iudicis,qua reum condemnauerit sub tali conditione, vllo modo probatur,cum prædictæ leges loquantur de sententia Iudicis referente se ad aliud, & habente in se conditionem intrinsecam, vel extrinsecam, in his, in quibus nihil Iudici imputari potest, & in quibus certa nihilominus est sententia, & condemnatio; Cum autem vbi conditio totam sententiam reddit incertam, vbi apparet Iudici non liquere, provt accidit quando condemnat reum,
18 *si probatum est*; cum tunc dubius sit Iudex. † Sed vbi non liquet Iudici, nec pronunciare debet; *l. vbi,Cod.de falsis,l.hac autem ex quibus causis in possess.eatur,*Glossa *in l.si de meis,§.vltimo, ff. de arbitris,*Glossa *in cap.pen.de eo qui mittitur in possessionem*;ergo apparet,vt hæc vltima sententia,debeat amplecti,quam docent Cumanus, & Bajutius, quos sequitur Castrensis *in cons.*414. *lib.* 1. *& in l.2.§.biduum ff.quando appell.sit,num.*7. inquam,& Ripa inclinare videtur,*in dicta l.ait prætor,§.si Iudex,*eam acerrime defendit,Faquineus *dicto lib.*11.
19 *controuers.cap.*18. † Ex eo quia sententia lata, *si probatum est*,nihil definit;quod tamen fieri oportet,ex *l.penult.& vlt. Cod.de sentent. quæ sine certa quant profer.l.in summa,§.fortis de re iudicata,l.*1 *ff. eodem,tit.l.*3.*§ in magis,ff.de testibus,l.quinquaginta, ff.de probation.*& in hoc casu faciunt pro hac sententia adducta in dicto versic.*ad secundam*, huius quæstionis, & confirmatur, quia talis sententia sic lata,videtur absque causæ cognitione,cum ex actis Iudex non cognouerit an fuerit probatum, nec nec; ergo non est cur valeat talis sententia iuxta Textum *in l.*2.*C.de sent.experic.recit.c.indicantem* 30.*q.*5.

20 Ad quintam quæstionis partem, & similimodo dicendum est, latam sententiam sub conditione intrinseca respiciente tempus futurum, *puta si probabitur*, non valet, quia nihil certi continet: argum. *l.* 3. *Cod. de sentent. quæ sine certa quant. §. curare inst. de actionibus*, maxime cum ista conditio non statim impleri possit, quemadmodum illa, *si iuraueris*; quo casu valet, vt *in l. generaliter, Cod. de rebus creditis*, vt notat Glossa *in l. cum iudex, Cod. de sentent. & interlocutionibus:* docent Bartol. *in dicta l. cum Iudex*, Castrensis *in l. continuus,Cod de verb.obligation.*Osascus *decis. pedemont.* 146. Gabriel *conclus.* 1. *tit. de sentent. num.* 27. Faquineus *dict. lib.* 1. *controuers. cap.* 19.

21 Et confirmatur, nam huiusmodi sententia videtur peruertere ordinem Iudicij; debent enim fieri probationes ante sententiam, non autem post, *l. perempt. Cod.de sentent.* rescindi non posse; imo nec posse dici latam causa cognita, cum
22 nulla probatio fuerit facta. † Et confirmatur amplius, quia sententia ferri ex probationibus partium factis, non ex futuris, nisi futuræ probationes pertineant ad exequutionem, & liquidationem pronunciati:ita relati.

23 Sed pro contraria opinione, quam defendunt relati ab Osasco *dicta decis.* 146. Gabriel *supra in tit. de sentent.* est Textus *in dicta l.* 2. *§. biduum, ff. quando appell. sit*, & faciunt pro ea sequentes considerationes, prima quia probationes non sunt de substantia Iudicij ex *l. cum putarem, ff familiæ erciscundæ.* Secunda quia hæc sententia est contra Ius litigatoris, nam actore non probante, reus absoluitur, *l. qui accusare, Cod de edendo*, de quo dixi latissime, *in cap. fin. de Iureiurando*, ergo valet, & appellare necesse est, ex *l.* 1. *ff. quæ sententiam sine appellationibus rescind.*

Tertia quia parte non opponente incertitudo 24
non vitiat,vt notatur,*in l.vlt. C.de annali except.* & facit etiam Textus, *in cap. cum venissent de constitution.*

Adhuc verò nullo modo recedas à prima 25
opinione, quâ retentâ non obstant proxime adducta, non Textus *in dicto §. biduum*, quia loquitur de sententia, quæ suspendit, vt notat Ripa *in dict. l. ait prætor, § si Iudex*. sed conditio de qua nunc loquimur, *si probatur*, prorsus incertam, & aliam sententiam spectat post se contra Textum *in l. iudex, ff. de re Iudicata.* † Nec ob- 26
stat prima consideratio relata, nam respondeo esse de substantia sententiæ, vt causam definiat, quod ista sic lata non facit. † Minus obstat se- 27
cunda consideratio, quia potius videtur esse contra Ius constitutionis, cum ea mandet probationes fieri ante sententiam. † Non inquam 28
obstar tertia, quia ex quo sententia est ipso Iure nulla, semper est nulla, & si pars de nullitate, non opponat; nec appellet. † Alia tradit, 29
Faquineus *pro respons. dict. cap.*19. *in fine*, qui ad Textum *in dict. cap. cum venissent*, ait respondendum esse ex adductis per Osascum *d.dec.*146. *in fine*.& addit sententiam latam sub conditione, *si probabitur*, esse notoriè iniustam; & sic non valere per Textum *in cap.inter cæteras hoc tit.* Gabriel *tit.de sent.concl.*10.Rota *nouissim. decis.*85.*in parte* 1.

Applicabis quæ dixi *infra quæst.* 6. *in cap.* 15. 30
versic. *ad secundam*, notabis autem quæ silentij perpetui forma Iudicij non seruata etiam in minimo tota omnia redduntur nulla probat cum multis Siriacus *cont.*186. *n.*4. vbi refert Plotum, Borgnum,Rolan.Solam *& decis. cons.*12.*num.*57. tamen idem, *num.* 20. ait silentij perpetui & substatio num Iudicia non videantur reddi nulla ex quauis omissione sed ex ea tantum quæ possit esse alicui ex partibus præiudicialibus.

QVÆSTIO V.

An sententia possit ferri pro fructibus decurrendis in causa census, legati, debiti annui, & contractus, & quid in alimentis: Et an obtinens sententiam contra Ius litigatoris peccet?

SVMMARIVM.

1 *Plus tempore peti nequit.*
2 *Sententia pro fructibus decurrendis census,annui legati,& aliorum,qualiter valeat, & qualiter formetur,n.*5.
3 *Iudex quando Iudicet de obligatione futura, & in legato anno,n.*4.
6 *Condemnatio potest sequi ratione adjuncti fallit, num.*7.
7 *Sententiam obtinens contra Ius litigatoris peccat mortaliter & tenetur restituere.*

Iam

1 IAm adductis quæstionibus proxima est præsens,& quia congruit ad materiam Textus nostri, & quia non est in hoc titulo alius vbi ponatur nisi poneretur in Rubrica : & suppositis quæ adduxi ad Textum *in cap.1. de plus petitionibus*, vbi de petentibus plus tempore, ex quo videtur, vt ea certi ante tempus non possit, quasi ante tempus non possit agi ex *dicta cap.1.* cum concordantibus, ex Bartulo, *in l. exceptionem in add. in fine, n.12.* versic *sed si fuisset* Cagnol. *in l. in omnibus obligationibus 14. n.17. & 18. ff. de regulis Iuris* cum alijs *ibi* adductis *in d.c.1.*

2 Tamen responderur quod quando debitum est annuum,vel de semestri in semestre vt pro fructibus census, vel similis contractus, licitum est agere contra debitorem,vt condemnetur ad præstandum fructus pro omnibus annuis, seu semestribus futuris debitis temporibus, nec semper esse necessum litem instituere adueniente anno, vel die,vt docent Bartol. *in l. libertis, §. manumissis in fine ff. de alim. & cibar. legatis*, Baldus *in l.1. Cod. de sentent. quæ sine cert. quant. col.2.* vbi multa

3 notabilia. † Quando Iudex de obligatione futura iudicit, Alexand. *consf.93. lib.1. versic sed respondeo*, Surdus *de alimentis tit.3. quæst.9. in fine, & tit.8 priuileg.15 n.7.* vbi de legato annuo pro quo datur actio pro futuro tempore, durante legato, ne cogatur actor singulo anno de lore suo experiri, *l. malè agitur, Cod. de præscript. 30. annorum*, Bartol. *in l. de pupillo, §. si in pluribus, ff. de noui operis nuntiatione* quæ procedunt, quamuis in contractu sit causatum debitum, Simon de Pretis *interpretatione 2. vltimarum voluntat.* vbi de exceptione opposita in debito, primi anni,seu primæ pagæ, & rejecta per Iudicem, an possit opponi iterum ad debita sequentium annorum,non obstante exceptione rei Iudicatæ;de qua per Ripam *in l. ita stipulatus 115. n.93 col. penult. in princ.* versic. *sed quid, ff. de verb obligat.* Imola *consf.150. col.*

4 *fin. n.7.* † Et quod in legato alimentorum possit peti pro futuro tempore,licet nihil de præsenti fuerit debitum, docent Baldus *in l. in princ.* versic. *nota speciale in alimentis*, *Cod. de fideicommis*, quod multum notandum aduertit Surdus *decis.120. in fine n.15* versic *aduertendum*.

5 Et quomodo sententia sit formanda ponit
6 Ludouicus Peguet *decis.54* † Et quod ratione adjuncti possit sequi condemnatio in prædictis, tam pro fructibus decursis, quàm decurrendis.

7 † Secus quando tantùm ageretur pro futuris extra alimenta quia tunc nihil est in actione, vel obligatione, super quo possit quiescere petitio:docent Gratianus *discept. forens. cap.151. n 40.* Osascus *decis.130. n 14.* versic. *nec*, Afinus *exequut. §.7. cap.116. n.27.* versic *idem*. Bartol. *in l.2. in fine*, versic. *tamen, Cod. de fidicommissis.*

Ad vltimum suppositis, quæ dixi *supra in q.1. de sententia latâ*, contra Ius litiratoris dico nunc quod etsi valeat tamen quod sic eam obtinens, vel obtinete procutans peccat & tenetur ad restitutionem casu quod quidquam iniostè obtineret, Abbas *in cap. sub n.4. de concess. preb.* cum multis, Ciriacus *tom.2. cont.349. n.51. & 32.* vbi addit quod qui attente solùm ordine iudicario omissis meritis defendit,vel obtinet iniustè peccat mortaliter, & obligatur ad restitutionem, & sic ait quod propter istud periculum sit cognoscendum super meritis.

AD TEXTVM
IN CAPITE II.
De Sententia & Re Iudicata, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.
SVMMARIVM

5 *Æquitas, & rigor possunt simul esse, cum verba legis tendunt ad idem, n.6 & 7.*

8 *Æquitas, seu Epicheia, quando faciat locum, vbi de interpretatione remissiuè.*

VErba Textus nostri, quæ sub compendio referuntur à Gregorio *hic*, non minimam materiam amplectuntur ; imò potius latam,cum per eam incidamus in materia Textus *in c. finem litibus de dolo, & contumacia*, & in titulum de dilationibus litigantibus concedendis, item & in materiam Textus *in c. venerabilis 20. de Iudiciis*, vbi egi latissimè de tempore, quo litis instantia finitur. † Iuxta quæ debent verba hîc *celeri sententia terminare* accipi,& moderari,nam ibi dicta conuenit vt ad materiam Textus nostri applicentur,& quæ reuera conueniunt æquitati,& rigori. 1 2

† Et an æquitas, sine rigor debeant in Iudicio 3 attendi, videbis quæ latè dico *in c. fin. de transactionibus*, adjunges quæ adducit *hic* Balboa, Gratianus *reg.110. 111. & regula 44.* † De distinctio- 4 ne æquitatis, & rigoris, Couar. *in reg. possessor. p.2. § 6 à n.5.* an rigor proferatur æquitati, Faquineus *lib.1. cont.3. & lib.11. c.3.* † Vnde, & sic latè præfati 5 loquantur,& existimet Tiraquel. *de retractu tit.1. §.31. glossa 2. n 4 & 12. & 11.* non posse simul esse rigorem,& æquitatem. Tamen Maynerius rectè videndus ostendit *in l in omnibus, n.8 ff ff. de reg. Iuris*, posse simul inueniri,vti contingit in præsenti quod fit, quando verba legis tendunt ad idem,quia tunc possint esse simul.

Et enim cum Textus noster spectet ad profe- 6 rendam sententiam, vt lites abbreuientur assignat,vt celeri sententia hoc fiat,nam id conuenit rigori,& æquitati. † Rigori quia sic terminis ob- 7 seruatis statuitur in Iore,æquitati quia conuenit vt lites non protelentur, adhibitis dilationibus, & probationibus competentibus, ne veritas obumbretur, iuxta ea,quæ latissimè dixi sub titulis *de prob. & testibus*.

Quando faciat locum æquitas, seu Epicheia, 8 Vasquez *in 1.2. D. Thom. q.96 per totum*, de Epicheia quam Iudex sequitur, seu Doctor, an idem sit, quod interpretatio, & quo pacto circa leges, & priuilegia procedat, dixi *in c. cum venissem de Iudiciis q.4. & q.5* remissiuè an æquitas præferatur legis rigori,de quo,& de aliis dico,quia moltùm conducunt ad perfectam tractationem de sententia,& re Iudicata:de Epicheia videbis quæ tradit Saleedus *de lege polit. lib.2 c.5.* de legibus, & æquitate ad Iudicandum Donellus *lib.16. comment. cap.2. ibi* Osualdus, & de extentione,& restrictione legum idem Osualdus ad Donellum *lib.1. commentar. cap.14. littera A*, ad quæstiones Gratianus *regnl.411.* Sanchez *in clement.2. de testibus, à nnm.150.* Quesada *quæstion. illustr. c.16*

Morla *in emporio,p.1.tom.1.quæst.11.* pro intellectu Textus nostri leges quæ nouissime scribit, Matthæus Colletus *de processibus executiuis p. 4. pagina* 142.

Qvæstio I.

An Iudex teneatur Iudicare secundùm leges scriptas, vel secundùm epicheiam: Et an æquitas præferatur rigori: Qualiter accipiatur in delictis: Et in quo distinguantur æquitas, & rigor: Et quomodo intelligitur arbitrium?

SVMMARIVM.

1 *Iudicare iudex tenetur secundùm leges continentes Ius naturale: quid si leges positiuæ continerent aliquid iniustum,n.2.*
3 *Iudex nunquid possit mitigare Iuris, seu legis rigorem iniudicando: & an debeat exprimere causam,n.4.*
5 *Iudex inferior,etsi secundùm leges scriptas teneatur iudicare,interdum poterit recedere ab eis si constat aliam esse mentem legislatoris,nisi dubium sit de ea,n 6.*
7 *Æquitas quando præferatur rigori in iudicando,n.11.*
L. si ita conueniat, ff. de pactis dotal. l. si ita scriptum, ff. de lib. & post, l. Pamponius, ff. de acquirenda hæreditate, l. si seruum 91. ff. de verb. oblig. l. in omnibus,ff de reg.iur.l.placuit, C.de iudic.& num. 11.
8 Lex quamtumuis dura obseruanda est expenditur,n.9.
9 L.prospexerit, ff.qui & à quibus.
10 *Arbiter sequitur æquitatem in iudicando.*
11 L. etsi quis, § idem labeo, ff. de religios. sumptibus funer, l. quod ephesi, §. interdum, ff. de eo, quod certo loco: l. si me,& Titium,ff si certum petatur.
12 Lex dubie determinans, est declaranda à Principe.
L 1 & l.fin. Cod.de legib.
14 *Æquitas præfertur rigori in delictis.*
L.perspiciendum, ff. de pœnis cum aliis.
14 L.1.ff ad Turpilianum.
15 L.aut facta,ff. de pœnis.
16 *Pœna legis quàm ex causa à iudice moderari.*
17 *Æquitas, & opposita rigori, & stricto iuri, & quæ sit.*
18 *Æquitas est admirabile legum quæddam temperamentum, quod ex perfecta ratione omnia moderatur,absque iuris lasione.*
19 L.cum patronus.Cod.de iniuriis.
20 *Ius strictum quid sit vocaturque subtile, opposi- tum humana, ac benigna interpretationi, n. sequent.*
21 *Ius summum à quo dicatur summa iniuria, num.22.14.*
22 Cicero lib.1. officior. & in oratione pro Cecinna.
23 *Summum ius, sæpe summa malitia appellatur.*
24 *Clausula*, arbitrio Rotæ, *qualiter intelligatur, & quod per eam possit recedi à regulis iuris, num.* 25.

Ad primam quæstionis partem, per conclusiones respondeo,& dico quod si leges scriptæ continent Ius naturale,vt quod patri sit obediendum, & alienum non retinendum, tunc teneri vtique iudicem,siue supremum,siue inferiorem Iuxta illas Iudicare,quia nunquam licet à Iure natutali recedere, cum contrarium talis Iuris semper sit iniquum: docent Salon 2. 2. *quæst.*60. *art.*5. *conclus.*1. Saitus *in claui regia lib.* 12. *cap.*9. *num.*2.Læssius *lib* 2.*de iustit.cap.*29. *dubio* 5. *n.*45. Filiuc.*tom.*2.*tract.*40.*cap* 6. *q* 7.Trulench *in opere moral.lib.*8 *cap* 1.*dub.*5.*num.*1. † *num.*2.addit quod si leges positiuæ ratione temporis, vel loci aliquid iniquum contineant, erit iniquum secundùm eas iudicare, vt si v. g. lex obsessa ciuitate præciperet ne portæ aperirentur,& contingat ciues foris extantes esse,hostes q e fugientes, se in ea recipere conantes,debent nihilominus aperiri, vt docuit Salon *suprà conclus.*3. sed si lex est iusta teneri iudicem supremum, secundùm eam iudicare;decuerunt D.Thomas 2. 2. *quæst* 60. *art* 5. Filiucius *vbi surà,num.*177.Bonacina cum aliis,*tomo* 2. *disput.*10. *q.*2.*punct.*4. nisi bono communi expediret;vt dispensaret in lege positiua;& quod relaxaret legis rigorem,vt pœnam mitigaret: ita Trulench. *vbi suprà num.* 3. & tradit Villalobos *in summa p.*2.*tract.*14.*dif.*17.*n* 1. † Vbi postquam dixit ex D.Thoma 2.2. *q.*97. *art.*4. quod quando pars non dimicit offensam,non possit Index inferior, siue superior mitigare legis rigorem, cum teneatur æqua lance Iustitiam ministrare:tamen hoc fallere vbi conuenientissimum esset communi bono vt relaxaretur pœna posse fieri à Iudice superiori,cum bonum commune, præferatur particulari: sic ex Textu *in cap. pœnituerit* 2. *q.*7. Et licet ex D.Thoma,*vbi suprà*, dicat, *num.*3. hoc non ita concedi Iudici inferiori,quia debet superioris mandata obseruare. Tamen ex bono communi posse epicheia,vti tradunt Saleedus ad Bernardum Diez *in pract.cap.*144.versic.*medetari pessime*,Aragon.in D.Thom.*vbi supra dict. art.*4 Frater Emanuel *q reg q* 21.*art.*1. † Et aduertit Bernardus in hoc casu debere Iudicem exprimere in sententia causam talis relaxationis, seu mitigationis, vt excusetur, sed si eam non exprimat valere sententiam docent; ita vt sufficiat dicere in sententia ex instis causis id facere,quibus fuit motos. † Quibus accedit Iulius Clarus *in pract. quæst.*85. versic. *vlterius quære*: optime expendit, Trulench.*vbi supra dicto dubio* 5.*num.*4. vbi dicit quod etsi Iudex inferior,secundùm leges scriptas teneatur iudicare,possit, interdum à lege scripta recedere, quando scilicet constat mentem legislatoris esse aliam, nec voluisse hunc casum verbis legis esse comprehensum; ita vt magis teneatur sequi legislatoris mentem, quæ est legis anima;& addit non teneri:tunc consulere legislatorem,quia id tantùm requiritur,quando eius mens non constat; quo in casu consuli debet, si eius additus facilis sit, & absit moræ periculum. † Tamen si vtrimque sit dubium æquale, & Princeps consuli nequeat: tunc ait Lessius *lib.* 2. *de iust. cap.* 19. *dubio* 1. *num.* 41. teneri Iudicem inferiorem iudicare secundùm verba legis; & sic ex dictis Filiucius, *vbi suprà* docet, & Trulench. *sub num.* 5. refert quinque casus, in quibus Iudex inferior secundùm Epicheiam

potest

potest Iudicare, non iuxta legis rigorem, quorum quatuor ex dictis deprehenduntur; & quintus est, veluti quando dispensatum est à superiori in lege scripta cum causa iusta; extra illos vero casus docet Sairus *in claui regia lib.* 12. *c.* 9. *num.* 5. & 6. Iudicandum esse secundùm leges scriptas.

7 Ad secundam quæstionis partem, etsi vt respondeant Doctores plura soleant comminiscere in sedanda difficultate, an æquitas præferatur rigori, seu econtra rigor æquitati; & de hoc dubio late repetat Balboa *hic à num.* 14. vbi pro parte æquitatis adducit Textum *in l. si ita conuenit, ff. de pactis dotalibus, l. si ita scriptum sit, ff. de liberis, & posth. l. Pamenius, ff. de acquirenda hereditate, l. si seruum* 91. *ff. de verborum oblig. l. in omnibus, ff. de reg. Iuris, l. placuit, Cod. de re Iu-*
8 *dicata*, & ex aliis, *ibi*, adductis, *num* 16. † Et pro parte vt rigor præferatur æquitati adducat, Textum *in l. prospexit, ff. qui, & a quibus*, quatenus probat, vt quamtumuis lex dura sit semper debeat seruari; Et ex eo quia cum lex sit regula, ab ea recedere non liceat ex regula Textus *in l.* 1. *Cod. de legibus*, & ex eo etiam quia æquitas, & rigor ab stricto Iure non differunt, nam cum Ius à Iustitia descendat, & sit ars boni, & æqui, *l.* 1. *in princ. ff. de iust. & Iure*, & sit ordinatio rationis, in bonum commune, vt ait D. Thomas 2. 2. *quæst.* 6. *art.* 4. sequitur dicendum, vt rigor, & æquitas in Iure non differant, quod idem videtur ex nostro Textu probari; nam dum Pontifex scribit, *iurgantium controuersias cessari sententia terminare*, quod debet fieri, iuxta terminos Iuris, addit verba sequentia, *& æquitati conuenit. & rigori* has voces simul iungendo, quasi nihil diuersum significantes.

9 Tamen vt subterfugiam nonnullos modos dicendi, & exponendi hanc difficultatem ego existimo tribus conclusionibus eam exponere; primo quod vbi verba legis adeo clara sunt, vt salua ratione recti sermonis, nequeant interpretationem recipere, quæ ex bono, & æquo adhiberi potest: tunc esse seruandam legem, quamtumuis duram, ad quod respexit Vlpianus *in dict. l. prospexit.* Erant enim in ea lege verba legis satis clara, vt perpendit, *ibi*, Vlpianus dicens ibi *quia ita verba faciunt, vt ne enim quidem seruum, qui extra ministerium eius mulieris fuit, vel in agro, vel in prouincia, possit manumittere, vel alienare*, & addit verba, *per quam durum est; sed ita lex scriptum est.* Et huc pertinent rationes aliæ ad-
10 ductæ in confirmationem, *num. præcedenti.* † Et quod adducit Augustin. *dist.* 4. *cap.* 3. respondet postquam leges scriptæ sunt, non de ipsis Iudicari oportere, sed secundùm ipsas; & illud Aristotelis *lib.* 1. *rethoric. cap.* 13. vbi hanc inter arbitrum, & Iudicem differentiam statuit, quod Iudex legem scriptam sequi debeat; arbiter verò æquitatem. Et illud Ciceron. *in oratione pro ligario*, quatenus dicit Populo, & senatui permissum esse, non autem Iudicibus à verbis legis recadere.

11 Secundò quod vbi verba legis, non sint adeo clara, atque adeo generalia, vt excludant interpretationem ex bono, & æquo, tunc eam interpretationem valere, ac Iuris rigori præferendam: sic percipitur ex iam, *supra*, adductis, *à num.* 1. & secundùm hoc sunt intelligendæ leges pro æquitate præferenda adductis; quibus accedunt Iura sequentia, *l. & si quis, §. idem labeo, ff. de religios. & sumptib. funer, l. quod ephebi, §. interdum, ff. quod certo loco, l. si me, & Titium, ff. si certum petat.* cum aliis multis.

Tertiò quoties verba legis tam clara, & præcisa non sunt, vt interpretationem ex bono, & æquo respuant, verùm tamen certum, & expeditum quid bonum, quid æquum existat: tunc Principem consulendum, ad eundemque existimo ex tam, *suprà*, adductis; quo pacto accipi debet Textus *in l.* 1. *& vltima, Cod. de legib.* vel si quæ aliæ sunt leges, & authoritates, quibus est Iudicibus prohibitum, ne à verbis legis recedant; ita expendit Faquineus *lib.* 2. *controuers. cap.* 3. dicens aliter à Cardinali Bolognetto explicari, & de hac quæstione videbis præter classicos D. Dhomas 2. 2. *quæst.* 120. *art.* 1. Franciscum Conanum *lib.* 1. *comment. cap.* 7. & eundem Bolognetum *in commentar. de lege Iure. & æquitate, cap* 23. alia adducit Balboa *hic num.* 18. vbi vbi refert, Soro *de Iustitia, & Iure, lib.* 1. *quæst.* 6. *art* 8. Robertolib. 3. *sentent. cap.* 12. dicentibus æquitatem scilicet scriptam præferri rigori, secus si ea scripta non sit, vt docent Mayuetios *in dicta l. in omnibus, ff. de reg. Iuris*, Decius, & Cagnolus, *ibi*, sic intelligentes: leges quæ faciunt pro præferenda æquitate, quod non admittens, Balboa, aliter expendit, *à num.* 21. qui *n.* 25 ait quatuor de causis præferri debere æquitatem rigori, qui reducuntur ad distinctiones *suprà*, istas, *à num.* 1, 12

Ad tertiam quæstionis partem, quid inde dictis videtur respondendum vtique præferendam esse æquitatem rigori, vt satis probatur, ex Textu, *in l. perspiciendum, ff. de pœnis*, vbi ait Martianus *in grauioribus pœnis seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequantur, in leuioribus delictis promerot ad lenitatem, Iudices esse debent, l. prases, l. interpretatione eodem titulo, cap. disciplina, cap. namque* 45. *distinctione, cap. vera, cap. licet ibidem*; ita docent plures adducti à Farinacio *titulo delictis, & pœnis, quæst.* 17. *num.* 4 † Sed quia multi ab eodem telari contradixerunt per Textum *in l.* 1, *ff. ad Turpillianum, ibi, facti quidem quæstio*, dicitur esse in arbitrio Iudicantis, sed pœnæ persequutio reseruatur legi, *& in §. oportet in Authentico de Iudicibus*, & ex multis aliis testimoniis ab eo telatis, ideo cum Faquineo, *lib.* 1. *controuers. cap.* 5. existimo distinguendum, iuxta; *suprà* dicta esse spectandam rationem legis, & Iustitiæ, & vbi illa exigit modo rigorem, modo æquitatem amplectendam, vt latissimè docet, Tyraquellus *in tractatu de pœnis legum temp.* † Iuxta verba, Iul. Clar. *in l. aut facta, ff. de pœnis*, dum ait, *spectanda esse audita, aut scripta, aut consilia, & hæc septem modis consideranda esse, causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, & euentu.* Ex quibus patet certam quidem regulam tradi non posse: tamen ex dictis colligi fere in omnibus æquitatem esse sequendam. Et de ratione qualiter pœna à lege, vel ab homine sit infligenda: Videndus Couarruuias *libro* 2. *variarum, cap.* 9. † Vbi addit, *numero* 8, quod si lex certam pœnam statuat, possit, Iudex ex causa illam moderare, vel augere ipsum: *ibi*, late Videndus, *& in cap.* 8. vbi agit de alio dubio, an iustum sit aliquem ob alterius culpam puniri. 13 14 15 16

Ad quartam partem quæstionis, in quo di- 17
stinguantur

ſtinguantur æquitas, & rigor, iam ex dictis non parum patet, ſed vt vberius pateat, accipies quæ ſequuntur; etenim æquitas rigori exiſtimo Iuri eſt oppoſita, nam illa eſt mitigatio Iuri ſcripti, ex aliqua iuſta cauſa, circunſtantia perſonarum, rerum, aut temporum; quemadmodum deducitur ab Ariſtotele *lib. 5. Æthicorum cap. 16.* & author eſt Conſultus *in l. bona fides, ff. de expoſitis*, qui exempla huic dicto ſuppeditat: ſic & Quintilianus *lib. 7. inſtitut. cap. 7.* eo exemplo vtitur, quo & Michaël Epheſius *ſuper Ariſtotel. in dict. cap. 10.* de lege ſtatuente, quod Peregrinus muros aſcendens occidatur, cuius legis verbis, & rigori ſtricto ſubeſt Peregrinus muros aſcendens, hoſtes vrbem inuadentes eiecit, & fugauit; ſed tamen adeſt æquitas quæ legem *ſupra* ſcriptam interpretatur, & dictat hunc Peregrinum occidendum non eſſe.

18 Vnde conſtat æquitatem eſſe admirabile quoddam temperamentum, quod ex perfecta ratione omnia moderatur, *l. Diuus, ff. de in integ reſtit. l. ſi ſeruo fideicommiſſar. ff de hæred. inſtituend.* explicat Ioannes Corraſius *lib. 2. Miſcellan. cap. 18.* Furtunius, & Budæus *in l. 14. ff. de Iuſtitia*. Et hinc fieri vt hæc moderatio ab æquitate deducta Ius ipſum non violet, ſi legiſlatoris mentem inſpiciamus, ſicuti manifeſtum eſt; imò addit Couarruuias *in reg. poſſeſſor. 2. p § 6. num. 3.* vt æquitas iſta proferat Iuſtitiã, authore Conſulto *in l. 1 ſi. de Iuſtitia*, vbi ſcriptũ eſt ius eſſe artem boni, & æqui, vti ex pluribus legibus iam eſt dictũ; quo fit vt æquitas ſit moderatrix, quæ à Iure non diſſentit; nam & Cicero *ad Herenniũ lib. 3. Iuſtitia*, inquit, *eſt æquitas ius vnicuique tribuẽs pro dignitate cuiuſque*, & idem Cicer. *lib. 1. offic.* inquit, *in primis operam dabunt, vt Iu-*

19 *ris, & Iudiciorum æquitate ſuum quiſque teneat.* † Vti etiam probat Textus *l. cum nec Patronos, Cod. de iniuriis*, quod ſi quando æquitas à Iure, vel à Iuſto diſtingui videatur: tunc eam diſtinctionem, vel referendam eſſe ad Ius ſtrictum, & ad Iuſtum, quod à ſcripta lege deſcendit, vel ad æquitatem, quæ remiſſio potius benigna ſit, & ad indulgentiam quandam atque humanitatem quæ ad Ius ipſum ſpectet.

20 Ex his infero Ius ſtrictum dici quod prædurum ſit, ita & aſperum, à quo non liceat, nec latum vnguem diſcedere cuique nihil addi, nec detrahi poſſit, niſi quod ſcriptura loquitur, *l ſi alij, ff. de vſufructu legato, l. contractus, Cod. de fide Inſtrumentorum.* Hoc inquam Ius, ſtrictum, quod nullam admittit interpretationem ſubtile appellatur, & benignæ, atque humanæ interpretationi, æquitatique opponitur *l. generaliter, §. ſiquis ſeruo, ff. de fideicommiſſ. libert.*

21 Et ex hac ratione talè Ius nullam admittens interpretationem, & intelligens prædure leges, & conſtitutiones, iuxta litteram à veteribus authoribus dictum eſt ſummum Ius; quod idem ſumma iniuria cenſetur cum nimis durè, atque ſeuerè, abſque nullo temperamento, ex eo leges accipiantur; etenim ſummum Ius appellatur, quoties de verbis tantùm legis contenditur, nec ſpectatur quid ſenſerit qui ſcripſit, àut qui loquutus eſt; quo in genere plerumque ſub authoritate Iuris, perniciosè erratur, dicta *l. ſi ſeruum, §. ſequitur, ff de verb. oblig.*

22 Et hinc Cicero *lib. 1. officiorum exiſtunt*, inquit, *etiam ſæpè iniuria calumnia quadam, & nimis callida Iuris interpretatione ex quo illud ſummum Ius ſumma iniuria, factum eſt, iam tritum ſermone proverbium*, hactenus Cicero qui & *oratione Cecinna*, eleganter ſcribit, cæteri tum ad iſtam hortationem decurrunt, cum ſe in cauſa putant habere æquum, quod defendant, ſi contra verbis, & litteris, vt dici ſolet ſummo Iure contendunt, ſolent huiuſmodi iniquitati, & boni, & æqui nomen, dignitatemque opponere meminere, & huius prouerbij, Columella *lib. 1. rei Ruſticar. cap. 7.* † Et Valerius Maximus *lib 8. cap. 2.* & 23
Terent. *in Heauton.* dixit *ſummum Ius ſæpè ſumma malitia*, & hoc in Iure ſæpè appellatur Ius ſubtile, vt *in l. ſi ita ſcriptum in princip. ff. de liberis, & poſthumis, l. in libello, §. Codicilli, ff. de captiuis, l. ſiquis ita ſcripſerit, §. 1. ff. de manum. teſtam. l. ſi tibi, ff de donation. l. filio præterito, ff. de iniuſto rupto, l. per fundum, ff. de ſeruitut. Ruſticor. prædior.* hocque Ius æquitati opponitur, de qua iam diximus, quæ dictat talè Ius alioqui ex variis cauſis interpretandum, & moderandum in maximam Reipublicæ vtilitatem.

Ad vltimam quæſtionis partem quomodo 24
intelligatur arbitrium dico, plerumque accidere ſuper clauſula ſolita apponi in reſcriptis *arbitrio Rotæ*, quæ etiam apponi ſolet in commiſſionibus cauſarum, quæ diriguntur Iudicibus, & intelligitur illa clauſula; ideſt omiſſo rigore Iuris, & ſeruata æqualitate Iuris gentium: ſic notant pulchre Beninten. *in deciſ. 32.* Rotæ Bononienſ. Riccius *collect. 1297.* vbi refert ſic tentum per Rotam in vna Cathanienſ. illegitimitatis de anno 1583. coram Fel. Rec. Clemente Papa Octauo, tunc auditore, & quamuis hæc clauſula *arbitrio, &c.* importat, prout de Iure, Cæſar. de Graſſis *in deciſione 8. hoc titulo*, cum ſimilibus. † Tamen eſt verum quod dat facul- 25
tatem aliqualiter diſcedendi à regulis Iuris, Creſcent. *in deciſ. 4. de teſtam.* maximè quando reſcribitur illi qui alia habebat Iuriſdictionem, & ſic facultatem procedendi, prout de Iure, quia tunc videtur magis accedere ad liberum arbitrium, ne alias, ſi redigatur ad meros Iuris terminos, illa commiſſio fiat ſuperflua, vt fuit latè in Rota reſolutum in vna romana Cortini 6. Martij 1606. coram Sacrato, reſoluit Riccius *ſuprà*, quod adjunges pro majori intellectu, Textus *in cap. prudentiam de officio delegati*, cum *cap. cum dilecta de reſcriptis*, de quibus aliqua adduxi *ſuprà in cap. 1. hoc tit.*

QVÆSTIO II.

An in opinionum conflictu ſit ſequenda æquitas, aut rigor: An in caſu dubio detur locus Epicheiæ: Et quid debeat Iudex facere in dubio pari?

SVMMARIVM.

1 *Opinio probabilior, eſt à iudice ſequenda.*
2 *Variari fere omne poteſt, tempore loco.*
3 *Iuſtinianus ſuo tempore admiſit vſuras, & repudia.*
4 *Dicterium quot capita, tot ſententiæ à quo habuit ortum.*
5 *Pictoribus orbis, tot ſunt mores, quot in orbe figuræ.*
6 *Opinio vna quare ceſſet, propter aliam.*
7 *Æquitas eſt præferenda rigori in opinionum conflictu, & varietate.*

8 *Æquitas*

8 *Æquitas est omnium plenior, & certior modus interpretandi leges.*
9 *Practica est legum intellectrix.*
10 *Opinio, quæ nititur posterioribus fundamentis, præfertur alijs, n.11.*
11 *Opinio commmunis plurium Doctorum corroborata authoritate, & rationibus præfertur.*
12 *Doctori ex proposito scribenti in aliquo puncto, plus creditur, quàm aliis obiter alloquentibus.*
13 *Opinio, vsu, & consuetudine recepta, sequi debet, cum plures Doctores diuersè sentiunt.*
14 *Opinio totius integri collegij anteponitur, & quæ dimanat ab auditoribus Rotæ, n.15.*
16 *Bartoli opinio in Hispania anteponitur alijs, si probabili fundamento nitatur.*
17 *Opinio glossæ præfertur in concursu diuersarum.*
18 *Epieheia locus est in dubio speculatiuo; non sic in practico, n.19. vbi quid fiat.*
20 *Iudex in pari dubio pendulus fauet possidenti, & quid si nullus possideat.*
21 *Gratificationi locus est in Iustitia distributiua, non sic in commutatiua.*
23 *Iudex pro amico nequit Iudicare in varietate opinionum, nisi, in casu, quo abstractus à titulo amicitiæ, & affectu, sic pro eo existimet Iudicandum in conscientia, num.24. & 25.*
26 *Iudex tenetur iudicare sine retardatione, & secundum probabiliorem sententiam iuxta*, l.6. tit.5.lib.2.recop.

1 AD primam quæstionis partem, vt vbetius respondeas adjunges, quæ adduxi *suprà in cap. Capellanus* 4. *de ferijs, quæst.*4. vbi an vltima opinio præualeat antecedentibus, vbi quid de opinione minus probabili? quam opinionem teneatur sequi Iudex, &c. Vnde iam superuacaneum videtur vlterius agere, cum debeat opinio probabilior à Iudicè sequi, vide *infrà n. fin.* cumque in hoc latissimo Iurisprudentiæ campo,
2 nihil firmum, nihil constans sit, imo vt † Inquir, consultus parum sit, quod subuerti non possit, ex *l omnis defyuitio, ff. de reg. Iuris*, & hac de causa varientur interdum leges deficiente ratione primæua, quæ à principio leges ipsas peperit, atque produxit, & mutantur circa rationem ipsam naturalem, quæ nullo circunscribitur loco, nec tempore, secundùm conditionem, exigentiam locorum, hominum mores diuersos,
3 rerumque ipsarum vicissitudinem. † Ob idque Iustinianus corruptissimi sui temporis, necessitate, impellente vsuras, & repudia (duo in Republica detestanda mala) admisisset, actor est Bernard. *in cap. Imperator* 10. *dist.* possentque rerum similium prope infinita exempla commorari.
4 † Indéque ortum cum homines sint faciles ad dissentiendum; illud dicterium, *quod capita, tot sententiæ*, iuxta illud Portij relatum à Glossa in verbo *multo magis*, *l. Barbarius, ff. de officio prætoris.*

Milla hominum species, & rerum discolor vsus.
Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

5 Nam vt etiam, Ouidius 1. *de arte amandi in fine*, asserit.

Pictoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ.

Comprobat Glossa *in cap. quia diuersitatem de concess.* præbendæ verbo *diuersitatem*, pulchre Burgos de Paz *in proœm. leg. Tauri ex n.*277. optimè, Ceuallos *in proœmio pract. quæstion. ex n.*127.
6 Zenedo *in pract. quæst.*8.*n.*1. † Vbi ait inde oriri, quod vna opinio, quæ olim magis fuit communis, hodie sit sublata, & contraria, recipiatur dicunt Iason *in l. venditores, de verb. oblig.* aduertit Quesada *cap.*16. *ex num.*4. & ab hinc Doctores laborare quænam sit opinio sequenda, vbi earum adest conflictus, nunquid quæ æquior, vel quæ rigorem continet.

Vnde primo existimo respondendum ex adductis quæstione præcedenti, quod in opinionum conflictu, & earum varietate, si commodè fieri potest vtique pro æquitate contra rigorem pronunciandum sit; ita vt benignior opinio, debeat præferri, iuxta Textum *in l. ea quæ §. in re dubia, ff. de reg. Iuris, l. si fuerit in fine*, ibi *hoc valere, benignum est, ff. de leg.*3. *l. proximè*, versic. *sed in re dubia, ff. de his, quæ in testam. delemur*, Ceuallos *in præfation. quæst. pract. n.*41. & 42. Menochius *cons.*401.*n.*119. tradunt Natta *cons.*36. *num.*10. & *cons.*452.*num.*43 Cagnol. *in l. non potest videri improbus, num.*5. *ff. de reg. Iuris*, Decius *in l. si tibi pecuniam, num.*6. *ff. si certum petatur*, Rolandus *cons.*64. *volum.*3. *ex num.*13. Leuizan latè *in silua nuptial. lib.*5.*n.*68. Farinacius *in praxi crimin. lib.*1. *quæst.*27. *n.*116. nam æquitas profertur rigori, ex *l. placuit, ff de Iudiciis*, Iason *in l. stipulati sumus in* 4. *notab. ff. de verborum obligatione*, Morla cum aliis *in emporio p.*1. *tit.*1. *quæst.*11. *num.*33. † Æquitas enim, est 8
omnium plenior, & certior modus interpretandi leges, vt inquit, Baldus *in l si defunctus, Cod. de suis, & legitimis col. vltima*, versic. *& noto quod æquitas*, & ex Textu *ibi*, notant omnes canonistæ *in cap. fin. de transact.* Felinus *in cap. ex parte el* 2. *num.*3. *de officio delegati*, & satis liquet ex ante adductis *suprà tota quæst.*1.

Vnde infero, vt cum consuetudo sit optima 9
legum interpres, de cuius efficacia dico *in tit. de consuetudine*: aliqua *suprà in cap* 8. *de Iudicijs*, & in aliis Iuribus, & practica sit vera legum intellectrix, quia tunc intelliguntur leges, quando practicantur, vt notant Bartol. *in cap.*1. *de feudis sine culpa, non amit. in princ.* & ex aliis multa congerens de excellentia practicæ: referunt Marsilius *in princ. sua pract. crimin.* Aymon *consil.*118. *num.*2. Simon de Prætis *in proœm. vltimar. voluntat. n.*32. Cauallin. *in milleloquio* 140, pulchrè Ceuallos *in præfatione practic. ex num.*71. & alij relati à Zenedo *dicta quæst* 8. *n.*5. † Ideò 10
omissis modis dicendi circa eligendas Doctorum opiniones, quos ipse refert, existimo nulla habita distinctione, siue opinio reperiatur in consiliis siue lecturis, vel tractationibus Doctorum, illa inquam sit præferenda, quæ potioribus nititur fundamentis, vt iam *suprà* dixi *in dicto cap. Capellanus de feriis sub dicta quæst.*4. quare cum latè *ibi*, & in hoc puncto scribat Zenedus *dicta quæst.*8. ideo non repetendo quæ cum multis ipse scribit: sic ego sub laconismo difinio.

Nam si sententiæ contrariæ reperiuntur su- 11
per aliqua re, siue in lecturis, tractatibus, vel consiliis illa opinio præferenda est, quæ communis dicitur, vel quæ plurium Doctorum authoritate corroboratur, præsumitur verior, sed rationes earum sunt attendendæ. † Ob idque 12
Doctori ex professo aliquam quæstionem ad partes agitatam, siue in lecturis, siue in consiliis majot

major fides est adhibenda, quàm Doctori, qui
13 per transennam de illa aliquid dicat. † Tamen si sint Doctores plures, qui ex proposito quæstionem, seu opinionem pertractent, & sint inter se desidentes, siue in lecturis, vel tractatibus illam sententiam esse anteponendam, quæ vsu, & consuetudine prouinciæ approbatur.
14 † Et sic inter opiniones contrarias proferendam esse illam, pro qua respondit totum vnum integrum collegium, maximè, quando est sapientis-
15 simorum virorum. † Et in conflictu opinionum esse anteponendam eam, quæ dimanat ab auditoribus Rotæ, ob summam eorum autho-
16 ritatem. † Imò Bartoli opinio anteponitur aliis in Hispania, etiam si communis alia sit, in contrarium; quod intelliges si probabili, & solido
17 fundamento nitatur. † Item quod opinio Glossæ in concursu diuersarum opinionum sit præferenda: alia ex multis videnda congerit Zenedus *vbi suprà dicta quæst.8.à num.*10. vbi ex proposito dubium nostrum agitat. Quare nunc amplius non insisto; & quia iam alibi nonnulla adduxi, & leges Gomezium *in l.*1.*Tauri.*

18 Ad secundam quæstionis partem, quia Thomas Sanchez *lib.*2. *de matrim.disput.*41.*à num.*37. reperit de dubio, nunquid in dubiis locus sit Epicheiæ; & quia de ea adduxi sub *c.*12.*de Iudicijs*, vbi etiam ad quem spectet explanatio legum, & priuilegiorum; item & interpretatio; ideo nunc breuissimè respondeo, quod etsi Ioannes Sanchez *in selectis disp.*43.*num.*8. Mordicus teneat negatiuam sententiam, quia iniustum esset Ius dubium ab Epicheia dictari, præferendumque esse Iuri certo, Sotus *de Iustitia lib.*6. 1. *quæst.*6. *artic* 8. Vasquez *in* 3 *p. D. Thom. tom.*3.*disp.*219. *cap.*8.*n.*43. Suarez *de legibus lib.*6 *c* 8.*n.*10. Morla *tom.*1.*disput.*3.*corrol.*7.*n.*128 & sic recurrendum esse ad superiorem, vt declarat, si voluerit ad illum casum, legem suam extendi, quam sequitur Diana *p.*4. *tract.*3.*resol.*23.

19 Verùm existimo quod quando dubium est speculatiuum, & incomplete practicum, quando dubium, v. g. adest, an superior in illo casu velit obligare aliquem, poterit ipse ad vitandam incommoditatem sequi partem minus tutam, quia vt ait Enriquez *lib.*14 *cap.*3.*n.*3.*in glossa littera X*, æquitas, & Epicheia suadet temperandum legis rigorem in dubio iuxta præsumptam intentionem legislatoris, quia in dubio melior est conditio possidentis Innocentiam suam. Verùm si dubium est complete practicum; ita vt de intentione legislatoris non est cur dubitetur existimant Doctores primam sententiam tutiorem: vide Syluestrum, verbo *Papa q.*16. *dist.*2. *in fine*, & verbo *dispensatio quæst.*4 Cordubam. *in quæstionibus lib.*3. *q.*13. *ante regul.*1. Salas *in* 12 *tom. tract.*2.*disp.vnica sect.*15.*num.*260. Et videtur suaderi ex dictis *suprà quæst. praeced.* alia dicit videndus Castrus Palaus *tomo* 1.*disp.*3. *punct.*8 *n.*4. cum aliis.

20 Ad tertiam quæstionis partem, quid sentiendum in pari dubio; & quia iam alibi non pauca adduxi, dico primo existente pari dubio Iuris vtriusque partis; ita vt omnino Iudex sit pendulus, teneatur Iudex possidenti fauere, nec ipsum posse cogere, vt partem restituat, quia Ius reti-
21 nendi habet possidens in hoc dubio. † Sed si neuter possideat, teneri Iudicem inter vtrumque diuidere, quia æquum est vtriusque Ius. Petrus de Ledesma *de matrim. q.*45.*art.*1.*dub.*2.*ad* 3. primæ sententiæ docet rem indiuiduam posse Iudicem applicare, cui voluerit, vt duobus æque dignis petentibus beneficium possit Episcopus eligere quem maluerit, quia indiuiduum est. † Sed hoc 22
exemplum non facit, quia loquitur in Institia distributiua, in qua locus est gratificationi, non æque in commutatiua, de qua nunc loquimur, & ex Sanchez impugnat, hoc Ioannes Salas *in* 12. *tract* 8.*disp.vnica sect.*23.*n* 240. dicens forte diuidendum, quia lex Iustitiæ, & hanc vt inter eos diuidatur docet Salas sed tu ad eam respondebis ex his quæ latè adduxi *in cap. licet.*9.*de probat.quæst.*1. cum aliis, vbi de duobus possessoribus, vel neutro possidente, rem aliquam petente: de hac quæstione scribunt, Valer. *in different. vtriusque fori*, verbo *opinio differentia* 3. Tuschus verbo, *medium conl.*170. Homobonus *in consult. casuum conscient. p.*7. *resp.*26.*vol.* & videbis quæ dixi *sub c.*9 *de prob. q.*1.

Vnde infero ad dubium, an in dubio æquali 23
possit Iudex vni gratificare parti, & vt latè dissolnas leges quæ adduxi *suprà in d.cap.licet.*9. *de probation sub quæst.*1. & ex proposito *in cap.in nostra* 32. *de testibus q* 2. versic *ad primam* Et vt vgenitus eam tractes quæstionem leges, Zenedum *in d.q.*8. *practicarum*, vbi reprehendit Doctores tenentes in conflictu opinionum posse Iudicem pro amico pronunciare ex rationibus ab ipsis relatis, eo quod potest Iudex ad libitum, quam velit opinionem sequi, quando magnus est Doctorum conflictus, vt pluribus relatis tradunt Menoch. *de arbitrijs casu* 177.*n.*7. & de retinenda *remed.*3.*n.*764 Burgos de Paz *in proœm.leg.Tauri, n.*162 *&* 402. Mascardus *conclus.*1138.*n.*20 Ceuallos *in præfat.pract.quæst.*101. Morla *in emporio* 1.*p. tit.*2.*q.*5.*n.*15.*&* 30. inferentes bonum esse habere Iudicem fauorabilem; & sic Glossa *in cap.venerabilem de electione*, docet verbo *fauere*, vt cum causa fuerit ambigua, posse Iudicem fauere licite cui voluerit, parte fauere, ex Textu *l.si quis seruum, §.si inter duos, ff. de leg.*2. Tamen vt dixi, Zenedus *dicta quæst.*8.*n.*21. Ioannes Garcia *de nobilitate, in initio, n.*11. irrident eos, qui existimant in Iure esse quæstiones pro amico. † Non enim 24
Iudex debet moueri amicitia, vel alio animi motu, sed Deum solùm spectando declinare debeat in eam partem, quam in sui conscientia, veriorem esse existimat, ita animaduertens vt quamuis Iura debeant in re dubia pro reo, pro dote, pro matrimonio, pro religione, pro testamento, & Ecclesia, ac pro aliis causis similibus Iudicandum fore; non tamen Iubent Iudicandum pro amico vt pulchrè aduertit Menochius *de arbitrarus casu* 339.*n.*32. Dixit etiam Zenedus *collect.*134 *n.*2.
† Et sic in varietate opinionum poterit Iudex 25
eligere quam maluerit, si abstrahatur à titulo, & affectu amicitiæ, Salon.2. 2. *q* 63. *art.*4. cum aliis, Zenedo *dict.q* 8.*n.*21. vbi cum Tyraquello *de priuilegijs piæ causæ*, respondet ad Textum *in cap. nisi in pract. de officio delegati*, vbi Papa cuipiam pœnam peccati remisit ratione specialis dilectionis, vbi ordinarij, quia aliud est respectu remissionis pœnæ aliud tamen cum sit dicturus sententiam inter partes, &c.

Et adjunges alia quæ notaui *sub præmisso cap* 1. 26
*de constit. à n.*5. & verba *legis Regia* 6. *tit.*5 *lib.*2. *Recopilationis*, vbi loquens de Iuramento præstando ab auditoribus Regi inter alia iurant iuxta, versic. *illius legis* 16. *Otro si que en los pleytos que ante nos vinieren los libraremos lo mas ay*

no

na y mejor que podieremos bien y lealmente por las leyes de las fueros y derechos por deuarios de nuestros reynos no per amor ny dei amor, ny miedo, ny per don, ny promisso de ma anos de la verdad, ny del derecho, quibus verbis iactatur à paucis Iudicem debere iudicare secundùm probabiliorem opinionem, de quo dixi *in dicto cap. 4. de feriis q. 4.* vers. ad tertiam.

AD TEXTVM IN CAPITE III.

Non potest, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. QVaternus in Textu nostro agitur de deponendo Sacerdote, & quod non fiat sine iusta causa; Ideò applicabis quæ latè adduxi *suprà in cap. at si Clerici 4. & in cap cum non ab homine* 10 *de Iudiciis*, vbi nonnulla adduxi de depositione, seu degradatione Sacerdotum, & docet Barbosa intelligi Textum de verbali depositione.

II. Et ibi *non potest*, quid hoc verbum *non potest* importet dico *infrà in cap. 1. de Regulis iuris lib. sexto.* Pro intellectu, & materia scribit nonnulla legendus nouissimè Matthæus Collerus *de processibus executiuis parte 4. pagina* 143. *ad Textum hunc.*

AD TEXTVM IN CAPITE IV.

Ea quæ hoc Titulo.

PRÆMISSVM

I. HIc agunt DD. de confirmanda sententia per Papam ab inferiori lata, de quo adiunges quæ dico *infrà de confirmatione vtili, vel inutili.* II. Item adiunges infrà referenda *in cap. 7. de appellationibus*, vbi ago de quæstione, vtrum ab inferiori omisso medio appelletur licitè ad Papam. III. Et adiunges quæ dico *infrà in cap. in causis 19. hoc tit.* vbi quod Papa in sententiis, quas profert ordinem iuris seruat. IV. Et pro exornatione nouissimè lege ad Textum hunc Matthæum Collerum *de processibus executiuis p. 4 pag. 144.* vbi *num. 5.* dicit quod superabundans cautela non nocet, & *n. 6.* quod petitio confirmationis habet triplicem effectum, primò vt faciat rem confirmatam maioris authoritatis ex Textu *in c. quis nesciat, dist. 11.* Secundò si actus minus est validus reddit eum validum, si ex certa fiat *cap. 1. de transa'l.* quia geminati actus plus operatur quam simplex *l. Balista* 32 *ff. ad Senatusconsult. Trebell. Auth si mulier, C. ad Senatusc. Velleianum.* Tertiò si ex certa scientia, & cum causæ cognitione sententia prima fuerit confirmata, non potest postea inferior Iudex contra illum iudicare ex Gloss. hic in verbo *roborentur, & ex cap. 1. & 2. de confirmat. vtile*, nam alia dicit Felinus.

Fermosin. de Exceptionibus.

AD TEXTVM IN CAPITE V.

De Cætero, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. TExtus iste agit de facultate iudicum executorum, quibus mandatum est exequi sententiam, cumque Textus iste videatur confundi cum decisione Textus, *in cap. cum consultationem* 15. *hoc tit.* in vltima eius parte in versic *sed nec exequutionem*; ideo aduertes ibi agi de actu sententiam latam exequendi à Iudice pronuntiante quando, & quot modis contingat. II. Hic tamùm agitur de Iudicibus executoribus, siue mandatariis, qui pertinent ad tractationem tituli *de officio deleg.* de quibus expressim *in cap. pastoralis, §. quia vero igitur*, cum de natura & officio horum Iudicum executorum hic agant Doctores; Ideo existimaui hic nonnulla prælibare, quæ conducunt ad praxim nostri Textus, vtpotè quo ordine executor se gerat in exequendo, & in cognoscendo de aliis incidentibus Articulis obiectis à parte condemnata, & ab aliis tertiis. III. Et pro perfecta explicatione, an appelletur de executore Iudice videbis suprà *in cap. exhibita de Iudiciis q 3.* infrà *de appellationibus in Rubrica quæst. 4. versic. ad quartam*, & quæ dico infrà *in cap. nonnit* 43. *de appellationibus.* Adiunges pro exornatione, quæ ad hunc Textum nouissimè scribit Matthæus Collerus *de processibus executiuis p. 4. pag. 146.* vbi postquam *n. 9.* ait quod omnes exceptiones, etiam peremptoriæ ante conclusum in causa proponendæ sunt, non autem post sententiam ponat fallentia octo veluti nullitatis, & fraudis, ac similibus in exceptione nouiter orta emergente quæ demum incipit competere post demandatam executionem, & in exceptionibus quæ non concernunt ipsam causam, ac in aliis ab eo telatis, quarum nonnullas infrà expendo.

QVÆSTIO I.

Quare Iudex deputatus pro executione sententiæ admittat exceptiones nullitatis, seu fraudis, cum executor vllam exceptionem queat admittere oppositam, imò & si eam admittit de ea cognoscat, nec ad Iudicem superiorem remittat cognoscendam: An in executione Sententiæ partis citatio desideretur: Et an requirere possit vnus, vt alius eius sententiam exequatur?

SVMMARIVM.

1 L. si vt proponis, l. executorem, Cod. de executione rei iudicatæ. n. 11.
2 L. 1. ff de Iurisdict. omn. Iudic.
3 *Executor potest cognoscere de veritate, seu falsitate precum.*
4 *Executor admittit exceptiones nullitatis, seu fraudis.*

Z 5 *Executores*

5 *Executores Iudices quare vocentur extraordinarij.*

6 *Executores sunt in triplici differentia meri facti, aut Iuris, aut mixti numeris sequentibus.*

7 *Merus executor, propriè executor dicitur, de quo intelligitur, Textus noster n.8.& 11.*

9 *Mixtus executor quis dicatur, & verus est Iudex, n.10.*

11 *Merus executor, nullam habet cognitionem, nec exceptione admittere post & de eis Iudicare.*

12 Cap cum contingat de rescriptis.

13 Cap. pastoralis, § quia vero de officio delegati, n.14.

15 *Executor in executione sententia, nunquid necessario debeat citare partem, n.16.& 17.*

18 *Requirere potest Iudex vnus, vt alter exequatur eius sententiam.*

1 AD primam quæstionis partem, & contra decisionem Textus nostri insurgunt sequentia, primo Textus *in l. vt proponis, l. executorem, Cod. de executione rei Iudicata*, vbi executor non
2 potest exceptionem aliquam admittere. † Secundò si contingat vt exceptionem admittat, de ea cognoscere posse patet, cum exeat illius cognitionem ad superiorē remittere; ergo ex vtroque latere, videtur Textus hic claudicare: sic colligitur ex Textu *in l.2. ff de Iurisdict. cap. præ-*
3 *terea cap. prudentiam de officio delegati.* † Et sic videmus quod possit executor cognoscere de veritate, seu falsitate precum, vt patet ex Textu *in l. & si non cognitio. Cod. si contra Ius, vel vtilitatem publicam, cap. dicenti, §.& si non cognitio 25 quæst.1.* imò & sunt alia quibus hæc decisio labefactari videtur.

4 Sed reuera ea est defendenda decisio, quæ confirmatur ex Textu *in l. si prætor 35. in princ & in §. Marcell ff de Iudiciis*, Textus optimus *in d.l. sicut proponis, Cod. de executione rei Iudicata, c. pastoralis, § quia verò de officio deleg.* tradunt. & alia Iura congesta à Graña *hîc*, Balboa, & alij ordinarij citati à Barbosa, quibus ex modernis adduntur, Vantius *de nullit. sit. coram quo, n.22.* Menoch. *de arbitrarijs q.38.* Roland. *cons.37.* Graña *dec.207. à n.6.* Albertinus *de agnoscend q.22. à n.6.* Couar. *lib.1 variar. c.1. n.10* Mxtant. *de ordine, disp.1. n.12.* Bobadilla *in polit. lib 2. cap 20. n.47* Scaccia *de appellat. q 17. limit. 10. n.37.* Grat. *discept. forens c.146. num.10.*

5 Vt tamen clariùs pateat adnotandum est hos Iudices executores extra ordinarios vocari, nam sunt qui ex sacra iussione. & forma dentur, qui Iudices propriam iurisdictionem non exercent, sed sibi commissam ab habente potestatem, quo pacto extraordinarij appellantur; vt resoluunt Paz *in praxi temp.1. num 50.* Rodriguez *de examinando processu, n.43. in fine.*

6 Et hi verò sunt in triplici differentia, nam vel Executor est merus facti. cui scilicet merum factum executionis committitur absque aliqua cognitione, quoniam iam omnis cognitio præcesserat, tam super principali negotio, quàm super aliis accidentibus; & super ipsa executione, *l. Executorem, Cod. de executione rei indicata* notauit Bartolus *in l. à Diuo Pio num. 10. ff. de re*
7 *Iudicata*, Abbas & Felinus *hic, num.5.* † Et iste solus reuera propriè Executor dicitur, vt ex *dicta l. Executorem.* rectè ostendit Glossa ibidem verbo *executorem, cap. super quæstionum de officio delegati*, cui tantùm competat curare, vt sententia è Iudice prolata exequatur absque eo, quod tali executioni fiat impedimentum; alius dicitur Executor Iuris, alius mixtus.

Vnde existimo Textum nostrum intelligi in 8
mero Executore, cui in auxilium iurisdictionis integra adhuc, non discussa sententiæ executio committitur, nam cum Textus hîc agat de executore, qui propter discussionem causæ principalis, tantummodò potest cognoscere de exceptionibus sententiam infringentibus ad effectū vt remittat, non verò vt definiat, vt probant præter relata iura Textus *in cap. fin. § fin. de officio deleg. cap si quando, cap sane 2. eiusdem tituli. cap ei qui, § ab Executore 2. q.2. cap.2. de crimine falsi cap sollicitudinem 54. versic si verò de appellationibus*, & iste est ille, qui vocatur Executor iuris, de quo Textus hîc intelligitur nam iste Executor iuris est ille, cui ius executionis committitur. & habet super executione ipsa iurisdictionem; nam quoad illam adhibita non fuit à Iudice superiore cognitio *l. pen. ff. de confess. dicta l. à Diuo Pio in princ. & §. si super rebus, ff. hoc tit dicta l. si Prætor, ff de Iudiciis*, aduertit Abbas *hic n 4. & in d.c. Pastoralis, § quia vero, de officio delegati, n 3.* probant Balboa hic *n.18* contra Glossam hic volentem intelligi solùm de mero Executore; etenim dicendum est Textum nostrum intelligi de prædicto iuris Executore, cui committitur executio de qua non fuerat cognitum per Pontificem: sequitur etiam Barbosa *hic n 2.* qui hunc intellectum probat, etiam ex verbis hic *à nobis latam*, ex quibus apertè constat sententiam, de cuius executione tractatur, esse prolatam à Romano Pontifice, cui quidem ad illam exequendam non deficit Iurisdictio ex regula Textus *in cap per mundum 9 q.3* ac proinde necessario dicendum esse Executorem in hoc Textu, non in defectum, sed in auxilium Iurisdictionis, & ita ad faciliorem expeditionem fuisse constitutum; & vlterius probat ex illis verbis ibi *sententiam præcipimus per aliquem executioni mandari*, quibus constat fuisse delegatam sententiæ executionem integram, & adhuc non ventilatam.

Item notabis mixtum Executorem esse illum, 9
cui commissum est iam ius causæ principalis, quam executionis, vel quia id venit ex natura negotij. vel quia expressim id ei commissum est Abbas & Felinus hic, Decius *322. n.2.* vbi docet quod quoties alicui committitur alicuius facti executio, super quo nulla fuit lata sententia, cum ad executionem perueniri non possit, nisi præcedente cognitione *l.1. Cod. de executione rei indicata*, committendo executionem, videtur etiam causæ cognitio commissa. † Et sic Barb. ex Glossa 10
ibi, *Executor talis esset ordinarius in d.c. super quæstionum, n.15.* dicit quod executor mixtus verius est Iudex: sic Nauarrus *in cap. cum contingat de rescriptis causa 2. nullit. n.1.* & in hoc casu intelliguntur iura, quæ dicunt posse Iudicem Executorem cognoscere, vt *infra* expendo *q.3.* & iterùm quis merus, quis mixtus Executor dicatur Barbosa declarat cum multis *in cap. nouit 44. de appellation.* ibi videndus *à n. 5.* vbi de vtroque exemplificat.

Ex his patet merum Executorem nullam ha- 11
bere cognitionem, de quo intelligitur Textus *in dicta lege si vt proponis dicta lege Executorem de exception. rei Iudicata* loquuntur enim hæc

Iura

Iura in mero executore facti, qui propriè dicitur ille, cui nudum factum executionis committitur, veluti nuntius, cui committitur aliquem in possessionem mittere, postquam causæ cognitio præcesserit super principali negotio, & super executione, vt declarat Bartol. *in d.l. à Diuo Pio, n.*10 Balb *hic n.* 42. qui dicit tectù nostrum procedere in executore Iuris, non enim merus executor queit cognoscere de Iustitia, vel iniustitia causæ, quia hoc non spectat ad eius officium, sed solùm exequi cum multis Barbosa *hic*, inter quos Sigismundos, Scaccia *de appellat q.*17. *limitat.*10. *n.*37. vbi *num seqq.* multa tradit ad hanc materiam conducentia, non enim habet Iurisdictionem, nec cognitionem, Salgado *de protectione regia tomo* 1. *p.*4.*c.*3.*n.*11. Gratian. *reg.*178. & cum aliis etiam idem Barbos. *in d c pastoral. de offic. delegati, n.* 1x. in versic. *quod si non cognitio* Et sic notarunt Felinus *ibi à n.*16. Abbas *à n.*3. Cardin. *quæst* 8. Couarru. *in pract. quæst* 16. *num. vltim.* quod merus executor, nequit exceptiones admittere, nec de eis Iudicare.

12 Sed obstat Text. *in d c cum contingat de rescript.* vbi ordinarius, cui non cognitio, sed meri facti executio fuerat commissa, vt patet in princ. Text. ibi *denuncies excommunicationis*, & ibi *denunciet absolutam*, postest de rescriptorum validitate, & vtriusque delegati cognoscere; ita vt ex his, quæ cognouerit exequi, vel super sedere debeat: tamen Imula *ibi*, cum aliis, Zabar. *in d. c. pastor. c. quia verè* Butr. *n.*13 Nauarr. *in d. c. cum conting. causa* 9. *nullitatis*, dicunt Text. illum, vt ex fine constat non agere de cognitione Iurisdictionali, nec de illa, perquam discutitur Iustitia, vel Iniustitia mandati.

13 † In qua specie procedit Text. *in d. c. pastor.* §. *quia verè*, quem etiam Barb. intelligit procedere in mero Iuris executore in auxilium Iurisdictionis, dato *hic n.*3. sed tantum de informatione, & instructione quadam extraiudiciali per solam litterarum inspectionem, quæ ea nona prouisione, & authoritate illius Text. necessario exhibenda sunt ordinario, vt constat in littera ibi, *ex ipsarum tenore reprehenderis euidenter, & ibi ex litterarum inspectione* iunctis illis verbis, *quas tibi authoritate præsentium præcipimus exhiberi.*

14 Imò & Nauarrus *in dict. c cum conting. rem.* 1. *num.*7. refert Textum in *dicto* §. quia verò loqui de executore, & habere locum in Iudicè, à quo petitur auxilium ab Ecclesiastico, qui non est ipsius executor, sed par eius, Suarez *de pace in praxi, tom.* 2. *in præludio, n.*7. versic. *quando Index*, Gailius *lib.*1. *obseruat.*115. *num.*4. & 6. Azeuedus *in l.*15. *tit.*1. *lib.*4. *recop. num* 6. Franciscus Molin. *de brachio sæculari cap.*11. *num* 15. latè Farinacius *in praxi crimin. quæst* 97. *à num* 67. vbi *num* 73. asserit non procedere in criminalibus, Salced. ad Bernardum Diez *in pract. cap.*154.*n.*15. versic. *decimo.*

15 Ad secundam quæstionis partem, suppositis multis iam adductis de necessitate citationis *in cap. penult. de foro competent. in Rubrica de causa possess.* & ibi, *cap.*1. & *in cap.*2. *de testibus*, & alibi, nunc Iam breuiter in specie huius difficultatis resoluendum est, & Glossa *in l.*1. *prope finem, Cod. de Iudiciis*, disponit sententiam mandari executioni, sine partis cognitione. Et sic inferiùs Doctores citati à Gabriel *commun. opinion. de citatione conclusione* 1. citationem non

16 esse necessariam. † Sed vt citatio præ requiratur, tanquam æquius, & humanius, tenuit Cassa-

Fermosin. de Exceptionib us.

dor. *in decis.*6. *de caus. possess. & propriet.* quam sententiam alias fuit Rota sequuta, coram Cardin. Blanqueto in causa Taurien. Capellaniæ 14. Februarij 1589. & iterum in vna barchinoneo bonorum 16. Februarij 1587. coram Seraphino, & ampliat Ioseph. Ludouicus *in decis.*10. id locum habere, quamuis fiat executio super eadem re, super qua fuit Iudicatum, & inter easdem personas, inter quas fuit pronunciatum: sequitur Riccius. *collect.*1268. *ad relatam glossam d. l.* 1. *Cod. de Iudiciis*. vbi refert sic fuisse tentum per Rotam in vna Romana S. Thomæ 17. Decemb. 1564. coram Couino, & dicit hanc quæstionem esse minus controuersam. † Sed in praxi, & in mero exe- 17
cutore facti existimo priorem esse in vsu receptam, quia non multùm curatur de ea citatione cum iam coram Iudice sententiante, facta fuerit ad omnia.

Ad tertiam quæstionis partem, an requirere 18
possit vnus, vt alter eius sententiam exequatur, vt amplius agas de hac Iudicù requisitione, adjunges plura, quæ adduxi *suprà in c. postulasti de foro comp* & adjunges quæ adduxi *suprà de testib. in c. si qui testium* 8 *q.*3 & 4. vbi de remissorialibus, ad testium examen, & aliis. Quibus suppositis nunc breuiter dico quod potest vnus Iudex alterius Iurisdictionis Iudicem requirere, vt eius sententiam exequatur, vt notant Doctores per Text. *in d l. à D. Pio*, §. *sententiam ff. de re Iudicata*, ibi Bart. Alex. Iason, & Ripa Decius *ad leg fin. n fin. Cod. de edicto D. Adriani tollendo*, Iason *in l. cum quidam ff. de Iurisd. omn. Iudicum* Menoch. *in tract lib.*1. *q.*58. *n.*16 Bald. *consil.*221. *vol.*3 ob idque Gailius dixit *pract. obseruation. lib.*1. *obseruation.*115. *num.*2. Iurisdictiones sibi in viam mutuas operas ac manus præstare, qui agit de puncto, vt in executione, Iurisdictio vna aliam inuocet; sit enim executio per mutua diuersorum Magistratuum subsidia, vt docent relati, & Sebastian. Neuius *in sixtegma d* §. *sententiam*, vbi attingit *n.*3. cum eodem Gailio *d. obseru.*115 *lib.*1. *n*7. an Iudex sæcularis ad inuocationē Ecclesiastici brachium huic porrigat. Sed quia de hoc egi pleoè *suprà in c. cum non ab homine* to. *de Iudiciis à q* 33. ideo ad *ibi* dicta te remitto, vt intelligas quid quid desideraueris de hac inuocatione brachij.

QVÆSTIO II.

An Iudex requisitus, vt exequatur sententiam, possit cognoscere de nullitate, aut æquitate sententiæ latæ à requirente: Et an in executione præfatæ sententiæ, sit seruandus stylus curiæ Iudicis requirentis, aut requisiti: Et an si executor excedat modum, in exequendo, appelletur ad superiorem primi Iudicis Iudicantis, vel ad superiorem Iudicis auxilium dantis: Et an possit executor se abstinere, ab executione sententiæ, quando est notariè iniusta?

SVMMARIVM.

1 *Executor non cognoscit de viribus sententiæ: limitatur in Iudice requisito in Iuris subsidium, num.* 1.

2 *Iudex requisitus, potest de nullitate sententiæ cognoscere, si non requirit altiorem indaginem, si altiorem, remittet eam ad superiorem, n.3. fallit, n.4.*

4 *Executor potest differre executionem, si ex ea, sequeretur irreprobabile damnum, & exceptio nequit incontinenti probari.*

6 *Appellatio ab executore modum excedente in executione, ad quem interponetur; & in quibus ab executore appellatur, n.7.*

8 *Appellatio ab obligatione camerali, est prohibita.*

8 *Executor merus tenetur exequi sententiam Iudicis, etiam iniustam, n.10. nisi nulla sit notorietate facti, n.11. 12. 13. 14. expenditur, num.13.*

12 *Cornifices martyrum, peccabant exequendo sententias Iudicum.*

13 *Executor potest se abstinere, ab executione sententiæ, quæ notorie nulla est.*

14 Cap. pastoralis, §.quia verò de officio delegati, n.15.

15 L.si vt proponis, Cod.de exceptione rei Iudicatæ.

16 Cap.2.de crimine falsi, n.17.

17 L.ait prætor 75.§ Marcellus, ff.de Iudiciis.

18 Cap. cui est illata, cap. si Dominus, cap. Iulianus 11. quæst.3 cap. Inquisitioni 44. in principio de sententia excommunicationis, cap. per tuas, el a. de simonia.

19 Cap. si quando de officio delegati, n.10.

20 *Delegato exequenti, non est resistendum violenter, sed est requirendus eius superior, n.21. & n.22.*

22 *Iudex ordinarius nequit resistere violenter Principis delegato, vbi quid faciet.*

24 *Nullitas notoria dicitur, & euidens quando sic constaret ex actis, n.28.*

25 *Defectus patens, dicitur qui apparet ex actis; alias quod in eis non reperitur fingitur non factum.*

26 *Legata non facta probantur ex facie testamenti.*

27 *Nullitas probanda in continenti, impendit executionem.*

1 VT ad primam partem quæstionis respondeam, dicendum est ex nostro Textu executorem de viribus sententiæ non cognoscere, concordat Textus *in l. & si non cognitio, Cod. de exceptione rei Iudicatæ*, Riccius *collect.* 1160 ad Textum nostrum, qui limitat in Iudice requisito in Iuris subsidium, quia potest cognoscere de viribus sententiæ per alterum Iudicem prolatæ; Guido Pap. *decis.*23. & 574. Iasredus *in decis.*88. & Minsing *obseruatione* 69. *centuria* 3. & faciunt *d. quæst præced.* in versic. *ad primam* & iuxta hoc dixit Guido Pap. *in decis* 419. & 574. iam relata, Iudicem requisitum non cognoscere de nullitate, aut æquitate sententiæ: sequitur idem Riccius *collect.*1323.

2 Quod limitat, Antonius Faber *in decis* 1. *Cod. de executione rei Iudic.* vbi ait, vt quando discussio sententiæ exequendæ, non continet altiorem indaginem, possit Iudex requisitus de illius nullitate cognoscere: facit Textus *in l si prætor* §.1. ibi, *liquido, ff. de Indiciis*; quæ probat Balboa, *hîc n.*31. cognoscere executorem posse, quoties exceptio nullitatis, quæ opponitur probanda in continenti, altiorem indaginem non exigat, quia in omni exceptione, quæ opponitur ait id considerandum esse, iuxta Textum *in l. fin. Cod. si ex falsis instrum.* Couarruu. *in pract. cap.*25. & facit Textus *in l.*2. *tit.*21. *lib.*4. *compilat.* & *in l.*64.

Tauri. † Tamen si exceptio nullitatis opposita, 3
altiorem requirat indaginem, ait admittendam esse, & remittendam ad superiorem; sic vt interim executor prosequatur executionem, vt probat Textus, & ibi, Bartol. *in l fin Cod. de ordine*
cognition. † Nisi quando ex tali executione re- 4
sultaret irreparabile damnum, veluti si pœna corporalis esset imponenda quo casu differendam esse sententiæ executionem, quamuis exceptio non possit in continenti probari: argumento Textus *in l.*2 *Cod. de appellation.* Suarez *in l* 2. *tit. de los gouiernos, lib.*3. *fori q.*4. *n.*36. Ripa *in l.*4. §.*condemnatum, n.*21. *de re Indicata.* Sed quando dicatur exceptionem altiorem indaginem requirere, dixi *suprà in cap.* 1. *de ordine cognitionum, & in cap. litteras de rest spoliat* Nec obstat his Textus *in cap pastoralis*, § *quia verò de officio delegati*, quia de illo, & de aliis loquimur, *infrà* in hac quæstione in ve sic. *ad quartam.*

Ad secundam quæstionis partem, quia iam 5
ex alibi adductis potest latè disputari, ideo breuiter respondeo cum Riccio *dicta collect.*1323. versiculo *secundo*, & cum Guido Pap. *decis* 23. & cum Mariliano *decision* 16. & Treuis. *decision.* 31. *p.*2. seruandum esse stylum curiæ Iudicis requisiti.

Ad tertiam quæstionis partem, an si executor 6
excedat modum in exequendo, appelletur ad superiorem primi Iudicis, an verò ad superiorem Iudicis auxilium dantis; in quo dubio respondetur, vt si Iudex alius exequitur, ad litteras alterius sit appellandum ad superiorem illius exequentis, si verò ipse non exequitur, sed exequenti præstat auxilium: tunc siquidem præstat auxilium Iuris, puta excommunicando, vel interdicendo, vel Iurisdictionem denegãdo: tunc ab ipso appellatur, quoniam ipse actus est, qui me lædit, sin autem præstat auxilium facti, puta concedendo primo Iudici familiam, milites, & similia, tunc à primo Iudice requirente appellatur, quia ipse actus est; qui lædit ministerio alterius: sic in terminis decidit, & tenet Capella Tolos. *in decis.*340. Ricc. *collect.*1323. *in fine*, videndus etiam *in collect.*982.
† Vbi quamuis per Textum *in l. ab executore, C.* 7
quorum appell. non recipiantur, dicat quod ab executore non est appellandum, sed illud limitat quando executor non admisit compensationem; item si fiat ab executore mixto; & quod possit appellari, à sententia, qua pronunciatum est, procedendum esse ad executionem inchoatam, & quando executor excessit fines mandatis; item & posse ab executore appellari, si contra lua existat aliqua regionis constitutio, & de his loquitur cum Fabro *decis.*28. *de appellat.* Rand *decis* 29. Francisco Marco *in decis.*376 & 391. Balbo *decis.*500. Fabro *decis.*33.
Bellamera *decis.*31. † Et idem Ricc. *collect* 1907. 8
probat quod appellatio est prohibita ab obligatione cameralis obligationis: sic Gailes *q* 37. *n.*4. *fol.*118. firmat cum multis ampliationibus, & limitationibus; & probatur ex aliis decisionibus traditis à Riccio *vbi suprà* videbis *infra in cap. quoad consultationem.*

Ad quartam quæstionis partem, an possit exe- 9
cutor se abstinere ab executione sententiæ, quando est notorie iniusta, videtur vt non possit, se abstinere,

abſtinere, cum teneatur exequi ſententiam iudicis iniuſtam, vt probat Textus *in d.cap paſtoralis, §. quia vero de officio delegati*, cum ad ſubditum non pertineat deciſio Iuſti, vel iniuſti ſuperioris præcepti eo quod ſatiſſit, quod apparenter ſit iuſtum, vel ita præſumatur, *cap. in iſtis diſt.4 cap. qui reſiſtit.11. quæſt.3.cap. quo iure 8. diſt. cap. inferior 21.diſt.cap.omnis anima de cenſibus; cap. mag-*
10 *num 11. quæſt. 3.* † Et ſic Archidiaconus, Ioannes, Andreas, Dominicus, Francus, & Monachus *in cap. ſi eo tempore de reſcriptis,lib.6.* Alciatus *in cap.1.num 108.de offic. ordinarij* Afflictis *deciſ.*210.Rolandus *conſ.*137.*num.7. lib.*1. Maranta *diſput.*1 *à num* 4.Gig *de crim læſæ maieſt tit. qualiter in crimine læſæ maieſtatis procedatur,quæſt.*16.Belluga *in ſpeculo Princip Rub.*11.*§ tractandum, num.4. ad finem*, Iacob. de Graſſis *in aureis, dec.p.1, lib 2. cap.10.num.*23.docent merum executorem poſſe iniquam exequi ſententiam; nam ipſe, & ſi videat, ſententiam iniuſtam, & exequendo eam faciat contra propriam conſcientiam, non tamen per hoc debeat retardare dictam executionem, cum nullam habeat cognitionem.

11 Sed quia Felinus *hic col.*1. Gratianus *reg.*422. *num.*8. Abbas *in dicto §. quia vero, num.*2. Imola, *num.*3.Rolandus *conſ.*37.*n.*13.verſic.*quinto*, Franciſcus Molinus, *de brachio, cap.*11. *num.*39. Salcedus *cap.*154.*num* 12. verſic. *verum*, Menochius *de arbitrariis, quæſt.*38.*num.*21.docent per Gloſſam *in dict.§ quia verò*, verſic *ſecus ſi ſciat illam nullam*, vt merus executor non teneatur exequi ſententiam notoriè iniuſtam, continentemque nullitatem, vel intolerabilem errorem.

12 Imo ſanctus Thomas 2.2.*quæſt.*64.*art.*6.*ad tertium*, dicit quod eo nomine peccabant martyrum carnifices, quod ſententias intolerabilem errorem, & notoriam iniuſtitiam continentes exequebantur, vt probant Abbas *hic num.* 5. Felinus *num* 4 quod intelligit Barboſa *in dict.§ quia verò* cum Præceptore Correa *ibi*, quando iniuſtitia notoria eſt notorietate facti inexcuſabili, quæ nullam requirit probationem, aut excuſationem admittit; & vſque adeo verum eſſe, vt non poſſit huiuſmodi ſententia exequi; quod in fecerit, poſſit licite eidem; & impunè reſiſti perinde, ac priuato vim inferenti, vt probat Textus *in l prohibitum.& ibi Gloſſa* verbo *reſiſti, Cod. de Iure fiſci, lib.*10. Afflict *lib* 1.*conſtit. Rub.*8. *num.*56. Dueñas *reg.*190. *ampliatione* 8. Menochius *rem.*8. *de recuperand.num* 9 additio ad Bernardum Diez *reg.*382.*limit.*1.& ſic Nauarrus *in cap cum contingat.de reſcriptis. rem* 4. *num.*1. & Gloſſa *in dict §. quia vero*, in verſic. *item nota quod ſemper*, dicunt quod executor, non ſemper tenetur exequi ſententiam.

13 Vnde dicendum ex eodem Nauarro *in dict. c. cum contingat, rem.*4.Scaccia *de appellat.quæſt.*17.*limit.*10.*num.*38.Surdo *conſ.*405 *n.*26. verſic. *quinto reſpondetur*, Stephano Gratiano *dicept forenſ.c.*145. *à num.*10.Barboſa *hic num.*7.executorem poſſe ſe abſtinere ab executione, quando ſententia eſt notorie nulla; ita vt ſi ſtante ſententia iniqua Iudex velit illam exequi, dicat Menoch.*conſ.*28.*n.*12. & poſſit reſiſti conuocatis amicis.

14 Et inde iam dicendum eſt, quod etſi Textus *in dict.cap.paſtoralis.§ quia verò*, procedat in mero executore, qui nullam notionem habet; & per hoc poſſit, & debeat exequi ſententiam, Iuxta notata in princ.huius dubij Tamen ille Textus eſt intelligendus, quando ſcilicet allegatur ſententiam fuiſſe iniuſtam, contra Ius litigatoris latam: ſic Balboa *hic num.*34. † Vbi dicit ita procedere 15
Textum *in l ſi vt proponis, Cod de exceptione rei Iudicatæ*: ita ille, vbi addit exequutorem reuera non debuiſſe exequi ſententiam nullam, quod aliud eſt. Iuxta ſpeciem noſtri Textus, & Graña *hic ſub num.*8. expendens Textum *in dict. cap. paſtoralis, §. quia verò*: dixit cum Felino, Abbate, & Barboſa, quod cum delegatus Pontificis fuiſſet ſuperior, & ordinarius inferior, iuſta cauſa non potuerit ordinarius de ſententia Iudicis delegati, etiam iniuſta cognoſcere, ſed diligenter abſque mora exequi, nam iuſta præſumitur, ex eo quod in rem Iudicatam tranſierit, qua de cauſa, ſi forte vitium habuiſſet purgatum, cenſeretur ex tacito conſenſu condemnati, ob lapſum appellationis terminum: argumento Textus, *in l fin. Cod. vt lite pend. dict. l. ſi vt proponis, l. ſi prætor 75. ff. de Iudiciis.*

Sub qua Doctrina, & diſtinctione accipit lu- 16
cem Textus *in cap.2.de crimine falſi*; vbi habetur, quod ſi coram iudice executore, exceptio falſitatis fuerit oppoſita, videlicet per falſas litteras fuiſſe ſententiam prolatam. non poſſe executorem in executione procedere, quia præter Gloſſæ explicationem, *ibi*, & bonum alium intellectum adductum à Barboſa *hic num.* 14. reſpondebis cum Balboa *hic num.*33. Textum illum ſolum probare executorem non debere exequi ſententiam latam prætextu falſarum litterarum: nam quoties nullitatis exceptio contra ſententiam opponitur, vt in ſpecie Textus noſtri.& *d cap 2. de crimine falſi*; executor debet ad ſuperiorem remittere, & interim ſuperſedere in negotij executionem, vt probat Gloſſa.& *in dict.§ quia verò*, dicunt communem Bartol.*in dicta l.à Diuo Pio, Cod.de ſent.& re Iudicata*, vbi Iaſon *num.* 12. † Quo in ſenſu in- 17
telligunt Textum *in dict.l.ait prætor.75.§. Marcellus, ff.de Iudiciis*, & fit ex eo, nam pendente relatione, nihil eſt innouandum, *l ex illo, Cod.de appellation cap.licet de officio delegati, cap bonæ el 2. §.nec nocebit, de poſtulatione prælatorum.* Et ſic Graña *hic num.*7.reſoluit Textum *in dict.* §.1. non probare, vt executor nequeat illam exceptionem admittere, ſed tantum ne ſententiam exequatur; donec de nullitate ipſo apud ſuperiorem conſtiterit.

Vnde infero ad interpretationem Textus *in c.* 18
cui eſt illata, cap ſi Dominus cap. Iulianus 11. *quæſt.*3. *cap.inquiſitioni 44.in primo reſponſo de ſent.excommunicat.per tuas el 2.de ſimonia*, quibus probatur non eſſe parendum iniuſto præcepto ſuperioris, quia illa iura generaliter intelliguntur, non tantùm de ſententia iniuſta, ſed etiam nulla, vel quia tale præceptum repugnat omnino præcepto Dei, vt latè expendit Graña, Videndus *hic num* 9 & 10.

Nec dicendum eſt huic doctrinæ aduerſari 19
Textum *in cap.ſi quando de officio delegati*, vbi euidens. & certa iniuſtitia ſententiæ Iudicis delegati fuit; & nihilominus iudex inferior debuit eam executioni mandare iuxta verba ibi, *non debet iudicis delegati mandato reſiſtere.* † Sed reſpondetur 20
ibi, non aſſerere Pontificem, ſententiam euidenter iniquam, ab inferiore exequendam eſſe, ſed tantùm conſilium referre, vt videlicet non ſit reſiſtendum violenter ipſi delegato, eo quod eſt ſuperior, cui maxima reuerentia debetur; etſi manifeſte iniuſtum præciperet, ſed ſubter fugere illius executionem meliori modo: quo poſſit, ſuperiorem conſulendo, & veritatem iniqui reuerenter,

& supplicitet insinuando, vt indicant verba, ibi,
21 *non debet ei resistere violenter* † Sed apud impium instare, vt differat eas possessionem mittere, donec rei veritas innotescat: multis adductus pro-
22 bat Barbosa *ibi*, *n.1. & n.5.* † Et Maranta *disput* 5.incipit,*plerumque num.*13. notans, quod ordinarius nequit resistere violenter de legatn Principis, volenti exequi sententiam, sed quod debeat præcibus apud eum instare: vt rescribatur Principi, si sententia apparet iniusta, quod argumento Textus *in cap. si quando de rescriptis*, confirmatur, & illis, quæ adduxi, *in c. cum venissent de Iudiciis.*

23 Verùm adhuc his obstant sequentia, nam etsi executor non possit pronunciare super nullitate sententiæ, sed debeat remittere ad iudicem, qui eam tulit ex hoc nostro Textu, ex Iasone, & Bartulo *in dicta l. à Diuo Pio.* Tamen si nullitas sit notoria posse executorem de ea cognoscere, & pronunciare: tenuerunt Felinus *hic num* 4 Romanus *cons.*51. Imola *cons.*127. *num.*3. Gigas *de pension. quæst fin. num.*22. tradit Ceuallos *de cognitione per viam viol quæst.*126. *num.*2. qui aduertit vt id probari videatur per Textum *in dicta l. si prætor*, § 1 *ff. de Iudiciis*, ea nempe ratione, quia ideo executor non pronunciat de nullitate, ne inferior infringat factum superioris, Bart. *vbi supra, num.*9. quæ ratio cessat, quando nullitas est notoria, quia tunc ipsa sententia se infringit, argum *l vetere ff. de itinere. actuque priuato*, quo casu docent Baldus in *l. aduersùs, num.*1. *Cod. si aduersùs rem iudicatam*, Socinus *cons.*83. *num.*13. *lib.*4. quod hoc casu inferior intromittit se de facto superioris: tamen hæc intelligo procedere iuxta distinctionem, *supra*, iactam, & iuxta eamdem esse intelligendos Doctores in hoc eodem casu, negantes tali executori cognitioné, & solùm cócedentes ei, quod teneatur suspendere executionem, & nullitatis exceptionem remittere cognoscendam Iudici, qui sententiam tulit ad notata hic, *& in dicta l à Diuo Pio*, per Doctores & *supra*, in versic. *vt ad primam*, inter exceptionem quæ requirit altiorem indaginem, & eam non requirentem, & Ceuallos *vbi suprà*, hanc postremam opinionem, vt cumque veriorem dicit nempe vt executor semper teneatur remittere exceptionem nullitatis oppositam.

24 Quod si dubites quando vetera nullitas dicatur notoria, & euidens, respondeo, sic talem dici qnando constaret ex actis, vt sentit Bartolus *in l.*4. §. *condemnatum, ff. de Iudiciis*, cum multis videndus Ceuallus *dict. quæst.*126. *à num.*1. *& n.* 2. versic. *intelligo*, Couartuuias *practicar. quæst.*25. est enim nullitas patens, & manifesta, ea quæ patet ex facie actorum; quia ex actis fit notorium, nec comprehenditur in statuto de nullitate, vt tradit Socinus *cons* 3 *lib.*1. *num. fin* & *ibi*, additio vbi plu-
25 ra ad hanc rem. † Et quod defectus euidenter ex actis appareat, & dicatur, defectus patens, Alexand. *cons.*219. *num.*25. Felinus *in cap. inter cæteras, hoc tit.* & in hoc nostro Textu Neuizanus *consil.*70. *num.*3. & quod *ibi*, non reperitur factum non præsumitur, eritque concludens, & legitima probatio, quia negatiua coarctat ad certam scripturam probabilis, per oculorum inspectionem: nam illud, quod non reperitur in actis, nec in processu, præsumitur, ac fingitur non factum ex Textu *in c. cum ad sedem de restit spol.* in versic. *prioris. cap* 1 *de litis contest. l. fin. Cod. de rebus credi-*
26 *tis.* † Ob idque legata non fuerint facta probatur ex facie testamenti, vbi scribentes. *& in dict.* § *condemnatum* vbi Bart. Ripa *num* 11 *&* 28. Alexander *cons.*33 *in fine, lib.*1. † Qui dicunt nullita- 27
tem probandam in continenti, impedire executionem: pluribus adductis tradit Ceuallos *in dict. quæst.*126 *num.*1, versic. *quoniam*, dicens esse bonum casum Textus *in dicta l. fin. Cod si ex falsis instrumentis.* † Qui etiam addit, *num.*4. videndus 28
cum multis, quod etsi per statutum diceretur, vt aliquid valeret, etiam remota nullitate. nunquam exclusa videretur nullitas, ex facie actorum resultans, cum talis dicatur euidens, & notoria, quæ omnem malitiam & calumniam excludat, *c. inter cæteras, hoc tit. c qua fronte, c. pastor de appellat. c. veniens de test.*

QVÆSTIO III.

An executor debeat exequi sententiam aduersùs quam est oppositum de fraude, & dolo: Et an cognoscere de falsitate precum opposita, seu de eius veritate: Et an executores gratiarum apostolicarum, debeant cognoscere: Vbi ad alios casus de executore cognitionem non habente?

SVMMARIVM.

1 *Executor cognoscit de fraude coram ipso commissa; secus si coram superiori; & de quibus exceptionibus, n.*2.
3 Cap olim in fine de exceptionibus, & n.4.
4 *Iudex, ad quem, propter incompetentiam iudicis, à quo tenetur supersedere in negotio principali?*
5 *Executor merus tantum cognoscit de exceptione nullitatis, vt eam remittat cum negotio ad superiorem.*
7 *Executores rescriptorum & gratiarum, sunt tantum meri, nisi adsit inensus, vel apparet contra dicta; & tunc sunt mixti, n* 8.
9 *Executores gratiarum, seu rescriptorum vel sunt in forma gratiosa, seu in forma dignum. & de eorum differentia, n.*10.
10 *Executor in forma dignum: quid super prouiso ad beneficium inquirat.*
11 *Executor potest cognoscere de veritate, vel falsitate precum, & de dolo, & fraude.*
12 *Executor potest cognoscere de diminutione pensionis.*
13 Cap. super litteris de rescriptis.
14 Cap. 1. de litis contest. lib. 6.
14 *Executores ad quos casus se extendant, vel non n.*16.17.18.19 20.

AD primam quæstionis parté, quod executor 1
disputans de executione sententiæ admittat exceptionem fraudis: notat Riccius ad Textum nostrum, quem celebrem vocat, *in collect.*1160. cum Bellamera *in decis.*21. Et sic non est mirum, quod si fraus aliqua coram ipso executore committatur, possit ipse executor de ea cognoscere per Textum *in l cum fideicommissum penult. ff. de confessis, de rescriptis*; vbi respondetur tunc verum esse, vt possit cognoscere executor, si fraus fuerit commissa, coram ipso; secus tamen sit commissa coram Iudice superiori, de quo tantum intelligitur Textus noster per verba, ibi, *fraus interuenerit*;

quæ

quæ verba idem denotare ait Graña *hic num. fin.* cum Abbate *num.3.* at si Textus dixisset, si fraus
2 iam apud superiorem interuenisset.† Et sic resoluitur executorem, posse cognoscere de exceptionibus concernentibus executionem ipsam; non non autem de oppugnantibus definitiuam sententiam.

3 Sed obstat Textus *in c. olim. in fine de exceptionib.* vbi cum Iudices in causa appellationis dati essent eis, præcipit summus Pontifex, vt quo casu appellationem legitimam declarent, in negotio principali supersederent, qui simul cum declaratione Glossæ, *ibi*, in verbo *supersedere*, de exequutoribus loquitur datis ad quasdam suspensionis sententias exequendas, lata post appellationem legitimam: & sic videri vt etsi executores essent; adhuc cognitionem habuisse super appellatione; etsi in principali negotio supersederent, vt existimarunt, *ibi*, Felin. *num.4* & ibidem Hostiensis, & Cardinalis, quod si dicas Textum illum procedere in iudicibus appellationis, vt voluerunt Abbas *ibi*, & Imola, & Balboa *in c. vt debitus honor de appellationib. n.51.* tunc obstat illos Iudices debuisse in causa procedere, & non supersedere, si vt volunt, isti erant appellationis iudices.

4 Verum Felinus, Abbas, Decius, Parisius *in dict. cap. olim*, existimant quod quando exceptio, ob quam appellatur, interponitur super defectu competentiæ iudicis, à quo; ita vt sit exclusiua suæ iurisdictionis; tunc tali exceptione probata teneatur iudex ad quem in negotio principali supersedere, vt in specie Textus *dict. cap. cum olim*; ex eo quoniam Iustificata appellatione, iudex ad quem, succedit loco iudicis à quo, & ideo si iudex à quo non erat Iudex in causa principali, nec etiam Iudex ad quem Iudex erit, ita vt, consequente non possit, amplius in negotio procedere: argumento Textus *in l. si eum, § qui iniuriarum, ff si quis cautionibus*, cum subrogatus sapiat naturam eius, cuius subrogatur, ob idque Glossæ intellectum *in dict. cap. olim*, diuinatoriam vocat Balboa, *vbi suprà*,
5 *num.50* † Nam præterquam quod merus executor admittere possit exceptionem nullitatis, & de ea cognoscere, vt existimarunt Felinus, *ibi*, Bart. Alex & alij, *in dict. l. à Diuo Pio, ff de re Iudicata.* hoc tamen solùm procedere ait quoad effectum, vt supersedeatur in exequutione, & negotium ad superiorem deferat, vt communis opinio hic agnoscit, Iuxta adducta, *in 1. & 2. quæstione supra*

6 Ad secundam quæstionis partem, quæ etiam spectat ad dicenda, *infra*, in versic. *ad tertiam*, de exequutoribus rescriptorum, & gratiarum, ex *ibi*, dictis satisfit.

7 Ad tertiam quæstionis partem de executoribus rescriptorum, & gratiarum, vt respondeam aduerto prædictos executores esse meros, & non mixtos, vt tradunt Garcia *de beneficiis, p.6. cap. 2. num.106.* Flores de Mena *practic. q.4. num. 2. & 3. & 71.* Nauarrus *in cap. cum contingat. de rescriptis*, Gomez. *in cap statutum de rescript. lib.6. n.75. & 76*
8 vbi agunt de hoc puncto.† Quod fallit, nisi adsit intrusus, vel compareat contra dicta. Et sic ex nostro Textu, dico istos non habere maiorem Iurisdictionem, quam habent cæteri exequutores, cognoscentes de causa nullitatis. Verùm si adsit intrusus, vel compareat cõtradictor legitimus, sunt mixti exequutores, & debent assumere partes iudicis, ac iudicialiter procedere cum causæ cognitione quidquid dicat Flores *dicta quæst.4. d. n.35* *42.44 & 59. & in quæst.12. à n.9.* videndus de his exequutoribus; imo & poterunt definitiuè sententiare, Iuxta notata per Doctores communiter: *in cap. fin. de præsumpt.* vbi Butrius *num.7.* Abbas ex *num.11. ad 14.* Felinus *ex num.16.23.27.33. & 34.* Veroius *consf.13. vol.1.* Flaminius Parisius *lib.11. quæst.10. num.15.21.33 & 34.* Marcus Anton. Genuens. *cap 83. num.4. seu cap.84. num.4. & in annot. num 16.* Mandos *de inhibition. quæst 46.* Leo *in thesauro fori Ecclesiastici, cap.17. à num 8 & 18.* & pluribus decis, Rotæ, probat Garcia Vidend. *à n.111.* vbi *n. 107 & 108.* expendit qualiter isti iudices excommunicent.

Isti enim exequutores, vel sunt in forma gratiosa, seu in forma in dignum dati, executores in 9
forma gratiosa non tenentur verificare aliquid pro exequutione facienda: nam ad capiendam possessionem, nequaquã probatio requiritur, Flamin. Parisius *de resignat. lib.10. q.3. n.54* qui ait esse communem, & receptam Doctorum sententiã in stylo obseruatam, quam sequitur Garcia *vbi sup § 2. à num.156.* contra Zerolam *in praxi Episcopali*, contrarium dicentem resignatarios capere possessionem beneficij resignati in curia, vel extra absque verificatione narratorum, & quomodo cognoscatur exequutores dati in forma gratiosa, seu in forma dignum, præter relatos nouissimè expendit Tondutus *t 1. p.2. c.4 § 2. n.1.*

Vbi *num.4.* dicit executorem in forma dignum, 10
debere duas facere inspectiones; primò videre, vtrum narrata sint vera. Secundo examinare, vtrũ prouisus, sit idoneus ad beneficium; quibus duobus verificatis, debet illi, qui in litteris nominatus est, beneficium conferre, non propria, sed apostolica Authoritate, vt notat Parisius *de resignat: lib.8. q.7. n.198.* latè expendit Garcia Vidend. *sup. sub d. § 2. à n.156.*

Vnde iam ad adductum in secunda difficulta- 11
tis parte de verificandis precibus ab executore, respondeo, quatenus per Textum *in l. etsi non cognitio Cod. si contra Ius, vel vtilitatem publicam, c. dicenti, § etsi non cognitio 25. quæst.2.* probatur exequutorem posse cognoscere de veritate, vel falsa precum; & sic de dolo, & fraude id contingere, respectu, mixti exequutoris, cum clausula illa solita in scriptis, seu bullis apponi, *si ita est si constiterit*, indicet vt non possit solùm exequutor cognoscere de veritate precum, vt exequutio impediatur, sed etiam si fraus in rescriptio interuenerit, quoad principale negotium, vt docent, Glossa *in dicto cap. dicenti, § etsi non cognitio 25. quæst. 2. cap. pastoralis, §. quia verò de officio de leg.* Bartolus *in dicta l. à Diuo Pio, num.4. ff. de re Iudicata*, Cujacius *in paralbit. ad titulum, Cod si contra Ius, vel vtilitatem publicam:* notant, *hic* Barbosa *num.27.* Abbas *num.3.* Baldus, & Iason *in dicta l. etsi non cognitio.* † Etenim exequutor potest etiam co- 12
gnoscere de diminutione pensionis, vt docet Riccius *dicta collect. 1169.* in fine ad nostrum Textũ, ipse late *in dec.29.* curiæ Archiepisc. quod intelliges de mixto exequutore ex dictis, quod cognoscitur, quando adest clausula, *constito.* quæ facit de mero mixtum exequutorem, secundum Rotam *decis.32.* de rescriptis, in antiquis eodem, *decis.15.* de dolo, & contumacia in antiquis. & refert decisum Riccius *in d. l. etsi cognitio collect.748* in fine in vna mileuitana; coram Seraphino quam notat ad Textum *in cap. nouit. de appellation.*

13 Nec huic sententiæ, & Intellectui obstat Textus *in cap. super litteris de rescriptis*, in verbis ibi, *nullatenus de causa cognoscas*, vbi probatur quod si delegato fuerit facta fides; fraudis rescripti, non possit vlterius procedere in causa sibi commissa. Quia respondet Fulgosius *in l. præscriptione, num 8. & in l. etsi legibus, num. 1. C. si contra Ius*, quod Textus *in dicto cap. super litteris*, procedit in subreptione concernente im-
14 petrationem. † Secus si merita causæ respiceret, vt *in cap. 1. de litis contest. lib. 6.* quia in primo casu, detecta subrogatione, Iudex amplius virtute rescripti procedere, non potest, quasi ex defectu Iurisdictionis, secus in secundo casu: nam cum in eo falsitas respiciat merita causæ, non impedit quominus Iudex possit de veritate Iudicare, vt *in d. cap. 1. de litis contest. lib. 6.* Balboa *n. 18.* Graña *hic n. 6.* & alij communiter.

15 Ad vltimam de aliis casibus spectantibus ad exequutores, breuiter dico eos colligi, & expendi à Riccio *in collect. ad Textum in dicta l. etsi cognitio. Cod. si contra ius collect. 784.* nam quatenus ex ea habetur exequutorem, nullam habere causæ cognitionem, vt tradit etiam Guid Pap.
16 *decis. 70.* † Ampliat primo Antonius Faber *in decis. 46. Cod. hoc tit.* vt executor datus à senatu, non possit cognoscere de tertij præiudicio, sed
17 ad senatum remitti debeat. † Secundo ex Balbo *in decis. 99.* quod pronunciatio executoris, non infringit pronunciatum; quod notat, ad Textum *in l. si vt proponis Cod. de exequutione rei iu-*
18 *dicata* † Tertio quod non potest requisitus Iudex cognoscere de nullitate sententiæ si nullitas non à Iure communi dependet, sed ab alia causa, de qua Iudex requisitus cognoscere non potest, Seraphinus *in decis. 579* Anton. Faber *in de-*
19 *cis. 19. Cod. de exequut. rei indic.* † Quarto non potest cognoscere de æquitate, & nullitate sententiæ Anton. Faber *in decis. 1 Cod de exequut. rei*
20 *indic.* † Nec potest admittere aliquas exceptiones Rota *anniuers. in dec. 229.* quod reponit Riccius ad Textum nostrum, vbi etiam ait cum Fabro *supra in decis. 10.* quod exequutor admittens exceptionem, quemadmodum non debuit, & ita deliquit, in officio condemnari debet. Et in quibus cognoscatur mixtus exequutor dico *infra in cap. finit 43. de appellat.*

AD TEXTVM
IN CAPITE VI.
Cum aliquibus, hoc Tit.
PRÆMISSVM.
SVMMARIVM.

1 *Plura remissiuè, quæ huic textui applicantur, n. 2. 3. 4. 5.*
6 *Textus noster intelligitur, num. 7. & 8. & 14. 23. 24. 25.*
7 L contrahitur, ff. de pignoribus, l. pignus, ff. de pignoratitia actione.
8 *Pignora dando non satisfacit, qui per sententiam condemnatus est ad iudicatam aliis possessionem tradere, vel restituere, etiam si ea dederit, pro æstimatione, numero 10. aut maioris valoris ea sint, numero 11. cum aliis.*
9 *Lite discussa, alias lis non debet super ea suscitari.*
12 *Soluere condemnatus, non satisfacit dando pignora, vel fideiussores.*
13 L. si seruus 34. ff de statu liber. rescripto 6. §. plane, ff. de muner. & honor.
15 Titius, Cod si causa iudicati 16.
16 *Exequutio sententiæ, quando in quantitate, & æstimatione facienda est.*
17 *Sententia per æquipollens non adimpletur*, n. 19. l. si mater Cod de institution. & substitutionibus, l mulier, Cod. ad senat. cons. trebel. n 19. & 20.
18 L à Diuo Pio, § in venditionibus, ff. de re Iudicata, l. 1. Cod. si in causa iudicati, l si quis à libertis, § si quis ex his, ff. de lib. agnosc. n. 21
20 *Soluere, & dare pignora, non sunt æquipollentia.*
22 *Debitor præcise liberatur rem ipsam dando, non si interesse præstet.*
25 *Possessio frequentius corpore, & actu traditur.*

OCcasione huius Textus possent hic quam- 1
plura pro eius doctrina moneri, nam quatenus docet quod qui ex lata sententia possessionem dare debet, non sufficiat dare pignus: adiunges quæ adduxi *supra de litis contest. q. fin.* vbi de pluribus cautionibus, quæ præstantur. † Et 2
quæ adduxi, *in c. 1. de sequestr. possessionum, & fructuum*, vbi ago de quæstione, an pignus, vel fideiussor dati debeat, ex quo lex præcipit, cum cautio nulla non sufficiat, de quo etiam Gratian. cum pluribus, *reg. 191.* † Et quæ adduxi, *sup. in c quoniam* 3
frequenter, § in aliis, vt lite non contestata q. 3. vbi egi de quæstione, an sufficiat pignora præstare quando aliquis missus est in possessionem causa rei seruandæ.

Item applicabis qood adduxi, *in cap. 1. supra [illegible] iureiur.* an iuramentum debeat adimpleri in specie, seu sufficiat per æquipollens. † Etiam adiun 5
gi valet quæstio illa quotidiana, & iuridica, an aliud pro alio, inuito creditore solui possit; ita vt debitor adimpleat soluendi obligationem, de quo *in tit. de solutionib.* † Quare nunc ad Textum no- 6
strum, qui satis expendi potest per supra dicta, aliud non repeto, cum eius materiam in puncto, de quo loquimur tractent nouissimè Barbosa, Balboa, & Graña adducentes alios plures, & alia quamplura Iura concordantia. † Et explicantes 7
alia Iura, quæ solent in contrarium adduci veluti Textus *in l. contrahitur ff de pignor. l. pign. de pignor. action.* Quæ, & alia habent locum in pignore conuentionali; nostrum verò Textum loqui in prætorio pignore causa cognita, veluti cum res alicui per sententiam adiudicatur, quo in casu tenetur victus rei possessionem tradere vt notant Ripa *in l. 4 §. 1. n. 4. hoc tit.* Tiraq. *de retractu tit. 1. §. 3. Glossa 3 num. 15.*

Ratio autem verissima ad Textum nostrum, ea 8
debet esse verior, quia qui per sententiam tenetur adiudicatam aliis possessionem tradere, vel restituere, non satisfacit dando pignora verbia sententiæ quæ proprie, & præcisè debent intelligi, vt notat Bartolus communiter receptus, *in l. Iulianus num. 5. ff. de condit. indebiti*, Menochius *de arbitriis. quæst 69. num 55.* † Quia cum Iudex 9
velit; vt super lite discussa, nulla alia lis suscitetur super pignoribus, *l. terminato, in fine, Cod.*

de

de fructibus lege 4. §. 1. *ff. hoc titulo*, sequitur vt aliter, quam tradendo possessionem rei per sententiam adiudicatæ Victori non impleatur Iudicis intentio: tradit Barbosa *hic sub n.* 4, vbi *num.*5. ampliat procedere, etiamsi Victor, cui possessio adiudicatur acceptet huiusmodi pignora, quæ ad cautionem, & securitatem præstantur, quia nihilominùs nisi alias facta sit nouatio, non sufficere ait huiusmodi pignorum dationem, vt satisfiat sententiæ possessionem ad-
10 iudicanti. † Ampliat secundò, etiam si condemnatus det pignora pro æstimatione rei adiudicatæ, vt ex illis satisfiat Victori, tam de va-
11 lore, quàm de eo quod interest. † Imò etiam si pignora multo maioris valoris detur pro rè ipsa, vel possessione adiudicata, quia adhuc id non sufficit, nisi Victor consentiat, nec liberetur victus à traditione; quippe cum non satisfiat sententiæ, nec Victori, cui inuito aliud in quantumcumque in se vtilius præstari non potest ex *Regula Textus in l.* 2. §. 1. *ff. si certum*
12 *petatur*, *l. vlt. ff. de vsu, & habitatione.* † Ob idque Textus *in dicta l.*4 §.1. *hoc tit. l promissor* 21. §.1. *ff de constituta pecunia*, dixerunt, vt qui per sententiam soluere tenetur, non satisfacit dando pignora, vel fideiussores, vt notant *ibi* Doctores, Bald. *hic*, Decius, & Cagnolus *num.* 3. *in l. nemo dubitat*, *ff. de Reg. Iuris* Neguzant. *de pignoribus p.*5. *membro* 1. *num* 4. Tiraquellus *de retractatu tit* 1. §. 3. *à num.*14. Rota Bonon, *decis.* 77. *num.* 3,

13 Nec prædictis obstant Textus *in l. si seruus* 34. *in fine ff de statu liber*, *l rescripto* 6 §. *plane*, *ff. de muneribus, & honoribus*, cum aliis, vbi videtur, vt condemnatus soluere sufficiat si pignora præstet, quia, vt docent *hic*, Graña *num.*4. Barbosa *num.*6. *in fine*, Textus noster, & alij concordantes intelliguntur quando condemnatus tenetur soluere quantitatem liquidam; Alioqui si Testis non sit, dicunt prædicti, Angelus, Iason, Ripa, & Commanus *in dicta l.* 4. §. 1. & multi per Tiraquellum *dicto tit.* 1. *de retractu* §. 1. *Glossa* 19. *num.*2. satisfacere si pignora, vel fi-
14 deiussorem præstet † Textus inquam noster intelligitur, vbi res certa, vel possessio adiudicatur tradenda, seu restituenda, & id existat; itavt Victor lætari queat corporali eius possessione, vt Textus habet, & tenet Barbosa *hic*, *num.*5 *in fine*, vbi respondet ad illud vulgare, quod solet referri *ex l. si rem* 28. *ff. de verb. obligat. l. si quis* 13. §. *vlt. ff hoc tit.* de quibus etiam Graña *hic*, *num.* 6. & Balboa, quibus cauetur, vt nemo præcisè compellitur; sed liberatur præstando interesse, quod & si verum sit, debet limitari ex sententia Iudicis, vel ex mandato superioris, qui potest præcisè cogere, & ad dandum sicut & ad faciendum, ex *l. qui restituere* 68. *ff. de rei vindic.*

15 Nec obstat Titulus, *Cod. si causa Iudicati*, vbi pignoribus, seu illorum æstimatione satisfit Vi-
16 ctori † Quia respondent Graña *num fin.* Barbosa *sub num.* 5. & Balboa dictum titulum, & iura similia procedere, vbi executio non in re certa, sed in quantitate facienda est, veluti cum Reus quantitatis debitor ad eandem persoluendam condemnatur, vel etiam vbi rem certam per actionem realem, vel personalem tradere, vel dare condemnatus est, & nihilominùs, quia res illa non existit in eius defectum, venit facienda executio in æstimatione ex *dicta l. qui restituere*; His enim in casibus pignora in causam Iudicati capiuntur, & sufficiunt, vt ex illis distractis per solutionem satisfiat Victori.

Tamen omnibus obstat pro conclusione, & 17
intellectu nostri Textus adductis, vt sententia lata queat adimpleri per æquipollens: argumento Textus *in l. si mater*, *Cod. de institut. & substitut*, *l. mulier*, *Cod. ad Senat. consultum Trebellianum*; Ergo mirum non est si datio pignoris, quod debiti securitatem æquiualeat dationi possessionis, §. *furti*, *Inst. de obligat. quæ ex delicto nascuntur.* † Et sic videmus, vt condem- 18
natus præstando pignora satisfaciat in speciebus iurium, *in l. à Diuo Pio*, §. *in venditionibus cum sequentibus*. *ff. hoc tit. l.* 1. *Cod. si in causa Iudicati*, *l. si quis à liberis*, §. *si quis ex his*, *ff. de liberis agnoscendis.*

Sed respondetur ad primum reuera senten- 19
tiam non posse per æquipollens adimpleri, nec id probari in relatis iuribus, quia aliter patet, tum ex Textu nostro, & ex doctrina *leg. non potest*, *l. quod si non*, *l. debitor*, §. *fin. ff de pignoratitia actione*, *l. quemadmodùm*, *ff. de acquirenda possessione*, *l licet*, *l. nemo*, *Cod. eodem l. traditionibus*, *Cod. de pactis*: *l. vnica Cod. de rei vxoriæ actione Auth. hoc nisi debitor*, *Cod. de solutionibus*, *l* 5. §. 1. *ff. de vsufructu*, *l. si partim*, *quemadmodùm seruientes amittantur*, *l. solutam*, *ff. de solutionibus dicta l. promissor* 21. *ff. de constituta pecunia*, *dicta l. qui restituere*, *ff. de Rei vindic.* Tum etiam *ex l. pecuniam in fine*. *ff. vt in possessionem Legatorum eatur.* † Præcipue quia soluere, & dare 20
pignora non sunt æquipollentia, *l. item liberatur*, §.1. *ff. quibus modis pignus*, *dicta l. promissor*, § *fin. ff. de constit*, eo quod virtute sententiæ posset quis compelli rem ipsam tradere *ex dicta l. qui restituere*, vt notant hic iam citati Doctores. † Ad Textum *in dicto* §. *in venditionibus cum* 21
*dicta l.*1. *&* § *si quis ex his*, respondetur hæc iura locum habere in pignoribus iudicialibus, quæ dantur pro executione sententiæ publicis ministris interuenientibus, vt ex illis fiat solutio Creditori, sed Textus noster agit tantùm de pignore dato pro securitate Victoris, quo in casu non sufficit præstare pignora in exequutione, vt in illis etiam distractis fiat solutio, cum Debitor teneatur rem ipsam tradere. † Vt indi- 22
cant verba Textus nostri ibi, *adiudicata possessio*, quæ denotant debitorem compellendum esse præcisè rem ipsam tradere; Itavt interesse dando non liberetur: Sic docent relati, & in terminis Antonius Gomez. *tom.* 2. *variar. cap.* 10. *num.* 22. Antonius Faber *in rationali ad Textum in dicta l. qui restituere*, *ff. de Rei vindicat.* videndi Cujacius *lib.* 5. *de obseruation*, *cap.* 30. *idem lib.*9 *cap.* 37. Menochius *de recuperanda rem.* 15. *num* 644. *& de Arbitrariis q.*69. *num.* 15. Donellus *in dicta Auth. nisi Debitor*, *Cod. de solution.* Gutierrez *de Iuram. cap.* 29. *p.*1. Parladorius *rerum quotid lib.* 2. *cap. fin. p.* 5. §. 17. Sarmient. *lib* 1. *selectar. cap.*8. *num.* 22. Tiraquellus *de retractu tit.*1. §. *Glossa* 3. *num.* 15.

Ex his enim inferunt Hostiensis, Abbas, & 23
alij hic iam adducti Textum nostrum intelligi de pignore prætorio, de quo *in tit. de prætorio pignore*, *& in l. missio*, *ff. pro Emptore*, explicant Cujacius *dicto lib.*5. *obseruat. cap.* 30. *& lib.* 9. *cap.*37. Mainus *lib.* 2. *actionum cap.*14. & Butrius hic. † Vel intelligi forsan, cum aliquis v. g. à 24
Iudice causa custodiæ, vel rei seruandæ in possessionem,

sessionem mittitur iuxta iam *suprà* assignata *in princ.* Itavt non sufficiat in his terminis dari pignora, sed oporteat corporalem possessionem tradi. Tamen Barbosa *hic sub num* 4. ex doctrina Textus *in cap. Abbate*, versic. *adiudicare hoc tit. lib.*6. dicit, quod & si prædictus intellectus verus sit, restringit tamen casum nostri Textus, & Titulum, sub quo collocatur: tum quia verba hic posita *adiudicata possessione*, propriè, & simpliciter important possessionem absolutè, & in totum adiudicatam; id est applicatam alicui per sententiam, tanquam ipsius propriam.

Deinde venit declarandus Textus noster per
25 verba illa *corporali possessione*, quod & si excludantur pignora, non inquam excludi possessionem quibuscumque modis legitimis tradendam, & licet de corporali possessione egerit, quia frequentiùs corpore, & actu traditur, & acquiritur ex adductis *suprà in Rubr. de causa possess.* sed non voluisse hic Pontificem excludere reliquos modos legitimos, & minùs frequentes iuxta Glossam, *Clem.* 1. *de præscription* verbo *Præsidentes*, cum aliis latè adductis à Tiraquello *de retractu tit.*1. §.20. *num.* 4. *& 6.* & aliis præsertim, quia etiam per alios modos vera possessio acquiritur: argumento Textus, *in lege quod meo* 16. § 2. *in fine*, *ff. de acquirenda possess.*

Et sic etiam ex doctrina iam adducta verba
26 Textus nostri ibi, *adiudicata possessio* possunt intelligi: vel pro re ipsa, & proprietate iuxta Textum, *in l. interdum* 78 *ff. de verborum significatione, cap possessiones de rebus Ecclesiæ.* vel etiam pro vsu, & possessione rei, iuxta Titulum de acquirenda possessione, vt notant Tiraquell. & Menochius iam *suprà* adducti, Barbosa *hic, n.fin. & dicto num.*4. *in fine.* Adiunges quæ repetit nouissimè ad Textum hunc Matthæus Collerus *de processibus executiuis p.*4. *pag.*142.

Qvæstio I.

An sententia condemnatio, debeat à condemnato impleri in specie rei adiudicatæ, aut per æquipollens possit satis impleri?

VT hanc quæstionem perfectè tractes, leges proximè dicta ad hunc Textum nostrum.

AD TEXTVM IN CAPITE VII.

Lator, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. DE materia huius Textus, quatenùs agit quod sententia lata in causa Matrimonij non transit in rem iudicatam, ago *infrà in cap. consanguinei* 11. *hoc tit.* de cuius intellectu dixi *supra in cap.* 1. *vt lite non contestata q.*1. *à num.* 11. *& in cap.*2, *vt lite pend.* II. Et in versic. *quod cum quandam mulierem legitimè dispensasset, & carnalis esset copula subsequuta.* Post hæa verba recurres ad Textum, *in cap. is qui fidem* 30. *de sponsalibus*, vbi sponsalia de futuro transeunt per copulam carnalem in Matrimonium; sed quæ hodie requirantur adducit Trident. *sess.*24. *cap.* 1. vbi expositores.

III. Et in versic. *scandalum est subortum, cuius occasione debitum est substractum*, quid scandalum in sua propria significatione sit, egi *in cap.* 2. *de præscriptionibus*, & quale sufficiat ad subtrahendum debitum ago *infrà de nuptiis*; nonnulla adduxi *in cap. litteras de rest. spol.*

IV. Et ibi in versic. *consanguinei*, vsque ad versic. *separati*, continentur aliqua impedimenta velut metus, & vis, & impotentiæ ratione ætatis, de quibus sub *tit. de sponsalibus*, præcipue *in cap. cum locum*, *& in cap. veniens* 13. *& in tit. de desponsatione impuberum*, vbi agitur de ætate.

V. Item per verba ibi, *quoniam idem cupiebat agere de solutam*, an adulterium viri sufficiat ad dissoluendum Matrimonium, sicut Vxoris *infrà in cap gaudemus, & in cap. quanto, & cap. ex litteris de diuortiis*, aliqua *in dicto cap. litteras de rest spoliat.*

VI Et in versic. *nolentes*, qua solemnitate fiat tori separatio, & Matrimonij dissolutio: egi nonnulla ad praxim *supra in cap. fin. de libelli oblatione q.* 4 §. 14. vbi qualiter formetur processus super Matrimonio, & eius diuortio.

VII Pro intellectu huius Textus etiam præter notata adiunges quæ nouissimè scribit Matth. Collerus *de processibus executiuis p.*4. *pagina* 149. vbi postquam proponit aliqua argumenta contra decisionem hanc, primum quod sententia non suspensa appellatione remota transit in rem Iudicatam, & quod res semel iudicata habetur pro veritate, & quod allegans propriam turpitudinem ampliùs non audiatur; dicit quod coniugia debent esse libera, & voluntaria, & quod nemo prohibetur fauori pro se introducta renuntiare: Item quod nupta ante 12. annos, tunc erit vxor quando 12. annum compleuit, & quod legitimè coniuncti nunquam ex leuitate sint separandi, quæ omnia satis expenduntur *infrà sub dicto cap. consanguinei* 11. *infrà hoc tit.*

AD TEXTVM IN CAPITE VIII.

Cum causa, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Causa Ecclesiastica est terminanda secundùm bonam terræ consuetudinem.*

AD Textum hunc quatenùs agit de retractanda sententia prætextu iniquæ consuetudinis lata contra Ecclesiam: applicabis dicta *suprà hoc tit.* & quæ infrà *dico in cap. suborta de causis, quibus sententia lata retractari vales.* Interim præter ea, quæ ex multis *hic* adducit Barbosa, adiunges quæ ego adduxi *in cap.* 8. *de Iudiciis, & in cap. quod Clericus* 9. *de foro comp.* Applicabis quæ adducuntur ad Textũ *in c.*7. *&* 10. *de const.* & quæ adduxi *in c.*2. *de Iud.* 1

Et

2 Et causam Ecclesiasticam esse terminandam secundùm bonam terræ consuetudinem : agit Balboa *in dicto cap. 2. per hunc Textum de Iudiciis à num. 89.* & ego de hoc Textu ibi egi *in dicto*
3 *cap. 2. q. 3. & ibi n. 9.* † Et quod Ecclesia ex consuetudine nequeat: tradit ex multis Gratianus per hunc Textum *Reg. 155.* alia de consuetudine dixi *in cap. 2. de probat.*

4 Et *ibi*, in versic. *sententiam contra nos spreta forma Canonum, secundùm eandem terræ consuetudinem:* Per hæc verba recurres ad dicta *in dicto cap. 1 hoc tit.* & ad relata de consuetudine, & adiunges varios per hunc Textum agentes, *in cap. nulli de rebus Ecclesiæ non alienandis*; an valeat consuetudo in alienandis rebus Ecclesiæ sine consensu Superiorum.

5 Et in versic. *nos autem considerantes quod licet vsus, vel consuetudinis non minima sit authoritas, nunquam tamen veritati, aut legi præiudicat*, per hæc verba potest de valore consuetudinis, & quod tantam vim habeat; vt valeat vincere legem scriptam, de qua dixi *in dicto cap. 2. de probat. q. 3.* vbi de aliis.

6 Et ibi *vos ab impetitione absoluentes*, de absolutoria sententia poterat hic agi, de qua plura videbis notata *suprà ante principium Rubricæ huius Tituli, & sub cap. 13. de Iudic. & in cap. fin. de*
7 *Iureiur.* † Per hunc Textum agit Guttierrez de quæstione, an lex tollens consuetudinem tollat præteritam tantum *lib. 3. pract. q. 31.* de qua ego adduxi *in dicto cap. 2. de prob. dicta q. 3.* versic. *ad secundam*, & de intellectu huius Textus dixi *in cap. 2. de Iudic. q. 3. & ibi num. 9.* Quod si aliqua notabilia pro intellectu cupis, leges quæ ad hunc Textum repetit nouissimè Matthæum Collerum *de processibus executiuis parte 4. pagina 150.*

AD TEXTVM

IN CAPITE IX.

Inter Cæteras, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

2 *Sententia non redditur nulla ex errore, qui ex actis colligitur.*

6 *Clausula* appellatione remota, *nihil operatur, vbi euidenter, & iniqua sententia.*

8 *Clausula*, si quid exequendum exequaris, *quos habeat effectus, & n. 9.*

1 MATERIA huius Textus satis tractata manet *suprà in cap. 1. hoc tit.* & quæ adduxi *suprà in cap. 5. de sententia non exequenda propter iniquitatem, seu nullitatem manifestam*, possunt applicari, vide Glossam *hic* verbo *manifestam.* Et pro hac Glossa est videndus Felinus *in cap. 5. num. 1. & 2.* ad quæstionem le-
2 ges Thesaurum *decis. 128.* † Item ad Glossam hic sententia non redditur nulla ex errore, qui ex actis colligitur, agit Gratianus *Reg. 417.* vbi plura adducit legenda iuxta hunc Textum, de quibus plura dixi *in dicto cap. 1.* & dico *infrà, in cap. suborta*, dum ago de retractanda sententia.

† Et quatenùs per hunc Textum agit Couarru- 3
uias *lib. 1. var. cap. 1. n. fin.* versic. *vltimo* de quæstione firmans conclusionem, quod exequutor requisitus, vt sententiam exequatur, non possit iustè, nec teneatur eandem exequi, quoties notoriam iniquitatem, aut intolerabilem errorem habeat, & per Textum, *in cap. pastoralis, §. quia vero de offic. delegati*: leges quæ dixi *in dicto cap de cætero hoc tit.*

Ex hoc Textu potest agi de quæstione an sen- 4
tentia iniqua reddat Victorem tutum in conscientia de qua agit Couarr. *in 4. p. 2. cap. 8. §.*
fin. n. 19. & ago *infrà.* † Item occasione huius 5
Textus agit Couarr. de alia quæstione, *in cap. Alma mater, de sententia excommunicat. 1 p. §. 11. num. 14.* an absolutio ab excommunicatione obtenta ex falsa causa, seu excommunicatio, sic lata teneat, de qua *suprà* dixi *in d. c. 1. hoc tit. sub q. 2.*

Et in versic. *item cum aliqua causa appellatione* 6
remota committitur de effectu huius clausulæ dixi *suprà in cap. 4. de foro comp. q. 41.* Sed quatenùs hic probatur clausulam *appellatione remota*, nihil operari, vbi euidenter est iniqua sententia, ad hoc probandum plures adducit *hic* Barbosa *n. 2.*
† Per hunc Textum agi valet de nullitate sen- 7
tentiæ, de quo dico *in dicto cap. suborta infrà*, aliqua *in cap. 1. & in cap. quinto*, & nouissimè Matthæus Collerus infrà citatus ponens hanc notabilem clausulam, vt regulariter appellatione remota remoueatur omnis appellatio dicit *à n. 17.* vt procedat in manifesta, & notoria iniustitia, & fallat in tertio appellante, & in appellatione quæ non obstante dicta clausula reciditur à superiore, & delegante ex certa scientia, & tunc debeat medio tempore Iudex supersedere ab executione donec causa appellationis ventilatur ex *cap. pastoralis, §. præterea de officio delegati.*

Et quia in hoc Textu *num. 8.* Abbas agit de 8
effectu clausulæ, *si quid exequendum exequaris*, & respondeo vt primò operetur, quod sententia mandetur executioni in ea parte, in qua est iusta, vt fuit dictum in causa Romana pretij domus de Balellis 26. Iunij 1579. coram Oldobadimo, vt patet *in decis. 224. num. 1.* & intelligitur provt de Iure, quatenùs executioni locus sit, vt fuit decisum in causa Romana Census de Vellis 21. Aprilis 1597. coram Cerdone, & in vna Tudertina officij Cancellariæ 19. Ianuarij 1597. coram Lancelloto, quæ Riccius declarat procedere ad effectum, vt detur executio; quia hoc casu debet iustificari ex eisdem actis; secùs ad effectum, vt non sit locus executioni; quia tunc sufficit, quod detur iniustitia ex nouiter deductis, vt fuit dictum in vna Tudertina officij coram Lanceloto, & est *decis. 31. p. 3. diuers.*
† Imò idem Riccius *ib collect. 954.* aduertit cum 9
Bellamera *decis. 41.* & cum Cassador *decis. 8. n. 5 de rescriptis* quod prædicta clausula censetur in omnibus commissionibus repetita, vt fuit resolutum circa eam in vna causa Romana societatis 3. Ianuarij 1577. coram Blanqueto, vt patet *in decis. 321. p. 1. diuersor.* Repetit latè ad hunc Textum nouissimè Matthæus Collerus *de processibus executiuis p. 4. pagina 152.* vbi ponens *à num. 6.* quod sententia continens manifestam iniquitatem est ipso iure nulla, & quod error facti circa calculationem expressus in sententia ipso iure eam vitiat, amplians quadrupliciter, & ponens *n. 10.* indicium ex stipulatione consanguinis, ponit etiam tres fallentias.

AD

AD TEXTVM IN CAPITE X.

Tenor, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

5 *Anulli subarratio, quando sit sufficiens Iudicium Matrimonij, remissiuè.*

1 TExtvs hic comprobat sententiam latam super Matrimonio, non transire in rem iudicatam: adiunges notata *suprà in cap. lator 7. hoc tit.* de quo ago *infra in cap. consanguinei*, sed quia ex eius littera nonnulla possunt moueri adiunges sequentia.

2 Ibi in versic. *idem eundem Roder; muliere absente ab impetitione ipsius absoluit*: per hæc verba agi potest de citatione necessaria ad proferendam sententiam, dixi latè *suprà in Rubrica q.* 2.

3 Et ibi *dictus verò Rodericus à te vocatus ad causam infirmitate prætensa non adfuit*: numquid per hæc verba agi possit de contumacia, in non comparendo adiunges adducta *in capite* 1. *de Iudiciis.*

4 Et ibi, *sed quia nocte sequenti aliam sibi copulare præsumpsit in eum excommunicationis sententiam promulgasti.* Per prima verba potest aliquid adnotari de his; quæ dico *infrà de Clandestina disponsatione*, & si non rectè, & meliùs de quæstione an licitè pendente causa super validitate Matrimonij possit aliquis ad alia vota, seu Matrimonium transire, de quo videbis *in cap. cum Apostolica* 18. *de sponsalibus.*

5 Et ibi *mulier suos Testes offert ad probandum, quod idem Rober. eam disponsationis à nullo publicè subarrasset*, quando subarratio anuli sit sufficiens sponsaliorum, aut Matrimonij, Iudicium agunt Doctores *hic*, & Barbosa adducit nonnullos, *n.*4. inter quos Sanchez *de Matrim. lib.* 1. *disp.* 22. & latè Francisc. Molin. *de ritu nuptiarum lib.* 1. *c.* 11. *per totam*, & propriè in titulo de sponsalibus Et pro hoc puncto videbis quæstionem *in cap* 4. *de præsumptionibus, quæstione* 4. versic *ad secundam: n.* 3. vbi remissiuè egi, an annuli immissio in digitum mulieris inducat Matrimonium, alia adducit Barbosa *hic n.*2. *&* 3. *& n fin.*

6 † Et pro plena explicatione leges quæ repetit nouissimè ad hunc Textum Matthæus Collerus *p.*4. *de process. execut. pag.* 1. §. vbi ait quod Matrimonium per expressum consensum partium contractum dissolui non potest, addit *n fin.* quod Sponsus pendente lite super Matrimonio per verba de præsenti aliam sibi copulans abstinere debet à secundo thoro, donec de primo sententionato aliter sit cognitum.

7 † *Imò num.* 8. *&* 9. addit quod subarratio per desponsationis annulum probat Matrimonium saltem præsumptiuè, & quod iuuenes non facilè digitis mulierum annulos suos iniiciant. ad quod adiunges dicta *suprà in cap. illud de præsumpt.*

AD TEXTVM IN CAPITE XI.

Consanguinei, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. PRomisi in hoc Textu agere de ratione quare sententia super Matrimonio, aut super eius diuortio rite lata adhuc non transeat in rem Iudicatam, quin possit reuocari veritate comperta, quam vt scias leges, quæ adduxi *suprà in cap.* 1. *vt lite non contestata quæst.* 1. *num.* 11. *& in cap.* 1. *vt lite pendente.* II. Item applicabis quæ adduxi *in cap.* 4. *de probat. q.* 5. vbi egi an sententia in omnibus causis, præter coniugales, quæ deciduntur per Testimonia peritorum transeat in rem Iudicatam, vel queat retractari, seu ab ea appellari; item applicabis nonnulla adducta *in capite litteras de restitutione spoliat.*

III. Et quia alia ex verbis nostri Textus possunt inquiri, ideò in versic. *compaternitatem inter ipsam, & virum suum legitimè probauerunt.* Per hæc verba possunt adiungi quæ spectant ad impedimentum cognationis spiritualis, de quo in eius Titulo *infra lib.*4.

IV. Et ibi in versic. *cum sit tibi post modum confessa, quod eius Commater ante sententiam in veritate non fuisset.* Et ibi *quod propter solam confessionem mulieris non est recedendum é sententia per Iudicium Ecclesiæ rationabiliter promulgata, nisi legitimè in contrarium probaretur.* Per hæc verba applicabis dicta *in dicto cap.* 4. *de probationibus, q.* 1. vbi egi de quæstione quare potiùs creditur vxori iuranti se non esse cognitam, & non viro contrarium asserenti cum Iuramento. V. Et applicabis alia conducibilia ad hanc tractationem quæ adduxi *in cap super eo* 22. *de Testibus q.* 1. vbi egi de testimonio matris pro filia circa Matrimonium, & de aliis, videbis notata *suprà in cap. lator, & cap. tenor hoc tit.* Ad Textum hunc video post infrà scripta, quæ latè scribit Matthæus Collerus *de processibus executiuis p.* 4. *pagina* 157.

QVÆSTIO I.

An sententia diuortij transeat in rem iudicatam: Et an sententia super valore Matrimonij, transeat etiam in rem Iudicatam: Et an sententia, quæ vertuntur in animæ periculum transeant in rem iudicatam, nec ne: Et quid circa dotem, & alia à Matrimonio dependentia, seu illi contingentia: An sententia corporis afflictiua transeat in rem iudicatam?

SVMMARIVM.

1 *Diuortij sententia transit in rem iudicatam, in his, quæ sunt in odium Adulteri secus in fauorem; n.*2. *&* 3.4.5.6.7.

3 *Adulter*

2 *Adulter transacto tempore ad appellandum non admittitur.*

3 *Exceptio rei iudicatæ non profuit ei, contra quem iudicatum est.*

9 *Matrimonij sententia nunquam transit in rem iudicatam, siue lata pro, aut contra n.9.*

10 *Sententia, quæ continet iniustitiam litigantium potest retractari num. 11.*

11 *Sententia super non Matrimonio legitimo, quod reuera legitimum est, continet iniustitiam litigantium, & retractatur n.12.*

13 *Sententia Matrimonij à qua decendio appellatum non est querelæ remedio quit retractari, & si non appellatione, num. 28. ibi qualiter ad id agatur.*

14 *Sententia super Matrimonio, non transit in rem iudicatam quoad veritatem, sed quoad subtilitatem benè, & sic eam impugnans debet allegare aliquam rationabilem causam, numero 15. de qua Iudex cognoscet prius, num. 16.*

17 *Sententia super Matrimonio, quare non transeat in rem iudicatam; alia verò sententia sic transacto tempore ad appellandum impugnatur, n.19. & 20. satisfit, n.21.*

21 *Sententiæ quæ possunt in rem iudicatam transire sunt in duplici differentia.*

22 *Sententia pœna corporalis damnans, à qua non est appellatum; transit irreuocabiliter in rem iudicatam.*

23 *Pœnæ mortis quis nequit expressè consentire, secus tacitè.*

24 *Sententia nunquam transit in rem iudicatam, vbi adest peccati materia, vel vbi Ius per partes non est remissibile, dum constat de his, & à num. 31.*

25 *Retractare potest Iudex sententiam, quoties de errore certior factus fuerit.*

29 *Sententia præsumitur iusta, quando ab ea intra legitima tempora non est appellatum, & allegant iniustitiam incumbit probandi onus, num. 27.*

27 *Sententiæ iniustitia potest probari tam respectu meritorũ causæ, quam ordinis processus, n.28.*

28 *Sententia super Matrimonio transacto tempore ad appellandum quoad instantiam causæ transit in rem iudicatam.*

29 Cap. ex litteris, de rest. spoliat.

30 *Querela super nullitate, aut validitate Matrimonij, coram quo Iudice sit proponenda.*

31 *Sententia in qua vertitur periculum animæ etiam si excommunicationis sit, non transit in rem iudicatam n.32. & in quolibet alio casu, n.34.*

33 *Lex, Priuilegium, Iuramentum cessant vbi adest periculum animæ.*

35 *Allegans turpitudinem suam audiri declaratur, n.36 fallit, num 37.*

38 *Sententia super dote quando transeat in rem iudicatam, num, sequent.*

39 *Sententia in sponsalibus de futuro, qualiter transit in rem iudicatam, probato aliquo impedimento.*

40 *Sententia in causa Matrimoniali respectu tertij illud impugnantis, transit in rem iudicatam, alij contra num.41.*

42 *Sententia circa expensas, in matrimoniali litigio factas, transit in rem iudicatam.*

43 *Sententia in causa matrimonij lata detecto errore etiam post annos 40. retractari queit.*

44 *Sententia lata in causa criminali transit in rem Iudicatam vbi n.45. & 46. expenduntur* l. liber homo, ff. ad legem Aquiliam l. vnius 18. § penult. ff. de quæstionibus.

AD primam quæstionis partem, quod sententia diuortij transeat in rem Iudicatam, ita vt illa semel lata transacto tempore ad appellandum, nempe decem dierum, neutra liceat reclamare conjugi: videtur docere Abbas *in c. lator, hoc tit. n.11 ibi*, Alex. de Neuo *n.12.* Bellarm. *n.3.* & ratio est quia in separando matrimonio, non est cur timeri queat peccatum inter conjuges, si forrè sine iure coïrent, & commiscerentur; sicut à contrario accideret, si sententia lata fuisset pro valore matrimonij iuxta Textum *in d. c. lator hoc tit* de quo *infrà* dico in versic. *ad secundum*, sententia enim diuortij conseruantis, potest vterque conjux à fornicatione abstinere ergo venit dicendum id priuilegium matrimonij, vt eius sententia non transeat in rem Iudicatam, minimè ad diuortij sententiam protrahendam. † Sed Hostiens. *in c. ex litteris n. 2. de diuortiis*, vbi Ioannes Andreas *n.10.* Antonius *in d. c. lator hoc tit n. fin.* Imola *in fine*, docent non transire in rem Iudicatam, donec alteruter coniux separatus mutauerit statum, v.g. profitendo in aliqua religione, vel assumendo ordinem sacrum primo ex doctrina *d. c. lator*, quia sententia super diuortio, respicit ad ipsum matrimonium. Secundo quia lata diuortij sententia, nec statu coniugum variato, potest Innocens agere, ad adulterij inuiti coniugis reconciliationem quod non esset, si sententia diuortij, transiret in rem Iudicatam. 1 2

Verùm existimo respondendum esse sub distinctione, nempe sententiam diuortij, non transire in rem Iudicatam, in his, quæ sunt in adulteri coniugis fauorem; benè tamen in his quæ in eius odium, & Innocentis fauorem cedũt, ac proinde minimè audiendum illum, transacto termino ad appellandum, volentem allegare Iniustitiam sententiæ, reconciliationemve petẽtem, at Innocentem semper audiendum esse, agentem ad reconciliationem adulteri, nec adultero s. ff. agari exceptionem rei Iudicatæ: docent Hostiens. *in c. de illa de diuort n.3.* vbi Ioan. Andr. *n.3.* Anton. *n 4.* Præpositus *n.7.* Alex. de Neuo *n.9.* Enric. *in c quanto, n.7 de diuort* Felin *in d c. lator hoc tit* fauet Abb. *in d. c. in litteris de diuort.* vbi ait sententiam diuortij; non transire omnino in rem Iudicatam: docet Sanch. *de matrim. lib.* 10 *disp* 9. *n.*4 vbi refert in fine aliquos ex præcitatis Doctoribus, & si ita teneant dissentire in modo dicendi, & exponendi. 3

Et ratio quare hæc sententia, sic est tenenda, ea nempe videtur, quia cum sententia diuortij feratur in fauorem Innocẽtis, & ad eius instantiam, & in odium adulteri, cui nullo modo vult Ecclesia facere, æquitas possit ne in fauorem rei, transeat in rem Iudicatam, & Innocentis perniciem, quia vt ait Consult. *in l euidenter, ff de except rei Iudic.* iniquissimum est proficere rei Iudicatæ exceptionem ei, contra quem Iudicatum est. † Secundo quia si omnino sententia illa transiret in rem Iudicatam, quamuis posset Innocens iniuriam adulteri condemnare, atque ita reconciliari sibi adulterum volentem; ipso tamen retinente minimè posset coram Iudice agere ad illius reconciliationem, obstante sibi exceptione rei Iudicatæ, & proinde tunc foueretur peccatum. † Tertio quia cum diuortium pertineat ad matrimonium, non tamen illius vin- 4 5 6

culũ soluẽs,sed ab obligatione Thori,& habita-
tione absoluens æquum est , vt non omnino, sed
aliquatenus,eius priuilegium participet sententia
in diuortij causa, non ex toto, sed partim in rem
7 iudicatam transeunt. † Et sub hac distinctio-
ne existimo intelligendum Couarruuias *in 4. p.2.*
cap 8. §. 12. *num.* 20. qui videtur inclinare sen-
tentiæ huic,quatenus dicit sententiam latam,quo
ad Thori separationem,in fauorem eius , qui se-
parationem postulauit : ita transire in rem Iudi-
catam , vt si ipse velit alterum coniugem petere
coniugale consortium, & sibi reconciliare possit,
cap. ex parte de sponsalibus , sed quod victus , qui
non appellauit,non possit comperto errore illius
sententiæ reuocationem petere , cum posset in
hanc matrimonij separationem consentire , *cap.*
quod Deo pari 33.*quæst.*5.ita ex Abbate, & Felino
*in cap.lator,hoc tit.*vtroque addente procedere,nisi
si timor esset fornicationis in ipsis coniugibus,ita
segregatis , quia tum posse ait ex officio Iudicis
cognosci de errore,quo cognito, coniuges coge-
re ad cohabitandum.
8 Ad secundam quæstionis partem,respondebis
ex dictis,& assignatis *supra in præmisso,dicti cap.te-*
nor.cap.lator,& hic speciali iure stabilitum esse;vt
sententia in coniugali causa lata,qu acumque cir-
cumspectione præmissa,siue bis ab ea prouocatum
fuerit,confirmataque sit, siue lapsus terminus ad
appellandum sit,nusquam transeat in rem Iudica-
tam , ac proinde,non ita efficacem authoritatem
sortiatur,quin retractanda sit , quoties comper-
tum fuerit eam errore quodam latam fuisse . ita
patet ex prædictis iuribus , & præcipue ex verbis
Textus *in dicto cap. lator*, in versic. *mandamus* : sic
docent in prædictis iuribus interpretes ordinarij,
& *in cap fraternitatis de frigidis,& malefic.atis*,qui-
bus accedunt Couarruuias *in 4.p.2 cap.* 8. §.12.
*num.*12.Marcus Antonius *variar. resolution lib.*1.
resolutione 93.*num.*7 Ioannes Valerius *de differen-*
tiis inter vtrumque forum , verbo *sententia differen-*
tia 5.*num.*2 Bernard.Græuæ *ad pract.camer. impe-*
*rial lib.*1.*conclus*112.Veun *tom* 2. *commun opinion.*
*lib.*7.*tit.*14 *num* 178.*pag* 271. Sanchez *de matrim.*
*lib.*7 *quæst.*100 Iuachin. Beust. *tract de matr.c.*39.
Hyeron à Laurent Auenion.*decis.*70.*num* 3 San-
tius *in repetit ad Textum in clem* 2. *de test. num.*20.
Menochius *de arbitrariis,casu* 103. Tiraquellus *de*
*retractu tit.*2 § 1.*Glossa* 2.*num.*37 Mãtanta *de ordi-*
*ne iudicior p.*3.*à num.*147.Osualdus ad Donellum
9 *lib.*21.*cap.*11.*littera F.* † Quod intelligit Glossa
verbo.*permanere,*ibi,id est, *cum in gradu prohibito*,
vt procedat siue sententia sit contra matrimo-
nium,vt quia pronunciat non esse matrimonium,
vel non esse legitimum,quod in rei veritate legi-
time contractum est,vt accidit in proposito, *dict*
cap. lator, siue pro matrimonio, veluti quia pro-
nunciat esse legitimum, vel admittit illud , quod
in veritate iure contrahi,prohibetur , nam vtro-
que in casu , veritate comperta , debet retractari
sententia,quantumcunque transierit in rem Iudi-
catam:docent,Felinus hic communis,*in cap.iura-*
uit de probat. Palacios *in repetit cap. per vestras de*
*donat.inter virum.& vxorem,num.*20. Gabriel *com.*
opinion.tit.de testibus, conclus 5. *num.*69. Couarru-
uias *in dict p.*2.*de sponsalibus,cap vltimo,*§.*vlt.*§.*vl-*
*tim num.*9.versic *secundo*.Barbosa *in dict.cap.lator,*
num fin. & hoc quidquid contrarium intendat,
Glossa magna *in dict. cap. iurauit*, Glossa vltima,
in cap. series 26. *& in cap. cum in tua* 44. *de testi-*
bus. Et quidquid etiam dicat Glossa *in dicto cap.*
fraternitatis de frigidis , verbo , *fornicario* , in
fine , quam transcribit , Monaldus *tract. de ma-*
trimonio , *titulo de impossibilitate coeundi quid sit* ,
col. 3. quæ videtur contrarium sentire , cum re-
ferat triplicem tantum sententiam esse feren-
dam , nec tertio appellare licere ; & sic , vt
transeat in rem Iudicatam , quando duplici sen-
tentia est confirmata , quam quasi hoc sentien-
tem impugnat , Antonius *in dict. cap. fraternita-*
tis , quæ reuera non sentit contrarium , sed tan-
tùm vult transire in rem Iudicatam,ad hunc sen-
sum , vt per viam appellationis , nequeat am-
plius retractari , sed per viam querelæ , vt mul-
tis adductis probat, Sanchez *d. lib.*7.*de matr.n* 4.
Abbas *in d.c.fraternitatis*, *n.*25. Præpositus *n.*19.
Alex.de Neuo § *quamuis*, *n.*16. & Barbosa *in dict.*
cap.lator.n 7.
Et confirmatur nam si quis pronunciet non 10
esse matrimonium, quod est legitimum, vel quæ
Iure prohibitum, admittit, non ita transit in rem
Iudicatam , cum veritate comperta possit omni
tempore retractari,quia sententia,quæ iniustitiam
continet litigantium consensu,irremissibilem, nõ
ita transit in rem Iudicatam,quin possit, veritate
comperta retractari,*Glossa summa* 35.*Glossa vlt. in*
*c.inter,hoc tit.*vbi omnes resoluunt,Abbas *n.*9.Fe-
lin.16.*in d cap lator* , Maranta *de ordine iudicior.*3.
*p.*6.*n.*147.Tiraq.*de retract tit* 2. §.1. *Glossa* 2. *n.*37.
Barbosa *in d.c.lator,n.*4.
Sed sententiam pronuncians non esse matri- 11
monium contractum,vel legitimum cum rei veri-
tate legitimum sit, continet iniustitiam litigan-
tium consensu irremissibilem, eo quod remittere
non possunt vitium, & iniustitiam illorum , quæ
non sunt in potestate ipsorum, & ad superiorem
spectant.arg. Textus *in clem.*1. *in princ.* versic. *nos*
inter de elect cap. vlt in fine de pactis : ergo. † Et 12
confirmatur vlterius quia vterque litigans sciens
sententiam iniustam, grauiter peccat , si illi obe-
diat,cum potius teneatur oppositum facere : ar-
gumento eorum,quæ dixi,*in cap. litteras de restit.*
*spoliatorum.*Et facit dictum Abbatis *hic num.*8.as-
serentis quod sententia, quæ non tantum contra
Ius priuatum , sed etiam contra Ius Reipublicæ
promulgatur,potest veritate comperta retractari
ex Textu *in l Imperator.*15 *ff.hoc tit.*& notat Glos-
sa *in c.*1. 35. *q.*9. sed sententia in terminis nostræ
loquutionis, non tantùm est contra Ius litigato-
ris,verùm & contra Ius,& bonum Reipublicæ:ar-
gum.dictorum,*supra in c.*1.eo quod publice inter
est matrimonia legitime contrahi,& contracta,ad
publicam tranquillitatem perdurare,& illegitima
omnino euitari ; taliter vt quilibet de populo ad
hoc vt id fiat admittatur ex *cap.fin. in princ.* vbi
Glossa verbo, *voluerit* , de clandestina de sponsa-
tione,*cap vlt qui matrim. accusare possunt*, vti ob-
seruat Abbas *in dict.cap tenor,hoc tit.n.*7.ergo.
Hæc tamen sic corroborata sententia intelli- 13
gitur de sententia,non solùm quæ duplici senten-
tia cõfirmata est, sed de ea à qua decendio appel-
latum non est,nam eo tempore transacto,etsi re-
medio appellationis aduersùs eius iniustitiam
dici non possit , sed remedio querelæ poterit re-
tractari, aduersùs eam allegando , & solùm as-
sumere , dicendum est , authoritatem rei iudi-
catæ , vt prætextu appellationis corrigi ne-
queat. † Ob idque dixit Hostiensis *in dicto cap.* 14
tenor , *hoc titulo in fine* , sententiam matrimonij,
non transire in rem Iudicatam,quoad veritatem ;
bene tamẽ quoad subtilitatem, à quo prædictum
intellectum,

intellectum sequuntur, Antonius *in dicto cap. lator*, vbi Abbas *n.10.* Imola *n.7. in initio*, & versic. *item videtur*, Alexander de Neuo *n.10. & 11.* Felinus *num.4. declarat. 30. & n. 5. declar. 4.* idem Abbas *in cap. sua de pœnis num.7.* vbi Decius ampliat 4. *n.16.* in noua editione idem Imola *clement. 1. n. 1. hoc tit.* Francus *in cap. venerabilibus, §. porro n.2. de sentent. excommunic. lib.6.* & tradit Glossa *in dicto cap. fraternitatis de frigidis, & maleficiatis*, vti eam iam præcitati intelligunt, & *ibi*, Abbas *n.21.* Præpositus *n.19.* Alexander de Neuo §. *quamuis, n.47.* idem tenet Glossa *in cap. ad reprimendum*, versic. *suspendatur de officio ordin.* vbi Abbas *num.6.* Couarr. *in 4. p. 2. dicto cap.8. §.12.* versic. *sententia vero*, Sanchez *dicto lib.7. de Matrim. disp.100. num.3.*

15 Secundò venit intelligenda, vt quamuis non omninò transeat in rem iudicatam, transeat tamen quoad hoc vt non discriminatim eam impugnare volens audiatur, sed oporteat allegare aliquam iniustitiæ causam verisimilem, quæ iure optimo Iudicem ad id credendum ducat, ne infinitum pars contraueniens audiatur; cum valde esset absurdum quod passim audiretur, contraueniens sententiæ lapso appellandi tempore, vel iam confirmatæ duplici pronuntiatione de-
16 finitiua. † Et ob id præmittendam esse cognitionem à Iudice de causæ iniustitia, vt pars possit audiri: docent Innocent. *in dicto cap tenor, num. vnico ad med. hoc tit.* vbi Hostiensis *in princ.* Ioannes Andreas *n.1. fin.* Anton. *n.14.* Cardin. *n. vnico*, versic. *oppono ad hoc*, Bald *n. 1.* Ancharranus 4. Imola 7. *fin* Abbas *in cap. fraternitatis de frigidis num.21.* ibi Præpositus *num.19.* Alex. de Neuo, versic. *quamuis n.26.* idem Abbas *in cap. fin. de clandestina disponsat.* vbi Alexander de Neuo *in fine*, idem Abbas *in dicto cap. lator hoc tit. n.11.* vbi Cardin. *fin.* Alex. de Neuo *n.11.* Felinus *n 6. declarat. 5.* Sanchez *de Matrim. dicto lib.7. disp.100. n.4.* videndus Balboa *in dicto cap. lator num.13.14. & 15.*

17 Sed iam pro vera ratione huius doctrinæ, & decisionum iurium *in dicto cap. nostro, cap. tenor, cap. lator hoc tit. dicto cap. fraternitatis de frigidis, & maleficiatis, cap. quod Deo 35. q 9 cap. causam Matrimonij penult. de probat. cap. series 26. cap. sicue nobis ex tenore 35. cap. cum in tua 44. c. constitutus 46. de Test.* vbi Doctores eam comprobare solent, & vt Sanchez *dicto lib. 7. de Matrim disput.100 sub n.1.* in versic. *ratio*, constituat rationem differentiæ, quare in cæteris aliis sententiis fere transacto decendio ad appellandum succedat authoritas retractabilis rei iudicatæ, & non sic in causa Matrimoniali eam esse dicit, quia ex quo omittitur appellatio debito tempore cēsetur cōsentire sentētiæ ratione cuius consensus accipit vires sententia iuxta Text. *in c. consultationem hoc tit.* ibi, *cum per hoc videatur per interpretationem iuris lata sententiæ paruisse*, sed in Matrimoniali causa nequit consensus omittentis appellatione efficere, vt Matrimonium cum impedimento dirimenti initum sit validum, vel vt legitimè contractum dissoluatur. Et sic Balboa longè agens *in dicto cap: lator, & à num. 8. de ratione discriminis*, ait *n.9.* inter vtramque sententiam illud discrimen constitui, nam sententia lata extra casus Matrimonij habet in bono publico fūdamentum, ne transacto decendio de iure Canonum, aut alio termino de iure Ciuili & Regio dierum quinque queat retractari, vt finis litibus imponatur, eo quod in talibus casibus partes omnes Ius suum remittere censeantur; quod non sic contingit in casu, de quo loquimur, in quo partes non habent Ius remittendi, & renunciandi potestatem.

Prædictæ tamen rationi, vltra argumenta, quibus videtur probari, vt etiam sententia in causa 18
matrimoniali queat retractari, si aut confirmata duplici pronunciatione vel ab ea intra decē dierū spatium non appellatur, quæ scribunt Balb. *hic à n.2.* & Graña *à n.3.* per Textum *in c. Iurauit de probat d. c. constitutus 46. de testibus cap. ex litteris de diuortijs, cap. bona el primero, §. porro de elect. cap. is qui fidem de sponsalibus, ex l. §. viduum, ff. quando appellandum sit. l. eos. § si autem, Cod de appellat d. cap. quoad consultationem hoc tit.* cum aliis, quæ ipse dissoluunt, & intelligunt, & quorum non est difficilis intellectus in suis speciebus admissa ratione specialitatis nostri Textus & aliorum Iurium. † Obstat sequens consideratio, 19
nempe vt si consensu vtriusque coniugis, cessat culpa, & matrimonium constare possit tunc si non appellatur in tempore legitimo sententia transit in rem Iudicatam, ita vt ea amplius ob eam rationem, nequeat retractari: ita docēt Henric *in d c. lator. n.3. & 4* Ioannes Andreas *in fine*, Butrius *n.8.* Balb *n.3* Panormit *n 9* Felin. *n.2. de clarar. 1.* Abbas de Neuo *n.8.* Scaccia *de appellat. q. 17. num 6* Calefat *inter consilia matrimonialia, cons. 76. num 1.* Couarruuias *in 4 dicto § 12. cap.8. num 12* versic *ex quibus* Sanchez *dicta quæst 100. n.13* dicentes, vt si v.g. litigetur, an aliquod fuerit legitimum matrimonium, allegante altero metum, vel conditionem seruitutis alterius coniugis, à se ignoratam, succubuit hîc, & sententia pronunciatum valuisse conjugium. † Et sic 20
Marcus Anton. Genuens. *variar. resolut. resolutione 93. num.8.* quem sequitur Barbosa *in dicto cap. lator, sub num. 3.* ait sententiam latam in fauorem, & pro validitate matrimonij, transire in rem Iudicatam, Bernardus Diez *regula 24.* Sanchez *vbi suprà num.13.* Alexander de Neuo *inter consilia consilio 38. numero 1.* ergo non est efficax relata doctrina, & distinctio.

Deinde tamen, vt ab impugnatione doctri- 21
nam defendas, aduertes quod sententiæ quæ possunt in Rem Iudicatam transire, sunt in duplici differentia, nam aut continent vitium, quæ ab ipsis partibus remitti potest, aut continent vitium per partes irremissibile, veluti, & si sententiæ acquiescunt litigantes, nihilominus peccarent, quia tunc reuera, remissio nihil potest, vt exemplis exorna Balboa *in dicto cap lator, sub num.8.* qui *n.10* & Graña *hîc n.3.* docent. quod cum sententiat in causa matrimoniali, non contineat Ius aliquod per partes remissibile; ideo eam non posse in rem Iudicatam transire affirmant, ad effectum illum, vt postea retractari non possit; non enim matrimonium semel ritè, & legitimè contractum, postea partibus consentientibus dissolui valet vt habetur Matthæi *cap. 9 & in c. licèt ex quadam de testibus* videndus Conar. *dicto § 12. cap.8. n.13.* Barbosa *in dicto cap. lator, n.3. in princ.* qui ait conclusionem illius Textus & aliorum, intelligi, quando ex illius sententiæ obseruantia nutritur peccatum; ita vt nec consensu vtriusque partis, possit cessare culpa, vt si lata sit contrà legitimum matrimonium, declarans id esse irritum

aut in fauorem Matrimonij, inito cum impedimento dirimenti, quia tunc ratione peccati nequit sententia transire in rem iudicatam in casibus, vbi non debet, nec potest dari remissio litigantium, aut partium: Sic docent Abbas *in cap. nouit, num. 21. de Iudiciis*, vbi tradidi nonnulla conducibilia, Mantua *lib. 3. Dialogo 52. ad finem*, Bonacos *comm. crim p. 1.* verbo *sententia, folio 250.* verso Bernard. *Regula 25. limit. 5.* Tiraquell. *de retractu tit. 2. §. 1. Glossa 2. n. 37.* Ioannes Valerius *de differentiis vtriusque fori*, verbo *sententia, differentia 5. num. 2.*

22 Nec obstabis si opponas dicendo; quod sententia pœnæ corporalis damnans à qua non appellatur transeat in rem iudicatam; Ita vt reuocari nequeat comperta Rei innocentia, nisi speciali Principis indulgentia *l. 1. ad finem, ff. de quæstion. l. Diui, ff. de pœnis*, sed pœnæ mortis nemo assensum præstare potest ex Textu, *in l. liber homo, ff. ad legem Aquil.* quia nemo propriæ vitæ dominium habet ex his quæ adduxi *suprà in cap. 9. de Iureiur.* ergo videtur dici relatam rationem decidendi, siue contineat ius per partes irremissibile, siue peccatum non esse adæquatum, cum in hoc casu vbi vtrumque inuenitur, adhuc sen-

23 tentia transit in rem Iudicatam. † Sed quia Balboa *in dicto cap. lator*, videndus *à n. 26.* difficultatem dissoluit ex Decio *in cap. iurauit de probat.* vbi latè agit *num. sequentibus*, vbi *à n. 30.* agit de alia difficili quæstione, ideò ego cum Sanchez *dicta disp. 100. lib. 7. de Matrim. sub num. 1.* & cum Couarr. *in dicto §. 12. à n. 16.* respondeo vt quamuis expressus consensus nihil operetur vt possit quis corporaliter puniri, at tacitus consensus, seu potius patientia ea, qua non appellans, finit sententiam transire in rem iudicatam ei valde nocet iure sic disponente, nec tunc adest peccati materia, vt contingit in eo qui postquam bona fide præscripsit, si deinde præscriptione impleta, mala fides superueniat, adhuc tutus manet lege superueniente, & vberius expendo *infrà*, in versic. *ad vltimam, & in cap. 15. q. 4.* versic. *ad secundam.*

24 Itaque dico, quod vbi adest peccati materia, & vbi per partes ius non est remissibile, nunquam transeat sententia in rem iudicatam, quin possit siue appellatione, siue alio remedio retractari, vbi de eius iniustitia, & iniquitate constiterit; & sic contingit in aliis etiam casibus extra matrimoniales, vt dico *infrà* in versic. *ad tertiam.* Tamen si sit dubium, numquid talis sententia sit iusta, audiri debet allegans quod animæ periculum vertatur iuxta Textum *in cap. cum speciali, §. fin.* versic. *excessu quoque dubio de appellat.* Hostiensis *in cap. tenor, hoc tit. num. 2.* Ioannes Andreas *n. 11. fin.* Anton. *n. 11.* Ancharran. *n. 4.* Cardinalis *n. vnico.* versic. *quæro circa*, vbi etiam subdit, vbi etiam subdit, vt si Iudex, non præmissa cognitione summaria, non citato Aduersario de causa allegata, num iusta sit, & audiat petentem sententiam reuocari non posse aduersarium opponere, nec appellare, sed posse puniri Iudicem à Superiore, aitque posse etiam dici integrum esse Aduersario opponere, & appellare.

25 Notabis etiam posse Iudicem ex officio, parte inuita procedere ad retractandam huiusmodi sententiam, vbi de errore certior factus fuerit, quia sua interest auferre peccata, sed est grauissimum illegitimè coniunctos in Matrimonio perseuerari, aut legitimè coniunctos separari, vt constat, *in cap. porro in fine de diuortiis* ibi *tui officij interest Matrimonia illa adhibita grauitate dissoluere, quæ illicitè contracta noscuntur*, & vt dicit Sanchez *d. disp. 100 lib. 7. n. 2.* ad id teneri ex illo Textu: benè Cardinalis *in d. c. lator n. vnico Glossa fin.* vbi Abbas *n. 11.* & Alex. de Neuo *n. 11.* Felinus *n. 6. declarat. 5.* dicunt arbitrio Iudicis relinqui attenta causa, quæ coram eo allegatur, cum certa regula dari nequeat, vt volens prædictam sententiam impugnari audiatur.

Notabis secundò præsumi pro sententia, ac iustitia processus, quando ab ea intra legitimum tempus non est appellatum, donec eius iniustitia constiterit; quare eius iniustitiam alleganti incumbit onus probandi: sic docent Innoc. *in d. c. bonæ el primero de elect. n. 8.* Archid *2. q. 6. in summa n. 3* Ioann. Andr. *in d. c. lator hoc tit. n. 3.* vbi Antonius ad finem, Abbas *n 3. & 11.* Imola *n. 3. & 7.* versic, *item transis* Alex. de Neuo *n. 3. & 11.* Couar, cum aliis, *in 4. p. 2 d. §. 8. n. 12* versic. *ex quibus constat.* † Sanchez *d. disp. 100. n. 7.* vbi *n. 2.* cum eodem Abbate *in d. c. lator n. 5.* Alex. *ibi n. 4.* ait quod in his sententiis non transeuntibus in rem Iudicatam, potest probari iniustitia sententiæ, tam respectu meritorum causæ, quam respectu ordinis processus per acta causæ quamuis transierint decendium à tempore sententiæ. 26 27

28 Sed tunc reuera id continget non per appellationem, quæ iam tractando termino ad appellandum cessat, sed ex noua querela, nouoque libello, in quo petat damnatus eam causam coniugalem semel iam definitam, iterùm ad Iudicium deduci, & sententiam reuocari, ratione erroris delicti: nam vt iam dixi quo ad instantiam causæ illa sententia, omisso termino appellationis transiuit in rem iudicatam, vt docent Hostiens. *in c. ex litteris n. 13. de rest. in integrum*, Abbas *in d. c. lator n. 12. ibi*, Alex. de Neuo *n. 12.* Felin. *n. 8. declaratione 7.* Henric. *n. 2.* & Imola *n. 7.* & in nostro Textu *in fine*, Couar. *in 4. d. 2. p. c. 8. n. 12.* versic. *secundo.* †. Sanch. *vbi suprà n. 8.* id deducens cum præcitatis ex *d. c. ex litteris* in verbis *ibi, & ad audientiam restituimus eam pro Matrimonio postulantem*, vbi non dicit Textus contra sententiam restituimus, quod ea nunquam transierit in rem iudic. quantum ad veritatem, sed ait *ad audientiam restituimus*, vt perinde audiatur, sicut poterat audiri ante sententiam, & pro maiori enodatione leges Balb. *in d. c. lator à n. 19. vsque ad 31.* vbi plura intelligit, *& n. 13.* 29

Tamen si dubites de Iudice, coram quo talis querela sit præstanda tibi, respondeo eam non esse proponendam à subditis Episcopi suffraganei coram Episcopo, vtpotè qui inter eos solùm est Iudex in causa appellationis, & non per viam quærelæ iuxta Textum expressum *in cap. 1. de officio deleg. c. pastor. in princ. de offic. ordin. c. venerabilis in princ. de sent. excom. in 6.* quamobrem quærelam esse coram eo Iudice, qui adiri potest per simplicem querelam, & iste est ille qui sententiam tulerat Pontifex, etiam vel eius legatus, vt habetur *in cap. 1. de officio legati*, docet Alexander de Neuo *in dicto cap. lator hoc tit.* Abbas *num. 10.* Felinus *num. 4. declaratione 3.* Alexander *hic, num. 16.* Couarruuias *in 4. dicto capite 8. parte 2. §. 12.* versiculo *tertio*, Sanchez *dicto lib. 7. de Matrimonio, disputatione 100. num. 9.* Balboa *in dicto cap. lator, num 14.* Imò addit Sanchez videndùs *numero 10.* non posse Archiepisco 30

Archiepiscopum cognoscere de tetractatione illius sententiæ, siue coram eo proponeretur nullitas principaliter, siue incidenter notat Couarruuias *in dict. num.* 12. versic. *quarto*, quamuis aliter Abbas distinguat, *in dict. cap. ex litteris, num. fin.* dicens quod si principaliter ponitur, sit in electione petentis, eligere iudicem: alia videbis, *n. sequentibus.*

31 Ad tertiam quæstionis partem, an sententiæ, quæ vertunt in animæ periculum transeant in rem Iudicatam, poteris respondere ex iam adductis; & in versic. *itaque dico*, quod non transeunt ex ratione, & exemplis iam adductis de matrimonio; etenim Petrus Barbosa *in l. Titia, num.* 54. *ff. soluto Matrimonio*, Valascus *consf.* 12. docent quod sententia in causa vsurarum lata

32 non transit in rem Iudicatam. † Et sic Balboa cum Hostiensi agens de vtili quæstione, *in c.* 11. *de executionibus, num.* 16. & 17. an v. g. excommunicatus actor, siue reus per sententiam condemnatus, à qua non appellauit, possit petere in integrum restitutionem aduersùs sententiam, & respondet quod si petatur restitutio ex clausula generali, tali causa expressa, & probata; quod si ei non subueniretur, vel condemnaretur innocens, vel alias animæ periculum eo casu esset, proculdubio, non obstante excommunicatione, audiendus: argumento Textus *in cap. cum inter de except.* ex eo quia, vbi adest animæ periculum, nunquam transit sententia in rem Iudica-

33 tam. † Nam semper excommunicatus debet audiri, quoties agitur de periculo animæ, quia in tali casu cessat omne periculum, & omnis lex, & consuetudo; imo, & omne Iuramentum; & communiter notatur, *in cap. extirpandæ de præbendis:* aduertit Ioannes Andreas *in dict. cap.* 11. & Felinus, & *Glossa in cap. inter dilectos de donation.* Et quod sicut super matrimonio sententia non transit in rem Iudicatam: sic, & lata super excommunicatione, voluerunt Ioannes Andreas *in cap. venerabilibus paulo post princ.* verbo, *quirimoniam de sentent. excommunicat. lib.* 6. & *ibi*, Ancharranus *in princ. notabili* 3. *num.* 9. Dominicus *in § porro, num.* 5. versic. *quæro de qua qairimonia* Francus *eodem*, §. *num.* 2. *notab.* 5. Antonius *hic ad finem*, & Abbas *num* 9. Alex. de Nouo *num.* 16. Imola *ad finem*, idem Abbas *in cap. ad reprimen-*

34 *dum, num.* 7. *de officio ordinarij.* † Et ita generaliter Abbas *in dict. cap. nouit de Iudiciis*, *num.* 21. Mantua, Bonacos, Bernard. Tiraq. Ioannes, Valerius, iam, *suprà*, relati, dixerunt generaliter sententiam ratione peccati; non transire in rem Iudicatam.

35 Et in tantum procedit, vt audiatur quilibet allegans turpitudinem suam per Textum nostrum, & *in dicto cap. tenor, & cap. lator, hoc tit.* Balboa *vbi supra, num.* 17. & sic Glossa *in dict. cap. lator*, verbo *in simulatione*, versic. ibi, *in quibus vertitur periculum animæ*; voluit maritum, de quo, *ibi*, contra factum proprium, & propriam turpitudinem allegantem audiri, propter periculum animæ, & peccatum, in quo persistebat matrimonio, alias legitimo per fraudem illegitimè dissoluto: sic ibi communiter Doctores sequuntur, & Glossa, verbo *turpitudinem*, *in cap. inter dilectos de donation. Glossa* 2. *in cap. tertio loco de probat.* vbi Felinus *num.* 6. Mantua *dialogo* 52. *lib.* 3. Bernardus *reg.* 24. versic. *quinto*, secundùm quos refert Barbosa *in dict. cap. lator, num.* 8. limitari regulam, *dict. cap. inter dilectos*, & legis,

cum profitearis, *Cod. de reuocandis donation.* de qua late Felinus *in princ. & vbi supra*, Tiraquell. *de retractu tit.* 1. §. 1. *Glossa* 13. *num.* 20. & *à n.* 24. † Sarmiento *lib.* 3. *selectar cap.* 13. *num.* 5. & 11. 36

qui ex aliorum sententia, & mente rectè aduertit regulam procedere tantum in materia, in qua turpitudinem allegans liberam habet potestatem, & potest de Iure exponere; tum enim, ne eidem turpitudo patrocinetur contra Textum *in cap. ex tenore* 15. *de rescriptis*, non auditur illam allegans, de quo late dixi; *in cap. quemadmodum* 25. *de Iureiurando. quæst.* 5. §. 1. versic. *ad tertiam, n.* 38. secus ait Barbosa *in dict. cap. lator, hoc tit. sub dict. num.* 8. liberam potestatem non habeat prout contingit, vbi principaliter in Reipublicæ Ecclesiæ, tertij alicuius, vel etiam animæ bonum, propria turpitudo allegatur, ad quæ reduci ait omnes fere limitationes congestas à Felino, & Bernardo, *vbi supra.* † Imo addit Barbosa in pro- 37

prio casu ex alio capite allegationem turpitudinis proprie non obesse, quia agebatur contra participem eiusdem turpitudinis, vt ex dicto Textu probat, ibi, *vtriusque studio interueniente*, iuncta *l. de tutela, Cod. de integrum restitut. minor.* vbi Doctores communiter, vt per Bernardum, *dicta regula* 24 *limitat.* 1. cum sequent Felino *in dicto cap. lator*, *numero* 1. & *in dict. cap. tertio loco de probation.*

Ad quartam quæstionis partem, an circa do- 38

tem, sentententia transeat in rem Iudicatam vt respondeas adiunges quæ adduxi, *supra in cap. tuam de ordine cognit. quæst.* 1. *num* 14. & *quæst.* 11. *num* 3. & 5. vbi expendit Textum *in cap. de prudentia de donation. inter*, vbi patet quam dependentiam habeat dos à validitate matrimonij, ratione cuius potest dici, vt quoties semel contractum, retractatur matrimonium, & itidem retractetur dotis datio: tamen si sola lis sit super dote, manente matrimonio, existimo sententiam super dote transire in rem Iudicatam, vt colligi valet ex dicendis.

Nam transit in rem Iudicatam in sponsalibus 39

de futuro, quando ea, scilicet dissoluuntur, probato aliquo impedimento, nec à sententia appellatum est, quia possunt partes sibi præiudicare, non appellando, cum etiam possunt, omni sententia cessante dissoluere sponsalia, absque aliquo peccato; secus si lata sit sententia in fauorem sponsalium, non probato impedimento, dirimenti matrimonij, quia foueretur peccatum compellendum, virtute illorum sponsalium ad matrimonium irritum ineundum; vti docent Antonius *in dicto cap. Iurauit*, *num.* 6. *de probatien.* Abbas *ibi*, *num.* 5. Decius *in noua editione*, *num.* 18. *conclus.* 2. Thomas Sanchez *dicto lib.* 7. *de Matrimonio disput.* 100. *num.* 13. *in fine.*

Transit etiam sententia in rem Iudicatam, 40

etsi non respectu coniugum, vt late dixi, in versic. *ad secundam:* tamen respectu tertij contra matrimonium agentis; ob idque si quidam tertius opposuit impedimentum, & succumbit, sententia contra ipsum lata, à qua non appellauit legitimo tempore: ita transit in rem Iudicatam vt nemo deinceps audiatur volens id impedimentum proponere, quod actio populari vno agente consumetur, *l. eum qui*, §. *in popularibus, ff. de Iureiur.* sic docuit Gofredus *in cap. de clandestina desponsatione.* † Tamen Hostiensis *hic num.* 3. Felinus *in dicto cap. lator, n.* 13. *declarat.* 11. Antonius 41

*hic n.*21. *q.q.*7. Abbas, Alex de Neuo, & Præpoſitus *n.*4. quos ſequitur Sanchez *dicto lib.*7. *de Matrim. diſp.*100. *num.*12. prædictam limitationem impugnant, quia ea retenta foueretur peccatum ſuſtinendo Matrimonium irritum.

42 Tranſit etiam ſententia in rem Iudicatam, quoad expenſas factas in litigio circa ipſum Matrimonium; nam ſi ſuccumbens, & non appellans à ſententia ſuper Matrimonio lata, & ſi ea non tranſeat in rem iudicatam, vt iam dixi in dicto verſic. *ad ſecundam*, tamen reſpectu expenſarum tranſiet; itavt non reſtituatur poſtea reclamanti alio remedio extra appellationem, & docenti errorem ſententiæ; Nam in expenſis ceſſat ratio peccati; propter quam ſententia ſuper ipſo Matrimonio non tranſit in rem iudicatam. quo fit vt ſuper expenſis ſententia ſortiatur naturam aliarum ſententiarum, quæ tranſeunt in rem iudicatam: ſic Felinus *in dicto cap. lator, num.*10. *in declaratione* 9. *de ſentent. & re iud.* Sanchez *dicta diſp* 100. *num.* 11 qui cum multis dicit ſententiam excommunicationis non tranſire in rem iudicatam, vtpotè coniugalis ſententia non tranſit, & confirmatur ex adductis in verſic. *ad tertiam*, & ſic Hoſtienſis *hic in fine*, & Cardinalis dixerunt ſententias has tranſire in rem iudicatam, quoad vtilitatem priuatam; ſecùs quoad publicam; Etenim ſuper expenſis reſpicit ad litigantes ſuper Matrimonio ad animam.

43 Verùm quæ dicta ſunt de retractanda ſententia ſuper Matrimonio, à qua non eſt appellatum ſi de errore & eius inualiditate poſſit conſtare ita effectum poſſunt habere, vt etiam poſt longiſſimum tempus annorum quadraginta poſſit agere in tantùm vt probata veritate poſt illud tempus Matrimonium ſeparetur, & ſententia Matrimonialis, qua ſuſtinetur, retractetur: ſic colligitur ex Imola *in Clem.* 1. *hoc tit. num.* 10. Maranta *de ordine Iudicior. p.*6. *n.*154. & ſequitur Barboſa *in dicto cap. lator, num.*5. & 6 vbi dicit ſatis deprehendi ex Gloſſa vltima *ibi*; & ex eo quia ratio peccati irremiſſibilis per partes, de quo diximus iam non tollitur per illud ſpatium, imò augeri docet *ex Regula cap. fin. de conſuetudine.*

44 Ad vltimam quæſtionis partem an ſententia corporis afflictiua tranſeat in rem iudicatam, & videtur quod non ex *l. liber homo, ff. ad legem Aquiliam*, vbi nemo eſt Dominus membrorum ſuorum iuxta quæ dixi etiam *in cap.*9. *de Iureiur.* item ex *l. vnius* 18. §. *penult. ff. de quaſtionibus*; vbi probatur quod in cauſa criminali Reus condemnatus quandocumque venit probaturus aliquid de ſua Innocentia audiri debet iuxta verba ibi, *quamuis defenſionem quocumque tempore Reo poſtulante negari non oportet*, de quo dubio longè non dico, *infrà in cap.*15. *q* 4. verſic. *ad ſecundam* ago, & *ſuprà n* 22.

45 Verùm dici debet, vt talis ſententia tranſeat in rem iudicatam: ſic vt nequeat retractari regulariter propter aliquam iniuſtitiam, quæ deinceps appareat, vt docent Panormit. *hic, num.* 12. Felin. *num.* 4. Matthæus Collerus *de proceſſibus executiuis p.*4. *ad Textum hunc pag.*158. *num.* 15. qui reſpondet ad Textum *in d.l. liber*; Nam & ſi liber homo ex contractu obligare ſe nequeat per ſolam conuentionem: argum. eorum quæ dixi *in dicto cap.*9. *de Iureiur.* ſecùs autem in ſententia, vbi concurrit duplex vinculum, authoritas ſcilicet iudicari ſuper probationibus, vel veris, vel ſaltem vero ſimilibus, & conſenſus Iudicati qui condemnationi acquieſcit, ſic vt tacitè non appellando videatur confiteri delictum, & crimen ei intentatum, Felin. *hic num* 8. per Textum *in l. furti à contrario ſenſu, ff. de his, qui notantur infam. l. qui ſententiam, Cod de pœnis* & ad Textum *in dicta l. vnius*, §. *penult.* dicens verba illa intelligenda eſſe de defenſione; ſcilicet quatenùs proponitur defenſio ante concluſum in cauſa ex *l. peremptorias, Cod. ſent. reſcindi non poſſe.* Et ponit ibi *à num.* 16. Matthæus Colletus excellentias quinque, vt in indulto Principis. Item quod executionem dilationis donec conſulatur Princeps 16. *quaſt* 4. verſic. *ad ſecundam.*

Item quando ſententia lata fuit præſumptione interueniente *ſup. in* 2. *cap. nonne de præſumpt.* etenim ſententia condemnatoria, quam appareet ex falſis probationibus latam, vt *infrà capite ſuborta* 21. item ſi lata eſt ex probatione ſpeciali alicuius ſtatuti, vel conſuetudinis, illa enim non tranſit in rem iudicatam: videbis Felinum *ſub n.* 9. 10. & 11. & probat vltimum, quia facilius tollitur priuilegium ſpeciale quam ius commune *l. eius militis*, §. *militia, ff de militari Teſtam.* 46

Qvæstio II.

An vt retractetur ſententia ſuper Matrimonio lata, ſufficiat vtriuſque partis confeßio: Et an tranſeat ſententia Matrimonij in rem iudicatam, quoties coniux allegans eſſe irritum ratione impotentiæ alterius, non allegauit ſpeciem impotentiæ, ſed in genere: Et an ſententia in fauorem Matrimonij lata tranſeat in rem iudicatam: Et an ſi per ſententiam ſemel ſeparato primo Matrimonio, & ſecundùm initum ſit ab aliquo ex litigantibus, vel ab vtroque, poßit nihilominus retractari ſeparationis ſententia: Et an ſententia iniqua reddat Victorem tutum in conſcientia?

Svmmarivm.

1 *Sententia ſuper Matrimonio lata non retractatur, etiam ex confeſſione, in cuius fauorem eſt lata, & errorem allegat, & de ratione, num.* 3.

2 *Sententia in aliis cauſis, vbi tranſit in rem iudicatam: poteſt retractari ex confeſſione eius, pro quo fuit lata.*

4 *Sententia ſuper Matrimonio lata non tranſit in rem indicatam, allegato impedimento impotentia, n.*5. & 6.

7 *Sententia in fauorem Matrimonij lata non tranſit in rem indicatam, allegato impedimento dirimenti: ſecùs de alio num.*8.

9 *Sententia in cauſa Matrimoniali prolata contra veritatem, vt vitium continens per partes irremiſſibile retractatur. etiam ſi poſt ſententiam, ſecundū fuerit contractum, n.*10 & 11.

10 Cap. ſicut 9, de Teſtib. cap. fin. 35. q. 1, n. 11.

12 *Sententia iniqua non fouet Victori in foro conscientia.*
13 *Iudicio iniquo vtens scienter peccat.*
14 *Condemnatus ex iniqua sententia consentiens, nec ab ea appellans non peccat.*
15 *Condemnatus, ac victus ex iniqua sententia in causa Matrimoniali non appellant, & ei obediens peccat.*
16 *Matrimonium nequit ab eo contrahi, qui lata pro se iniqua sententia, matrimonium verum dirimenti scienter secundum contrahit.*
17 *Coniuges, qui certo sciunt nullum esse eorum Matrimonium nequeunt cohibitare etiam ex sententia lata pro Matrimonio.*

1 AD has difficultates ex iam adductis, *q precedenti*, facilis adest responsio. & sic supposita doctrina quæstionis præcedentis, præcipuè in versic. *ad secundam*, & in versic. *ad tertiam, & quartam*, respondeo ad primam partem difficultatis non sufficere ad rettactandam sententiam matrimonialem confessionem coniugis, pro qua lata est, etiamsi dicat in ea fuisse errorem, & veritatem fuisse in contrarium; Imò nec satis esse vt per confessionem vtriosque coniugis ita declaretur, quia supposita sententia, pro qua ius præsumit contra illos est præsumptio, & timor colusioois: sic docent Glossa *hic*, vbi Barb. *n.6.* Abbas *in c. super de eo, qui cognouit consang. vxoris sua*, Menoch. *de arbitr. casu* 103. *à princ.* Couarr. *in 4.p.1. cap.4.§.1. num.4.*

2 Nec obstat quod in reliquis causis, in quibus sententia transit in rem iudicatam, & irretractabilis est, sufficit ad retractationem coufessio illius, pro qua lata fuit, vt notaut Inocent. *in cap. plerique n.3. de immunit* quem recipit Decianus *in cap quoniam contra*, vbi Beroius *de probat.* Valasc.
3 *de iure emphyt. q.7. n.32.* † Quia respondeo doctrinam illam Innocent. procedere tantum, vbi fit confessio circa ea. quæ pendent à libera voluntate, & potestate confitentis, & ipsius tantum respiciunt præiudicium, nec vllatenùs iuri repugnat confessio; ac subinde verosimilis præsumitur: secùs verò si confessio emanet super his, quæ non sunt in potestate confitentis, & alterius præiudicium continent, vel vbi confessio repugnat iuri communi, itavt non verosimilis, sed per colusionem facta præsumatur, vt *in d. c. super Glossa pen. de raptoribus*, Menoch. Couatr. & Barb. *vbi suprà* & intelligo, quia in casu, de quo loquimur adest peccati materia; non enim coniuges possunt suo consensu Matrimonium, aliàs validum, irritum reddere, vt iam adduxi *in dicta quæst. 1.* sub versic. *ad secundam.*

4 Ad secundam quæstionis partem, videtur dicendum quod transeat in rem iudicatam allegato impedimento impotentiæ, generaliter tenent Abbas *in cap fin. de frigid. n.4.* Alex. de Neuo *n 6.* Præposit. *n.1.* Ioann. Andr. *n.2.* Anton. *n.6.* Cardinalis statim *in princ.* Anchart. *n. 1. notab. 3.* ex eo quia in hoc casu cessat animæ periculum, ratione cuius non transit; nam si nequeunt vt coniuges habitare ratione veræ impotentiæ possunt vt frater, & soror, *ex cap. consultationi de frigidis, & maleficiatis.* Tum etiam quia succumbens in hac generali petitione non posset, postea allegare aliquam impotentiæ speciem vti posset, si solam speciem aliquam allegasset.

5 Sed existimo nullo modo relatam doctrinam posse in casu, de quo loquimur sustineri, nam certum est quod si illa sententia nequiret veritatis errore probato retractari, vtique manerent coniugati sub periculo mortalis peccati, eo quod est declaratum validum Matrimoniū, quod reuerà nullum est, stante impedimento dirimenti. Nec obstat sine peccato habitare posse, vt fratres; nam Ecclesia non declarat eos vt fratres habitare, sed vt veros coniuges, cum tamen tales esse nequeant; tum etiam quia idem procedit stante consanguinitate, aut quouis alio impedimento dirimenti, nunquam enim docet Sanchez *de Matrim disp. 100. lib. 7. sub n. 15.* ex transitu talis sententiæ in rem iudicatam, foueret ne peccatum, cum semper possent absque peccato habitare, vt frater, & soror, & ita falsam esse decisionem Textuum asserentium sententiam in causa coniugali non transire in rem iudicatam, Deinde quia etiam allegata specie impotentiæ si allegans damnetur, nec appeller, cum tamen vera esset impotentia posset absque culpa habitare tanquam frater cum sorore. Et tamen in hoc casu Aduersarios fateri senteotiam uon transire in rem iudicatam.

Vnde ex his videtur nullo modo admitten- 6
dam primam sententiam. & si Abbas *in d. c. fin. de frigidis, n.4.* & expressiùs Alex. de Neuo *n.7.* eam limitet, nisi petenti immineret periculum Incontinentiæ; nam tunc ait, eo quod foueret peccatum non transiret in rem iudicatam, nec ex solo dicto Felini *in cap. later hoc tit. n. 2. declarat. 1.* dicentis in casu huius periculi doctrinam illam esse dubiam & fortè dici posse Iudicem ex officio esse prouisurum, nam reuerà istæ declarationes, seu intellectus ad dictam primam sententiam, respectu secundæ iam relatæ nou debent placere, vbi non placent Sancio *vbi suprà.*

Ad tertiam quæstionis partem, an sententia 7
in fauorem Matrimonij lata, transeat in rem iudicatam iam *suprà* respondi *sub q.1.* versic. *ad secundam*, & si aliqui, quos tacito nomine refert Felin. *in dicto cap. later, n.3. de re iud declarat. 2.* dicant eam transire in rem iudicatam, quia cum non transire emanaret in fauorem Matrimonij; non debet contra illud operari ex *l. quod fauore, Cod. de legibus.* † Tamen idem Felin & Hostiens. 8
in dicto cap. later in fine, Anton. *in cap. fertet, n fin. de Testibus*, & Abbas 6. Sanchez *dicta q. 100. de Matrim lib. 7 n. 14* docent prædictam doctrinam tantùm esse veram quaudo is qui Matrimonium impugnat non allegat impedimentum dirimens; quia tunc possunt partes consensum nouum præstare in Matrimonium; secùs si impedimentum dirimens allegaretur ex dictis *n. præcedenti*, quia tunc quamtumuis in fauorem Matrimonij emanaret sententia declarando id esse validum, nequibit transire in rem iudicatam, eo quod peccatum foueretur, & quia ita est Matrimonij fauor irritum dissoluere, ac validum tueri, vt iam adduxi in dicto versic. *ad secundam.*

Ad quartam quæstionis partem respondeo, vt 9
sententia in causa Matrimoniali prolata contra veritatem vitium continens irremissibile per partes veritate legitimè probata possit retractari, etiamsi post sententiam secundùm Matrimonium ab vtroque, vel altero coniuge contractum proponatur, vt notaut omnes in præsenti per verba ibi. *ad secundas nuptias conualuit, & in c. 1.* vbi Glossa verbo. *retractare, in cap. laudabilem in fine de frigidis* 1 Obseruat Glossa penultima, vbi omnes *in cap. sicut 9. de Testibus*, Glossa *in*

summa 35.*q*.9. & vtrobique communis,vt notat, & tenet Barbosa *hic num.* 3. ex ea nempe ratione iniustitiæ irremissibilis, iuxta dicta ab ipso, *in dicto cap. lator*, qui illum Textum ampliat procedere in isto casu, si quidem multò magis concludit, vbi secundum matrimonium contractum est,& manet cum peccato,si aliud in rei veritate legitimum existebat.

10 Sed huic doctrinæ videtur obstare Iura *in dict. cap.sicut* 9.*de testibus*, *& in cap. vltimo* 33. *quæst*.1. nam præter solutionem Glossæ *in dicto cap. sicut*, dientis, supplendam esse particulam, *maxime*, vt sequuntur Doctores *ibidem*, eam tamen impugnando Barbosa *hic num*.4. respondet, in versic. *vnde*, ex mente Ioannis Andreæ, Butrij, Imolæ, Aretini, & aliorum, ibi, ex Dominici, *consil*.27.in specie illius Textus non retractari sententiam sequuto secundo matrimonio, quia non constabat legitimè de veritate contra illam pro vt requiritur in præsenti, & in similibus: nam licet testes asseruerint, se corruptos falsum perhibuisse testimonium; illis tamen (vt Textus habet) non creditur, & ita venit intelligendus Textus ille, in versic. *super quo*, alia congerit Barbosa *hic*, Videnda cum Felino *num*. 30. & Decio *num*. 20. *in cap licet de probat.* alia dico, *q.sequenti.*

11 Nec obstat Textus *in dicto cap.vlt*.33. *quæst*.1. in versic.ibi,*reconciliare nequibit*:nam vltra Gratianum *Glossa vltima*, & alios, *ibidem*, ex mente Glossæ 3. & *in dicto cap*. 1. *Glossa vltima*, *& in dicto cap. laudabilem*, Glossa verbo, *Diuinum*, & *in dicto cap.fraternitatis*, *dicto tit. de frigidis*, *& maleficiatis*, D. Thom. *ad* 3. *part. quæst*. 48. *art*.2. communis, *in* 4. *disput*. 34. vbi Sotus *q*.1. *art*.3. Cappella Tholos. vbi latè, *additio* 380.respondetur Textum illum speciatim agere de maleficio, quod cum sua natura probetur, & sit impedimentum respectu vnius tantùm; non verò quoad alios, & propterea Iure concedatur impedito facultas contrahendi cum altero, merito, dum is contracto secundo matrimonio potens apparet: sic Barbosa *hic num*.5.vbi dicit non constare de veritate contra sententiam, vel Ecclesiam deceptam esse; quippe, quæ non Iudicauit illud simpliciter, & absolutè impedimentum, respectu omnium, sed tantùm respectu illius, cum qua primo contraxerat id, quod secus est in impedimento frigiditatis, de quo, *in d. cap*. 1. *& in dicto cap. laudabilem in fine*, *& in dicto cap. fraternitatis*; in hoc enim aduertit Abbas *in d c*.1.*in fine*,probata potentia, constat de veritate contra sententiam, quæ absolutè,quoad omnes pronunciauit coniugem impotentem, quod est de omnium mente.

12 Ad quintam quæstionis partem, an sententia iniqua reddat victorem tutum in conscientia, videtur, vt possis respondere ex his, quæ adduxi *in cap*. 1. *hoc tit. quæst*. 4. vbi egi de quæstione, an sententia Iudicis iniusta obliget in foro conconscientiæ; sed visis ibi adductis, nunc ad propositum huius dubij, respondeo, quod is, qui sententiam, iniquam obtinuit à qua condemnatus, non appellauit, minime tutus est, in conscientiæ foro, si sciat sententiam iniquam fuisse, quia Ius pro sententia præsumit, quæ præsumptio in iudicio interiori cessat; quæ doctrina est generalis, tam in coniugali lite, quam in alia diuersa, contra id, quod existimauit Ab-

13 bas *hic col. penultima*. † Quia consensus tacitus illius, qui non appellando permittit sententiam transire in rem Iudicatam, non tollit peccatum illius, pro quo, sententia lata est, nec eum vllo modo excusat cum moraliter peccet vtendo Iudicio iniquo, scienter: sic docent Innocentius *in cap. quia plerique de immunitate Ecclesiast.* vbi Doctores Alexand. *in l. nemo potest*, *num*.23.*ff.de leg*.1. & notatur, *in l.Iulianus ff de condit.indebiti*, explicat Fortun. *in l. veluti col*.6.*ff.de Iustitia*, *& iure*, Abbas *in cap*.1.*num*.30.*de præscription.* Siluester verbo *sententia*, §.*fin.* quam opinionem fatetur communem esse Phitrus post Areliæ consuetudines sequitur Couarruuias *in* 4.*p*.2.*cap*.8.§.12. *num*.19.cum Adriano *in quodlibeto* 6.*art*.11. versic. *ex quo infero*. † Vbi ait condemnatum ex iniqua 14
sententia, licitè posse ei parere & soluere, absque donationis titulo, & animo dandi pecuniam quam Iudex soluere iussit; id enim agit, ad euitandas molestias iudiciales, Abbas autem *in dict. cap.plerique*, existimat illud condemnato, non licere,ne peccatum victoris foueat, quem improbat Couarruuias cum hic damnatus, non foueat peccatum victoris; sed tantùm obediat iudicis præcepto; victor enim peccat ex sua propria malitia, non ex obedientia damnati, cum causam victori præbeat condemnatus obediens, si quidem victor paratus erat,eandem pecuniam recipere:arg eorum,quæ adduxi,*in c. debitores, de Iureiur.de vsuras soluente.*

Vnde infero ad materiam matrimonialem, de 15
qua hic inquiritur,vt victus appellationem omittens, sciens sententiam iniquam peccat mortaliter, & obediens; ob idque tenetur pro viribus eius reuocationem diligenter procurare, cum alioquin ex sententia iniqua ipse à crimine mortali non excusetur: sic Couarruuias *in dict*. §.12. *sub num*.19.vbi addit inde sequi, vt nec eius tacitus consensus; eum possit in peccato defendere; & patet ex late adductis, *quæst. præced.* † Imo 16
idem Couarruuias infert, *dict. num*.19 in versic. *ex quo*, vt lata sententia iniqua, quæ matrimonium verum,ac legitimum dirimat,minime possit aliud matrimonium contrahi, ab eo, qui certo scit, vel dubitat sententiam illam erroneam esse nisi dubium deponat in eo casu,quo dubius erat: nam tunc poterit contrahere aliud matrimonium; nunquam tamen si sit certus de errore sententiæ. † Et addit Couarruuias *dict.num*.19. 17
versic.*secundo*, vt lata sententia iniqua, quæ matrimonium inter consanguineos contractum,validum, & firmum esse,decernit minime posse in eodem coniugio manere, ac vitam agere coniugalem, eum qui certo sciat sententiam erroneam fuisse: hæc; & alia adducit Couarruuias, de quibus etiam latè, *in d.quæst*.1.versic.*ad secundam*, dixi, & de dubitante dixi ibi,nonnulla, & late ipse Couarruuias dicit, *in* 4. *dict*.2. *p. cap*.7. §. 2. ibi videndus: alia videbis, sub sequenti quæstione.

QVÆSTIO III.

An si lata diuortij sententia constet Ecclesiam fuisse lesam; & deceptam, vt quia inuentum est conjugem, condemnatum fuisse ianocentem, vt vtrumque pariter nocentem, sit retractanda, & conjuges ad pristinum statutum restituendi: Et an sententia, quæ ex consensu coniugum Iudicauit fuisse matrimonium contractum: ab ea non fuit appellatum, transeat in rem Iudicatum: Et an sententia diuortij lata por testes corruptos, probata postea corruptione, retractari posit: Et an reus condemnatus, posit agere ad sententiæ rescisionem, vel solum veniat retractanda Iudicis officio?

SVMMARIVM.

1 *Diuortij lata sententia, si constet Ecclesiam fuisse lesam qualiter retractetur, vel non distinguitur tripliciter, n.2 3 4.5.6 7.& 8.*

9 *Sententia, quæ ex coasensu coniugum Iudicauit matrimoaium esse verum non retractatur, & si metus interuenisset. n. 10.*

11 *Sententia diuortij lata per testes corruptos, probata corruptione, retractari valet: quid in alius sententiis.*

12 Cap. licet causam de probationibus, cap. sicut 9. de testibus, & n.13.

14 *Condemnatus potest petere, vt retractetur sententia diuortij, etiam tertio confirmata, constito de veritate: & aa beneficio restitutionis, n.15.16.17.*

16 *Seateatia extra matrimonium iniusta tempore traasacto, ad appellaadum restitutione petito, queunc rescinds: quid in matrimonialibus.*

18 *Iudex non debet reconsiliare coniuget. si periculum adsit fornicationis, quando seatentia diuortij fuit iniusta.*

19 *Coniux factus sacerdos, post latam diuortij sententiam, nunquid restituatur Innocenti, & nunquid ab altero coniuge, debeat peti restitutio.*

20 *Professio coaiugis ex causa diuortij separati, an valeat, vel non: & nunquid iniuste professam possit religio inuitum retinere, n. 21.*

1 AD ptimam quæstionis partem, latè agens omnino videndus Thomas Sanchez *de matrim. lib.10. disp 9. à n 6.* & quæ multum depeodet à dictis *suprà q.1. in princ.* existimat triplicem esse distinguendum casum, Primus si neuter statum mutauerit coniux, nec castitatem vouerit. Secundus quando alter mutauit statum vouens castitatem, aut factus Sacerdos, religiosusve. Ter-
2 tius quando vterque statum mutauit. † Et primo casu respondet ex doctrina adducta *d. q.1. à n.1.* vsque ad versic. *ad secundam*, vbi retulit distinctiooem, qualiter sententia diuortij transeat in rem Iudicatam. Et sic Paludanus *in 4 dist.39 q.2. art.2. n.18.* & Sanchez *suprà* asserens nullum contradictorem inuenisse affirmant, vt ex quo res, est integra ex parte vtriusque coniugis, quia neuter statum mutauit retractādam esse sententiam, coniuges recoociliando, quia sententia diuortij solùm transit in rem Iudicatam io fauorem Iónocentis, & odium rei. & in hoc euentu aut neuter est Inoocens, sed simili erat labe infectus ante sententiam, aut vterque Innocens erat, ac proiode sententia illa non potuit transire in rem Iudicatam, sed esse reuoeandam ait. † Et sic infert 3
Sanchez *n.8.* cum Palud. *d. dist. 35 q.2. art 2 n.18.* D. Anton. *3. p tit. c.11. §.6 ad finem*, alterum cooiugem, io cuius fauorem lata est diuortij sententia, vbi veritatis Ionocentitiæ alterius coniugis conscius fuerit teneri in foro conscieotiæ ad suum consortium coniugale illum reuocare, cum nequeat iuuari sententia lata, quam sibi coostat inniti falsæ præsumptioni.

In secundo autem casu Diui Thomas *in 4.* 4
dist.35. quæst. vnica art.5. ad tertiam. Astensis *lib 8. summa 2.p tit.34. art.2. quæst 3* Abulens *in cap.19. Mathai quæst 76. art.3.* Sotus *in 4. dist.36. quæst. vnica art.3.* Stephanus de Gaeta *in repetit. ad Textum in cap. ad limina 30. q.1 § 1. n.225.* Grassio *2. p. decis. lib.1. c. 12. n.61.* Sanchez cum aliis ab eo relatis *disp 9. de matrim. lib.10. num 9.* docent, vt quando iam Innocens mutarat statum factus professus in religione approbata, cognita falsitate sit restituendus, similiter alteri coniugi, cui debitum reddere tenetur, sed non posse ab eo exigere, quia votum illud castitatis in professione emissum obligauit illum in quantum ille se obligare potuit, absque alterius coniugis præiudicio, vti in simile habetur *in c. placet de conuers. coniugat. de coniuge, qui existimans alterum defunctum est professus.* † Et idem dicendum esse pro- 5
bant telari, si vir erat iam sacro ordine initiatus, quia eadem est ratio, vt tradunt Bonauentura *in 4. dist.35 in exposit lit n.5.* Ioannes de Triburg *summa confessorum lib 4 tit 19. q 4* Rosella verbo *diuortium, n 6.* Siluester *eodem verbo q.21. n.24.* Armila *n.16.* Tabiena verbo *matrimoaium 4. q.5 n.6.* & idem dici debére ex eadem ratione, quamuis simplici castitate voto astrictus sit, vt notant Sotus *vbi suprà* Triburg. *lib.4 tit.22 q.14.* & Sanchez vbi *num.10.* agit de quæstione, an ad hanc restitutionem petendam desideretur, vt alter coniux repetat, de quo dico *infrà* in versic. *ad quartam.*

In tertiò verò casu quando statum vterque mu- 6
tarat docent nonnulli licere ei qui mutauit, v.g. professionem faciens, ideo quod existimaret diuortium iustè celebratum, alias minimè mutaturus repetere alium, quia iam professus erat, aut ordine sacro initiatus, & ita si vterque ex falsa causa inductus, professus licere vtrique alterum repetere: sic Rosella verbo *diuortium, n.7.* id probans eo quod illa professio, non errore facta sit nulla, & in simili idem dicit Astensis *lib 8 summ. 2 p. tit.34. art.2. art.5.* vbi relata contraria subdit Hugonem sentire, quando vterque coniux professus est existimans, alterum objisse licere vtrique alterius repetitionem quia nemet eo animo religionem ingressus est vt Monachus fieret altero superstite. † Verùm Sanch *d. lib.10 de matrim.* 7
disp.9. n 12. Ioannes de Triburg *in summa confess. lib.4. tit 19. quæst.6* Siluester verbo *diuortium q.2 a n.25.* vbi Armila *n.16* docent neutrum posse alterum repetere, quia falsum est professionem, cui falsa causa ansam præbuit esse irritam, de quo latè ipse Sanchez. Et ex eo quia vterque sciens alterius ingressum, videtur facto ipso licentiam concedere; secus quando ignorantia alterius ingressus adesset, vt in simili scribit idem

Thomas

Thomas Sanchez *lib. 7. de Matrimonio, disp. 35. num. fin.* quando vterque coniux profitetur licentia non petita ipsum leges ad plura alia conducibilia ad nostrum Textum; & sic circa votum: & Iuramentum ex falsa causa, an obliget ex *num.* 13. cum aliis sequentibus.

8 Ad secundam quæstionis partem, respondet Couarruuias *in 4. de sponsalibus p. 2. cap 8 § 11. sub num. 19.* versic. *tertio*, sententiam erroneam, quæ matrimonium ex consensu contractum fuisse indicauit, non proposita prouocatione ab ipso victo omnino transire in rem Iudicatam; cum ex eo nouus ad coniugium præstetur consensus saltim præsumptus à lege Iuris, & de iure præsumptione, qui quidem consensus antea præstitus non fuerat, & litigantes nullo iuris impediente matrimonio coniugi poterant ex Glossa ab omnibus comprobata, *in cap. lator, hoc tit.* vbi optime Felinus *num.* 2. & Abbas *cons.* 60 *volum* 2. quod ego intelligo ex dictis, *supra quæst.* 1. sub versic. *ad secundam*, quando scilicet consensu vtriusque, potest cessare culpa, & matrimonium constare.

9 Vt si litigetur an aliquod fuerit matrimonium legitimum allegante altero metum, vt ibi adduxi, vel allegante conditionem seruitutis alterius coniugis à se ignoratam, succubuit hic, & sententia pronunciatum est valuisse coniugium: nam tunc si condemnatus non appellauit legitimo tempore, transit in rem Iudicatam, ita vt amplius ob eam rationem retractari nequeat, quia ex obseruatione illius sententiæ, nulla consurgit culpa, cum possint partes denuo consentire, & compellentur non desistere ex dicto Couarruuias cui accedunt Anton. *in dicto cap. lator, num.* 8 Baldus *num.* 5. Ioannes Andreas, fin. Alex. de Neuo *num* 8. Henric. *num.* 3. *&* 4. præter Abbatem, & Felinum, iam dictos, *ibi*, idem Anton. *in cap. iurauit, num.* 6. *de probat.* & *ibi*; Abbas *num.* 5. Decius *in noua addition num* 18 *conclus.* 2. Sanchez *de matr. lib.* 7. *disp.* 10. *sub num.* 13.

10 Ad tertiam quæstionis partem, an lata sententia diuortij per testes corruptos probata postea corruptione, possit reuocari, & vt ad hanc difficultatem respondeas præmittes plura, quæ adduxi de reuocāda sententia lata ad dictum corruptorum, seu falsorum testium, *in cap sicut 9. de testibus* Quibus suppositis nunc ad punctum nostri dubij, quod spectat ad materiam Textus nostri, respondent Abbas, *ibi*, *in dicto cap. sicut, num.* 6. Felinus *num.* 5. Imola *num* 7 Balbus 7. Bellamera, & Anania, *ibi*, vbi Mynsing *num.* 13. & alij, & Glossa verbo; *opponi. in cap. licet de probationibus, & ibi*, Abbas *num.* 24. Decius *num.* 30 Bartulus *num* 7. Alexander *num.* 19 & Iason *num.* 27. *in l. Diuus ff hoc tit.* & alij relati à Velasco *cons.* 51. *num.* 14. existimantes sententiam diuortij in causa matrimonij latam per testes corruptos, probata postea corruptione, reuocari: ita per Textum *in dicto cap sicut de testibus*, quod intelligunt, *dict. num.* 6 Decius *in dict. cap licet. num.* 20. procedere ex eo, quia in specie illius non solùm fuit proposita corruptio, & probata. sed etiam falsitas, ab eisdem testibus relata, per quæ dico diuortium
11 pronunciatum fuisse. † Tamen alij ex relatis, vt Felinus, Bartolus, Alex. & Iason; existimant faciendam esse differentiam inter corruptionem simpliciter; & ita in genere; & sic ab aliquo quocumque modo factam, & illam, per dationem pecuniæ fieri solet; ita vt priori casu probatio illius non sufficiat ad reuocandam sententiam diuortij, pro vt sic intelligunt Textum *in dict. cap. licet causam de probationibus* secus autem in posteriori casu, in quo solum sufficit corruptionis probatio, sicut etiam requiritur. † Sed 12
Barbosa *in dicto cap. sicut sub num* 1. versic. *ego* ait Textum illum specialiter procedere in causa matrimoniali, in qua licet de falsitate non constet, probata tantummodo corruptione, interim dum secundum matrimonium non contrahitur, resultat præsumptio falsitatis propter quam supposito fauore matrimonij sententiam diuortij reuocandam esse tradit ad effectum, vt separati coniuges, iterum coniungantur, quorum coniunctione minus præiudicium reperiri ait reducendo illos ad statutum antiquum in quo ante sententiam permanebant. Et ita hunc intellectum confirmat ex finalibus verbis, ibi, *in hoc casu, &c.* quasi sentiat Textus extra hunc casum, id est matrimonij testimonium esse sustinendum, & sententiam non esse tractandam ex defectu probationis, circa ipsam falsitatem; licet constaret de corruptione, ex quo ait cessare difficultatem, *d. c. licet causam de probat.* de cuius intellectu, quatenus agit de corruptis testibus dixi; *in d c. sicut de test. q. 1. & 2.*

Ad quartam quæstionis partem, an reus condemnatus, possit agere ad rescisionem senten- 13
tiæ super diuortio, vel veniat retractanda Iudicis officio. Hæc difficultas potest abunde intelligi ex adductis, *supra in dicta quæst.* 1. sub versic. *ad secundam*, vnde breuiter dico vt quamuis audiri nequeat, si ex antiquis actis, & allegatis vitatur, sententiam illam impugnare; eo quod præsumatur transire in rem Iudicatam aduersùs ipsum; posse tamen illum audiri aduersùs illam sententiam ex nouis testibus, aut ex antiquorum falsitate, volentem probare antiquæ sententiæ iniustitiam, petito beneficio restitutionis ex clausula generali, *Si qua mihi causa iusta subest*, cuius meminit consultus, *in l. 1. §. fin. ff. ex quibus causis maiores*, quod beneficium conceditur quibuscumque maioribus, vt retractetur sententia, quæ in rem iudicatam transierit, vt cum plerisque tradit Gregorius Lopez *in l.* 19. verbo *contra el Rey, tit* 22. *p.* 3. Padilla *in l. sub prætextu, num.* 17. *Cod. de Ius. & facti ignorantia*, Gutierrex *de Iurament.* 3. *p. cap.* 7. *num.* 8. Ioannes Garcia *de nobilitate Glossa* 6. §. 2. *num* 8. Ceuallos *in pract. quæst.* 542. *à num.* 3. Sanchez *dicto lib.* 10 *de matrimonio, disput.* 9. *sub num.* 7. vbi dicit cum eodem Garcia *num.* 5. & Ceuallos *numero* 3. *&* 4. id locum habere, siue adsit vna sententia, quæ in rem Iudicatam transierit, siue tres sententiæ; declarans etiam prædictam restitutionem, tam reo, quàm actori, vt contra Paulum docent Gregorius, Lopez, Padilla, Gutierrex, Ioannes, Garcia, *num.* 11. *&* 12. & Ceuallos *num* 7. *vbi suprà* † Imo addunt 14
idem Ceuallos *num.* 6. & Garcia *num* 10. cum pluribus aliis late probantes, idem esse probata denuo veritate, siue ex instrumento, siue ex testibus, vel probata antiqua falsitate instrumentorum, vel testium, & si fere omnes Doctores eam restitutionem concedant, quando noua allegantur instrumenta prius ignorata.

Sed cum ad Textum nostrum, & ad Textum 15
in cap. lator, & cap tenor cum aliis hoc tit. iam, supra, dictum sit, ex communi Doctorum consensu, *q.* 1. in versic. *ad primam*, & versic. *ad secundam*, cum aliis in

in illis iuribus ratione matrimonij, constitui specialitatem: tunc obstant proxime dicti, quibus probaui etiam aduersùs alias sententias iniustas competere restitutionem; ergo non est cur dicatur adesse aliam specialitatis rationem in matrimonialibus causis, ac adest in aliis quibuslibet.
16 libet. † Sed respondeo id esse speciale; quoniam etiam constante veritate, ad omnes sententias, quæ transeunt in rem Iudicatam, retractandas non audietur reclamans aduersùs eas, nisi petito beneficio restitutionis, ex clausula generali iam adducta, sed si veritas aliunde constaret contra diuortij sententiam, posset coniux damnatus absque eo beneficio restitutionis reclamare, imo & Iudex ex officio aduersùs eam venire, eo quod in eo euentu non transierit in rem Iudicatam; verùm dum id non constiterit, cum præsumatur pro iustitia sententiæ, & transitus in rem Iudicatam, aduersùs reum, audiri minime poterit, contrarium volens probare ex nouis actis, nisi beneficio restitutionis, ex clausula generali petito.

17 Vnde ipse Sanchez non amplectitur, *d disp. 9. lib. 10. de matrim. n. 7. in princ.* Abbatis intellectum *in d. c. lator, num.* 12. & Alex de Neuo *num.* 12. Felinus *ibi, num.* 8. dicentium debere tunc iudicem recociliare coniuges, si periculum adsit fornicationis, vt illud vitetur: tum quia etiam quando iam coniux Innocens est professus, restituendus est priori coniugi, & ipso petente, vt *infra dico num. sequent* & ita dari actionem coniugi reputato reo tum etiam quia Doctores allegati *supra*, in versic. *ad primam*, in versic *in secundo autem casu*, non dicunt hanc restitutionem faciendam, ob periculum incontinentiæ, & solùm eo existente, sed generaliter docent retractandam esse sententiam illam tanquam cognitam iniustam, & ex errore procedentem, tanquam non transierit in rem Iudicatam in eo euentu.

18 Et ab hoc infertur responsio ad aliud dubium vt cognita deceptione, post quam innocens mutauit statum, factus sacerdos, vel voto ligatus, vel religiosus, sit restituendus, de quo dixi in hac quæstione, versic. *ad primam*, in versic. *in secundo casu*, an ad hanc restitutionem faciendam desideretur, vt alter coniux repetat, & Rosela, verbo *diuortium, num.* 6. sentit iuncto, *num.* 7. eam repetitionem minime desiderari, & Sotus videtur tenere, *in 4 dist* 36. *q vnica, à n.* 3. vbi ait hanc restitutio-
19 nem faciendam, maxime altero petente. † Et hæc sententia placet Thomæ Sanchez *de matrim. d disp.* 9. *n.* 10. *lib.* 10. quia ea professio tanquam sine licentia, & absque vera causa facta, fuit omnino irrita; ac proinde, non potuit valere, absque ratificatione, ac tanquam non professus, poterit coniux propria authoritate cessante scandalo exire, & repetere manentem in sæculo, vt de professo absque licentia, dicit ipse Sanchez *lib.* 7. *de matrim.*
20 *disp.* 14. *n.* 15. † Vbi agit, *n.* 16. an si hic professus, mala fide deciperet religionem, posset religio eum inuitum retinere, altero coniuge non repetente, in fraudis pœnam, & concludit, *ibi, & in dict. disp* 9. *n.* 10. *in fin.* vt ipse non teneatur, donec damnetur; sed Ioann. de Triburgo *in summ. confess. lib.* 4. *tit.* 19. *q.* 5. Astensis *lib.* 8. *summ.* 2. *p. tit.* 34. *art.* 2. *q* 4. D. Anton. 3. *p. tit.* 4. *cap.* 21. § 6. Graffis 2. *p. decis. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 62. contrarium tenent ex eo, quod ea professio tenuerit in vouentis præiudicium.

AD TEXTVM
IN CAPITE XII.
Cum Olim, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

2 *Distributiones Ecclesiasticæ debentur duplicatæ ei, qui dignitatem, & canonicatum habet in Ecclesia.*

3 *Collatio beneficij facta à Pontifice; non valet, contra sententiam ab ipso prolatam, si in collatione de ea mentio facta non fuit.*

5 *Citatio in notoriis, & cum non competit absenti, defensio necessaria non est, n.* 7. 8. 9.

7 *Textus noster intelligitur.*

Solent moderni omittere tractationem, seu repetitionem huius Textus, quasi non multùm spectantem ad titulum de sententia, & re Iudicata, sed de nonnullis tractant, *hic* Barbosa. † Nam in versic. *nisi prius duplici sibi voce*, docet cum multis distributiones duplicatas deberi ei, qui in eadem Ecclesia dignitatem, & canonicatum habet ex vi consuetudinis, seu dispensationis, de qua quæstione dico, *infra ad tit.* de clericis non residentibus, *in cap. de cætero.* 1
2

Et ibi, in versic. *in irritum reuocauimus*, infert non valere collationem beneficij à Pontifice factam contra sententiam ab ipso prolatam, cuius in collatione mentio facta non fuit; de cuius ratione ipse docet, & nos dicimus, *in c super litt. & alibi*, de rescriptis: aliqua ad propositum, *infra in c. inter monaster.* 10. *hoc tit.* 3

Et in versic. ibi, *cum aliquid fuerit subreptum, posse in melius commutari* de subreptione latè, *in d. c. super litt de rescriptis.* 4

Et in versic. *& licet absenti*: per hunc dicit quod citatio in notoriis non requiritur, *ibi, n.* 3. & reddit rationem ad Textum, *ibi n.* 5. per verba Textus hic *cum de subreptione liquido constet*, quibus considerat Pontifex subreptionis notorietatem, velut causam procedendi contra absentem, qui se in defensum conqueri non potest, quando notorium est ei nullam competere defensionem; quo casu posse Principem contra absentem procedere sine vlla citatione: dixerunt *hic* Abbas *n.* 10 & Felinus *n.* 11. Menoch *de arbitrar. lib.* 1. *q.* 17. *n. n* 15. Vantius *de nullit tit de defectu citationis*, & aliis, de quibus Zenedus *ad decretales collect.* 94. *n.* 4. & plures adducti à Farinacio *in praxi crim. quæst.* 21. *à num.* 70. 5
† Quare poteris adiungere quæstionem, de qua Balboa *in c.* 1. *de causa possessionis, & propriet.* vbi cum per illum Textum *à n.* 59. longe agat de illa quæstione, an contra partem indefensam, & inauditam, sententia ferri possit id negans ex regula generali, vbi *à n.* 60. agit de potestate Principis in auferenda citatione: tamen *à n* 85. respondet Textui *in c. cum sit Romana*, §. *fin. de appellationibus*, de cuius intellectu dixi, *in cap.* 1. *de iudic. q.* 23. *à n.* 4. *& 5* † Et *à n* 90. respondet ad Textum nostrum, de quo aliquid ego dixi, *in c.* 2. *de Testib. q.* 1. *n* 48. vbi refero, vt licet sententia contra absentem lata valeat, de quo iam dixi, *supra ad Rubricam*, 6
7

non inde colligi in Textu nostro citationem non fuisse præmissam; imo eam præsumi ex Textu *in l. de vnoquoque, ff. de Iudiciis*, & hoc pacto interpretatus fui ibi Text. nostrum; & sic hoc retento non erit, cur sit admittendus alius intellectus, quem tradit ipse Barbosa *n.4.* quem, & ipse non admittit; nempe vt Papa possit sine causa auferre ab aliquo beneficium, de quo videbis *in cap. penult. de Clericis non residentibus*, & expendi *suprà in cap.1. de causa possess. q.1. n.12. & 13.*

8 Plura etiam de citatione videbis *suprà in c.1. de Iudiciis in cap.pen.de foro compet.in cap.1.de causa possessionis, & in cap 2 de testib* Et quod sententia feratur cum monitione triplici, aut vna pro tribus, dixi *suprà in Rubrica q.1.* versic. *ad quartam*, & an in sententia contra absentem præsumantur omnia solemniter facta, si acta processus non inueniantur *ibi* in versic *ad vltimam.*

9 † Hinc applicabis quæstionem, an citatio sit necessaria in notoriis, de qua *in cap de causa possess.* & an sit nulla parte præsente, & non citata *ibi quæst.3* Item & applicabis quæstionem an absens, & irrequisitus possit excommunicari *ibi in dicto cap.1. de Iudiciis quæst.16.* Et pro verò intellectu Textus nostri, & *dicti cap.cum sit Romana, de appellationibus, & cap.dudum 21. de electione* cum aliis Iuribus, quibus probatur in notoriis non esse necessariam citationem, videbis *in dicto cap.1 de causa possessionis quæst.1. à n.10.* cum aliis. Et item applicabis quæstionem, de qua *ibi in d.cap.1.q.8.* an asserenti Principi se ex Iusta causa motum procedere sine citatione, sit adhibenda fides: & quid in dubio *ibi.*

AD TEXTVM

IN CAPITE XIII.

Cum inter, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

4 *Sententia temporis antiqui, dicitur rite, quæ lata.*

5 *Sententia, quæ transsit in rem Iudicatam, facit Ius, & habetur pro veritate.*

1 PRo exacta, & vera intelligentia huius Textus repeties, quæ *suprà* adduxi *in c.1. hoc tit.* & *ibi*, quæstione vltima de sententia censuræ, vel absolutionis latæ contra Ius legis, vel litigatoris: alia notat videnda *hic* Bar-

2 bosa. † Et quia in versic.ibi *(cum nulla fuerit appellatione suspensa:)* applicabis nonnulla *dict. in c. consanguinei*, & de tempore ad appellandum, quo desinat sententia transire in rem Iudicatam, & effugiat exequutionem *infrà in cap. quoad consultationem, hoc tit. & in tit.de appellationibus.* Et quatenus ex nostro Textu deducunt Doctores quod sententia lata contra Episcopum, vel Abbatem, præiudicet successori; ideo recurres ad dicta *infrà in cap. per hoc tit.* vbi de sententia inter alios lata, quibus præiudicet; itemque adjunges dicta *in cap. quia v. de Iudiciis*, vbi plures quæstiones scripsi, quibus probatur successorem teneri ex facto prædecessoris.

Et quatenus hic in versic. *quæ præsumitur ritè*, 3
dicit Barbosa, *num.fin.* quod sententia propter antiquitatem temporis, dicitur ritè, rectéque lata, & talis præsumitur per relata à Tiraquello *de præscript §.1. glossa 4.* versic. *trigesimo secundo*; ideo applicabis quæ dixi *suprà in cap.13 de probationibus*, vbi plura de probatione per libros, & instrumenta antiqua: aliqua *in cap. indicante de præscript.* & applicabis dicta *in cap. illud de præsumptionibus.*

Et ibi *cum nulla fuerit appellatione suspensa*, 4
communiter notant Doctores relati à Barbosa *hic n.4.* quod sententia, quæ transit in rem iudicatam facit Ius, & habetur pro veritate; sed qualiter contingat videbis in contrarium adducta *suprà in cap. consanguinei 11. hoc tit* Et quia vltra proxime notata scribit nonnulla, Matthæus Collerus *de processibus executiuis ad Textum hunc p.4. pag.159.* vbi *a num.13.* dicens quod sententia debet esse conformis libello ponens fallentias decem: & alia notabilia quæ non difficulter explanantur ex dictis *in cap 1. cap.11. hoc tit. & in cap.1.& 2.de libelli oblatione*, & *suprà ad Rubricam*, ideo non repeto.

AD TEXTVM

IN CAPITE XIV.

Causam, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Appellari potest à Iudice dato de partium consensu, num.2.3. & à sententia arbitri, & ad quem, n.5.*

4 Cap. à Iudicibus 2. q. 1.

6 *Appellari queit à Iudice, cuius Iurisdictio de partium consensu, fuit prorogata.*

7 L. Episcopale, Cod. de Episcopali audientia, num.8.

8 *Appellari queit à sententia Episcopi.*

9 *Sententia valet lata contra formam illam, si Pontifex commiserit causam, vt si actor talem rem probauerit, in eius fauorem pronuncietur, n.10.& 11.*

10 *Iudicis animus, non adstringitur ad vnam speciem probationis.*

11 *Textus noster intelligitur.*

12 *Iudex, cui committitur, vt ferat pro vno alium condemnando, poterit, sit causa commissa non est probata alium absoluere, & si nihil de absolutione caueatur in commissione.*

POst antiquos Balboa scribit, dicens multum interpretes laborare, in assignanda 1
vera huius Textus ratione; & vt explicet ex littera deducit duas conclusiones; prima vt possit appellari à Iudice dato de partium consensu. Secunda quod si Pontifex commiserit causam, vt si actor talem rem probauerit, in eius fauorem pronuncietur, valet sententia contra huiusmodi formam lata. † Primam probat ex 2
Textu *in l. ex consensu, ff de appellationibus*, cum adductis à Maranta *de ordine Iuciorum 6.p. cap. de appellation. n.145.* & rationem reddit, quia

partes

partes approbando perſonam Iudicis,non videntur approbare ſententiam ab eo proferendam,vt contingit in teſte, cuius perſona à producente approbata, adhuc contra eius dictum poteſt aliquid ab opprobante allegari,ad eius reprobationem ex *c.præſent.de teſt.c.ſi teſtes §.ſi quis teſtibus 4. q.3.l.ſi quis.Cod de teſtib* Barboſa *hic ſub n.2.* cum pluribus ab eo relatis, dicentes prædictam doctrinam fallere, in arbitro electo ex communi partium conſenſu à quo nequit appellari ex Textu *in c.à Iudic.2 q 6.& l.1.C.de arbitr.* qui Textus loquuntur in arbitris compromiſſariis.

3 Sed adhuc, & in illis appellationem admitti probant relati ex adductis à Ripa *in l.nemo poteſt, n.91.ff de leg.1.*vbi Gutierrez *n.425.*arg Textus *in cap.2 de arbitr.* imo & Iure Ciuili procedere poſt deciſionem Textus *in l penult. C.de arbitr.* vt aduertunt Bart.*in d.l.1.C.eodem n.1.*& hoc quemadmodum à pleriſque actibus extra Iudicialibus appellari licet ex *c. conſultationi de appellat. lib.6.* niſi oppoſitum cautum eſſet Principis reſcripto,

4 Iuxta *d.l.1* †Et hoc ſic relato expendens Barboſa Textum *in d.c.a Iudicib.2. q.1.* docet non ibi agi de Iudicibus conſenſu partium delegatis, ſed de arbitris.qui ab eiſdem eliguntur, & paſſim Iudices appellantur,*l.ſi minor.21 ff de minor.l qui nec ff. de iud* provt intelligit Gloſſa,vbi Doctores *in c.ab arbitr.de offic deleg. lib.6.*

5 Dubitabis verò ad quem tunc appellandum ſit,declarat optime Couarruuias *lib.2.variar.c 12. à n.1.*de quo *infra ſub tit.de appellat & in d.c.2.de arbitr.*imo quamuis per leges patriæ, non poſſit appellari à ſententia arbitri, vt habetur, *in l fin. tit.4.p.3. & in l.17. tit.23. p.3.* hodie autem rectè appellari aduertit Gregor.*in l.fin.Gloſſa* 1.arg.Textus *in l 4.tit.21.lib.4 recop.*

6 Et ex dictis etiam infertur,quod à Iudice,cuius Iuriſdictio partium conſenſu, fuit prorogata nequit appellari:ſic colligitur ex Bart.*in d l ex conſenſu de appellat* |*& in d.l.1.C.de arbitr.* docent, *hic* Panormit.*n.2.* & Balboa *n.6.* id colligens per argumentum ab ſpeciali.

7 †Ex Textu *in l.Epiſcopale, Cod.de epiſcop audientia,*vbi cauetur ſpeciale eſſe in Epiſcopo, propter dignitatem Epiſcopalem vt ab eius ſententia lata in prorogatione Iuriſdictionis,non poſſit appellari, vti Iudicatum fuiſſe teſtatur Grammat.*deciſ.9.ex d l. Epiſcopale*; ita vt talis ſententia ex prorogatione lata, ſemper ſit

8 exequenda remota appellatione †Sed hunc intellectum indiſtinctè non admittit Balboa *hic n 7.* cum à ſententia Epiſcopi regulariter appelletur, ex *c paſtoralis de officio ordin & ex c.Romana de appell.lib.6 in 2.reſponſo.*& ſic imperatorem priuilegium ſpeciale conceſſiſſe Epiſcopo in Iuriſdictione prorogata, & hoc reſpectu laicorum, quibus potuit Imperator per ſuum priuilegium præiudicare;non autem reſpectu Clericorum,quia ſi Clerici de Iure Canonico. poſſunt à ſententia Epiſcopi appellare; quando ipſe inter ſubditos pronunciat, multò melius appellare poſſe ait à ſententia lata in prorogatione: De natura prorogatæ Iuriſdictionis dixi latè,*ſup. in cap.ſignif. de foro compet.*& conducunt dicta,*de prorogatione iuram.in c.pen.de iureiur.*

9 Secundam tamen concluſionem relatam, *ſub n.1.*probat Balboa *hic n 12.*cum Panormit.*n 9.* ex ſententia Gloſſæ primæ hic,quod actor in ſpecie Textus noſtri, quamuis prima facie probaſſe videretur;non tamen probauit; & ideo ſatis fuiſſe ad confirmationem ſententiæ, quod nihil contineret iniquum.Nec huic doctrinæ obſtat dicere, quod hic Textus denotat ab actore fuiſſe probatum. † Dum ait Iudicis animum, non eſſe ad 10
vnam probationis ſpeciem adſtrictum, *c. in præſentia de renunciatione,cap ſi teſtes 4. q.1. l. ob carmen § fin.de teſtibus, cap. in noſtra 32. eodem*, nam etſi ea allegatio præſupponat aliquam probationis ſpeciem,prima fronte validam in actis.potuiſſe nihil hominus,Iudicem potuiſſe illam non plenam,aut concludentem Iudicare; præcipuè quia in ſpecie Textus noſtri minor eſt dubitatio: nam concurrentibus tribus illis circunſtantiis,de quibus hic ſit mentio, præſumendum eſſe pro ſententia docent,primo quod ſententia nihil contineat iniquum,Secundo quod communi conſenſu partium cauſa fuit commiſſa. Tertio quod pars requiſiuit Iudicem,vt ferret ſententiam;& ſic credendum eſſe Iudicem in eo caſu contra actorem pronunciaſſe ex iuſta cauſa,quamuis in attentionibus apparuiſſet probaſſe; & ſic Balboa tenens ex doctrina Panormit.*n.7.* reprehendit, *hic n.15.* doctrinam Innocentij, & Butrij aliter exponentium Textum noſtrum.

Imo idem Balboa *ſub. n. 9* exiſtimat quod in 11
Textu noſtro,non fuit lata ſententia contra formam mandati & reſcripti,nam vt aduertit Innocentius Iudici mandatum fuerat in reſcripto, vt ferret ſententiam pro Clerico actore,ſi probaſſet ſe à maiori parte capituli electum fuiſſe, & improbans dictum Innocentij, nempe per teſtes viles probaſſe, & corruptos. & dictum Butrij non admittentis Innocentium,& dicentis ideo factum quia Iudex præciſe non cogitur ad vnam ſpeciem probationis, animum ſuum applicare; ob idque non potuiſſe retractari ſententiam; quoniam acta proceſſus non concludunt apertam iniuſtitiam, quod nimis eſſet periculi plenum; ideo inſiſtunt dicendo ſatis fuiſſe, vt in Textu noſtro nihil contineretur iniquum,ad hoc,vt confirmaretur ſententia,Et ſic non obſtat dicere ex regula Textus *in cap,cum dilecta de reſcript.l.diligenter,ff. mandati*, hic tuliſſe Iudicem ſententiam contra formam mandati; & ſic non potuiſſe valere, de quo aliqua dixi *ſupra in cap.de cætero.hoc tit.ſub q.1* & expendens illa Iura *cum cap prudentiam de officio de legati*,quia reuera, vt dictum eſt in ſpecie noſtra, non fuit lata ſententia contra formam mandati.

Vnde infero quod ſi commiſſum, & delega- 12
tum ſit Iudici, vt ſi quis coram eo probet intentionem, ferat ſententiam pro eo, alium condemnando,& nihil dictum ſit de abſolutione; ſi tamen intentio, vel cauſa commiſſa non eſt probata; poſſe etiam condemnare, & aduerſarium abſoluere ſic Barboſa *hic* ex verſic. ibi, *commiſimus terminandam:*tradunt Menoch.*de arbitr q.43. n.7.*Antonius Gomez.*in l.76 Tauri.n.14.volum.1.* Felinus *in cap.cum inferior.n 4.de maioritate,& obedientia.*Vincent.Herculanus *in l.3 ff.de ſententia,& re Iudicata,n.9 col fin.*argum. Textus *in l.2. ff hoc tit.cap.præterea de officio de legati:*Imo ex dictis exiſtimo poſſe pro perfecta noſtri Textus tractatione, circa hanc ſecundam concluſionem adiungi quæ adduxi,*in d.cap.in noſtra 32 de teſtib.* vbi late egi, ad quam ſpeciem probationis debeat Iudex attendere: Aliqua quæ ex notatis & dicendis, à *q. 1.* explanantur ſcribit, Matthæus Cullerus ad Textum hunc, *p. 4. de proceſſibus executiuis, pagina 164.*

Qvæstio I.

An sententia lata de partium consensu, sit appellabilis: An sententia valeat, si Iudex mandetur à Pontifice, vt pronunciet in fauorem actoris probantis, & pronunciet pro reo: An Iudex magis ad vnam speciem probationis attendere possit, quam ad aliam, vel necessario pronunciare in fauorem habentis firmiores, & validiores testes pro se: Et an Iudices ex partium consensu electi, possint à partibus ipsis recusari: Et an producens testem, seu instrumentum pro se, possit eam contra se reprobare?

SVMMARIVM

3 *Recusare nequeunt partes Iudicem ab ipsis approbatum, nisi ex noua causa.*
4 *Testem producens pro se, nunquid contra se in eodem, aut alio in casu improbet negatiuè. num.5.*
5 *Testem pro se producens, approbat & eius personam.*
6 *Instrumentum producens, videtur approbare notarium, qui illud confecit*
7 *Scriptura minus solemnis, probat contra producentem.*
8 *Instrumentum, seu scriptura, nunquid impugnari queant a producente sub pretextu, quod non sunt in forma probante, n.9*
10 *Testis persona approbata à producente, nunquid sit tam pro tempore futuro sed & pro praeterito, n.11.*
11 L. si quis testibus, Cod. de testibus.
12 *Testis persona, num à producente censeatur approbata, ex sola productione verbali.*

1 Citra ea, quæ de appellatione possent hic referri reseruata ad titulum de appellationibus, possunt nihilominus per litteram Textus nostri, & eius intellectu prælibatæ difficultates agitari, Sed quia de primis duabus manet dictum à principio huius nostri Textus in versic *ad primam*, & in versic *ad secundam*; ideo ad iam dicta recurres.

2 Ad tertiam an Iudex magis ad vnam speciem probationis, quam ad aliam & recurres ad ea, quæ longè scripsi *sup. in c. in nostra de test.* per plures quæstiones egi de æstimandis partium litigantium probationibus.

3 Ad quartam, de qua Barb. *hic sub d.n.1.* & Balb. *sub n.5.* ad motiuandam rationem decidendi ad primam nostri Text. conclusionem obiter tangũt dicentes, vt partes per cõsensum ex nostro Text. approbando Iudicis personam, de qua certi sunt, non possunt illum nisi ex noua causa recusare ex *c. super q §. verum* vbi Gloss. & Doct. *de offic. deleg.* & ideo recurres ad ea, quæ adduxi *in c.4. de foro comp. q.18.* vbi egi de quæstione, an possint recusari illico Iudices qui per sortitionem de consensu partium eliguntur; & *ibi q.9. à n.6. & à n.10.* vbi de recusatione arbitrorum, & quid de adjuncto, de electo ab ordinario de arbitris nominatis, secundùm formam Text. *in c cum speciali de appell.*

4 Ad quintam, & vltimam partem quæstionis, an producens instrumentũ pro se, vel testem, possit contra se reprobare. De his duobus, & præcipuè de teste obiter etiam, vt reddant rationẽ ad Text. nostrum, Balb & Barb. *hic sub d n* & 1. affirmant vt quemadmodũ testis à me in vno Iudicio productus, si in alium contra me ipsum producatur, non potero aduersùs eius personam allegare, nisi ostendam inimicitias inter nos de nouo ortas, vel aliam iustam causam ex Text. *in l si quis testibus. C. de testib.* vbi Donell *n.3.* expendens ait id ibi procedere, nam qui testibus antea vsus est, vtendo, illos tales approbauit, quales tunc erant quos semel probatos, post. a improbari non posse resolnit, & facit regula *in c quod semel de reg Iur lib.6. l. Ponpon ff de negot. gest l vxor. §. fin. ff. ad leg. Iul. de adult.* imò *in n.7.* idem Donell. ait illos approbare videoi, quales eo tempore erãt non quales eo postea sunt, quia ex causa noua, sicut testis suspectus recusatur: sic & in nostro Text. potuit Iudex ex noua recusari causa, nam quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio ex *l de ætate §. ex causa, & § qui insic. ff de interrogation in Iure faciendis.*

Vnde in proposito huius dubij dicendum est 5
quod producens testem pro se, non potest illum reprobare, cum per eius productionem, censeatur personam illius approbare, vt docent Stephanus Grat. *discept forens. c. 51 ad 23.* Paz *in praxi tom.1. p.1 temp.9. n.26.* Amator Rodrig. *de ordin. process. c.9. n.6.* versic. 1. Menoch *de præsumpt. lib.1. præsumptione 45. n 3. & cons. 60. n 17.* Ludou. Miranda *de ordine Iudic. q.24 art.7.* Azeued. *in l.1 n 46. tit. 8. lib.4. recop.* Gutt. *in l. nemo potest ff de leg.1. n.117.* vidẽdu, Doctores & Barb. *n.8.* per Text *ibi in c. præsentiũ de test.* & facit ordinatio Lusit. *lib.3. tit.55. §. vlt.* non nulla faciunt quæ dixi *in c. testimon. 54. eod. tit.* vbi latè ago de oppositionibus contra testes. Et applicabis quæ *suprà* dixi *in c. quemadmod. de Iureiur §.1. q 5.* in versic. *ad quartam.* Item & applicabis aliam quæstionem, an possim reprobare testem, quem in Iudicio pro me produxi, sed examinatus non fuit, de qua Gutt. *in d. l nemo potest à n.130.* quam vtilem vocat in praxi sed de ea dixi *suprà sub tit de testib.* item & applicabis aliam, de qua *in d. c. testimonium*, an si tempore testimonij testis est requisitus idoneus tamen actualiter criminosus, & in peccato perseuerans, sit admittendus in testem *ibi q.2.* versic. *ad tertiam.*

Vnde infero ad alium casum, de producente 6
instrumentum, vt videatur approbare notarium, qui illud scripsit, vt notant Mascardus *de probationibus conclus 1235. n.16.* Azeuedus *in c. l 1. n.51. lib.4. recopilat. tit 8.* † Et sic euenit, vt scriptura minus solemnis probet, contra producentem, vt tennit Baldus *in l. alia à n.3. Cod. de his, quibus vt indignis*, Alexand. *cons 184. num.2. lib 7.* Beroius *cons. 90. num.10. volum.3.* cum aliis per Crauetam *de antiquitate temp p.1. § viso de verbis, num.36. & consil. 275. num.2.* versic *rursus*, Osascus *decis. pedem. 39. num.23 & 24.* Bartol. *in Authentica si quis in aliquo, num.14.* & ibi Alexand. *n.4. Cod. de edendo.* Addentes ad Alexand. *cons 108. lib.5. sub littera D*, vbi quod hæc opinio, sit verior, & magis communis, Iason *consil. 181. num.12. ad finem & sequent. lib.2.* Parisius *cons 125. num.10.* vbi de communi *lib.1.* Surd. *dec. 268 n.2.* Coccin. *dec. 450 n.2.* Greg. 15 *dec. 452. in fine quæ irrecentior est decis 274. p 2* & fuit resolutum in Monopolitana hebdomadæ 5. Dec. 1614. coram Cardin Verospio, & in alia Menopolit. beneficij Capell. 6. Iun. & 14. Nou, 1612. coram. R.P.D. Merlin, vt

vt refert Barbosa *in dicto cap. præsentium, dicto n. 8. in fine de testibus.*

8 Dubium verò est, an producens scripturam, vel instrumentum, possit impugnare illam sub prætextu, quod non sit in forma probanti, & quod eam sic producens, eam nequeat impugnare refert Terent. *in annot. ad decis. 381. Buratti:* docent

9 Barbosa & videtur ex dictis sustinendum. † Sed contrarium, nempe, quod producens instrumentum, vel aliam scripturam, quæ non est in forma probanti, sibi non præjudicet, quin possit illam impugnare, ex quo productio eatenus noceat, quatenus scriptura probat, tenent, Bar. *in l. post legatum, n 2.* versic. *responde, ff de his, quibus vt indignis,* Alex. sibi contrarius *cons 108 n. 5.* versic. *& idem, lib. 5* Afflictis *decis. 25. n. 5. & 6* Caputaq. *decis. 199 p. 1.* Greg 15 *decis 432. n 4* Rota *decis 159. n. 1. p. 2. diuers.* eadem Rota in Ellerd. Canon. 19. April. 1614. Coram R.P.D. Pirouano, Beltram. *in annot. ad Alex 15. sub n. 15. limit. 1.* Marescot *variar. resol lib. 1. cap. 82. à n. 17.*

10 Item dubium est, an ita censeatur approbata persona testis à producente, vt nedum sit pro tempore futuro, sed & pro præterito hoc examine futuro, aut præterito; ideo quod contra eum, non possint objici objectiones personales, quamuis contra illius dictum, seu testimonium possit opponi, & notabiliter negat posse reprobari, seu in testem objici; Gratianus *discept. forens d c. 551.*

11 *à n. 25.* † Sic interpretatus Textum *in dicta l. si quis testibus. Cod. de testibus,* ex ea ratione, quia nulla probabilis differentia, videtur esse inter casum dictæ legis, respectu futuri examinis, vel præteriti, imo magis censeri testẽ approbatum, respectu præteriti, quàm futuri temporis, quia præterita sunt magis nota, & futura incerta, & quia Iuri de futuro facilius renunciatur, quàm Iuri præterito, maximè, quia fides testis est indiuidua; ita, vt semel approbatus, non possit amplius reprobari, nisi ex causa superueniente, vel de nouo detecta, provt in specie quoad vtrumque tempus est decis. Rotæ per Cardin. Seraphin. 4. Maij 1576. vbi quod ita fuit per tres vices proposita, intelligendo in expressa approbatione, quæ resultat in productione, secus ex tacita, quia in hac non procedit dispositio dictæ legis si quis testium, respectu facti examinis, provt concludit Salicetus *ibidem, n. 9.* versic. *quæro nunc sexto.*

12 Et quando sufficiat productio testium verbalis, vt censeatur approbata persona testis, sicut realis, Alex. *cons. 191. ad finem, n. 4.* versic *hac ratio videtur militare in proposito lib. 7.* & nulla quoad testium approbationem videnda apud Farinac. *de testibus q. 62. limit. 20. à n. 211.* de oppositione contra personas testium.

AD TEXTVM
IN CAPITE XV.
Quod ad Consultationem, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

1 DVAS continet partes Textus iste principales; prima quæ incipit à principio litteræ, pertinet ad terminum, intra quem appellatio, sit opponenda, de aliis affectibus appellationis, circa suspendendum, vt sententiæ, à qua appellatur, transeat in rem Iudicatam, & licèt de hoc puncto plura ordinarij tractent, quia potius est *de Rubrica. & tit sequenti de appellat.* ideo ad ibi longè assignata, & dicta te remitto. † Secundò. quæ 2
incipit à versic. *sed nec executionem sententiæ,* spectat ad tempus modum, seu praxim exequendi sententiam iam semel transactam in rem Iudicatam, & cum de Iudicibus executoribus, latæ sententiæ, iam *suprà* dixerim, *cap de cætero 5 hoc tit.* ideo nunc de spectantibus ad sententiæ executionem, vel de exceptionibus aduersùs eam oppositam tractabo.

Interim ad verba Textus nostri notabis sequentia in Textu ibi *Vtrum appellationi sit Clerici deferendum, qui purgationem indictam sibi per sententiam, &c* quid sit purgationis pœnam in dicere *infrà ad titulum de vulgari. & ad titulum de purgatione Canonica.* & nunquid ab ea appellatio admittatur, dico *ibi,* aliqua *infrà in cap. eum sit Romana 3 de appellationibus, § fin.* 3

Et ibi *Ad diem venies, consequenter appellat causam non exprimens appellandi.* Per hæc verba, etiam de duobus valet inquiri, an in vltimo diei termino, appellatio possit interponi, & qualiter is terminus computatur: & an qui appellat debeat causam exprimere appellandi, de quibus *infrà in Rubrica de appellat.* 4

Et ibi *Taliter duximus respondendum, quod cum post 10. dierum spatium sententia in authoritatem rei transeat Iudicatæ, &c.* Per hæc verba dispositum est, vt de Iure Canonico, sit locus decem dierum ad appellandum: quid tamen de Iure Ciuili, & Regio, dico *infrà in Rubr. de appellat.* sed obstant dicta *in c. consanguinei 11. hoc. tit.* 5

Et ibi, *quid id arctari,* & ibi, *& etiam prorogari.* 6
de facultate prorogandi, seu arctãdi terminum ad probandum, dixi latè *suprà sub Rubr. & tit. de dilationibus* & ad punctum, *in c 1, q 9.* & ibi, *q. 2. & 3.*

Et ibi, *Qui à principio sponte recipit terminum* 7
breuiorẽ, imputari sibi, debet, cum ex hoc videatur beneficium contempsisse. vnde talis non audietur appellans, &c. Per hæc verba potest etiam de duobus inquiri, an partes litigantes, seu earum aliqua possit renunciare dilationes sibi competentes. Et quid de termino ad appellandum, *infrà*, dico *in Rubr. & tit. de appellat.* Et an audiatur appellans à termino breui, applicabis quæstionem: appellatio an admittatur à termino nimis breui assignato, vt partes compareant in Iudicio, de qua *in c. 1. de dilat. q. 1.*

Et *ibi*, in versic. *Nisi fortè aduersùs eum modus executionis Canonicus excedatur,* de quo aliqua 8
retuli *in dicto cap. de cætero hoc tit.* vbi de executore excedente, & dico *infra nonnulla.* Præter notata proximè & quæ dico *in sequentibus quæstionibus*, scribit ad Textum hunc Matthæus Collerus *de processibus executiuis p. 4. pag. 165.* vbi videbis.

Qvæstio I.

An sententia propriè dicatur transire in rem Iudicatam, quando ab ea nequit appellari: Et an valeat Principis rescriptum impediens executionem sententiæ, supremi Magistratus: An pendente in integrum restitutione fieri possit executio, seu quo ordine fiat: Et nunquid fiat, appellatione pendente: seu intra tempus appellationis?

SVMMARIVM.

1 *Ad 10. Sententia, quoad executionem remissiuè aliqua quæstiones.*
14 *Sententia proprie dicitur transacta in rem Iudicatam, quando ab ea nequit appellari.*
15 *Sententia dicitur res Iudicata, quando iam ab ea nequit appellari.*
17 *Res Indicata, dicitur, qua accipit finem controuersiarum.*
18 *Executio vocatur vltimus actus Iudiciarius, qui coram Iudice adito expenditur.*
19 *Res Indicata nondum dicitur, vbi appellari potest, & n.20.*
20 *Sententia, à qua appellari potest, dicitur abusiuè*
21 *Sententia transit in rem Indicatam, quando qui appellauit non fuit appellationem prosequutus coram superiore.*
22 *Sententia peritorum criminalis, & matrimonialis, non transit in rem Indicatam, etiam post tempus.*
23 *Rescriptum Principis impediens executionem, Magistratus non valet, nec remissa eam impedit, n.25 Vide n.33 vbi fallit.*
42 *Authoritas in rebus Indicandis, debet esse illæsa curiis supremis.*
26 *Executio sententia, minimè retardatur pendente lite super retractatione, & de casu, n.27.*
28 *Rescriptum, quod demat à Iustitia tramite, non debet, à delegato adimpleri.*
29 *Princeps tollere potest impedimentum parti ad iterum litigandum: & qualiter hoc mandet, n.30.*
30 *Princeps dicendo fiat Iustitia, vel sequatur, non aperit ostium ad iterum litigandum, nisi concessa esset remissio causa.*
31 *Consequens qui vult, videtur velle, & antecedens.*
32 *Sententia non est veritas, sed pro veritate habetur.*
33 *Princeps potest ex certa scientia suo rescripto sententiam rectè latam rescindere, & reuocare; item si precibus factis, cum clausula,* non obstante, *n* 34.
35 *Princeps potest remittere omnes pœnas tam corporales quàm pecuniarias, etiam si sententia translata sit in rem Indicatam, si interueniat partis concordia: fallit in condemnatione parti applicata, n.36.*
37 *Restitutus à Principe, quando recuperet bona applicata fisco per sententiam n.38. & 39.*
40 *Res semel acquirens aliquam qualitatem, perpetuo durat. & conseruatur in suo esse.*
41 *Res semel ab obligatione liberata hypotheca, non recidit in primam obligationem, causa cessante.*
42 *Actus perfectus, & consummatus, non vitiatur; licèt peruenerit ad casum primanum: exemplificatur, n.43.*
44 *Nullitas aut restitutio in integrum principaliter petita, nunquam impedit executionem: fallit, n.47 & 48.*
45 *Causa semel extincta, non debet amplius suscitari.*
46 *Liberatus per sententiam, semper remanet liberatus.*
47 *Executionem sententiæ suspendit, si restitutio petita qu it incontinenti probari, nec requirit altiorem indaginem, n.51. & n.49 vbi etiam in criminalibus, & ciuilibus.*
48 *Restitutio habet naturam appellationis.*
50 *Executio sententia suspenditur, interim dum nuntius missus ad Regem pro restitutione venerit, etiam si habeat damnum irreparabile.*
52 *Restitutio tantum aufert, quantum abstulit læsio.*
53 *Restitutio in integrum, habet effectum suspensiuum, ita vt attentet qui exequitur, ea petita, etiam si in commissione. ad sit clausula;* quod exequatur, si quid exequendum.
54 *Restitutionis exceptio, contra instrumentum, vel sententia quando alleganda, & probanda.*
55 *Capellania, nunquid conferatur, nonobstante appellatione, vel restitutione.*
56 *Restitutio aduersus sententiam, vt admittatur, requirit concludentem probationem læsionis, maximè si imploretur aduersus tres sententias.*
58 *Exequendi sententia ordo, qualis in rebus mobilibus, & immobilibus, & nominibus debitorum, vbi de nullitate defectus formæ: & quid de stylo contrario, & de praxi Regni Franciæ, n.59.*
60 *Executio in Iudicio executiuo, in quibus rebus ordinatim procedat.*
61 *Executio in nominibus non fit stabilibus stantibus, nec in bonis hæreditariis, nec dotalibus, & de aliis.*
62 *Executio sententia, non fit appellatione pendente, etiam per tertium, n.63. etiam si esset deserta, propter inopiam, n.64. etiam si videretur iniusta, n.65 n.66.*
66 *Executio sententia, non obstante appellatione fit multis in casibus, num. seqq.*
70 *Appellans debet detineri in carceribus Iudicis à quo, & quid si carceratus petatur à Iudice Ecclesiæ n.71.*
72 *Sententia non exequitur intra tempus proponendæ appellationis, & n.73.*

ANtequam præsignatas, & alias quæstiones subsequentes spectantes ad executionem sententiæ scribam duxi hîc adnotare aliquas ad executionis materiam spectantes, de quibus, iam *suprà* egi suis in locis competentibus. 1

Executio sententiæ super incorporalibus, veluti electionibus, qualiter fieri debeat dixi *in cap. fin. de Iudiciis q.6.* vbi dixi vt fieri queat absque litis contestatione. 2

Executio an fieri possit per Iudicem sæcularem in prædio, & possessione, specialiter obligata, & hypothecata à laico, cum pacto de non alienando, quæ ex aliquo titolo transiuit in Ecclesiasticam personam, dixi *in cap. quia v. d. Iudic. q.9.* vbi dixi vt debeat fieri coram Ecclesiastico. 3

Executio an possit fieri in pecoribus Clericorum, quæ damnum dederunt in predio alieno, dixi *in d. c. quia v. de Iudiciis, q.9.* versic. *ad secundam, à n.9.* vbi negaui si fiat à laico. 4

5 Executio tributorum ex lege Ciuili, an possit fieri à laico ex commissione Ecclesiastici, dixi, *in c.qualiter,& quando de iudic. q.6.* & negaui, & ad saturitatem dico *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constitutionibus.*

6 Executio instrumenti executiui, an peti debeat coram Iudice, vbi destinata est solutio, & de aliis, *in c.dilecti 17.de foro comp.q.10.*& affirmaui si pro-
7 prio foro renunciauerit.† Et plura qualiter scriptura, seu instrumentum habeant executionem paratam adduxi,*sub c.1.de fide instrum. à q.5. cum aliis.*

8 Exequi an possit Ecclesiasticus sententiam suam contra laicum, dixi *in c.si Cleric. laicum de foro compet.q.9.*versic.*ad vlt.n.24.*affirmaui si contra delinquentem laicum sacrilegum.

9 Executio an possit fieri contra Clericos in fructibus beneficiorum: & an quando Clericus conuenitur ex maleficio, vel quasi habeatur, ratione egeat dixi,*in c.olim.de rest.spoliat.16. q.2. remissiuè.*

10 Executio an habeat locum post moram commissam ex instrumento publico, in quo aliquod factum commissum est,*in c 1.de fide instr.q.7 à n.1.*

11 Et de aliis instrumentis, quæ merentur executionem, dixi *in tom.de probationib.*vt videbis,*in indice generali quæst.ibi,in eo tom. adductarum,* verbo *cautio, scriptura, instrumentum, clausula, ratiocinia rescriptum,testamentum,liber,rationes,error, calculi,*de quibus,*sub d. c.1. de fide instrum.* multa
12 adduxi.†Item & de confessione iudiciali,& extraiudiciali.qualiter habeat executionem,dixi *suprà sub Rubr.& tit.de confessis,in d tom.de probat.*

13 Ex quibus fere integra tractatio, quæ spectat ad probationes, quæ merentur executionem.posset, *hic*,in Textu nostro inuolui, cum ex eius littera appareat de sententia, quæ dum est transacta in rem Iudicatam, meretur executionem, ac quod libet aliud instrumentum, quamtumuis quarentigium: & de nonnullis quæstionibus dico, *infra*, iam ergo respondeo ad propositas difficultates.

14 Ad primam difficultatis partem, de sententia propriè dicatur transire in rem Iudicatam quando ab ea nequit appellari; respondeo ex dictis, *sup.in cap.1.cap.de cætero,*& in aliis Iuribus expositis nempe, vt lata sententia transacta in rem Iudicatam, executionem mereatur, quia aliàs frustra ferrerentur sententiæ, nisi debitæ mandarentur executioni, vt communiter docent Doctores per Textum nostrum.& *in l.minor 25. annis*, cui fidei commissum est,*ff.de minoribus:* sic docent Menochius *de præsumptionibus,lib.1.præsumpt.91. num.1,* Barbosa *hic num.* 10. Couarruuias *pract. cap.* 23. *num* 2.versic.*illud.*

15 Dicentes sententiam dici rem Iudicatam, quando iam ab ea nequit appellari, vel non fuit appellatum intra decem dies; & sic esse ex se exequendam, quando iam est lapsa in Iudicatam rem imo(vt aiunt)docet Parladorius *lib.2. rerum quotidianarum,cap.22.§.1.in princip.* rem esse lipsis, & tonsoribus notam: sic tenent post Speculatorem, *in tit. de executione sententiæ in principio*, Maranta *in speculo aduocatorum, p.6.tit.de executione sententiæ, num.3.* late regulam hanc prosequitur Marthias Collerius *in tract.de processib.executiuis 1.p. cap.2. num.1. & 2.* cum aliis sequentibus, & eleganter Gregorius Lopez per Textum *ibi, in l.15. tit.4.p.3.Glossa* 1.& notat Azebedus *in Rubr.tit.21. lib.4.recop.*ex doctrina Glossæ Rubricæ,*C.de execut.rei iudic.*

16 Vnde euenit dicendum propriè dici sententiam transisse in rem Iudicatam, quando ab ea nequit appellari, veluti si pronunciata sit in casibus, in quibus de Iure appellatio denegatur, vt ex doctrina Glossæ, verbo *denegata*, communiter à Doctoribus recepta,*in cap.non solum de appellationibus,lib.6.* tradit Couarruuias alios referens,*in practicis cap.15.num.3.*quorum aliquos rectè congessit Auendañus *de exequendis mand.Regum, c.6. ex num.4.p.1.*quam veram doctrinam confirmare videtur Textus *in cap.cum inter hoc*, cuius sententia, cum multa fuerit, appellatione suspensa, transit in rem iudicatam; pro quo etiam facit Textus *in l.1.ff.hoc tit l executore, Cod.de executione rei Iudicatæ*,ibi,*rei Iudicatæ vigorem ad effectum videtur adducere.*

Quibus probatur rem Iudicatam dici, quæ 17
finem controuersiarum accepit: tradit Amator Rodriguez *de executione, cap. 1. de executione sententiæ, sub num. 2.* † Vbi ex iam adductis, 18
Doctoribus, *num.* 1. executionem autem esse, & nos vocare vltimum actuum Iudiciarium, qui coram Iudice addito expeditur, siue in Iudicio plenario, siue summario, quo nimirum mediante creditor, aut Dominus, id, quod ipsi quomodocumque debetur consequi, vel rem suam recuperare intendit, sicut definitionem hanc explicans, defendit Matthias Colerius, vbi proxime *in præfatione ex n.9.*

Tamen vbi appellari potest, nondum dici rem 19
Iudicatam, patet ex nostro Textu, & aliis, quia nondum accepit finem controuersia, cum adhuc non sit res Iudicata perfectè; quod si appellatio submoueatur, res Iudicata dicetur, cum iam ex tali sententia controuersia finiatur, & Iuste executioni mandetur, ex *l. penult. Cod. de executione rei Iudicatæ*, vti post Couarruuias docet Parladorius *dicto lib.2. cap.21. n.4.* † Vnde 20
euenit, vt licet sententia, à qua potest appellari, & interim dum appellatio pendet, res Iudicata dici possit, per Textum *in l. post rem Iudicatam. ff. de transact. & in l. litigatoribus, Cod. eodem*; id tamen procedit abusiue, & in larga significatione; quia etsi latine res Iudicata dicatur post sententiam difinitiuam, etiam intra tempus constitutum ad appellandum, quia post sententiam, res, vel causa Iudicata fuit. Tamen vt dictum est nos rem Iudicatam accepimus cum effectu pro causa taliter decisa, vt finem acceperit controuersia, & sententia possit executioni mandari, omni prorsus appellationis remedio sublato, vt rectè tradit Couarruuias ita, *dict. l.1.ff. hoc tit.* intelligens, *dicto cap. 15. pract. num.3. in fine*; & probat Textus *in l. eleganter*, versiculo *si post rem Iudicatam*, iuncta Glossa *ibi*, verbo *attentari potest, ff. de condit. indebiti:* quare optime Parlador. *dicto cap. 22. §. 1. num. 4.* animaduertit ad hanc iuris ambiguitatem fugiendam Iuris conditores apertius loquentes pro re Iudicata, quæ statim paratam habet executionem, dicere sententiam transire in rem Iudicatam, vt in nostro Textu, & *in dicto cap. cum inter, hoc tit. in cap. cum dilectus in fine de elect.* & ante eum Maranta *vbi supra dict. tit. de executione sententiæ, num: 2,* Rodriguez *dicto cap. 1. num. 5.* & sic notant, Rebuffus 1. *tomo comment. legum Franciæ in præfatione, num. 6.* Sarmiento *lib. 1. selectar. cap. 3. in princ.* Paz *in praxi 1. p. temp. 12. à num. 1.* praxim communem, & stylum hanc loquendi rationem admisisse.

21 Aliter etiam contingit, vt sententia transeat in rem Iudicatam, nempe quando ab ea fuit appellatum. Sed tamen quia appellans, non fuit prosequutus appellationem, coram Iudice superiore; ideo certo tempore transacto poterit executioni mandari à iudice inferiore, qui eam tulit, dum tamen præcedant nonnullæ diligentiæ Iudiciales; & quod appellatio declaretur deserta, de quo puncto, seu modo, etsi hic optime posset agitari, id proprius spectat ad Textum *in c. personas, & c. cum sit Romana, de appellat.* vbi dico latè. Vnde iam concludendo dico præfatam sententiam non turbari ex regula Textus *in cap. lator, cap. tenor, c. consanguinei, hoc tit.* vbi sententia super matrimonio, non transit in rem Iudicatam, quia iam, *ibi*, adduxi specialitatem illorum Iurium, & aliorum.

22 † Et sic postquam Riccius *in collect.* 732. ad Textum nostrum ampliat procedere doctrinam relatam, vt transactis decem diebus sententia etiam peritorum in arte, transeat in rem Iudicatam, sicut cæteræ transeunt ex Thesauro *in decis. Rotæ pedemont.* 25. quam notat Riccius ad ampliationē, Textus *in c. proposuit 4. de probat.* vbi dixi late ille limitat in sententia nulla, & in causa matrimoniali in sententia causæ criminalis, & in sententia quæ profertur, secundùm consilium sapientum, de quibus aliqua, *infra*, & dixi, *in dicto cap. consanguinei.*

23 Ad secundam quæstionis partem, an valeat principis rescriptum impediens executionem sententiæ supremi Magistratus; & respondeo ex Doctoribus, & per Doctrinam Textus *in l. apud, ff. de manumissis vindicta*, non valere Principis rescriptum, impediens supremi Magistratus executionem sententiæ, *l. rescripta Cod. de precibus imperat. offerendu*; ex eo quia iustum, & incibile est rescriptum, per quod rei Iudicatæ tollitur effectus, Guido Papæ *dec* 220. referens quod de stylo Parlamentorum Franciæ non statur rescripto Principis indulgentis sententiam non mandari executioni, donec de meritis causæ, in reuisione sit cognitum, cui nec vnquam obtemperatum fuisse: tradit Riccius *collect.* 1953. *ad Textum in d. l. apud*, aliquid super prædictam materiam adducit Velascus *in decis.* 51. *n.* 29. Anna *sing. decis.* 448. Masul ad Capicium *decis.* 169. de Franch. *decis.* 128. *n.* 104.

24 † Et ratio rationis, ea nempe est, quia integra, & illæsa esse debet curiis supremis in rebus Iudicatis authoritas. Giurba *dec.* 7.

25 Nec hoc casu reuisio sui natura suspendit executionem, vt tradit Tyleman *decis.* 5. *voto* 7. Franc. Marcus *in decis.* 83. *p.* 1. & aliquid per eundem, *in decis.* 315. *p.* 2. Magon *decis.* 120. *n.* 14. *&* 15. aliquid per Afflictum *decis.* 231. *n.* 2. *decis.* 141. *num.* 2. *decis.* 158. Guido Pap. *in dec.* 50.

26 Vnde Minsing. *cent.* 1. *decis.* 48. voluit quod si lis pendet super retractatione, quam olim aduersùs sententiam præfecti prætorio, vsitatam legimus, executionem, minime retardari; idem Minsingerius *cent.* 6. *& decis.* 15. Gaylius *dec. seu obseruat.* 47. *lib.* 2. aliquid per Seccam *dec.* 40 & per Guid. Pap.

27 *dec* 69 † Et ita Giuirba *decis.* 7. dixit ex prædictis fuisse resolutum in prætorio Regni siciliæ in casu, de quo ibi, prouisionem illam non esse seruandam, dictoque deputatos in reuisione audiendos non esse, nisi soluto prius debito, ad quod fuerant per sententiam condemnati, vt per illustres viros, & praxi apprimè versatos, sæpius decisum vidimus, & sic fuisse executum, vt refert Riccius

28 *d. collect.* 1954. in versic. *ex his.* † Nam rescriptum quod deuiatur à tramite iustitiæ, non debet delegatus implere, cum res Iudicata suo effectu carere non debeat, & legis; atque constitutionis virtus, & quia finis in executione consistit, vt iam dixi, & probat Gailius *in decis.* 17. *lib.* 2. de pace publica; & facit Textus *in cap. in causis, hoc tit. vbi supra*, in sententiando ordinem Iuris seruat.

Sed his omnibus fit impugnatio ex sequentibus, quia Princeps, potest tollere impedimentum parti, ad iterum litigandum, aduersùs quem fuit sententia translata in authoritatem rei iudicatæ: sic Baldus, *in l.* 1. *& fin. Cod. de sent. pacis, & restitutis*, Carlos de Tapia *in Rubrica de constitutionibus, in princ. num* 66. quod notat, vt singulare Ceuallos *in pract. q.* 906 *à n.* 373. *para los pleytos de las mil, y quinientas*, quia non obstante quod non detur recursus post latam sententiam, potest tamen Princeps tollere impedimentum, vt pars læsa de nouo audiatur, vt explicat Antonius de Amatis *dec.* 8. *num* 8 eleganter Vincent de Franchis *decis.* 700. *n.* 2 vltra eam Ioannes Petrus Bimi *consil.* 98. *num* 33. † Vbi dicit quod licet Princeps possit mandare, vt res Iudicata, & in Iudicatum transacta, iterum videatur, & perpendatur, vt si quid abstulit iniustitia, restituat Iustitia Tamen quando non dat nouos Iudices, sed solùm dicit, *fiat iustitia*, vel *sequatur iustitia*: tunc ait vt non censeatur aperire Ostium clausum ad litigandum tamen si dicat Princeps, *fiat Iustitia*, dando nouos Iudices: tunc illa datio Iudicum, nihil operaretur, nisi concessa esset causæ reuisio, vt tradit Decius *consil.* 198. *num.* 3. ex ea ratione, quam sequitur, *vbi suprà*, Ceuallos *à n.* 399. † Quia qui vult consequens, videtur etiam velle & antecedēs per quod venitur ad illud ex Textu *in l. ad rem mobilem. l. ad legatum, ff. de procurator.* maximè. † Quia sententia non est veritas, sed pro veritate habetur, *l. ingenuum ff. de ingenuis, & manumissit.* Et sic Princeps non rigorem rei Iudicatæ, sed ipsam veritatem spectare solet. Vnde non inique agit, si non obstante re Iudicata mandet de veritate cognosci; & quid importet clausula, *hagase iustitia*, prolata à Rege, expendit Caualcanus *de brachio regio in princ.* & Ceuallos *n.* 381. *&* 382. tradit quod vbi est exclusa appellatio, seu supplicatio; non censetur exclusa restitutio, *en los casos de las mil y quinientas.* 29 30 31 32

Iam ergo facilis est explanatio ad difficultatem nam si ex certa scientia rescriptum concederetur à Principe, qui de plenitudine potestatis inhiberet molestari condemnatum: tunc reuera rescriptum, de quo, in versic. *ad secundam*, validum, & obseruandum esset, quia vltra alia, quæ Princeps potest ex suprema sua potestate, de quibus longissime agit cum multis, *per totam, q.* 906. *pract.* vbi videbis, potest ex suprema sua potestate sententiam rectè latam, quæ in rem iudicatam transiuit rescindere, & reuocare, & sententiam suo rescripto abolere, vt docent Rub. *decis.* 3. Riccius *dict. decis.* 1951. † vbi cum Guidone Pap. *dec.* 420. & Gailio *lib.* 2. *obseruat.* 48. declarat secundo, vt non procedat conclusio, si in precibus Principi oblatis, facta sit mentio cum clausula non obstante. 33 34

Vnde infero posse Principem remittere omnes pœnas, tam corporale quàm pecuniarias; etiamsi sententia fuerit translata in rem Iudicatam, vt docet Glossa *in l.* 2. *Cod. de in Ius vocando*, Carlos de Tapia *sup. cap.* 3 *num.* 3. Prosper, Farinac. *tit de inquisit. q.* 6. per totam videndus, quod est intelligendum, si interueniat partis concordia, de qua debet 35

debet constare per instrumentum publicum, vt
docent Grammat. voto 35. num. 8. & cons. 34. n. 15.
Iulius Clarus receptarum sententiarum, quæst 59. n. 3
Gregor. Lopez in l. 12. tit. 8. p. 3. verbo ca el Rey lo-
36 quita. † Et tunc temporis non posse regem tolle-
re condemnationem parti applicatam: docent Af-
flictis in cap. 1. bona, num. 50. quæ sint regalia, &
Doctores per Textum in dicta l. 2. Cod. de in Ius
vocando.
37 Sed quid dicendum si bona fisco per senten-
tiam applicata fuerint, in quo casu si reus fuerit
restitutus ad bona, & illa sint alienata, docent
Bartol. in l fin. n. 7. Cod. de sent. passis. & in l. Gallus,
§. & quid si tantum. n. 13. ff. de liberis, & posthumis,
Lucas de Pena in l. si coloni, q. 15. Cod. de agricolis,
& cens. lib. 11. Decius cons. 352. & 347. n. 3. Platea
in l. si quando, n. 9. Cod. vnde vi, Parisius cons. 5 n 21.
lib. 4. Farinacius suprà, num. 33. Menoch. cons. 103.
n. 25 vol. 1. Acosta in dict. § & quid si tantum, verbo
quid enim si aqua, n. 96 Iulius Clarus in pract. dicta
q 56. n. 6. tunc non posse reum virtute illius gra-
38 tiæ recoperare bona à fisco alienata. † Non enim
restitutio trahitur ad fructus perceptos, vt in au-
thentica idem est de Nestorianis, Cod. de hæreticis l.
cum allegatis, Cod. de re militari, l. 12. Anton. Gomez
variar. cap. 3. n 35. de tortura reorum. Gregor in l 2.
tit. 32. p 3. verbo primer estado: dicit communem
Bursatus cons. 54. vol. 1. n 13.
39 Quod intelligunt Couarruuias lib. 1. variar. c. 3.
n. 15. & cap 5. n. 7 Platea in dict l si quando, C. vnde
vi, n. 10. Ceuallos pract. dict quæst. 906. n 388. in re-
stitutione gratiæ; secus in restitutione iustitiæ,
quia tunc restitutio comprehendit omnia alie-
nata, vt in dict. l. fin. C. de sent. passis. & in d. § & quid
si tantum.
40 Ad tertiam quæstionis partem, admodum in
iure vtilissimæ, & quæ sæpius in praxi contingit,
vti multum necessaria, iuxta mentem Ioann. Gar-
ciæ de nobilitate Glossa 6. §. 2. n. 17. qui tamquam
tunc temporis fisci patronus plures casus de fa-
cto sibi contigisse narrat, & pro negatiua senten-
tia videtur ratio Textus in l. videamus, versic. suffi-
cit, ff. de eo quod metus causa, vbi res, quæ semel ac-
quisiuit, aliquam qualitatem perpetuo durat, &
conseruatur in suo esse, & non mutatur per cau-
sam superuenientem, vt contingit in casu legis fin.
41 Cod. de remissione pignor. † Vbi deducunt Docto-
res, quod res semel ab obligatione liberata hypo-
thecæ, non reincidit in primam obligationem,
causa cessante, etiamsi reuertatur in debitoris po-
testatem, cuius bona præsentia, & futura genera-
42 liter obligantur. † Eo quod actus perfectus, &
consummatus, non vitiatur; licet peruenerit ad
casum primæuum ex l. fin. Cod. de nuptiis, & sic li-
cet restitutio, sit in pristinum statum rei positio,
l quod si minor, §. restitutio, ff de minoribus; non ta-
men debebit virtute ipsius sententiæ impediri
executio, quia aliàs lites fierent immortales, &
vitas hominum pene excederent: argum. Textus
43 in cap. 2 hoc tit. & ibi, dictis. † Et confirmatur ex l.
penult. ff. de collus. detegenda, vbi causa semel finita
per sententiam, si resuscitetur per viam collusio-
nis, qua mediante petitur rescissio sententiæ quod
in isto casu lite pendente super collusione, debet
persona ingenua manu teneri in possessione; ita
vt sententiæ executio, non impediretur per collu-
sionem. Et sic à fortiori, nec per restitutionem in
integrum, & iterum facit decisio Textus bene
considerata, in l. 1. C. de in integrum rest. vt ea po-
stulata nihil noui fiat.

Hanc opinionem ex prædictis, & aliis docent 4
Bertoius cons. 119. vol. 5. vbi resoluit quod nun-
quam nullitas, nec restitutio in integrum princi-
paliter petita impedit executionem, Baldus in l. 1.
Cod ne liceat tertio prouocare, n 16. cuius dictum
declarat Ioannes Garcia sup. n. 28. cum sequentibus,
Sforcia de rest. p. 1. q. 15. art. 3. n. 35. in quæst. 42. art. 7.
& q. 43. art. 1. † Non enim causa semel extincta, 45
debet amplius suscitari, l qui res § aream. ff de solu-
tion. l. Inter stipulantem, §. sacram, ff de verb obligat. l.
cius qui delatorem, § fin ff. de Iure fisci, Textus nota-
bilis in l seruus la 2 ff de action. & obligation. vbi si
homo liber effectus sit seruus propter pœnæ de-
lictum, & ad libertatem postea ex Principis be-
neficio, sit restitutus, non reincidit in primæuam
obligationem creditor. † Quia semel liberatus per 46
sententiam, semper remanet liberatus, l. cum seruus
ff. de adimendis legatis Rebuffus etiam sequitur, in
tract. de liter ciuil. art. vlt. Glossa 6 n. 13. & facit, lex
ordin. 4 tit 8 l. 3 tit. 21. lib. 4. recop.
Existimo quod his non obstantibus, adhuc si 47
restitutio petita aduersùs sententiam, non requi-
rat altiorem indaginem: tunc posset suspendi, ita
vt impediatur sententiæ executio, cum causa re-
stitutionis, possit in continenti probari; secus si
requirat altiorem indaginem, faciunt nonnulla,
quæ adduxi, supra in c. 1 hoc tit. & in cap de cætero,
& textus in l. si prætor, §. Marcellus ff de iudiciis, l. 2.
Cod. de falsis, ibi, salua executione criminis debitorem
ad solutionem compelli debere. † Et Imola in l 4 §. cō- 48
demnatum, ff. hoc tit. sine vlla distinctione resoluit
quod restitutio petita impediat executionem,
quia restitutio habet naturam appellationis, l.
vnica ff & C. nihil nouari appell: pend. ergo cum ap-
pellatio ex nostro Textu suspendat executionem
sententiæ, sequitur vt restitutio, l præses, ff. de mi-
noribus Textus bonus in l. si causa cognita, C. de tran-
sact. ibi, appellationis vel in integrum restitutionis
solemnitate suspensa non est. Textus in l. pen ff de au-
thorit. præst. vbi restitutio impedit executionem
sententiæ: sequitur Romanus, & Alexander in l. 3.
§ si seruus, ff. de acquir idem, Imola, in l. qui à latroni-
bus, §. 1 ff de testamentis, Baldus in Rubrica de edi-
cto Diui Adriani, & multi alij, quos refert, & se-
quitur Ceuallos in pract q. 830. à n. 16. vbi n. 30. di-
cit hanc esse veriorem Iure regio in Iudicando, &
consulendo. † Et quod non solùm procedit in 49
causis ciuilibus; verùm & in criminalibus, in qui-
bus à communiter accidentibus executio esse
solet maioris præiudicij, docent Romanus in l.
possessori, §. si seruus, ff de acquirenda possessione, Pau-
lus in d. §. condemnatum, vbi Alexander n. 29. Boer.
decis 65. n. 9. Cappell. Tholos. 410. & 54. vbi Au-
frec Roderic. Suarez in l. 2 tit. de los gouiernos lib. 3.
fori, versic. quarto quæritur. † Quod late Miles de- 50
clarat, etiam si nuncius sit missus ad Regem ad
petendam restitutionem, quia est spectandus nun-
tius taliter vt interim non fiat executio, quod
malè adiunt Iudices perquisitores, qui totam fe-
licitatem suæ commissionis collocant in execu-
tione sententiæ, etiam si habeat damnum irre-
parabile, quia ex hoc ad apicem maioris dignita-
tis accendere intendunt, & sæpe versa vice con-
trarium illis contingit.
Et quod restitutio impediat sententiæ execu- 51
tionem, etiam si requirat altiorem indaginem,
docent contra Bartol. & Paulum in dict l 4. §. con-
demnatum. ff. hoc tit. & contra Boer. dec 65. Suarez
in l in d. l 2. Lancelotum de attentatis 2 p c. 8. a. 10.
& 15. & alios solū admittentes procedere quando

incontlnenti potest probari,Cummanus, *in dict.*
§. condemnatum, Alex qui dicit istam esse magis
communem, seeundùm canonistas, per Teatum
52 *ibi in cap suscitata de in integrum restitutione.* † Eo
quod tantùm aufert restitutio, quantum abstulit
læsio,ex *l.quod si minor,§ restitutio ff.de minoribus,*
l fin.Cod.de sentent pass.f melior Textus *in l. si ex*
causa, ff.de minoribus, qui expresse decidit istam
quæstionem,quam ponderat Otolora *de nobilita-*
te 3 p.cap.6.num 18 vbi dicit,quod hæc opinio,est
magis Iuridica,quamois in regali Cancellaria ali-
quando contrarium fuerit Iudicatum, & stante
lege regni relata,hanc opinionem sequuntur Paz
*in praxi 4 p tom 1.cap.3.num.9.*alij relati à Ceual-
los *in pract.48.num.16* tenet eam Axeuedus *in l.1.*
*tit.21.lib.4.recopilat.*vbi tenet cum Alexandro esse
magis communem,etiam si restitutio requirat al-
tiorem indaginem, siue loquamur ad impediendã
executionem sententiæ, siue instrumenti publici.
53 Et pro ea facit,*decis* 85 Beoint.*num.15.*vbi di-
cit restitutionem in integrum habere effectum
suspensiuum; ita vt dicatur attentare Iudex, qui
procedit ad executionem sententiæ, petita re-
stitutione, vt tradit Francus *in cap.bona num.36.*
de appellat & pro hac opinione fuisse iudicatum
refert Mobedam *decis.179.Rub.de integ restit.*Pe-
trus, Robertus, Lancelotus *tit de in integr.restit.*
num.15.& 18 Couartuuias *pract. cap 25. num.7.*
vers.12 Ceuallos cum aliis *dict. quæst.810. n.28.*
54 † Vbi ait,*n.36.*quod restitutionis exceptio de Iu-
ce Regio contra instrumentum, vel sententiam,
intra decem dies, est allegauda, & probanda, &
n.39 quod restitutio conceditur de Iure Canoni-
co,cessante calumoia,& *n.41.*quod seotentia nõ-
dum exequuta,petita restitutione non exequetur
& *n.41.* quod facta iam restitutio, sit deneganda,
55 † Sed quod Cappellania sit conferenda non ob-
stante appellatione,vel restitutione, ibi tradit de
communi stylo,de quo dico,*infra in cap 1.*& aliis
de appellat vbi ago de attentatorum materia,quia
Iudex in beneficialibus, non dicitur attentare.
56 Vnum tamen notabis quod vt admittatur
prædictum restitutionis beneficium, requiritur
probatio concludens læsionis, maxime, si aduer-
sùs tres sententias conformes,imploretur,vt tra-
dit Rota *de rest.in integrum,*in antiquis *decis.5.*Pa-
leotus *decis.304.* quem refert,& sequitur Lance-
lotus,*sup num.15.* vbi hanc dicit magis commu-
57 nem. † Et ampliat etiam si in commissione sub-
sistat claosula, *quod exequatur si quid exequendum,*
quia etiam si petatur restitutio in integrum, &
Iudex procedat ad executionem, dicitur nouare,
& attentare, quod dicit Ceuallos esse mirabile,
& mente tenẽdum in exequutionibus pensionum
vbi semper adijcitur clausula,*sine retardatione so-*
lutionis quia si petatur restitutio ex causa legiti-
ma,& probetur læsio,non sunt exequendæ litte-
ræ pensionis,vti refert reuocatum fuisse, in vna
causa toletana pensionis in hac regali Cancella-
ria.& refert alia;*à n.3.d.q.*830.
58 Ad quartam quæstionis partem quia multi
scribunt de ordine exequendæ sententiæ; ideo
breuiter referam aliqoas decisiones, & primo,
quod debet fieri in mobilibus; deinde in immo-
bolibus,& demum in omnibus debitorum;& or-
dine præfato prætermisso nullitatem patere, re-
fert decisum Afflict.*in dec.cons.Neapol.*358. Ric-
cius *collect.ad Textum in l à Diuo Pio,§. in vendit.*
ff de re Iudic.collect 156.vbi refert sic pariter de-
cisum fuisse in causa Comitis Casertæ,& credito-
rum Ducis Agriæ in anno 1558.vbi fuit annul-
lata execucutio,non seruato ordine,secundùm quod
refert,Vrsil.*dec.*358.imo ampliat Anton.Faber *in*
*dec.26.C.de execut.rei Iudicata,*vbi loquitur de non
seruata statuti forma,& aliter ipse,*dec.*48. vbi ait
quod executio aliter facta, nullius dicitur mo-
menti; etiam si negerut per creditorem vlla esse
bona mobilia, quia necessaria adhuc erit omni-
moda inquisitio.
Tamen si existat stylus contrarius in vsu, ali- 59
ter dicendum esse Guid.Pap.*dec.*281.qui ait quod
in Regno Franciæ possunt capi debitores mobi-
lia,aut immobilia in causa Iudicata ad electionem
creditoris: sic *dec.*568.imo Rota Romana,vt tra-
dit Mobedan *dec.7.hoc tit.*Iudicauit quod peruer-
sio ordinis,adhibita per exequutorem,non indu-
cit nullitatem,sed tantùm iniustitiam,ex qua de-
cis,infert Riccius *supra ad aliam 60. Veralli, p.2.*
quod huiusmodi peruersio ratione iniustitiæ illa-
tæ,grauat partem & propterea appellari poterit.
Sed inquisitio huius difficultatis, spectat,non 60
tam ad executionem, sententiæ transactæ in rem
Iudicatam,sed ad illud longum Iudicium, quod
solet dici via executiua, ad quam pertioent in-
strumẽta guarentigia,rationes, dispũctæ rescripta
& alia assigna 2,*in c 1. de fide instrum & sup.* ante
principium nostræ quæstionis principalis;ideo ad
longum hanc quæstionem nõ repeto,interim vi-
debis de ordine exequendi, & in quibus rebus
Roderic.Suarez *in repetit.Textus in l. post rem iud.*
in declarat.legis Regni, *limit.12. n.2.& 3.* & per
Auendañum *in explicat.leg.4.& 5 tit 8 lib.3.ordin.*
*n.26.*versic.*his omnibus* Couartouias *lib.2. variar.*
*c.11.n.3.*Didacum Perez *in l 4.tit.8.lib.3. ordin.* in
Glossa versic.*dubitari*,Paz *in praxi 4 p tom.1 c.2.à*
*n 28.*Azeued.*in l.19.tit.21.lib 4.recop.*bene Parla-
dor.*lib.2.rerum quotidianarum.c.3.§.1.*à quo tradit
author Curiæ Philipicæ 2.*p.*§.13.& præter alios
longe Amator Rodriguez *de exequut.c 3* vbi plu-
res examinat quæstiones,per plures etiam nouis-
sime Carleual.*de iud.*omnino Videndus *p.2.tit.3.*
vbi agit de Iudicio exequtiuo.†Et videbis laco- 61
nicè ad plures casus Riccium *in collect.386.in d.l.*
à Diuo Pio,§.in vendit ff.hoc tit. vbi dicit non fieri
in nominibus debitorum,stãtibus stabilibus; nec
in bonis hæreditariis,in præindicium vsufructua-
rij lata sentẽtia contra hæredes,nec in bonis do-
talibus pro debito vxoris post dotis constitutio-
nes contracto,sed bene in bonis paraphernalibus
extra dotem,si quæ habeat, sin minus tenebitur
vxor cauere de soluendo soluto Matrimonio,sed
etsi cauere non valet, sufficiet cautio Iuratoria,
Guid.Pap.*dec.*447.nec in distributionibus quoti-
dianis Canonicor,Maynard.*dec.17.lib.1.* nec pro
pensione in bonis depositis penes conductorem,
nec in bonis hypothecatis in præiudicium relu-
ctantis, nec in bonis aduentitijs filij, in quibus
quæritur patri vsufructus, nec in aliis, & contra
alios tertios,*ibi*,de quibus latè iam adducti.
Ad quintam quæstionis partem; numquid fiat 62
exequutio sententiæ appellatione pendente,iã sa-
tis ex dictis *à n 1* responsũ præbui ex nostro Text.
& aliis: quare nunc breuiter pro doctrina decla-
rãdu per ampliationes,& limitationes;igitur qua-
tenus executio sentẽtiæ fieri non potest appella-
tione pendente ex nostro Textu, & aliis itẽ & ex
Textu *in l.non tantum, ff.de appellationib*, vbi DD.
† Applicabis primo etiam si per tertium appel- 63
latio esset interposita secoodum Rotam *in dec.50*
de appellat.† Secundo etiam si appellatio propter
inopiam

inopiam esset de certa, Boherius *in decis.* 247.
65 † Tertiò etiamsi appellatio videretur iniusta, quia nec tunc exequutio est facienda, vt notat Riccius *collect.* 1457. ad Textum *in dicta lege non tantùm*, tradit aliquid Buërius *decis* 155.
66 Sed fallit Regula ex nostro Textu, & aliis, quando is qui appellasset esset confessus, & conuictus, quia tunc non obstante appellatione, & alia pendente potest contra eum fieri executio, Guid. Pap. *decis.* 74. *in fine*, Capella Tholosana *decis.* 176. Balbus *decis.* 400. quæ omnes conferunt ad Textum *in l.* 2. *Cod. qua appell. non reci-*
67 *piantur.* † Nec quando periculum est in mora, vt tradit Buërius *decis* 155. *à num.* 5 Riccius *vbi suprà*, qui infert, quod ratione periculi, potest Iudex exequi, & deinde processum scribere,
68 † Deinde fallit Regula quando sumus in appellatione interposita à Iudice, à quo non potest appellari, nam vt ait decis. Tolet. 500. generale est quod executio non suspenditur per appellationem interpositam in casibus à iure
69 prohibitis. † Deinde limitatur quando sumus in appellatione à carceratione, & à sententia, quod quis detineatur in carceribus, nam etiam pendente appellatione is detinetur in carceribus & sic successiua quædam executio fit sententiæ contra appellantem, non obstante sua appellatione; Ita in propriis terminis Guid. Pap. *decis.* 235. *& decis.* 238. & aliquid *in decis.* 436.
70 † Quibus in locis ponit etiam quod appellans debet detineri in carceribus Iudicis, à quo, ad quod dictum, & ad limitationem relatam vide-
71 bis eleganter decisionem Franc Marci 919 † Circa quam notat Riccius *dicta collect.* 1457. in fine non esse omittendam, vt si Clericus fuerit per Iudicem laicum captus: & à captu appellauerit ad Parlementum, & Episcopus petat illum tanquam Clericum sibi remitti, quod conditio ista an benè, vel male fuerit carceratus sit apud Parlamentum, ex sententia Ioannis Galli *in decis. Paris.* 354. pro qua potest facere doctrina longè adducta, *in cap. fin. de Iudiciis, q* 2. vbi quod laicus cognoscit de facto rei spiritualis, & Ecclesiasticæ, sed ipse Riccius sentit contrarium, & ego verius existimo Clericum esse remittendum ad Iudicem Ecclesiasticum per tradita *suprà*. *in cap. cum non ab homine* 10. *de Iudiciis*, & alibi sæpius
72 Ad vltimam quæstionis partem, an executio sententiæ possit fieri intra tempus appellationis; hoc est intra decem dies ad appellandum iam ex adductis respondebis, & ex nostro Textu eam concordantibus; Nam cum aliud sit sententia, aliud quod sit transacta in authoritatem rei iudicatæ ex adductis *suprà ad Rubricam*, *& in cap.* 1. *cap. de cætero.* Et in hac quæstione principali *à num.* 1. ideò fit, vt nisi transactis decem diebus sententia non dicatur transacta in rem Iudicatam, quod necessarium est, vt exequi valeat, si ipsa à principio sit appellabilis; Ideò quid mirum si nondùm termino illo transacto nequeat executioni mandari: Et quia ex verbis Textus nostri ibi, *licet ad hoc agendum quadrimestre tempus regulariter sit statutum, & quia id arctari*, & etiam *prorogari* secundùm notata *suprà in præmisso*, ideò ad perfectam cognitionem hic adiunges quæ ex multis tradit Osualdus ad Donellum *lib* 11. *comment. cap.* 4. *qui in cap.* 3. egit latissimè de executione, & actione iudicati, & in aliis capitibus alia refert ad materiam omninò
videnda. † Et quod ea non mandetur execu- 73
tioni intra tempus appellationis, tenet cum infinitis Gratian. *Reg.* 445. Glossa vnica in verbo *nouare*, *ff. nihil nouari appell. & in cap. non solùm* verbo *nouata de appellationibus lib.* 6. *Glossa in cap. periculosè de pœnit. dist.* 3. plures casus congerit Antonius Gomez. *tomo* 3. *variar. cap* 13. *n* 35. 17. Speculator *de except sentent* §. *postremò*: plures congerunt alij relati *suprà* à Gratiano, de quibus *infra in cap.* 5. *de appellationibus*, *& alibi in eotitulo.*

Qvæstio II.

An sententia lata aduersus debitorem exequatur aduersus fideiussorem: Et an executio possit fieri in re non contenta in sententia, seu contra non nominatum in ea an ab executione incipiatur: Et in quibus rebus executio fiat: Et an appellante fideiussore à sententia lata contra eum, cui is est fideiussor, impediatur executio: Et an sententia lata contra emphyteutam noceat damno directo scienti?

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra principalem debitorem, potest exequi contra eius fideiussorem sine nouo processu, n.* 4. *& qua cognitio super exceptionibus ab isto oppositis n* 2 vide *num.* 15. *&* 16. *& de præcepto Iudicis, quod procedit vt constituatur in mora, n* 17.
3 *Appellatio locum non habet à mandato de exequendo.*
6 *Executio sententiæ nequit fieri contra nominatum in ea.*
7 *Exceptio quando admittatur contra instrumenta publica, quæ ex statuto habent paratam executionem.*
8 *Incipi non debet ab executione: fallit in nonnullis num* 9. *cum aliis.*
10 *Obligatio cameralis: paratam habet executionem.*
11 *Littera Cambij paratam habent executionem, falit, num* 12.
13 *Legatarius agit via executiua pro consequendo legato.*
15 *Fideiussor nequit impedire sententiæ executionem.*
17 *Fideiussor condemnatus propter principalem, prius monetur antequam aduersus eum executio fiat.*
18 *Executio debiti guarentigij ante transactos aliquot dies non rectè petitur: quid si debiti instrumentum habet pactum: vt ante diem certificetur debitor, num.* 19.

AD primam quæstionis partem respondeo 1
secundùm communem praxim, quod sententia lata contra principalem debitorem, potest exequi contra eius fideiussorem sine nouo processu; ita vt si aliquas exceptiones habeat fideiussor hic sine nouo alio Iudicio debeant examinari, docent Bartolus *in l.* 1. *num.* 2. vers. sic. *puto quod contra fideiussorem, ff. iudicatum solui,*

&

& ibi, Glossa, & sic de fideiussore indicati solvendi faciunt verba *dict. l. 1.* ibi, *in speculatione iudicatum solui post rem indicatam, statim dies cadit, sed exactionis tempus Reo principali indultum differtur*, ex quo Textu probat Ioannes Guttierez *cons. 29. num. 5.* esse dandum huiusmodi fideiussori terminum principali indultum; Itavt illo transacto debeat fieri executio aduersùs fideiussorem absque nouo processu; Imò Rodericus Suarez *in lege 2. tit. de los emplacamientos, lib. 2 fors num. 2.* dicit quod iam ipse motus æquitate consuluit, quod Iudex lata sententia contra Reum, si producatur coram eo instrumentum publicum, in quo quis fideiusserit iudicatum solui prædicto Reo, quod tunc dicto fideiussore

2 citato mandet in eo exequi sententiam. † Et si fideiussor alleget aliquas exceptiones pendente executione summariè examinentur, & decidantur: Et refert ita practicasse in duobus negotiis.

3 † Et facit pro hac parte, quia à mandato de exequendo non habet locum appellatio; sic tradit ex communi Doctorum Maranta *de ordine Iudiciorum p. 6. cap. de appellatione, num. 249. fol. 611.* refert plures sic tenentes Roderic. Suarez *in l. post rem indicatam in declaratione dictæ legis Regiæ*, versic *quare vtrum n. 2. & 3. ff. de re indicata, fol. 257. & sequent.* licet ipse contrarium doceat in hoc casu; Verùm additio ad eum illum satis impugnando respondet pro Maranta. docens ab eo non esse recedendum in iudicando & consulendo ex Testimonio Alex. *cons. 95.* incipit, *visis lib. 2. in 2. columna*, & refert Guttierez fuisse postea iudicatum placentiæ, eo quod iussum fuit procedi per Iudicem in executione vsque ad vltimam pignoris licitationem, vulgò *sententia deremate*, & solui principale debitum Actori cum expensis,

4 Et facit Textus *in lege fin §. fin. Cod. de vsuris rei iudic.* & ibi Glossa secundùm Bartol. *in dicta l. 1.* & communem amplectuntur prædictam opinionem Paulus de Castro *in l. duobus*, §. *exceptio num. 5. ff. de iureiur.* Iason in §. *ergo si quis ipsius legis n. 2.* & tenet Glossa magna *in cap. 1. ad finem de iniuriis lib. 6.* sequitur plurimos allegans Boërius *decis. 277. n. 3.* est communis vt latissimè tradit Rodriguez *in dicta l. 2. lib. 2. fori à num. 5.* & statut Abiles *in capitibus prætor*, in Glossa *executionum 41.* docent etiam Antonius Gomez. *2. tom. variar. cap. 13. num 1.* Mascardus *de probation. conclus. 707.* Caldas Pereira *de emptione, & venditione cap. 33. num. 7.* Barbosa *in dicto c. 1. de iniuriis lib. 6.* sic per dictam Glossam in versic. *pragrauetur*, ibi *an condemnato debuere, intelligatur condemnetur fideiussor*, dicentes vt principali condemnato possit sine nouo processu, & Iudicio mandari executioni sententia contra fideiussorem debitoris condemnati.

5 Ad secundam quæstionis partem, an executio possit fieri in re non contenta in sententia, vt expendas adiunges quæ adduxi *suprà in cap. cum aliquibus hoc tit.* sed quatenùs tertius possit impedire illam executionem dico *infrà in cap pen.* & notant DD. *in cap. 17. hoc tit.*

6 Ad tertiam, an sententiæ executio possit fieri contra non nominatam in ea, & responde fieri non posse, vt expressè notat Baldus *cons. 149.* idem *in l. si pro te in fine. Cod. de dotis promis.* idem & Ioannes de Immola *in l. si bina, ff. de iniusto rupto*, vbi tradunt, quod is, qui non reperitur in instrumento non potest ex illo prætendere executionem, nec activè, nec passivè, quamuis ex eo interesse prætendat, & facit Textus cum sua materia *in dicta l. a Diuo pio, §. si suprà rebus, ff. de re indicata.*

Et quod tenet Iason *in l. iuris gentium, §. Prætor ait, num. 9. ff. de pactis*, vbi inquit quod si ex 7 statuto publica instrumenta statim paratam habeant executionem, & contra eam nulla possit opponi exceptio, illud vtique intelligendum sit quando agitur contra illum, cum quo factum fuit instrumentum; secus contra tertium, quam sententiam ante eum tenuit Angel. *in leg. si vnus §. ante omnia. ff. de pactis*, Ioannes de Immola *in Clem. 1. num. 11. ff. de re iud.* eandemque tenuit idem Iason *in lege certi conditio, §. quoniam, num 10 ff. si certum petatur* idem Iason *in dicto §. ante omnia num 4. & in l. Imperatores in princ. num. 2. ff. de transact.* Ceuallos *de cognit. per viam violentiæ p. 2. q. 26. num 20.* & ad aliam quæstionem an instrumentum possit exequi contra tertium dico *infrà, & in cap. 17. & pen.* quare vlterius non progredior, & an fiat executio pro debito mariti in bonis vxoris, Riccius *decis. 1914.* vbi tradit nonnulla.

Ad quartam quæstionis partem, an ab exe- 8 cutione incipiatur, & respondendum est ex Textu nostro, & aliis iam *suprà* adductis ab ea incipi non posse, nam cum executio dicat ordinem ad sententiam, vel ad alia instrumenta, cuius occasione ea prouenit non est cur ab executione incipi possit, & docent DD communiter per Textum *in l. si cum, ff. hoc tit.* † Ta- 9 men hæc Regula fallit in nonnullis primo confessio proprio ore facta, licet detur terminus aduersùs confessionem, Vibius *decis. 68.* Riccius *collect. 600.* vbi cum Iafredo *decis. 51.* limitat in crimine Notario, vel vbi quis instaganti crimine esset captus.

Et sic etiam paratam habent executionem 10 obligatio cametalis, instrumentum guarentigium. † Litteræ Cambij pulchrè Mastrillus *in* 11 *decis. 9.* quam ampliat Rota Genuens. tam contra scribentem, quam contra acceptantem. † Ta- 12 men si litteræ deperditæ essent; tunc non merentur executionem, vt tradit de Venint. *in decis. Rota Bonon. 58.* † Item legatarius pro con- 13 sequendo legato potest agere via executiua, Vibius *decis. 464.* Sed cum de his, & de aliis suprà tradiderim *sub cap. 1. & cap. 3. de fide instrument.* Ideo non vltra progredior de obligatione camerali dixi *ibi*, etiam, de qua cum aliis loquitur Riccius *collect. 1490. & 1907.* vbi quod appellatio est prohibita in obligatione cametalis obligationis.

Ad quintam quæstionis partem, in quibus 14 rebus executio fiat dixi latè *sub cap. 1. de fide instrumentorum.*

Ad sextam quæstionis partem, quæ depen- 15 det ex dictis *in hac quæstione.* in versic. *ad primam* respondeo quod & si omnes interesse habentes possent, vt tertij impedire executionem sententiæ, seu ab ea appellare, Tamen in casu, de quo loquimur non poterit fideiussor impedire executionem ea ratione, cum sententia lata non fuerit contra ipsum, sed contra Reum principalem debitorem, cuius respectu transiuit in rem iudicatam, & fideiussor se adstrinxit iudicatum solui: ergo cum sit iudicatum, & sententia transierit in rem indicatam, nullo modo appellando poterit impedire executionem sententiæ, quia

quia ipse est obligatus virtute decreti iudicialis & guarentigiæ. Et sic Doctores relati in dicto versic. *ad primam*, concludunt, quod hæc fideiussio simul cum dicta sententia habet executionem paratam, quia si admittenda esset prædicta fideiussoris appellatio, & sententia prædicta transacta in rem iudicatam, non exequeretur simul cum dicta fideiussione, esset procedere via ordinaria, & cum nouo processu, quod est cõtra opinionem adductam id dicto versic. *ad primam*.

16 † Item contingeret, vt idem fideiussor daret alium fideiussorem de iudicato soluendo, & per consequens fideiussore primo condemnato deberet iste secundus conueniri viâ ordinaria, & posset appellare, & postea alius, & sic res procederet in infinitum, quod est absurdum, vt præter cæteros adducunt Rodericus *in declaratione dicta leg.2. tit. de los emplazamientos lib. 2. fori, à n.4. & à folio* 289. Ioannes Gutierrez *dicto consil.19. num.2.*

17 Sed notabis quod etsi fideiussor sit obligatus in prædicto casu guarentigiæ; quia in ipsius fideiussione non fuit oppositus dies certus solutionis; tamen oportet vt præcedat præceptum Iudicis, vt intra certos dies soluat quantitatem contentam in sententia sub pœna executionis, quod fit ad constituendum eum in mora, vt *in l. si debitori, ff. hoc tit* vbi Bartol. & Doctores *in l. si domus, §. in pecunia, ff. de leg. 1.* & in terminis executionis docent Rodericus Suarez *in dicta l. post rem iudicatam in 7. notabili versic sextus casus in fine*; & idem *in 3. notab. eiusdem legis 2. num.2.* pro quo est bona lex 13. *tit* 11. *p.3.* præcipiens quod si debitum est purum, debet assignari terminus solutionis arbitrio Iudicis, de quo est etiam videndus Antonius Gomez. 1. *to-*

18 *mo variarum de qualit. contract. num.2.* † Et confirmatur quia si in instrumento guarentigio non apponitur dies; non potest virtute eius peti executio, antequam petatur debitum, & transeant aliqui dies, quibus debitor soluere possit vt *in l. si decem cum petiero, ff. de verb. obligat.* Felinus *in cap. licet Heli num.2. & 3. de Simonia*, Gutierrez *dicto cons.*29 *sub num.*4. & Gregorius Lopez *in l.8. tit. 14. Gloss.2. ad medium parte 5.*

19 † Vbi amplius dicit quod licet instrumentum habeat diem certum si adsit pactum, quod ante diem debeat fieri certificatio per Actorem non potest exequi tale instrumentum, nisi constet de certificatione, & de dilatione ad absoluendum post condemnationem, Couarr. *in Reg. peccatum, p.1. a num.1.* ad idem vide, *suprà in c. 26. de officio delegati.*

20 Ad sextam quæstionis partem an sententia lata contra emphytheutam noceat Domino directo scienti? Et applicabis hic, quæ *infrà dico in cap. cum super 17. hoc tit.* vbi de Regula *res inter alios acta*, in quo dubio breuiter respondetur sententiam latam super possessorio contra Emphytheutam, Vassallum, vel fructuarium non nocere directo Domino, etiam scienti, nisi citato, & causam defendenti; quia sententia lata contra ciuiliter possidentem, non nocet, vt docent Doctores per Glossam magnam *in l. Pomponius, §. si is qui precario, ff. de acquirenda possessione* & ita intelligitur Bart. *in d. l. sæpe num 6. ff. de re iud.* vbi Angel. & Alex. *num.* 106. Afflictis *decis.*380. *num* 4. Couarr. *in pract. cap.13. num.*8. Pompon. *cons.*126. Aluar. Valasc. *de iure emphyt. q.38. n.33.* Camill. Dellar, *cons.1. num.45.*

Et sic econtra lata sit sententia contra Dominum directum super possessione Ciuili, non nocebit emphytheutæ, Vassallo vsufructuario, & similibus si tantum super possessorio ciuili lata sit, eo quod isti tantùm naturaliter possident, & iure proprio, non autem pro Domino directo; vt de emphytheuta docent Glossa, Bart. Paul. de Castro, & alij *in l 3. §. ex contrario, ff. de acquirenda possess.* vbi Alex. *num.6. & 10.* Iason *n. 44.* Glossa *in l. si vt certo, §. si duos, ff commodati*, & Bart. *num.4* Bald. *col.2. in l. 2. Cod. de iure emphyt.* & post alios antiquiores Aret. Fulgos. & Alciatum, Salicet. Couarrun. *in Reg. possessor, p.2. §.4 in princ.* Gregor Lopez *in l.5. tit.30 p.3.* Aluar. Valasc. *suprà q.*18. Anton Gomez. *in l.45. Tauri*, vbi *num.* 10. enumerat omnes personas, quæ habent naturalem tantum possessionem, quas iam adduxi *sub tit. de restit. spoliat. & de causa possess. & propriet.* Afflictis *decis.*380 *num.*4. Bolognet. *cons.*10. *num* 21. Ponte *cons.* 147. *n. 6. vol.1* Fontanella *de pact nuptial. claus. 5. Gloss.8. part.15. num 65. fol.*304. *volum.2.* 21

Et de vsu fructuario, quod naturaliter possideat ipsam rem, Proprietarius vero ciuiliter dixerunt Doctores cum Glossa communiter probata *in l naturaliter, ff. de acquirenda possessione, & per leg. possessio in princip. ff eodem*, Couarr. *suprà 2. p. in princ. num.5.* & D. Ioannes del Castillo de Sotomaior plenè cum multis *de vsufructu lib.1. cap.6 num 27.* Anton. Gomez. *variar. resol. de contract. cap. 15. num. 25.* vbi cum aliis pluribus *num.* 26. eius Additionator Haillon, idem plenius *in dicta l 45 Tauri dicto num.* 100. & cum aliis Amato *res.*79. *n 1. & 2* qui *num.* 4. cum Accurs. & Alex *num.* 13. *in dicta l.* Papin. *§. si is qui; & cum Glossa in Rubrica, ff de Rei vindic.* vbi Iacob. *n* 15. resoluit conclusionem propositam, quam & tenentur Afflict *in cap. 1 §. si Vassall. in l. 3 num 6. si de feud fuer contr.* Zabarell *in cap. penult de re iudic* Bart. & Paulus de Castro *num 6 in dicta l sæpè ff eodem*, Corrasius *in dicta l. naturaliter, § nihil commune, ff. de acquirend. possess num.27. & 28.* Aluar. *d.q.18. num.18.* Castillo *in l.17. Tauri n 92.* 22

Tamen si Iudicium fuerit agitatum cum emphytheuta, Vassallo, vel fructuario, data Domini scientia super dominio, tunc sententiam Domino nocere, si Reus in se onus probandi se esse Dominum assumpserit, & sententia declaratoria dominij pro ipso conuento contra emphytheutam fructuariam, vel Vassalum lata sit, fueritque causa defensa, & de dominio plenè cognitum, & discussum, alias non nocere dicunt Bart. *in dicta l. sæpe num 6. iuncto n. 3* Rosental *de feud. cap 9. num 456. vol. 1. memb.1 conclus.23.* Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst.38. num.* 33. 23

Et sic conuento emphytheuta super dominio, vel reali actione, aut Hypothecaria sententiam contra eum latam nocere Domino directo, saltem scienti, vel citato, si de dominio fuerit cognitum, iuraque deducta dixerunt Angel. Paul. de Castro, Raphael Cuman, & Alex. *num.105. in dicta l. sæpe*, vbi Imola *col. 15. versic. fortè potest dici.* † Nam emphytheuta, vel alius vtilis Dominus dicitur à directo in rem suam Procurator constitutus, qui potest causam defendere, quique dicitur legitimus contradictor, vt *in l. 1. §. fin. ff de noui operis nunc*, docuerunt Afflictis *dicta decis.* 380. Anna Rol *cons.91.* 24 25

conf. 92. n. 5. & 53. lib. 4. cum multis aliis Amato dicta res. 69. num. 6. 7. & 8.

26 Indeque contra sententiam latam contra dominum directum nocere emphyteutæ scienti, dixerunt etiam Doctores per Glossam 1. in cap. quamuis hoc tit. de re Iud. & per l. sæpe eodem Bart. & Alex ibi, num. 108. Caldas Pereira de renou. emphyt. lib. 1. q. 10. num. 28 Paris. cons. 28. à n. 13. vol. 1. Isernia in dicto §. si Vassallus num. 11. & per eandem rationem sententiam latam contra vsufructuarium in Iudicio reali, vel rei vindicatorio, & contra Vassallum proprietario scienti, vel citato nocere, docent Paul. de Castro, & Imola in dicta l. sæpe, & cum Gama, Aebiles, & Graff. Corseto, Costa, & aliis Amato dicta res. 79 num. 9. 10 & 11 Couarr. d. c. 13. pract. num 8. & contra proprietarium latam nocere vsufructuario scienti, vel citato, aliàs secùs proprietario tamen se defendente, & non per contumaciam forte condemnato, dixerunt etiam Bart. in dicta l. sæpe, q. 4. & 5. Imola n. 27. Alex. num. 108. Afflict. decis. 139. n. 6. Trentacinq. variar. res. lib. 1. de peculio res. 6 num. 3. in fine Achilles de Graff. decis. 10. hoc tit. de re iud. Tiraquel. de retractu comment §. 1. Glossa 6. num. 29. Mantica decis. 246. num. 6. & cum aliis Amato dicta res. 79. num 12. Gayto de credito. cap. 2. tit. 3. à num. 410. vbi an etiam obstet transactio? Et quando legendus D. Ioann. del Castillo, Sotomajor de vsufructu, cap. 24. num. 6. alios plures referens.

27 Hæc tamen dicta de sententia contra emphytheutam, vsufructuarium, aut Vassallum? existimamus nocere Domino iuxta proximè dicta, si duo scilicet concurrant, primo quod fuerit in Iudicio contra emphiteutam de iuribus Domini directi, exactè cognitum, & discussum cum sit generale dici non posse decisum, nisi illud quod est cognitum, & discussum ex Bart. in l. recepitia, ff. de const. pecun. Socin cons. 94 n. 3. Lambert. contract. Glossa. 16 verbo non valeat, num. 17. in fine, Mantica decis. 66. num. 2. Franc. decis. 178 n. 6. & decis. 367. num. 14 Lanar. consil. 73 num 11. Vincent. de Anna allegat 102. n. 2.

28 † Et quod Iudicium ab emphyteuta sit defensum quacumque suspicione collusionis penitùs cessante, cum simus in materia suspecta propter regressum euictionis, qui competeret contra directum Dominum: sic vt per coniecturas illa valeat probari; Imo quod sufficiat vna collusionis per Glossam, in cap. audiuimus de collus. deteg. vbi Doctores, & Farinac. decis. 40. num. 4 in in primis recollectis, & num 5. alias directo Domino penitùs non nocere sententiam per collusionem latam contra emphytheutam, Vassallum, aut vsufructuarium, sicut nec latam contra legitimum contradictorem per collusionem aliis non nocere, quibus aliàs nocuisset, dixerunt Doctores per leg. si seruus plurium §. si hæreditatis Iudex. ff. de leg. 1. Zin. Bald. & Albericus in l. ingenuum, Cod. de statu homin. Abbas. Imola, & Felin. in dicto cap. cum super 17. hoc tit. Alciatus cons. 44. & in terminis Amato dicta res. 79. à num. 13. cum DD. in dicta l. sæpe ff. de re ind Couarr. in dicto cap. 15. Zephalo cons. 307. Valasc. quæst. 38. de iure emphit. num 32. Rosin. de feud. cap. 9. membro 1. dicta conclusione 23. sub num. 10. vbi sic dicit posse accipi leg. offic. consilio 10, num. 25.

29 Et quod reputetur coniectura non minima ad collusionem detegendam in hoc puncto erit si principalis victus non curauerit diligenter iura deducere, vel exhibere, vel iuris etiam allegationes omiserit, vt ex dicta l. si seruus plurium, §. si quis ante, ff. de leg. 1. vel minùs plenè defendit causam, vel sub colore litis passus fuerit vinci, vel si per Conuentum Dominus laudatus non fuisset, qui poterat melius causam defendere, magis de iuribus instructus, vel si non fuerit appellatum, vt docent ibi Doctores Classici, Molin. de primog. lib. 4. cap. 8. num 9. vbi eius Additionator Gregorius Lopez. in lege 20. tit. 22 p. 3. Glossa 4. versic. quod forte, Valenzuela cons. 60. num. 67. Cujac. in addition. ad Gloss. in Rubr. ff. de collus. deteg. cum infinitis Amato dicta res. 79. à num. 12 qui & n. 22 refert alios plures. † Dicentes sententiam latam non haberi pro sententia, nec mereri allegari; imo & esse 30
ipso iure nullam, nec nocere, cui alias conscripta de iure non noceret per collusionem latam, & amplius putasse sententiam collusiuè latam, nec ei nocere contra quem lata est principaliter, inter quos Giurba decis. 91. n. 15 Castill. decis. 89. num 32. Seraphin. decis. 763. num. 9. & decis. 520 num 4. Sesse decis. 5. num. 6. Faber de Anna cons. 104. num 18. lib 2. Molin. de primog. lib. 4. dict. cap. 8. num 8, vbi Additionatores Intrig. l. de substitut. cent. 3. q. 73. num. 126. Guid Pap. consil. 147 num. 5. versic. licet dictæ partes, Majar de fideicommiss. quæst. 72. & alij.

Huc vsque dicta procedunt, quando sententia lata est ignaro Domino, aut eo scienti, verum si Iudicium cum emphiteuta vsufructuario, vel feudatario sit agitatum, & institutum propter dominium actione reali, vel Iudicio rei vindicatorio, data tamen quomodolibet ignorantia directi Domini, nunquam illi sententiam nocere Doctores omnes adducti, & alij plures, & magis communiter affirmant per Textum in d. l. sæpe ff. de re Iudicata, Amato dicta res. 79. num. 5. & sic etiam procedere, quantumuis collusio etiam modica, vel nulla reperiatur. 31

QVÆSTIO III.

An petens tempus ad soluendum, videatur appellationi renuntiare, & sententiam approbare: Et an terminum recipiens, licet videatur appellationi interposita renuntiare; non tamen interponenda: Et an appellari possit à præcepto de soluendo: Et an sententia, & instrumenta etiam mandatorum, de soluendo habeant executionem paratam, quoad non expressa?

SVMMARIVM.

1 *Renuntiare quando videatur appellationi, qui petit tempus ad soluendum. n. 2. & 3.*

4 *Renuntiare appellationi interposita videtur terminum recipiens, non interponenda.*

5 *Appellari quando possit, vel non à præcepto de soluendo, num. 6. & 7. vbi de quadam cautela.*

8 *Sententia, & instrumenta exequi valent pro expressis, & tacitis dependentibus, num. sequent. fallit à n. 17. & 18.*

9 *Expressum*

9 *Expressum, aut explicitum seu tacitum virtualiter sunt propria.*

10 *Sententia, qua v.g. declarat aliquem esse debitorem Tity, licet non condamnet, meretur executionem num.sequent.*

11 L si cum tibi 4.Cod. de re iudicata.

12 L.Pompon.40.§.sed & is qui,ff.de procur.

13 L.si inter me,& te 15.ff. de except.rei iudic.

14 L.si quis rem 24.ff. eodem.

15 L.1.§.sed non vtique,*versic* si autem pronuntiauerit,ff.ad Senat.consult.Turpilianum.

16 *Sententia est stricti iuris , & eius verba strictè sunt accipienda.*

17 *Omissum in sententia censetur pro omisso.*

18 *Sententia exequi nequit pro tacitis non dependentibus ab expressissima, & de ratione n.19.*

20 *Statutum de exequendis instrumentis est strictè intelligendum.*

21 *Instrumenta merentur executionem, etiam in tacitis dependentibus ab expressis , secus si non dependeant, n.24.*

22 *Instrumentum dotale & si expresiè non obligec ad restituẽdam dotem, ad id extenditur, n 32.*

25 *Executionem qualiter debeant habere instrumenta mandatorum de soluendo, vulgo* libranças *num. sequent.*

27 *Prouisiones expedita aduersus Thesaurarios Regios. seu receptores redituum , habent executionem paratam.*

27 *Thesaurary Regy, seu depositary sunt executiuè obligati ratione officy ad soluendas liberãtias.*

28 *Depositarius. qui rem depositam habet , aut instrumento , aut authoritate iudiciali est ad reddendum executiuè obligatus, n.29.30.31. vbi limitatur.*

29 *Executio locum habet aduersus tertium, qui rem habet à debitore deposito. vel commodato.*

31 *Mandatum de soluendo non dicitur executiuum, si debitor non est executiuè obligatus , etiam in instrumento publico.*

31 *Instrumentum mandari de soluendo cum non habeat clausulam guarentigiam , non mandatur executioni.*

33 *Sententia Iudicis iubentis restituere malè expensum, habet executionem paratam.*

34 *Sententia contra absentem potest pronuntiari, & executioni mandari.*

1 AD primam quæstionis partem potest in vno contextu responderi ; igitur quoad primam Ceuall.*in pract.q* 732.refert duas contrarias opiniones, vnam Innocentij,& Felini *hic*,affirmatiuam sequentium ex Textu,*in l.fin C. de temp. appellat. l.ab eo Cod quomodo,& quando Iudex ex eo*, quia patia sunt non appellare , vel appellare & postea appellationi consentire, seu quiescere, ex *l.ad solutionem,C.hoc tit.*quem ad propositum singularem dicunt Hypolit.*sing.*136.Rota *decis.*2.*in tit.de appellat.*Matant.*de ordib.Iudic.in 2 act princ. partis vlt.n.*306 *&* 312.declarant Ant.Gabriel *de appellat.conclus.*3 *fol.*141.Matienc *in l.*14. *tit.*10, *Glossa* 2.*n* 9.*lib* 5 *recop.*& conduci potest Textus *in l.postquam liti,C.de pact.*ibi,*actionem finitam instaurari posse, nulla ratio permittit.*Et sic Innocentius resoluit, quod petens dilationem ad soluendum ,dicitur sententiam approbase ; huius sen-
2 tentiæ adducit alios plures Ceuallos. † Et alteram Butricarij in contrarium *hic* ,cuius fundamenta ex pluribus aliis refert Ceuall. per Glossam, *in dicta l ad solutionem* verbo *acquienisse* , & Fermosin. de Exceptionibus.

cum multis ex Doctoribus , qui videntur idem sequi, ac Innocentius.

Quare Ceuall *suprà à n.*8. concordando dicit 3
cum Abbate *hic n.*15. vt secunda opinio procedat quando condemnatus ipse, vel eius Procurator terminum ad soluendum petiissent spontè & prima Innocentij, & aliorum procedat, quando appellatio fuit interposita ; tamen Iudicis metu ad redimendam vexationem , fuit facta solutio, quia alias detineretur in carcere Reus , donec solueret ; ita vt licet postea Aduersarius coram Superiore opponat hanc exceptionem taciti cõsensus non audiatur ; imo vt admittatur appellans ad prosequendam appellationem ; sic cum Baldo *in cap. fin. de appellation.* vbi videbis quæ ego dixi.

Ad secundam ex dictis breuiter respondeo 4
cum Felin. *hic n.*2.Innoc.& Panormit. item cum Imola *in l* 4. §. *si quis condemnatum , ff. hoc tit.* & *ibi* Alex. *col.fin.* vt terminum recipiens, licet appellationi interpositæ renuntiare videatur , non tamen interponendæ, sed Socin.limitat quinque modis *in Reg.*25. quatuordecim Aufrer *in Capella Tholos q.* 193. & quiodecim modis restringit Præposit. *in cap sollicitudinem n.*18. *de appellation.* benè etiam de Regula Anton. de Butr. *in cap. gratum in fine de offic. deleg.* Roman. *in Rubr. de arbitr.* 24 *colum.* versic. *& adde quod lata sententia* , & *cons.*8. Petrus de Anchar. post Ioannem Andr.*in cap.fin. de appell. lib.*6.*col. penult.* Dominic. de Rota *decis.*287. *tit.de renunc.& appellat.in nouis*, Iason *in l.si conuenerit n.*20. *ff hoc tit.* Guid. Pap *in singulari* 497.§.Franc.Felin. *in d c gratum, n.*7.*& in c significauerunt,n.*2.*de Test.*qui in nostro Textu dupliciter ampliat Regulam dictam,Gratian *Reg* 454.Imola *cons.*144. Hypolit. *cons.* 126. Matant. *de ordine Iudiciorum* 6.*p.* versic. *appellatio , num* 412.

Ad tertiam quæstionis partem , an appellari 5
possit à præcepto de soluendo,& quia de ea agit Felin. *hic, columna* 8. ideo respondeo quod cum agitur de præcepto, quod vocatur mandatum de soluendo, ortum nempè ab instrumento guarentigio , seu sententia transacta in rem iudicatam, non debet appellatione suspẽdi ex Glossa Textus *in l.si cum except.§.hac autem ff quod metus causa,* Felin.*hic*,cum multis Alex.*cons.*95. *n* 4 *vol.* 2. *& cons.*181.*n.*12.*vol.*6.sequitur Bern.Diez , & Lugo *in Reg* 45 Roderic.Suar. *in l.post rem iudic. ff. hoc tit.in declarat. l Regni q* 6 *n.*3. Didac Perez *in l.*5. *tit* 8.*lib.*3. *ordinam Glossa* 2. Sarmient. *select. cap.*8.*n.*4 Paz *in praxi p* 4 *tom.*1. *num.* 38. versic. *rursus*

Sed hinc communem traditionẽ tribus mo- 6
dis limitat *hic* , Felin quem sequitur Bern. Diez de Lugo,& Roder.Suar *vbi suprà*, & limitat etiã Paz quando negatiuè pronuntiatum esset à Iudice,vt puta sententiam, vel instrumentum non esse exequendum,nam huiusmodi grauamen reparari non potest per appellationem interpositam à diffinitiua,quia nulla alia sententia separatur ; ita Roderic.Suar *vbi suprà q* 6 *n.*4 post Angel.*in l quisquis,C.quorum appell.non recipiantur*, & ita tenendum est, quamuis Glossa *in l. ab execut. C quorum appell. & in l ab execut. ff. de appell.* & plures relati à *supra* adductis teneant contrarium.

Verùm optima erit cautela Angeli , quàm se- 7
quuntur Zepola *cautela* 44. & Socinus *Reg* 26. *fallentia* 5.Rodericus *in dicta q.*6.*n.*3.Paz *sub dicto n.*38. *in fine* , nempe quod Iudex realiter mandet

executioni sententiam, vel instrumentum sine pronunciatione super executione præcipiendo, quod mandatum detur ad hoc, vt alquazeli, & ministri Iudicis capiant pignora, & personam debitoris pro quantitate debita, & expensis, imò Paz consuluit Iudicibus quod ita obseruent ad euitandam dictam appellationem, & sedandas opiniones Doctorum.

8 Ad quartam quæstionis partem an instrumēta habeant executionem paratam non solùm quod expressa, sed quoad tacita suppositis his, quæ adduxi *supra in c. 1. de fide instrum.* vbi plura de instrumentis, & aliis, quæ merentur executionem: respondeo ex communiori, & practicabiliori DD. sententia, tam sententiam, quam instrumenta posse executioni mandari, non solùm pro expressis, sed etiam pro tacitis virtualiter contentis, & resultantibus ex sententia, aut instru-
9 mētis ex ea ratione. † Quia paria sunt aliquid esse expressum, & explicitum, vel esse tacitum virtualiter conceptum implicitum, & subintellectū in expresso: nam id etiam habetur pro explicito. & expresso, *l. iam hoc iure 4 C. de vulgari, & pupillari substit. l. cum quid 3. ff. si certum petat.* Decius *cons. 15. n. 6. & cons. 68. n. 3*, Craueta *cons. 149.* Zephal. *cons. 152. n. 76. lib. 2. ad leg connub. l. 16. Glossa 7. n. 179.* Roderic. Suar. *in l post rem indic. in declarat. legis Regni, § secundo extende n. 1. & 2. ff. hoc tit.* Parlador. *lib. 2. rerum quotid. c. fin. p. 1. § 11. in 4. ampliat. n. 18. & 19.* Giurba *decis. 45. ex n. 2.* Carleuall. *de Indic. p. 2. tit. 3. cap. 5. n. 1. & 10.*

10 Vnde exemplis declarando constat, vt si v. g. sententia declaret Sempronium esse debitorem Titij, vel Titium debitorem Sempronij, sed non condemnat Titium ad soluendum Sempronio, ea mereatur talem executionem, vt cum effectu
15 soluat Titius, seu econtra Sempronius. † Vt probat Textus *in l. si cum tibi 4. C. de indic.* quem *ibi* commendat Bart. dicens nescire se alibi ita clarè
12 disponi. † Item probat Text. *in l. Pomponius 40 §. sed & is qui ff. de procur.* ibi, *nam cum iudicatur rem*
13 *meam esse simul iudicatur illius non esse.* † Textus *in l si inter me, & te 15 ff de except. rei ind.* ibi, *quia eo ipso, quo meam esse pronuntiatum est ex aduerso pro-*
14 *nuntiatum videtur tuam non esse.* † Textus *in l. si quis rem 24 ff. eodem*, vbi possessor rei petente domino absolutus; si à possessione cadat, & ad dominum reuertatur, iuuat se ad obtinendum in hoc secundo Iudicio exceptione iudicati resul-
15 tante ex prima absolutione. † Deinde ex Textu *in l. 1. § sed non vtique* versic. *si autem pronuntiauerit calumniatus est condemnauit eum, & quamuis de pœna nihil subiecerit, tamen legis potestas aduersus eum exercebitur ff ad Senatcons. Turpil.* docent in hoc puncto præter ordinarios Barb *in l si Prætor 75. n. 1.* post Text. & Bart. *ibi ff de Indic.* Afflict. *decis 117* Surd. *decis. 212 n 12. & 13.* Magon. *decis Florent 3 ex n. 19.* Chicherr *decis 64 n 3. & sequent* Robit. *decis. 60* Hypolit de Marsil *in Rubr. de fideinsq 25. n. 219.* Asin. *in praxi iudiciorum, § 31. c. 2. ampliat. 2* Gratian. *discept. forens. tom 1. c. 445. n 10 & tom. 5 c 833. ex n 28.* Azeued *in l 22. tit 6. lib. 5 recop. n. 9.* Abiles *in c. 1. Prætor*, verbo *mandado, n. 17.* Tusch *littera E, concl. 491. n. 13. & littera S concl. 128. & 129 num. 16.*

16 Nec obest dicere quod sententia est stricti iuris; taliter vt eius verba sint strictè accipienda, ex his, quæ adduxi per Textum *ibi*, *in c. cum aliquibus hoc tit.* & vbi cessant eius verba, cesset eius dispositio *l. dies cautioni 4. sorier ff. de damno infecto* nec comprehendere ea, de quibus non fuit
expressum. † Imò quod omissum in sententia 17
censeatur pro omisso ex *l. Diui 17. § rectè, ff. de liberali causa, l. si a te 9. in princ ff. de except. rei ind. l. 1. C si plures vna sententia*, Bartol. *in l. Iulianus 6. n. 5. ff. de cond. indebiti, & in l. si expressim 19. n. 5.* versic. *quandoque sententia prima, ff. de appellat.* Decius *in l. 1. n. 50. ff. de officio eius, cui mand. est iurisdictio*, Roland. à Valle *cons. 79. ex n. 10. vol. 3.* Craueta *cons. 188. n. 6.* Menoch. *cons. 110. ex n 13. lib. 2.* Surdus *cons. 189 ex n. 37. lib 2* Chacharr. *decis. 64. n 1 & 2.* & post longam plurimorum allegationem tradidit Tusch *littera S, concl. 126. ex*
n. 57. ad 63. † Ergo sententia non poterit execu- 18
tioni mandari, nisi pro expressis in ea. Et Baldus *in l. iuris gentium 7. § quod fere ff. de pact. & in l. ab Anastasio 23. n. 4 C. mandati*, Alex. Iason, Decius, & Orosc. *ibi*, Butr. *in c. translato 3. de constit. num. 8.* Imola, & idem Decius *ibidem*, & Cancer. *variar. resolut. 2. p. c. 3. n. 87. & 88.* docent sententias, aut instrumenta habentia paratam executionem pro expressè contentis, & promissis, & pro expressa
obligatione. † Sed respondetur veram esse hanc 19
doctrinam, quæ procedit in tacitis, quæ non veniunt in necessariam consequentiam, respectu verborum ipsius sententiæ. Tamen vbi, & si verba expressè non exprimant, sententia vtilem effectum nequit habere, nisi extendatur ad non expressum, vt in exemplo *suprà* posito reuera est procedendum iuxta nostram sententiam iam relatam.

Vnde infero ad aliud exemplum de instrumē- 20
tis respondendum esse eodem metro, quia & si ex *l. minor annis 15 cui fideicommissum 40 ff. de minor.* dicatur quod statum de exequendis instrumentis sit contra ius, & ob id stricte intelligendum ex *l. quod vero 14. ff. de leg.* vt notant Bart. & DD. *in l 3. § hac verbo. el segundo ff. de negot gest.* & ob id idem Bart *in l. cum stipul. sim. 113. n. 4. ff. de verb. oblig* Dec. *in l. cum quid 3. in 1 lect n. 4. & in 2. lect n. 3 ff. si certum petat.* dixerint quod vbi inter partes non sit conuentum vltra expressa, itavt si in obligatione facti nihil fecerit conuentum de interesse: quia illud conuenit ex dispositione le-
gis non competere viam executiuam. † Tamen 21
quoties ex verbis, & tenore ipsius instrumenti censetur, vt concedatur vis executiua quoad ea, quæ non sunt expressa in eo, sed virtualiter, & implicitè continentur in eo, & sunt connexa cum expressis, tunc reuera procedit, vt executio ad tacita & non expressa extendatur, nam ista videntur etiam expressa, & explicita, quia circa ea, quæ tacitè & virtualiter resultant ex contractu iuxta legis dispositionem, interuenit vtriusque cōsensus & de illo censentur contrahere partes, & facere instrumentum executiuum, quod possit executioni mandari pro omnibus in eo, quomodolibet contentis per Textum *in l. si dno 38. ff. de acquir. hered l heredes mei 57. § cum ita.* & ibi Ripa *n 57. ff ad Trebel.* Menoch. *lib 4. præsumpt. 102.* Pelaez *de maiorat. 2. p. in initio a n. 170* Barb *in l. si cum dotem 21. in princ. n. 50. circa medium. ff. soluto Matrim.* Tusch. *littera C, concl. 151.* Surd. *cons 42. n. 6.* Carleuall. *dicta 2. p. tit 1. cap. 5. num 12.*

Itaque si verbi gratia ponamus maritum fa- 22
cere instrumentum dotale quo confiteatur, vel constat re ipsa recipere dotem, sed non obligasse se ad dotem restituendam. & dixerim relatè in principio dicti versiculi *vnde infero*, non posse huc instrumentum executioni mandari contra

maritum

maritum, vt dotem restituat, quia hoc non est
23 expressum in instrumento. † Tamen in eodem casu Bald. dicit contrarium *in l. ad probationem* 21. *n.* 3. *Cod. de probat.* vbi dicit se sic consuluisse, & fuisse primum consilium, quod dederit, & *in l.* 1 *§. vt plenius n.* 6. per Textum *ibi, C. de rei vxoriæ actione*, Imola *in l.* 1. *n.* 6. *ff. de his que in Testam. delentur*, Andreas Barbatia *in repet. leg. acutissimi, n.* 176. *Cod. de fideicommiss.* Carrat *de executione instrument. q.* 29. *n.* 64. Baldus *nouel. de dote p.* 6. *priuileg. n.* 10. Roderic. Suarez *in d. l. post rem rem iudicatam in declaratione legis Regni. §. secundo extende n.* 1. & 2. *ff. hoc tit.* Anton. Gomez. *in l.* 64 *Tauri n.* 6. Menoch. *de adipisc. possess. remedio* 4. *n.* 125. Azeuedus *in l.* 1. *num.* 11. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopil. & num.* 10. loquitur generaliter de omnibus tacitè inclusis, & virtualiter contentis in contractibus, Paz etiam generaliter loquitur idem exemplum commemorans *in praxi tomo* 1. *p.* 1. *cap.* 1. *n.* 13. & 14. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 1. *p.* § 11. *amplias.* 4. *n.* 10. loquens in specie de hoc exemplo, & generaliter de omnibus ea *n.* 18. Et facit Textus *in l. si duo Patroni*, §. *Marcellus. ff. de iureiurando*, qui spe-
24 ctat ad relatum exemplum. † Et quod virtuete sint instrumenta possint executioni mandari, etiam quoad tacitam, & virtualem obligationem in eis implicitè contentam, senserunt Imola *in dicta l.* 1. *n.* 6. *ff. de his que in testam. delentur*, Aretinus *in l. si in Testam.* § *ff. de vulg pupil. subst.* supra *in l. vltiman.* 14 *Cod. de edicto diui Adrian. Tollend.* Baetius *tract. de quarentigia p.* 1. *q.* 9. *post medium*, & *q.* 10 & 11. Surd. *decis.* 254. *n.* 39. Parianus *de probat.* latè agens *lib.* 1. *cap.* 26. *ex n.* 65. Ruginel. *practic. quæst. cap.* 10. qui examinat ea specificè Colerus *de process. execut. p.* 2. *cap.* 3. *ex n.* 487. Gratianus *discept. forens. tomo* 1. *cap.* 37. *n.* 46 & 37. & *cap.* 115. *ex n.* 27. Ceuallos *in pract. q.* 46. Parlador. *rerum quotid.* 1. *p. dicto* §. 11. *dicta* 4. *ampliat. ex num.* 18. Gelasius *de obligatione camerali*, & ad eum Zachias *q.* 31. *n.* 16. 17. Franchis *decis.* 325. villadiego *in politica c.* 2. *n.* 17. Heuia Tolano *in Curia Philipica* 2. *p.* § 7. *n.* 4 optimè examinat Rodriguez *de executione cap.* 1. §. 3 *de instrument. execut. à n.* 32. & de executione instrumentorum adduai plura, *in cap.* 1. *de fide instrument. à q.* 5 vbi, & applicabis *dicta q.* 9 & ibi in versic. *ad sextum*, vbi de parcellis non rexis, & separatis.

25 Ad vltimam quæstionis partem de instrumentis mandatorum de soluendo, quæ vulgò vocantur *libranzas, seu liberantias* quibus, vel Debitori, vel depositario ærario Campsori, & similibus mandatur, vt soluat alicui aliquam certam pecuniæ quantitatem; quinquid habeant executionem paratam, & quia video quod Carleualius nouissime latè dicat, præter alios multos, quos ipse congerit *de iudiciis p.* 2. *tit.* 3. *de executione*
26 *disp* 6. per totam. † Idcò resumptiuè dico quod de Iure Castellæ prouisiones expeditæ aduersus Thesaurarios, seu receptores Regiorum redituum, habent paratam executionem ex *l.* 14. *tit.* 7. *lib.* 9. *recopilat.* vbi de iure hoc statuitur liberantias expeditas in Concilio Regij Patrimonij à computatoribus maioribus habere contra præ-
27 dictos executionem paratam. † Quia prædicti Thesaurarij, seu Receptores, vt Depositarij sunt executiuè obligati ratione officij restituere pe-
28 cuniam Regiam, quæ est apud ipsos. † Quicumque ergo depositarius executiuè potest con-

Fermosin. de Exceptionibus.

ueniri ad restituendum depositum: argumento Textus *in l. eum pro quo* 17. *ff. de in ius vocando*, & est Textus expressus *in l. si quis* 11. *in prin. ff. depositi*; dum tamen constet de deposito ex instrumento publico, quod facit notorium, vel ex Chirographo recognito, sed Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 19. *tit.* 10. *ex n.* 1. non exigat scripturam, sed probationem quamcumque fidem faciat; quia probato qualitercumque deposito, ipsum depositum ea natura sua producit actionem, & obligationem executiuam, vt planè voluit Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* § 5 *n.* 12. † Dum statuit executionem locum habere aduersùs tertium, qui rem habet à debitore deposito, vel commodato: sequitur Rodrig. 29
de execut. cap 4 *n.* 55. † Et sic si Iudex interueniente Actuario, seu Scriba expediat ea processu mandatum, quo iubet solui pecuniam alicui creditori ex deposito facto a Debitoribus eius, vel iubet Debitori Debitoris, vt soluat sui Creditoris Creditori, quod interdùm facere potest ex *l. non intelligitur* 3 § *multa, ff. de iure Fisci*, tale mandatum habebit executionem paratam, non quidem virtute ipsius mandati, seu liberantiæ, sed virtute obligationis depositarij, qua tenetur restituere depositum, docent post antiquos, & nonnullos alios depositores Rudrig. *in tract. de concursu, & priuileg. Creditor* 1. *p. art.* 6. *n* 43. Colerus *de processibus executiuis p.* 3. *cap.* 1. *ex n* 23. Afintus *in praxi in tract. de executionibus* §. 1. *cap.* 4. *ex n.* 1. Mantica *vbi suprà dicto tit.* 10. *ex n.* 1. Paz in praxi *tom.* 3. *cap* 6. §. 6 *n.* 26. Scaccia *de Iudiciis lib.* 1. *cap.* 62. *num.* 11. Grasis *de exception. in præiudicio ex n.* 3 Campeg. *de dote p.* 5. *q* 111. & alij quos sequitur videndus Carlebal, *vbi suprà n.* 2. & de libranciis expeditis à Consilio Regij Patrimonij, Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 1. *p.* §. 5. *n.* 19. Curia Philippica 2. *p.* § 10. & §. 11. *n.* 6 † Quod limitat cum multis 31
Carleual quoties debitor, cui fuit mandatum, vt soluat, non est obligatus executiuè ad solutionem: Nam tunc mandatum de soluendo, seu liberantia, etiamsi sit instrumentum publicum, non habebit paratam executionem; itavt contra mandatarium nequeat agi via executiua. 30

Sed quia vt iam diai plura adducat cum pluribus Carleuallius ipsum leges pro exacta expeditione huius difficultatis; Vnum tamen cum eo notabis *n.* 10. & cum Auendaño *de exequend. mand.* 2. *p. cap.* 10. Bobadilla *lib.* 2. *polit. cap.* 4 *ex n.* 6. Villadiego *in politica cap.* 5. § 50. & 32. *ex n.* 50. *de ratiociniis, tom.* 1. *ex cap.* 21. *ad* 27. quod si ea statuto in instrumento requiritur clausula guarentigiæ, vt possit executioni mandari liberantia, seu instrumentum mandati de soluendo etiamsi constet ex ipsius tenore esse iniustum, & destinatum in expensam inutilem, seu damnosam Fisco vniuersitati Ecclesiæ. vel pupillo non posse executioni mandari contra mandantes, eo quod hoc instrumentum mandati nunquam habet clausulam guarentigiam contra mandatarium, nec in eo soleat Inseri huiusmodi clausula & sic non posse habere executionē paratam; licet ea illo agi possit contra mandantes via ordinariâ summariâ, concesso termino, intra quem possent se defendere. 32

Iterum notabis ad nostrum Textum quod sententia Iudicis restituere iubentis male expensum habet executionem paratam; itavt nec ab ea possit appellari, vt appellatio habeat 33

 effectum

effectum suspensiunum; docet Scobar *de ratiociniis*, loquens in malo Administraiote *tomo* 1. *cap.*31. *num.* 21. *in fine*, Catlebalius *dicto cap.* 6. *tit.* 3. *lib.*2. *de Iudiciis sub num.* 18. probans singulatiter ex Textu *in l.* 2. §. *quod de frumentaria*, *ff. de adm. rerum ad Ciuitat. pertinent.*

34 Vt contra absentem possit pronuntiari sententia, & eaecutioni mandari, de quo est videndus idem Scobar *dicto cap.*31. *ex num.*22. Bobadilla *lib.*5. *polit. dicto cap.*4. *num.*83. Redin. *de majest. princip.* verbo *sed etiam per legitimos tramites num.*98 Belluga *de speculo Princip. Rubr* 37. *§. ipsumanum*, *num.* 1. Auendaňus *de exequend. mand. p.*1. *cap.*9. *num.* 3. *& p.*2. *cap* 10. *num.* 36. & quid dispositum sit de Iure Castellæ, *leget l.* 79. *cap.*4. vetsie *y en quanto tit.*4. *lib.* 3. *recopilat* vbi de modo eaequendi aliquas partitas, appellatione non obstante iuata rationes redditas ad Oeconomo, vel depositatio, seu detentore pecuniæ vniuersitatis.

Qvæstio IV.

An executio liquidationis fiat appellatione remota: An executio sententiæ in criminalibus differatur: Et an indistinctè executio sit nulla, si hora in ea non opponatur: ita vt non debeatur decima: An liceat appellari à sententia Iudicis, qua pronuntiat sententiam exequendam esse?

Svmmarivm.

1 *Liquidationis executio, numquid admittat appellationem num. sequen. & de praxi, num* 14.15.

2 *Liquidum per se, aut per informationem summariam factam virtute instrumenti publici, sine executoriam paria sunt.*

3 *Executio fit liquidatione facta qualiter n.*11.

4 *Instrumentum, & non liquidum vt executionem mereatur, quid fiat.*

5 *Appellatio admittitur in dubio in omni casu.*

6 *Statutum quot tribuit instrumentis executionem intelligitur de liquidis.*

7 *Exceptio non liquidi admittitur aduersus instrumentum.*

8 *Instrumentum non liquidum, non est probatio probata; & sic ordinariè super eo procedetur.*

9 *Liquidationis negotium est distinctum à principali, & non habet executiuum priuilegium.*

10 *Statuta prohibentia appellationem, restringuntur ad decisoria litis, non ad emergentia, & incidentia, num.*13.

11 *Appellatio admittitur à sententia Iudicis super liquidatione instrumenti, & super fructibus & conditione. num.*14.

12 *Appellatio & si non detur in possessorio, datur vero in emergentibus.*

13 *Statutum appellationem prohibens, strictè interpretatur.*

14 *Appellatio locum non habet, si Iudex absque sententia solum ex probationibus decernit mandatum, num* 15.

15 *Liquidatio, de qua constat per probationem, si per Iudicem exequi mandetur, non admittit appellationem.*

16 *Executio sententia in criminalibus defertur donec sit lapsum tempus ad appellandum, & n.*17. *vbi de bannito, & num.*19.

18 Cap.1. de purg. vulgati n.27.28 29.

19 *Bannitus ad opponendum contra sententiam non admittitur, nisi restitutus à Principe, vel à Senatu.*

20 *Sententia transactis diebus datis ad appellandam adhuc suspendi potest, vt exequatur, vt in pragnante muliere n. seq & de alim a* 29.

21 *Sententia lata in die feriato differtur exequenda die non feriata.*

22 *Sententia in rem iudicatam transacta. qualiter non exequatur Meretrix aliquem in maritum petens.*

23 *Sententia Arbitri, pendente reductione non exequitur.*

24 *Sententia exequi incepta in causa decapitationis quando suspendatur, quando ex remissione processus, num.*25.

26 *Hæreticus traditus comburendus ab inquisitoribus, venit comburendus absque aliqua alia cognitione laici, etiam ne sub prætextu iniustitia fiat suspensio.*

27 *Sententia lata potest optimè retractari prætextu fallacia, & fraudis.*

28 *Sententia quandoque retractari potest, quoties eius causa redditur ad non causam errore detecto.*

30 L. vnius. §. fin. ff de quæstion,

31 *Executio qualiter annulletur, nec decima debeatur, ex eo quod hora ab Executore in ea non sit apposita, n* 31.33.34.

32 L 22. tit.21. lib.4 recopil.

33 *Hora in executione si posita non est, eam non impedit si aliter constet de solutione, n.* 34.

35 *Appellari nequit ab executione econtra, à n.* 39. *expenditur, num.*40.

36 *Pronuntiatio de exequendo est verbalis executio, à qua non licet appellari, & est preambulum executionis, num* 37.

37 *Prohibito vno censetur prohibitum id, per quod peruenitur ad id.*

40 *Appellatio à pronuntiatione facta per Iudicem sententiam esse exequendam: qualiter admittatur.*

AD primam quæstionis partem, quia sæpe 1
contingit in Iudicio vt producatur instrumentum non liquidũ, vel conditionale, & Actor petit fieri liquidationem summariè reo citato, & Iudex profert sententiam interlocutoriam super liquidatione, à qua Reus interponit appellationem, Iudex ea non obstante procedit in causa
executiuè. † Et quod locus non sit appellationi 2
videtur ex eo probari, quia paria sunt, quod quid sit liquidum per se, vel per liquidationem summariam virtute instrumenti publici factam, vel per executoriam, vt sæpe etiam in exequenda sententia contingit: docent Iason *in l. certi cõditio n.*20 *ff de rebus credit.* Parlador. *lib.* 2. *rerum
quotid c.*6 § 1, *n* 11. † Vbi resolnit quod facta li- 3
quidatione sit facienda executio Paz *in praxi p.*4.
*tom.*1. *cap.*1. *n.*15 vbi dicit, † Quod habens in- 4
strumentum incertum, & non liquidum, producat illud coram Iudice, petens executionem recepta informatione summatia super liquidatione citato Reo, & tunc Iudex debeat mandare executioni prædictum instrumentum plura pro hac sententia in confirmationem adducit Ceuallos

uallos *de cognit. per viam viol. quaest. 39. p. 2. à num.* 1.

5 Sed quod talis executio liquidationis non
auferat appellationem multi tenuerunt; primo
quia in dubio est admittenda appellatio, quæ
in omni causa est permissa, nisi expresse prohi-
beatur, iuxta Textum *in l. & in maioribus, Cod.
de appellationibus*, sed super instrumento non
liquido adest Doctorum diuersitas, quoad eius
executionem, ergo debet dari locus appellatio-
ni à sententia super liquidatione ex doctrina,
Bartoli *in l. proinde, §. notandum, ff. ad legem*
6 *Aquiliam* † Vbi cum dicit statutum tribuit in-
strumentis executionem, intelligitur de liquidis,
non vero de non liquidis, cuius liquidatio re-
7 quirit altiorem indaginem. † Et sic dicit Bal-
dus, quod si nulla exceptio potest opponi con-
tra instrumentum; ea tamen admittitur, qua di-
citur illud non esse liquidum: sic Corneus *con-
silio* 196. *num.* 11. *vol.*3. Alex. *cons* 115. *num.*10.
*vol.*7. Decius *cons.* 322. *num.* 3. Assinius *de exe-
cutione, p.* 1. *cap.*29. *num.* 5. *&* 18. Becius *cons.*5.
8 *num.* 6. † Rursus quia Instrumentum non liqui-
dum, non est probatio probata, cum requita-
tur extrinseca probatio pro liquidatione ita De-
cius *cons.* 414 Nata *cons.*221. *num.* 14. ergo cum
debeat proferri libellus, & hinc inde sint diuer-
sæ probationes faciendæ, per inde est ac si viâ
ordinariâ ageretur vt docet Bartol. *in l* 3. *num* 15.
Cod. de pignoribus. Baldus *in l.* 2. *num.* 7. *Cod. de
executione rei Iudicatæ*, Antonius de Canatio *q* 14.
9 *num.*33. † Socinus *cons.* 51. *vol.* 1. Masa *tit. de
liquidatione, num.* 2. vbi dicit quod liquidatio-
nis negotium, est diuersum à principale, & non
habet executiuum priuilegium; ob idque esse
locũ appellationi; maxime quia via executiua est
odiosa, *l. minor* 25. *annis*, cui fideicommissum,
ff de minoribus, & sic esse restringendem secun-
dùm Baldum *in l. si ex causis, §. nunc videndum,*
10 *ff. de minor.* vbi dicit. † Quod statuta prohi-
bentia appellationem, restringuntur ad deciso-
ria litis; non autem ad emergentia, & in-
cidentia, sic Perusinus *in cap. pastoralis de
appellationibus*, Decius *in l. penult. num.* 35. *ff de
pactis*, Bossius *in sua praxi crimin. tit. de appellat.
n.*20. & ex aliis hanc partem refert Ceuallos *dict.
q* 39 *de las fuer. à n* 10.

11 Ego tamen cum iam de hoc puncto egerim;
supra in cap. 1. *de fide instrument.* scilicet quate-
nus ad praxim exequendi instrumentum non li-
quidum, & conditionale, *ibi, quæst* 6. versic.
ad tertiam, & in versic. *quod si*. & in versic. *ad
quartam*; ideo te remittendo ad *ibi*, dicta quoad
Iudicialia, quibus illa liquidatio fiat, vt exe-
quatur instrumentum: tamen quia ibi, nihil
actum sit, numquid à sententia Iudicis, super
illa liquidatione admittatur appellatio; ideo exi-
stimo posteriorem proxime relatam esse verio-
rem ex rationibus, *ibi*, adductis; tum quia di-
uersa est ratio inter id, quod liquidè probatum
est per instrumentum, & illud, quod est extra
instrumentum probatione egens, quia executio
dabitur instrumento, non aliis probationibus,
ex longe adductis, *in dicta cap* 1. *de fide instru-
12 mentorum à quæstione* 6. cum aliis. † Deinde quia
etiam si in Iudicio possessorio; non detur appel-
latio, vt *in l. vnica, Cod. si de moment. possess.* fue-
rit appellatum: tamen in emergentibus licebit
appellare, Baldus *in l. post sententiam, num.*8 *Cod.
de sentent* & alij, quos refert Contradus *in dict.
Formosin. de Exceptionibus.*

*l. vnic. limit.*4. *num.*1. vbi generaliter dicit quod
in materia odiosa, nunquam accessorium sequi-
tur naturam sui principalis. † Quia statutum 13
appellationem prohibens, est strictè interpre-
tandum, vt docent Decius *cons.* 44. *num.* 3. Ze-
phalus *cons.* 209. *num.* 13. *vol* 1. Surdus *cons.*271.
n 17. *& in decis.*26. *num.*4. versic. *detulit*, vbi reso-
luit quod senatus Mantuæ detulit appellationi
in quadam liquidatione.

Quare Iudex proferat sententiam liquidatio- 14
nis, super fructibus, vel conditionis: tunc te-
nera sit admittenda appellatio ad vtrumque ef-
fectum, sed si Iudex, non profert sententiam
super liquidatione, sed factis probationibus,
decernit mandatum executorium pro quantita-
te liquida: tunc non dari locum appellationi in-
terpositæ dicendum est, & in hoc sensu habe-
re locum primam sententiam: docet Ceuallos
Legendus *dict quæst.* 39. *à num.* 25. vbi ait Iudi-
cem in tali casu vim non facere exequando ap-
pellatione remota; quam resolutionem, & di-
stinctionem commendat memoriæ tenendam,
vtì vsufrequentissimam, tam in foro Ecclesia-
stico, quàm seculari, tam in executione instru-
menti, non liquidi, quàm rei Iudicatæ, in qua
veniunt fructuum liquidationes ab vtraque per
legitimas probationes, † Et ne tollatur vis exe- 15
cutionis, ait Ceuallos non deberi sententiam
proferri, super liquidatione, sed statim factis
probationibus decernere mandatum exequu-
tiuum pro quantitate liquida cuius executio non
impeditur per appellationem; quæ resolutio col-
ligitur ex doctrina Petri Surdi *cons.* 271. *num.*17.
& ex *decis. eiusdem* 26. *num.* 8. ibi, *sed post quam
pronunciatum est, ea esse liquida; & sic in pronun-
ciatione consistit damnum, & tollitur vis, ac pote-
stas executionis, vt etiam videtur sentire*, Paz *in
praxi* 4 *p. tom.* 1. *cap.*1. *num.* 17. *ibi, caueat tamen
actor, ne super tali liquidatione sententiam interlo-
cutoriam pronunciet.* Aliqua vide *infra sub q.*6. ver-
sic *ad secundam.*

Ad secundam quæstionis partem, an execu- 16
tio sententiæ in criminalibus differatur, dixi
nonnulla, *in cap. consanguinei* 11. *hoc tit.* vbi ex
proposito dico, sed nunc ex doctrina, Bartoli
& aliter, seu in alia specie, quam supra tetigi,
respondeo, per *l. qui vltimo de Iure esse*, vt exe-
cutio sententiæ in criminalibus sit differenda,
donec lapsum sit tempus ad appellandum: tradit
Riccius *collect.*1914 & ampliat Rub, *in decis* 60.
† Vbi exceptio opposita per bannitum, non 17
differt executioni mandari, quoties agitur con-
tra bannitum captum extra territorium; ergo
ex his infertur nullum habere priuilegium cau-
sam criminalem, præter alias, cui sententia,
sit executioni mandanda tanquam non transacta
in rem Iudicatam, vti de matrimoniali causa; &
de aliis dixi, *in d c. consanguinei.*

Verum obstat Textus *in cap.*2. *de purg. vulga-* 18
ri, vbi sententia, semel lata in causa criminali,
etiam postquam transierit in rem Iudicatam de-
tecto errore, retractari potest, & iouatur ex
decis. Textus *in l vnius, §. fin. ff. de quæstioni-
bus*, in illis verbis, *quocumque tempore*, & èccon-
tra facit Clari doctrina in praxi, *quæst.*96. & con-
tra tempus decem dierum nostri Textus, cum
dicat sententias capitales, immediatè immitti
executioni; non spectatis dictis decem diebus,
vti in specie in Patria delphinal; ita seruari af-
firmat Guid. Pap. *in decis.*74. *in fine.* † Imo, *num.*5. 19

ait vt numquam bannitus audiatur ad opponendum, nisi sit à Principe, vel à senatu, ad nouas defensiones admissus. Et sic seruari in senatu Medionalensi; & *num.* 6. asserit si vidisse plures bannitus, captos in territorio alieno, & remissos ductos contra eorum voluntatem, in territorium Iudicis bannientis decapitari, & suspendi, quinimo refert recordari superioribus annis, quod quidam sicarij banniti ab illo ducatu qui traditi fuerunt, non à Iudice, sed à Carcerario loci Vlanolæ Agri Brigiensis Prætori Cremonæ iussi fuerunt illico supendi 19. Iunij 1556.

20 Adhuc verum dicendum est aliquos dari casus, in quibus sententiæ executio differenda est etiam transactis illis decem diebus ad appellandum, veluti in muliere prægnante condemnata ad supplicium ex vulgatis Iuribus in terminis Clarus *in praxi*, *quæst.* 97. refert ita iussisse seruari senatum in quadam Vrsina Metera capitaliter condemnata, quam mandauit custodiri, donec pareret 27. Iunij 1548. quod locum habet secundùm eundem, non solùm in pœna vltimi supplicij, sed in quacumque alia pœna corporali; & sic refert de quadam alia agnata, quæ fuerat condemnata in fustigatione, cum reperta esset grauida fuit iussu senatus in pace dimissa 6. Apri-
21 lis 1554. Videbis Reunerr. *in decis.* 14. *lib.* 4. † Item vt ait Franciscus Marcus si sententia corporalis pronuncietur in die feriato: tunc eius executionem ait differendam esse; qui tamen, *in decis.* 409. dicit in enormissimis delictis, solear
22 fieri in eis capitalis executio. † Et Paponius *lib.* 24. *tit.* 10. *arresto* 44. testatur fuisse in facti contingentia seruatum in Parlamento parisiense vt aliquo condemnato ad supplicium comparauit meretrix petens illum in maritum: tunc non solùm dilatam fuisse sententiæ executionem, verùm & liberatum delinquentem: quod applicabis ad tradita per Doctores *in cap inter opera charitatis de sponsalibus per Textum ibi.*

23 Quartus casus erit in sententia arbitri, quæ pendente reductione non debet executioni mandari, Iafredus *in decis.* 361. Riccius *dicta col-*
24 *lect.* 1924. *in fine.* † Quintus casus secundùm, Papon *lib.* 24. *tit.* 17. *arresto* 14. est quoties in actu executionis contingit, quod securis non possit caput amputare condemnato; vel laqueus rumpatur; ita vt non potuerit remanere suspensus, qui refert ita in facto Iudicatum: Et Clarus *in praxi*, *quæst.* 98. refert quod Cremone quidem Marcherus Capistrus; laqueo suspensus, & pluries à carnifice pedibus calcatus cum expirasse crederetur, cecidit facto laqueo, qui à se ipso surrexit incolumis, & senatus iusserit, vt per dies aliquot suspenderetur, intra quos posset, & pacem, & gratiam impetrare; & ita habita gratia à Principe dimissum fuisse 10. Maij 1546.

25 Sextus casus est secundum Iafredum *in decision.* 105. quoties fit remissio delinquentis, quia Iudex, cui fit remissio, non tenetur stare processui remittentis Iudicis, ad tradita, *supra*, *in cap. at si Clerici de Iudiciis*, *& in cap. de catero*, *hoc titulo*, *cap. postulasti de foro competenti.*

26 Tamen in crimine hæresis, in quo ab inquisitoribus, seu ab alio Iudice fit remissio, non debet aliquo modo sententiæ executio suspendi, quia statim quod hæreticus remittitur absque aliqua cognitione executorum, debet tradi comburendus flammis, vt referunt decisum Boerius *decis.* 9. Clarus *quæst.* 96. *in praxi*, vbi dicit sic senatum exequi iussisse in causa Vincent. Gammat. 2. Iulij 1594. & ita Iudices laici, quibus relaxandi, & concremandi traduntur, non debent vllo prætextu suspendere executionem, etiam nec sub prætextu iniustitiæ vt sæpius cum multis nouissimè repetit Carena *de officio inquisit* 2 *p. tit.* 1. *&* 2. Diana *tractatu* 8. *p.* 4. *res.* 26. bene Farinacius de Castro Palao *in opere morali, tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 8. *punct.* 14 *à n* 5. *&* 6.

Ex his enim iam respondeo ad Textum *in dict.* 27
cap. 2. *de purg. vulg.* omisso intellectu Decij, *in cap. iurauit. de probation.* Aretini *in cap. quoniam contra eodem* 45. qui plures alios intellectus præstant, & omisso alio, Panormit. *in dict. cap.* 2. & Hostiensis: nempe quod cum in illa specie fuisset sententia lata prætextu reprobatæ probationis, & fallacis, optime potuerit retractari sententia: argumento Textus *in c. cum venerabilis de exceptionibus*, *& per totum*, *Cod. si ex falsis instrumentis*; hunc verò conuincit Balboa *in cap. lator*, *hoc tit. sub n.* 31. dicens, quod tempore Textus admittebatur probatio per duellum.

Vnde Panormitanus, *ibi*, alios duos intell- 28
ctus præstat, *in dicto cap.* 2. primo quod sententia per duellum lata, censetur ex non integra probatione; & sicut sententia lata ad Iuramentum, solùm parti delatum, postea comperta veritate retractatur, vt notatur, *in l. admonendi*, *ff. de iureiurando*, similiter in specie
dicti cap. 2. debuerit errore detecto retractari 29
sententia. † Et rectius idem Panormit. respondet quod vbicumque causa sententiæ, redditur ad non causam, detecto errore, sententia poterit retractari, & probat ex Textu *in l. si fulo, ff. de conditione sine causa*, vbi si quis dedit pannos lauandos, & ipse eos perdidit; ideoque fuit condemnatus ad eorum æstimationem illis à Domino repertis, retractatur sententia, quia causa reddit ad non causam, Et sic in specie, *dict. cap.* 2. illi fuerunt condemnati, quia præsumebantur illas res subtraxisse: ergo illis repertis; cessat sententia; ita vt nec ad æstimationem teneretentur.

Nec obstat Textus *in dict. l. vnius*, *§. fin. ff.* 30
quæstionibus, In verbis, *quocumque tempore*, quia illa verba referri debent ad tempus aptum; videlicet antequam sententia transeat in rem Iudicatam, vt ibidem aduertit Hypolitus, *num.* 19. Felinus *in dict. cap. consanguinei*, *hoc tit. numero* 8. Balboa *in dicto cap. lator*, *numero* 91. *in princ.*

Ad tertiam quæstionis partem, an executio in- 31
distincte sit nulla; ita vt nec decima executionis debeatur, si in ea hora non apponatur; & quod in iudicio executiuo hora, qua fit citatio solear apponi, & quare ita sit necessarium dixi, *sup. in c.* 1 *de causa possessionis*, *& prop. sub quæst.* 1. *& sub quæstio-*
ne 3. versic. *ad quartam*, vbi quid in illis Iudi- 32
ciis. † Nunc ansam præbent verba legis Regiæ factæ in curiis, *de Madrid.* anno 1573. in cuius *cap.* 22. cauetur, *que pagando eldeudor dentro de vndi a natural ladeuda, porque le vbieren echo execucion, no sea obligado à pagar decima por razon de ella, y el escriuano ante quien pasare asiente la ora en que se hyicere la dicha execuzion, por qui se vea y entienda natural, so pena de pagar el daño alaparte y que la tal execution sea en si ninguna*; & ad alia verba pergens ait, *que depositando el deudor*

dentro

dentro de veinte y quatro oras despues que fue requerido la deuda porque es executado en persona lega y abonada ante vn Alcalde y en sua vsenzia ante vn Regidor y no ante otra persona, qua de libre de pagar dezima, ni otro derecho de execucion, conque asucosta dentro de tercero die despues de echo el deposito, lo haga sauer a la persona, acuyo pedimento es executado, loqual se enticuda no auiendo obligazion de hazer lapala en algun lugar particular, quæ est, *lex.22. tit.21. lib.4 recop.*

33 Et licet practici communiter agant de prædicto dubio per verba relata, vti videre est per Guttierrez plures referentem, *lib.1. pract quæstion.* 33 & Vberius, ac proprius, *lib. 3. quæst.22.* vbi expendit Textum *in l.32. tit.4. lib. 3. recop.* & late agens desendit, vt nihilominus in praxi valida sit executio; & ita se pronunciasse, *mandando hacer y pasar el Temate, por principal costas y decima, aunque no estaua puesta la ora de la execuzion, ni dado fee de ella, &c.* primo quia ratio finalis, *in dict. cap. 32.* est, *porque se vea y entienda quando se cumple y acaua el dia natural*: quæ verba ait, nisi aliud obsit, denotant executionem esse validam: Et deinde probat ex aliis verbis, *que el escrivano de la execucion asiente la ora so pœna de pagar el daño, &c.* per quæ probat quod si scriba ad damna tenetur: ergo deficiente hora si aliter constare possit de solutione debiti, non est cur executio inualida sit, nam illud, quod est, *asentar la ora*, debet prius verificari per suppositum; hoc est, *que se hyo la paga*, Iuxta Glossam *in l. mancipia*, verbo *auocandum, Cod. de seruis fugitiuis*, quam vltra ordinarios singularem, & vnicam vocat Romanus *singul.* 489. Philipus Decius *cons.* 201. *num.* 2. *& cons.* 233. *num.* 6. & in aliis pluribus consiliis eiusdem Mexia *in l. Regia Toleti de los terminos in 4 fundamento 2. p. num.* 2. Franciscus Beccius *consil* 53. *num.* 7. *& cons* 62. *num.* 5. idem Gutierrez *dict. quæst.* 22, *sub num.*3. vbi *n.*4. addit, quod non est necessaria horæ executionis appositio in ciuitatibus, & locis, vbi decima de consuetudine non exigitur.

34 Nec obstat dicere per verba dictæ legis Regiæ, & *cap.* 32. *que la execuzion sea ensi ninguna*, quæ verba cum præsupponant horam per tabellionem apponendam, si in forma defectum est, cur non currat executio: argumento Textus *in l. de precio cum similibus, ff. de publiciana in rem actione*, quia respondet idem Gutierrez *dicto num.* 3. *in fine* tunc reuera executionem annullari, quando intra præfatum spacium 24. horarum solutio debiti facta non est, nec vere oblata cum effectu: nam si hæc præcesserint, & solum horæ appositio deficeret, non debet ex eo solùm executio annullari, cum probata solutione posset aliter probari solutio, seu eius oblatio, requisitio, aud depositum, Iuxta tenorem dictæ legis: & videbis præter alios Volaños in Curia Philipica 2. *p.* §. 23. *numero* 14.

35 Ad quartam quæstionis partem, an liceat appellari à sententia Iudicis, quia pronunciauit sententiam exequendam esse, in qua difficultate, quæ plurimum ad materiam Textus nostri, conducit, inuenio diuersas Doctorum sententias, negatiua fundatur, quia ab executione appellari non potest ex *l ab executione, Cod. quorum appellat. recopil. l. ab executore, ff. de ap-*
36 *pellat.* † Ergo nec à pronunciatione de exequendo, quia pronunciatio de exeqoendo, nihil aliud est, quàm verbalis executio, à qua non licet appellari. † Secundo quia talis pro- 37
nunciatio nihil aliud est, quàm præambulum ipsius executionis; ergo lex, quæ prohibet appellationem ab executione, videtur etiam prohibere ab huiusmodi pronunciatione de exequendo, cum sit eadem ratio, & lex non sit posita verbis, sed rebus, ex *l. 2. Cod. comm. de legatis.* † Tertio quia prohibito vno cense- 38
tur etiam prohibitum, id, per quod peruenitur ad illud, *l. oratio, ff. de sponsalibus*, sed prohibita est appellatio ab executione; ergo etiam videtur prohibita à pronunciatione de exeqoendo, per quam peruenitur ad ipsam executionem.

Alij verò existimarunt contrariam senten- 39
tiam esse veriorem, eo quod ab omni sententia licet appellare, *l. & in maioribus, Cod. de appellat.* ergo & ab huiusmodi pronunciatione de exequendo, & licet ab executione appellari non possit; est tamen, ratio differentiæ, quia executor, non potest grauare partes, nisi modum excedat ex dictis, *suprà in cap. de cætero, hoc titulo*, cum eius officium sit in exequendo, sed qui pronunciat sententiam esse exequendam, prius cognoscere debet, an sit exequenda; & sic facile accedere potest, vt perperam pronunciet; est enim appelatio licita ab illo, qui male sententiam interpretatur, vt *in l. ab executore, ff. de appellationibus, & relation.* † Ego verò 40
cum iam late, *in dicto cap. de cætero*, dixerim esse executorem merum, à quo nulla datur appellatio; eo quod non cognoscit de sententia, sed tantùm latam exequitur: respondebo, quod secundùm hanc partem prima sententia est verissima; respectu autem mixti executoris, qui cognitionem habet, potest locum habere secunda sententia, vt dixi, *in dicto cap. de cætero.* Et secundùm hanc distinctionem, ita interpretatur præsentem difficultatem Faquineus *lib. 1. controuers cap.* 74. *ex regula Textus, in cap. super quæstionum de officio de leg.* in illis verbis, *non tam cognitorem*, & sic concluditur quod si prædicta distinctio recipiatur, non obstant in contrarium adducta, cum vtraque sententia possit esse vera; imo & de nostro Iure Canonico, fere nullam dubitationem dicit, quoniam eo Iure inspecto appellari licet ab omni sententia, & interlocutione Iudicis: Et de hoc dubio videbis fuse agentem, Gabriel *comm. conclus. titulo de appellationibus, conclusione* 4. à quo argumenta, & rationes relatæ desumuntur: videbis quæ noto, *infra in cap.* 43. *de appellationibus.*

QVÆSTIO V.

An sententia mereatur executionem contra vnum ex correis, qui non appellauit, si ab aliis appellatio fuit interposita: Et quid si non fuit appellatum, coram pronunciante sententiam, sed tantùm coram Iudice appellationis: Et an sententia lata contra hæreticos, debeat exequi seclusa appellatione: Et an differendum sit supplicium reo dicenti se habere secretum Principi reuelandum: Et quid de hæretico comburendo, qui iam in patibulo dicit se pœnitentia ductus velle fateri?

SVMMARIVM.

1 *Appellatio facta per vnum ex correis, prodest cæteris non appellantibus, nisi sententiæ consentiant, n.3 quid in reuocatione, n.5.*

2 *Executio sententiæ impeditur appellatione interposita ab vno, ita vt contra correos non procedat.*

4 *Sententia expressè seu tacitè approbata transit in rem Iudicatam*

5 *Sententiæ reuocatio facta post appellationem, correi non prodest ei tacitè, aut expressè consentientibus.*

6 L.5.tit.23.p.3.*versic.*acaeciendo.

8 *Hæretici non appellant à diffinitiua sententia; bene autem ab interlocutoria, vt à* tortura, *num.9.nec etiam per viam recursus apud nos Hispanos,n.*10.

10 *Hæretici damnati ad relaxandum.non fit executio, nisi habito consilio supremi consilij.*

11 *Executio sententiæ non differtur eo quod damnatus dicat habere secretum Principi reuelandum de casu.n.*12.

13 *Hæreticus positus in patibulo, vt comburatur, si petat misericordiam, quando queat executio suspendi.*

1 AD primam quæstionis partem ex communi Doctorum calculo, & per Textum *in l. si vnus ex pluribus appellauerit, & in l. fin. Cod. eodem, tit.* ibi, *si in vna, eademque causa vnus appellauerit, eiusque iusta appellatio pronunciata est, ei quoque prodest qui non appellauerit*, receptum est, quod vbi causa est communis sententia lata fauore vnius prodest alteri; & ob id appellationem ab vno interpositum impedire executionem: & sic Greg. Lopez *in l. 5. tit. 23. p. 3.* vbi mouens & soluens hanc quæstionem, verbo *to-*

2 *dos.* † Dicit illud esse notandum, quod appellatione vnius ex sociis impeditur executio sententiæ contra alterum, qui non appellauit, vbi allegat Imolam *in l. si qui separatim, §. fin ff. de appellationibus*, per Textum *in l. 1. ff. nihil nouari, appellatione pendente:* sequuntur Lancelotus *de attentatis ampliatione* 11. Gratianus *decis.* 142. *num.5.* vbi hoc declarat Albarus Velascus *tom. 1. consult.53 num.14.*Sigismundus, Scaccia *de appellat. quæst. 5. num.* 58. vbi hanc dicit communem opinionem Ceuallos *de cognit.per viam violentiæ, q.120.p.2.n.3.*

3 Tamen si correus consentit, seu approbat sententiam contra eum latam, siue tacitè, siue expressè: tunc appellatio consocij nihil ei proderit; ita vt aduersùs non appellantem procedet rectè sententiæ executio: docent Francus *in cap. vna sententia*, versic. *septimo requiritur*, de appellationibus, Lanfrancus *decis.* 460. † Eo 4
quod sententia expressè, seu tacitè approbata, transit in rem Iudicatam, vt colliges ex nostro Textu, & ex iam adductis, in terminis Aymon Crauera *cons.165. num.13.* † Et in tantum 5
procedit, vt licet prima sententia, à qua vnus appellauit sit reuocata, talis reuocatio non prosit ei, qui ab ea non appellauit; seu sententiæ contra se latæ consensit tacitè, aut expressè, si constet de approbatione, vt tradit decisum Gratianus *dicta decis.* 142. per illa verba ibi, *vnde non mirum, si non debent gaudere appellatione, quam ignorarunt, & per consequens non proderit victoria sententiæ latæ in causa appellationis, ad fauorem vnius appellantis illis, quo non appellarunt, nec nocebit aliis, contra quos fuit appellatum.* † Et secundùm hanc declarationem menti 6
tenendam, sunt intelligenda verba, *dictæ leg.5. titulo 23. p. 3.* versiculo *acaeciendo*, vbi dicitur prodesse appellationem alteri correo: applicabis dicta, *infra in Rubr. de appellat. q.3.* versic. *ad tertiam.*

Ad secundam difficultatis partem, quæ spectat 7
ad nostram decisionem ago proprius, *infra in tit. de appellat. in c.5.*

Ad tertiam quæstionis partem de sententia 8
lata contra hæreticos, respondeo breuiter, quod hæretici non possunt appellare à difinitiua; bene autem ab interlocutoria, si grauamen continet secundùm Canonistas, *in cap vt inquisitionis de hæreticis, lib. 6.* vbi Barbosa *numero* 6. Rosas *singulari* 1. *num.* 19. Farinacius *de hæresi, quæst.* 185. *num.* 127. Paranco *de origine inquisitor. lib. 3. quæst. 4. num.* 58. Diana *resol. moral. p. 4 tractat. 8. resol. 20. & 32.* Castro Palao *in opere morali, tom. 1. tract. 4. disputatione 8. puncto 7. num. 1.* Sousa *in aphorism. lib. 2. c. 35 à n. 2.* † Et sic cum torturæ decre- 9
tum sit sententia interlocutoria, ab eo admittetur appellatio vt tradit, Diana cum multis, *vbi supra, tract. 6. resol. 20.* nisi appellatio esset calumniosa; idem Diana *resolut. 32.* versic. *notandum*, Pet. Masim. *in praxi, p. 10. assertione* 193.

Et licet Castrus Palao, *vbi suprà, num. 3.* 10
& Diana, *dicta res. 32.* Carena *de officio inquisitorum, p. 3. tit. 14. num. 7.* dicant quod interdicta in causa hæresis appellatione, non videatur interdictus recursus ad sacram congregationem per viam quærelæ: tamen hoc posset practicari in inquisitionibus Italiæ, non in inquisitionibus Hispaniæ, vbi solùm incondemnatis per inquisitores ad relaxandum, & comburendum non fit executio, nisi habito consilio, & voto supremi consilij, & Domini inquisitoris generalis; in aliis autem, vbi votorum non adest discordia, absque vlla appellatione, seu quærela, sententia mandatur executioni, & ita vide practicari in Vallisoletana tribunali: & in hoc consilio supremo alia cum aliis tradunt relati, ibi, videnda, sed alij sunt casus, vbi absque remissione ad consilium concors sententia inquisitorum non exequitur statim, veluti respectu Clerici damnati: Vide dicta *in Rubrica de appellat. quæstion.2.* versic. *ad quartam*, vbi de remissione sententiæ, & *in cap.71.*

Sed

11 Sed an à sententia qua quis vt hæreticus fuit combustus, seu reconciliatus Ecclesiæ; aut pœnitentiatus publicè vel secretè, à qua ipse non appellauit post multos annos possint eius hæredes appellare, supplicare, aut petere remissionem, seu rescisionem, vt innocentiæ rei ascendentis consulatur eius famæ, item & suorum descendentium, sic vt possint obtinere honores quibus potiti solent sanguine puri ac nobiles in quo dubio existimo dari locū tali reuisioni, rescisioni ac declarationi tantū in casu quo ex actibus processus reuisis ab Inquisitore generali, & cōsilio supremo Inquisitionis constiterit malè ab Inquisitoribus iudicatum, si ex illis actis constet de innocentia rei condemnati & qui non appellauit imò & sententiæ consensit, vel si testibus non è propria familia, nec suspectis in fide, sed fidei alias celatoribus qui probent reum, v.g. hæreticalia verba aut facta perpetrasse, cùm esset in mente non sana, & quod nec antea fuerit suspectus vel diffamatus de hæresi. Iuxta doctrinam textus, & ibi Doctores *in cap filij vel hæredes 3 de hæreticis, lib. 6.* qui casus etsi rarus sit contigit in Patrono fiscali in hoc Consilio Supremo Madriti hoc anno 1657. in mense Maij in persona nepotis cuiusdam publicè pœnitentiati, multis retro annis, aliàs fidelis, purus ac nobilis, testibus variis damnat s.

12 Ad quartam quæstionis partem, etiam breuiter dico, non posse supplicium differre ob eam causam, nec in reo hæretico, nec in aliis quibuscumque causis, ex *l. si quis fortè ff. de pœnis,* ibi, *Cæterum, vt mea fert opinio prorsus eos, non debuisse postquam semel damnati sunt audiri, quid quid allegent, quis enim dubitat ait Iuris Consultus eludendæ pœnæ causa ad hæc eos decurrere magisque eos esse puniendos, qui tam diu conticuerunt, quod pro salute Principis habere se dicere iactant; nec enim debebant tam magnam rem tam diu retinere.*

13 † Et ita in facti contingentia Iudicasse Senatum Sabaudiæ die 14. Augusti 1599. attestatur, ex dicto Textu præses ab auo de reatibus, *quæst 29. à num.60.* quem refert, & sequitur Carena *de officio inquisit. dicta 3.p. de pœnis salutaribus tit.16. num fin.* in quodam milite, qui paulo antea gestabat arma pro hostibus serenissimi Ducis Sabaudiæ, & cum esset abjiciendus torturæ dixit se Principi velle denunciare secretum pro sua, & patriæ salute: quare cum eodem serenissimo, & eius Senatus communicata fuit torturæ suppositus, & laqueo suspensus, nec vltra de dicta salute auditus.

14 Vnde in foro ad aliud quid de hæretico, seu Iudeo comburendo pertinaci, qui positus in publico patibulo, antè, vel posteaquam lecta fuerit in eum sententia relaxationis misericordiam postulans, asserit se confiteri veritatem: nunquid sententia, nihilominus sit exequenda, seu debeat iterum ad carcerem reduci, vt declaret contra se, seu complices alios; in quo dubio, quod pluries valet contingere, & in resolutione momentanea inquisitores in trono positos de facili turbare. Ideo pro dissolutione huius difficultatis opponam verba, quibus vtitur D. D. Ferdinandus Baldes Inquisitor Generalis, *in suis instructionibus instruct.44* loquens vernaculo sermone, vt sequitur. *Muchas vezes los Inquisidores sacan al tablado à algunos reos, que por estar negatibos si determinan de relixarlos, y porque en el tablado antes de la sentenzia, se conuierten, y dizen su culpas, los reziuen à reconciliazion, y sobrese en la determinazion de sus causas, y parece, causa muy peligrosa, y de que se deue sospechar, lo hazen mas con temor de la muerte que con verdadero arrepentimiento. Pareze que se debe hazer pocas vezes, y con muy particulares consideraciones. Y si alguno notificandole la noche antes de el auto que se confiesa por que ha de morir confessare Iudicialmente sus delitos en todo o en parte de tal manera que parezca conuiene sobreseer la execuzion de la sentencia que estaua acordada nole saquen al tablado, pues su causa nose ha de determinar. Y de salir al tablado teniendo complices, en sus delitos se siguen muy grandes inconuenientes, per que oye los sentenzias de todos y vee quales son condenados, y quales reconciliados, y tiene tiempo de componer su confesion a su voluntad, y asemelantes personas se les deue dar muy poca fee, en lo que dijeren contra terçeras personas y se deue dudar mucho de lo que de si mismos confessaren, por el graue temor de muerte que obieren.* Ex quibus verbis patet quantum iste casus decernatur prudentia Dominorum Inquisitorum. Et in terminis agens Carena *de offi.io Inquisitor. part. 2. de Hæreticis pœnitent. p.2. tit. 2. §.1. n.6.* de dubio quid faciendum quando Reus traditus ad comburendum brachio sæculari petit misericordiam, & dicit cum Bursato *cons 90. n.34. vol.1.* Farin. *de hæres.q 195.n.62.* alios allegante hoc totum relinqui iudicis arbitrio refert ex Eimerico casū cuiusdam Clerici Cataloniæ, qui cùm cœptus comburi, petens misericordiam, ad illam fuit receptus, & post 14. annos fuit iterum in eo deprehensus & combustus, referunt Peña *2.p. directorij, comment 36. sub littera E, & 3.p. com.46. sub littera H,* latiùs Albertinus *cap. 1. de Hæret. q.12. n.16.* Rojas *p 2.n.193.* Simancas *de Catholicis Instit.t.46.n.40.* latissimè Azeued. *l.3. à n.10. lib.8. tit.3. recop.* Diana *p.4 tract.7. res.34. versiculo* sed restat, Sousa *Aphorismo Inquisitor. lib 2 cap.34. n.8.* & alij penes eos *Director. Inquisit. p. 3 in decimo modo terminandi process. n.204. versic.* & de facto.

QVÆSTIO VI.

An exceptio nullitatis rei Iudicatæ, possit opponi in executione sententiæ, vbi plura etiam de nullitate sententiæ, quando, & coram quo Iudice opponi possit: Quid de sententia quæ condemnat ad certam quantitatem detractis quibusdam parcellis an executioni mandetur?

SVMMARIVM.

4 *Sententia quæ condemnat ad certam quantitatem de tractis quibusdam quando exequatur nec potest exequi nisi facta liquidatione.*

5 *Et Executio sententiæ non debet separari à liquidatione nec separatur à conditione, & de aliis, n.6. & 7.*

AD primam quæstionis partem, dixi *suprà in Rubr. de exceptionibus quæst.2.* versic. *ad quartam.* & applicabis etiam quod adduxi *ibi quæst.3.* versic. *ad tertiam,* vbi de exceptionibus modificatiuis aduersùs sententiam, & in versic. *ad quartam,* de exceptionibus peremptoriis. Item applicabis ad nostrum Textum quod *ibi*, dixi *q.3.* in versic. *ad secundam,* exceptio rei Iudicatæ, 1
quem effectum producat. 2

Ad

2 Ad alia de nullitate opponenda, & quando,
3 iam alibi dixi, & nonnulla *in cap. 9.* † Et *in-
fra in cap. sub orta*, vbi de retractanda sententia.

4 Ad secundam partem, video Ciriacum age-
re, & si non explicitè *tom. 3. cont. 424.* de ea quæ-
stione an sententia, quæ condemnat ad certam
quantitatem de tractis, tamen quibusdam par-
cellis, & detracta dimidia quæ apparebit ex cal-
culis ineundis in executione ipsius sententiæ
cum participatione ipsius Iudicis possit exequi
antè factos dictos calculos pro summa certa. Et
quod si creditor offerat fideiubere, vel calculi
requirant altiorem indaginem, & suppositis quæ
dixi suprà, in hoc Textu de sententia lata, &
executione liquidationis videtur respondendum.
5 † Quod cum conditio faciat actum indiuiduũ, &
executio sententiæ non debeat separari à condi-
ditione sub qua effectum sortiri debeat, *Ex l. qui
duob. 23. l. cum fundus 55. ff. de condit. & demonstr.*
6 Surdus *decis. 7. n. 37.* † Ciriac. cum Craueta *suprà
n. 34. & 35.* qui *num. 36. & 37.* ait, quod sententia
incerta propter liquidationem faciendam non
potest exequi, nisi prius facta liquidatione, qua
mediante certificatur, & quod executio non po-
test fieri de debito non liquido & certo, donec
liquidatur quantitas certa quæ de eo tractanda
7 est, & *n. 39.* † Quod nec fieri possit quando in-
choandus est calculus & computandæ sunt ra-
tiones ante solidationem computorum cum Sco-
bar *de ratiocin. cap. 21. n. 12.* Menoch. *cons. 7. n. 2.*
& aliis. Et addit Ciriacus *n. 16. & 17.* cum Surdo
cons. 186. n. 9. & 13. & Socino Iu. *cons. 67. vol. 1.
n. 8. & sub n. 16.* quod si lata est sententia sub con-
ditione semper opponi potest de ea non impleta:
quãdo condemnat sub aliqua limitatione & mo-
dificatione, retardatur executio donec cognitum
sit de limitato lore, etiamsi actor velit fideiubere.
Applicabis dicta sub *cap. 144.* vbi an debeat sen-
tentia lata sub conditione.

AD TEXTVM
IN CAPITE XVI.
Sicut nobis, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Sententia potest probari per testes, & num lata sit, an non, n. 2. Etsi non deponant de causa, num. 3.*
4 *Textus noster intelligitur.*
17 *Rotæ decisiones Ius faciunt.*
19 *Sententia vt valeat non debet continere rationes quæ Iudicem mouent.*

1 COMMVNIS Doctorum doctrina ex nostro
Textu ea nempe est, quod sententia potest
probari per testes, licèt non disponant de cau-
sis, quæ solent Iudicem mouere ad sententian-
dum, ex qua conclusione possunt applicari non
pauca, præcipuè vnum, nam sicut probatio per
testes est inter omnes præcipua, vt latè dixi in
Rubrica, & Titulo de Testibus; ita similiter, &
habilis ad quamcumque probationem facien-
2 dam erit. † Poterit que probari per testes num-
quid sententia lata sit, necne, & à quo Iudice.
† Item quod etsi testes non deponant de causa, 3
ex qua Iudex ad sententiandum motus fuerit, ad-
huc illa probatio valeat. Vnde venit dicendum
quod etsi testis videatur non adstringi ad red-
dendam rationem sui dicti, nisi de ea fuerit in-
terrogatus ex Glossa a. hîc, & ex Glossa verbo *de
causis. in cap. cum causam de testibus, & in cap. si te-
stes, § solum 3. q. 4.* & tradit Glossa, & communis
in l. solam, Cod. de testibus, Crotus *de testib. a n. 305.*
Menochius *de arbitrariis, q. 15* Zas. *lib. singularium
responso 6.* † Sed quia iam *suprà* latè dixi *in cap.* 4
cum causam 37. de testibus, qualiter interrogatus,
vel non testis teneatur reddere rationem sui di-
cti: tamen vtcumque sit, quatenus pertinet ad
speciem Textus nostri, animaduertes Textum
non agere de ratione, vel causa testimonij, sed
sententiæ, super qua testes deponebant, cumque
malè potuissent scire testes Iudicis motum, non
est cur ipsi interrogarentur de causa, quæ Iudi-
cem mouerit ad sententiandum, cùm illa con-
sistat in animo: tunc quia verba, vt Textus ad-
uertunt in versic. *verum*, & in versic. *cum autem*;
eo quod Iudices in sententiis non soleant, nec
debeant exprimere ea, quibus non mouentur ad
proferendam sententiam, sufficit nuda testium
depositio: an sententia lata sit, necne, ad hoc si
lata sit sufficienter maneat probata sententiæ
Iudicialis pronunciatio, vt omnes agnoscunt,
hîc expendit optimè Barbosa in versic. *quæst. nu-
dè prolatum*, & in versic. *non exprimatur in sen-
tentiis*, & ante eum nouissimè Balboa, & ambo
cum multis ex Antiquis & Modernis.

Vnde iam ad paraphrasim Textus nostri ve- 5
nio, ibi, *per annos singulos exoluendos*: per hæc
verba potest adjici, quod adduxi *suprà in cap. de
quarta, de præscriptione, quæst. 3 in princ.* vbi egi de
illa quæstione, an in præstationibus annuis, suf-
ficiat vna præscriptio.

Et sic in annuis præstationibus vna sententia 6
lata obliget in singulos annos venturos, dixi
suprà.

Et ibi, *Cum alia vice super hoc conuentus fuerit* 7
& sententialiter absolutus: per hæc verba de duo-
bus vales inquiri, numquid instantia, seu causa
semel sententiata valeat de nouo instaurari, dixi
suprà in cap. pen. de Iudiciis, q. 15. & applicabis ali-
qua dicta *in cap. 15. eod. de sententia absolutoria à
quæst. 10.*

Item applicabis quæstionem, de qua dixi *in* 8
Rubr. quæst. 3. an sit pronuncianda sententia per
verbum *absoluo*, aut *condemno*, aut sufficiat aliis
æquipollentibus verbis, dixi *sup. sub Rubrica.*

Et ibi, *Quod ostendere voluit duorum testimo-* 9
nio, &c. per hæc verba inquiritur de præcipua
difficultate Textus nostri, numquid sententia
possit per testes probari, de qua agunt relati, Bar-
bosa & Balboa, & poteris applicare aliam quæ-
stionem, numquid sententia possit testibus re-
probari, de qua dixi *in cap. 7. de probat. q. 5. à n. 1.*

Sed quot sint necessarij ad reprobationem, po- 10
teris expendere per dictum in alia quæstione in-
strumentum, quibus testibus improbetur, de qua
dixi *suprà in cap. cum Ioannes, de fide instrum. q. 1.
versic. ad secundam.* Item applicabis quæ adduxi
de numero testium ad probandum quemlibet
actum, numquid contingat per duos tantùm te-
stes, de quo videbis dicta *in cap. 28. de testibus*,
vbi latè.

Et ibi in versic. *verum*, versic. *cum autem* & ibi, 11

Propter

Propter authoritatem Iudiciariam præsumi debet omnia legitimè præ essisse, per hæc verba poteris applicare *dicta in cap.1. hoc tit.* & dictum *ibi, quæst* 1. in versic. *ad quartam*, an sententia lata ex falsa causa sit nulla, & dicta *in Rubric quæst.*1. versic. *ad vltimam*, & qualiter pro Iudice præsumatur in casu hîc, dixi *in cap. quoniam* 1. *de prob. quæst.*1. *num.*1. *&* 35. & applicabis dicta *in cap.*28. *de testibus q.*1.

12 Item communiter agunt Doctores per Textum nostrum nostium, an sit necessarium, vt sententia in scriptis proferatur ad quod videbis adducta *suprà in Rubr toto q.*4 principali vbi de aliis dubiis, & an requiratur scripturæ ad probationem libelli dixi in eo titulo.

13 Et per vltimam verba hîc potest agi de quæstione, an præsumendum sit interuenisse consensum summi Pontificis in alienatione rerum Ecclesiasticarum 30. vel 40. agit Faquin. *lib. controu. c.*44. de qua ego dixi *in c* 1. *de probat in fine.*

14 Item per eadem verba vltima Textus nostri solent agere Doctores de quæstione, an & quando solemnitas requisita in aliquo actu præsumatur interuenisse, de quo agit, Anton. Gomez. abunde *lib* 2. *variar. c.*11. & hîc Baldus agit.

15 Et ad quæstionem quomodo Clericatus probatur, Couar. *pract c.*31 *a n.*3 & ad Gloss Textus nostri, de qua quæstione agit, Patian. *de prob. lib* 2.

16 Item per hunc Textum agit, Cevallos de quæstione, an in personalibus obligationibus remedia possessoria competant *in pract quæst.*565. vbi videbis.

17 Et quod decisiones Rotæ faciant Ius probat ex contextura Textus nostri Riccius *collect decis.*1957. ad Textum *in* - *fin.* 20 *dist* quare ex hoc dicto de Iuribus, ad quæ recurrere debeant Iudices pro decisione causarum dixi *supra sub tit. de testib. & Rub de coniunctionib.* vbi adduxi quando per decisiones rotales, est sententia ferenda; sed quia prædicta non plurimum ad Text. nostrum faciunt; ideo sufficit ea attigisse, & assignare Doctores, à quibus valeas prælibare, pro vberiori tractatione huius Textus.

18 Et quia in Textu nostro Felinus *n.*34 agit de de quæstione, an diuturnitas temporis, faciat, vt omnia solemniter acta præsumantur: ideo ad quam plures casus videbis quæ adduxi *supra in c.*

19 *illud* 11. *de præsumpt. q* 2 versic *ad quartam* † Et quia bene Textum nostrum expendit nouissimè, Matthæus Colletus *de processibus executiuis p.*4. *pag* 72 vbi *n* 7 *&* 8. ponens conclusiones quod iure saxoniæ quando per testes est probatum debitum ordinaria tela opus est item vt non sit necessarium in sententia exprimere rationes quæ mouent Iudicem ad ita pronunciandum, ponit *à n* 9 fallentias nouem veluti in sententia lata super ineptitudine libelli, in refutatione appellationis cui Iudex deferre recusat in sententia absolutoria ab instantia Iudicij in sententia excommunicationis in causa appellationis vbi retractatur sententia prioris Iudicis exnouis actis in 2 instantia productis in sententia condemnatoria per quam potest lædi alicuius honor in causa criminali & in aliis, &c. ad quos casus, Panorm. *hic n.*11. 13. *&* 14. Felin. *n.*13. 14. *&* 18.

AD TEXTVM
IN CAPITE XVII.
Cum super, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.

SVMMARIVM

2 *Contradictor legitimus datur, etiam respectu venientium ex testamento. aut ab intestato.*
6 *Contradictor quis propriè dicatur legitimus, num seqq*
7 *Contradictor legitimus dicitur ille, qui audiendus est ad docendum de Iure suo.*
8 *Contradictoris legitimi conditiones quæ sint, aut circa quod considerentur.*
9 *Contradicendi modos, duos hîc enumeraui, aut directus, aut indirectus Doctores docent, vbi de vtroque.*
10 *Contradicendi finis, & effectus est quadruplex, vt hîc.*
11 *Contradicendi tempus triplex.*
12 *Contradicendi effectus est impedire eum, cui contradicitur.*
13 *Sententia lata in causa status, facit Ius si sit cum legitimo contradictore*
14 *Sententia lata super Iure decimarum, citato rectore titulum non habente, non nocet successoribus.*

PEr contexturam Textus nostri, non so- 1
lùm moderni, verum, & antiqui agunt de tertio contradictore ad Iudicium venientem pro sui interesse; sed quia Balboa Graña Barbosa *hic* latè agunt, & nouissimè vnum integrum tractatum scripserit de legitimo contradictore Cæsar Argel Ideo existimaui hîc proponere sequentes remissiones, ex quibus poteris ad congruum de materia huius Textus prælibare. † Igitur hîc in Textu nostro specifice de 2
tertio contradictore sententiam impugnante, & eius executionem agit Pontifex, de quo *infra*, per quæstiones exactè actum videbis; sed quia legitimus contradictor datur etiam respectu venientium ex testamento, aut ab intestato, tum in fideicommissariis, tum in legatariis, & aliis, ideo leges Argelum suprà longe agentem per 14 quæstiones, in pluribus earum articulis ad explicationem Textus *in l fin. Cod. de edicto Diui Adriani tollendo* † Et tota *quæst.*15. agit de legi- 3
timo contradictore in beneficialibus. † Et de 4
legitimo contradictore respectu bonorum emphyteuticorum tota quæstione 16. † Et de le- 5
gitimo contradictore in bonis feudalibus ipse à quæstione 17. vsque ad finem tractatus. Et de hac materia agit plura manu videndus Carrocius de exceptione 123. & ad dilucidationem materiæ, Rota diuersorum Bononies 14. & de requisitis, vt dicatur legitimus contradictor, Rota in Rumana Casal. Lunæ 12 Iunij 1573. coram Robusterio in recollectis Farin *decis* 4 6. etiam habetur in nouissimis *diuers.* 03 *p* 1. & in Roman. Salon. 14 Nouembris 1575 coram Cardinalis Seraphino habetur *in decis illius* 271. *p.*1. prius impressa, in nouissimis diuers. *p.*1. *in decis* 565 & quæ agent de tertio cõtradictore congeris

gerit Carleuallius *de Iudiciis p.5.diſp.12.n.1.* videbis Riccium *collect.* 1872.

6 · Et antequam ad quæſtiones proprias noſtri
Textus deſcendam, generaliter duxi præmittendum contradictotem in ſenſu communi eſſe, qui contradicit ex vi vocis ; in ſenſu autem legati eſſe, qui ex legis præſcripto contradicit ; & in materia dictæ leg. fin dici illum, qui impedit aduerſarium, quominus in poſſeſſionem peritam immittatur. Ob idque legitimus contradictor eſt, qui potiora, & meliora oſtendit Trentacinq. *variar. reſolutionum fol.* 11. vel allegans quid, quod ſit excluſiuum Iuris hæredis, & in continenti
7 probandum, Nouar. *deciſ* 167. † Seu dicitur
ille, qui audiendus eſt ad docendum de Iure ſua, & qui admiſſus impediat immiſſionem, ſeu remedium datum, & inductum per dict. *l fin. Cod. de edicto Diui Adriani tol.* Parlador. *rerum quotid. lib.2. cap.5. n.2. & 3.* alias referunt deſcriptiones Donellus *ad dictam l. fin.* Antonius Gomez. *ad leg.45. Tauri ex n.*145. Caſtillus *controuerſ. c.24. p.3. n.9.* & legitimi contradictoris conditiones,
8 optimè. † expendit idem Cæſar. Argelus *q.1.
in princ. à n.9.* vbi ait circa quinque conſiderari legitimi contradictoris conditiones, nempe circa modum, cauſas, tempus item ſeu materiam ſubjectam, finem ſeu effectum, & horum aliquo deficiente, nullum eſſe legitimum contradictorem ait.

9 Vnde quoad modos contradicendi, docet duo tantum eſſe, alterum directum, quoquis primo, & per ſe dicitur contradicere, quando, v.g. recta via hæredi petenti immiſſionem, eam concedendam negat, quod ſolet contingere ad inſtar exceptionis. Alterum eſſe indirectum, ſeu obliquum, veluti ſi quis voluerit immiti in poſſeſſionem, vel quia aliud, v. g, teſtamentum oſtendat, vel alio inquam modo, vt exemplis in materia *dicta leg. fin. declarat*, qui etiam *a num* 12. de ſingulis etiam expendit qualiter aſſumantur.

10 Sed ego ſolum de fine, & effectu conſidero quadrupliciter poſſe contingere : nam contradictor ad hunc finem contradicere poteſt, vt abſolutè, & ſimpliciter immiſſionem impediat, omninóque à conſequutione bonorum prætenſorum, aduerſarium excludat ; quod contingit, ſi v. g. titulum, & poſſeſſionem à viuente defuncto acquiſitum allegaret, aut non abſolutè impediat rei prætenſæ conſequutionem, ſed ſolùm viam exequutiuam, efficiatque cauſam ordinariè tractari, veluti ſi alleget poſſeſſionem, & parem titulum, aut nec, vt viam executiua præcludat, ſed vt cogat hæredem, vt ſecum prius de potioritate Iurium agat, antequam immittatur, veluti, ſi quis ex eo ſolùm contradicat, quia citatos, aut tandem, vt impediat durationem effectus ipſius immiſſionis, quia inſtet immiſſionem reuocari, vt exemplificator in eo, qui poſt immiſſionem venit ad contradicendum.

11 Quare conſequens eſt dicere de tempore ad contra dicendum, vt poſſit conſiderari tripliciter ante ſententiam poſt ſententiam, ſed antè immiſſionem poſt ſententiam, & immiſſionem; etenim Argelus ſcribit dicto *artic.2. quæſt.1. num* 14. ſingulis his temporibus quam ad contradicendum venire poſſe ; licèt non ad eundem effectum, & finem : nam pro diuerſitate temporum diuerſos conſequitur effectus perinde, ac etiam pro diuerſitate cauſarum, & modorum ; ſit ergo varietatem effectuum pendere à varietate cauſarum, temporum, & modorum, quibus quis contradicere poteſt, variáque earum conjunctione, vt apparet ex *ſuprà* prælibatis materiis, in quibus directus, ſeu obliquus contradictor dari poteſt.

Cumque effectus contradicendi ſit eum im- 12
pedire, cui contradicitur ; quo minùs optatum finem conſequatur, & ex Text. noſtro cum aliis, repetiatur illud legitimi contradictoris genus illius, nempe contra quem, aut pro quo ſententia lata, non ei ſolum ; ſed aliis etiam in eadem conditione, ſeu ſtato verſantibus nocet, vel prodeſt, vti ſolet non raro contingere, vt multis exemplis inſtà declarabo, & contingit in ſententia, qua quis nobilis, vel ignobilis declaratur : nam talis ſententia facit Ius inter alias perſonas, ſecundùm Tiraquellum *de nobilitate, cap.* 17. ſi ſit lata cum iuſto, & legitimo contradictore ; hoc eſt cum eo, cuius partes eſſent cauſam tueri, vt latè idem Tiraquellus *dicto capito* 34. *numero* 4.

Item etiam in cauſa ſtatus, in quo ſententia 13
lata ſuper ſtatu vnius facit quoad omnes, *l. ingenuum, Cod. de ſtatu homin.* quod pariter erit verum, quando ſententia lata fuerit cum legitimo contradictore vt refert deciſum Argelus latè in vna Barchionen. illegitimi 31. Maij 1613. coram Reuerendiſſimo Patre Domino Caranelio. † Et ſic infert idem Arge- 14
lus, quod ſententia lata ſuper Iure decimandi, citato rectore, cuius titulus non erat validus, non faciat Ius quoad omnes nec noceat ſucceſſoribus, cum non fuerit agitatum, cum legitimo contradictore argumento Textus *in l. cum non iuſto*, vbi Gloſſa, *ff de colluſione detegenda*, Alexander *in l. ſæpè num.*76. *ff. hoc titulo*, & refert Argelus, *dicto num.9. articulo 1. in fine*, ſic fuiſſe deciſum in vna Pampilonenſ. decimarum 14. Ianuarij 1591. coram Comiculo, de qoibus exemplis, & de aliis, quibus materia Textus noſtri optimè expendatur, *infrà* ago per quæſtipnes ſequentes. Et quibus expenditur illa regula, de qua, *hic & in capito penultimo res inter alios acta aliis non nocet*, aliqua tangit pro hoc Textu videndus, Matthæus Collerus *de proceſſibus executiuis p 4 pag.*174.

QVÆSTIO I.

An tertius poßit impedire executionem ſententiæ : Et an ſententia inter alios lata, tertio, qui non litigauit præjudicet : Et an clauſula appellatione remota, *operetur tertium, non eſſe admittendum ad impediendam executionem : Et an ſententia lata, taliter executioni mandetur cauſa cognita, vt aduerſùs eam, tertius non admittatur?*

SVMMARIVM.

1 *Tertius comparens, poteſt impedire executionem trium ſententiarum conformiam, etiam, n.2. diſtingue, vt n.6.*

3 *Tertius*

3 *Tertius ratione pleni, vel qualis qualis præiudicij, potest executionem impedire, & de nullitate dicere, & eam prosequi, n.4.*

4 *Tertius potest de nullitate actorum dicere, siue nunc fuerit vocatus, siue ad causam pro suo inter esse comparuerit, item & appellare, n.5. & 18.*

6 *Tertius se opponens executioni, quando eam impediat, vel non, n 7 & 8.*

7 *Executio, quæ fit super re, super qua cognitio præcessit, & sententia lata est; non impeditur à tertio se opponente, illi verò cauetur de indemnitate.*

9 *Tertius se opponens executioni sententiæ latæ super beneficialibus, eam non impedit, præstita victo cautione de eum defendendo contra tertium.*

10 Cap. omnis oppressus 2. quæst. 1. leg. 1. in principio, ff. de appellationibus, n.21. & 22.

11 *Iniuria non infertur ab aliquo aduersus quem non cognoscit.*

12 Leg. à sententia, ff. de appellationibus, num.22.

13 *Tertius veniens ad Iudicium ad defendendum, vel quoad iuuandum, assumit litem in eo statu, ac principalis pro se qui debebat.*

14 *Tertius comparens, vt excludat priores litigantes, auditur de nouo, sed non impedit litis examen inter eos, numero 15. & 16.*

17 *Textus noster intelligitur, numero 21. 22. & 23.*

18 *Tertius potest pro suo interesse semper appellare, si iustam allegauerit causam, secus si non ei inter est, n.21.*

20 *Tertius appellans, debet saltim summariè, & summarie causam appellationis probare.*

21 *Appellatio tertio est necessaria, quando omnino ei præiudicat, etiam præsumptiuè.*

24 *Sententia inter alios lata tertio, qui non litigauit non præiudicat.*

25 *Clausula*, appellatione remota, *non impedit, vt tertius appellet intelligitur tantum inter litigantes, n.26.*

27 *Tertius impedit sententiam exequi, quæ appellatur* de trance y remate.

28 *Sententia notorie iniusta, in qua constat de manifesto grauamine, ex actis processus, non exequitur etiam, si adsit clausula*, appellatione remota, *etiam si commissio fuerit amplissima, n.29. & 30.*

30 *Appellatio à sententia notoriè iniusta, habet vtrũque effectum.*

31 *Appellationis remotio, non impedit appellationem, vbi manifestè quis grauatur.*

32 L. 46. Tauri.

33 *Appellationis prohibitio in litteris commissionis, non tollit appellationem, vbi manifestè quis grauatur.*

34 *Sententia lata, causa cognita executioni mandatur, nec impeditur à tertio, sed illi cauetur de indemnitate: limitatur, n.36. & 37. cum aliis.*

35 *Tertio se opponenti, cauetur de indemnitate, licet ei opponatur de nullitate Iuris sui, de quo sufficit, vt apparenter ostendat.*

36 *Tertius se opponendo, post translatam sententiam in rem Iudicatam, non impedit eius executionem.*

37 *Executio sententiæ differtur in re, quæ non est diuisibilis absque peccato.*

38 *Tertius impedit executionem rei, super qua non litigatur.*

39 *Tertius impedit executionem, si partes litigent contra ipsum, & quando ipse possideret, n.40. & dum agitur actione personali, num.41.*

41 *Contradictor quilibet impedit executionem, dum agitur actione personali, puta mutuo, vel locato.*

42 *Tertius si opponens executioni non admittitur, quoties adsit suspicio fraudis, aut calumniæ.*

43 *Tertius non admittitur opponens, quando scit litigium, etiam data cautione.*

44 *Sententia inter alios lata, non impeditur exequi à tertio, qui dum scinit litem acquieuit, donec ea lata fuit.*

AD primam quæstionis partem, respondeo 1
quod etsi executio trium sententiarum conformium impediri non possit per victum, etiam si alleget illarum nullitatem: tamen tertius comparens pro suo interesse, poterit impedire: sic notant Doctores per Textum nostrum, & pòst antiquos, & Ioannem Andream *hîc in principio*, Antonium *in 2. notabili*, tenent additio Aufrerij ad Capellam Tolosanam *decision.430. in fine*, Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ parte 2. quæst.126. num.15.* Parladorius *libro 2. rerum quotidianarum parte 5. §. 11. numera 58.* Couarruuias *practicarum capite 16. numero 1.* Barbosa *in leg. si alienum, numero 19 ff. soluto matrimonio*, Menochius *de adipiscend. remed. 4. quæst. 110. numero 847.* Boërius *decision.79. numero 1.* Dueñas *regula 275.* versiculo *sexto limita, & reg.277.* versiculo *quinto limita.* † Salgadus *de protectio-* 2
ne regia tomo 1. part.4. cap.8. ex num.14. cum multis aliis Barbosæ *hîc num.5.* qui *num.6.* hoc ampliat, vt possit tertius interuenire ad impediendam executionem trium conformium sen-
tentiarum. † Potest enim tertius ratione pleni, 3
vel qualis qualis præiudiciis executionem impedire, & de nullitate dicere, vt comprobat eleganter Vantius *de nullitate Rubr.3. cap. quis possit dicere de nullitate à n.3.*

Illudque generale est, vt tertius possit obji- 4
cere nullitatem, & de nullitate actorum dicere quæ inter alios acta sunt persona in actu, vel in Iudicio, principaliter non comprehensa, siue persona huiusmodi fuerit necessarius defensor, puta quod ab aliquo ex litigatoribus in Iudicio nominatus extiterit iuxta *l.2. Cod. vbi in rem actio, & cap. quoniam frequenter, §in aliis, vt litè non contest,* & per Baldum *in Authentica nunc si heres col.1. Cod. de litigios.* siue nunc fuerit vocatus, siue pro suo interesse ad causam sponte ad executionem impediendam accesserit ratione sui inter esse, ac proprij præiudicij nullitatem proponere, vel eam impositam prosequi poterit: argumento *leg. ille à quo, §. 1. iuncta l. ita tamen, § quoties, ff. ad Trebel.* & *ibi* Bart. *& in l. si quis libertatem, ff de petitione hæreditatis, l. Titia, ff soluto matrim.* † Prout talis perso- 5
na possit ratione præiudicij appellare, vt habetur

in l. ſuſpecta , ff. de inofficioſo teſtam , l. ſi perluſorio , & l. ſi à creditore , & Vtrobique DD. *ff. de appellationibus , l. ſi Dino Pio , §. ſi ſuper rebus , ff. hoc titulo , l. ſi parentes , Cod. de euiction. cap. 1. in fine , vt lite pend. & in cap. noſtro* , & latè per ſcribentes *in cap. veniens , col. 2. de teſtibus* , ponit Rota *deciſ. 282. nota qualiter* , in antiquis Alexand. *conſ. 101. in princ. lib. 5.* Ceuallos *vbi ſuprà dicto n. 15. in fine.*

6 Sed quia in materia executionis,an tertius ſe opponens , eam poſſit impedire mihi non diſplicet diſtinctio , Minſing. *cent 3. obſeruat. 73.* vbi communiter Senatorum ſententia tres caſus diſtinguit , videlicet ſi fiat in re vacante executio , id eſt à nemine poſſeſſa , aut in re per alium poſſeſſa , aut ſi condemnatio in vna refacta eſt , & in alia fit executio , in primo enim caſu tertius contradictor illam impediet ; & ſic procedit , Textus *in dicto cap. veniens de*

7 *teſtibus.* † In ſecundo autem caſu : tunc non obſtante tertij contradictione , executionem fieri poſſe , probatur ex Textu *in l. ſticho , ff. de rei vindicatione* , tamen victor de deſtituendo cautionem præſtabis : ſi tertium obtinere contingat , cui dicto ſuffragatur Iuris regula , quæ habet quod quando executio fit ſuper re , ſuper qua cognitio proceſſit , & ſententia lata eſt , non impeditur à tertio ſe opponente , ſed illi cauetur de indemnitate. Quam regulam probat Textus *in l. is à quo , & l. ſequenti , ff. de rei vindicatione , & l. cum idem , ff. de petione hæreditatis.* Et ita per illa Iura concludit Bartolus notabiliter *in dicta l. à Diuo Pio , §. ſi ſuper rebus , ff. hoc titulo , & in dicta l. cum idem* , idem Bartolus *in l. ſi alienam rem , ff. de ſolutionibus , & in l. ita tamen , §. quoties num. 2. ff. ad Trebellianum* , Innocent *hîc num. 4.* Felinus *num. 11. & in dicto cap. veniens el num 7. de teſtibus,* Iaſon *in dicto §. ſi ſuper rebus num. 17.* & *ibi,* Alexand, *num. 24.* & Vincentij de Herculan. *num. 32.* tradit , Antonius Gomezius *in addition ad octauianum , lib. 5. iſagogæ , cap. vltimo , num. 16. fol. 151.* verſic. *quam regulam,* ſcripſit Bernardus Diez *reg. 266.* &. poſt eum

8 Petrus Dueñas *regula 274.* † In tertio autem caſu tertius executionem impedit , rectè Bartolus *in dicto §. ſi ſuper rebus* , cui adhæret Imola *in dicto cap. veniens* , ſequitur Ceuallos *in dicta quæſtione 126. lib. 2. de cognit. per viam violentiæ , num. 19.* eam diſtinctionem , & ſi non ſic fulciram refert , & ſequitur, Antonius Grabat *in addition. ad Octauian. lib. 5. Iſagogæ in cap. vltimo num. 26. ad medium.* Et has diſtinctiones videtur amplecti , Balboa *hîc num. 32. & 33.* videndus , vbi loquitur quando tertius non appellando , ſed aliter opponenda contra ſententiam , & executionem , & tunc ex Innocentio *in dicto cap. veniens* , ait adhibendam eſſe diſtinctionem , vel reſpectu poſſidetur , & tunc non habere locum , aut non poſſidetur & tunc ſic.

9 Vnde ſecundum reſolutionem ſecundi caſus contingit vt in beneficialibus tertius ſe opponens executioni ſententiæ latæ ſuper beneficio, non impediat executionem præſtita cautione victo de eum defendendo contra tertium : ſic docet Innocentius , *hîc* idem , & Ioannes Andreas, & Doctores *in cap. 1. de conceſ. præb. lib. 6* Felinus *in dicto cap. veniens de teſtibus , n. 7.* verſic. *tertia concluſio* , Iaſon. *in dicto §. ſi ſuper rebus, n. 17.* Afflictis *in cap. ſi à duo homines n. 33. de pace tenenda , & eius viol. & in vſibus feudor , & in cap. Imperialem , §. præterea inter duos , n. 69. de prob. feud. alien.* per Fedetic. Anton. Granat. *vbi ſupra num. 26.*

His omnibus obſtat regula illa generalis , ex *cap. omnis oppreſſus cum aliis 2. quæſt. 1. l. 2. in princ. ff. de appellationibus* , vbi conſtat , quod appellare non poteſt is , qui ſententia opponens , nec grauatus eſt , ſed in ſpecie Textus noſtri per ſententiam latam pro Epiſcopo Aurienſi contra Monaſterium,non fuit grauatus Epiſcopus Ouetenſis , ſiquidem cum Ouetenſi Epiſcopo non litigabatur. † Ergo cum nemo poſſit iniuriam 11 inferre in eum , quem non cognouit , *l. eum qui nocentem . §. fin ff. de iniuriis* , non eſt cur Ouetenſis Epiſcopus appellare poſſit. † Et confir- 12 matur ex Textu *in l. à ſententia , ff de appellat.* vbi probatur , quod vt tertius appellans admittatur debet prius de iuſta cauſa conſtare , quem Ouetenſis Epiſcopus hîc non probauit , & videtur colligi ex verſic. *hîc abſque Ouetenſis Eccleſiæ præjudicio.*

Tamen vt ad hæc reſpondeam , aduerto pro 13 doctrina de tertio oppoſitore ad Iudicium veniente , ſæpè contingere , vt duobus in Iudicio litigantibus , tertius aliquis litis examini ante ſententiam , ſe aliquando opponat , & offerat eo quod ille cauſam illam , vel defendere , vel proſequi voluerit. Et in hoc articulo Doctores vt certum fatentur , quod ſi tertius veniat, non vt Ius litigatorum excludat , ſed ad coadiuuandum reum , vel actorem : tunc proſequetur cauſam in eo ſtatu, quo proſequebatur principalis litigator. Et in hoc ſenſu poterit is tertius oppoſitor omnia probare , & allegare , quæ nec allegauit principalis , nec probauit quæ neceſſaria ſint ad cauſæ defenſionem dum tamen tertius voluerit allegare , & probare intra terminum principali datum ad probandum , Gloſſa *in d. l. ſi ſuſpecta , ff. de in officioſo teſtamento , & in c. 2. de procurat. lib. 6.* & ſic communi Doctorum calculo habetur in hoc caſu , non poſſe tertium illum oppoſitorem probare,& allegare in Iudicio,poſt factam publicationem , vel concluſum in cauſa, quia is tertius non admittitur , niſi ad ſumendam litem in eodem ſtatu , in quo ipſam inuenerit tempore oppoſitionis : ſic docent *hîc* Innocentius, & Butrius , Balboa *n. 13.* probans ſic eſſe receptum in omnibus tribunalibus,quidquid Bart. dixerit *in l ſi perluſorio , ff. de appellationibus,* Abbas *in dicto cap. veniens & 2. de teſtibus n. 7.* Felinus *n. 18.* Afflictis *deciſ. 235.*

Vel autem tertius oppoſitor venit ad Iudicium 14 lite inter alios pendente , non ad coadiuuandum Ius alterius litigantis, ſed vt excludat vtrumque à rebus , aut Iuribus ſuper quibus litigatur : nam tunc ad cauſam agendam ab initio audiendus erit ; ita vt cum illo omnia ſint de nouo repetenda ; taliter vt is tertius , non teneatur litem aſſumere in eo ſtatu , in quo eam inuenerit inter ipſos litigantes tempore oppoſitionis copioſè reſoluit , Couatruuias *in pract. cap 13. per totum.*

Sed tunc, & ſi reuera ſi de nouo audiatur : ta- 15 men ipſe ita debet audiri , vt nullatenus litis examen pendente inter reum , & actorem , ſuſpendatur , quoad ipſorum commodum , & præjudicium : probat Textus *in dicta l.*

l. is à quo 57. ff. de rei vindicatione, & facit Textus *in l. penultima, ff. de petit. hæredit.* Sequuntur Innocentius, & Butrius *num.* 24. Bella-
16 mera *num.* 11. Felinus 17. † Qui retulit Rotæ decisionem in antiquis, qua decisum fuit examinationem, aut definitionem litis, quæ inter duos tractatur, non esse impediendam ex oppositione alterius tertij petentis rem illam litigiosam sibi dari, sed potius inter Reum, & Actorem causa illa definienda est, sine tertij præiudicio oppositoris, quod ita sæpè pronuntiatum esse in Granatensi Senatu, testatur Couarr. *in pract. cap.* 14. *in fine.*

17 His ergò premissis venit intelligenda decisio Textus nostri; Ideò nempe tertium posse à sententia appellare, seu eius executioni se opponere si ei intersit sententiæ executionem impedire.

18 † Potest enim tertius pro suo interesse semper appellare; vt per Felinum *cons.* 94. *num.* 9. Ceuallos *dicto lib.* 2. *de cognit. per viam violentiæ cap.* 126. *num. num.* 18. vbi addit quod & si appellatio prohibita sit; quoad principalem, & eius hæredes; non tamen quoad tertium, nam licet à principali remoueatur appellatio, non tamen à tertio, vt tradit Rebuffus *tom.* 1. *ad leg. Gallicas tit. de litter. oblig. art.* 1 *Glossa* 10. *num.* 1. idem *eodem titulo art.* 2 *Glossa num.* 63. *&* 64. vbi dicit quod si tertius appellet impeditur executio de quo dico *infra* in versic. *ad tertium*, videdis hic latè agentem, & explanantem Balboam *à num.* 11. *&* 19. vbi dicit quod interposita attentio appellatione est differenda executio sententiæ, nam ea est appellationis natura, vt suspendat sententiæ executionem, *ex cap venientes de Iureiurando, l.* 1. *& per totum ff. nihil nouand. appel. pend.* & colliges ex adductis *supra in c. quoad consultationem*, aduertit Abbas *hic, num.* 5. Butrius *num.* 11. Imola *n.* 2.

19 Quod tamen locum debet habere, si tertius appellans iustam appellandi causam allegauit ex *dicta l. a sententia, ff. de appell.* tradit Balboa *in dicto cap.* 19. Abbas *hic num.* 5. Felinus 10. Marhesilanus *singul.* 124. non vt inquit Couarruu. *dicto cap.* 15. *pract. in princ.* vbi appellatio, quæ contra iuris regulam proponitur, non aliter admittetur, quam si expressa causa iustificata fuerit propter doli præsumptionem, vt aduocauit Glossa celebris, *in cap. Romana*, §. *si autem de appellat. lib.* 6.

20 Imò debebit tertius appellans, saltim semiplenè, & summariè causam appellationis probare, vt *in dicto cap. veniens el* 2. *de Testibus* & *ibi*, Felinus *num* 13 *& hic, num.* 19. Decius *in l fin. Cod. de edicto Diui Adriani tollendo num.* 46. denotat Textus noster ibi, *si constiterit*, vt notant Abbas *hic. num.* 7. Butrius 10. Cumanus *in dicta l. à sententia, num.* 1. *ff. de appellation.* quæ appellatio proponenda est intra decem dies à tempore sententiæ latæ computandos per ea, quæ adduxi *in dicto cap. quoad consultationem hoc Titulo*, & tradit Couarruuias *in dicto capite* 15. *num.* 2.

21 Ex his patet solutio argum. relati *suprà*, in versic. *his omnibus*, ex Regula *in dicto cap. omnis oppressus* 2. *quæst.* 6. *l.* 1. *ff. de adpellationibus*, quia ea iura locum habent, vbi nulli alij præiudicium gerat lata sententia, nisi per eam condemnato tamen si ea redundet in tertij præiudicium, vt contingit in specie Textus nostri; Ideò appellans debet admitti, vt patet de Episcopo Obetensi, in cuius præiudicium illa sententia lata erat; Nam si in fauorem Episcopi Auriensis exequeretur magna iniuria, & plurimum grauamen Episcopo Obetensi irrogaretur, sic ex præcitatis resoluit *hic* Grasia, *num.* 6. ante eum Balboa *dicto numero* 18. *&* 19. cum aliis. † Est 22
enim appellatio tertio necessaria, quando scilicet ei omninò præiudicat iuxta decisionem Textus, *in lege sæpè* 63. *ff. hoc Titulo*, aliquando verò vtilis est tertio appellare, & si necessarium non sit, omnino, quando scilicet sententia contra alium lata tertio præiudicat, saltim quoad præsumptionem, vt aduertit Glossa magna hîc, verbo *habiturum*. per Textum *ibi, in l. si duo* 13. *ff. de Iureiurando*, cum adductis à Couarruu. *in pract. dicto cap.* 13. *num.* 4. Tiraquello *in tractatu res inter alios acta, limitatione* 19. vel quia irrogaretur tertio præiudicium si executioni sententia mandaretur, vt in specie Textus nostri.

Et mentem Textus nostri declarabis cum Iasone *in l. si hu qui, § fin. num.* 2. *&* 3. *ff. de Iureiurando*, Socino *Regula* 10. in versiculo *secundo fallit*, quod quemadmodùm hic Episcopo Obetensi non nocet sententia; Sic nec acta nocebunt, Surdus *decisione* 256. *num* 5. & sic ex contrariis omnibus, quibus sententia, & res iudicata præiudicat pariter omnia acta processus, & Iudicij noceant, & præiudicent, vt Doctores docent per Textum, *in cap causam quæ el.* 1. *de Testibus*, Barbosa *hic, num.* 10. Afflictis *decisione* 396. *num.* 3. *&* 7. Salgadus *de Regia protectione parte* 4. *cap.* 8. *num.* 301. Et Alexander Trentacinq. *variarum resolutionum, lib* 2. *tit. de re Iudicata, resolut.* 10. *à num.* 2. ait quod si tertius ex sua voluntate, absque alia speciali citatione, vel generali venit, & comparet, dicitur Actor. 23

Ad secundam quæstionis partem, an sententia inter alios lata tertio, qui non litigauit præiudicet, & videtur quod non ex Regula illa res inter alios acta, aliis nocere non debet, nec possit, *ex cap. quamuis hoc Titulo*, & ex hoc nostro Textu, *ex l* 1 *& per totum, Cod. res inter alios acta, leg.* 1. *& per totum. Cod. quibus res iudicata non noceat, dicta lege sæpè, ff hoc Titulo*, comprobat Textus, *in capite inter dilectos de fide instrumentorum, cap. veniens de transact. dicto capite veniens, el* 2. *cap constitutus de Testibus, capite* 2. *de exception. cap. super eo de officio delegat. cap. cum olim de causa possessionis, & prop. dicta leg. à sententia, l. ab Executore*, §. *alio, ff. de appellationibus, leg. de vnoquoque, ff. hoc Titulo, l. is qui fundum, ff. de vsufructu, leg. l. seruuus plurium*, §. 1. *ff. delegatis* 1. *leg. Modestinus cum aliis, ff. de exception. l. quia, leg. nam & postea, ff. de Iureiurando, l.* 1. *&* 2. *Cod. si vnus ex pluribus l.* 2. *Cod. de exception. l.* 2. *Cod. de fide instrumentorum, l. Claudius, ff. qui potiores in pignore habeantur, l. optimam, Cod. de transact. l. circa, Cod. de locato, leg* 4. *&* 7. *Titulo* 22. eiusdem partitæ exornat Cardoso *in praxi*, verbo *exceptio, num.* 21. & verbo *res, num.* 25. & verbo *sententia, num.* 63. Tiraquellus *de retractu, capite res*, inter alios acta in princ. Duarenus *ad Titulum de re Iudicata, in dicta leg. sæpè relect.* 43. Gratianus *discept. forens. tomo* 4. *capite* 736. *numero* 5. Mascardus *de probation. concl.* 394. *num.* 29. *& concl.* 1243. *&* 1267. *num.* 2. Cujacius *lib.* 2. *obseruation. cap.* 7. *& lib.* 2. *cap.* 26. 24

Donellus *lib.17. comment. cap 1. & lib.5. cap.21*, Osualdus *ad eundem lib. 11. cap. 13. littera A*, Antonius Faber *in rationali ad Textum, in l. nam postquam 7 l. quia 10 l duo Patroni, l. in duobus cum suis §§. ff. de Iureiur.* de qua Balboa *hic à num* 20. vbi numeris sequentibus congerit Iura prædicta, & post eum Graña *hic, num. 1.* cuius Regulæ occasione ad plures casus, quibus alius præiudicatur agunt Doctores, quas congerunt relati Balboa, & Graña *hic*, & citati suis in locis, & Barbosa *hic, à num* 11. Et pro ampliatione multos adiunges casus, & quæstiones, quas adduxi *suprà in cap quia V. de Iudiciis*, vbi an facta à Prædecessore noceant Successori, & de multis casibus, qui solent occasione huius dubij notari, videbis penes Balboam, & Barbosam *hic, à num.* 13 quorum plures ego repeto *infrà, in cap penult. hoc tit* Interim leges quos vberrime congerit, nouissime Gaitus *de credit. cap.1. tit.3. de lib. mercatorum à num.* 214. *articulo 5. & art 1. à num.*339. & *toto art.5. à num* 376. vbi infiuita congerit hic applicanda.

25 Ad tertiam quæstionis partem cum latè *suprà* dixerim de effectibus clausulæ, *appellatione remota in cap. 4. de foro compet. quæst* 44 hic breuiter dico, vt cum lata sententia opponatur de nullitate, & iniustitia, ex inspectione Actorum, vel tertius pro suo interesse in Iudicio comparuit, tunc reuera illam clausulam non tollere defensionem grauati, aut tertij: De tertio probatur, quia effectus illius clausulæ solùm intelligitur quoad nominatos, non quoad tertios; quia non obstante quilibet tertius potest appellare, vt *in cap. super eo*. vbi notant Cardin. *in 7. notabili*, Abbas, & Decius *num. 4. de officio deleg* Menochius *de adipiscenda rem. 4. n.896* Scacc. *de appell. q.16. limit.6 n.42. membro 6.* sic iudicauit Rota 15. Iunij, 1598. vt refert Maria *in tractatu de clausulis, clausula 11. num 5.* Lancelotus *de attentatu 2 p cap. 12 limit. 8. num fin* Ceuallos *de cognit. per viam violentiæ, quæst fin à num.* 1.

26 Ex eo quia quælibet lex, vel statutum, quæ excludit appellationem intelligitur inter ipsos contrahentes; non vero respectu tertij vt tradunt Cardin. Abbas, & Felinus, & Decius *in dicto cap super eo*, Alexander *cons. 83. num.15. & cons.84 num.8. volum.4.* Decius *cons* 198 *n.4. in fine*. Parisius *cons. 107. num 125. volum. 3.* Menochius *vbi supra num.* 848. quod est generale quia quotiescumque tollitur appellatio, intelligitur respectu litigantium; non autem respectu tertij, qui non litigauit, Corsetus in suis singularibus, verbo *appellatio*: in principio *in 4. fallentia*, Menochius *supra rem 4 num* 846. quod intelligitur à sententia interlocutoria, non à diffinitiua, vt explicat cum Zenedo idem Ceuallos.

27 Et in sententia, quæ dicitur *de trance y remate* illud Doctores notant, quia licet *lex 64. Tauri*, sit exequenda *appellatione remota*, illud intelligitur respectu rei, secùs verò respectu tertij, qui comparuit in Iudicio pro suo interesse; quia tunc quoad vtrumque effectum habet locum appellatio, vt docent Rebuffus *in tit. de liter obligator art. 1. Glossa 10. num 10.* Gutiertez *in repetitione legis nemo potest, ff. de leg 1. num.*350. Parladorius *rerum quotid §.15 n.2.* Azeuedus *in l.19. tit.2. num. 140 lib 4. recopilationis* Rodriguez *de executione, cap. 6. num. 52.* Ceuallos *vbi suprà dicta quæstione fin numero* 3.

28 In secundo autem casu quando sententia esset notoriè iniusta, & constaret de manifesto grauamine ex actis processus: Tunc illam clausulam *appellatione remota* nihil operari, nec respectu litigantium, nec tertij qui pro suo interesse comparuit, docent Glossa *in cap. ex conquæstione de restit. spoliatorum*, verbo *post appellationem*, Abbas *in cap. inter cætera hoc tit. & in cap Pastoralis, num 14. de appellation* Ripa *in cap 1. num.9. de rescriptis*, Lancelotus *de attentatis appel. pend. limit. 8. cap. 12. num 24.* cum aliis multis Ceuallos *dicta quæstione fin. à num. 4. & quæst. 125. num. 4.* & sic iudicatum fuisse per Rotam 1. Maij 1562. vt tradit Lancelotus *vbi supra*: Alias decisiones refert Marta pro hac sententia de clausulis *dicta clausula 11. num 7. in fine.*

29 Vbi *num* 8 ampliat etiamsi commissio fuerit amplissima cum clausula *omni, & quacumque appellatione remota*, quia illa non obstante Domini resoluerunt non operari in illo casu, in quo aderat notoria iniustitia: docet etiam Barbosa *in l. ad peremptorium, à num. fin. ff. de Iudiciis.*

30 Vbi dicit quod appellatio habebit in hoc casu effectum suspensiuum; & deuolutiuum, non obstante clausula *appellatione remota*, Glossa vbi Doctores *in dicto cap. ex conquæstione*. vbi
Abbas † dicit enim quod remotio appellatio- 31
nis non impendit appellationem, vbi manifestè quis grauatur: Sic *ibi*, Barbosa *num fin.* videndus Hypolitus *in l 1. §. serui quasi num. 10. ff. de quæst. & singul.* 592. & *cons. 89. num. 11.* Perez *in l. 1. Glossa 1 pag 5-2. col 2. tit.3. lib.3. ordinam* Farinacius Rotæ Romanæ *decis. 59. num 4 in l collect. nouissim* Menochius *de adipiscenda remedio 4. num* 850 Gratianus *discept. forens. p. 1. cap. 76. num. 76. num. 8*, qui adhoc ponderat Textum, *in cap. 20. sess 24. Trid. reformat.* quia remota appellatione, non excluditur illa, qua quis manifeste grauatur, vt tradit Abbas *consil. 44. volum. 1.* Surdus *decis 36. num 13. vsque ad 17.*

32 Ex quibus cum multis refert Ceuallos *dicta quæstione fin. num. 5.* notabilem declarationem ad Textum *in leg 46. Tauri*, vbi sententia quæ dicitur *de remate*; est exequenda appellatione remota, vt non procedat, quando ex actis constaret de iniustitia notoria sententiæ; quia tunc non est exequenda, sed suspendenda: Sic cum Gutierrez *lib. 1. pract. quæstione 129.* vbi dicit, quod ita practicatur Gaspard. Rodriguez *de annuis redditibus, cap. 16. num. 66.* Rodriguez *de executione cap. 6. num. 52.* versiculo *al-*
ter casus, sic probantes. † Ex Regula Textus 33
in dicto cap. ex conquæstione, vbi disponitur remotionem appellationis prohibitæ in litteris commissionis non impedire appellationem, vbi manifestè quis grauatur, vt *in cap. vt debitus honor de appellat.* Et ita tradunt Rolandus *consilio 29. num 57. lib. 1.* Natta *cons. 51. num. 21.* Menochius *de adipiscenda rem. 4. num* 850. Ioseph Ludouicus *decis. Perusina 39. num. 9.* Gratianus *discept. Forensium 1. parte cap. 41. num. 7. & fin & cap 102. num 18.* omnia esse reuocanda, quæ post appellationem legitimam executioni tradita sunt. & esse à tali sententia admittendam appellationem.

Ad quartam quæstionis partem respondeo, 34
quod

quod sententia lata causa cognita executioni mandatur, si transacta fuit in rem Iudicatam, nec à tertio oppositore impediri, sed illi cauendum de indemnitate per Textum *in l. pen. ff. de petitione hæredit. & in l. is à quo fundus cum, l. sequenti, ff. de rei vindic.* per quæ iura tenet, Bartol. *in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re Iudicata, & in l. si alienam rem, ff. de solution.* Baldus *in cap. 1. §. si duo de pace tenenda in vsibus feudor.* sequuntur multi quos refert Salced. in addition. ad Bernard. Diez *in reg. 266.* vbi Bernard. limitat duobus modis, cum Iasone *in dict. §. si super rebus*, eandem cum duobus ampliationibus, & aliis duabus restitutionibus assig-
35 nauit Petrus Dueñas *regula 274.* † Et Felinus hic limitat quinque modis, *num. 7.* vbi addit, quod tertio se opponenti, debet caueri de indemnitate; licet ei opponatur de nullitate Iuris sui, & sufficere quod de Iure suo apparenter ostendat: docuit etiam Hypolitus multos ad id referens, *in cons. 274.* Innocentius *in cap. veniens el 2. de testibus*, Gratianus Videndus *reg. 418. num. 1.* & probatur relata doctrina ex *l. 6. tit. 10. p. 3.* vbi bene Gregor. Lopez loquitur, Barbosa *hic num. 4.*

36 Verùm prædicta Doctrina, venit multis modis limitanda, seu declaranda, primo quando, pendente Iudicio, tertius se opposuit; secus si post latam sententiam, & in rem Iudicatam translatam; quia tunc etiam sine cautione indemnitatis, potest sententia executioni mandari, Glossa 2. *hic in fine*, & Felinus *dict. num. 7.* & Doctor. Bernard *vbi supra, limit. 2* Boërius *in dec. 79. num 3.* & est communis secundùm Couar. *in pract. cap. 16. num. 3.*

37 Secundo vt non procedat in re, quæ non est diuisibilis, absque periculo peccati, vt est vxor, de qua litigatur, quia non traditur vxor primo vincenti, sed differtur executio, donec de Iure alterius apparuerit, Innocent. *in cap. cum inhibitio de clandest. de spons.* idem, *in Rubrica de spons. duor.* Felinus *hic limit. 2.* Bernardus, etiam, *li-*
38 *mit. 2.* † Tertiò quando executio fieret, non in re illa, super qua litigatur, sed in alia loco pignoris; quia tunc tertius impedit executionem: sic Innocent. *hic n 3.* vbi omnes Grat. *dict. reg. 418. num. 7.*

39 Quarto limitatur si partes inter se nihil litigent, sed solùm contra tertium possessorem, vt si vnus petitor infringit contra petitorem obijciendo se sibi ita, quod res super qua litigatur vacat, Innocent. *in dict. cap veniens el 2. de testibus*, quem sequitur Baldus *in cap. 1. §. si duo, col. 2. de pace tenenda, & in l. penult. ff. de petitione hæredit.* Felinus *hic limit. 3.* Couarruuias *dicto cap. 16. pract. num. 3.* Ferrara *in sua practica in forma executionis sententia difinitiuæ, Glossa 1. num. 16.*

40 Quinto limitatur, quando tertius oppositor possideret, Innocent. *in dicto cap. veniens.* Baldus *in dicta l. fin. Cod. de edicto Diui Adriani tollendo*, Imola *in l. à sententia, in princ. col. 5. ff de appellat.* Alex. *in dicta l. à Diuo Pio, dicto §. si super rebus, ff. hoc tit.* Felinus *hic limitat. 4.* dicit idem communem, *in dicto cap. veniens, num. 11. & 12.* Petrus Dueñas *dicta reg. 274. in fine limit.* vel si tertius; & quidem ex litigatoribus possiderent, vt per Paulum *cons. 199. num. 22. lib. 1.* Couar. *dict. cap 16, num. 3.* Ferrara *in dict. pract. Glossa 1. num. 16.*

Sexto limitatur, dum agitur actione personali, puta mutuo, vel locato: nam tunc quilibet contradictor impedit executionem, vt per Innocent. *in dict. cap. veniens.* Ferrara *in dict. pract. in forma executionis sententiæ difinitiuæ, n. 16.* sic loquitur Didacus de el Castillo *in l. 64. Tauri, num 69.* qui contrariam regulam adduxit, & bene declarauit: nam vt ait Gratianus *dicta regula 418. n. 8.* ea sunt declaranda, secundùm istam limitationem, vel in eo, cui non satis datur Videndus, qui bene tradit Couar. *dict. cap. 16. num. 4.* 41

Septimo limitatur quoties præsumi posset calumnia tertij se opponentis; quia tunc nec ei cauetur, vt *in cap. suscitata de in integ. restit.* Abbas, Felinus, & Decius *in dict. cap. super eo de officio de leg.* quæ est communis sententia, secundùm Couarruuias *dicto cap. 16. pract. num. 2.* qui id intelligit, dum oppositionem non offerat se continenti, & summatim probaturum, vbi *num. 5.* bene tradit, apud quem Iudicem hæc tertij oppositio facienda sit: videbis Iasonem *in l. 4. §. condemnatum, num. 10. ff. hoc tit.* Michaelem Graff. *tom. 2. commun. lib. 7. tit. 16. num. 119. pag. 283.* Menochium *de recuperand. à num. 325.* Valascum *de partition. cap. 39. num. 49.* dicentes quod si adsit suspicio calumniæ, non est admittendus tertius opponens se executioni; videndus Riccius *collect. 188.* vbi plures casus refert, in quibus petitio restitutionis in integrum non impedit sententiæ executionem. 42

Octauo limitatur, vbi interuenisset scientia ipsius tertij; quoniam si scit, & pro suo interesse, non comparet, non auditur, etiam data cautione, per Textum *in cap. quamuis, hoc tit. & in l. sæpe, ff. eodem*, Antonius, Panormitanus Felinus, *in cap. veniens. el 2. de testibus; num. 10.* quam communiter receptam esse inquit Alexander *in dict. l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff hoc tit. num 24.* Dueñas *in dict. reg 274 limit. 1.* Couar. *dict. cap. 16. pract. n. 2.* Afflictis *in decis. Neapol. 380, num. 5. & 6.* 43

Et sic si tertius sciuisset litem agitari, & acquieuisset, donec sententia esset lata: tunc aduersùs eum executionem competere dixerunt, Gabriel *tit. de execut. rei Iudicatæ concl. 1. num. 20.* Mynsing. *in dict. cap. veniens 39. num. 9.* Surdus *cons. 334. num. 11. & 13.* cum aliis Barbosa *hic num. 8.* vbi cum aliis idem limitat, quando victor præstaret cautionem de restituendo ad Iudicatum, tertio in casu, in quo vinceret, Videndus sub *num 6. in fine.* 44

QVÆSTIO II.

An tertius comparens pro suo interesse in causa, possit in quacumque parte Iudicij, in qua comparuit, exceptiones dilatorias opponere: Et an tertius veniēs ad causam audiri debeat, in suspensione petitorij, & intentare possessorium in omnibus interdictis: Et an tertius comparens, impediat fieri restitutionem spoliati ante omnia An exceptio de Iure tertij detur in Iure? Et quid de tertio citato?

1 AD primam quæstionis partem dixi, *in Rubrica de Exceptionibus, quæst.* 4. versic. *ad vltimam.*

2 Ad secundam quæstionis partem; dixi *in c. pastoralis de causa possessionis, & propriet. q.* 3. versic. *ad secundam.*

3 Ad tertiam quæstionis partem, dixi, *in c.* 5. *de rest. spoliator. quæst.* 4. aliquid, *in cap.* 1. *quæstion.* 2. *num.* 26.

4 Ad quartam dixi, *in Rub. de Except. q.* 2. versic. *ad secundam.*

QVÆSTIO III.

An tertius, qui potest pretendere sua interesse, possit litem desertam, à principali litigatore reassumere in casibus famam tangentibus: Vbi in quibus, & quando aliquis dicatur legitimus contradictor?

SVMMARIVM.

1 *Contradictor legitimus est, qui retinet res, quando petitur missio; & quando eas possidebat tempore mortis defuncti, n.* 3.

4 *Hæres quando mittatur in possessionem virtute,* leg. fin. Cod. de edicto Diui Adriani tollendo, n. 5.

6 *Contradictor legitimus est, qui habuit titulum à defuncto: & qui post mortem testatoris habet titulum verum, habilem ad translationem, num.* 7.

7 *Adipiscendæ possessionis remedium, non datur contra titulo possidentem.*

8 *Contradictor legitimus, est qui dicit se filium, vel successorem ab intestato, & diceret testamentum nullum.*

9 *Contradictor legitimus est qui allegat aliud testamentum solemne, quod deroget priori.*

1 AD primam quæstionis partem, dixi, *suprà in cap. penultimo de foro competenti quæstione* 18. *à num.* 1.

2 Ad secundam difficultatis partem, vt respondeas, adiunges nonnulla adducta in præmisso huius Textus, quibus addo claritatis gratia, quæ sequuntur; cumque sit maxima difficultas, & valde necessaria, quis reuera dicatur legitimus contradictor, & quando dicatur habere Iura potiora; etsi Glossa *in l. fin. Cod. de edicto Diui Adriani tollendo*, in verbo, *legitimo*, & omnes Doctores, tam antiqui, quàm moderni, nimis variauerint: tamen respondeo breuiter, vt primo dicatur legitimus contradictor ille, qui detinet, vel possidet illas res, quan-
3 do petitur missio. † Et similiter habebat, & possidebat eas tempore mortis defuncti; & in eis non poterit fieri missio; argumento Textus, *in dicta l. fin. earum rerum, quæ testatoris tempore*
4 *mortis fuerunt.* † Vbi probatur quod ita demum hæres debet mitti in possessionem virtute illius legis, quando bona possidebantur, vel detinebantur à defuncto tempore mortis, secundùm ea, quæ late tradit Argelus de legitimo contradictore circa testamenta, & hæreditates, ac legata, & fideicommissa: argumento eorum, quæ adduxi, *supra in cap. fin. de foro compet.* vbi debeat hæres conueniri pro rebus prædecessoris defuncti: docent hanc Doctrinam, Bartol. *in dicta l. fin. num.* 12. Paulus, *ibi, numero* 12. Corneus *num.* 14. Baldus *num.* 43. Decius *num.* 40.

5 Ex qua Doctrina infert Matiencus *in l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 5. *recopilat. Glossa* 3. *num.* 20. quod si hæres in testamento institutus ex remedio, *dicta leg. vltima, Cod. de edicto Diui Adriani tollendo*, petierit se mitti in possessionem bonorum defuncti, quæ tempore mortis relinquit, non poterit mitti in possessionem dimidiæ bonorum partis, constante matrimonio, acquisitorum; quippe quorum Domina erat, & possessor vxor in vita defuncti, & cum missio petitur ipsa possidebat: refert Anton. Gomez. *in l.* 45. *Tauri, n.* 147.

6 Secundo erit legitimus contradictor ille, qui habuit titulum à defuncto, & de eius voluntate occupauit post eius mortem, possessionem propria aut horitate, Iuxta Glossam, & communem opinionem, *in l. Titia cum testamento, Lucius Titius, ff. de leg.* 2.

7 Tertio erit legitimus contradictor ille, qui post mortem testatoris habet titulum verum, & habilem ad translationem dominij, & similiter possessionem ab aliquo tertio, etiam si tempore mortis testatoris fuerint penes eum, quia cum istud remedium sit adipiscendæ possessionis, non datur contra titulum possidentem, vt probat Textus *in dicta l. fin.* ibi, *non autem legitimo modo ab alio detinentur*; & idem in remedio quorum bonorum, & petitionis hæreditatis.

8 Quarto erit legitimus contradictor ille, qui diceret se filium, vel successorem ab intestato, diceret testamentum nullum, ratione præteritionis, vel diceret nullum ex defectu personæ testantis, vel diceret testamentum falsum, & offerret se incontinenti probare, quia tunc impeditur missio, vt probat Textus *in l.* 2. *C. de edicto Diui Adriani tollendo*, & *ibi*, Glossa ordinaria, & communiter DD.

9 Quinto erit legitimus contradictor ille, qui allegaret, aliud testamentum solemne, quod deroget priori: ita probat Textus *in dicta l. fin.* ibi, *& hac possessio acquiratur, qui potiora, ex legitimis modis Iura ostenderit.* Et occasione huius quærunt, *ibi*, Glossa, & Doctores, de subtili quæstione, si duo, vel plura testamenta sunt contraria, in quibus diuersi hæredes sunt instituti, an admittetur vterque, vel nullus, de qua agit bene Videndus Antonius Gomezius *in dicta l.* 45. *Tauri, sub num.* 147. in versiculo *quinto*, ibi, *occasione cuius*, & *num.* 148. & 149.

QVÆSTIO

QVÆSTIO IV.

An sit legitimus contradictor ille, qui habet titulum habilem ad translationem dominij ab aliquo tertio in vita testatoris vel post eius mortem, si nunquam habuit possessionem, nec sibi fuit tradita, sed possidebatur, vel detinebatur à defuncto tempore mortis: Et circa, dict. l. prædictam, fin. Cod. de edicto Diui Adriani tollendo, *quis sit Iudex competens: An Iudex loci, vbi testator decessit, vel hæredis, vel vbi bona sunt, cum hæres petit eius virtute, se immitti in possessionem, & appareat aliquis contradictor: Et ad quæstiones, an hæres debeat conueniri, vbi defunctus debuit?*

SVMMARIVM

1 *Contradictor legitimus non est qui licet habuerit ab aliquo titulum, non habuit possessionem, nec impedit, vt hæres mittatur in possessionem bonorum defuncti, n.2.5.*

3 *Contradictor legitimus non est qui licet sit verus & titulatus Dominus rerum testator eas possidebat & de ratione, n.4.*

6 *Glossa ordinaria*, in l.2.C.de edicto Diui Adriani tollendo.

7 *Missio in possessionem solet impediri nonnullis exceptionibus.*

8 *Missio in possessionem bonorum defuncti, cum apparet aliquis contradictor, à quo Iudice fiat n.9.10. & 11.*

1 AD primam quæstionis partem respondeo, vt non sit legitimus contradictor, quia tunc ex eo quod habeat titulum, & incontinenti velit probare, eum non impeditur missio; imo hæres institutus mittendus erit in possessionem; & ille non erit legitimus contradictor, quia ille titulus sibi produxit actionem personalem contra obligatum, qui titulum concessit; non verò contra defunctum possessorem; vt *in l. fin. §. fin. cum similibus ff. de contrahenda emptione*, ergo similiter non dabitur contra eius hæredem; & sic nō
2 impeditur missio. † Imo licet ab ipso defuncto habuerit titulum; non tamen habuit possessionem, non erit legitimus contradictor; imo etiam hoc in casu hæres debet mitti in possessionem, quia ab ipso defuncto, vel eius hærede, oportet per viam Iuris petere possessionem, & traditionem, nec propria authoritate occupare poterit, vt *in l. si ex stipulatione, ff de acquir possessione*, cum similibus; ergo etiam hoc casu hæres mittendus est in possessionem, nec eam ille tertius poterit impedire: sic videntur decere, Bartol. etsi sic non declaret, *in dict. l. fin. Cod. de edicto Diui Adriani tollendo colum. penult.* versic. *aut allegat titulum*, vbi Paulus *in 5. colum.* versic. *breuiter mihi videtur*, Baldus *columna 12.* versic. *tertio per instrumenti dissimilia.* Corneus *colum. ante penult. in medio*, versic. *recolligendo itaque concludas*, Decius *colum. 12. num. 40.* Antonius Gomez. *in l. 45. Tauri, num. 150.*
3 Vnde ex prædictis etiam resoluendum est, vt licet ille contradictor sit verus Dominus rei, vel rerum, quia habuit titulum à Domino, & similiter possessionem, vel traditionem in vita ipsius testatoris: tamen testator eam, vel eas possidebat, vel detinebat tempore suæ mortis; & tunc tempore contradictionis; & sic si post mortem defuncti nō est in actuali, & reali possessione, vel de tētatione, non erit legitimus contradictor, nec poterit impedire missionem in possessionem, etiam si vellet incontinenti probare prædictum Dominium eius. † Et ratio vera, & mentalis est quia 4
licet vere sit Dominus: tamen suam actionem realem, hoc est rei vindicationem, debebat proponere contra ipsum defunctum in vita, tanquam possessorem viâ ordinariâ, & ipse defunctus deberet esse in sua actuali possessione; donec lis, & causa proprietatis decideretur, vt *in l. ff. de alien. Iur. mit. causa fact. in toto tit. ff. & Cod. de rei vindicat*, & expressius, *in l. ordinariis. Cod. de rei vindicat. l. incerti Iuris, Cod. de interdictis, §. retinendæ inst. de interdictis*, cum similibus. † Ergo ita eodem mo- 5
do nunc hæres debet mitti in possessionem rei, vel rerum, quæ erant penes defunctum mortis suæ tempore, non obstante Dominio contradictoris, & in ea debet defendi, donec per actionem realem, & Iudicium proprietatis auocet ab eo res.

Nec obstat Glossa ordinaria, & commu- 6
nis opinio, *in l. 2. Cod. de edicto Diui Adriani toll.* vbi habetur quod si Dominus, & contradictor in continenti probat de dominio suo, impeditur missio, quia debet intelligi, quando ille, qui allegat exceptionem Dominij, est in actuali possessione; non verò aliàs per rationem superiorem.

Nec etiam secundo obstat, quod aliæ exce- 7
ptiones, puta nullitatis, testamenti, vel falsitatis, impediunt missionem, quia illæ exceptiones omnino aduersantur testamento, & per consequens excludunt Ius agentis; hoc est hæredis instituti, ex eo, quia est Ius incompatibile cum dictis exceptionibus, sed ista exceptio Dominij, non aduersatur testamento, vel hæredi, nec per eam excluditur Ius agentis, cum bene stat, quod contradictor possit esse Dominus, & hæres possit esse possessor, sicut defunctus erat: sic ex prædictis, Bart. Paulo, Gomez. & aliis subtiliter videtur tenendum.

Ad secundam difficultatis partem quis sit 8
Iudex competens, & resolutiuè dicendum est, quod si quidem quando hæres petit se mitti in possessionem virtute, *dict. l. fin. Cod de edictò Diui Adriani tollendo*, appareat aliquis contradictor, cuius persona subest illi Iudici, coram quo petitur, vt pronunciet de mittendo: tunc talis Iudex censetur competens, & potest pronunciare, & executionem remittere ad Iudicem loci, vbi res hæreditariæ sunt: argumento Textus cum materia, *in l. à Diuo Pio, §. sententiam Romæ, ff. hoc tit. & in l. cum vnus, §. penult. ff. de bonis authorit. indic. possid. & in l. properandum, §. sin autem, Cod. de Iudiciis, & in cap. Romana, §. contrahentes de foro compet. lib. 6.* notatur per Glossam, & Doctores, *in l. hæres absens, §. 1. de iudiciis.* † In quibus locis ha- 9
betur, quod per litteras Iudicantis diffinitiuè, vel etiam interlocutoriè, debet fieri executio per Iudicem alterius territorij; in quo bona sunt. † Si verò nullus 10
appareat contradictor, tunc missio debet

peti coram Iudice illius territorij, vbi sunt res, & ille erit Iudex competens, vt possit pronunciare, & mittere in possessionem; alter verò Iudex, vel originis, vel domicilij hæredis, non erit Iudex competens, non ratione personæ, cum non sit persona, contra quem ditigatur, non ratione rerum, quia non sunt in suo territorio argumento Textus *in l. fin. ff. de Iurisdictione omnium Iudicum*, & in expresso istam sententiam docent Doctores per Textum *in l. vnica, Cod. vbi de hereditate agitur*, Bartol. *in dicta l. fin. Cod. de edicto Diui Adriani tollendo, col. 6. num.* 13. Paulus Castrensis *ibi col. 4. num.* 10. qui dicit quod est pulchrum, & subtile, Baldus *col. ante penultima, quæst.* 7. Salicetus *col.* 2. *num.* 8. Alexand. *col. 4. in fine*, Iason *col. 6. num.* 17. Decius *col. 9. num.* 31. Paulus de Castro notat, *in dicta l. vnica, Cod.* vbi de hæreditate, & *ibi*, Baldus, & ante omnes, Azor *in summa*, Antonius Gomez, *supra*, qui hanc vocat communem opinionem, pro qua ego adduco dicta, *in cap. fane* 3. *de foro compet.* vbi de Iudice ratione rei sitæ, & *in cap. fin.* vbi de Iudice ratione originis, & domicilij, *in d. l. Tauri, n.* 15 t. ex qua regula agit etiam idem Gomez.

11 De illa quæstione, quod si hæres intentat interdictum adipiscendæ, quorum bonorum, vel petitionem hæreditatis, cum sint remedia, quæ requirunt res aduersariorum; & sic personam, contra quem ditigantur, quod illa passunt intentari in loco, vbi res sunt; licet vbi reus non habeat domicilium, & in loco, & domicilio ipsius rei continenti, etiam si ibi non sint res, vt probat Textus *notab. in dict. l. vnic. Cod. vbi de hæred.* in versic. *fin.* vbi Glossa fin. & *ibi*, Azor *in summa*, Petrus de Velapertica, Baldus, Salicetus, Paulus, & communiter Doctores alia tradit in confirmationem videnda Gomezius, quæ satis expenduntur à me, *in dicto cap. fane*, & *in dicto cap. fin. de foro comp. & alibi.*

12 Ad tertiam quæstionis partem, vt explices videbis quæ adduxi, *in dicto cap. fin de foro comp. quæst.* 10. 11. 12. 13. 14. vbi ad longum videbis, an hæres debeat conueniri, vbi defunctus debuit, quas applicabis pro ampliori tractatione de tertio contradictore, cum hæede agente.

QVÆSTIO V.

An translata possessione rei litigiosæ in tertium gaudentem priuilegio fori, possit Iudex, qui sententiam tulit eam executioni mandare: Et an possessio rei litigiosa transferatur in nouum possessorem, in Iudicium non vocatum; qui tamen subditus est eiusdem Iudicis cognoscentis, possit nihilominus sententia lata contra talem possessorem executioni mandari: Et quid si transferatur litigiosa res in aliquem subditum alteri Iudici ordinario, &c.

1 AD has tres quæstiones, quæ spectant ad Iudicium cum tertio, leges quæ adduxi, *in c. penult. de foro comp. q.* 14. 16. & 17.

QVÆSTIO VI.

An Iudicium ceptum ex instantia vnius possit ex instantia alterius terminari: Quid de possessore Clerico, virtute Iudicis laici: Et quid si laicus iubeat sua sententia solui Clerico, aut eum immitti in possessionem bonorum debitoris, circa præiudicium cæterorum contradictorum, vel oppositorum?

DE his duabus quæstionibus, quæ etiam ad 1 materiam spectant de tertio, videbis adducta *in d. c. pen. de foro compet. q.* 18. & *q.* 19. & *q.* 15. dixi de illa, an Iudex laicus possit exequi instrumentum census, aduersùs clericum ex titulo particulari successorem hypothecarum in specie census obligatorij, ibi remissiuè.

QVÆSTIO VII.

An si tertius veniat in Iudicium post publicatas attestationes, aut post conclusum in causa, aut post sententiam, sit admittendus: Et an tertius accedens ad Iudicium actorem, vel reum, aut vtrumque à re petita exclusurus cogatur assumere litem in statu, quo versatur, & ad quem effectum: Et an instrumentum confectum inter duos, probet contra tertium: Vbi de requisitis, vt tertius contradictor admittatur?

SVMMARIVM.

1 *Tertius auditur se opponens, cum duo litigant super dominio, aut possessione, n.* 2. & 3.
4 *Tertius vt admittatur ad litigandum, debet prius nonnulla probare, seu legitimare.*

AD primam quæstionis partem respondebis 1 ex dictis, *sup quæst.* 1. versic. *ad primam*, in versic. *tamen*, & in versic. *vel autem*, vbi sub distinctione responsum præbui, & illis addo, quod vbi contingit, quod inter duos litigatur de rei alicuius dominio, seu possessione, & tertius ad Iudicium veniat, ac petat sibi rem adiudicari, ac ita se litigatoribus opponat, omnes docent eum admittendum, & audiendum esse, ex *l. bona fides, ff. depositi*, & ex aliis plerisque Iuribus: sic Faquineus *lib.* 1. *controuerſ. cap.* 5. *in princ.* illud tamen aduertas post sententiam non admitti, nisi in secunda appellationis instantia ex adductis, *sup. d. q.* 1. in versic. *ad tertiam*, & versic. *ad quartam.*

Ad secundam quæstionis partem, & similiter 2 respondebis sub distinctione, de qua, *in dict. q.* 1. versic. *ad primam*, vbi in verbo, *tamen*, & verbo, *vel autem*, de quo longe agit Videndus Couar *in c.* 14. *pract. n* 4 & ego dixi non ita late in dicto verbo *vel autem.*

Ad tertiam quæstionis partem, an instrumen- 3 tum inter duos, probet contra tertium dixi, *sup. in Rubr. de fide instrum. q.* 3.

4 Ad quartam quæstionis partem, quatenùs fatemur, vt tertius veniens in causa, audiatur ex dictis *suprà*, vt locum habeat, debent nonnulla concurrere. Primò quod tertius de suo interesse saltim summariè probet. Secundò quod audiatur in illis terminis, in quibus reperitur causa. Tertiò vt veniat vno saltem de tribus modis, & assistat; scilicet ne fiat collusio, velut causam adiuuet ad Victoriam, seu assumendo in se litem quæ ad eum pertinet principaliter: hæc omnia recolligit Riccius *collect.* 986. ad Textum, *in l. si prolusorio*, §. 1. *ff. de appellat. recipiend.* & primo casu Ioseph. Ludouic. *decis. perus* 16. Doctores de Rota *in decis.* 56. *de Iudic. in antiquis*, Crescent. *in decis.* 13. *de rescriptis*, Rota Romana *in decis.* 1. *dicto tit. in antiquis*, Rota Genuens. *in decis.* 143. De secundo benè Afflict. *in decis.* 15. De tertio Gailius *obseruat.* 70. *lib.* 1. Benint. *in decis.* 75. quæ omnia latè explanantur *suprà in hoc Textu, & in quæstionibus sequentibus.*

QVÆSTIO VIII.

An si minor, & Ecclesia litigent, non tanquam principalis, sed tanquam tertius oppositor restituantur testificationibus publicatis: Et an quando tertius spoliauit furem, sit ipse restituendus?

AD primam quæstionis partem dixi, *in cap. præsentium* 31. *de Testibus quæstione.* 2. versic. *ad quartam.*

Ad secundam quæstionis partem dixi *in cap* 4 *ad tertiam.*

QVÆSTIO IX.

An Iudicium inter priores litigatores inchoatum queat tertius impedire, seu retardare; ita vt Iudex debeat vna sententia omnium trium personarum controuersiam, ac litem dirimere: Et an tertius Venditor comparens ad defensionem Emptoris, hoc non appellante à sententia contra ipsum lata, possit appellare: An sententia lata in fauorem vnius ex delinquentibus liberet alios: Et quid dicendum quando aliquis esset condemnatus ad mortem, & tertius compareret, dicens condemnatum esse sibi obligatum ad reddendam rationem alicuius negotiationis?

SVMMARIVM.

1 *Tertius se opponens non impedit prosequi Iudicium cœptum inter litigantes, dum tamen, cui adiudicatur caueat de restituendo, n.* 2. 3. 4.
2 L. is à quo, ff. de rei vindic. l. pen. Cod. de petit. hæret. n. 3.
5 *Venditor vt tertius optimè appellet, Emptore victo non appellante: fallit vbi tres sunt sententiæ, Venditore sciente, n,* 6. 7. 8. 9.
6 L. ab Executore, §. alio, ff. de appellat. l. si parentes, Cod. de euictionibus.
8 *Emptor victus semper tenetur appellare.*
9 *Venditoris appellatio, non reddit deteriorem causam Actoris.*
11 *Sententia lata in fauorem vnius ex delinquentibus prodest aliis in delictis connexis: quid, sit condemnatoria n.* 2. *quid in non connexis à num.* 10.
12 L. denuntiasse, §. fin. ff. de adulteriis.
13 *Sententia condemnatoria aduersus delinquentem principalem, nocet alteri, qui tenetur in consequentiam.*
14 *Sententia lata contra occisores defuncti, praiudicat hæredibus sed qualiter, n.* 15.
16 *Sententia lata contra principalem, delinquentem à quo tempore noceat bonorum possessoribus in delictis, vbi prohibita est alienatio à die commissi delicti.*
17 *Sententia lata contra seruum ex delicto capitali, nocet Domino; Ita vt eo non citato exequatur.*
18 *Sententia lata contra filium, quatenùs praiudicet patri in legitima.*
19 *Nocens non liberatur à pœna, eo quod innocens alius non nocens reputaretur, fuit occisus & damnatus à Iudice.*
20 *Delinquentes in delictis non connexis sigillatim plectuntur, nec sententia aduersus vnum aliis officit.*
21 *Solutio facta per vnum ex pluribus, qui ad rem, vel interesse tenebantur liberat alios, secus ex delicto, num.* 22.
23 *Delinquentes plures possunt accusari in vno, eodemque libello.*
24 *Sententia potest à Iudice proferri contra vnum ex pluribus accusatis in eodem libello, & causa prosequi; deinde contra alios, & vno appellante non exequitur n.* 25.
26 *Sententia mortis lata in aliquem, per quod tempus exequi, suspendatur tertio comparente, & dicente sibi esse obligatum damnatum ad reddendam rationem, n,* 27.

AD primam difficultatis partem respondent Felinus *hic, num.* 11. *in* 3. *limitat.* & Imola, Alciatus *in l. bona fides, ff. depositi*, Baldus *in cap.* 1. §. *si duo de pace tenenda, & eius violatoribus* Innocentius *in cap. veniens el* 2. *de Testibus*, Alex. ad Bartolum *in l. is à quo, ff. de rei vindic.* Afflictis *in dicto* §. *si duo*, Vrsillus ad Afflictum *decis.* 235. Iacobus Menoch. *in cons.* 488. *lib.* 5. dicentes vna sententia omne negotium terminandum esse, & tenuerunt Bartol. *in l. si quis libertatem, n.* 1. *ff. de petit. hæredit* Anquisola *in cons.* 62. Vincent. de Anna Neapolit. *in allegatione* 76. *n.* 6. *lib.* 2. qui affirmat sic obseruatum fuisse in causa Illustrissimorum Fratrum de Gonzaga. 1

Cæterùm Faquin. *lib.* 1. *controuers. cap.* 5. prædictos referens, & cum non sit in animo eorum sententiam refutare; Existimat enim tertium comparentem, ac se opponentem, audiendum quidem, & admittendum esse; & si meliorem causam habuerit, rem illi adiudicandam fore, & colligit ex Consulto *in dict. l. is à quo. ff. de rei vindic.*, *& in l. pen. ff. de pet hæreditatis*: quid in tali specie Iudicem seruare oporteat, nempe vt priori, qui actionem instituit per sententiam res adiudicetur, ea cautione præstita, vt si aliter fundum euincat, illum restituat. Et licet verba *dicta leg.* is à quo dicat Menochium *suprà*, loqui quando agitetur de sententiæ executione ex Gailio *lib.* 1. *obseruat. cap.* 70. *num.* 15. 2

Sed

3 Sed tanti viri pace non rectè sic intelligi affatur Faquin. quia repugnant dictæ legis verba, ibi ; *querebatur si alteri eorum fundum Iudicis iussu restituisset, &c. respondi vt priori Iudex adiudicaret* ex quibus dicit indicati sententiam proferendam non autem executionem sententiæ, provt & sequentia, *eum oportere ita petitori fundum restitui iubere*, quæ verba conuenire ait sententiæ dictioni, non executioni ; & sic repudiata priori sententia, hanc rem sunt interpretati Antonius de Butrio, Bellamera, Felinus, & Angelus, quos refert, & sequitur Couarr. *pract. cap.* 14. *num* 4. Rota *decis* 4. *tit. de Iudiciis in antiquis*. incipit *tres venientes ad causam*. Ioseph Ludouic. *decis. Perus* 16.*n.*26. Ioannes Marcus Aquilin. *in l. naturaliter*, §. *nihil commune*, *ff de acquirend possess. num* 48 *in p.*1.

4 Qua retenta opinione ad sententiam contrariam respondet idem Faquineus *dicto cap.* 5. *in fine*, quia & si tertius admittendus sit, & audiendus non tamen sequi eum impedire, & retardare posse causæ prius institutæ exitum, sed impedire restitutionem ipsius concedit, si de iure suo docuerit, antequam sententia à Iudice proferatur inter priores litigatores, nam si tardè ad Iudicium venerit, non eum expectare, donec causam instruat Iudex iubetur, sed petitori rem adiudicare cautione præstita ; ita ille addens contrariam sententiam niti in sola Innocentij authoritate ita dicentis ex quadam Textus Canonici interpretatione, quam nec ipse sequutus est, nec alij.

5 Ad secundam quæstionis partem videtur pro negatiua sententia, vt venditor non possit appellare, ex eo, quia sententia non est lata contra Venditorem, sed contra Emptorem, & quia Venditor venit pro defensione Emptoris, debetque suscipere causam in statu, & terminis, in quibus reperitur ; itavt non possit reddere duriorem Actoris actionem : argumento Textus, *in l.* 1. §. *defendi*, *ff ex quibus causis in possess. eatur*, sic Couarrunias *cap.* 15. *pract. num.* 4. ante Castrensis *in lege ab executione*, §. *alio*, *ff. de appellation.*

6 Tamen Dominicus Zephalus *in cons.* 106. ex Vrsullis ad Afflict. *decis.* 10. Faquin. *lib.*11. *controuers. cap.* 5. dicunt quod si tertius comparens sit Venditor, qui veniat ad defensionem Emptoris, cui lis super proprietate mota fuit ex lata sententia contra Emptorem ipse non appellat, & sic transeat in rem iudicatam, vt nostri loquuntur possit Venditor appellare ex *dicta l. ab Executore* §. *alio*, *ff de appellat.* ibi, *item si Emptor de proprietate victus sit, eo cessante author eius appellare poterit*, & *in l. si parentes*, *Cod. de euict.* ibi, *si appellationem non interposuistis*, venditoribus licet appellare, quod intelligunt quando Emptor victus non appellauit ; Nam si Emptor appellauit, potest Venditor eius adhærere, & hoc esse, quod dicitur *in dicto* §. *alio*, ibi, *eo cessante author eius appellare poterit.*

7 Vnde ad contrariam sententiam responderi dicunt, quod & si sententia lata sit contra Emptorem, liceat tamen Venditori pro suo interesse ab ea appellare, & prouocare, vt dicitur *in dicto* §. *alio* nec ob id Venditor appellans Emptore cessante, dicitur minùs suscipere Iudicium in statu, & terminis, in quibus reperitur, quia iam fuit admissus in defensionem, vel admitti potuit, ac debuit, nec de hoc nunc agi, sed agi de alio, ne scilicet culpa Emptoris, ac negligentia in appellando ei noceat.

Non enim semper tenetur appellare Emptor 8 victus, iuxta notata per Bald. & alios, *in l. Herennius*, § *Caia*, *ff de euictionibus*, & *ideò Venditoris interest appellare.* † Nec reddit causam 9 Actoris deteriorem appellatio Venditoris, quia nullum ei ius petit quod enim ipse appellat, Emptore non appellante non reddit ius deterius, seu causam deteriorem, alioquin nunquam liceret appellare Venditori, Emptore cessante ; quod repugnaret *dict. l ab Executore*, §. *alio*, & *dict. leg. si parentes*, *Cod. de euiction.*

Fatetur etiam Faquin. vt si tres sententiæ fue- 10 rint latæ aduersùs Emptorem appellantem non liceat Venditori appellare si sciebat causam agi, vt declarat Bartol. *in l. à sententia*, *num.* 8. *ff. de appellation* & hoc esse, quod voluit dicere Textus *in dicta l si parentes*, ibi, *si appellationem non interposuistis* & benè Amedeus *cons.* 24. *num.*28. *lib* 1. esset enim absurdum, vt Actor, qui tres conformes retulit sententias contra Emptorem deberet de nouo alias tres expectare contra Venditorem.

Ad tertiam quæstionis partem, an sententia 11 lata in fauorem vnius ex delinquentibus liberet alios ; Respondeo per quatuor conclusiones, prima quod in delictis connexis sententia absoluta lata in fauorem vnius prodest alij Textus *in l. denuntiasse*, § *fin. ff. de adult.* † Sed addit 12 Antonius Gomez *lib* 3. *variar cap.* 1. *sub num.*8. versic. *secunda*, illum Textum esse intelligendum specialiter in adulterio propter fauorem, & decus Matrimonij, vnde secùs esse in aliis delictis etiam connexis, vt in crimine incestus, stupri, Sodomiæ, & similibus ex Bartolo *in dicta l. denuntiasse*, § *fin. & ex l.* 19. *tit.* 17 *p.*7 quæ sic debet intelligi, & quæ hodie idem disponit, & alia addit Gomezius in versic. *item adde*, qui *num* 89. ait quod sententia condemnatoria lata contra vnum, non præiudicat alteri, etiam in delictis connexis, imo etiam in Adulterio, vt est casus, *in dicta l. denuntiasse*, § *fin. & in dicta l. partita*, per rationem, quam ibi ponunt illa iura.

Secunda conclusio est, quod quando delictum 13 est commissum ab vno principaliter, & pœna bonorum peruenit ad alium in consequentiam, sententia, & condemnatio principalis nocet alteri, qui tenetur in consequentia, sic probat Textus *in l.*1. *Cod. vbi causa fiscales*, *l. quisquis*, §. *filij vero*, *Cod. ad leg. Iul. Maiest.* per quæ iura istam Theoricam, & doctrinam ponit Bartolus *in l. cum Filiis famil. ff. de verb. obligationibus*, *col.*2. & *ibi* Angel. de Perus, Imola ; Alex. Socin. Iason, & communiter DD.

Ex qua primò infert Bartol. *in dicta l.* 1. *Cod.* 14 *vbi caus. fiscal.* per Textum ibi idem Bart. *in l.*1. *Cod. de his*, *quibus*, *vt indignis*, quod sententia lata contra occisores alicuius defuncti, nocet, & præiudicat hæredibus. Huic dicto est contrarius Paulus, *in l.* 1. *Cod. vbi causa fiscales*, quia imo processus de nouo agitari cum hæredibus eo quod fortè ignorauerunt, quod defunctus fuit interfectus, vel aliam iustam causam defensionis habuerunt. † Sed Corneus notabili- 15 ter *in dicta lege* 1. *Cod de his*, *quibus vt indignis col.*2. notabiliter concordat dicendo, quod sententia contra occisores lata, nocet hæredibus, quantùm ad hoc, vt constat defunctum esse occisum, & ampliùs non requiratur probare, non tamen

tamen præiudicet quoad hoc, vt statim bona auferantur ab hæredibus, sed tunc requiratur processus, citatio, & sententia cum eis.

16 Secundò infert Bart. *in dicta l. cum filiusfamilias, ff. de verb. oblig. col. 2.* & *ibi* Doctor commun. quod si delictum est tale, ex quo prohibetur alienatio bonorum à die commissi criminis, sententia lata contra principalem delinquentem præiudicat possessoribus, in quibus bona reperiuntur alienata, vt probant Textus *in l. quisquis §. filij vero, Cod. ad leg. Iuliam Majest.* Textus *in cap. cum secundum leges de heret. lib. 6.* sequitur Gomezius *dicto lib. 3. variarum num. 70.* dicens esse notabile pro extensione Textus cum materia, *in l. post contractum, ff. de donat.*

17 † Vbi infert tertio; quod sententia lata contra seruum, qui commisit aliquod delictum capitale, nocet & præiudicat Domino non citato, nec vocato, & possit mandari executioni contra seruum.

18 Et infert quarto Bartolus *in dicta l. cum filiusfamilias, ff. de verb. oblig. col. 2.* & communiter Doctores, & idem Bart. *in quæstionibus suis q. 3.* docens quod si ex forma legis, vel statuti Pater tenetur soluere pœnam pecuniariam filij, quatenùs tangit legitimam suam, sententia lata contra filium nocet, & præiudicat Patri non vocato, nec citato; Secùs tamen esse, si processus principaliter ordinetur contra ius tertij, & in eius præiudicium, vt quando fit discussio in bonis debitoris ad effectum, vt perueniatur in tertium possessorem pignorum, vel fideissorem; quia tunc requiritur eorum citatio, vt notant Angelus *in dicta l. cum filius, ff. de vera. oblig. in fine,* & *ibi* moderni.

19 Tertia conclusio, & quæ à fortiori ex Superioribus procedit, est quod si innocens, qui commisit delictum ex ignorantia, vel malitia Iudicis, vel Testium condemnatus, & occisus est, & postea reperiatur, & vero constet de illo qui maleficium commisit, quod pœna innocentis non liberet illum, sed teneatur pœna delicti: itavt sibi debeat imponi pœna mortis; sic Gomez *in dicto cap. 1. n. 9.* versic. *quarta.*

20 Maius dubium est quid dicendum in delictis non connexis à pluribus commissis, in quo videtur respondendum; vt in connexis iam dixi ex eo quod quando plures tenentur insolidum ex vno, eodemque facto, vel obligatione solutio vnius liberat alios, vt *in l. 2. ff. de duobus Reis, & in l. 1. Cod. eodem tit.* sed reuera aliud est dicendum in delictis, non connexis à pluribus commissis; quia tunc vnusquisque principaliter, & de per se tenetur; ita tunc sententia lata, siue absolutoria, siue condemnatoria in persona vnius, nec noceat, nec prosit aliis, nec pœna ab vno soluta corporalis, nec pecuniaria liberet alios ex *l. si quis ad quod, §. fin. cum lege sequenti, ff. de iurisdictione omnium Iudicum, & ex l. fin. ff. eodem tit. & ex l. idem mala, §. 1. ff. ad leg. Aquiliam, & ex l. 1. in principio, Cod. de consf. fur.* docet Antonius Gomez. *dicto lib. 3. variar. cap. 1. num. 88.* ex eo quia in qualibet persona censetur proprium delictum principaliter, & de per se.

21 Ex quo infero quod si plures teneantur etiam ex delicto, vel dolo ad rem, vel interesse, & non ad pœnam solutio vnius benè liberet alios ex Textu, *in leg. 2. in 2. p. Cod de consuf.* & ex Textu *in l. 1. §. si plures, ff. de eo per quem factum erit,* quia tunc pertinet ad contractus, in quibus omnes tenentur respectu vnius interesse rei, vel summæ deductæ in obligatione, vnde solutione facta ab vno merito alij liberantur, in quo casu accipitur in principio huius dubij dictum.

† Secus tamen esse quando tenetur ex delicto 22
principaliter ad pœnam, quia tunc solutio facta ab vno, non liberat alios, quia videtur soluere pro suo proprio, & distincto delicto.

Vnum tamen notabis quod omnes prædicti 23
dicti delinquentes possunt accusari simul in vno eodemque libello, iuxta Textum *in l. 1. Cod. si Reus, vel accus. mort. fuerit* Textus *in l. qui pupillam, §. fin. ff. de adulter. & in l. vim passam in fine, ff eodem.*

Quo casu benè poterit Iudex ferre sententiam 24
contra vnum si liquet de casu, & contra eum exequi sententiam, licet processus instantia adhuc duret contra alios, vt probat Textus *in l. de vnoquoque, ff. hoc tit.*

† Item etiam si contra 25
plures feratur sententia, & vnus appellauit, alter non poterit Iudex statim sententiam mandari executioni contra non appellantem; contra alium vero non, sed durabit instantia appellationis ex Textu *in l. minoribus, Cod. de his, quibus, vt indignis* notat Gomezius *dicto num. 88.* in versic. *vnum.*

Ad quartam quæstionis partem non desunt 26
qui dicant differendam esse executionem, donec ratio negotiationis mercaturæ, seu administrationis reddat condemnatus sic voluit Cinus *in l. 1. notab. 2. Cod. de bonis proscriptor. notab. 2.* Cepola *cautela 5.* licet dicat non seruari, quod si verum esset nimis singulare videretur, sed vera non est, nec approbata hæc opinio, & in praxi inusitata, vt attestantur Angelus, & Imola *in dicta l. 1. Cod. de bonis proscript.* Paris. de Puteo *de syndicatu cap 2. num. 1. fol. 136 & pract.* Carrer *fol. 352.*

† Tamen Gratianus *Regula 418.* 27
in fine, cum Iulio Claro *in pract. crim. lib. 5. § fin. q. 97. num. 1. & 2.* dicit non esse denegandam breuem dilationem bidui, vel tridui, si non appareat illam oppositionem malitiosam esse.

QVÆSTIO X.

An condemnatus in criminalibus si non appellat audiatur tertius pro eo: An Iudex Ecclesiasticus faciat vim exequendo litteras requisitorias contra Clericum tertium possessorem bonorum Rei condemnati, appellatione remota: Et an agi possit contra tertios possessores: Et an executio competat aduersus tertium possessorem?

SVMMARIVM.

1 *Tertius appellans pro condemnato in criminalibus non appellante, fallit in confessis, & conuictis n. 2. 3. hodie consanguineus tantùm admittitur, num. 2.*

2 *Consanguineus admittitur, appellans pro condemnato non appellante.*

3 *Damnatus ad mortem, non est illico ad supplicium trahendus, nisi in conuicto confesso, & in notorio crimine exorbitanti, num. 4.*

4 L. 16. tit. 23. p. 3. l. 101. 143 ſtyli.
5 *Damnatus etiam in notoriis admittitur allegans aliquas excuſationes legitimas.*
6 *Damnatus qui ſententia conſentit, & poſtea appellat, qualiter audiatur.*
7 *Clericus appellans pro condemnato, numquid admittatur remiſſiuè.*
8 *Tertius poſſeſſor eſt admittendus, vt legitimus contradictor, quoties litigium eſt ſuper poſſeſſione, & ſi dominium non habeat, numero 10. 11.*
9 *Nemo amouetur à poſſeſſione abſque citatione Iudiciali.*
11 *Contradictor mouens quæſtionem ſuper poſſeſſione, poteſt impedire ſententiæ executionem, num. 12.*
12 *Condemnatus in vna re, ſi executio fiat in alia, poteſt ſe opponere, & executionem impedire.*
13 *Poſſeſſio probatur ſummaria rei cognitione.*
14 *Executio de facto facta debet reuocari de facto.*
15 *Tertius poſſeſſor à ſua poſſeſſione eiectus poteſt eam in continenti recuperare propria authoritate, etiamſi eſſet prædo, n. 17.*
16 *Miſſio facta per Iudicem in poſſeſſionem non citato poſſeſſore eum non priuat à poſſeſſione, etiamſi eſſet prædo, n. 17.*
17 *Spoliatus & eiectus eſt ante omnia ad poſſeſſionem reſtituendus in priſtinum ſtatum.*
18 *Tertius poſſeſſor regulariter non conuenitur, niſi excuſſo prius principali: fallit ſi aliud ex pacto, num. 32. & 33.*
19 *Excuſſionis exceptio, quando etiam poſt litem conteſtatam opponi poſſit, & in quibus non admittatur, n. 20. 21. 22. 23. 24.*
21 *Notorium quod quis non ſit ſoluendo, probatur per librum æſtimi.*
28 *Tertius poſſeſſor regulariter non exequitur, etiam ex contractu guarentigio; ſi tamen non eſt hæres, vel ſucceſſor, num. 29.*
30 *Executio porrigi poteſt aduerſus tertium titulo nullo, aut dolo poſſidentem, vel ſi ſimulatum contractum celebraſſet, & eo rem fuerit nactus, num. 31.*

1 AD primam quæſtionis partem docent Panormit. & alij *hic*, & optimè Iulius Clarus *in practica criminali lib. 5. § fin. q. 94. num. 5.* & audiatur tertius appellans, ſi condemnatus in criminalibus non appellat iuxta Textum, *in lege non tantùm, ff. de appellation. & in l. addictos, Cod. de Epiſcopali audientia*, & Felinus *hic, col. 1.* ampliat ſex modis, & dupliciter reſtringit: ita deſcribunt etiam Bernard. Diez de Luco *in Regula 44.* vbi Salcedus *in addition.* cum pluribus ab
2 eo relatis Gratianus *Regula* 81. † Qui ex eodem Salcedo, & per Textum, *in l. 6. tit. 23. p. 3.* ait prædictum Regulam non habere locum niſi in conſanguineo; Nam his hodie tantùm admittitur appellando, & non alius *ibi*, videndus Gregorius Lopez, ſed hoc declarat Gratianus intelligi ſecundùm Felinum *hic*, & præſidem Padillam *in l. tranſigere, Cod. de tranſactionibus n. 9.* quando quis eſt damnatus ad membri abſciſionem.

3 Et pro declaratione prædictæ ſententiæ Felinus *in cap. querenti n. 4. de officio deleg.* cum Bart. *in l. non tantùm, ff. de appellationibus*, ait quod condemnatus ad mortem non poteſt ſtatim ad ſupplicium duci; imò debeant dies decem appellationis ſpectari, quia intra illos poſſet quilibet de populo appellare, & hanc communem ſententiam dicit, quam limitat aliquibus modis veluti ſi Reus eſt confeſſus, & conuictus, vel ſi ſit crimen exorbitans, in quo licet quis non ſit confeſſus, Reipublicæ intereſt, vt executioni mandetur, vt latè tradit Montalbus *in l. 1. tit. 15. lib. 1. fori*, Gloſſa *de iuſtitia*, & idem *in confeſſo, & conuicto*, vt placuit Hypolito *conſ. 48. num 6. & in l. 1. §. Diuus Antonius, num 13 ff. de quæſtionibus.* † Et eſt Textus *in l. 16. tit. 23. p. 3.* qua lege corrigitur *l. 101. & 143 ſtyli*, quibus iuribus cauebatur, quod in criminalibus appellatio non admittitur, ſed Gratianus *dicta Regula 81. num. 5.* cum Panormitano *in cap. conſuluit, de appellationibus*, & Balb. *in deciſ. 450.* † Docet quod in notoriis delictis, in quibus non ſpectatur appellatio vt *in cap. cum ſit Romana, cap. peruenit, dicto cap. conſuluit, de appellat.* ſi delinquens haberet aliquas excuſationes probabiles; debeat ei appellatio admitti; itavt ſententia non mandetur executioni. 4 5

Et addit Gratianus *dicta Regula 81. n. 3.* ex 6
dicta Regula ſumi ſententiam, & practicam, vt quando quis expreſsè conſenſit ſententiam, & poſtea appellat, dicens quod conſenſit ob vexationem carceris redimendam, ſi ex meritis cauſæ conſtat eam iniuſtam, & benè appellatum ſemper appellans audiatur, quia Reus nequit renuntiare termino defenſionis, ex Baldo *in lege cuſtodias, ff. de public. Iudic.* Angel. Aretinus *de maleficiis*, verbo *qui Iudex, § an autem, num. 5.* Felinus *in dicto cap. querenti de officio delegat. n. 4.*

Sed an Clericus admittatur appellans pro 7
condemnato in criminalibus, ſi non appellat: tractat videndus Iulius Clarus *in practicis lib. 5. dicto §. fin. quæſt. 94. num. 5. & 6.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, vt reſpon- 8
deam, præmittes quæ dico *infrà*, in verſic. *ad quartam*; Et quod Iudex Eccleſiaſticus vim faciat exequendo requiſitoriam contra tertium poſſeſſorem, primò quia ſententia non eſt mandanda executioni contra tertium poſſeſſorem, vt *ibi* dico, & patet ex noſtro Textu in verſic. *mandamus*, & facit Textus *in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus* verſic. *ſed & illud ff. hoc tit. & Textus in l 2. Cod. quando Fiſcus, vel priuatus*, quia iſte tertius poſſeſſor, nec fuit Iudicio auditus, nec aduerſus eum Iudicio principali aliquid fuit petitum: tradit Couarruuias *in cap. 16 pract. n. 3.* Ioſeph. Ludouicus *deciſ. peruſina 26. num. 15.* eo quod vbi perſona mutatur, requiritur alia cauſæ cognitio, vt *in l. cum quæritur, ff de executione rei iudicatæ*: pluribus rationibus ſequitur Ceuallos *de cognit. per viam violentiæ p. 2. q. 16. à n. 6.* prima ſententia eſt ſtricti iuris, nec extendenda, *l. Paulus reſpondit. hoc tit. l. 1. Cod. ſi plures vna ſententia.* † Secunda quia nemo eſt 9
amouendus à ſua poſſeſſione abſque citatione, & actu Iudiciali, *cap. licet Epiſcop. de præb. lib 6. l. de vnoquoque, ff. de re iudicata.* † Et in tan- 10
tùm extendit, vt habeat locum, etiamſi tertius poſſeſſor non habeat dominium in re poſſeſſa, ſed ſolùm nudam poſſeſſionem, quia adhuc ſententiæ executio eſt impedienda, vt docet Gloſſa verbo *fiat, in dicta l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus* quam ſequitur Bart. *in dicta l. fin Cod ſi per vim*, vel alio modo, quia poſſeſſor non conuentus; nec citatus non debet in ſua poſſeſſione turbari, etiam ex Principis reſcripto, vel Iudicis interlocutione.

Ex

11 Ex quo infert Iason *in dicto § si super rebus, n. 8.*
quod quando mouetur quæstio de sola posses-
sione, ipsa sola per se debet impedire executio-
nem sententiæ, sequendo Glossæ sententiam, *in*
dicto §. si super rebus, quam dicit esse communi-
ter probatam; idem tenet Abbas *hic*, vbi dicit
quod quando contradictor mouet controuer-
siam solùm ratione possessionis, potest impedire
executionem sententiæ cum contradictio, &
oppositio tertij solùm respiciat possessionem, &
non rei dominium.

12 Et quemadmodùm si condemnatus in vna re,
si executio fiat in alia, potest se opponere, &
impedire executionem; argumento Textus *in l.*
si quis stipulatus fuerit decem in mille, ff. de solutio-
nibus, similiter etiam condemnatio facta contra
tertium, non debet mandari executioni contra
Sempronium, & si de facto mandetur erit legi-
timus contradictor ad impediendam executio-
13 nem sententiæ. † Et ad probandam possessio-
nem, sufficit summaria rei cognitio, vt tradit
Couarr. *pract. cap* 16. *n.* 4 Abbas *hic. num.* 7. per
Textum *in cap. veniens de Testib.* Natta *cons.* 412.
n 8. *vol.* 1. Rolandus *cons.* 5. *lib.* 2 D. Ludouicus
Peguera *decis.* 215. *num.* 7. ibi, *& constando de*
dicta possessione, etiam semiplenè est impedienda
executio sententia, quia solùm cognoscitur de mere
14 *facto possessionis.* † Et Iason *vbi suprà num.* 9. ait
quod si executio de facto facta fuerit, de facto
reuocari debet.

15 Imò & poterit iste tertius à sua possessione
sic ejectus illam incontinenti recuperare pro-
pria authoritate, vt *in l.* 3. *§. cum igitur. ff de vi,*
& vi armata Rolandus *cons* 5. *num.* 12. & faciunt
quæ longè adduxi *suprà in cap. olim* 12. *de restit.*
spoliat. quia Iudex nunquam habet animum præ-
iudicandi tertio possessori, & sic dicitur in his
16 casibus, *sine praiudicio tertij possessoris.* † Et ob
hanc causam dicit vnum notabile idem Iason *in*
l. iustè possidet, ff. de acquir. possess. num. 9. *in fine,*
quod missio facta per Iudicem in possessionem,
non citato possessore non priuet eum sua posses-
sione ex defectu voluntatis, & intentionis ipsius
Iudicis, qui non intendit tertio præiudicare, vt
in l. fin. Cod si per vim, vel alio modo: Ita Baldus
cons 149. *lib.* 3. *in fine* Crauetta *cons.* 235. *in* 2. *p.*
Roland. *dicto cons.* 5. *num.* 12. *lib.* 1.

17 Quod ampliatur etiam si iste tertius possessor
esset prædo, & iniustè possideret iuxta ea, quæ
adduxi *suprà in cap in litteris* 5. *de restitutione spo-*
liatorum, quia eo non audito, nec citato, non de-
bet, neque potest per executionem rei iudicatæ
à sua possessione expelli; imò si spolietur est an-
te omnia restituendus, vt dixi *in d. c. in litteris,*
& probat Textus *in l. colonus, & in l. cum fundus,*
ff. de vi, & vi armata, l. 1. *§. qui vi, ff. eodem tit.*
tit. vbi qui vi deiectus est, debet damnum recu-
perare, & reducendus est ad pristinum statum,
in quo erat antequam fuisset dejectus; ita Me-
nochius *de recup. possess. remedio* 1. *n.* 11. qui lo-
quitur de prædone, Anton Gabriel *de citatione*
concl. 1. *n.* 69. *limit.* 9. Guid. Pap. *cons.* 13. Neuizan.
cons 81. Hypol de Marsil. *in l. de vnoquoque n.* 37.
ff. hoc tit. Ceuall. *de cog. per viam viol. dicta* 2 *p.*
dicta quæst. 16. *num.* 20.

18 Ad tertiam quæstionis partem dico regulari-
ter agi non posse contra tertios possessores, nisi
excusso principali possessore, decisum testatur
Capic. *decis.* 54. Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 45.
Andr. Gail. *obseru.* 27. *lib.* 2. quo loco ampliat Re-
gulam in sex casibus. † Tamen excussionis ex- 19
ceptio cum dilatoria sit opponi debet ante litem
contestatam, Osasc. *decis* 44. Guid. Pap. *decis.* 570.
Capel. Tholos. *decis.* 81. Rota Genuens. *decis.* 78.
aliquid per Boër. *decis.* 221. Papon. *lib.* 10. *tit.* 4. *ar-*
resto 21. Gaillius *obseruat.* 27. *lib.* 2. Riccius *col-*
lect. 1079. *ad Textum in l. hoc si debitor, Cod de pi-*
gnor. Et quid si opponatur post litem contesta-
tam, Puteus *decis.* 188. *lib.* 1. † In nonnullis ta- 20
men casibus opponi non potest exceptio hæc
pro vt primo stante iuramento Borg. *decis.* 27.
licet contrarium teneat Capella Tholosana, *in*
decis. 139. pro cuius contrarietatis conciliatione
videbis Thesaur. *decis.* 166. † Secundò si debitor 21
principalis soluendo non sit notorie, Afflictis *de-*
cis. 318. Capell. Tholos. *decis.* 197. Verall. 272.
p. 2. & notorium quod quis non sit soluẽdo pro-
batur per librum æstimi, Guid. Pap. *decis.* 432.

Tertiò non potest opponi, quoties agitur in- 22
ter Mercatores; Boërius *decis.* 221. aliquid per
Ludouicum *dicta decis* 45. *n* 12. † Item cessat si 23
illi specialiter fuerit renuntiatum, idem Guid.
Pap. *decis* 94. † Item quando adest difficultas 24
in exigendo. † Item fideiussores de iudicato 25
soluendo Boër. *decis.* 227. Papon. *lib.* 10. *tit.* 4.
arresto 14. *&* 26. † Item vbi in instrumento 26
adesset pactum de capiendis bonis propria au-
thoritate, Capicius *decisione* 54. Guido Pap.
decis. 431.

Item contra absentem non potest opponi ex- 27
ceptio discussionis, Ioseph. Ludouic. *decis.* 21.
Gaillius *obseruatione* 27 *lib* 2. & quis dicatur ab-
sens, vide Rotam Genuens. *decis.* 49. & quomo-
do probetur, vide Franciscum Marcum *decisio-*
ne 231 *parte* 2.

Ad quartam quæstionis partem an aduersùs 28
tertios possessores executio procedat, regulariter
respondetur ex adductis *n. præcedenti* in versic. *ad*
tertiam, igitur tertius singularis possessor exe-
qui non potest, non enim aduersùs tertium exe-
cutio locum habere potest, siue ea ex re iudica-
ta, siue ex contractu guarentigio petatur, cum
constet ex nostro Textu rem inter alios actam,
aliis non nocere, *l. sæpè* 63. *ff. hoc tit. & in Cod.*
res inter alios actas, vel iudicatas, aliis non noce-
re, *l* 20. *tit* 22. *p.* 3. Bartol *in l.* 3. *Cod. de pignor.* vbi
dicit sic procedere, siue ex personali, siue ex rea-
li actione agatur, Parlador, cum aliis 4. *p* § 5. fa-
ciunt iura *in l. nam postea* 4 *§ fin. & l. seq ff. de in-*
rem verso l si superatus 3 *§.* 1. *ff. de pignor. l.* 1. *&* 2. *C qui-*
bus res iudicata non noceat; videndus Pichard. *in*
manuduct. ad prax. 2 *p. præcepto* 2. *& ibi n.* 6. † Vbi 29
accipit tertium possessorem hoc loco, qui non
est hæres, vel successor ex asse, vel ex parte illius
in quem exequendi ius competit, sed rem singu-
lari titulo nactus est, vt Legatarius, Donatarius,
Emptor, & similiter ex sententia Textus *in l qua-*
dam 8. *§. nihil interest ff. de edendo, l si hæredit* 32 *ff.*
mandati, §. legatariis inst de Testam ordin.

Verùm eum is, qui ex titulo nullo, & à lege 30
probato possidet pro possessore non sit, & aliena-
tio habeatur, ac si non fuisset facta eo casu, Bart.
in d. l 9. *n.* 23. scripsit aduersùs eum executionem
dandam, ita superiorẽ regulam limitando. Et sic
secundo porrigitur executio aduersus tertiũ dolo
possidentem, seu nascentem rem aliquam, Zin.
in l. 1 *q* 9. *C de alien. iudic.* si dolus in executionis
fraudem, & quando iam lis pendebat commissus
fuit, nec aliàs obstet Bart. doctrina *in d l* 3 *n* 23. *C.*
de pig. † Item & tertio locum habebit exceptio 31

aduersus tertium possessorem, qui simulatum contractum celebrando rem fuerit nactus, cum talis sit nullius momenti ex *l. nuda 65. ff. de contrahenda empt. l. 2. Cod. plus valere*, quod agitur, & aliis nonnullis modis limitatur à Pichardo *dicto*
32 *precepto 2 à n. 7* videndus vsque ad finem. † Qui *n. 17. & 18.* ait vt quamuis aduersus tertios oppositores, non possit agi Hypothecaria, nisi excusso prius principali debitore, *Auth. hoc nisi debitor, C. de Pignor.* videndus Parlador. *lib. 2. rerum quotid. 4. p §. 7.* vbi longè agit de executione: tamen si pactum de non alienando adiiciatur, ait tunc tertium possessorem, etiam principali, non excusso conueniri posse ex Bart. Roderic. Suarez,
34 Baldes. Guttiert. & aliis. † Idem Pichard. videndus *à n. 29. 30. & 31.* vbi quando aduersus tertium oppositorem in contractu censuali locum haberi possit, vbi vbertimè hæc & alia scribis videndus *in toto illo precepto* 2. alia applicabis quæ dico *q. sequenti.* versic. *ad primam.*

QVÆSTIO XI.

An si tertius habuit notitiam litis, & controuersia, & noluit comparere pro suo interesse sibi praiudicet tali modo quod si postea compareat pro suo interesse ad impediendam executionem non sit audiendus: Et an tertius impediat executionem, qui habeat contra Reum similiter viam executiuam, dum contendit se esse priorem, & potiorem quam ille qui contra eundem Reum executionem petierit, & obtinuerat, vbi de tertiis oppositoribus via executiua?

SVMMARIVM.

1 *Sententia tertiò praiudicat quando lis esset inter alios, & super re tertio tangenti, si ipse sciat, & taceat.*

2 *Tertius vt praiindicetur, etiam sciens, tutum est vt citetur, & n 3. 4. & 5. remissiuè de nonnullis dubiis.*

6 *Tertius oppositor quis remissiuè & n. sequent.*

7 *Executiua via impeditur à tertio oppositore petente in Iudicio, & allegante se habere causam potiorem, quam alij creditores, & proceditur via ordinaria, num. 8. & 10. limitatur numero 11.*

9 Cap. constitutus de Testibus.

10 *Tertius oppositor hodie non habet necesse, vt audiatur summarim probare de iure seu interesse quod habet, nisi alleget bona esse sua, vt non debitoris executati, num. 11.*

12 *Oppositor tertius non impedit viam executiuam si calumniosè se opponat, vt retardetur executio, vel si debitor est soluendo omnibus suis creditoribus, n. 13. vel si primus litigator tantũ peteret pignera in causã iudicati, n 14. 15.*

15 *Tertius se opponens, pretendens solum ius pignoris, & prioris hypotheca, non impedit executionem factam ad petitionem alterius posterioris.*

16 *Via executiua facta ordinaria & oppositione tertij non omninò extinguitur quoad decisionem causa, vbi de praxi à Iudice procedendi, numero 17. 18.*

18 L. 41. tit. 4. lib. 3. recopilat.

AD primam quæstionis partem video di- 1
scordare DD. nam Boërius, & ab eo citati,
in decis. 79. expressè resoluunt tertium in hoc ca-
su non esse admittendum probata scientia, tamẽ
Couarr. *pract. c. 13. n 7. & 8.* dicit quod non noces
tertio scientia sententiæ, si in Iudicio non tracte-
tur de iure ipsius, ita declarans Textum *in c pen.
huius tit.* & Textum *in l. sapè ff. hoc tit.* sed Ceuall.
de cognit. per viam violentia p. 2 q. 16. à n. 12. vt cõ-
cordet has opiniones, dicit quod tunc sententia
tertio præiudicat, quando in Iudicio inter debi-
torem, & creditorem ageretur de iure tertij. quia
tunc taciturnitas, & scientia litis habetur pro
consensu, & sibi imputet tertius si non contra-
dixit; si vero in Iudicio nihil actum sit de iure
tertij; tunc scientiam, vel ignorantiam litis mo-
tæ illi non præiudicare ait; sic tenent Alex. *in
d l. sapè* verbo *sed scientibus n. 8.* per Textum *in c.
quamuis*, vbi Felin. *n. 3 hoc tit.* † Et sic ait in tali 2
casu tutiùs esse, vt tertius possessor rei litigiosæ
citetur, vt vna sententia omnes condemnentur,
& tunc non dicetur tertius, sed Reus condemna-
tus, vt tenet Andr. Gayl. *in obseruat. 70. n. 26 & 27.*
dicens quod ita in camera imperiali practicatur,
& esse salutare consilium, si Actor de Iure suo
non dubitet aliàs secùs, & videbis latè agentem
eundem Ceuall. *d. q. 15. à n 26. & 28.* & 38. † Vbi 3
quid dicendum si lis mota sit super actione per-
sonali super recuperatione alicuius debiti, vt pu-
ta; quando agitur contra debitorem, vt soluat
pecuniam. † Et quid si actio deducta sit realis, & 4
ipsa res sit affecta ratio reali, & litigiosa, & nihi-
lominùs alienetur in fraudem creditoris lite pen-
dente. † Et quid si contingat dictam alienatio- 5
nem ex mandato Iudicis factam fuisse, & sic non
ex causa voluntaria debitoris, sed ex causa neces-
sária, & idem Ceuall. *ibi n. 42.* affirmat exequi
non posse sententiam contra tertium, qui possi-
det rem debitoris lite pendente.

Ad secundam quæstionis partem, quia in ter- 6
minis longè agit Carleb *de Indic. p. 2. lib. 1. tit. 3.
disp. 12.* Ideò ad illum recurres, vbi infinitos re-
fert agentes de oppositoribus, quos in fine huius
tractationis referam, & pro corunide de tertiis
oppositoribus circa impediendam viam executi-
uam: videbis quæ subsequuntur.

In quo aduertendum est primò processum; 7
seu causam executiuam agitatam inter credito-
rem eius hæredes, vel successores solere aliquan-
do per aliam tertiam personam comparentem in
Iudicio turbari, eo quod alleget se aliquod Ius
speciale habere aduersùs bona debitoris execu-
tati à principali creditori, veluti si alleget se ha-
bere causam potiorem. † Et tunc praxis est, vt 8
suspendatur terminus viæ executiuæ, & in causa
cum tertio oppositore prosequatur via, & for-
ma ordinaria; itavt termini ordinarij respectu
ipsius tertij oppositoris datur creditori, & aliis,
& articuli porriguntur; & testes, & instrumen-
ta producuntur, docent Castillus *in l. 64. tauri,
n. 65.* Auendañus *de exequend. cap. 26. n. 6. p. 6.*
Parlador. *rerum quotid. cap. fin. p. 5. §. 10. num. 22.*
Paz *in praxi c. 4. n. 1.* Guttierr. *in l nemo potest ff. de
legatis 1. n. 390* versic. *secundo ex illo.* † Dicens 9
pro hac sententia facere Textum *in c. constitutus
de Testib.* quem quotidie practicari affirmat Sua-
rez *in repetitione, leg. post rem Iudicatam in de-
claratione legis Regni, limitat. 2. numero 2. ad
finem*, vbi est casus quod si tertius compareat
pro suo interesse ad processum agitandum inter
duos potest producere Testes post publicationẽ.

Et

10 Et licet ad praxim prædictam doceant Couarr. *pract. cap.* 16. *num.* 1. Parladorius *dicto lib.* 2. *quotid. cap. fin. p.* 5. §. 11. *n.* 59. Paz *vbi suprà c.* 4. *n.* 2. vt debeat procedere aliqua informatio summaria de tertij interesse; itavt ille tertius intra breue tempus de iure suo doceat per Textum, *in cap. veniens* 2. *de Testibus*, vbi Panormit. & reliqui ordinarij: tamen ex Iure Regio nouiori, *in l.* 41. *tit.* 4. *lib.* 3. *recop.* non est necesse, vt tertius hic oppositor antequam audiatur, doceat summatim de iure suo, sed causa incontinenti recipitur ad probationem cum termino ordinario, & de via executiua efficitur ordinaria: sic iam citati, & Azeuedus *in dicta l.* 41. *n.* 1. Rodriguez *de executione cap.* 8. *num.* 4. qui alia adducit ex
11 multis. † Vbi *num* 11. ait quod si tertius oppositor executioni factæ in rebus debitoris comparеat in Iudicio, asserens bona illa, in quibus facta est executio sua esse, & non debitoris, & sic super hoc controuersia moueatur; tunc summatim Iudicem de hac cognoscere, & veritatem inquirere: sic ex Consulto *in l. a Diuo Pio* §. *si super rebus* vers. *est illud, ff hoc tit. l.* 3. *tit* 27. *p.* 3.

12 Relata tamen doctrina, nempè, vt ex comparitione tertij oppositoris via executiuè tractata reddatur ordinaria limitatur tripliciter. Primò si oppositio tertij sit calumniosa eo fine facta, vt retardetur executio; tunc enim nec est admittenda oppositio ex Textu *in cap. suscitata* 6. *de in integ. restit.* sic Couarr. *dicto cap.* 16. *num.* 2. Auendañus *de exeq. p.* 1. *cap.* 16. Parlador. *suprà*, Rodriguez *dicto cap.* 8. *num.* 2. versic. *cæterum*, vbi alios refert; præter quos Peguera *decis.* 7. *n.* 22. *p.* 2. Gayl. *pract. lib.* 2. *obseruat.* 69. *n.* 5. *&* 6. *& obseruat* 70. *n.* 26. Matesc. *variar. resol. lib.* 2. *c.* 121. *n.* 15.

13 Secundò limitatur in casu, quo debitor est idoneus, & soluendo vtrique Creditori, & habet plura bona, quam capta in causam iudicati in prima executione, nam tunc sunt relinquenda pignora controuersa, & alia capienda iuxta Textum, *in dicta l. a Diuo Pio*, § *sed & illud*, & *ibi* tradita à Doctoribus. Cum quo Textu de Iure Castellæ conuenit *l.* 3 *tit.* 27. *p* 3. & ita faciendum esse tradit Parlador *lib.* 2. *rerum quotid. cap fin. p.* 5. *n.* 60. Carleual. *dicta disp.* 12. *tit.* 3. *p.* 2. *de Iudiciis, num.* 15. vbi dicit quod in isto casu non impeditur prima executio per oppositio-
14 nem tertij. † Tertiò si primus litigator non peteret sibi solui, sed pignora in causam iudicati capta vendi, vt de pretio satisfiat ei, qui pauciora iura habuerit auditis super pretio, tam ipso, quam tertio oppositore, non debet impediri bonorum venditio à quocumque petatur, etiamsi alter contradicat: Nam cum actus venditionis sit omnibus vtilis, qua fronte poterit recusari, impediri, aut contradici; ita ex Textu *in dicta l. à Diuo Pio*, §. sed & illud in versic. *quod si res:* tradunt Negusant. *de pignor. p.* 6. *membro* 1. *n.* 30. post Bartol. Alex. & Iasonem Fabrum *in l. si eo tempore n* 4. *Cod. de remiss. pignor.* Tuschus *littera C, conclus.* 1059. *num* 4. *& littera E, conclus.* 489.
15 *num.* 2. † Et sic elegantissimè Gregorius Lopez *in l.* 11. *tit.* 14. *p.* 5. *in Glossa* 2. *in fine*, ait quod si tertius se opponat prætendens solùm ius pignoris, & prioris hypothecæ sibi competere in bonis debitoris, & controuersia super hoc oriatur, non impediri executionem factam ad petitionem alterius creditoris, licet sit posterior in hypotheca, nec etiam rei captæ in causam iudicati venditionem impedire poterit, sed ex pretio ipsius satisfiet priori creditori, & residuum conuertetur in solutionem secundi, qui petiit executionem, tradit Rodrig. *dicta cap.* 8. *num.* 11. versic. *ex enim*, de executione.

16 Notabis autem quod & si ex oppositione tertij de via executiua intentata, & prosequuta inter Creditorem & Debitorem fiat ordinaria quoad ordinem procedendi, ex *dicta l.* 41. *tit* 4. *lib.* 3. *recopilat.* tamen quoad decisionem causæ si is, qui petiit executionem fuerit præferendus præcipiet Iudex, quod in executione pertsa procedatur sententiam additionis; hoc est *de trance, y remate* pronuntiando.

17 Idemque obseruandum esse in quocumque gradu, & loco, in quo inter Creditores, qui se opposuerunt, potiùs fuerit ille, qui executionem petiit; Nam respectu eius, & quoad solutionem debiti, semper Iudex pronuntiare debebit, quod in executione procedatur, vt sibi soluatur, nec appellatio ab aliis creditoribus interposita impediet executionem, sed ei erit satisfaciendum, vt resoluunt Paz *in praxi dicto cap.* 4 *num.* 7. Curia Philippica 2. *p.* §. 26. *n.* 13. Rodriguez *dicto cap.* 8. *num.* 12 vbi satisfacit obiectioni Panormitani *in cap. super eo de offic. delegati*, existimantis, vt statutum remouens appellationem, quod instrumentum guarentigium non censeatur remouere quoad tertium opposito-
18 rem. † Nam *dicta l.* 41. *tit.* 4. *recop.* loquitur tantùm quoad ordinem procedendi, vt dictum est.

QVÆSTIO XII.

An tertius oppositor possit se opponere executioni sententiæ, vel instrumenti coram Iudice requisito, aut executore: Et an eo casu Iudex requisitus, seu Executor debeat processum oppositionis instruere, & remittere ad Iudicem requirentem, seu principalem, an verò potius possit causam oppositionis definire: Et an exceptio à tertio sit proponenda coram Iudice ordinario, qui sententiam tulit, vel coram delegato, vel ordinario ipsius sententiæ: quid de exceptione falsitatis, & qui Doctores agant de tertius oppositoribus?

SVMMARIVM.

1 *Tertius se opponere potest coram Iudice requisito aut executore, & distinguuntur duo casus n.* 2. 3. *& sigillatim à n* 4.

4 *Requisitus Iudex cognoscit, cum tertius se opponens allegat se possidere bona, in quibus à Iudice requisito, seu executore facta est executio, & de omnibus exceptionibus.*

6 *Executor potest decidere controuersiam super pignore capto in causam iudicati.*

7 *Executor nequit cognoscere etiam requisitus cum tertius oppositor allegat, & contendit sibi deberi, & cumpralatione, & tunc debet causam remittere ad Iudicem requirentem, & si cognoscat de oppositione, n* 8.

9 *Continentia causæ in concursu creditorum non est diuidenda.*

10 *Exceptiones quæ contingunt causam principalem non sunt tractandæ à Iudice requisito, sed à requirente, & num* 11.

12 *Executori non committitur causa cognitio, cognoscit tamen de exceptione, quod res non est debitoris, sed propria.*

13 *Executores possunt cognoscere de dominio, & de illis rebus, in quibus facienda est executio num. 14.*

15 *Executor quit admittere exceptiones falsitatis oppositas, aut nullitatis à tertio oppositore, non vt cognoscat, sed vt remittat ad requirentem Iudicem.*

16 *Tertij oppositoris materiam qui tractent.*

1 AD primam difficultatis partem, supposito tanquam vero, & indubitato posse tertium qui se opponit executioni, proponere oppositionem suam coram Iudice requisito, aut Executore, & ab eo audiri & de exceptionibus eiusdem oppositis contra executionem ab eo cognosci, iuxta quæ latè tradit Menochius *de arbitrariis lib.1. q.* 38. respondeo distinguendos
2 distinguendos esse duos casus. † Primus quando tertius se opponens executioni allegat se possidere bona, in quibus à Iudice requisito, seu Executore facta est executio, & sic esse executum in bonis alienis, non propriis debitoris condemnati.

3 Secundus casus est cum tertius opponit, & allegat exceptiones tangentes sententiam, & causam principalem, vt si allegaret nullitatem sententiæ, vel instrumenti; vel diceret se esse præferendum ei, pro quo sententia lata est, & qui impetrauit litteras hortatorias ad Iudicem requisitum pro facienda executione, seu commissionem datam Executori; Et sic iste Executor prætenderet habere priorem hypothecam in rebus debitoris, quam litis victor apud requirentem.

4 In primo autem casu poterit Iudex requisitus non solùm de oppositione cognoscere, sed etiam eam decidere, & definire; itavt opus non sit remittendi causam ad Iudicem requirentem, ex eo quia ista exceptio non impugnat sententiam, nec ei aduersatur, sed illam quasi modificat, & sic frustrà haberetur recursus ad Iudicem requirentem longissimè fortassis distantem cum maximo oppositoris dispendio, qui nec Iudici requirenti subditus est, nec se illi subiecit, aut submisit: sic docent Zasius *in l. à Diuo Pio*, § *sententiam, n.5.* versic. *& ita de similibus casibus, ff. hoc tit.* Menoch. *dicta q.* 38. *n.*8. Couarr. *pract. cap.*16. *n* 5. Larrea *decis.*82. *ex n.*4 Salgadus *de Regia protect. p.*4. *cap.*6. *n.* 85. Paz *in praxi tom.* 1. 4. *p. cap.* 4. *n.* 7. versic. *aduerte etiam*, qui dicit se semel, & iterùm in praxi obtinuisse: sequitur Carlebalius *de Iudiciis p.*2. *tit.*3. *disp.*17. *n.* 20. vbi dicit quod duo vltimi DD. loquuntur de hoc casu, & comprobat ex Ignacio del Villar *in silua respons. lib.*2. *respons.*16. *cap.*4 *n.*20. Peguera *decis.* 8. *ex n.*3. *p.*2. Cancer. *variar. cap.* 2. *p.*2. *n.* 246. versic.
5 *quæro* 28 *& n* 147. † Azeued. *in l.* 6. *n.* 6. ex versic. *ibi hagalo executar* cum *n.*7. *&* 8. *tit.*17. *lib.*4. *recop.* qui loquitur generaliter de omnibus exceptionibus allegatis à tertio oppositore coram Iudice requisito, etiam de nullitate, & Couarr. censet hoc probari, ex *dicta l. à Diuo Pio*, § *si su-*
6 *per rebus*, cum quo conuenit *l.*3 *tit.*27. *p.*3. † Vbi Executori conceditur, vt possit decidere controuersiam ortam super pignore capto in causam iudicati., & Iudici requisito, Bartolus *in dicta lege à Diuo Pio, numero* 6. quæ comprobantur ex adductis *suprà in capite* 5. *hoc Titulo.*

In secundo autem casu, quamuis iste tertius 7
oppositor non directo impugnet sententiam latam pro victore per indirectum ei aduersatur, quatenùs contendit non potuisse iustè ferri, si ipse opportuniùs coram requirente comparuisset & quod consequens est ista exceptio tangit causam principalem, in qua tractatum est an debeatur, & cui debeatur, iste autem oppositor contendit sibi deberi, & deberi sibi cum prælatione alterius, cum ista quæstio non veniat in examinatione executionis, vt rectè docuit Bartol. *in l. cum fideicommissum* 7. *n.*3 *ff. de confessis.* † Ideò in 8
hoc casu censeo Iudicem requisitum, aut Executorem posse cognoscere de oppositione, non vt eam definiat, sed vt processum instructum remittat ad Iudicem requirentem, aut principalem vt eum definiat, & causam oppositionis decidat ad eundem enim Iudicem pertinet agere de concursu creditorum, qui Reum habentem plures Creditores condemnauit, & constituere quemlibet in suo loco, & gradu respectu bonorum debitoris, ex quibus sunt satisfaciendi. † Non 9
enim debet diuidi continentia concursus plurium creditorum, *l.*1. *&* 2. *ff. de quibus rebus ad eundem Iudicem eatur, l. nulli, Cod. de Iudiciis*, de quo latè Carlebalius egit *dicta parte* 2. *de Iudic. tit.*2. *disp.*2. *n.*1. *&* 5. & hanc resolutionem iuxta hunc casum secundum colligit ipse, seu comprobat, *dicto tit.* 3. *disp.*17. *n.*21. ex dictis *ibi, n.*12. *&* 15.
† Vbi agit de exceptionibus recipientibus me- 10
rita causæ, & de restitutione nullitatis, aut restitutionis contra sententiam de quibus egi sub Rubrica *de exception.* quæ cum tangant causam principalem, non sunt decidendæ à Iudice requisito, sed requirente, vt iam dixi suprà *in dicto cap.*5. *hoc tit.* tenent Larrea *decis.*82. *n.*3. *&* 9. Peguera *dicta decis.*8. *n.* 6. *&* 7. *p.* 2. Ignacius del Villar *dicto responso* 16. *n.*4. *&* 20. & hoc est verum, & si Azeuedus *vbi suprà in d. l.*6. *lib.* 4. *recopil.* sine fundamento contra communem Doctorum sententiam proruperit,

Ad secundam quæstionis partem quæ est illa- 11
tio, seu sequela procedentis, communiter docent DD. non esse proponendas exceptiones coram Iudice Executore, sed coram ordinario, qui sententiam tulit, ad quem omnia acta sunt remittenda, & spectanda eius determinatio, interimque in executione esse supersedendum per Textum *in dicto cap. de cætero* 5. *hoc tit.* vbi Abbas *n.*8. *& in cap. pastoralis*, §. *quia verò n.*3. *in fine de officio deleg* Bartol. *in l. si Prætor num.* 1. per illum Textum, *ff de Iudiciis*, Vantius *de nullitate sententiæ tit.* coram quo nullitas proponenda sit, *n.*22. cum aliis Andreas Gaylius *obseruat.*123. *n.*7. Ceuallos *de cognit. per viam viol. p* 2 *q.*16. *n.*43. ante omnes Speculator *tit. de executione sententia*, § *fin. o.*11. † Et ratio est quia Executori non com- 12
mittitur causæ cognitio, sed executio; quod qualiter procedat dixi *suprà in dicto cap. de cætero*, alia longè adducit idem Ceuallos, & *à num.* 44. vbi probat, seu temperat in exceptione; quod non debitoris est, sed propria, de qua dicit eam proponi posse coram Iudice executore ad impediendam requisitoriam.

Et addit *n.* 45. quod Executores possunt co- 13
gnoscere de dominio, & proprietate rerum, quia hæc cognitio non aduersatur sententiæ, sic ex Bartolo *in dicta l. à Diuo Pio num.* 6. de quo testatur Couarr. *dicto cap.*16. *pract. num.* 5. comprobat

probat ex aliis multis Ceuallos, qui *num.* 47. ex
14 eodem Bart. *in d.l. à Diuo Pio, num.* 16. † Ait quod executor sententiæ ab alio latæ, & cui executio tantum commissa est, potest cognoscere de illa quæstione, in quibus rebus sit facienda executio, quia ista non respicit merita causæ principalis, nec illo modo aduersatur sententiæ, nec opponitur Iurisdictioni superioris Iudicis, vel æqualis, vt *in l.* 1. *Cod. de iuris, & facti ignorantia*, & Videndus est Menoch. *de arbitr. dict. quæst.* 38. *num* 8. *&* 16. & *in ibi, & in dict. quæst.* sex casus distinguit, ad quem Iudices, & aduocati possunt recurrere, cum lis de facto contingat: Videndus Cancerius *variar. resol. cap.* 2. *de iurisdict. num.* 247. Chacherranus *decis.* 8. *num.* 14. Ioseph. Ludouic. *dec.* 26. *num.* 15. D. Ludouic. Peguera *in decis. ciuil. in decis.* 138. *per totam.*

15 Ad tertiam partem, & similiter ex dictis respondetur, vt si exceptio falsitatis opposita sit coram executore per tertium oppositorem, seu nullitatis exceptio: tunc possit executor eas admittere, non ad effectum Iudicandi, sed vt omnia remittantur ad Iudicem, qui sententiam tulit: sic Bartol. *in dict. l. à Diuo Pio, num.* 9 Alexander *num.* 10. Iason *num.* 16. Felinus *in dict. cap. pastoralis*, §. *quia vero*, *& in dict. cap. de cætero*, *hoc tit.* vbi ego late adduxi, & alibi facit Textus *in dict. l. si prætor*, §. *Marcellus*, *ff de iudiciis*: alia adducit Videnda ipse Ceuallos *supra d. q.* 16. *n.* 50. vbi impugnat, *n.* 51. *&* 52. opinionem Imolæ *in d. l. Diuo Pio*, in contrarium loquentis.

16 Ad vltimam de Doctoribus, qui agunt de tertiis oppositoribus, vt vberius hanc materiam attingas Videbis Couarruuias *in pract. cap.* 13. 14. 15. *&* 16. Trentacinquium *lib.* 2. *variar. tit. de indiciis resol.* 16. Gaylium *lib.* 1. *obseruat.* 70. 71. *&* 72. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *cent.* 1. *casu* 18. Tepatum *in compendio variar. tit.* 90. *& tit.* 278 *cap.* 9. Scaccia *de appellat quæst.* 17. *limit.* 6. *memb.* 4 *ex n.* 51. Roland. *cons.* 5. *vol.* 2. Barbosam, *in l si alienam* 12. *ex n.* 16. *& in l. Titia* 35. *n.* 7. versic. *item & secundo, ff. soluto Matrim.* Bernard. Diez *in reg.* 266. Dueñas *reg.* 174. Riccius *collect.* 1257. Beninten. *decis.* 75. Chacherranus *decis.* 38 Caualcan *decis.* 17. *n.* 37. Ioseph. Ludouic. *decis perus.* 26. Franchis *dec.* 261. *& dec.* 492. Cartarius *decis.* 52. Surdus *decis.* 335. Peguera *decis.* 7. *&* 67. *p.* 2. Castillo *decis.* 220. *lib.* 3. Valascus *consult.* 55 Fabius de Anna *cons.* 97. *&* 98. *lib.* 2. D. Franciscus Merlinus *controuers. forens. c.* 30. Salgadus latissime, *de reg. protect. p.* 4 *cap.* 0. *ex n.* 56. Giz Zarell. *decis.* 41. & Doctores legistæ tractant, *in l. cum idem penult. ff. de petitione hæreditatis*, *& in l. à quo* 57. *ff de rei vindicat. & in d. l. à Diuo Pio* 15. §. *si super rebus*, *&* §. *sed & illud*, versic. *quod si res*, *ff. hoc titulo*, Canonistæ *in cap. veniens* 38. *de testibus*, *& in Textu nostro*, vbi Felinus tradit sex limitationes ad Textum, *in dicta l. is à quo.*

QVÆSTIO XIII.

An tertius possit finire Iudicium cœptum, cum aliquo principali defuncto in causis nobilitatis, seu puritatis sanguinis?

SVMMARIVM.

1 *Puritas sanguinis quibus probetur remissiuè.*
2 *Tertius oppositor queit finire Iudicium cum aliquo defuncto, seu viuo desistente seu inuito, vt finiat, si sua interest.*
3 *Defuncti status agitur, non propter defunctum, sed propter viuentes.*
4 *Consanguineis interest informationes puritatis cœptas finiri, ne posteris relinquatur memoria iniustæ generationis.*

IAm *supra in cap.* 33. *de testibus, quæst.* 2. versic. *ad secundam, à num.* 10. egi de numero testium, quo sanguinis puritas queat probari; item *& in c.* 47. *quæst.* 3. *à num.* 1. egi de quæstione an per testes de auditu, & an Iudices electores in causa nobilitatis, seu puritatis sanguinis, possint inquirere post sententiam, dixi *in cap. cum dilectus de fide instrum. quæst.* 3. versic. *ad secundam num.* 10. item ad propositum nostri dubij applicabis quæstionem, de qua *in cap. penult. de foro compet* an Iudicium cœptum ex instantia vnius, possit ex instantia alterius terminari, *ibi*, *quæst.* 18. & ad aliam, *quæst.* 19. item. 1

Vnde iam respondeo in casu nostri dubij posse tertium, cuius interest finire Iudicium cœptum cum aliquo principali eo defuncto, aut viuo, & desistente, aut etiam eo inuito Iudicium suscipere, & reassumere ad illud finiendum ex *l.* 1. vbi Aluericus, *l. cognitio* 8. *l. si pariter* 9 *ff. de liberali causa*, *l. principaliter* 14. *l. principalis* 19. *& ibi*, *Glossa vltima*, *Cod eod* idem probat Textus *in l. si suspecta* 29 *ff. de in offic. testam.* vbi Glossa verbo *ad esse*, item Textus *in l. quamuis* 3. *C. ne de statu defunctor l si is qui* 3. *l. quamuis* 5. *C. si pend. appell. mors interu. l. vlt. C. de assert. toll.* facit, Textus *in l ab executore* 4. §. *actio condemnato*, *ff. de appell.* sentit Fulgos. *in l. ad proband* 18. versic. *ex l principaliter C. de liberali causa*, Bald. *ibi n.* 5. † Vbi ait, *nota quod de statu defuncti potest agi, non propter defunctum, sed propter viuentes*, & in *l. princip. la* 2. *num.* 1. ait: *tu nota istam solemnem, quod quoties aliqua causa agitur cum aliquo, cuius euentus mihi præiudicare potest, possum ego probationem inducere, etiam inuito eo, cum quo negotium principaliter agitur:* facit etiam Doctrina Felini *hic num.* 11. versic. *etiamsi*, & in specie hac docent cum multis Valenzuela *consilio* 95. *ex num.* 27 Ponte *cons.* 6. *ex num* 31. *vol.* 1. *ibi ex num.* 39. tradit qua forma sit proferenda sententia pro tertio, Otalora *de nobilitate* 2. *p.* 3. *princ. cap.* 6. cogerit alia Carleual *de iudic p* 1 *tit.* 2. *disp.* 3. *n.* 3. 4. *&* 5. † Eo quod interest omnium consanguineorum informationes cœptas exitum habere, ne posteris relinquatur memoria iniustæ generationis, iniquitatis, & impuritatis nota: faciunt optima Iura *in l filio* 31. § *Seia ff de adimendis legatis*, qui vnicus est in iure, *l.* 1. §. *quoties*, *ff. de iniuriis.* 2 3 4

QVÆSTIO XIV.

Tertius an, & quando admittatur ad impediendam executionem instrumenti, docendo de eius Dominio, & possessione rei per creditorem distrahendæ ante addictum pignus: Et an si tertius citatus suâ putauerit interesse Iure proprij fori declinatoriam opponat: Et petat principaliter citari, quamuis Clericus, vel alieni fori esset: Tertius de Dominio opponens, an possit impedire executionem causatam super eius bonis: Et an aduersùs tertium opponentem de Dominio, & possessione, possit replicari de nullitate tituli: Et an adiudicatio facta per creditorem, citato quatenus pro suo interesse tertio, possit per eundem tertium executiue infringi, sed alia via?

SVMMARIVM.

1 *Pignus addictum censetur, quando per Iudicem est adiudicatum, & si eius possessionis nondum sit facta, etsi aliud dicat Giurba, n.3.*

2 *Licitator, emptor, seu creditor pœnitere nequit cum pignus est distractum, vel adiudicatum, vel liberatum.*

4 *Tertius debet Ius suum opponere ante addictum pignus, tuncque summarie cognoscendum de eius iurè.*

5 *Tertius se opponere potest de Dominio, & possessione ante addictum pignus; sic vt impediat executionem, si celeriter, & in promptu doceat ex actis de Iure suo aliàs non, vt n.6 & 7.*

7 *Tertius docens in promptu de sua possessione tantum, vel de Dominio, impedit executionem, & sufficit quod summariè doceat, vt num.8.*

8 *Tertius si venit docens de possessione, & Dominio, impedit executionem trium sententiarum: fallit si iudicium iam penderet, vt n.9.*

10 *Tertius opponens de possessione sui Coloni, & conductoris, impedit instrumenti executionem.*

11 *Clericus tertius oppositor debet coram laico comparare, cognoscetur de causa, vt executionem impedire valeat.*

12 *Tertij alienæ Iurisdictionis interesse habentes possunt citari, vt compareant coram Iudice alieno qui de causa cognoscit, & n.13.*

13 *Clericus litigaturus contra laicum, citatus à Iudice laico, vt pro suo interesse compareat, non offendit Iurisdictionem Ecclesiæ nec admittitur declinatoriam opponens, vt n.14.16.& 17.*

15 *Clericus per viam competentiæ legitimæ exceptionis prouocatus, constringitur comparere.*

16 *Possessio post Iudicium incœptum cum vitio litigiosi affecta, non sufficit, vt tertius valeat declinatoriam opponere.*

17 *Possessio cum vitio litigiosi dicitur attenta, & possessor intrusus.*

18 *Clericus possessor cum citatur à laico iudice, habet posse declinatoriam opponere, quia dicitur reus.*

19 *Tertius de Dominio opponens, potest impedire executionem, si apparenter, vel probationes obtulit.*

20 *Nullitas tituli valet replicari aduersùs tertium opponentem de Dominio, & possessione.*

21 *Instrumentum rectè exequitur contra tertium titulo nullo, & lege improbante possidentem.*

22 *Tertius nequit executionem impedire, si principalis cum vitio litigiosi, aut dolo desierit rem possidere, & si in promptu doceat de Dominio, & possessione: fallit, vt n.23.*

24 *Tertius vt impedire valeat creditoris executionem, debet iustam ostendere possessionem.*

25 *Tertius contra quem processit contractus censualis executioni opponere se non potest de Dominio, & possessione nec de hypotheca tantum se opponens, vt n.26. nec impedit de personali se opponens, n.27.*

28 *Tertius opponens de hypothecaria cum constituto impedit executionem, & depositi restitutionem & de ratione, n.29.*

30 *Citatus quatenus non possidet, sed habet aliud interesse, gaudet remissione.*

31 *Adiudicatio facta à tertio, quatenus sua putauerit, interesse infringi non potest, nec reuideri ad instantiam tertij, cui adiudicatio præiudicabit: fallit, n.32.*

33 *Tertius dum non se opponit de possessione, & Dominio, sed tantùm de hypothecis, tunc via ordinaria prospicitur. Et quid si in promptu doceat de Dominio, & solet interloqui,* stent, *vt num.34.*

35 *Declaratoria nullitatis, num debeat procedere contra tertium possidentem cum vitio litigiosi.*

AD primam quæstionis partem, vt respondeamus suppono primo addictum pignus Iuxta veriorem sententiam dici, quando per Iudicem ex secundo decreto est adiudicatum; etsi eius possessionis apprehensio nondum sit facta, vel ante captam possessionem non esset Dominium rei venditæ translatum ad Textum *in l. traditionibus, Cod. de pactis*, quia secundùm decretum est perfectio adiudicationis, & distinctionis. † Et sic licitator, emptor: seu creditor, cum pignus est distractum, vel adiudicatum, seu liberatum, pœnitere nequibit, & pignus stabit eius periculo, Iudexque dicitur iam functus officio; & perfecta distractio, & venditio; pro quo applicabis plura, quæ adduxi de effectibus primi, & secundi decreti, *in cap. quoniam frequenter, §. in aliis de litis contest.* in terminis, Amato *res. 95. sub n fin.* 1 2

Et quamuis Giurba *decis.* 64. concludat pignus tantùm dici addictum post apprehensionem realis possessionis, quasi tunc dicatur perfecta distractio, referens ita decisum in consistorio, multa allegans pro vtraque parte, sed aliud quandoque responsum esse, & quidem Iuxta Iuris regulas per Glossam Mag. *in l. à Diuo Pio, §. si post, ff. de re iudic.* in verbo *cessabunt*, vbi dicitur pignus esse addictum, siue tradita sit iam possessio, siue non; dummodo contracta, & perfecta sit venditio; & sic quia à Classicis dicta Glossa canonicatur; pro vt docent Ioan. de Imola; Angel. & Alex. *ibi*, ac sequuntur ex verbis, Bartol. *in summarium ad dict. Text. in prima oppositione*. & Pauli de Castro, Iasonis, & omnium scribentium, & firmat Antonius Faber, *C. de Iure emphyt lib.4. tit.43. definit.65. n.9.* & sentiant cum aliis pluribus Cumia *ritu 99. n.107.* Ballus *ad pragm. de censib lib.5 q.2 n.2.* Mastrill, *dec.253. n.7. in princ. vol.3.* ideo secundùm decretum sufficiens dici, vt *n.1.* dictum est. 3

Secundo

4 Secundo supponitur quod ad impediendam crediturís executionem aotè addictum pignus, tertius debet Ius suum opponere iuxta Textum *in d.l.à D.Pio*, *§ si post addit ñ*, cum tunc quando antè addictom pignus, tertius venit summariè, cognoscendum sit de Iure huius tertij, & quod eius causa pariter sit executiua, sicut, & principalis, de quo, seu, an ordinariè procedatur dico *infrà* in versic. *ad quartam*.

5 Vnde iam dicendum est, vt possit tertius qoandocumque se opponere de Dominio, & possessione antè addictum pignus, sic vt impediat executionem instrumenti, si de suo Dominio, vel possessione rei distrahendæ doceret, tunc quæ pariter de Iuribus ipsius tertij, esse pariter cognoscendum, & determinandum, docet Perusin. *decis.*26. Couar. *in pract. c.*16. *num.*3. versic. *tertius*, Soler, Ducñas *regul.*274. Socin. *cons.*106. *lib.*4. Petrus Antonius Anguiola *cons.*13.*num.*35. *lib.*4. Monaldus *cons.*49. Scaccia *de appell. lib.*3. *c.*2. *quæst.*17.*limit.*6 *memb.*4.*à n.*51. Farinacius *decis.*604. *num.*3.*p.*1.*tom.*2. Giurba *decis.*62. Amato cum Carp.Roland.Craocta, Gregor Lopez, Barbosa, Abiles, Anna, Molan, Marta, Entrigliolo, Balb Rota, & aliis *res* 94. *art.*4. *&* 5. Cancer. *variar.res.*3.*c.*17. *de sentent.& execut.n.*436. *&* 548. *& res.*2. *c.*16. *de Iur. text. n.*63. Sola *ad Decretum Sabaudiæ tit. quomodo procedendum sit in executione gloss* 3. *à n.*1. *& tit. de pignor.subhasta glossa* 6. *n.*1. Costa *de re integra dist* 95.*num.*6.

6 Quod intelligunt si ille tertius coleretur, & in promptu doceret ex actis, & publicis ducumentis secus si in continenti sic non doceret, tunc enim non esse retardandam executionem, & causæ expeditionem principalis creditoris, cum tertius non veniat ad iudicium paratus, vt debet, & quia alias esset dare materiam cludendi executionem, vel dilatandi Iure creditorum, docent Octauian. Corsetus *lib.*2. *quæst* 4 *forens.* versic. *secundus casus*, Monta *ritu* 110.*num.*26.*& decis.*26. *num.*5. Intrigl *singulari* 173.*num.*22.*lib.*2. Cartarius *decis.*51.*num.*5. Giurba *decis.*62.*num.*1. Osascus *decis.*37. Rota Lucens. *diuers.decis.* Ball. *ad pragmat. de cens, quæst.*2. *lib.*5 *n.*3. Carroc. *de remedio contr. sent.except.*69.*num.*27. Auiles *in c præ'or* 16 Glossa *exequutio.n* 2. Barbosa *in l si olienam. n* 20. *ff. solut. matr.* Amato *d res.*94.*n.*5. Couar. *d c.*16. *pract. n* 3. Gregor. Lopez *ad l* 11 *Glossa* 1 *tit.*14 *p.*5. firmanter tunc in praxi soluere Iudices mediam assumere viam Iuxta hanc distinctionem.

7 Et in tantum procedet oppositio in promptu, vt docens tertius de suo Dominio tantùm, vel de sua possessione tantum, impediat executionem, vt docent Iason *in § si per rebus, d. l. à Dino Pio*, *n.*1. *in fine*, *& num* 9. Cuma *ritu* 17. *num* 107. *&* 109. Entrigliol *singul.*173.*n.*18.*&* 19. Monter *decis.*20. Couar. *d.c.*16.*num.*3. *&* 4. Boërius *decis.*255. *n.*5. Milan *dec.*12.*num.*1.*&* 65.*lib.*2. Amato cum aliis, *d.res.*94 *num.*9. qui & *num.*7. *&* 8. cum Felino *hic* in Textu nostro, *n.*18. Puto *dec* 226.*p.*2. Milan, &

8 Cumia relatis illo, *à n.*3. isto, *n.*109. † Ait quod si tertius veniret aduersùs exequutionem trium sententiarum conformium, & rei Iudicatæ, docendo de suo Dominio, & possessione, impediret exequutionem eius, etiam; imo quod sufficit, vt de Iure suo summariè doceat ad impediendam dictam exequtionem, quamuis non plene firmarunt Craueta *cons.*997.*n.*21.*lib* 6. Roland. *cons.*5. *à n.*2. *lib.*2. Gratus *cons.*16.*lib.*2. Gozadin. *cons.*103.*n.*10. Cart. *dec.*56.*n.*11. Milan *dec.*12.*à n.*3.*& n.*66. *lib.*2. late Trentacinq. *var.res.lib.*2. *tit. de Iudice res.*16. *num.*10. Cumia *ritu* 38.*num.*26 Gratian. *discept forens, c.*439 *à n.*21. Iacob de Laurent. *de iud suspecto cap.*15 *num.*175.

9 Quod si quando tertius venit docendo de suo Dominio, vel possessione, aut de interesse, Iudiciū quomodocumque penderet, seu post sententiam in prima instantia Iudicij executiui ad fauorem creditoris prolatam, tunc exequutionem sententiæ non impediri, etsi in promptu per tertium de Iure suo doceatur, docent DD. per Text. *ibi, in l. is à quo, ff. de rei vind.* dicentes tunc exequutionem sententiæ, non impediri, si per creditorem, vel cū, qui sententiam obtinuit, fideiussio de restituendo rem in casu succumbentiæ in fauorem tertij præstetur: sic Couar. *d.c.*16.*sub n.*2. versic. *his tandem*, Perus *decis.*26. *per tot.& n.*12. post Casan. *in cons. Burgundiæ, Rubr.*5.*§.*3.*col.*7. Boërius *decis* 79 *n.*2. Ducñas *reg* 274. Riccius *collect.*619. Visil. ad Afflict. *dec.*235. Anguiola *cons.*62 Menoch. *cons.*488. Anchar. Regiens *lib.*2.*q* 42. Amat. *d.res* 94 *à n.*30. dicens Textum illum procedere in beneficialibus & feudalibus cum Felino, Flauio Amendula à D. Franc. Carrocio, Afflict. & aliis, qui & alios refert pro dicta limitatione late, & bene Faq *lib.*1.*contr. c.*5. Grat. *discept forens c.*439. *n.*3. *&* 8. *& cap.*261. *n.*28 Carroc. *de remed. contr. sent. except.*69. *n* 41. *&* 42. Gaylius *lib.* 1. *obseru.*70 *n.*15.*&* 21. Mynsing. *cent.*3.*obser.*74.*n.*5. Trentacinq. *var.res.lib.*2.*de ind. res.*16.*n.*5. versic. *mouentur*, Farin. *dec.*604. *n.*2.*p* 1. *t.*2. Surd. *dec.*335 *lib.*2. Anna *alleg.*76.*n.*6.*lib.*2. qui etiam distincta docent, quando, & in quibus, casibus procedat decisio *d.l. is à quo.*

10 Sed an possessio actualis, quæ non sit penes tertium opponentem, sed penes colonum, & conductorem eius, possit impedire exequutionem, ex ostensione instrumenti locationis, & dicatur suā possessionem in promptu probasse, firmat post Couar. Carroc. *de remed. contr. sent. except.*69.*n.*36. Imo Farinac. *dec.* 63. *num.*3. *p.*1. insuper firmauit posse hanc tertij possessionem ab alio allegari, & excipi ad impediendum executionem.

11 Ad secundam quæstionis partem, suppositis nonnullis, quæ dixi, *in c. penult. de foro comp.* circa instantiam cum laico cœptam prosequendam cum Clerico, & de aliis, *alibi.* Et supposito etiam, nc à limitibus dubij resoluti, *hic à n.* 1. discedamus, quod etiam si tertius opponens de Dominio, vel possessione, esset Clericus, deberet nihilominus coram Iudice laico comparere ad impediendam creditoris execntionem, qui coram laico sedi exerat, vt notant Apostilla ad Gulielm. Benedict *in c Raynucius*, verbo *uxorem nomine Adelasiam*, *num.*416. *apostilla*, incipiendo, *via reconuentionis*, de testament. Miranda *in constitution. Regni*, in aliquibus, in versic. *comitum*, & *Baronium*, *col.*3. versic *sunti*, *num.*10. *fol.* 17. Vincent. de Franch. *dec.*545. *num.*10. *p.*4. Austerius *de potest. sæculari super Ecclesiast. person. in reg.* 2. *fall* 10. late Graff. *de effectibus Clericatus effectu* 1. *à n.*915. Viuius *dec.*387.*n.*1.*&* 2. Amato *dict. res.*94. *n.*29. Ambrosin. *de immunit Ecclesiast. cap.*20 *n.*34. Giurba *dec* 62.*n.*2.*in fine*, & ante illos Ancharran. *cons.*332 *ad dubia colum.* 2. versic. *ex quibus in isto primo dubio.*

12 Iam ad dubium dicendom est, vt quoties interesse spectare valet ad alios alienæ Iurisdictionis, possint quidem citari, vt compareant pro suo interesse, defendendo, aut consequendo coram Iudice, qui de causa incœpit

cognoſcere, etſi citandus ſit Clericus: nam in
caſu quo iſti non poſſident, ſunt actores perituri,
& litigaturi coram Iudice ordinario loci; & ſic
Cardinalis Tuſcus *concluſ.* 239. *num.* 11. *littera,*
13 *C, vol.* 1. † Dixit, vt quoties laicus poſſidet,
& eſt contra eum Iudicium principaliter funda-
tum, poſſet Clericus citari, quatenus ſua puta-
uerit intereſſe, nec turbari Iuriſdictionem Ec-
cleſiaſticam, ex quo Clericus non poſſidens pro
intereſſe, quod habet, ſemper debet eſſe actor
contra laicum, & per conſequens forum rei, &
ſic ſæcularis ſequi, ſi vult ſua Iura experiri con-
14 tra laicum poſſeſſorem. † Sic vt non admitta-
tur declinatoriam opponens, in terminis teſta-
tur deciſum, *anno* 1603. Caſtil. *deciſ.* 2 *ſub n.* 15.
Amato *reſ.* 32. *num.* 8. dicens etiam deciſum in
Curia Prætoriana pro Octauio de Forte contra
œconomum conuentus S. Francisci de Paula *an-
no* 1613 ex Gramm. *dec.* 21. & docent Mareſcot.
in praxi lib. 2. *p* 1. *Gloſſ. intimato, n.* 34. Muta *ritu* 97.
ſub n. 45. *in fine,* Rota Genuæ *deciſ.* 143. *n.* 6. *&* 7.
Nata *conſ.* 99. *n.* 8. & alios affert Giurba *deciſ.* 1. *ſub
num.* 34. *&* 35.
15 Et confirmatur latiſſime per illa, quæ ſcri-
pſi, *in cap. ſi Clericus Laicum de foro comp.* vi-
denda, & applicanda hic; item vt alij DD. fir-
mant per Textum, *in l ſi contendat, ff. de fide-
iuſſorib. & l diffamari, Cod. de ingenuis, & ma-
numiſ.* in quibus Clericus, vel alienæ Iuriſdi-
ctionis per viam competentiæ legitimæ exceptio-
nis prouocatus conſtringitur comparare, cum
actor dicatur coram laico.
16 Et procedit in tantum, quod ſi poſſeſſio poſt
Iudicium incœptum cum principali vitio litigio-
ſi effecta, tranſierit interitum, quatenus ei in-
tereſſe putauerit, citatum nihilominus prohi-
beatur opponere declinatoriam, etſi ſit alienæ
Iuriſdictionis; qui nec Iudicij impedit proceſ-
ſum, quo minus vno, eodemque Iudicio hu-
iuſmodi tertij poſſeſſoris cognoſci, & terminari
debeat: ſic in terminis Decius *conſ.* 187. *ſub n.* 4.
Rota *conſ.* 89. *à num.* 18. Crauetta *conſ.* 14. *num.* 6.
Benind. *in dict. deciſ.* 75 *ſub num* 5. *&* 6. Port. *con-
ſilio* 172. *à num.* 11. nihil de Graſſ. *deciſ.* 185. Rota
Rom. *deciſ.* 4. *in antiquis, & deciſ.* 24. *&* 25. *de re
iudicata,* Ioſeph Lodouicus *deciſ. Peruſin.* 26. *n.* 26.
17 *&* 27. & in Lucenſ. *deciſ.* 239 *à num.* 2. *lib.* 3. † Qui
dicit poſſeſſionem prædictam attentatam, & ter-
tium intruſum eſſe, & ſic quod ipſo Iure veniret
reuocanda, Cabalo *deciſ.* 15. *ſub num.* 38. verſic.
tertius eſt caſus, numero 36. 40. 46. *&* 59. *p.* 4.
Lancellotus *de attent. p.* 1. *cap* 3. *à num.* 16 *& à
num.* 24. *& n.* 70. Ferret. *conſ.* 352. *n.* 10. Couar. *pract.
q. c.* 15 *ſub n.* 6. *&* 7.
18 Verum ſi citatus, quatenus ei putauerit inter-
eſſe poſſidet, tunc de Iure eſt in fauorem Cleri-
ci excipientis, & opponentis declinatoriam,
reſpondendum; quia iſte ratione poſſeſſionis
dicitur, vt reus indiſtinctè conuentus, & non
eſt actor voluntarius, vt eſſe ſolet, quatenus ci-
tatus; & ſic debeat coram ſuo Iudice principa-
liter citari, quod eſt verum per illa, quæ dixi,
in dict. cap ſi Clericus Laicum, & alibi ſub eo, *tit.
de foro compet.* ſæpius, & in terminis in tribuna-
li ſanctæ inquiſitionis Siciliæ fuiſſe deciſum te-
ſtatur Giurba *d. dec.* 1. *num.* 15 *in fine,* inter Mariam
Scarfilliteo cum Bernardina Viuiaciro & in ma-
gna Regia Curia inter Hieronium Babera, cum
D. Laurea Ballo Baroniſſ. Callatauí, & docent Ca-
pic. *dec.* 8. *num.* 8. Cardinal Tuſch. *concluſ.* 239 *n.* 11.
littera, C, Amato *reſ.* 32. *p.* 4. cum Decio, Crauetta,
Grammatico Ancharran. Roland, Alexand. Franc.
Marc. & aliis, Maſulla ad Capic. *dict. dec.* 8. *num* 8.
Caſt. *dec.* 2. *à n* 8. Farin. *q* 8. *in praxi, n.* 88 *& dec.* 56.
ſub n. 4 *p.* 2 *tom.* 3. *& dec.* 185. *eod. tit. n.* 2. Amato *de-
ciſ.* 48. *n.* 8. *&* 15. Marta *de iuriſdict p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 17.
n. 16. Muta *ritu* 97. *ſub n.* 47. & alij communiter.
Ad tertiam quæſtionis partem, an tertius de 19
Dominio opponens, poſſit impedire executio-
nem cauſatam ſuper eius bonis? reſpondeo bre-
uiter per dicta *ſup.* ſub verſic. *ad primam,* vbi affir-
maui; & docent Grammaticus *conſ.* 92. *à num.* 3.
Franc. Marc. *dec.* 530. *num.* 8. Decius, Abbas, Felin.
& alij, *in c ſuper eo de offic. de leg.* Couar. *lib.* 1. *pract.
c.* 16. *n.* 1. Surdus *conſ* 181. *n.* 23. *lib.* 2. dicentes, vt
ſufficiat tertio ſaltim apparenter, vel ſi probatio-
nes obtulit; dummodo per calumniam non fece-
rit, vt puta deferendo probare, & quod ſufficeret
verbaliter; quia licet ſtatuta, & ritus dictent pro-
hibendo excipi, & executionem retardari non
poſſe; id non habere locum contra tertium op-
ponentem pro ſuo intereſſe, dixerunt Imola *in l.
fin. à quibus appell non liceat, col.* 10. verſic. *aduerte
tamen,* ex propoſito Muta *dec.* 15. *n.* 27. Legendus
à n. 1. vbi ſic concludit de filiis donatariis; de
quibus, *ibi,* dicendo, illos potuiſſe ſe opponere pro
ſuo intereſſe, tamquam tertium aduersùs execu-
tionem cauſatam, & ſic cum aliis, & cum Carolo
Ruino *conſ.* 209. *n.* 21 Ball. *in ſuo tract. var. lib.* 5. *tit.
de pragm. Reg. ſuper Bulla q.* 2. *n.* 3. ex Dom. Corſet.
Caualc. Nat. Milan. & Caſtill. *dec.* 35. *n.* 4. *&* 5. re-
fert pluries deciſum, & præcipue in cauſa Dom.
Fabij, & D. Anton. Giuffre contra D. Iſabell. de
Afflict. anno 1615. in curia Prætoris.
Ad quartam quæſtionis partem, an aduersùs 20
tertium opponentem de Dominio, & poſſeſſione,
poſſit replicari de nullitate tituli; affirmatiuè reſ-
pondetur, ſi titulus ſit inualidus, & eiuſdem nul-
litas euidens, & notoria ſit, non ſic ſi aliquo
modo colorata eſſet tituli nullitas, vt de primo
teſtantur Calderin. *conſ.* 161. *alias* 6. *tit. de pro-
bat.* Bartol. *in l. filio præterito, ff. de iniuſto rupto,
& irrito teſtament.* Bellamera *deciſ.* 49. *&* 50.
Zuchard. *in l. fin. num.* 296. *ff. de edicto Diui
Adriani tollendo,* Vantius *de nullit. tit. de qui-
bus modis nullitas propon. num.* 20. Menochius *de
adipiſc. poſſeſſ. rem.* 4. *num* 624 Perſonal, *de adi-
piſcend. poſſeſſ. num.* 67. *de vtroque caſu,* Amato *d.
reſ* 94. *à num* 34. Tuſchus *littera, T, concluſ.* 82.
num. 2. *&* 3. *volum.* 8. Giurba *dict. deciſ.* 62. *num.* 25.
vbi dicit ita procedere dicta per Parlador. *lib.* 2.
rerum quotid. cap fin. p 4. §. 5. *num.* 4. † Qui voluit 21
inſtrumentum recte exequi contra tertium, titu-
lo nullo, & lege improbato poſſidentem; & ſic
practicatum dicit ſignanter idem Amato. De ſe-
cundo verò caſu negant Zabar. centum manibus
ſignandus, *in cap. Textu noſtro,* quem, *ibi,* refert Fe-
lin. *n.* 6. *de re Iud. & in cap. veniens el* 2. *col* 4. verſic,
quinta concluſio de teſtibus, Gozadinus *conſ.* 103.
num 10. Bald. *in l. fin. Cod. de edicto Diui Adriani
toll.* Hypolit. de Marſill *ſingul.* 274. *& de bannitis,*
verbo *nullitas, num.* 72. Puteus *deciſ.* 266. *in fine,
lib.* 3. Cattar. *deciſ.* 47. *num.* 4. Mooter *deciſ.* 42.
num 96. Abba Mandel. *conſ* 92. *n.* 5. *&* 6. Maſtrill.
ad Petr. Greg, *de cenſ. q.* 6. *n.* 95. *in fin.* Roland. *con-
ſil.* 5. *n.* 2. *lib.* 2.
Quare èconta dicendum eſt, vt ſi tertius vitio 22
litigioſi, vel ſi dolo deſierit principalis rem di-
ſtrahendam poſſidere, nequeat exequutionem
impedire, quamtumuis in promptu doceat de

Dominio

Dominio,& possessione Gozardin *cons.*103.*n.*10. Perusin.*decis.*16.*n.*9. Giurba *decis.*32.*à n.*3.Amato *d. res.*94.*à num.*16. vt quia rem acquisierit post interpositionem primi decreti, & post subhastationes factas quibus omnibus innotuit rem distrahendam fore, Bartol. *lib.*1. *in fine*, *Cod. de litigios.* Ripa communiter receptus *in l.* §. *si heres. num.*21. *&* 22. *ff. ad Trebell.* Cumia *ritu* 185. *à num.*37. Surdus *cons.*405. *num.*11. *& cons.*533. *num.*5. Sole *ad Decretum Sabaudiæ tit. quomodo proced. sit in exequutione sentent. gloss.*3. *num.*7. Osascus *decis.*64. *num.*5. refert plures Giurba *d. decis.*62. *num.*5. 10, 11. 15. *&* 20. Carter. *dec.*55. *num.*3 §.4 *& seqq.*& hoc procedere dicunt Ioannes Aloysius de Setim per cum *suprà à num* 37. Intring. *decis.*46. *num.*6. Anna *singul.*28. Giurba

13 *d. decis.*62. *num.*10. † Nisi rei alienario post primum decretum anteriorem, & verum creditorem facta fuisset, cum tunc vitium litigiosi non contrahatur, nec in fraudem paratæ executionis possit dici facta rei translatio, nec debitorem dolo desiisse possidere, indéque tertium benè opponere de suo Dominio, & possessione ad impediendam executionem.

14 Vnde cum possessio in vim tituli inualidi acquisita, nullius sit momenti, sequitur quod ad impediendam creditoris executionem, debet tertius iustam ostendere possessionem, vt resoluunt ex Baldo *in l. ob maritorum*, Couarruuias *in pract. d. c.*16. *num.*4. versic. *sextum*, Zephalus *cons.*225. *num.*24. Craueta *cons.*134. *num.*23. *& cons.*151. *num.*3. Peregrinus *cons.*3. *num.*91. *volum.*1. Carroc. *de remed. contr sent. except.*69. *à num.*31. Bim. *cons.*12. *num.*43. *volum.*1. Giurba *d. decis.*62. *à num.*3. Amato *d. num.*94. *num.*13. & hoc quidquid dicant, Ruin.*cons.*128.*num.*5 Hypolitus de Marsil. *sing.*274. Gozadin. *cons.*103. Craueta *cons.*978. Sola *ad cons. Sabaudiæ tit. de pignor. & subhast. gloss.*6. *num.*2. Costa *de scient. & ignor. cent.*1. *dist.*57. *à num* 12. per Textum *in l. fin. Cod si per vim c. licet de prab. lib.*6. dicentes talem tertium posse impedire executionem; etiam si exceptio non esset legitima, & iusta, sed quomodo libet vitiosa, vel nulla ex nullo inualido titulo procedente.

15 Alia cum Mil. Mastrill. Vall. Graff. Cabalcano, Dueñas, Tuscho, Giurba, Cancerio, Anna, Osasco. Thesauro, Cattario, Intrigliol, Philippo Paschalio, Surdo, Castillo, Fontanella, Ambrosin. Trentacinq. Suarez, Scaccia, Gratiano, Carp. Saliceto, Mantica, Minardo, Franch. Diuio, & aliis, resoluit videnda idem Amato *d. res.*94. *à num.*20. *ad* 29. nempe quod tertius, contra quem processit executio vigore contractus censualis non potest se opponere de Dominio, & possessione ad impediendam exe-

16 cutionem. † Nec quod eam impedit de hypotheca tantum se opponens aduersùs executionem, cum non reperiatur Iure cautum, vt docent contra alios Osascus *decis.*64. *num.*6. Tuschus *conclus.*86. *num.*15. *Littera T. volum.*4. Giurba legendus *decis.*91. vbi respondet Cancerius *res.*2. *c.*16. *de Iure tertij*, *num.*65. *& res.*3. *c.*17. *de*

27 *Sent. execut.* & alij. † Et quod nec impedit de personali se opponens, Giurba *d. decis.*61. *n.*18. Balb. *ad pragmat de cens. q.*2. *n.*7. Costa *de re integra dist.*95. *n.*8.

28 At si tertius opponat de Hypotheca cum constituto, impediet executionem, qui & impediet executionem, & distractionem nominis debitoris, si tantùm de hypotheca se opponat. Et quod depositi restitutio impedietur per tertium ratione hypothecæ rei depositæ, vt de primo ad instar habentis veram possessionem, resoluunt DD. *in l. quod meo, ff. de acquirenda possess.* relati à Giurba *d. decis.*61. *num.*20 Fontanella *de pactis clausula* 4. *gloss.*17. Surdus *cons.*73. *num.*44. *& cons.*162. *num.*26. Castillo *decis.*74. *num.*7. Petrus *decis.*29. *num.*7. Tiraquellus *de constitut. p.*3. *limit.*26. *à num.*5. *& p.*2. *ampliat.*1. *à num.*1. † De 29 secundo est ratio, quia per exactionem nominis à creditore fiendam, extingueretur hypotheca tertij oppositoris se opponentis, & hypothecarij creditoris, Ius efficeretur deterius; imo penitus periret, adque euanesceret hypotheca, & quoad tertium de hypotheca, & opponentem de irreparabili præiudicio ageretur, Alexander *cons.*15. *à num.*4. *lib.*6. *& cons.*17. *num.*4. *lib.*1. Giurba *decis.*61. *num.*11. Ambrosin. *decis.*2. *n.*42. Gratianus *discept. forens. cap.*439. *num.*7. Trentacinq. *lib* 3. *variarum tit. de solut. resolut.*29. *n.*1. *&* 8. & alij de tertio ratione rei depositæ ante, vel post depositum specialiter hypothecatæ, resoluunt Mantica *de tacitis & ambig. conuent. volum.*1. *lib.*10. *tit* 10. *n.*21. *&* 22. Salicetus *in l. penult. n.*3. *Cod. depositi*, Amato *de omnibus d. res.*94. *n.*25 26. *&* 27.

Ex quibus euenit pro ampliori enodatione, 30 versic. *ad secundam*, & de hypotheca, quod si citatus, quatenus non possidet, sed habet alicui interesse ratione, vel alterius Iuris, DD. vacillent, num declinator a competat, veluti pro remissione clerici alteriusve tertij alienæ Iurisdictionis abdicatiuè, & affirmatiuè pro remissione concludunt Phanut. *de inuent. p.*3. *num.*23. versic. *& præterea aduerte*, Marta *de Iurisd. p.*4. *casu* 37. *à num.*16. *& casu* 122. *à num.*4. Ambrosin. *de immunit. latè cap.*20. *n.*73. Surdus *decis.*22. *ex num.*11. Mastrill. *decis.*79. *num* 2. qui testatur decisum, Farinac. *quæst* 8 *à num.*90. Cesareus Vasquez *decis.*106 *sub n.*12. *&* 13. Viuius *dec.*50. *à num.*2. Amato *res.*32. *num.*7. cum Capicio *decis.*8. *num.*3. Carroc. *decis.*19. *à num.*7. Menoch. *de recuperand. remed.*15. *num.*252. Ioseph. Ludouic. *conclus.*5. verbo *& in casu* Intrigliol. *sing.*191. *lib.*2.

Ad vltimam quæstionis partem, an adiudicatio facta per creditorem, citato quatenus pro 31 suo interesse tertio, possit per eundem tertium executio infringi, sed alia via? Iam ex dictis breuiter respondeo (& si longè agat, confusè quidem, Marius Muta *decis.*16.) nempe, vt si adiudicatio est facta à dicto tertio, quatenus sua putauerit interesse, non possit infringi, nec reuideri ad instantiam tertij, cui adiudicatio præiudicabit, ex quo fuerit citatus, & ex quo cum eo principaliter fuerit processum, ex Iudicio illo tunc tentato per doctrinam, Alexand. *cons.*56. *volum.*2. Franc. de Ponte *cons.*75. *num.*3. non enim erat amplius tempus dicendi *flent.* † Dummodo non impediatur executio, ex quo 32 non poterat impediri, dum suum effectum operata fuit, esset qui dare nouam praxim, vt exemplificando tradit idem Muta *n.*6.

Itaque dicendum est, quod dum tertius non 33 se opponit de Dominio, & possessione, sed tantùm de hypothecis, vt dictum est, tunc non aliâ viâ dicatur posteriori cautum, nisi vt veniat viâ suâ ordinaria, ex quo dum est posterior, nullâ aliâ, quam illa est ei reseruata, nisi remedio Iuris

offerendi

offerendi, si quod haberet, & si est anterior viâ hypothecaria: ita idem Muta *num.5.* cum Couarruuia. Corsetio *quæst.4.* Milan. *decis.1. n.173. & 174. lib.2.* & cum Giurba idem Muta relatus, & *in decis.24. à num 4.* item & *in ritu* 110. *n.26.*
34 *tom 4.* † Vbi dicit, quod si doceretur de Dominio, & possessione, in promptu, solet interloqui *stent*, sin alias non doceretur, dici solere *stent*, dummodo non impediatur executio ad effectum, vt vel demonstrent, & probent in causa oppositoria per testes, & retractetur ipsa executio. Alia dixit hîc applicanda, Amato *sub d. res.31. & 94.*

35 Sed an possit procedere contra tertium possidentem cum vitio litigiosi absque declaratoria nullitatis sui tituli, possessionis, vel non latè dixit, & distinguit legendus Giurba *decis.62. ex n.6. ad* 10. cum infinitis, & sic non immoramur.

AD TEXTVM
IN CAPITE XVIII.
Cum Bertoldus, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

5 *Præsentatio circa Ius patronatus elucidatur remissiuè.*
4 *Delegatorum Iudicium nonnulla remissiuè.*
6 *Præsentatio patroni dat Ius ad beneficium remissiuè.*
12 *Sententia lata contra Ius litigatoris à qua non est appellatum transit in rem Iudicatam nec retractus, fallit in decem casus remissiuè.*

1 DE littera huius Textus, solent plura excitari à Doctoribus, & quia de eius intellectu latè scribunt post antiquos Ioannes de Balboa, Mogrouejo, Graña, & Barbosa cum multis vtriusque Iuris prudentiæ; ideo ad illos te remittendo eius contexturam tantùm adnotabo.

2 In versic. ibi *cum Bertoldus miles curiam suam, siue fundum P. militi obligasset,* de Iure acquisito ex pignore, latè *infrà in tit. & Rubric. de pignor.*

3 † Et per verba sequentia, à versic. *eodem*, agitur de præsentatione facta ab vno, qui succedit in pignus, eo quod pignori erat annexum Ius patronatus, & de præsentatione facta in alium à prædicto Bertoldo, qui curiam dedit in pignus, & dubium erat quæ præsentatio valeret. Vnde quia huius dubij occasione non pauca possent adjungi; ideo recurres ad ea quæ adduxi, & signaui *in c. quanto de Iudiciis*, & ad Iura, vbi ibi promisi tractare quæstiones circa præsentationem factam à sequestro, ab vsufructuario, donatario & aliis veluti à creditore, seu ab habente fundum in pignus, super quo est Ius Patronatus; & quando censeatur cum fundo vendito, seu cum bonis, transire Ius patronatus: latè *infrà in c. ex litteris de Iure patronatus*: Interim videbis Garciam *de beneficijs p.5. à num.9. & c.6 & c.9.* vbi latè de patronis.

4 Et ibi *Remens. Episcopus Apostolicæ sedis legatus Iudicibus negotium delegauit, &c.* Occasione horum verborum plura de Iudicibus delegatis, & subdelegatis, solent DD. inquirere, de quibus ago *sub tit. de officio Iudicis delegati*, interim de quæstione, an subdelegare non possit legatus inferioris à Principe, Gratianus *reg.442. & 443.* an delegatus à Principe possit vnum articulum subdelegare, Ceuallos *quæst.284.* an delegatus legati de latere possit subdelegare, Ceuallos *quæst.314.* ad aliam quæstionem applicabis ipsum 316. & an articulum examinandi testes possit delegatus subdelegare *de testibus quæst.77. n.150.* de qua *alibi* dixi.

Et ibi *dictus T. nec per se, nec per responsalem* 5
idoneum comparare curauit. quod principalis persona, aut per se, aut per procuratorem possit agere in Iudicio, dixi latè *in c.14. de Iudiciis.*

Et ibi, *Quod præfatus A. in possessione Iuris pa-* 6
tronatus extiterat cum eundem ad prædictam Ecclesiam præsentauit; & ibi, *Nisi quod pro quodam Iure, quod de illa Ecclesia consueuit exhiberi patronus prædicti P. & A. annuatim decem solidos acceperunt*: ex his verbis potest applicari materia Textus *in cap. cum Ecclesia Sutrina de causa possessionis, & propiet.* quatenus *ibi*, adduxi de Iure acquisito electoribus ex actibus eligendi, seu præsentandi, & quod per præsentationem patroni acquiritur Ius in beneficio, Riccius per hunc Textum *collect.1661.* & alij communiter, item applicabis quod dixi de præscriptione Iuris patronatus, *suprà in c.7. de præscript.* vbi Balboa *à n.33.*

Et ad quæstiones circa hunc Textum videbis 7
Gratianum *reg.76.* Farinacium *de hæresi quæst.186. §.2. à n.29. & 39.* & Couarruu. *lib.3. variar. c.10. à n.5. & 10.* vbi explicat Textum *d. n.10.* versic. *super est*, & in *n.11.* an sequæster bonorum, vbi est Ius patronatus, possit præsentare, Zeuedo *in pract. q.10.* idem Garcia *d.5. p. c.6.*

Et de intellectu nostri Textus dixi *suprà in c.1.* 8
de causa possessionis & propriet. q.7 sub n.21.

Et quatenus hîc agitur de citato non compa- 9
rente; & an sententia eo obstante lata valeat necne applicabis quæ adduxi *suprà in c.1. de Iudic.* aliqua dixi *suprà in Rubr.* cætera tamen videbis plenè agitata hîc à Balboa, Graña, & Barbosa, & ab aliis per eos relatis: quare insisto in planiori, & vberiori explicatione huius Textus, alias diffi-
cilis. † Et quia hîc agitur de retractanda sen- 10
tentia, ex iusta absentiæ causa, quia de puncto retractationis egi *in c.1.* & in aliis huius tituli; item & *in c. suborta 21. & in c. ad probandum* 23. ideo ad
ibi dicta recurres. † Alia notat hîc Barbos. *n.5.* 12
nempe vt protestatio non est necessaria, vbi impeditus non fecit id, quod tenebatur, & *n* 6. quod præsentatio, seu electio est fructus Iuris patronatus; de quo *infrà de Iure patronatus*: de protestatione dico *infrà in c. fin. de appellationibus.*

Ad Textum hunc videndus est, Matthæus 12
Collerus *de processibus executiuis p.4 pag.176.* vbi quatenus ibi *n.6.* ponit conclusionem vt sententia lata contra Ius litigatoris non suspensæ per appellationem regulariter transeat in rem Iudicatam nec possit retractari & ponat fallentias decem *à n.7.* ideo applicabis quæ dixi *suprà in c.1.*

AD TEXTVM IN CAPITE XIX.

In causis, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

3 *Potestas Principis in quibus remissiuè.*
4 *Veritas, & æquitas obseruatur in consistorio Papæ, & vnius cuiusque.*
5 *Sententia Papæ, seu Principis Ius facit, & n.6. vbi fallit quadrupliciter.*

1 EX huius Textus littera, quam plura de summo Pontifice, & de eius potestate in Iudicando possem adjicere; sed quia hîc adjicit Innocentius III. quod Papa in sententiis, quas profert ordinem Iuris seruat; ideo applicabis adducta *in cap.1. de probationibus*, vbi qualiter Princeps, seu Papa contrahens cum subditis obligentur: item alia plura, quæ adduxi *suprà in cap. cum venissent 12. de Iudiciis*, & plura *in cap. dilecti 6. eodem.*

2 Et ibi, *Nisi forte aliquid causa necessitatis, & vtilitatis inspecta duxerit dispensatiuè statuendum:* per hæc verba satis apertè constat posse Pontificem multa dispensare; & sic reccurres ad dicta *in c.10. de voto*, ad Thomas Sanchez *toto lib.8. de matrim. &* ad Dianam nouissimè plura de dispensatione superioris congerentem, *toto tract.3.p.8.* vbi ad plures casus cum multis.

3 Ad quæstiones an possit Princeps citationem, seu appellationem auferre, egi *suprà in cap.1. de causa possess. & prop.* vbi Balboa *à n.59.* ita vt sic ordinem Iuris non seruet, de quo etiam Faquin. *lib.1. contr. c.61.* Et de Potestate Principis circa tollendum Ius quæsitum, idem Faquineus *lib.8. contron. c 63.* & dico *infrà in c. venerabilibus, qui filij sint legitimi.* Et quod Princeps ex sua priuata vtilitate non vult tollere Ius alterius, Riccius *collect.1858.* ipsum ad Textum videbis *collect.1283. & in collect.1953.* & quod pro bono publico tollit *collect.1967.* & ipse per hunc Textum *collect.1480.* agit de nullitate sententiæ, de qua *suprà in Rubrica & in c.1.*

4 Item applicabis quæ adduxi *suprà in c.2. hoc tit.* vbi egi, an rigor, an verò æquitas præferatur, & quæ adducit Pichardus *in § eadem ratione 6.* & vltimo *inst. quibus modis testamenta infirmantur.* Et barbosa *hîc n.2.* probat quod æquitas & veritas rei obseruatur in consistorio Papæ, & vnius

5 cuiusque. † Et *num.3.* quod sententia Papæ, vel Principis vim legis habet, & facit Ius & *n.4.* quod exemplo optimi Principis firmiter est Iu-

6 dicandum, quæ ex multis probat. † Pro ampliori adiunges quæ ad Textum nostrum scribit nouissimè Matthæus Collerus *de processibus executiuis p.4. pag.179.* vbi ponens *à n.11.* quod sententia principis facit Ius non tantum inter partes sed etiam vbique ponit *à n.12.* fallentias quatuor veluti si nec in corpore Iuris redactum sit eius placitum item in sententia lata sine causæ cognitione quantumuis lata sit à Principe & in sententia Principis cuius tenor non patitur extensionem; & in sententia Iudicum inferiorum à Principe vt Duces, Comites, Marchiones, Barones, & alij similes Magistratus, videbis Felin. *hîc num.3. 5. & 8.* Panormitan. *num.4.* alios refert Collerus *dict. num.12. 13. 14. & 15.* vbi Iuribus probat & expendit.

AD TEXTVM IN CAPITE XX.

Inter Monasterium, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Sententia prima non subsistit, si in secunda instantia sit lata alia, & contraria, & num.10.*
4 *Suspicionis exceptio est allleganda, antè litem contestatam, in praxi aliter.*
5 *Littera impetrata, debent facere mentionem de lite, & processu, super materia, in qua impetrantur; alias non valent.*
6 *Iurisdictio prorogatur, non opposita declinatoria exceptione, & si alia opponantur remissiuè.*

QVATENVS ex Textu isto colligitur, vt 1
prima sententia non subsistit in primo Iudici, si secunda sententia lata in secunda instantia ei sit contraria, applicabis quæ dico *infrà in c.4. & 5. de appellationibus*, aliqua *suprà in c. quoad consultationem.* † Item & quatenus adhuc 2
vera, & legitima secunda sententia, etiam si sit iniusta, applicabis dicta *suprà in cap.1. hoc tit.* quatenus *ibi*, latè egi de sententia contra Ius litigatoris lata, quæ optimo Iure valet.

Et in versic. *Tum quia causæ suspitionis in Iure* 3
proposita friuola videantur: de recusatione Iudicum ob suspicionem videbis ad saturitatem *in cap.4. de foro compet.*

Et quia per verba Textus nostri ibi, *Quas* 4
etiam tanquam dilatorias ante litis ingressum opponere debuissent; Barbosa dicat hîc exceptionem suspitionis tanquam dilatoriam esse allegandam antè litis ingressum, quia regulariter omnis exceptio dilatoria, est opponenda, & probanda antè litem contestatam, ideo recursus *ad suprà dicta in Rubrica de exceptionibus*, vbi latè egi de tempore, in quo debeant dilatoriæ opponi; item & exceptio recusationis, seu incompetentiæ *q.2.* & per hunc Textum Riccius agit *collect.1082.*

Et *ibi*, in versic. *Nihil in secundis litteris dice-* 5
batur, quod impetrans litteras ad delegatum, debeat facere mentionem de processu, & litis pendentia, quæ est super tali causa, super qua postulatur rescriptum; ita vt aliàs commissio sit nulla dixit *hîc* Barbosa *n.4.* cum Peregrin. *ad tit.1. in princ.* versic. *hinc infertur lib.3. ordinam. pag 449. & lib.6. quæst.33.* versic. *quid autem tit 12. eodem lib.3. pag 701.* quare occasione huius versiculi poteris applicare materiam Textus *in cap.4. & 10. de rescriptis*, & de rescripto non faciente mentionem processus, Balboa *in cap.10. de exceptionibus, à num.8.* aliquid notaui *suprà in cap.12. hoc titulo.*

Et in versic. ibi, *Quibus erant delegati eisdem &* 6
sub

subeundo Iudicium renunciasse videntur : pee hæc verba uotat Barbosa *n.5. hic* quod quando reus conuentus coram Iudice non suo, non opposuit exceptiouem declinatoriam ante litem contestatam, sed solùm opposuit aliàs exceptiones dilatorias, vel peremptorias; hoc sanè casu consensisse, & prorogasse Iurisdictionem illius præsumatur eum Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumptione 19. num. 6.* Sed quia ego latissimè egi de modis Iurisdictionis prorogandæ *in cap. 1. & cap significasti 18. de foro competenti*; ideo *ibi*, dicta adjunges

7 *hic.* † Et quando exceptio Iudicis declinatoria sit opponenda, dixi *suprà in dicta Rubrica de exceptionibus* & de incompetentia, *sub Rubrica de foro compet.*

8 Et in Glossa *confirmantes*, in versic. ibi, *vbi vertitur periculum animæ*; notat hìc Barbosa, quod sententia nunquam transit in rem Iudicatam, vbi vertitur periculum animæ cum aliis ab eo relatis sed de ratione huius dicti adjunges quæ notanter adduxi *in cap. latè cap. tenor*, & quæ latè scripsi *in cap. consanguinei 11. hoc titulo.*

9 Et in versic. ibi *cum sub prætextu nouorum instrumentorum, lites non debeant instaurari*: de hoc, seu quando possit retractari sententia dico *infrà in*

10 *cap. suborta sequenti*; & videbis *in cap. 1.* † Ad Text. hunc latè & benè repetit videndus Matthæus Collerus *de processib. executiuis p. 4. pag. 180.* vbi ponens *à num. 16.* vt sententia contra sententiam quæ in rem Iudicatam transit lata non valeat ponit *à n. 17.* fallentia octo de quibus etiam Felinus *hic à num. 18.* Butr. *à num. 15.* & alij.

AD TEXTVM
IN CAPITE XXI.
Suborta, hoc Titulo.
PRÆMISSVM
SVMMARIVM.

4 *Sententia retractatio indicatur remissiuè per plures quæstiones, & n. 11.*

1 De intellectu huius Textus, aliàs difficilis in versic. *Vt Episcopo in quasi possessionem obedientiæ restituto*, & autè in versic. *quasi* egi *in cap. cum ad sedem 15. de restit. spoliat. quæst. 1. num. 12.* vbi leges.

2 Et *ibi* in versic. *Quia per confessionem partis*, infert Barbosa, quod procuratoris vera, & non ficta confessio præiudicat Domino; item & *n. 3.* ostendit quando confessio Prælati, seu alterius procuratoris de Ecclesia; eidem præiudicet, recurres ad ea, quæ dixi *suprà in cap. fin. de confess. quæst. 1.* versic. *ad secundam*, vbi de confessione Prælati, & *quæst. 2. à num. 2.* vbi de confessione procuratoris.

3 Et in versic. ibi *prætextu priuilegij de nouo reperti*: occasione huius, pleraque de retractatione sententiæ solent Doctores scribere: quare ego ne amplam repetitionem faciam cum aliis conducibilibus suprà scriptis, ideo libuit *hic* adnotare nonnullas quæstiones *alibi* scriptas.

4 Sententia lata ex falsis instrumentis an sit ipso Iure nulla, aut veniat retractanda, dixi *in cap. 4. de fide Instrument. quæst. 1.* versic, *ad quintam.* Sententia lata ad dictum corruptorum testium, an sit retractanda *in cap. sicut vobis 9. de testibus quæst 1.* & ad alias videbis *ibi quæst. 2.* Et an sententia queat retractari prætextu periurij, dixi *in cap. breui 17. de Iure Iurando quæst. 2.* versic. *ad secundam à num 35.* Et an sententia iniusta, siue præscriptio retractentur post tempus transactum ad appellandum prætexto denunciationis Euangelicæ; dixi *in cap. nouit de Iudiciis q. 44.* Et an delegati Iudices possint restitutionem concedere aduersùs suam sententiam difinitiuam constito de læsione Ecclesiæ, vel alterius communitatis gaudentis beneficio restitutionis, dixi *in cap 2. vt litè non contestata. quæst. 6.* & quoties locum habet restitutio aduersùs sententiam, debeant restitui omnia, quæ sententiæ occasione occupata sunt *in dicto cap. 2. quæst. 7.* Restitutio aduersùs sententiam an detur, si testes falso non deposuerunt, corrupti tamen fuerunt præcibus, vel pecunia ad falsum deponendum dixi *in cap. sicut 9. de testibus quæst. 1.* versic, *ad tertiam*, in quo Textu egi de aliis dubiis ad propositum.

5 Et quia de renunciatione priuilegij agi potest ex hoc Textu, infra aliqua notabo.

6 Et per hunc etiam Textum potest agi de nonnullis sequentibus dubiis; primo de dubio quid probare debeat agens de interdicto recuperandæ: per hunc Textum Faquin. *lib. 8. contr. c. 9.* de quo dixi, *in cap. in lit. 5. & alibi, tit. de restit. spoliat.*

7 Et in versic. *per confessionem partis*, qualem probationem faciat hæc confessio, abunde dixi, *in Rubrica, & in c. 1. & 2. de confess.*

8 Per hunc Textum etiam, & alios disputat Balboa *in cap. 5. de causa possess. & prop. à num. 38. & ibi, num. 43. 66. 67. & 68.* an possessorium, & petitorium possint, cumulari, vel prius de possessorio pronuncietur, dixi, *in cap. 2. & in cap. cum dilectus de causa possess. & prop.* & aliqua, *in cap. 1.* vbi Balboa agit de petitorio, & possessorio, *à numero 54. & in dicto cap. 2.* vbi de Iudice definiente prius causam possessionis.

9 Et applicabis quæstionem an testes reprobati per sententiam, fidem faciant, vel non de qua dixi *in cap. testimonium 54. quæstion. 6. à numero 1. de testibus.*

10 Et quia occasione huius Textus solent aliqui mouere quæstionem: an Iudex teneatur super exceptionibus pronunciare; imo Felinus *hic*, in principio affirmet quod exceptio peremptoria, quæ non impugnat sententiam, sed tantùm limitat, possit opponi post sententiam, de quo Gratianus ex multis, *reg. 348.* ideo recurres ad ea, quæ dixi, *in cap. 1. de ordine cognit. & in cap. de cætero, hoc tit.*

11 Textum nostrum repetit Matthæus Collerus *de processibus executiuis, p. 4. pag. 184.* vbi dicens *quæst. 26.* quod sententia quæ semel transit in rem iudicatam deinceps non rescindatur, excipit, *à n. 7.* quatuor casus qui ex dicendis; *à q. 1.* diluantur.

Qvæstio I.

An aduersùs rem Iudicatam detur restitutio, propter instrumenta nouiter reperta, cum quis ex Iusta, & probabili ignorantia, ea non produxerit: Et an Ecclesia audienda sit aduersùs rem Iudicatam, propter instrumenta de nouo reperta: Et an sententia lata prætextu Iuramenti retractetur prætextu instrumenti de nouo reperti: Et an restitutio in integrum ex clausula generali detur aduersùs rem Iudicatam, prætextu instrumenti nouiter reperti?

Svmmarivm.

1 *Restitutio aduersùs rem Iudicatam negatur ei, qui non præsentauit instrumenta ex ignorantia, n.2.3 4.& 5.*
3 *Iudicatarum rerum authoritas illudi non debet.*
4 *Læsus ex fortuito casu non restituitur, etiam minor.*
5 L.1.ff.ex quibus causis major.
6 L. si mater, ff. de except. rei Iudicatæ.
7 L. Argentarius, §. fin. ff. per quem factum erit, n.8.
8 *Argentario, & ei per quem factum erit, ne aliquis in Iudicio sistat. competit actio restitutoria, ex n 9.*
10 *Ecclesia propter instrumenta de nouo reperta restituitur, aduersùs latam sententiam ex iusta causa.*
11 *Ecclesia vtitur Iure minoris, qui etiam restituitur.*
12 *Textus noster intelligitur.*
13 *Sententia lata in prætextu Iuramenti, reuocari valet, & quæ fundatur præsumptione, n.14. & 15.*
14 L. si quando, Cod. vnde vi, n.16.
14 *Sententia prætextu nouorum instrumentorum retractatur, si ea producens Iuret, ac probet se illis nunquam notitiam habuisse: & quid prætextu solutionis ex instrumento nouiter reperto n.18.19.20.& 21.*
16 *Probatio relinquitur solo Iuramento illius, qui damnum passus est in odium violentiæ: Et an aduersùs tale Iuramentum admittatur probatio in contrarium, n 17.*
19 *Solutio opposita ex instrumento nouiter reperto, facit, vt retractetur sententia antea lata, n.20. vbi contra tres sententias, si victus habet probabilem ignorantiam.*

1 AD primam quæstionis partem, video inter esse Doctores pugnare, affirmatiuam sententiam, tenent Innocent., Imola, Ioannes Andreas, Baldus, & Panormitanus *in c. vltra tertiam de test.* & alii, quos refert Sforc. Odd. *de in integ. restit. q.72. art.3.* quorum fundaméta sunt iura *in l.1 ff. ex quibus causis major*, vbi restitutio in integrum conceditur, ex iusta causa, etiam maioribus 25. annis, & *in l. si mater. ff. de except. rei Iudicatæ in verbi sibi si peteret rursùs hæreditatem, ob statutam exceptionem rei Iudicatæ. Neratius ait ego exceptionem, obesse ei rei Iudicatæ non dubito, sed ex causa succurrendum erit ei*, & *in l. argentarius, §. vltimò, ff. de edendo iuncta l. vlt. ff. de eo, per quem factum erit.*

Sed verior videtur negantium sententia per 2
Textum *in l. Imperatores, ff hoc tit.* vbi loquens de
ipsa restitutione sic ait, *Imperatores Verus, Antoninus rescripserunt. quanquam sub obtentu nouorum instrumentorum restitui negotia minimè oporteat*, &
Clarius *Textus in l. sub specie, Cod. hoc tit.* ibi *sub
specie nouorum instrumentorum postea repertorum
res Iudicatas restaurari exemplo graue est.* † Non 3
enim debet eludi rerum Iudicatarum authoritas
l. seruo inuito, §. cum Prætor. ff. ad Trebellianum,
† Tum etiam; nam is, qui fortuito casu læditur 4
in integrum non restituitur, etiam si minor sit, *l.
verum. §. si locupleti, ff. de minoribus*, sed is, qui victus
est in Iudicio, propter ea, quod instrumenta non
produxit ex ignorantia, vel alio impedimento,
videtur casu fortuito victus; ergo non est restituendus in integrum: sic docent Cumanus *in d. l.
Imperatores*, Fulgosius *cons. 18 t. & in l. arbitrio: §.
dolo ff. de dolo malo*: Faquineus *lib. 1. controu. c. 51.*
qui prædicta Iura intelligit, vt porrigantur ad casum, vbi adest ignorantia: & applicabis quæ adduxi *supra de præscript. in c. 10 q. 1. à n. 1.* vbi an
contra ignorantem currat præscriptio.

Nec obstant Iura pro contraria sententia, non 5
Textus *in d. l. ex quibus causis*, quia & si majores in integrum restituantur ex iusta causa,
quoad per leges, plebiscita, Senatusconsulta,
vt ibi cauetur, sed per leges hoc in casu,
non licèt, quia ignorantia non est iustum impedimentum, & iusta restitutionis causa majorum est, quando sunt in versiculis, vel in
hostium potestate, vel causa Reipublicæ absunt, *in d. l. 1. & tot. tit.* non autem, quando instrumenta, & Iura sua ignorauit.

Nec obstat Textus *in d l. si mater*, quia lo- 6
quitur, quando ex vna tantùm causa quis
egit, & cum alia sub esset, mater ibi bona
filij vindicabat tanquam intestati defuncti; &
quia putabat patrem alium in testamento
substituisse filio suo, dicebat ruptum esse testamentum patris; & sic substitutioni locum non
esse, quia verò testamentum ruptum non erat
succubuit, Postea apparuit nullum in eo testamento substitutum fuisse, ait Consultus succurrendum esse ei, quæ vnam tantùm causam egit
rupti testamenti, vt nempe aliam causam deducere possit, vt ibi, quæ facti species longè distat à
casu nostro.

Nec vltimum obstat ex *d. l. Argentarius, § vlt.* 7
cum d. l. vlt ff. per quem factum erit, quatenus ex
vtriusque specie, apparet, vt si condemnetur is,
per quem factum erit, ne aliquis, in Iudicio sistat, vel Argentarius succumbens, propter ea
quod alicui rationes non edidit. † Tamen si 8
vterque soluendo non sit. actio restitutoria competit, quo argumento Sforcia Oddus nimis vrget, iam *supra* adductus.

Tamen id procedere, quando soluendo non 9
sunt; item quando argentarius dolo fecisset, quominus rationes ederet, ne scilicet ex eius dolo,
debitor lucrum faciat. Et sic ait Faquin. *sup d c. 51.
in fine* multa in ea specie concurrere; sed nos loqui absolutè, & simpliciter an iniusta ignorantia
quis restituatur ex instrumentis nouiter repertis.

Ad secundam quæstionis partem, an Ecclesia 10
audiatur, aduersùs rem Iudicatam; & si
sint qui negent, & qui affirment, vt videre poteris ex Iasone *in dicta leg. Imperatores, ff hoc titulo, num. 8.* & ex Sforcia cum multis

de in integrum restit.p.2. q.75.art.2. Tamen existimo Ecclesiam de iusta causa; propter instrumenta de nouo reperta, restituendam esse ex *d.l.Imperatores,* vbi dicitur in negotio publico ex causa permitti, vt quis aduersùs rem Iudicatam, nouis instrumentis vtatur, si in causa, & negotio publico; id est permissum, ergo & in negotio Ecclesiæ id erit permittendum, quia videtur publicum: argumento Textus *in cap. Ius publicum distinct.1.* imò Ecclesia, & Ciuitas, solent notari *in cap. fin. de Sacrosanctis Ec-*
11 *clesiis.* † Et confirmatur quia Ecclesia vtitur Iure minoris *cap. 1. de in integrum restitutione* sed minor restituendus est: ergo & Ecclesia de minore patet *in leg. minor 37. ff. de minoribus,* & faciunt quæ adduxi *suprà in præmisso*, in versiculo *sub prætextu:* & quando sententia per instrumenta, seu priuilegia de nouo reperta retractari possit agunt, Molina *de Iustitia tractatu 2. disputatione 568. num.6.* Peregrinus *de Iure fisci libro 7. titulo 4. num.4.* Guttierrez *de Iuram part.3. cap.7. num.7.* Gregorius *in l.23. tit.14. p.5.* Suarez *tom.2. comm. opinior. lib.7.tit.8. num.9. pag.387.*
12 Nec obstat prædictæ sententiæ Textus noster ibi *si vero non fuerit coram exhibitum prætextu priuilegij de nouo reperti, non debet sententia retractari*, quia Textus iste intelligitur regulariter si reperiatur instrumentum; secus si, adest, causa iusta vt iam dixi ex *dict. l. Imperatores*, & docet Faquin.*lib.1.contr.cap.53.*
13 Ad tertiam quæstionis partem, de qua accuratius, Sforcia Oddus *de rest. in integrum p.2.q.74.* Menoch. *de arbitrarijs casu 190. & 241.* Seraphinus *de priuilegijs Iuram priuileg.38.* Cujacius *lib.18. obseruat. cap.15.* Donellus *lib.24. comment. cap.19. ad finem,* vbi multa Osualdus, Antonius Faber *de erroribus pragmat. errore 5. decade 19.* accurate, Corrasius *in l. admonendi per Textum ibi.* Existimo dicendum reuocandam esse sententiam latam prætextu Iuramenti, vt tenent Ripa *ibi num.69.* faciunt quæ adducit, Tiraquellus *de retractat. lib.1. §.4. glossa 1. à n 28.*
14 *29. & 32.* Ceuallos *in pract. quæst.97.* † Ex eo quia dispositio dictæ legis si quando, *Cod. vnde vi*, per quam contrariam sententiam docent, Bartolus *ibi n.9.* Iason cum aliis *in lectura n.47. & in repetitione num.44. & 303. & 304.* dixit communem, fundatur in præsumptione, quæ cessat per probationem, & instrumenta in contrarium *l. filium quem pater, ff. familiæ erciscundæ, ne imagine naturæ veritas obumbretur*, declarat optimè Ludouicus Peguera *in cap.23. per totum in quæstion. crimin.*
15 Et verum est, licèt repugnent adducta *suprà*, in versic. *ad primam*, quia quoties sententia fundatur in præsumptione, facilius debet retractari, quam quæ in veritate. Addo tamen veram esse nostram sententiam, si producens instrumenta, iuret se notitiam eorum instrumenmentorum, quæ de nouo se repetisse, ait non habuisse ex Guido Pap. *decision.101. num.1. & decision.243. num.3.* Antonius Fabro *decade 29. errore 4.* Item si probet se prius diligentia vsum in illis perquirendis, cui probationi, si leuior sit, & indiciis tantùm, siue præsumptionibus, præcipuè iubetur, ne stetur, contrarium aduersarius probare poterit, nimirum nec noua, nec de nouo reperta instrumenta esse ea, quæ hodie producit: alia tradit Pichardus ex *§. si quis postulante de accion. à num. 105. & à num. 107.* latè examinet Felinus *hic num.18. fallentia 5.* Et videbis cum multis pro vtraque opinione Faquineum *lib. 11. controuers. c.27.* ad casum Textus *in dict. l. admonendi de Iure Iurando.*

Et sic prolatiori explicatione, *dict. l. si quando*, dico in odium violentiæ relinqui probationem ablatorum solo Iuramento illius, qui damnum passus est ex *dicta leg. si quando & in cap. fin. de his, quæ vi, metusve, casu, fiunt, leg.5. tit.18. part.3.* vbi Gregorius, verbo *que Iure, & in leg.5. tit.11. part.3. leg.4. tit.7. part.5.* in quibus legibus damnum probatur per Iuramentum, vt tradit Cassaneus *in consuetudinibus Burgundiæ Rubrica 1. §.5. num.176.* † Et an aduersùs hoc Iuramentum admittatur probatio in contrarium, tradit Tiraquellus *suprà dicta gloss.1. de retractu, §.4. à num.28.* plura Saleedo *in addition* ad Bernard.Diez *regul.186. limitation.10.* vbi affirmatiuè illud resoluit per Glossam *in l.2. §. si absens, ff. si ex noxali causa agatur.* 16 17

Ad vltimam quæstionis partem, videtur vt sententia non retractetur, repertis nouis instrumentis, nec restitutio in integrum contingat aduersùs eam ex clausula generali, per Textum nostrum, *l. sub specie, Cod. de executione rei Iudicatæ*, vbi Baldus, & Paulus, & per Textum *in dict. l. Imperatores, ff. de re Iudicata*, vbi Bartol. & Iason & Felinus *hic n.11.* Iason *in dict. l. admonendi, ff. de Iure Iurando*, & per Textum de Iure Regio *in l.19. tit.22. p.3.* vbi Gregorius verbo *monstrando despues cartas*, Alexander *in dict. l. Imperatores, num. fin.* Baldus *in dict. l. argentarius, §. cum autem num.3. ff. de edendo.* 18

Et sic si contingat, vt aduersùs sententiam, quæ transiuit in rem Iudicatam, opponatur solutionis exceptio per instrumentum nouiter repertum, petita prius restitutione in integrum ex clausula generali si qua mihi iusta causa, de qua *in l.1. §. fin. ff. ex quibus causis maior:* docent in hoc casu Abbas hîc in versic. *aduerte,* Glossa in versic. *aut omissam, Cod. de sententiis contra fiscum latis, non retractandis lib.10.* Zinus, & Baldus *in l.1. ff. hoc tit.* prædictam sententiam non esse retractandam, & Aretinus dicit esse communem *in cap. vltra tertiam, de testibus*, & confirmatur ex dictis in versic. *ad primam*, vbi dixi etiam ex capite ignorantiæ non retractari. 19

His tamen non obstantibus in præsenti dubio contrariam amplector sententiam; ita vt petita restititutione ex clausula generali, admittatur exceptio solutionis per instrumentum nouiter repertum, etiam contra sententiam translatam in rem Iudicatam, & contra tres sententias conformes; maximè quando victor habet probabilem ignorantiam, succedens in Iure alterius, vel si fuit aliqua occupatione implicitus; ita quod non potuit vti illo instrumento: sic Baldus *in dict. l. Argentarius*, Alexander *num. fin. in dicta l. Imperatores*, vbi Angelus, Paulus, Iason, *num.11.* & Imola; idem Paulus *in dict. l. sub specie.* Et pro hac sententia consuluit Alexander *consil. 194. volum. 1.* Zasius *consil.15. num.62. volum.2.* Socinus *consil.194.* Matthæus de Afflictis *in decision. Neapolit.61.* Boërius *decision. 107. volum.1.* qui dicit communem opinionem, Ceuallos *in pract. quæst 542. à n.3.* & hanc esse magis communem testatur Antonius 20

Antonius Gabriel *lib.2. commun. conclus.2. tit. de restitutione in integrum*: tradit Gutier. *de Iureiurand. confirm. p.3. c.7. num.*8. cum aliis ab eo relatis: & sic fuisse Iudicatum secundùm Padillam *in dict. l. sub prætextu, num.*17. *Cod. de Iuris, & facti ignorantia*; & idem dixit Ceuallos ex aliis *quæst* 48. *in fin. pract.* qui *d. quæst.*541. *n.*1. refert casum, quo aduersùs tres sententias conformes; ita fuit Iudicatum petita restitutione ex clausula generali, eo quod hæres cuiusdam aduersùs quem litigatum erat ostendit instrumentum solutionis; imo & Ioannes Garcia *de nobilitate gloss.*6. §.2. *à num.*5. sic obtinuisse de facto refert, cum esset meritissimus fisci patronus.

21 † Nec turbatur ex dictis in versic. *ad primam*, quia hîc procedit, quando adest causa legitima, præter ignorantiam, ibi autem sola ignorantia non fuit legitima causa, ad retractandam sententiam.

QVÆSTIO II.

An sententia retractari possit prætextu Iuramenti nouiter reperti: Et an retractari possit per depositionem testium nouiter repertorum: An vt retractetur sententia, prætextu falsi instrumenti procedat ipso Iure, vel per restitutionem in integrum: Et an retractetur executio sententiæ?

SVMMARIVM.

1 *Sententia ex Iuris rigore non retractatur prætextu testamenti nouiter reperti, secus de æquitate, numero seqnenti expenditur, à num.*14.

3 *Sententia lata contra Regem, seu eius personas queit retractari.*

5 *Sententia, & transactio æquiparantur, n.*10.

6 *Transigi nequit de his, quæ pendent ex testamento, nisi eius verbis perspectis, n.*11.

7 L. si mater, ff. de exceptione rei Iudicatæ, num.12.

8 *Iuramentum, & sententia æquiparantur.*

10 *Transactio quare queat retractari.*

11 *Iudex nequit ferre sententiam de his, quæ pendent ex testamento, nisi cognitis verbis testamenti.*

13 *Iuramentum retractatur per testamentum nouiter repertum.*

16 *Sententia queit ex causa retractari testibus de nouo repertis.*

17 *Sententia lata prætextu falsi instrumenti, nunquid ipso Iure, aut ope restitutionis retractetur.*

18 L.15. tit.11. p.3. *versic.* cael.

20 L. admonendi, ff. de Iureiurando.

21 *Sententia vulgò* de remate, *reuocatur instrumento nouiter repertò.*

22 *Instrumenta liquida de nouo reperta, possunt produci, ad impediendam executionem, & etiam contra tres sententias, n.*23.

1 AD primam quæstionis partem, videtur respondendum, vt non retractetur sententia prætextu testamenti nouiter reperti, vt expresse docet Glossa *in l.3. §. si legatarius*, verbo *euicerit, ff. cum plusquam per leg. falcid.* quam sequitur Alexand. *in l. sic prætextu col.2. Cod. de transact. & in l. Imperatores, ff. hoc tit.* Curtius *in l. admonendi, ff. de Iureiur. num.*5. vbi dicit quod ita communiter tenent Doctores, & rationem assignat, quia Iudex, & testamentum æquiparantur, *l. non est mirum ff. de pignoratitia actione*, & par in parem non habet imperium, *l. ille à quo, §. Tempestinum, ff ad Trebell. l. nam & celsus, de receptis arbitriis.* † Et facit quia generaliter cautum est ex nostro Textu, & aliis adductis *in dict. quæst.*1. sententiam retractari non posse prætextu instrumentorum nouiter repertorum ex *l. sub specie* 4. *Cod. hoc tit. l. sub prætextu la primera. Cod. de transaction. l. Imperatores, ff. hoc tit. l.*19. *tit.*22. *p.*3. *l.*15. *tit.*11. *p.*3. sed testamentum dicitur instrumentum *l.*1. *ff. de fide Instrum. ergo.* 2

Et facit argumentum ab speciali Textus *in dict. l. Imperatores, & in dict. l. partitæ*, ibi, *fueras en de fiel Iuiçio fuere dado contra el Rey, o contra sus presonas, l.*1. *Cod. de sent. aduersùs fiscum latis lib.*10. Vnde cum illud ibi specialiter procedat in causa fisci, sequitur, quod in contrarium sit regula, *l. nam quod liquide, § fin. ff de penu, legata, l. cum Prætor, ff. de Iudiciis.* 3

Nihilominus alij acerrimè defendunt prætextu testamenti nouiter reperti esse retractandam sententiam inter quos Baldus *in l* 4. §.1. *ff. de transact.* Romanus *singul.*198. & alij, quos refert, & sequitur Sfortia Oddus *de restit. in integrum p.*2. *quæst.*37. *art.*4. Felinus *hic n* 12. & cum infinitis aliis Ceuallos *in pract. quæst.*838. *à n.*8. per Glossam communiter approbatam *in l.*1. §. *ratio quemadmodum testamenta aperiantur*, Glossa *in l. si mater in princ.* verbo *ex causa* in fine, *ff. de exceptione rei Iudicatæ*, Glossa *in l.*3. verbo *de Iure in* §.1. *ff. de transactionibus*, Glossa *in l.*2. *ff. de exceptione rei Iudicatæ.* 4

Et fundamenta potiora huius sententiæ sunt, primum quia sententia, & transactio æquiparantur *l. non minorem, Cod. de transaction.* sed transactio retractatur prætextu testamenti nouiter reperti, *l. Imperatores, §. cum transactio l. non est ferendus, ff de transactionibus ergo.* 5

Secundum nam de his, quæ pendent ex testamento, sicut transigi non potest, nisi perspectis, cognitisque verbis testamenti, *l. de his ff de transact.* ita nec Iudicari poterit ex *dict. l* 1. § *ratio, ff. quemadmodum testam. aperiantur*, igitur sententia non valet, & consequenter ob testamentum nouiter repertum retractandam esse. 6

† Tertium ex *l. si mater, ff. de exceptione rei. Iudicatæ*, vbi mater, contra quam fuit Iudicatum admittitur: tamen ad petendam hæreditatem ex testamento, in quo apparuit nullum fuisse datum substitutum. 7

† Quartum nam Iuramentum, & sententia æquiparantur, *l. nam & postea, §. quid temporali, ff. de Iureiurando*; sed Iuramentum retractatur, propter testamentum nouiter repertum, *l. fin. Cod. de rebus creditis*: ergo. 8

In hoc ergo conflictu; Ceuall. alia adducens sequutus secundam hanc sententiam; ait primam procedere de stricto Iuris rigore; secus autem de æquitate ex clausula generali, si qua mihi iusta causa ex dictis *suprà dicta quæst*1. in versiculo *ad quartam*, cum Ioanne Garcia, & aliis *ibi*, dicens ita Iudicari non solum in causa fisci, & Ecclesiæ, & minoris, sed in causa priuati, vt tenent Gregorius pluribus citatis *in dicta l.*19. *tit.*22. *p.*3. verbo *contra el Rey*, vbi hanc dicit communem opinionem, & quid non sit faciensia differentia respectu 9

actoris, vel rei contra Paulum Castrensem *con-*
*sil.*257. *vol.*1. contra quem fuit Iudicatum, vt
tradit Boërius *decis.*307. *in fine*, & facit contra
Paulum Tcatus de Iure Regio *in l.*13. *in fine,*
*tit.*22. *p* 3.

10 Sed quia Faquineua *lib.* 1. *controuers. cap.*52. vi-
deatur amplecti primam relatam sentcotiam, sin-
gulariter respondens, ad fundamenta iacta pro
secunda; ad primum nempe transactionem ideu
retractari, quoniam transigentes de eo tantùm
cogitasse censentur, quod in ea scriptura tabula-
rum, quas tunc nouerunt, continebatur quæ ra-
11 tio noo habet locum in sententia. † Ad secun-
dum oibil aliud eo probari, nisi quod Iodex fer-
re sententiam, nequeat de his, qoæ pendent ex te-
stamento, nisi cognitis verbis testamenti: quod si
testamentum viderit, & super eo pronunciauerit,
non debet res Iudicata retractari, quamuis aliud
12 testamentum postea repertum fuerit. † Ad ter-
tium ait Tcatum *in d. l. si mater loqui*, cum quia
egit ea vna causa, deinde vult agere ea alia; licèt
ea cadem facto. Quo in casu succurri ei, vt agere
possit, ob idque matrem, quæ causa testamen-
ti agere intentauerat, ex testamento agere pos-
se, quod ruptum non esse pronunciatum est,
quia nullus in eo datus fuit substitutus, sicuti
mater ipsa putauit, ob quam causam, & testa-
mentum ruptum esse dicebat, sed in nostro casu
non item, cum tantùm agatur, quando res Iudi-
cata directè impugnatur ex testamento nouiter
13 reperto. † Ad quartum respondet Iuramentum
retractari per testamentum nouiter repertum,
quia Iuramentum est species transactioois, *l.*2.
ff. de Iure Iurando, & transactio retractatur, vt
dictum est ex testamento nouiter reperto *l. non*
est ferendus, ff. de transactionibus, ad quod applica-
bis *dicta suprà quæst.* 1. versic. *ad tertiam*, & per
Doctores *ibi.*

14 Ideo ego cum eodem Faq. vt hanc difficulta-
tem explanem dico duobus modis, potissimum
accidere posse dictam controuersiam ex testa-
mento nouiter reperto, primo si quis petat cer-
tam quantitatem testamento sibi relictam, & se-
condum cum pronunciatum sit? deinde aliud te-
stamentum proferetur, in quo major quantitas
relicta sit; quo in casu agi poterit ex nouo testa-
mento, re Iudicata noo obstante, quia noua peti-
tio est, & nouum Iudicium diuersum à primo
l. 2 *ff. de except. rei Iudicata, l. si ex testamento ff. eod.*

15 Secundo si quis agat ex testamento, & ea Iu-
diciis sententia consequatur legatum, vel hæ-
reditatem, & postmodum appareat aliud testa-
mentum, quo illud prius reuocatum sit, & hoc in
casu retractandum non esse rem Iudicatam, sub
prætextu talis testamenti nouiter reperti, quia ex
tali testamento nihil aliud constat, quam nihil
deberi ei, pro quo est pronunciatum, nam tanta
est rei Iudicatæ authoritas, vt rescindi non possit
etiam si constet postea nihil deberi, nec reperi
poterit, quod in debito solutom authoritate rei
Iudicatæ, ex *l si fideiussor.* §. *in omnibus ff mandati,*
*l.*1. *Cod de condict. in debiti,* quod in puncto Iuris
verius existimo, & si de æquitate aliud sentien-
dum sit ex iam dictis, & ne obstant relata *suprà in*
dicta quæst 1. versic *ad vltimam,*

16 Ad secundam quæstionis partem, respondeo
breuiter ex causa admittendos esse testes ex nouo
repertos, ne veritas obombretur, vt docent Bart,
& Iason *in l. Imperatores, ff. hoc tit.* argum. Textus
in l. in exercendis litibus, Cod. de fide Instrum. & di-

cunt esse opinionem æquitate plenissimam, vt ve-
ritas detegatur: sequuntur Boërius *decis.*107 Ce-
uallos *in pract. q.*542. *à n.*6. qui dicit hoc verum
esse, siue sententia sit contra reum, siue con-
tra actorem aduersùs Gregor. *in l.*19. *tit.*22. *p.*3. &
Padill. *in l. sub prætextu n.*19. *Cod. de Iuris, & facti*
ignorantia, Gutt. *de Iuramènt. confirm. p.*3. *c.*7. *n.*5.
qui dicit communem, cum militet eadem, ratio,
ac in instrumento nouiter reperto, quod ex clau-
sula generali, de qua quæstione præcedenti facit
retractari sententiam, quam æquitatem, probat
Ioannes Garcia io vtroqua casu *de nobilitate glos-*
sa 6. §. 2. *à num.* 5. *&* 10.

Ad tertiam quæstionis partem, communiter 17
docent Doctores *in l. admonendi ff. de Iure Iurando,*
Socin. *in c fin. eod.* Roman. Fulgos. & Cacialup. *in*
*d l. admonendi n.*7. Cottas. *n.*37. Ripa *n.*15. Ias. *n.*10.
fieri vt prætextu falsi Instrumenti lata sententia
ipso Iure retractetur, & non per restitutionem, &
faciunt verba *d. l. admonendi*, ibi, *constitutionibus*
Principum ex integro causam agere ergo si illud ca-
oetur ex Principum constitutionibus; sequitur
quod de Iuris rigore procedat retractatio, & non
perita restitutione in integrum. Secundo quia si
necessaria esset restitutio io integrum, sequeretur
quod illius legis remedium de nihilo seroiret,
cum alias pro restitutionem rescindatur senten-
tia ex instrumento nouiter reperto, vt dico *infrà*;
& sic verba dictæ legis diriguntor ad partem, &
non adiudicem ibi, *ex integro causam agere*, quæ
verba referuntur ad partem, vt sentit Ceuallos
*in pract. quæst.*840. *sub n.*1. † Et confirmatur ex 18
Tcatu *in l.*19. *in medio tit.*12. *p.*3. *Cael pleyto que es*
librado por Iura se podria reuocar por cartas que fue-
ssen falladas de nuebo sciendo a tales que por ellas se
pudiesse aberigar el contrario de aquello que Iurara
el que venzio el pleyto por la Iura, quam ponderat
Ceuallos dicens per eam rescindi sententiam
absque beneficio restitutioois per instrumenta
nouiter reperta.

Contraria autem sententia, nempe, vt median- 19
te restitutione rescindatur sententia videtur ful-
ciri ex verbis Tcatus *in d. l. admonendi* ibi *ex inte-*
gro causam agere, & sic mediante restitotione, quæ
est repositio in statum pristinum *l. quod si minor,*
§. *restitutio. ff. de minoribus*: sic Bartolus, Baldus, &
Alexander *in d. l. admonendi*, vbi Albericus, dicit
commuoem, Zasius *in l. Diuus n.*4. per illum tex-
tum, *ff hoc tit.* & dicit magis communem Mantica
*singul.*170. quem, & alios refert Sforcia *de rest.* 2.
*p. quæst.*74. *art.*5. *n.*45. vbi de hoc latè declarat re-
ferens duas communes & pro hac adducitur
Textus *in l. seruo inuito,* §. *cum Prætor*, vbi Glossa
ff. à Trebell. l. Dini fratres, ff. de pœnit. arguendo à
fortiore: & Ceuallos omnino videndus *practicar.*
*dicta quæst.*840. *à n* 27. longè defendit, vt ipso Iu-
re rescindatur senteotia lata ex falsis instrumen-
tis: sic defendens contra aliam communem sen-
tentiam cuius fundementis respondet sigillatim,
† Et Textus *in d. l. admonendi*, dicens illum lo- 20
qui in sententia lata prætextu falsi Iuramenti
quod multum dissimile probat; secus si ex falsis
instrumentis, & testibus; & sic non debet obsta-
re idem Ceuallos qui *in quæst.*838. *à num.*11. in
retractanda sententia reperto testamento de no-
uo, debeat esse per restitutionem; ipsum vtrobi-
que leges, & attente, & tu adiicies quæ adduxi
*suprà in cap.*9. *de testibus quæst.*2.

Ad quartam quæstionis partem, breuiter di- 21
co sententiam vulgò *de remate*, reuocari ex in-
strumento

22 strumento nouiter reperto.† Ita vt in via executiua, transactis decem diebus, & lata illa sententia, *de remoto*, possint produci instrumenta liquida de nouo reperta ad impediendam executionem : ita Gregorius *in l. 33. tit. 24. p. 5.* verbo, *allegation.* sequuntur Gironda de Gabelis 4. *p. §. 2. num. 25.* Ceuallos *in practicis*, *quæst.*650.
23 *in fine.* † Qui etiam, *quæst.* 838 *à num.*13. ait vt hæc exceptio impediat viam executiuam contra tres sententias conformes, quia in tali casu, præsumitur erronea sententia, & exceptio erroris impedit viam executiuam : docet Padilla *in l. error, num.*17. *Cod. de Iuris, & facti ignorantia*, & eo non citato Parlador. *lib* 2. *rerum quotid. dict. cap. fin. p.* 5. *cap.*40. *num. fin.* & Muñoz *de escriciniis*, *cap.*38.*num.*3. Gutierrez *de Iuramento confirm. p.* 1. *cap.*40. *num. fin.* & probat de Iure Regio Textus *in l.* 4. *tit* 20. *p.* 3. ibi, *esso mismo decimos quando fuesse puesto yerro en la sentencia, sobre laquemia de marauedises, ocosias quese vbi essen dedar quemager, nose alcasen de estos inicios puedense renocar quando quier, eno deben obrar por ellos bien, ansi comosino fuessen dados.*

QVÆSTIO III.

An post conclusum in causa producantur testes, vel instrumenta de nouo reperta : An exceptio falsi possit opponi ante quam obtineatur restitutio aduersus sententiam : An petens restitutionem aduersùs sententiam latam ex falsis probationibus obtinere debeat, si se adstringit ad probandum testes falsum sponte dixisse, & pecunia corruptos, & solum falsitatem probauerit : Et quid si testes falsum non deposuerint, corrupti tamen fuerint : Et de aliis breuiter?

SVMMARIVM.

1 *Testes. & instrumenta. etsi de iure controuersum sit, vt post conclusum in causa queant produci, n.* 2. *hodie licet. n.* 3.
7 *Sententia non reuocatur prætextu priuilegij nouiter reperti.*
8 *Priuilegium à principio exhibitum, contra quod Iudex pronunciauit, censetur reuocatum, num.*9.
9 *Textus noster intelligitur.*
10 *Exemptus renunciat vt ex priuilegio suo non officit pontificio iuri.*
11 *Testes eneruatis, & reprobatis, quanta fides per sententiam adhibeatur*, remissiuè.

1 AD. primam quæstionis partem, quæ ex dictis infertur, etsi eius materia spectet ad Textum *in cap. cum dilectus* 9. *de fide instrument.* & in eo dubio dicas inuenio contrarias opiniones, & prima fundatur in regula, *dicti cap. cum dilectus*, quia cauetur, vt post conclusionem in causa non possint produci testes, aut instrumenta : facit Textus de Iure regio *in l.*34 *tit.*16.*p.*3. & vltra limitationes, quas adducit Franciscus Curtius *in repetitione Textus, in l. admonendi*, *à num.*69. *ff. de Iureiurando.* Felinus *in dicto cap. cum dilectus*, limitat. Bartol. *in dicta l. admonendi, num.* 2.

quando instrumenta essent de nouo reperta ; & idem procedere in testibus, tenet Iason *in l. Imperatores, ff. hoc tit.* Curtius Senior Videndus *in dicta l. admonendi, num.*67. & Iason *in l.* 1 *num.*48. *in repetitione, & in* 2. *lectura*, *à num.*50. opinionem, Bartoli, dicit communem Ripa *ibi, num* 45. *&* 48.
† Sed Romanus reprobat, *ibi* Bartoli opinionem 2
*num.*16 *&* 25. qui resoluit quod post conclusum in causa, non possunt produci instrumenta, etiam de nouo reperta : sequitur idem Curtius Senior *ibi, n.* 23. dicens quod communiter reprobatur Bart. opinio.

Sed has contrarias opiniones concordat Ripa 3
*vbi suprà, num.*48. scilicet quod quando conclusio fuit facta à Iudice, vel statuto, procedat Bartoli limitatio, & quando conclusio fuit facta ex consensu partium, non procedat ; quam concordiam assignat Felinus *in cap cum dilectus, num.*22. *limitat.*11. (sed in alio proposito) & *ibidem in limitatione* 13.*num.*16. dicit omnes allegare Bartol. pro prima opinione, non tamen apperit an illum omnes teneant, vel transeant cum eo : hodie tamen in quacumque parte litis admittuntur instrumenta cum Iuramento producentis pro de nouo ad eius notitiam venerunt, vt *in dicta l.*34 *tit.*6. *p.*3. ibi Gregor. *Gloss. fin. l* 2 *tit.*5. *lib* 4 *recop. l.* 3. *tit.*2. *& l.*1. *tit* 5. *lib.* 4 *recop.* & vtrobique Azeuedus, Ceuallos *in pract. quæst.*605 Paz *in praxi, p.*1. *§* 1. *tempore* 8 *num* 178. quod quidem procedit etiam in via executiua, vt adduxi, *supra in fin. quæst. præcedentis.*

Ad secundam quæstionis partem dixi, *sup. in c.*9.*de test.q.*2. versic. *ad primam.* 4

Ad tertiam quæstionis partem dixi, *sup. in dict. c.*9.*de test.q.*1. versic. *ad secundam.* 5

Ad quartam quæstionis partem dixi, *in d.c.*9. *de test. d q.*1. versic. *ad tertiam.* 6

Ad vltimam pro complemento Textus nostri, 7
& eius intellectu, dico secundùm Ceuallos *in practicis, quæst* 840. *num.*43.44. *&* 45. ideo in Textu nostro sententiam latam aduersùs Ecclesiam non retractari prætextu priuilegij nouiter reperti, quia censetur Iudex à Papa delegatus, tacitè illud priuilegium reuocare ex doctrina Textus nostri, qui loquitur non de aliis instrumentis nouiter repertis, sed de priuilegio nouiter reperto ; in quo aliud est, cum priuilegium sit lex priuata, *cap. vt priuilegium dist.*1. & sic contra Ius commune, & per consequens magis odiosum, quod est de Iasonis mente ; *in dicta l. Imperatores, ff. hoc tit. n* 6. ita Abbas, & Doctores *hic* idem Abbas *in c.* 1. *de re iudic.* cuius materiam applicabis ad hoc dictum, & *in cap. considerabimus*, per illum Textum
de electione notab. 2. † Zebal. *vbi suprà*, vbi dicit 8
quod licet illud priuilegium fuisset a principio exhibitum in Iudicio & præsentatum ; si tamen Iudex protulisset sententiam aduersùs eum, talem sententiam esse validam ; eo quod censeatur tacitè illud priuilegium fuisse reuocatum.

Vnde etsi hic possem nonnulla adiungere de 9
renunciando priuilegio ab exempto, & dicere
cum Verolo *in cap.*1.*de iudiciis, num.*117.† Exem- 10
ptum non posse fori priuilegio renunciare, quoad Pontificis priuilegium ; secus quoad præiudicium ipsius exempti ex verbis Textus nostri. ibi, *ita tamen, vt nullum per hoc Apostolica sedi præiudicium generetur, quo minus si voluerit, suam iustitiam prosequatur* : tamen reuera hoc ex dictis verbis non probatur ; solùm enim docent ea verba sententiam latam contra priuilegium, quando super

exemptione erat controuersia, à qua non est appellatum per condemnatum, transire in rem Iudicatam, esseque irretractabilem; ita vt exemptionem intendens, non sit amplius audiendus, nec verba, *in dicto*, versic. *ita tamen*, faciunt ad rem, cum solùm denotent quod sententia lata contra exemplum litigatorem, & in rem Iudicatam translata, sedi Apostolicæ nocere non possit quo minus ipsa quandocumque voluerit, possit de Iure suo disputare, quasi res inter alios acta aliis nocere non possit, ex reg. Textus *in cap cum super 17. & in cap. pen. hoc tit.* vbi late dixi: ita Balboa *in c. 1. de foro compet q. 1. n. 40.* & 42. vbi dicit in hoc nostro Textu, nec vllum verbum renunciationis reperiri, quem videbis in tota illa quæstione.

11 Item per hunc Textum potest disputari de fide testium eneruatorum, & reprobatorum per sententiam, de quo latissime Scobar *de sanguinis puritate, p. 1. quæst, 13. §. 3. & num. 16.* vbi ex Glossa hic ibi, *si præfati Innocentij priuilegium Alexandro fuit in iudicio præsentatum, & ipse tulit sententiam, contra illud intelligitur reprobasse.* Occasione huius egi, *supra in cap. testimonium 54. q 6 à n. 1.* de quæstione illa an testes reprobati sententiam fidem faciant, vel non ad alias plures leges eundem Scobar latissime, §. 4.

QVÆSTIO IV.

An habens rem Iudicatam pro se in quæstione nobilitatis, si postea conueniatur in proprietate releuetur ab onere probandi in ea?

1 QVia ad contexturam nostri Textus conducit quæstio præsens, poterat hic innecti; sed quia de ea latissime scripsit Videndus Gutierrez *lib. 3. pract. quæst. 19. ad Textum in l. 8 tit. 11. lib. 2. recop* ipsum leges: Et quæ, *supra*, adduxi ad Textum *in cap. venitns 38. de testibus*, vbi egi, nunquid attestationes receptæ in summario, fidem faciant in plenario, & *in cap. 50.* applicabis quæ adduxi, *sup. in c. fraternitatis 17 de testibus, q 2.* vbi publicatio testium in summario an impediat examen testium in plenario possessorio, aut petitorio.

QVÆSTIO V.

An restitutio in integrum concedatur aduersùs sententiam prolatam in tempore minoris ætatis, Iudicio cum minori incæpto: Et quid in termino restitutorio, si conclusionis tempore, minor maior factus sit; sic vt semper in Iudiciis initium sit spectandum?

SVMMARIVM.

1 *Minor læsus ex communi iuris regula, iuuatur restitutionis beneficio.*

2 *Minor, maior factus restitutionem petens prætextu iniustitia non restituitur aduersus sententiam, secus si prætextu erroris proprij, vt numero 3 declaratur, à numero 4.*

4 *Minor si est actor, & ab initio adesset temporis angustia vsque ad conclusionem, vt interim propter terminos datos, reus maior esset factus, restituitur tunc in integrum aduersùs latam sententiam; item si causa fuerit aduersarij calliditate protellata ad tempus maioris ætatis, vt n. 5.*

6 *Minor restituitur, etiam maior factus aduersùs sententiam, quoties finis habet connexionem cum initio exemplificatur, n. 7. aliter vero non, vt n. 8.*

7 *Initium est expectandum in iudiciis, quando finis, & id, quod progreditur habet necessarium antecedens cum principio, nisi causa successiua, successiuum producat effectum, & effectus cessat pro tunc, vt n. 8.*

8 *Maior si promisit sub conditione potestatiua, quæ tempore maioris ætatis implementum habet, non restituitur.*

9 *Minor renunciando probationibus, iam maior factus, non restituitur aduersùs sententiam, nec aduersùs probationes.*

10 *Minor factus maior non restituitur aduersùs sententiam modo dicto, nisi calliditate aduersarij læsus esset; & eo quod protellaris Iudicium vsque ad maiorem ætatem, etiam si contingat iudicus facto, vt n. 11.*

AD hanc quæstionem, an restitutio in integrum concedatur aduersùs sententiam prolatam tempore minoris ætatis, Iudicio cum minori incæpto; Et quid in termino restitutorio, si minor factus est maior? Et licet cõmunis, & cognita Iuris regula sit minorẽ læsum restitutionis in integrum beneficio Iuuari aduersùs sententiam difinitiuam; eiusque executionem per, *l. 1. & tot. tit. Cod. si aduersus rem iudicatam, l. præfecti, & l. seq. ff. de minoribus, cap. 1. de restitution. in integr. lib. 6. cap. suscitata eodem tit.* Morla *in emporio iuris tit. de restit. in integr. quæstion. 3. à num. 12.* Surdus *consilio 79. num 13.* Turret. *consilio 54. n. 3. lib. 3.* Sfortia Oddus *de restitut. in integrum. quæst. 72. art. 3. lib. 3.* Bursatus *cons. 101. n. 25.* tamen in puncto nostri dubij; non caret difficultate, cum alij negent, alij verò affirment. 1

2 Quare nos existimamus sub distinctione rem hanc esse sedandam: nam vel maior factus restitutionem petit prætextu iniustitiæ ipsius sententiæ aduersùs sententiam vel prætextu erroris proprij, & in primo casu illum non restitui; quia contra eum iam maiorem factum lata fuit; ob idque nequeat de sua imprudentia recte conqueri, quod Iudicari permiserit, antequam Iudex melius de actis, & processu fuerit instructus, docent DD. per Textum *in l. 3. §. 1. ff. de minor 25. ann & l. 1. C si aduersùs rem indicatam,* Caldas Pereira *in l si curatorem,* verbo *implorare, num. 50* Maurit. *de rest. in integ. c. 196.* Vrsil. *decis. 210. n. 1. & 3.* Mastrill. *dec. 268, lib. 3. n 5.* Sfortia Odd. *d q. 72. art. 5 à n. 76.* vbi *n. 78.* † In secundo autem casu illi restitutionem concedi dicunt idem Sfort *sup n. 61.* Amat. *res. 65. n 3. & 4.* post Bart. Bald, & Alberic. *in d. l. 3. §. 1. ff de minor.* pro quo faciunt quæ dixi late sub *c. 1. nostri tituli.*

3 Sed idem Amat. *n. 5. & 6 d res. 65.* duobus modis hanc partẽ existimat declarari posse. † Primo cum minor est actor, & ab initio litis vsque ad conclusum, adeo esset in temporis angustia, positus, vt dando terminos reo iuxta naturam causæ ab initio litis necessariò, conclusionis tẽpore, maior efficeretur, & tũc restitutionem in integrũ 4

aduersùs

aduersùs latam sententiam indulgendam esse, cum tunc ea conclusio habeat necessariam consequentiam ad actum factum in minori ætate, ini-
5 tiumque fore spectandum. † Secundò in casu, etiam, quo minor conuentus fuisset, per illumque conclusum fuerit in lite tempore maioris ætatis, fueritque tunc cum aduersariis calliditate, & malitiæ causæ conclusio prolata ad tempus majoris ætatis, adhuc etiam veniet restituendus per *d. l 3. §. 2. ff de minor*, ita videntur etiam ducere Angel. *in d. l. 1.* Aretin. per illum Textum, *Cod si aduersùs rem Iudicatam*, Iacob. de S Georg. *ibi, n. 10.* Fulgos *in l. 1. n. 1. ff. de minor*, quos sequitur, Sfort. Odd. *d. art 5. n. 76.* Pereira *d. n. 50. in d. l. si curatorem*, Maurit. *d c. 196. col fin.*

6 Et omnium horum ratio fundamentalis est, si finis habeat necessarium antecedens cum principio: nam quidquid minor, maior factus egerit, subjacet, vt si fecisset in minori ætate, cum principium spectandum sit Iuris indubitati, vt si probationes omiserit, vel aliquid aliud: nam est de esse principali, sicut pars de esse totius, quod spectatur, sicut fundamentum, & prædominat, quemadmodum initium attendi, vbicumque quid in executionem præcedentis actus fit, vt probant, Ancharran. *cons 28. n. 3.* Bald. *cons. 153. n. 154. lib. 4.* Afflict. *decis. 210.* Maurit. *d. c. 196. col. fin.* Pereira *d. n. 50.* Ponte *decis. 21 n. 19.* Tusch. *conclus 703. in num. 16. littera P*, Anton. Faber *in Cod. lib. 3. tit. de inofficios. testam. definit. 25. n. 20. in allegatis*, Surdus *decis. 297. n. 12.*

7 Et confirmatur; nam adeo in Iudiciis spectandum est initium, quando finis, & id quod progreditur habet necessarium antecedens cum principio, vt si vidua pupilla, vel alia persona miserabilis vtatur beneficio *l. vnica, Cod. quando Imperator inter pupill. & vid* tempore illo viduitatis, aut minoris ætatis, durante, eligat forum Principis, & inde vidua nubat, vel pupillus major effectus sit, aut cesset miserationis priuilegium, adhuc in foro Principis causa manere debeat, Fallerius *in const. statuimus, num 27.* Menoch. *de arbitr. casu 66. n 28.* Franch *decis. 257. in fine*, Thesaur. *decis. 177.* Giurba *decis. 82. n. 13. & in consuet. Messan. c. 10. gloss 4.* Cumia *ritu 45. n 2.* Ricc. *collect. 300.* Burg. *de laudemio p 3. inspect. 4. n 2.* Totus *in compend. decis.* verb. *viduam*, Muta *in consuet Panormit. c. 3. n. 47.* Mastrill. *decis. 268* testant decisum in magna curia, Nonarius *de elect & variat fori quæst. 7. n. 4. sect. 1 & quæst. 10. n. 1. sect. 2.* Aluar. Velasc *decis 57.* respondens ad regulam cessante causa, vt non cesset effectus iam consummatus, si aliqui est Ius quæsitum, ad Textum *in l fin. ff. vnde liberi*, Surd, *cons. 250. n. 24. & decis. 18. n. 12.* Giurba *decis. 82.* cum multis aliis Amata *d. res. 65. n. 51. & 52.* vbi *n. 53.* cum Monter, Casanat. Hondedon Ganca, & aliis, limitat contra alios, nisi causa, siue momentanea, successiuum producat effectum; quia tunc saltem pro futuro, cessante causa, semper cessat effectus: alia inquam refert videnda idem Amato *à num 54. ad finem. & ante à n. 17.* quæ sufficienter ex dictis explanantur, & faciunt quæ longissimè dixi de foro priuilegiato viduarum, pupillarum, & aliarum & miserabilium personarum *in c. ex parte de foro compet.* hic applicanda, cum aliis adductis de causa semel incœpta in vno Iudicio, *ibi* prosequenda non obstante mutatione status personæ; vt sub *c. penult. dixi*, & *alibi eo titulo*. & præter adductos, sunt legendus Trentacinq. *var. resol. lib. 2. tit. de cit. resol. 2, n. 15.* Vincent. de Franc. *decis. 719. n. 1. & 2. lib 4.* Gratus *cons. 65. n 37 lib. 1.* Didacus Perez *lib. 3. ordinam. tit. 5. sub Rubr. de las recusaciones, quæst 5. n. 569.* Tiraquell. *in l. si vnquam*, verbo *susceperit liberos, num. 158.* & cessante causa limitat. 12. Intrigliol. *de substitut. cent. 3. quæst. 73. num. 337.* & alij.

Tamen si actus sit gestus in majori ætate con- 8
sequentiam necessariam non habeat ad actum in minori ætate gestum, sed tantummodo voluntariam, puta, si à minori quid promissum sub conditione potestatiua, quæ tempore maioris ætatis implementum habuerit, vel si minor hæreditatem adiisset, & factus maior, legata exoluisset, tunc denegari, nec ei competere restitutionem probant idem Sforc. Odd. *de rest q. 25. art. 6. n. 62.* Amato *d. res. 65. n. 12.* † Item quando ipse ma- 9
jor factus, in causa concluserit, qui tunc censetur tacite per conclusum, probationibus renunciasse, sibique debeat imputare, quod ita voluerit errorem, & defectum probationum sic renunciando confirmare, Bart. Bald. & Alberic. *in d. l. 3. §. 1. ff. de minor.* idem Amato *suprà sub n 4.* vbi *n. 15.* & Lancelot *de attent c 4 limit. 20. n. 13* Afflictis *decis. 210.* ampliant procedere, nedum in restitutione obtinenda aduersùs sententiam, sed etiam aduersùs probationes post conclusum fieri omissas, insistendo distinctioni, Sforcia Oddus *suprà num. 78.*

Hæc de restitutione deneganda maiori de mi- 10
nori facto procedunt, nisi calliditate aduersarij id actum esse, probaretur etiam si leuior in hoc aduersarij suspicio calliditatis sit, quod eius dolo vsque in maiorem ætatem minoris, & ferendæ sententiæ tempus, Iudicium protractum sit, vt Vlpian. statuit *in d. l. 3. §. 1. ff. de minor. l intra vtile, ff eodem* Sforcia *d. q. 72. art. 5 n. 79. & q 25. art 4. n. 32* Cald. Pereir. *de rest in integ.* verb. *implorare, num. 50 fol 157.* Maurit. *de rest. in integ. c. 196.* Molfes *in consuet. Neapol. tom 1. p 4. de success ab intestato. q. 6. n. 4* imo addunt, Molfes *dist. q. 6. n 4.* Caldas *d n. 50.* Giurba *decis. 82. n. 10.* Afflict. *dist. decis. 210 n. 5.* Amato *dict. res 65. n. 13. & 14* vt quod Consultus subdit de aduersarij calliditate, extendendum quoque esse ad factum Iudicis, si id eius facto, & culpa, etiam eueniat. Cum quibus manet sufficienter explanata difficultas, nec ad aliud porrigimus, ad quæ præcitati nonnulli portexerunt.

AD TEXTVM

IN CAPITE XXII.

Cum I. & A. hoc Titulo.

PRÆMISSVM

SVMMARIVM.

1 *Sententia retractatur ad dictum testium conspiratorum.*

2 *Testes contradicente parte quid probent, remissiuè.*

7 *Testis inhabilitas, quæ non fuit opposita in prima instantia, queat poni in secunda.*

1 MAteria huius Textus terminatur ex dictis, *in cap. præcedenti*, vbi actum est, *de retractatione sententiæ*, & *in cap. 1. & in cap. cum inter 13.* Et quia hic habetur retractandam esse sententiam latam ad dictum conspiratorum testium, si ab ea appellatum est: applicabis quæ adduxi, *in c. 9. de test.* vbi de retractanda sententia lata ad dictum corruptorum testium: Et quid probent testes recepti, contradicente parte.

2 Et adiunges dicta, *in c. testimonium 54. de test.* vbi de oppositione aduersùs testes.

3 Ibi, in versic, *Hos Chatalem. Episcop. dedimus in mandatis, vt ad Ecclesiam personaliter accedentes, tam in capite, quam in membris corrigerent corrigenda*, & ibi, *correctione membrorum delata, quam tunc non poterant expedire*: per hæc verba poteris adiungere nonnulla dicta *sub p. 2. cap. nouis de Iudiciis à quæstione 17. cum aliis*, vbi de correctione subditorum, seu prælatorum; & late, *ibi*, explicui quando, & qualiter correctio expediat fieri.

4 Ibi, *tum quia iudices lite non contestata in ipso negotio processerunt*: per hæc verba adiunges dicta *in Rubrica de litis contest, & ibi, quæst. 2.* vbi egi de quæstione, an litis contestatio sit actus substantialis Iudicij, à qua pendet obiectio opposita aduersùs sententiam probationis, de qua *hic*.

5 Et ibi, *tum quia iuramenta conspiratorum*, & ibi, *depositionibus coram partibus minime publicatis nec ostensis eisdem, &c.* de necessitate Iuramenti per testes dixi, *in cap. 5. testib.* & quod testis conspirati Iuramentum non probet, sed tamquam iniquum reijciatur; adiunges dicta *in c. 12. §. 1. & in cap. quintauallis, & alibi* dicta de Iureiurando iniquo reijciendo: Item de necessitate publicandi dicta testium, & dandi copiam vulgo, *transl̄ado*; alteri parti, dixi latè: Et an hoc sit de substantia processus, late dixi, *in cap. præsentium 31. de testibus*, & plures adducit, *hic* Barbosa *n. 2.*

6 Et ibi, *ea tamen per aliorum dicta fuerant sufficienter ostensa*: per hæc verba Tiraquellus cessante causa, *limitatione 62. numero 54.* Barbosa cum eo, *hic num fin.* dicunt quod sententia, quæ nititur duobus fundamentis, vno vero, & altero falso, sustinetur in vero, de quo, *in hoc tit.*

7 Et per hunc Textum Panormit. post Innocent. *num 13. hic*, Gratianus *reg. 39. num. 3.* dicunt inhabilitatem, & probationem testis primæ instantiæ opponi in causa appellationis; ex eo quod sit exceptio quasi peremptoria; & ita vsu seruari; ad quod applicabis dicta, *in c. testimonium 54. de testibus, quæst. 4.* vbi de quæstione; an exceptio, quæ non fuit apposita contra testem, possit opponi in secunda instantia.

8 Iterum *versic. 1. num. 2.* in verbis, ibi, *personaliter accedentes*: applicabis dicta, *supra in cap. 4. de probat.* vbi de probatione per visum matronarum, & *cap. 13. eodem de probat. finium*; item & dicta *in cap. 9 de præscript.* vbi de eodem, & dicta *in cap. fin. de libelli oblatione, quæst. 4. §. 18.* vbi de processu instituendo in visitatione, & §. 19. vbi de processu instituendo à Magistratibus, inuisentibus delicta, terminos, vel officia locorum; & *§. 20. de processu in carcerum visitatione, & §. 22. de processu contra vehentes merces, & earum registrationione*: quæ omnia pendent ab approbatione visus.

Et quia in versic. *de positionib. coram partibus*, 9
agit, *hic* Barbosa *n. 2.* an & quando testium publicatio, sit de substantia Iudicij, vbi cum multis; ideo leges quæ ego adduxi, *in cap præsentium 31. de testib. q. 1.* ad alia, *in c. 17. eod. q. 2.* † Aliqua nota pro 10
hoc Textu. Matthæus Collerus *de processib. execut. p. 4 pag. 186.* vbi *n. 3.* dicit quod conspiratores & capitales inimici æquiparantur & quod publicatio testimoniorum non est de sustantia ideoque omissa non vitiet processum ad primum Videbis *in c. per tuas 32. de simonia, c. repellantur de accusationibus*, ad secundùm, *supra sub tit. de test. in c. præsentium 31.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XXIII.
Cum te, hoc Tit.
PRÆMISSVM.
SVMMARIVM.

1 *Damnatus in actione iniuriarum, infamis est, & à Papa valet restitui num. sequent. & quæst. 1. num. 1.*

2 *Iniuria non tam facto, quam verbis irrogatur.*

3 *Iniurians tenetur actione iniuriarum, etiam quod dicat verum, etiam si proueniat culpa iniuriam passi.*

8 *Famosi libelli author flagellatur.*

LIttera huius Textus probat quod damnatus 1
in actione iniuriarum, infamis est, & per Papam potest fama restitui: Ad primam partem, quod damnatus in actione iniuriarum infamis sit, qualiter iniuria irrogetur dico, *infra*, latè, *in tit. de iniuriis*, & ex pluribus plura congerit, *hic* Barbosa *à n. 2.* † Vbi dicit quod iniuria, non facto, 2
quàm verbis irrogatur, & quod dicitur ea non tantum, quæ verbis; sed quod scribendo fit. † Et 3
quod iniurians tenetur actione iniuriarum, etiam quod dicat verum, & etiam quod proueniat culpa iniuriam passi. Sed quia de istis, & aliis dico late *infra in d. tit. de iniuriis*; ideo interim præter adductos ab eodem Barbosa leges Conar. *lib. 1. var. c. 11.* de iniuria, quæ verbis fit, & ea quæ veri criminis obiectione irrogatur Pichard. *inst. ad tit. de iniur.* vbi expendit ex pluribus. † De scriptis, di- 4
ctis, & famosis Reuardus *lib. 1. coniect. c. 18* Gom. *tom. 3. var. c. 7.* ad bonas quæstiones, Faquin. *lib. 9. contr. à c. 7.* cum aliis Riccius *coll. 49.* idem, *coll. 138.* vbi plura de actione iniuriarum. † Et quibus 5
competat Ius quærelandi, ipse *coll, 176.* † De obla- 6
tione ex delicto iniuriæ Osualdus *lib. 15. comm.* Donelli *c. 23. cum aliis.* † De tractatione Trulench. 7
in opere morali, lib. 5. c. 10. ex dub 1. 2. 3. leges eundem Riccium *coll. 1875. & 1984.* † Et author famosi li- 8
belli flagellatur, idem, *coll. 1630.* de famoso libello Pius V. de quo Scorria *epitom. 121.*

De secunda parte Textus nostri, quæ 9
pertinet ad restitutionem famæ à Principe, seu Papa contra sententiam, aliqua dico, *infra*: & sic pro prima parte leges quæstionem sequentem quæ est propria Textus nostri.

Qvæstio I.

An condemnatus pro minima iniuria notetur infamia: Et an de minimis sit curandum: Et an furtum de re minima irroget infamiam?

SVMMARIVM.

1 *Infamia pro minima iniuria, numquid irrogetur, n.2. resoluitur à num.3.*
3 *Parua rei nulla habetur ratio, nec curatur de minimis.*
4 *Minima in consideratione non sunt, cum agitur de iure speciali contra Regulas Iuris, secus vbi agitur de Iure Canonico, num.5.6.7.8. & num. 13. casus plures remissiuè fallit, num. 14.*
9 L. scio, ff. de in integ. restit. l. si oleum, §. fin. ff. de dolo malo.
Leg. Senatus Petrus Marcellus, ff. de leg. 1. leg. metum, ff. quod metus causa cum infinitis.
10 *Simonia non committitur in rebus minimis.*
11 *Solemnitas Iuris in causis breuioribus est remissa.*
12 *Expensæ modica non sunt in consideratione inter virum, & vxorem.*
13 *Donatio non reuocatur modica iniuria.*
14 *Curandum de minimis pluribus iuribus. & casibus remissiuè exemplicatur.*
15 *Appellari licet propter grauamen minimum.*
16 *Rehibitoria datur pro re minima.*
17 *Filius Patre superstite vno momento facit deficere conditionem si sine liberis.*
18 *Filius ex testamento Patris, vt hæres dicatur satis est vt momento superuixerit.*
19 *Hæres tenetur legatorum nomine caueri, licet res minima sit legata.*
20 *Seruus peculiaris dicitur, qui minimum habet peculium.*
21 *Furtum committit, qui detinet lucrandi animo animalia mansueta.*
23 *Actio pro minima re, aut pro minimo furto non datur criminalis.*
24 *Restitutio non conceditur pro minima re, quando maiori fit præiudicium*

1 Regula enim est ex Textu nostro, quod iniuriarum condemnatus notetur infamia, vt ex multis probat Farinacius *in praxi crim. p 3. q.105. à n 61.* Ferdinandus Graue *lib 2. concl.102. in practica Cameræ Imperialis,* Clarus *in §. iniuria, num. 5.* sed dubium est an pro minima iniuria infamia irrogetur; in quo dubio ait Tiraquellus quod illa ex leui iniuria non irrogatur *in tractatu de Iudicio in rebus exiguis* versic. 64. Et sic videmus decisum in Textu nostro in versic. *nos autem considerantes* ex minima facta iniuria sententiatum, infamia non notari. Et sic Glossa hic testatur actionem iniuriarum pro modico non esse admittendam; & aduertit Balboa *in cap.11. de appellat. num.8.*

2 Sed quia ex hoc Texto dicat Barbosa *num fin.* contrarium potiùs deprehendi eo quod fuerit opus restitutione in integrum, ad hoc vt condemnatus pro minima iniuria infamiam non incurreret: ob idque inferat cum Claro *in dicto §. iniuria, num.9.* versic. *item condemnatus*, Farinac. *dicta quæst. 105. num. 65.* Suar. *in Thesauro receptar. sentent. littera I, num.29.* ideò operæ pretium est recurrere ad secundam partem, & ad tertiam quæstionis, vt hæc dubitatio satiùs intelligatur.

Ad secundam partem, an de minimis sit cu- 3
randum, & quod non sit curandum, & quod
paruæ rei nulla habeatur ratio iusta plena manu
scripta per Corsetum *lib. singulari de modicis,* vbi
habetur *in tractatu Doctorum en los dieas y otto
cuerpos volum.1. fol.324.*

Imo & Tiraquellus *de Iudicio in rebus exiguis,* 4
ait quod minima non sint in consideratione,
quando scilicet agitur de iure speciali contra iuris communis regulas, puta per viam restitutionis; quia tunc de minimis nulla solet esse Prætoris cura: nam pro modica læsione à iure communi, non recedimus. † Sed vbi agitur de iu- 5
re communi curatur de minimis, etiamsi simus
in pœnalibus, puta in furto quod committitur
in ansere, aut gallina, hæc & alia tradit videnda Barbosa *in Axioma 150.* cum infinitis, præter
quæ, & quos addo sequentia.

Vnde quia in multis casibus, etiam de mini- 6
mis curandum sit, qui ad certam Regulam reduci non possint, sicut econtra dictum est, vt
de minimis non sit curandum. Ob id existimo
dicendum cum Butrio *in cap. si proponente de rescriptis*, & cum Balboa *in dicto cap. 11. de appellationibus n. 11.* quod si loquamur de iure communi; Tunc de minimis curandum, sin autem
de iure speciali, vt iam dixi curandum non esse
iuxta Bartoli doctrinam *in l. si proprietarius. ff. de damno infecto, & in l. scio, ff. de in integrum restitutione*, Imola *in cap. de maioribus de præbendis.*
† Quod verum est etiamsi Panormit. *in dicto* 7
cap 11. de appellationibus eodem tit. dicat quod
quando in minimis eadem ratio militat; ac in
maioribus de minimis iure nostro curatur, sicut
de maioribus, sequitur Aretinus *in l si seruum §. Prætor ait, ff. de acquirenda hæreditate.* † Et quam- 8
uis etiam idem Panormitanus aliter expendendo
dicat quod in extraordinariis remediis regulariter de minimis non curetur; secùs vero in ordinariis, tamen hoc dictum est concordandum
cum nostra distinctione, eo quod si loquamur de
iure speciali, & extraordinario, quod est contra
Ius commune, in quo continetur omne remedium, quod restitutionem concedit eo casu non
curaretur de minimis ex iam adductis.

Et secundùm hanc partem, qua docemur de 9
minimis non esse curandum sunt intelligendi
Textus *in l. scio, à de in integ. restit.* vbi pro minima læsione, non datur restitutio, *l. si oleum, §. fin ff. de dolo malo,* vbi actio de dolo malo in re
modica non attenditur, & in alio proposito,
aut dubio probat Consultus *in leg. Senatus, §. Marcellus, ff. de legatis 1. l. metum, ff. quod metus causa, l. res bona fide, ff. de contrahenda emptione, l 2 ff. quod cum eo, l. si ex causa in principio, ff. de minoribus, l. si quis, §. sed & si quis, ff. de pigneratitia actione, l. 1. ff. de coniug. cum emancipato liberis. l. licet, §. fin. ff. de adim. legatis, l. lex Cornelia nisi tamen, ff. de bonis eorum, qui sibi mortem consciuer, l. vlt. §. idem rescripsit, ff. de manum Testam. l. qui habebat, l si quis ante, §. fin. l. si quis conduxerit, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, §. vlt. Inst. de Iudiciis.* † *Cap. & si quæstiones de Si-* 10
monia, vbi in rebus minimis Simonia non committitur.

Sic

11 Sic etiam in causis breuioribus, iuris solemnitas remissa est, *Auth. nisi breuiores, Cod. de sentent. ex periculo recitandis, & in l. leuia, ff. de ac-*
12 *cusationibus.* * Et Textus *in l. omninò ff. de impensis in rebus dotalibus factis*, vbi de modicis, etiam ex-
13 pensis inter virum, & vxorem non curatur.* Imo & pro modica iniuria donatio non reuocatur, vt *in l. fin. Cod. de reuocand. donation.* & adducit Corsetus, *vbi suprà lib. singulari de modicis* 79. *casus, in quibus de minimis non curatur*, & alios 94. retulit Tiraquel. *vbi suprà, in quibus de minimis non curatur.*

14 Econtra tamen Regula, quæ dicit de mini-
15 mis curandum, confirmatur. * Vt puta in minimis causis; in quibus, & propter minimum grauamen appellari licet ex Textu *in dicto c.* 11.
16 *de appellationibus.* * Secundo ex *l. si tamen, §. fin.* & ibi Glossa verbo *simplicem, ff. de edilitio edicto*,
17 vbi pro re minima datur rehedibitoria. * Tertio *ex l. ex falso, l. si quis autem, ff. ad Trebell.* vbi Filius Patri superstes vno solo momento facit deficere conditionem, si sine liberis decesserit.
18 * Similis Textus *in l. si duos, §. fin. ff. de rebus dubiis*, vbi satis est filium Patri momento superuixisse, vt ex eius Testamento hæres esse dica-
19 tur. * Quarto ex *l. quamuis, ff. vt in possessionem legatorum eatur*, vbi quamuis minima res sit legata, tenetur hæres legatorum nomine cauere, aut legatarius mittatur in possessionem bono-
20 rum. * Quinto seruus peculiaris datur, qui minimum habet peculium, vt aduertit Archidiaconus *in cap. non debet de prabendis lib.* 6. & alios casus vsque ad quadraginta, & tres, de quibus Corsetus *vbi suprà*, de Iudicio in rebus exiguis in quibus apertè constat de minimis curandum esse, habebit locum iuxta præfatam distinctionem, de qua in versiculo *vnde*, & in versic. ad *secundam.*

21 Ad tertiam quæstionis partem, an furtum de re minima irroget infamiam, vt latè respondeas repetes pro affirmatiua, & negatiua sententia omnia dicta in versic. *ad secundam*, cum aliis; item videbis latè de hac quæstione Bartol. *in l. si proprietarius* 22. vbi bonus Textus in fine principij, *ff. de damno infecto*, Iason *in leg. sciendum, n.* 8. *ff. qui satis dare cogantur*, Abbas *in cap. dilecti de Iudiciis num.* 2. Tiraquell. *vbi suprà, tractatu de Iudicio in rebus exiguis ferendo*. Meneses *in l. quamuis in lucro num.* 4. *Cod. de Iuris, & facti ignorantia*, Portium *lib.* 3. *conclus.* 30. Couarruu. *lib.* 1. *variar. cap.* 3. fere per totum, Pinelum, *in leg.* 2. *p.* 1. *cap.* 1. *num* 25. *Cod. de rescindenda venditione.*

22 Omnium tamen opinionibus omissis, quoad tamen Textum, *in l. naturale* 7. *§. gallinarum, ff. de acquirendo rerum dominio, l. vulgaris* 21. *l. pauonum* 37. *ff. de furtis, §. gallinarum instit. de rerum diuisione, cap. vulgaris de pœnit. dist.* 1. *l.* 24. *tit.* 28. *p.* 3. *l.* 17 *l tit.* 4. *lib.* 3. *fori*, quibus probatur furtum committere illum; qui animo lucrandi detinet animalia mansueta, vt sunt gallinæ, & anseres mansuetæ.

23 Quod dictum impugnatur ex iam adductis exemplis, vbi de minimis non curatur, nec pro eis actionem de dolo dari, ex *dicta lege si oleum* 10. *§. fin. ff. de dolo*; Et sic nec dari furti actionem, cum sit iniquum pro minima re eam dari, quod tamen intelligo sic actionem de dolo quæ famosa est; Item nec furti criminalem pro re minima dari non posse, vt *in dicta l. si oleum*, cum similibus, dari tamen actionem furti ciuilem, vt damnum illatum resarciatur ex dictis iuribus, quæ contrarium videntur denotare, vt considerat Pichardus *in dicto §. gallinarum, n.* 3. *de rerum diuisione*, vbi cum Pinelo *in dicta l.* 2. *Cod. de rescind. n.* 26. ait quod & si *ex dicta lege scio* 4 *ff. de in integrum restitutione*, vulgo probetur adducta Regula in versic. *ad secundam*, nempe vt de minimis non curet, Prætor tamen ipse ex eius littera eam vulgarem allegationem non probet. * Sed illud tantùm scilicet pro mini- 24
ma re, quando majori fit præiudicium; restitutionem non esse concedendam; alias enim pro minima minorem restitui, alia pro hac difficultate dico latè *in Titulo infrà de furtis, & de iniuriis.*

Qvæstio II.

An infamis possit in integrum per Principem ad famam restitui: Et an gratia à Principe concessa ad bona extendatur confiscata: Et an restitutus in integrum ex gratia Principis recuperet pretium bonorum, à Fisco alienatorum?

SVMMARIVM

1 *Infamis num queat ad famam restitui in integrum per Principem remissiuè.*
2 *Beneficia Principum sunt latissimè interpretanda.*
3 *Restitutio in integrum à Principe facta differt à gratia, seu indulgentia, n.* 45.
4 *Gratia à Principe concessa non extenditur ad bona confiscata, num.* 5.
6 *Verba dubia intelliguntur, vt sonent restitutionem magis, quam indulgentiam quæst. sequenti, num.* 10.
7 *Rescripta Fisco damnosa sunt, si strictè accipienda.*
8 *Gratia decreti plenissima est, & continet bonorum restitutionem.*
9 *Restitutus à Principe ex gratia recuperat pretium bonorum à Fisco alienatorum, n.* 14.
10 *Possessor bona fidei tenetur quatenùs locupletior factus est, ex pretio rei hæreditariæ, quam vendidit.*
11 *Fiscus cum bona sunt confiscata bona fidei possessor est, & loco hæredis habetur.*
12 *Gratiæ, ac dispensationes Principis restringendæ sunt, quominus Fisco præiudicent, vt delinquentes aliquam pœnam sustineant.*
13 L. sed & si, §. item si rem distraxit, ff. de petit. hæred. suprà num. 11.
14 L. 1. & fin. Cod. de sent. pacis 15.
15 *Gratia Principis non extenditur ad bona alienata.*
16 L. fin. Cod. de repudiatione hæreditatis.

HÆc pro secunda nostri textus parte hic annectuntur, dum alia de contrahenda infa- 1
mia aduertas ex annotatis *suprà in cap.* 1. *de Iudiciis in cap.* 1. *de except. & in cap. Testimonium* 54. *de Testibus per totum*, vbi *q.* 6. versic. *ad quartam*, egi de prima parte nostræ quæstionis.

Ad secundam quæstionis partem reperio duas 2
contrarias Doctorum, nam quidam existimant, vt

vt si Princeps delinquenti fecerit gratiam plenè
restitutum videri, & ob id bona confiscata re-
cuperare; eo qood Principum beneficia sunt la-
tissimè interpretanda, ex l. beneficium, ff. de con-
stit. Principum, & ex leg. 1. § si quis vltro, ff. de
quæstion. ibi, potest itaque decreti gratiam facere, &
rursùs ibi, hac Epistola significatur quasi seruus
damnatus, si fuisset restitutus: sic docuerunt Cla-
rus in praxi q. 59. versic. quæro numquid, Bosius
de remediis ex sola Clementia Principis num. 5. Bo-
nacose lib. 1. comm. opinion. versic. gratia, seu re-
missio, ex Bartoli doctrina in l. vltima circa finem,
Cod. de sentent. passis. cuius mentionem facit Ia-
son in dicta l. beneficium, col. 4. versic. perpetuò.

3 Sed Cynus, & Salicetus in l. fin. Cod. de sen-
tent. passis Angel. inter consilia criminalia vol. 1.
cons. 76. n. 104. & 107. lib. 1. Bursatus alios citans
cons. 84. num. 10. lib. 1. Rolandus à Valle alios si-
militer adducens cons. 45. num. 2. lib. 4. Farinac.
tit. de inquisitione q. 5. num. 28. Faquineus lib. 9.
controuers. cap. 17. Peregrinus de iure Fisci lib. 5.
tit. 2. num. 17. dicentes nec veram esse præfatam
sententiam, nec communem.

4 Et veram non esse probant ex eo quod leges
discrimen constituunt inter gratiam, siue indul-
gentiam, & restitutionem; Nam restituere in
integrum est honoribus ordini, & cæteris om-
nibus restituere, l. 1. Cod. de sent. passis. indulgen-
tia restitutio bonorum, ac dignitatis vno nomine
amissorum omnium est recuperatio, l. vltima, Cod.
5 eodem. † Indulgentia verò, siue gratia simplex
liberat tantùm à pœna, nisi specialiter bonorum
restitutionem quis impetrauerit, l. 2. Cod. de sen-
tentiis passis l. 4. 3. eodem tit. l. 3. Cod. de generali
absolutione l. 2. ff. eodem tit.

6 Et ego sic teneo; ita vt sententiam Bartoli
dictum in dicta l. vltima circa finem, Cod. de sen-
tentiis passis, sic prorumpentis, Ciuitas statuit
quod banniti rebanniantur; an istud rebannire ha-
beat vim indulgentiæ, an restitutionis, & breuiter
dico quod de hoc est casus, quod verba dubia debent
intelligi quo sonent restitutionem magis, quam indul-
gentiam, l. 1. §. penult. ff. de quæstion. Non enim
ex his verbis probatur prima sententia, cum so-
lùm dicat si non constet, an Princeps restituere
vel gratiam facere voluerit beneficium Princi-
pis latissimè interpretandum vt contineat resti-
tutionem; nec dicit vt gratia idem sit, ac resti-
tutio, cum omnes loquamur in claris terminis
gratiæ concessæ; Ideò illa tantùm liberabit à
pœna, nec extendetur.

7 Vnde & si beneficium Principis ex Regula
generali sit extendendum, tamen locum non ha-
bet, vbi specialiter loquitur de gratia absque
restitutione; Etenim rescripta Fisco damnosa
sunt strictè accipienda: argumento Textus, Cod.
de precibus imperat. offerendis; quo pacto dissol-
uuntur contrariæ sententiæ fundamenta. Nec
ad rem pertinet aliud adductum, ex dicta l. 1. §.
si quis vltro, quia loquitur de Reo Innocente.
8 † Gratia decreti proculdubiò plenissima est, vt
& bonorum restitutionem contineat, si quæ
ablata essent, quia iniquum est innocentem pu-
niri bonorum amissione.

9 Ad tertiam quæstionis partē existimant multi
vt restitutus à principe in integrum ex gratia,
licet bona alienata à Fisco non recuperet, recu-
perare tamen pretium, quod ad Fiscum perue-
nit, vt docent Bartol. in l. vltima, num. 7. Cod. de
sent. passis, Iason in leg. Gallus, & quid si tantum,
num. 57. ff. de liberis, & posthumis, Sforcia Oddus
alios citans de restitutione in integ. p. 2. q. 99. art. 5.
videndus à quæst. 91. vbi longissimè agit de resti-
tutis ad famam, & per quos id contingat, &
per quæ verba intelligatur talis restitutio quoad
famam, iura, & actiones, & per quæ quoad fa-
mam, seu quoad pœnam tantùm, vbi plena
manu.

Et videbis ad nostrum dubium Peregrinum 10
de iure Fisci lib. 5. tit. 2. num. 27. ita tenentem ex
l. sed & si legem, §. item si rem distraxit, ff. de pe-
titione hæreditatis, vbi patet bonæ fidei possesso-
rem teneri, quatenùs ex pretio hæreditariæ rei,
quam vendidit locupletior factus est. † Nam 11
cum bona confiscata sunt, Fiscus bonæ fidei
possessor est, & loco hæredis habetur l. Tutoris,
ff. ad leg. Iul. de vi.

Sed Aleiatus in dicta lege Gallus, §. & quid si 12
tantum, num. 122 ff. de liberis, & posthumis, An-
tonius Gomez. 3. tomo variarum cap. 13. num. 39.
& Clarus in praxi q. 39. versic. item quæro, Fari-
nacius de inquisit. q. 6. post num. 43. docent con-
trariam sententiam per Textum in l. vltima, Cod.
de repud. hæredit. & quia gratiæ, ac dispensatio-
nes odiosæ sunt, & restringendæ, ne Fisco præiu-
dicent, & vt delinquentes aliquam pœnam su-
stineant, quo magis homines à criminibus ab-
stineant, & sic Andreas Gaillius lib. 2. de pace
publica cap. 19. num. 21. dicit seruari in Germa-
nia, & Nellus tractatu de bannitis in prima parte
tertij temporis q. 6. dixit in Italia non seruari eo-
rum sententiam, qui restituendum à Fisco pre-
tium voluerunt.

Et dicit valdè infirmum esse fundamentum 13
contrariæ sententiæ, quia dictum §. item si, §.
distraxit, ad rem non pertinet, eo quod loqui-
tur de restitutione, quæ iure communi fit ex
iustitia, cum scilicet hæres verus hæreditatis
iura recuperat; quo casu bonæ fidei possessor in
quantum locupletior factus est, tenetur ex Se-
natusconsulto, quod recensetur in l. & non tan-
tum, §. præter hæc, ff. eodem tit. de petitione hæ-
reditatis, at verò in nostro dubio tantùm loqui
de restitutione, quæ fit ex Principis gratia, quæ
non tam fauorabilis esse debet, sicut quæ ex
Iustitia fit.

Pro prima tamen sententia acerrimè facit Fa- 14
quineus lib. 9. controuers. cap. 18. eo quod in in-
tegrum restituere nihil aliud est quam honori-
bus ordini, cæterisque omnibus restituere, l. 1.
Cod. de sentent. passis, item indulgentia restitutio
bonorum, ac dignitatum vno nomine amissorum om-
nium recuperatio est, leg. vltima, Cod. eodem tit.
† Et licet ad bona alienata non extendatur, quia 15
gratia vni concessa non debet alteri præiudicare
l. 2. §. merito, ff. ne quid in loco publico, sed nihil
tamen proponi quoad pretium bonorum vendi-
torum quoad Fiscum peruenit, porrigi non de-
beat. † Nec obstare ait fundamenta Aleiati, & 16
aliorum, non Textus in dicta lege vltima, Cod.
de repud. hæredit. eo quod illa ad rem non facit
cum tantùm loquatur de Filio abstinente ab
hæreditate, & potestatem habente, rursùs eam
adeundi, si res non sint venditæ: alia congerit
idem Faquineus, cuius sententiam ego libenter
admittam ex forma, & modo, seu ex verbis,
quibus gratia restitutionis à Principe facta sit,
vt ex quæstione sequenti apparet, & his omni-
bus, & aliis sequentibus adiunges, quæ scribit
Ripol. de Regalibus toto §. 23. plura ex mo-
dernis

detnis omninò videndus *de remissionibus delictorum*, Mastrillus *de Magistratibus tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 7. *& cap.*10. vbi *de Iuribus Regalibus*, *Regi competentibus.*

QVÆSTIO III.

An restitutio facta per verbum restituimus *absque verbo* in integrum, *operetur plenissimam restitutionem famæ, & bonorum: Et an si fiat per verbum* indulgemus, *seu* gratiam facimus*: Et quid si quid fiat per hæc tantùm, seu condemnationem cancelamus: Et ad quid si porrigatur Principis mandatum, quod aperiantur Carceres?*

SVMMARIVM.

1 *Restitutio à Principe plenè datur, si loquatur per verbum* restituimus, *seu per verbum* reintegramus, num.3.

2 L. si Pater, Cod. de sent. passis.

4 *Restitutio facta ad ea omnia, quæ occasione criminis amissa sunt, est plenissima.*

5 *Restitutio plenaria non conceditur, cum Princeps loquitur per verbum* indulgemus.

6 *Restitutio plena non fit à Principe loquente per verbum* gratiam facimus, n.8. *secus dicente plenam gratiam facimus, n.9.*

7 *Gratiatus dum est in patibulo, recuperat feudum secundùm aliquos.*

8 *Indulgere verbum est pœnæ gratiam facere tantùm.*

10 *Restitutio plenaria conceditur si Princeps loquatur per verba* restituimus, *&* indulgemus *vel* restituimus, *&* gratiam facimus.

11 *Verbum quod importare quit gratiam, aut restitutionem, & num.*12.

13 Cap. 1. de postul. prǽl. lib 6.

14 Indulgeo *verbum acceptum in genere determinatur à verbo restituo, secùs si in specie, num.* 16.

15 *Verbum commune iunctum directo, quando in compendiosa determinetur à directo.*

17 *Restitutio integra conceditur à Principe, si loquatur bannum, siue condemnationem cancelamus, siue rebannimus ex certa scientia. numero* 18. 19. *&* 20. *non liberat ab irregularitate, num.* 24.

21 *Rebanniti, quando à Principe dicantur in integrum restituti.*

23 Cap. votum 12. quæst. 1. cap. manifesta 2. quæst. 1.

15 *Rebellis restitutus, ampliùs non dicitur proditor.*

16 *Restitutio tantum fit quoad pœnam, quando Princeps dicit aperiantur carceres exemplificatur lege antiqua.*

17 *Restitutionis effectus à Principe condemnati nonnulli assignantur remissiuè.*

1 AD has difficultates, quæ multùm spectant pro elucidatione nostri Textus, breuiter respondeo ad primam per illud verbum *restituimus* plenam dari restitutionem, vt colligitur ex iam antedictis sub quæstione 2. versic. *ad secundam*, & in terminis, quod quando Princeps dixit in integrum restituimus plenariam restituimus concedi, docent omnes per Textum *in leg.*1. *Codice de sentent. passis.* Imò & si simpliciter dicat *restituimus*; idem esse existimo per Glossam *in l.*1. §. *penult.* in verbo *eximi*, *ff. de postulando*; Andreas de Isernia *in cap.*1. *n.*2. *in tit. de Vassallo decrepito ætatis*, Aldobrand. *tit. quibus modis ius patria soluat*, §. 1. *à num.* 45. Sfortia Oddus plenè *de restitutione in integrum*, *p.*1. *q.* 1. *art.* 3. idem *p.*2. *q.* 93. *art.*1. *num.*3. sic probans ex Textu expresso, *in l. videamus*, §. *in Fabiana*, *ff. de vsu*, & in proposito huius restitutionis, *in dicta l.*1. *Cod. de sent. passis.* † Nec 2
obstare ait Textum *in l. si Pater*, *Cod. de sent. passis.* Ex quo tenuit contrarium Ioannes Faber vir eximiæ scientiæ, qui videtur tenere, etiam *in* §. 1. *Inst.* quibus modis ius patriæ potestatis soluitur non esse idem in integrum restituimus ac restituimus simpliciter, cui respondet faciliter Aldobradin. *dicto* §. 1. *num* 43.

Quod idem dici debet quando Princeps allo- 3
quutus est per verbum *reintegramus*, cum restitutionem plenariam hæc loquutio importet, vt docent Alexander *cons.*86. *num.*3. *lib.* 7. Sfortia Oddus *dicta p.*2. *q.*93. *num.* 4. quia idem est integrare, quod in integrum restituere, vt latè ipse Sfortia tradit *lib.*1. *q.*1. *art.*1. 2. *&* 3. † Imo 4
& si restitutio fiat ad ea omnia, quæ occasione criminis omissa fuerunt, idem dicendum est; vt tenet idem Sfortia *dicto art.*1. *q.*93. *num.*5. Cardinalis Albanus *in l. non solum*, §. *idem ait in fine*, *ff. de Procuratoribus.* cum aliis ab eo relatis.

Ad secundam quæstionis partem si Princeps 5
loquatur per verbum *indulgemus*, respondeo ex adductis *in dicta quæst.*2. non concedi plenariam restitutionem, sed simplicem indulgentiam, seu pœnæ remissionem, *l. Indulgentiam*, *Cod. de sent. passis*, & similibus in specie Bonifac. vita *in sua praxi tit. de benefic. & indulgentiis Princip.* Sfortia Oddus *dicta parte* 2. *q.* 93. *art.*2. *num.* 7.

Majus dubium est si Princeps alloquatur per 6
verbum *gratiam facimus*, & licet Alciatus *in l. Gallus*, § *& quid si tantum*, *n.*130. *ff. de liberis, & posth.* cum Bartulo *in l. fin. Cod. de sent. passis*, qui etiam allegatur à Bosio, & in terminis Petrus Gil. *de relata carcer. tit. de beneficiis Principum in* 2. *quæstione*, teneant vt plenaria concedatur restitutio ex doctrina Textus *in l.*1. §. *fin. ff. de quæst.* & per id, quod notant Baldus, & Afflictis *in c.*1. versic. *non venerit*, *num.*2. *tit. hic finitur lex Federici.* † Dum dicunt quod si quis, dum fuerit in 7
patibulo, gratiatus fuerit, recuperat etiam feudum, quod quidem non recuperaret is, qui simplicem indulgentiam consequutus fuisset, & sic videatur tenere Bartol. *in dicta l.* 1. §. *fin. ff. de quæstionibus.*

Tamen contrariam sententiam, vt commu- 8
niorem defendunt Doctores, quia verbum *indulgere*, est pœnæ *gratiam facere*, sed qui indulget non plenè restituit, vt dictum est: ergo ita in terminis docent Salicetus *in dicta l. fin. Cod. de sent. passis* contra Bart. *ibi*, & Felinum *in cap. inter quatuor ad finem de maioritate, & obedientia.* Casaneus *super consuetudinibus Burgundiæ in Rubrica des Iustices*, *num.* 144. *carta* 58. Bosius *de remed. ex sola Clem. Principis*, Marsil. *singulari* 246. Barbatia *in cap. eam te num.*33. *de rescriptis*, qui dicit se ita consuluisse casu cuiusdam banniti, qui fuerat receptus in principis gratiam,

ciam, Angelus in verbo *gratia*, *num*. 1. vbi latè Rolandus à Valle *consf*. 41. *n*. 29. *lib*. 4. *cum concord*. Menochius *consf*. 103. *in* 2. *dubio à num*. 18. & facit Textus *in l. Tutor, Cod. de sent. passis*, vbi quod priùs vocauerat indulgentiam Imperator mox vocat gratiam, quod ex communi vsu loquendi passim recipitur, vt verbum *facere gratiam delicti* sit pœnam dumtaxat Indulgere non delinquentem in integrum per omnia restituere.

9 Et hac retenta opinione limitabis, nisi esset dictum à Principe *plenam gratiam facimus*, quia tunc plenaria restitutio erit concessa, non simplex indulgentia vt vult Felinus *in dicto cap. inter quatuor, num*. 7. *in fine* post Salicetum per allegatum, Baldus *de pace constantia* in verbo *de plenitudine gratia nostra*, Cardinalis *in cap. quia de electione*, Casaneus *vbi suprà*, *n*.146 post Iasonem *in l. posthumo, column fin. Cod. de bonor. poss. contra Tabulas*, & *in l. si tibi decem*, §. *quadam*, *nam* 5 *ff. de pactis*, & alios per eum Sfortia Oddus *dicta* 2. *p. de restitutione in integr. dicta quast*.93. *num*.10. Parisius *consf*. 1. *num*. 38. *lib* 4. Rolandus à Valle *dicto consf*. 55. *num*. 29. Marsilius *singulari* 142.

10 Ad tertiam quæstionis partem respondeo vt si Princeps loquatur per verba *restituimus & indulgemus, sine ex indulgentia restituimus*, vel *restituimus, & gratiam facimus*, & tunc reuera dicendum est plenariam concedi restitutionem per Textum *in l. si quando*, *ff. de leg*. 1. secundò quia In beneficiis plenissima interpretatio est facienda, *cap. dilecti de donat. l. fin*. vbi Bart. *ff. de constitut. Principum*.

11 Tertio quia quando verbum aliquod potest vtrumque importare, id est tam simplicem indulgentiam, quam restitutionem in integrum trahitur ad restitutionem. non ad indulgentiam simplicem: tenent post Bartol. *in l*. 1. § *si quis vltro*, *ff. de quastionibus* per Textum *ibi*, Hypolit de Marsil. Alduband. *in* §. 1. *pra alleg. num*. 47. & in terminis hanc sententiam defendunt Angelus *in l fin. col*. 2. versic *si autem dixit*, *Cod. de sent. passis* post Bart. *ibi*, Aldobrad. *Institut. quibus modis ius patria potestatis soluitur*, §. 1. *n*. 46 Petrus Grill. *de relaxatione carcerat. in tit. de beneficiis Princip. q*. 1. *n* 4. Sfortia Oddus *de restit. dicta* 2 *p. q*. 93. *a n*. 11. Bonifacius de Vital. *in sua*

12 *praxi in tit de beneficiis Princip* † Et confirmatur ex eo, nam verba in dubio debent interpretari, vt significent plenariam restitutionem Bartol. *in dicta l fin. Cod. de sent passis*, & *in dicta l*. 1. §. *si quis vltra*, *ff. de quastion*. Alex. *consf*. 95. *n*. 3. *lib*.7 Port. *inst. de capitis diminut num* 37. Roinus *consf*.86 *num* 6. versic. *praterea dico lib* 5. *per dict*. §. *si quis vltro*, & *ibi Glossa*, & *per leg* 1. *in fine*, *Cod. de sent passis*, & *per leg filio*, *ff. de liberis*, & *posthumis*.

13 Nec obstat dicere quod in dubio videatur concessa simplex indulgentia per Textum *in c*. 1. *de postulatione Pralat lib*. 6. vbi verba illa *restituendo indulgeo*, & illa *indulgendo restituo* pro Indulgentia simplici ponuntur, quia respondeo ibi non dici, quod præsuppositum est; videlicet quod verba illa *postulo eligendo*, siue illa *eligo postulando*, resoluantur in sensum minùs plenum & efficacem; id est *postulo*, sed ibi dici quod huiusmodi postulatio est nulla, quia hæc verba tanquam contraria implicant simul, & semel duas contrarias petitiones, vnde in nihilum resolui, sed hic secus quia verbum *indulgeo*, & verbum *restituo*, non sunt contraria, sed diuersa sicut duæ species eiusdem generis.

Quo fit, vt si accipiatur verbum *indulgeo* in genere, tunc determinetur à verbo *restituo*, & copula & pro *id est*, videatur posita inter speciem, & genus, vt in Rubrica, *Cod. de seruis & aqua*, & illo Euangelij Matthæi *cap*. 11. *dicita Discipulis*, & *Petro*, sic declarat Sfortia Oddus *p*. 2. *de restit. dicta q*. 93. *art*. 3. *n*. 15. † Pro quo adducit quod dicunt Soc. Claud. de Seys. Galiaul. & aliij *in l. Centurio de vulgari*, & *pupillari*. dum disputant de compendiosa facta per verba duplicia, videlicet directa, & communia simul, & dicunt quod quando verbum commune est iunctum verbo omnino directo, & quod obligati non possit, videlicet substituo Titium hæredem meum, tunc verbum commune determinari à verbo directo, & intelligi substitutionem directam tantùm. 14 15

Quod si accipiatur verbum *indulgeo* in specie; tunc eum minùs fit in specie indulgere quam restituere in integrum non auferri potentiam significationis ipsi verbo *restituo* per verbum *indulgeo*, sed illam esse significationem, & gratia in integrum restituo, quia verbum indulgere, & gratiam facere idem significant in hac materia per Textum *in l. Tutor Cod de sent passis*. 16

Ad quartam quæstionis partem & si nonnulli existiment idem importare *cancellatio*, quod remissio pœnæ, quia bannum in pœnam delicti datur, ob idque his verbis simplicem tantùm indulgentiam concessam esse existiment Baldus *in l. si ademptis, Cod. de sent. passis*. Alban *in l. fin. Cod. eodem*, prout refert, & sequitur Bosius *in tit. de remediis ex sola clementia Principis in princ. n*. 2. Felinus *in dicto cap. vergentis* † Tamen idem Bald. *in d. l fin C de sent passis*, & ibi Barrol & Iacobus Butrig. Felinus *in dicto cap. inter quatuor de maioris. & obed*. Gozadin. *consf*.95. *n*. 9. Bosius *vbi suprà*, & cum aliis Sfortia Oddus videndus *dicta* 2. *p. de restit q*. 93. *art*. 3 *a n*. 16. plenam restitutionem concedi existimant. † In tantùm vt procedat etiam si dictum fuerit per Principem, quod talis ab anno extrahatur: nam per hoc, etiam dicitur plenaria restitutio concessa, & hoc nisi aliquod Fisco confiscatum fuerit. † Etiamque procedere non solùm si sententia dicat bannitum exinde pro cancellato haberi, † sed etiam si cancellandum mandet Baldus singulariter *consf* 145 *lib*. 2 *n*. 25. item procedere quoad bona alienata, quando tamen adest clausula *quod nihil de tali banno possit obyci* Rim. Sen. *consf* 68. *post medium*. & *in specie sub n* 12 *lib*. 1. versic. *secundo*. † Et notabilissimè vt procedat etiam in rebannitione, quæ fit vigore statutorum rebannientiū occidentes bannitos; nam sic rebanniti dicuntur in integrum restitui, videndus Sfortia Oddus *dicta quastione* 93. qui *num*. 21. limitat, & intelligit pluribus modis, vbi *num*. 25. putat quoad crimen læsæ Maiestatis, seu falsi non extendi plenariam restitutionem ex generali cancellatione banni, si Princeps illud ignorat; aliter vero si ex certa scientia, cum non sit disputandum de potentia Principis, & eius liberalitate. 17 18 19 20 21 22

Quo pacto intelligitur Textus *in cap. vel* 12. 1. *q*. 1. & Textus *in cap. euidentia*, & *cap manifesta* 2. *q*. 1. quibus aliqui conantur dicere rebelles, & Proditores patriæ, vel Principis in integrum non restitui, cumulat alia Sfortia.

Fermosin. de Exceptionibus. Gg Sed

24 Sed quod restitutio in integrum non liberet bannum ab irregularitate; docet Decius *in cap.* 25 *quia diligentia de electione.* † Sed quod rebellis restitutus non possit dici amplius proditor, tenent Barbatia *in cap. at si Clerici*, §. *de adulteriis n.*86. *de Iudiciis*, Ferretus *cons.*12. *num.* 3. Sfortia Oddus *de restit* 2.*p.* q 100. *art.*3. *n.*10. & 11.

26 Ad quintam quæstionis partem, quod per mandatum Principis quod aperiantur carceres, prout in noua aliqua lætitia fieri solet, tunc tantum simplex indulgentia concessa dicatur, id est remissio pœnæ, vt accidit in his, qui cruci condemnantur in die Sacrosanctæ passionis Domini nostri Iesu Christi, quia pœnam tantùm remittere est intentio eius Principis ad exemplum dimissionis illius, quæ de vno delinquente fiebat Populo Hebræo in tali die, vt in Euangelio passionis legitur: tradit idem Sfortia Oddus 27 *dicta quæst.* 93. *à n.*34. † Vbi *q.* 94. per plures articulos agit de effectibus restitutionis gratiosæ simplicis, & quoad in validationem eorum quæ interim validè gesta fuerunt, & econtra; item q 96. de restitutione gratiosa quoad recuperationem bonorum graduum, dignitatum, & pærogatiuarum, & *q.*97. quoad recuperationem iurium, actionum, aliarumue rerum incorporalium, & *q.*98. quoad recuperationem bonorum allodialium, & præsertim alienatorum.

QVÆSTIO IV.

An restitutio Principis gratiosa in integrum impediat interim executionem sententiæ: Et an sit transitiua ad hæredes: Et an hæreticus reuersus ad Catholicam fidem, & propterea plenè restitutus recuperet bona sua Fisco incorporata: Et an non solùm Princeps Supremus, & Pontifex concedat prædictam restitutionem, sed etiam aliæ personæ in dignitate constitutæ: Vbi an possit Inquisitor eum, qui de crimine hæresis infamatus est, ad famam restituere?

SVMMARIVM.

1 *Restitutio à Principe concessa, gratiosa interim impedit executionem, quid si interim dum supplicatio pendet, n.*2 *&* 3.

3 *Bannitus non est offendendus, dum pendet petitio restitutionis, aut gratia coram Principe.*

4 *Mortui in banno queunt restitui.*

5 *Restitutio à Principe facta banni, quando transeat ad eius hæredes, & filios; etiam quoad honores famam, & boni, num.*6.

7 *Filius Patris restituti non recuperat ius legitimandi quod Patri competebat.*

8 *Hæreticus restitutus plenè recuperat etiam bona.*

9 *Restitutiones delictorum, & bonorum, à quibus concedi valeant, n sequent.*

10 *Imperator restituit ad famam, & ad bona.*

11 *Papa concedit restitutionem pœnæ, & bonorum in spiritualibus, quid in temporalibus, numero* 12.

14 *Princeps quilibet supremus potest restituere delinquentes in integrum* 15.

15 *Reges, Marchiones, Comites, Duces & alij non recognoscentes superiorem possunt restituere delinquentes ad famam iuris, quid ad famam facti, num.*16.

17 *Episcopus nequit restituere delinquentes ad famam, num.*18.

18 *Iudex inferior nequit delinquentes restituere, etiamsi de Innocentia constaret banniti, nisi competat restitutio legis remedio, n.*19.

20 *Senatus Romanus, Rectores, & Gubernatores aliarum Ciuitatum, & Præsides Prouinciarum non possunt ad famam restituere.*

21 *Inquisitor damnatum de crimine hæresis ad famam non restituit, nec mitigat pœnas hæresis impositas, quod solum est proprium Inquisitoris Generalis in Hispania, n.*22.

23 *Inquisitores nequeunt bona confiscata relinquere hæreticis pœnitentibus.*

AD primam quæstionis partem, vt respondeas duos casus distingues, primus post obtentam restitutionem, & tunc executionem impediri dico; quia per omnia reponit bannitum in pristinum statum, in quo erat ante bannum, sed priùs contra eum executio aliqua capitalis fieri non poterat ergo. 1

Secundus casus est quando restitutio non est adhuc obtenta, sed supplicatio est Principi porrecta, & sic pendet rei exitus an Princeps gratiam facturus sit, vel ne, & tunc Doctores dicunt executionem non impediri, & sic si bannitus in fortiam curiæ capite mulctaretur, Iason *in l. quod si non obtulit*, §. *condemnatum*, *n.*4. 27. & 28. *ff de re iudicata*: idem *in l. num.* 4. *Cod. de precibus Imperat. offerendis*, Cardinalis *in cap. ex litteris in* 8. *opposit. in integ. restitut.* & *in cap. suscitata in* 6. *eodem*; vbi ponit duas pulchras rationes Bellamera *in dicto cap. ex litteris*, *num.* 9. *eodem tit.* Benedict *decis.*85. *num.* 12. 2

Sed limitabis primo vt non procedat quoad offensionem banniti, quia pendente petitione huius restitutionis, & gratiæ, non poterit interim impune offendi bannitus ad tradita *suprà vt lite pendente nihil innouetur*: docent in terminis post Imol. Socinus, Senior *in l.*3. §. *si seruus n.*15. *in princ. ff. de acquir. possess. qui de communi idem testatur*, Nell. *de bannitis in* 4.*p. tertij tempor. n.*6. Sforc. Odd. *d lib.*7 *de rest q.*100 *art.*1 *n* 4 vbi *n.*5. cum Cummano *in l si quis à filio*, §. *hij autem* sed illum Text. *ff. de iniusto testam. limitat* secundo nisi spectaretur restitutio à Principe per viam Iustitiæ. 3

Ad secundam partem quæstionis, an sit transitoria ad hæredes, hoc est, an hæredes banniti, & infames restituti possint petere post mortem eius, vt ille restituatur in gratiam Principis, & licet affirmet Lofft. *sing. cons.*8. *n.*23. & *sequentib.* quia possunt restitui mortui in banno, ita vt dicantur, siue fingantur mortui fuisse restabiles; item etiam, & si neget Bosius *de remedijs ex sola Clementia Principis*, *n.*14. † Ego sic statuo quod si Principi ita videtur, videlicet, vt etiam banniti, & rebelles iam defuncti intelligantur in integrum restitui, & Cancellara memoria banni, & rebellionis eorum, hoc facere possit, præsertim ex causa publicæ vtilitatis, & propterea filij illorum, sint reintegrati ad bona parentum suorum bannitorum, vel rebellium, quod fieri posse, testantur Angelus *cons.*356. *col.* 1. & 2. Bosius *mat. in tit. de restitut quæ fiunt à Principe post bellum*, *n.*2. Sfortia Oddus *dict. q.*100. *à n*8. vbi sic ait procedere *cons. Loffr.*8. *à n.*23. & 35. & 36. 4 5

Aliæ

6 Alias inquam nihil ad hæredes transire posse
testantur ; quia istius restitutionis nulla spes
competit, quæ transmitti possit, nisi ex iusta
causa petenda veniret, puta Innocentiæ : Nam
tunc ad hæredes posset dici transitoria, quia
spes de iure competeret, non autem à mera Prin-
7 cipis gratia penderet. † Sed quod filius Patris
rebellis restitutus ex gratia ad bona Patris à
Fisco occupata non recuperet ius legitimandi,
quod Pater habebat nisi in restitutione dictum
esset in omnibus, & per omnia docent singula-
riter Ruin. *cons.*109. *lib.*3. *n.* 24. Sfortia Oddus
*dicta quæst.*100. *art.*3. *num.*12.

8 Ad tertiam partem quæstionis de hæretico restituto ad fidem reuerso quidam, quos citat Paris. *cons.*2. *lib.*4. *n.*186. negatiuè respondent, sed idem Paris. *n.*188. dicit vt in integrum intelligatur restitutus, etiam quoad bona Fisco incorporata : & hoc si restitutio sit plena, non autem in gratia simplici iuxta Petr. Gill. *de heret. q.*6. *n.*1. *&* 2. sic sentire videtur Sfortia Oddus *dicta quæst.*100. *num.*13.

9 Ad quartam quæstionis partem, vbi agitur de
personis, quæ præfatas restitutiones concedunt
dico primò de Imperatore, quod in terris Impe-
rij potest absque dubio ad famam restituere, &
hoc ipse solus, vt *in l.* 1. §. *pen. ff. de postul.* alibi
10 vero non. † Et sic debet intelligi Azon. qui *in*
Rubrica, Cod. vbi, & apud quem, dixit absolute
quod Imperator, & Senatus hoc facere poterant
docent in terminis Henric. Buye *in c. causam* 11.
de restitutione in integrum, Paulus *in l.*1. *n.*1. *C. de*
his, qui veniam ætatis impetrauerunt, Abbas *hic*,
*n.*17. Turrecrem *in c. si quis n.*9. 6. *q.*1. dum inquit
quod restitutus ab Imperatore non potest pro-
moueri nisi Papa quoque huic restitutioni con-
senserit, & sic sequens Sfort. Oddus *dicto lib.*2. *de*
restit. in integ. q. 92 *art* 7. *n.*79. concludit vt ho-
die non possit nisi suos subditos ad famam
restituere.

11 De Papa idem dicendum est, nam & si Gelasius Papa dixerit per hæc verba *infamiam abolere non possumus* tamen quia Papa potest ea omnia in spiritualibus, & temporalibus, quæ potest Imperator in Regno suo, vt docent Baldus *in d. l.*1. §. *eum qui ff. de postulando n.*1, & Bald. *cons.*40. *Imperator n.* 1. *lib.*4. ideo dicendum est vt possit dispensare, quod tamen sic explico, nam quatenùs spectat ad dignitates spirituales Papa potest vbique terrarum, & vndecumque quis originem tractat illum habilitare, qui infamis est, vt eas obtinere possit, ac si infamis non esset, Bartol. *in dicta l.* 1. § *de qua re, ff. de postulando*, Innoc. in præsenti in fine, & Abbas *n.*10. Lucas de Peña *in l. fin. col. pen. Cod. de his qui muner. functi lib.* 10. Turrecrem. *in c. Eufemium* 2. *q.* 3. *à n.*4. Angelus in verbo *infamia*, & sic dixerunt idem Innoc. *hic*, Abbas *n.*11. Felin. 10. Turrecrem. proximè citatus *n.* 6. & *ibi* Archidiac. quod si Papa vellet restituere non subditum ad hoc, vt posset ad Clericatum promoueri posset, sicut etiam legitimare ad hunc effectum potest, & faciunt dicta *in cap. nouit. de Iudic. à quæst.*1.

12 Tamen de temporalibus dignitatibus, & honoribus non sic latè, quia hoc tantùm poterit in terris Ecclesiæ sibi subiectis, alibi vero non, vt docent Innoc. *his in fine* Abbas *n.*10. Bald. *n.*4. & Boch. *n.*11. qui dicit hanc saniorem Anchatrau. *n. fin.* Turrecrem. *in dicto cap. Eufemium* 2. *q.* 3. *n.*4. & 6. Angelica in verbo *infamia n.*12. & 13. Fermosin. de Exceptionibus.

D. Tomas 2. 2. *q* 68. *art.* 3. *in fine*, Sfortia Oddus *dicta quæst.*92. *lib.*2. *de restit. num.*44. *per Textum in dicto cap. Eufemium*, Bartol. *in dicta l.* 1. *ff. de postulando dicto* §. *de qua re*, vbi Albericus clarè affirmat *n.*1. & 3. Bartol. *in l. infamen n.* 3. *ff. de publicis Iudiciis*, & sic Baldus *hic n.*1. & 3. Bartol. *in l. infamen n.*3. *ff. de publicis Iudicis*, & Baldus *hic* 4. dixit, vt nec Papa possit restituere in integrum laicum in territorio immediato Principi sæculari, quod non subest immediate in temporalibus iurisdictioni Ecclesiasticæ.

Dubiũ vero est an restitutus ad famã per Im- 13
peratorem sit habilitatus ad iura spiritualia, de
quo *infrà* dico *quæst sequenti.*

Quod dictum est de Imperatore, & de Papa, 14
porriges ad quemlibet alium Principem supre-
mum, qui in eo loco, vel Ciuitate, vel Prouin-
cia, ad quam vult restituere superiorem non re-
cognoscit, Afflictis *in tit. quæ sint Regalia à n.*13,
& procedit hæc conclusio sine dubio, vt omnes
fatentur, & sic Barbosa hic *n.*6. dixit generaliter
cum Felino, Decio, Couarr. *lib.*3. *variar. cap.*3,
n. 3. & aliis solum Papam vel Principem posse
principaliter ad famam restituere, quod ampliat
Sfortia Oddus *dicta quæst.*82. *num.* 13. etiam si
ville tantum dominium habeat, cuius tamen
vigore exerceat immediate merum, & mixtum
imperium, & Regiam potestatem ex ea ratione,
quia ipsi, quorum Majestas immediatè offensa
est, immediatè quoque iniuriam, & offensam
remittere debent. † Et sic generaliter dico om- 15
nes Principes, Reges, Marchiones, Duces, Co-
mites, & cæteros Dominos Ciuitatis non reco-
gnoscentes superiorem in temporalibus, & in
suo territoiro posse ad famam in integrum resti-
tuere, vt contingit in potestatibus Italiæ, qui
licet contingat, vt Imperatorem recognoscant,
vel Ecclesiam in Dominos directos : tamen vir-
tute potestatis sibi concessæ, & ex vsu, & con-
suetudine illam restitutionẽ faciunt, tradit idem
Sfortia *d. n.*13. *& art.*9. *à n.*99. vbi alia congerit.

Quæ tamen omnia procedunt, quoties agi- 16
mus de infamia iuris auferendæ; sed an æque ve-
rum sit si agatur de infamia facti, non est leue
dubium, de quo videbis quæ congerunt Ti-
raquell. *de constit. p.*3. *limit.*7. *n.*20. Romanus *sin-
gul.* 469 Farinac. *in praxi crimin. p.*1. *q* 6. *n.*45.
versic. *in proposito*, Sfortia Oddus *dicta p* 2. *de re-
stit. in integrum q.* 92. *sub art.*4 *à n.* 29. Balboa *in*
*c.*1. *de except.* aliqua ego notaui *in cap. Testime-
nium, de Testibus q. fin.*

De Episcopo dicendum est non posse, vt fa- 17
tentur hic communiter DD Abbas, *n.*14. Fel. 11.
*n.*144. Boch. *n.*11. *in fine, & n.*12. Ancharran. *n* 6.
Nam si Papa non potest, nisi quatenùs sunt
eius subditi in temporalibus ; ergo non est cur
Episcopus eam dispensationem facere queat, vt
latè cum aliis idem Sfortia Oddus *dicta quæst.*92.
*à n.*55. *art.* 5. sed applicabis nonnulla quæ ego
adduxi *in cap. at si Clerici de Iudiciis*, *in* §. *in
adulteriis*, in his verò spiritualibus, in quibus
positiuo aliquo iure, & ratione sui populi ter-
rendi infamiam pro aliquo crimine induxisset ;
tunc ad famam Episcopus restituet illum, qui
in crimen incidisset, vel quando Episcopus ha-
beret iurisdictionem temporalem, in qua supe-
riorem immediatum non recognosceret, idem
Sfortia *vbi suprà*, *num.* 57. & 58. & patet
ex iam dictis. Alia congerit videnda, idem
Sfortia, vbi *à numero* 69. agit de quæstione,

an possit Episcopus restituere Clericum depositum, vel degradatum, de quo nonnulla *in dicto cap. at si Clerici circa finem.*

18 De Iudice autem inferiore dicendum est, vt non possit restitutionem facere, vt patet ex integro titulo, *Cod. de sentent. passis, & de restit.* & per Textum *in l.1.ff. de quaestion.*& hoc etiam si Innocentia bannitii constaret, quia etiam in hoc casu inferior à Principe nequit restitutionem concedere ex Textu *in dicta l.1.§.si quis vltro, ff. de quaestion.* vbi Marsilius *num.* 46. post Bart. & alios *ibi*, & Ruin.*cons.* 21. *lib.4.num.*2. Sequitur Menochius *de arbitrariis lib.1.q.92.n.4.* qui *n.* 6. post Bartol. procedere etiam dicat si bannum ex causa Ciuili datum esset, & ratio horum est, quia Principis maiestas offensa fuit, obidque ad eum solùm spectare huius offensae gratiam facere: sequitur Sfortia Oddus *dicta 2.p. de restitut.*
19 *q.92. art.3.à num.*20. † Vbi limitat quando ista restitutio gratiosa concedenda veniret remedio legis, quod expendit *ibi à num.* 13. alia adducens
20 qui *à num.* 83. agit de dubio. † An scilicet Senatus Romanus possit hodie ad famam restituere, sicut olim poterat vbi *n.*88. negat, & *n.* 89. infert quod hodie Rectores, Gubernatores, & Potestates Ciuitatum, & etiam Praesides Prouinciarum non possunt ad famam restituere, quia loco Praetorum, & Praesidum sunt, quibus hoc non est iure datum, & *à n.96. art.*10 agit an Ciuitas vel populus queat ad famam restituere.

21 Ad quintam de Inquisitore, an possit damnatum de crimine haereticae prauitatis ad famam restituere, & respondeo negatiuè eo quod id pertineat ad Papam, seu D. Inquisitorem generalem, qui poterit poenas agratiare, prout quotidie practicatur cum causa legitima commutando poenas in alias deprecatiuas orationes, seu jeiunia ad arbitrium Inquisitorum, vbi Reus punitus fuit, nisi ex priuilegio particulari, etiam Inquisitori inferiori concessum esset, vt concludit Albericus *in Rubrica, Cod. de sent. passis*, dicens non nisi Papae hoc de iure competere ex Textu nostro: tradit Sfortia Oddus *dicta q. 92. Art.6. num.69.* vide Textum *in cap. vergentis de haeret.* versic. *nec ad eos bona*, vbi Ancharranus, Felinus, Abbas, & Farinac. *q.* 190. *n.* 114. non enim restitutio intelligitur facta, nisi de ea fiat mentio expressa cum aliis nouissimè Bordonus *de officio inquisit. cap.12. q.37. n.* 131. vbi addit quod Fiscus habita apprehensione bonorum, & eis in contractum deductis cum tertio, non solet ea condonare haeretico poenitenti, spemque durare quoad sententiam, post vero nullum audiri iuxta Textum, *in c. ad absoluendam de haeret.*

22 Et de praxi hodierna in Hispania, & in Curia Romana scribit Diana videndus *p.4. res* 37. versic. *notanda tract.* 7. Et Ausonius eius compilator, verbo *Inquisitores n.* 20. vbi tradit poenam in Hispania posse mitigari, & agratiari ab Inquisitore Generali; iam in hoc abolita dispositione Textus *in cap. commissi, §. nec non de haeret. lib. 6.* quo permittebatur Inquisitoribus fidei vna cum Episcopo mutare, seu mitigare sententias in haereticos iam prolatas, alia tradunt relati, & alij per Dianam, & Rojas *singul.* 155.
23 *n.fin.*† Inquisitores verò nequeunt bona cōfiscata relinquere poenitentibus haereticis, Camera *quaest crimin. cap. 1. de haereticis num.*18. Rojas *singul.27.n.*4. Conrad.Brun. *de haereth. lib. 5. cap.6. n.*10.cum aliis Diana *p.4. tract.* 8. *res.* 44. versic. *verum*, videndus contra Parif. *lib.4. cons.2.n.*184. Vmbert. locatum *in praxi Inquisit.* versic. *Inquisitor num.*33. Zanchin.*de haereth. cap.25. n.*3. Zasium Bursat. & alios, quos citat Riccius *in tract. de iure pers. lib. 5. cap.41. n.* 2. dicentes & ad id teneri Inquisitores, sed in Hispania, vbi confiscata bona Haereticorum applicantur Fisco reali, non est verum ex iam dictis.

QVAESTIO V.

An quis possit per se, aut per Procuratorem petere famae restitutionem, & an Proreges possint pro eorum arbitrio agratiare delinquentes, qui Accusatorem non habent, & pro dictis gratiis pecuniam accipere: Et an pars accusatrix teneatur remittere Reo poenam mortis à Iudice inflictā si Iudex ex parte sua eam remittat?

SVMMARIVM.

1 *Infamatus per se, aut per Procuratorem potest petere restitutionem, & debet per se, si extra carcerem existat, num.*3.
2 *Supplicatio non est actus judicialis.*
4 *Restitutio prodest absentibus, & ignorantibus.*
5 *Bannitus existens extra mare, censetur reuersus à die restitutionis.*
6 *Restitutio gratiosa trahitur retro ad tempus gratiae factae.*
7 *Proreges nequeunt delinquentes ad famam restituere, nec eorum agratiare delicta n.* 8. *vbi nisi bono communi expediat.*
9 *Comes de Lemos Prorex Neapol. agratians delicta pecuniis carpitur, num.*11.
10 *Princeps peccat si sine rationabili causa minuat delinquentium poenas, & etiam si condonet passim delicta leuia facinorosis, nisi raro ob minorem aetatem, aut seruitutem infirmam, aut in delicto sine animo commisso, vel in arte perito.*
11 *Proreges nequeunt pecunias recipere pro condonatione delictorum, & an officia vēdere, n.*12.
13 *Accusatrix pars, an teneatur remittere poenam mortis à Iudice inflictam, si Iudex eam remittat, num.*13.

AD primam quaestionis partem respondeo 1
vt tam per seipsos regulariter, quam per Procuratorem etiam non habentem ad hoc speciale mandatum possit quilibet infamatus petere, & obtinere restitutionem, Speculator *in tit. de restit. in integr. § quis autem in princ. n.*23. Baldus *in l. 1. §. eum qui in fine, ff. de postul. & in repet.in 2. lect.n.*3.Felin. *hic num.* 15. † Ex eo quia 2
supplicatio non est actus Iudicialis *l.* 1. *Cod. de precibus Imperat. offerend.* expendit Sfortia Oddus *de restit.q.92.art.*1. † Vbi putat quod Reus prin- 3
cipaliter debet esse constitutus in carceribus pro gratia obtinenda ex *l. 1. §.1.ff. de quaest.* Et tunc posse eius Procuratorem gratiam petere, quod si extra carceres degat, tunc ait, vt debeat Reus personaliter comparere; quod mihi arridet ex his quae adduxi *in cap.14.de Iudiciis à quaest.*3.vbi quando possit Procurator in criminalibus petere, † Imò addit Sfort.*ibi à n.*7.quod restitutio prosit 4
etiam absentibus, & ignorantibus ex doctrina DD. *in l.fin. Cod. de sent. passis*, vbi Bart. *num.* 5. Albericus

Albericus *num.* 10. Salicetus *col.* 2. versic. *nunc quæ-*
5 *ro.* † Et hoc quidquid alij ab eo relati sentiant, qui etiam, *num.* 10. infert, quod si bannitus esser vltra mare, statim, codemque die, qua fuit restitutus, habetur pro reuerso, secundùm Albericum præallegatum; *num.* 10. & idem tenet, & tribus rationibus confirmat Socinus Senior, *in l. quidam relegatorum, num.* 4. *ff. de rebus dubiis,*
6 post Barr. *in dict. l fin.* † Et confirmantur prædicti inferendo, & ampliando per id, quod dixit Baldus *consf.* 64. incipit, *punct. lib.* 1. *n.* 1. videlicet quod restitutio gratiosa trahitur retro ad tempus gratiæ factæ.
7 Ad secundam quæstionis partem, etsi Mastrillus *de Magistratibus tomo* 2. *lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 147. videatur affirmatiuè hic verbis, *Pro Rex potest de criminibus, & pœnis gratiam facere; dummodo adsit partis remissio*, vt clare colligit ex eius patente ibi, & ibi. *desit partis instantia, pœnas remittere, relaxare, prout nos facere possemus*; docet etiam Sesse
8 *de inhibition. cap* 1. §. 4. *num.* 10. † Tamen ego existimo id non posse frequenter facere, nec pro suo arbitrio agratiare delinquentes, si accusatorem non habent, cum debeant attentare ad qualitatem delicti, quod est remittendum, & ad cæteras circunstantias concurrentes ex quibus omnibus est Iudicandum; num bono communi expediat, aut certe cum illo, non repugnet tale delictum tunc remitti, quod in terminis docent Molfesius *in summa tom.* 1. *tract.* 9. *n.* 4. Ledesma *in summa tom.* 2. *tract* 8 *cap.* 22. *difficult.* 5. *conclus.* 6. Aragon *in* 2. 2. *D. Thom. quæst.* 67. *art.* 4.
9 Azor *tom.* 3. *lib.* 13. *cap.* 23. *quæst.* 3. † Diana *p.* 6. *tract.* 6. *ref.* 1. vbi refert patrem Ferdinandum de Mendoca societatis Iesu acriter carpentem, *comitem de lemos*, Pro-regem: tunc temporis Neapolitanum de facili, & pretio agratiantem, & eius verba refert; quam sententiam probat Diana, quia bene vt aduertit, D. Thomas 2. 2. *q.* 67. Bañez, Siluius, & cæteri expositores, *ibi posse*, Principem pœnas delinquentibus minuere, & in totum relaxare arbitrio suo videbis Villalobos *in*
10 *summa tom* 2. *tract.* 14. *dif.* 17. *num.* 2. † Constat enim legislatorem ex bono communi posse pœnam remittere delinquenti. Quod si princeps id faceret sine rationabili causa, peccaret, cum esset in magnum Reipublicæ nocumentum, cuius interest delicta punire ex *l. si ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil.* cum aliis. Ergo debebit id facere ex rationabili causa, quando magis hoc procedit in Pro Rege? Quare etsi etiam semel pœnam remitteret delinquenti facinoroso, vt homicidæ, ex industria alicui, sicario, assassino, &c. Vel si passim delicta leuia condonaret peccaret mortaliter, cum talis remissio, semper vergeret in damnum Reipublicæ; & sic raro Diana admittit sententiam contrariam, nisi aliquando ob minorem ætatem, aut senectutem infirmam, aut in delicto sine animo deliberato commisso, sed ex impetu, item si delinquens esset nimis arte peritus, seu ars Reipublicæ necessaria, & aliis modis, & casibus, de quibus Tassonius *in pragmat. de Antifato, vers.* 12. *obseruation.* 1. *à numero* 125. Sanchez *in opusculo, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dubio* 21. *numero* 11. & adiunges Farinacium *in praxi tom.* 1. *de pœnis tempor.*
11 Vnde quamuis Mastrillus *tom.* 1. *de Magistratibus, lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 53. videatur tenere, vt possit Prorex recipere pecunias pro tali condonatione, & gratia; tamen verius existimo id non posse, tum ex fundamentis relatis; quia Rex Proregi non tribuit; imo prohibet, vt recipiat pecunias pro condonando reis pœnam, & hoc quidquid in contrarium Proreges praxi obseruent: ita docent Ferdinandus Mendosa, & cum eo Diana omnino Videndus *dicta ref.* 6. à versiculo, *sed an Proreges*, vbi plura tradit. † Qui etiam Videndus est, *ref.* 3. *dict. tract* 6. 12
p. 6. ad aliam quæstionem, *an Proreges possint vendere officia, & pecunias sibi ipsis applicare:* & contra aliquos negatiuam sententiam defendit, cuius fundamenta faciunt pro perfecta resolutione.

Hic posses adiungere quæstionem, scilicet; 13
an pars accusatrix, teneatur remittere reo pœnam mortis à Iudice inflictam, si Iudex ex parte sua eam remittat? De qua dico *infra in Rubrica de pœnis:* interim leges Dianam *p.* 10. *tract.* 16. *ref.* 43. Patrem Arriagam *in cursu Theolog. tom.* 5. *disputat.* 39. *sect.* 3. *num.* 16. Trulench. *in decalog. tom.* 1. *lib.* 5. *dub.* 5. *à num.* 7. qui affirmare videntur cum lata sententia, sit satisfacta Respublica, & per consequens pars accusatrix; ergo, Iudice tunc remittente, non est cur pars accusatrix remittere nequeat: tamen non sic in praxi video receptum: Et adiunges Cyriacum, *p.* 1. *contr.* 20. vbi agit quando Princeps possit facere gratiam delinquenti in vita parte offensa, vide *infra*, de pœnis.

QVÆSTIO VI.

An officialis Iustitiæ (vt Alguacelus,) qui tale officium emit, suspensus per sententiam Iudicis residentiæ, quam Iudices supremi castellæ, confirmarunt, queat transacto tempore suspensionis, siue exilij sibi impositi redire ad exercitium absque alia licentia Iudicum: Et an si super eadem confirmatoria sententia Princeps, ac Rex consulatur, interim idem officialis adhuc exercere valeat in suo officio: Seu an quia per residentiam fuit condemnatus, eo ipso debuisset sententia executioni mandari; sic vt damnatus tantum haberet Ius prosequendi appellationem super deuolutiuo: Et num condemnato in exilium, computetur tempus carceris pro sibi assignato in sententia?

SVMMARIVM.

1. *Officialis suspensus ab officio nequit in praxi redire ad exercitium sine licentia sui superioris, vt n.* 2.
3. *Inquisitores, aut officiales semel suspensi, nunquam finito tempore suspensionis visi sunt redire ad exercitium sine licentia D Inquisitoris generalis communicata cum Dominis de Consilio.*
4. *Suspensus officialis ab officio ante sententiam, vel post sententiam, quando non obstante appellatione nequeat exercere officium; quando autem appellatio illi prosit; late discutitur, n.* 5. *&* 6. *facta distinctione inter suspensũ extra syndicatũ, vel in illo, & visitatione, vt n.* 6. 7. 8. 9. 10.

8 *Suspensus nequit prouideri ad nouam dignitatem, quousque determinetur causa.*

11 *Suspensus per sententiam extra syndicatum, etsi appellando non amittat exercitium officij vt sub, n. 7. 8. 9. & 10. at fallis in pragmatica depositorum.*

12 *Casus delictorum plures priuant Iudices, & officiales ab exercitio in officiis & recensentur, num. 13.*

14 *Iudex semel ab officio priuatus, non est illico admittendus ad illud, nec aliud simile, nisi ex certa scientia Principis.*

15 *Iudices ne de facili priuent, atque suspendant officiales ab officiis, &* & exercitio.

16 *Carcer non minuit in delinquento exilij tempus.*

17 *Tempus vnius suspensionis debet finiri prinsquam subintret terminus alterius.*

1 AB his omnibus breuiter respondendo liberabimur per nonnulla, *hic* dicta, & sub, *tit. de appellat.* Fuit igitur in mense Decemb. anni 1658. discussum super præsentibus dubiis apud magnificos Iudices nostræ Castellæ; inter quos, adhuc non leue diffidium est, pungit occasio aliquid doctrinaliter in medium proferre, donec sciam definitionem. Et pro affirmatiua sententia faciunt verba legis Imperator 8. *ff. de postulando*, ibi, *Imperator Diuus Antonius rescripsit eum cui aduocationibus in quinquennium interdictum est, post quinquennium pro omnibus postulare non prohiberi*, Matescoto *lib. 1. variar. cap.* 4. Ioannes Baptista Costa *cons.* 70. Martin. Mageto *de aduocatia armata, cap. 6. num.* 354. Osualdos *in notis, lib.* 18. *comm. cap.* 8.

2 Sed tenera dicendum est non posse, sic suspensum finito tempore suspensionis reassumere exercitium sui officij absque authoritate Iudicis declarantis terminum suspensionis fuisse completum: ita Montano *de Regalibus Glossa de Regalibus officiis, num.* 54. & refert decisum Moles, Regios scilicet officiales suspensos ad certum tempus non posse reassumere officium elapso tempore absque licentia Regis ratione reuerentiæ illi debitæ; sicque practicari in consilio supremo cameræ quotidie videmus, cuius supremis Iudicibus data est facultas agratiandi, & remittendi, atque dispensandi, vt breuiter notaui, ad *cap. fin. de translat. Episcopi sub quæst. fin.* dum, *ibi*, actum est de quæstione, an liceat frequens translatio Episcoporum ad maiores Diœceses proponi Domino nostro Regi per istos
3 Consiliarios de Camera. † Imo quotidie videmus Inquisitores, atque officiales sanctæ inquisitionis suspensos ad tempus, qui non reassumpserunt vnquam officia in illis inseruiendo, nisi præmissa licentia Domini Inquisitoris Generalis, communicato prius processu cum consiliariis nostri Consilij supremi, quod frequentatum est quotidie, me præsente, *Illustrissimus D. Didacus de Arce Reynoso Episcop. Placent. iam per* 18. *annos inquisitor generalis litteratissimus pyssimus, & iustitia amantissimus.*

4 Ad secundam quæstionis partem, numquid officialis, quæ à prima sententia suspensionis appellauit, interim possit in officio, à quo per eam suspenditur exercere? Et pro affirmatiua sententia facit Doctrina generalis Iuris, *in l. 1. §. fin. ff. ad Turpilian.* ibi: *quia prouocationis remedio condemnationis extinguitur pronunciatio, l. 2. §. vlt. ff. de pen. l. furti; ff. de his, qui notant infamia, l. si quis filio, §. hi autem, ff. de iniusto rupto.* Tum etiam quia regulariter appellatio suspendit, atque extinguit sententiam quoad vtrumque effectum, vt patet ex, *l. præcipimus 32. Cod. de appellat.* ibi: *eorum enim sententiis appellatione suspensis, l. si causa 32. Cod. de transaction. l. vltim. Cod. de sent. rescind. non poss. cap. cum inter 13. de sententia, & re iud.* ibi: *cuius sententia cum nulla fuerit appellatione suspensa*, de quo late sub illo, *tit. & hoc de appellat.* de quorum Iurium intelligentia Petrus Gregor. *lib. 6. de appellat. cap. 11. num.* 4. Andreas Gayllus *lib. 6. obseruat. cap.* 14. Couarruuias *pract. cap. 23. num.* 1. Osoaldus *in notis ad Donell. lib. 28. comment. cap. 4. littera, A*, Fontanella *de pactis Glossa 10. p. 1. à num.* 68. Giurba *decis. 19. num.* 5. & faciunt quæ dico late, *infra* [...]*c. pastoralis, §. verum de appellat.* vbi quod applicatio suspendit, aut aufert effectum sententiæ excommonicationis, suspensionis, ac interdicti, vt ibi dictum est.

Contra hoc faciunt plura, quæ dixi; *in c. 11. de appellat.* vbi habetur in multis casibus, non obstante appellatione, sententiam esse exequendam, & insuper ex proxime dicendis de officialibus suspensis per Iudicem syndicatus, & ex Doctrina Azeuedi *in l. 17. tit. 8. lib. 3. recopilat. num. 1. & 2.* quem sequitur Mastrill. *de Magistrat. cap. fin. lib. 6. num.* 13. vbi ponens quando Competere possit reuisio seu supplicatio, quid sit in Iudice syndicato per alium quam eum sub cuius potestate officium exercuit, vel in nostris Regnis Hispaniæ, vbi etsi appellatio admittatur in omni crimine, & delicto, etiam in officio commisso, siue condemnatio sit ciuilis, siue criminalis, intelligi dici procedere appellationem, admittique tantùm quoad effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum, sicut, & ante eum dixerant, Auiles *in cap. 9. syndic.* verb. *appellat. & in cap 9. Prætor. num. 4. lib. 1.* Auendaños *de exequend. mandat. lib. 1. cap. 2. numero* 10. versic. *& contra Ministros*, & *num.* 14. versic. *nec ab huiusmodi*, videturque colligi ex litteris visitatoribus datis per verba sequentia: *y no suspendiendo las ordenas, decretos, y otros actos, que por raçon de esta visita, y comision se hiçieren por ningun acto de apelaçion, recurso, o simples querellas, que se interpongan, los quales quiero que se executen, no embargante la tal apelacion, recurso, ò otra qualquier cosa, como si fuera dado por mi supremo consejo*, vt refert idem Mastrill *supra dicto cap. fin. lib. 6. de Magistrat. sub num.* 16. & hoc quidquid sit in terminis Iuris communis, de quo Paris de Puteo *in tract. de syndicatu*, in verbo *an stante*, qui videtur tenere contrarium, data causa legitima ad not. per Baldus *in l. incerti, Cod. de interdict.* vbi ait quod licet non appelletur à sententia lata in possessorio, potest appellari ab emergenti, vel incidenti secundum, Innocentium, *in cap. significauerunt de testibus.* Auiles *in dicto cap. 10. syndicat. numero* 3. qui hoc intelligit, quando emergens non habet naturam principalis, vt quia examinatur Iustitia eius seorsum à principali ad Textum, *in l. si ex causa §, nunc videndum, ff. de minorib.* vbi Baldus.

Vnde, quia ad praxim de officialibus, atque 6
Ministris visitatis, residenciatis, atque Syndicatis, est *lex Regia 14. tit. 7. lib. 3. recopilat.* qua disponitur, vt si per Inquisitionem vulgò *perquisa secreta*, appatet culpa aduersùs aliquem

ex

ex Decurionibus, ex fidelibus vulgò *fesineros*, ex Procuratoribus, Tabellionibus, aut aliorum officialium Senatus, Iudex illos suspendat ab officiis cuius legis rigor, etsi in praxi non custodiatur, non alias administratio Iustitiæ, aliorumque negotiorum expeditio cessaret contra bonum Reipublicæ gubernium ex doctrina Textus *in c. tam litteris*, §.1. *de Testibus*, *cap. constitutus de excessibus Prælatorum*, Puteus *de Syndicatu*, verbo *accusatus*, *cap.1. à num.2.* Grammat. *cons.10. à num.1.* idem *de ritu magnæ curiæ*, *lib.2 fol.78. num.12.* Didacus Perez *in l.3. per textum, ibi tit.13. lib.2. ordinam. col.323.* Azeuedus *in l.2. tit.7. lib.3. recopilat.* Glossa *esten*, *num 8. in princip. & l.2. tit.1. lib.8. recopilat.* proprius *in Authentic. de administrat. §. fin.* versiculo *non enim*, & *in cap. peruenit 28. de appellation.* Glossa verbo *moriente in clem. ne Romani, §. sanè de elect.* Tamen eius obseruantiam practicari in magnis nonnullis casibus, in quibus culpati appareant, aut per notorietatem, vel si ita potentes forent negotiatores, atque rixosi, vt conueniret de hoc constito vt suspenderentur tales officiales, durante relata inquisitione secreta ex Gregor. Lopez doctrina *in l.7. tit.6. p.7.* verbor. *de belas*, & *l.6. tit.25. lib.4. recopilat.* Auendaños *in cap.2. Prætor*, *num 10. in fine*, Azeuedus *in l.2. tit.7. num.17. lib 3. recopilat.* vbi citat alios, & *in l.14, à num.1. eodem, tit. & lib.* Castillo, & Bobadilla *lib.5 politic. à num.190.* legendus, vbi referens suspensionem quam fecerit in *Metimna del campo*, licent *de la Mota*, primus Tabellionum visitator ab initio dictæ inquisitionis secretæ illos incarcerando, ait practicari in Audientiis, & Cancellariis Regiis visitatores mandando, vt aliquis ex auditoribus, aut ex Iudicibus criminum. Vulgò *Alcalde*, suspectus ex dictis causis pergat à populo exeundo, & à territorio per tot leucas, nec ibi assistat, visitatione durante. Qui etiam refert se aliquoties vidisse practicari in visitationibus Gubernatorum Indiarum ob magnam visitandorum potentiam.

7 Ex quo supposito idem Castillo, & Bobadilla ad partes disputauit, *dicto cap.1. lib.5. à n.191.* de quæstione, an dicti officiales suspensi ab officiis per Iudicem residentiæ, durante lite, siue ante sententiam, siue post, durante appellatione, valeant in officiis exercere, & resoluit cum Boërio *decis.150. à num.15.* Paulo *cons.168. n 4. volum.1.* Azeuedo *in l.2. tit.7. à num.16. & in l.14. num.3. ibi lib.3. recopilat.* nempe vt durante dicta Inquisitione secreta, & ante sententiam habitura sit effectum prædicta suspensio in iam relatis casibus, sed post sententiam priuationis, aut suspensionis aduersùs Iudicem, Decurionem, Tabellionem, aliumve officialem latam, refert, practicam Concilij esse dari scilicet Regiam prouisionem, vt Iudices ordinarij illos non admittant ad exercitium propriorum officiorum, quousque visitationes vulgò *las residancias* sin finitæ, visæ, atque determinatæ. Et hanc praxim defendit Castillo, de Bobadilla *dicto cap.1. lib.5. num.192.* præstans intellectum primæ adductæ legi Recopil, per alias, etiam legi Recopil. scilicet *l.1. & 2. tit.5 lib.3. recopil.* vbi cauetur ex eadem ratione culpæ non esse prouidendum ad aliud officium gubernij Prætorem, cuius residentia nondum fuerit determinata, & ex *l.100. tit.13 lib.7. recopil.* qua cautum est ex eadem ratione officialem publicum priuatum, siue suspectum per sententiam visitationis, siue residentiæ duraturum fore in sua vacatura, & in interdicto sui officij, quousque illius causa determinetur: cui opinioni, & si sub dubio refert inclinasse Abilesium *in cap.7. Syndicat.* Glossa *suspende*, in fine referentem vulgarem eam doctrinam, nempe quemlibet ab officio suspensum non posse prouideri ad nouam Dignitatem, & honorem.

Et confirmatur, quia nec promouebitur accusatus de culpa graui quousque etiam eius determinetur causa per Textum *in l. reus delatus, ff. de muneribus, & honoribus*, *l. vnica*, vbi Bartol. & Platea, per Textum *ibi*, *Cod. de reis postulandis lib.10. l. qui de libert. ff. de liberali causa*, *cap. omnipotens*, *de accusation. l.5. tit.5. p 3.* Bartol. *in l. Barbarius*, *num.27.* & ibi Oroscius *num.10. col 395. ff. de officio Prætor*, Boërius *dicta decis.150. num.15.* Mascardus *de probation. tom.1. conclus.27. num.1. & 6.* Gregorius Lopez *in dicta l.7. tit.6. p.7.* verb. *de velos perder*, per Textum *ibi* Abiles *in cap.5. Prætor*, Glossa *suspendidos*, *num.4.* Azeuedus *in l.2. num.8. & 16. tit.7. lib.3. recopilat. & conf.83. volum 1.* 8

9 Acerrimè tamen Azeuedo, quem refert idem Castillo, & Bobadilla *sub dicto num.191. in fine*, contra Auendaño *in dicta l.14. tit.7. lib.3. recopil.* Glossa *la suspenda*, *à num.3.* dicit prædictam legem Regiam tantùm committere Iudici residentiæ, vt possit suspendere culpatos, durante Inquisitione vulgò *la pesquissa secreta*, seu decreto interlocutorio vsque ad sententiam difinitiuam, sed non inde induci, nec disponi *in dicta lege*, quod si suspensi per latam difinitiuam sententiam appellauerint, maneant interdicti, atque suspensi ab officij exercitio, quousque causa terminetur, nec vt careant vniuersali illo Iuris remedio, de quo latissimè dixi *infrà sub dicto tit. de appellat.* & nonnulla *sub cap.15. hoc tit.* nempe appellationem suspendere effectum sententiæ, vt nihil innouetur, ea pendente, iuxta quæ latissimè dixi sub *cap. bonæ 51. de appellat.* aliquid *sub cap.1. eodem*, *& sub titulo*, *vt litè pendente nihil innouetur*: nam iusta Iuris regulas suspensus seu priuatus ab aliquo officio, siue Dignitate, appellans, manet illæsus in eadem Dignitate, eodemque honore, quo antea fruebatur secundùm communem Doctorum opinionem, ex Glossa *in cap. sæpè* verbo *sententia in fine*, *de appellat.* communiter approbata, secundùm Abbatem *ibi* & Iasonem *in l.1. num.10. ff. de re Iudicata*, & Glossa *quod autem in summa* 8. *quæst.4.* Albericus, & Bartolus *in lege furti*, *ff. de his, qui notantur infamia*, & alij in recitatis locis, & alibi.

Has inquam opiniones conatur idem Castillo, & Bobadilla componere *dict. cap.1. lib.5. Politicæ, num.193.* vt prima Boërij, & aliorum sententia, quam, & ipse amplectitur, scilicet, vt appellatio non suspendat effectum sententiæ, priuationis, aut suspensionis, intelligatur tantùm in sententia lata in residentia, & Syndicatu, aut visitatione, non verò si extra illam ordinarius quilibet alius Iudex, aut delegatus superior, priuet, siue suspendat Iudicem, Decurionem, aut ministrum publicum occasione alicuius criminis, etsi sit de delicto commisso in suo officio, siue procedat ad petitionem partis aut ex officio: nam in tali casu ait appellationem suspendere effectum sententiæ; & sic testa- 10

tut vidisse practicatuum in hoc consilio supremo iustitiæ, denegatamque fuisse relatam prouisionem solitam in consilio expediri anno 1580. aduersùs quendam Decurionem Ciuitatis Guadelexaræ suspensum ab officio per certum Iudicem commissionis, in quem prætendebat Decurionem ne vteretur dicto suo officio: lite durante; & secundùm hanc doctrinam, atque distinctionem ait intelligi Bertrandi *cons.83. vol.1.* & Auendañus *in cap.19.prætor,p.1.num.15.* versic. *Decimus casus*, Azeuedus *in dicta l.2. tit.7.* Glossa *ellen,n.8.9 & 12.lib.3.recop.& in l.11.tit.5.Glossa 1.n.2.eod.lib.*

11 Solum tamen excipit idem Castillo de Bobadilla *d.lib.5.cap.1.Politicæ,n.194.* casum quendam specialem,*leg.9.tit.5.lib.7.recop.* in quo extra residentiam,inquisitionem vulgò,*perquisa*,item & extra visitationem, in quo ait esse sententiam exequendam suspensionis, aut priuationis, non obstante appellatione,quando scilicet per transgessionem pragmaticæ depositorum aliquis fuerit suspensus aut priuatus ab officio,sicut disponit in verbis sequentibus ibi: *que las Iusticias sean obligadas à luego executar en ellos las dichas pœnas, so*
12 *pœna, que pagaran los daños, e intereses.* † Qui *num.196.* refert plures casus priuationis, suspensionis designari in legibus ciuilibus, & Regiis; item & a Doctoribus, inter quos Iason *in l. fin. Cod. de fideicommis.* Auiles *in cap.9. Prætor. Glossa 1. à num.1.* Azeued. *in l.9. in fine, tit.5. lib.3. recop.* Latius *in l.33. tit.25. lib.4.* post Gregor. *in l.1. tit 9. p.1. Glossa 5.* Doctores *in l. si quos, Cod de offic. Præfect. Prætor.* Bart. *in l. Iudices, Cod. de annonis, & tribut. lib.10.* Iulius Clarus *in praxi, §. fin. quæst.73. à num. 1.*

13 Quorum quidem breuiter placuit recensere, primo, si Iudex malitiosè procederet per *leg. 2. tit.31.p.2.*& quæ tradit Auendañus *in c.2.Prætor, num.3.* versic.*& omnis Iudex*, vel si sit nimis seuus atque crudelis, Cathaladin *de syndicatu,quæst.256. num.171 fol.31.* Guid. Papæ *singul.564.* post Barrol. *in l. de Iure in fine ff de his qui notantur infamia*, specialiter si committeret subornationum delicta vulgò, *baraterias*, ex Doctrina Baldi *in l. 2. §. Dominorum,num 2 ff. de his qui sunt sui, vel alieni Iuris*, vel si incorrigibilis fuerit: argum. eorum quæ de Clerico incorrigibili dixi, *in cap. cum non ab homine 10. de Iudiciis*: in terminis Conrrad. *in temple Iudicum, lib.1. num 6. §. 1 fol.21. & num.10.* vel si fuerit negligens multum: argumento eorum quæ dixi, sub *cap. qualiter, & quando 17. de Iudiciis. & sub tit. de supplenda negligentia Prælator*: in terminis Castillo de Bobadilla *dict. lib. 5. Polit. cap. 1. num.153. & sub num.196.* vbi idem dicit de illo, qui est inobediens Regiis mandatis cum Puteo *supra de syndic.* aut si sit vilis, & abiecta persona, idem Puteus, vel si non euitat, atque effugit quæstiones rixosas, Cathald. *vbi suprà* Bald. *in l. nullus, C. de summa Trinit. & fide Cathol.* Puteus *de syndicatu*, verb. *negligentia, cap.5. num 8 fol.241.* item per furta, vulgò etiam, *Coechos, y baraterias*, & ignauiam à legibus habent priuationis officiorum pœnam, in quibus Doctores dicunt posse Prætorem, aut officialem publicum amoueri ab officio ante residentiam, & visitationem, tempore durante suæ administrationis Iuxta, *l. iubemus, Cod. ad leg. Iul. repetund* Baldus *de pace constantia, §. fin.* Vincentius Cygaul *in opere aureo*, in versiculo, *Iudic. fol. 134. col. 3.* Amadeus *de syndicatu, numero 42. fol 43.* incipit, *an officiales possint durante officio conueniri*: Puteus *in eodem tractatu*, verbo *durante officio, cap. 2. numero 12. fol. 174.* & verbo, *varateria, numero 2. fol. 133.* & ibi, *additio, l. si quis, Codice de officio Præfect. Prætor.* Otosclus *in l. iubemus, Codice de Dignit. lib. 10.* idem Castillo de Bobadilla, *supra dicto numero 196.* vbi cum Hillescas *in Historia Pontificali, libro 6. cap. 9. fol. 37. col. fin.* dicit nec ex hoc mirandum cum constet voluntate Bonifacij IX. Pap. fuisse amotum ab Imperio Vencellao Imperatorem propter eius maximam desidiam, ignauiam, & negligentiam, vitia, comestiones opiparas, atque ambitionem, à Principibus, atque statibus Alemaniæ,& *Francfordia.*

Pro complemento addo, quod Iudex, aut Mi- 14
nister semel ab officio priuatus per aliquam ex culpis adductis, aut aliis grauissimis, non est iterum admittendus ad seruiendum in illo, nec ad obtinendum aliud eiusdem generis, ac ministerij, in tantum, vt nec possit illud petere, nec acceptare, si ei illud concedatur ex proprio motu, nisi restitutus, habilitatus, atque agratiatus ille fuisset ex certa Principis scientia per dicta iam sub hoc Textu de restitutis, & agratiatis: nam qui semel se habuit, atque gessit male in officio, præsumitur idem futurus, ac perpetraturus in posterum, vt docent Platea *in l. ad splendidioris, Cod. de diuers. offic. lib. 11.* Puteus *de Syndicat.* verbo *Iudices cap. 8. fol. 109. in princip. & numero 1.* Dulcetus *in eodem tractat. numero fin. fol. 360.* Tiraquellus *de pœnis tempor. causa 58. versic. 6. à num. 7.* & notant Doctores per Textum *in l. si aliquod de suscept. & arcer. lib.11. l. fin. ff. de offic. procurator. Cast. l.7. tit.7. lib.3. recopil.* vbi Azeued. post Baldum *in l.2. ff. de Senatorib.* Castill, & Bobadilla *suprà num.197.* præstant *in Glossa littera O*, rationem, quia boni homines debent diligi, cum Deus diligat eos; & quia boni semper vincunt, & mali homines debeat expelli ab omni honore, eo quod seruiunt Diabolo, & sunt sine conscientia faciunt plura quæ dixi *sub c. ex studiis, c. penult. & fin. de præsumpt.* & quæ DD. adducunt ad regul. Iuris semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali: quam praxim obseruauit ab hinc 18. annis D. Inquisitor generalis non restituens semel priuatos ab officiis Inquisitionis; imò nec passus est dispensare cum multis eorum, quos propter excessus suspendit ad tempus metuens illos reddituros ad vomitum; potiusque pauperibus, ex illis condonat aliquas portiones Eleemosinarias, vt subleuentur in propriis necessitatibus.

Et ob hæc idem Castillo, & Bobadilla cum 15
infinitis, *d. c.1. lib.5. Politica ex glossa penult. c. fin de Iure patron. communiter approbata, & ex verb. l. 1. & 9. tit.27. in Cod. Theodos.* ex Plutarcho *in politica*, & per illa quæ refert *in d. sua polit. lib.1. cap.16. num.50* & vtrobique cum infinitis mouet Iudices ordinarios, aut delegatos, alios ve superiores, ne inconsulto, & præcipitanter procedant ad priuandum aliquos Iustitiæ Ministros ab officiis, aut ad suspendendum illos, nisi in casibus expressis in Iure: relati in dicta Gl. fin. & hoc cum sit inhumanú spem auferre illius, qui leuiter deliquit per verba Osorij *lib. 18. de Regis institu.*

instit ibi : *Quia in officio sibi commisso deliquerint, & honore priuentur, & grauem pœnam peccati luant, nisi sit eiusmodi paccatum, mediocri pœna corrigi, & emendari possit. Inhumanum enim est spem de illo, qui leue aliquod flagitium admisit abjicere; quis enim est qui vitæ cursum sine aliquo lapsu possit conficere? Magni tamen refert qua lasius extiterit, qui enim pecunia corruptus, aut malitia, & improbitate cæcatus, malè suum officium gerit, accerrime plectendus est; malum enim quod præsumitur, vix sanari potest, is autem qui per rei alicuius imperitiam, aut in curia errauit, facilè potest ad officium reuocari.*

16 Ad vltimum, num condemnato in exilium competetur tempus carceris? Breuiter omissis quæ solent Doctores adducere, an carcer datus sit ad pœnam, vel ad custodiam? videntur in proposito affirmatiua fulciri sententia per capitalem *leg. omnes* 23. *Cod. de pœnis*, Tiraquell. *de pœn.* Antonius Gomez *lib. 3 variar. de exilio c. 8. n. 2.* vbi plures adducit, Haillon, cum Solorzano *de parricid. lib. 1. c. 23.* Raguera *in crimin. c. 21.* & alia pro negatiua, quod sit institutus ad custodiam: DD *per l. 6 & 7. ff. de custodia reorum, l. aut damnum § solent, ff. de pœnis, l. mandatis ff. eodem, l. in credibile, Cod. eodem, l. 1. & per tot. Cod de custodia reorum*, Simanch. *de Cathol. instit. c. 16.* Petrus Gregorius *syntagmat lib. 3. c. 33.* Doctore *in l 4. Cod. de custodia reor*, latè Bobadilla cum multis *lib. 3 politic. sub c. 15. de custodia reorum*, Farinac. *in praxi, in tract. de carcerib.* cum infinitis videndi, ad saturitatem distinguentes, atque resoluentes quando carcer imputetur loco pœnæ, aut partis illius, quando verò ad custodiam tantùm, quod multum, vt quotidie videmus pendet ab arbitrio Iudicum, præcipuè quando delicta non sunt ex atrocissimis, aut atrocioribus, & quando carcer diuturnus fuit: argumentum eorum, quæ dixi sub *c fin. de consuet. quæst. 1. & 2.* hîc applicanda; & sic non immoramur, cum Gotofred. Bald. Salicet. & Fulgos. latè explicent *in d. l. omnes, aut in d. l. aut damnum, §. solent, & §. si quis*, quem explicat, & intelligit D. Gomez *suprà n. 2.* vbi Odofred. *littera V, & A*, eruditè de Franç. *decis. 317.* curia Philipica *2. p. § prelation. n. 65.* vbi item & quod condemnatus in exilium, debet illud implere, non obstante incarceratione pro debito.

17 Quare cum dubitari soleat in materia, de qua loquuti sumus, si suspensus ob diuersos casus, atque capitula in distinctis temporibus, vt v. g. ex vno capitulo per sex menses, & in alio per integrum annum, an tempore currente, vnius suspensionis, currat interim tempus aliorum capitulorum de Syndicatu? & iuxta doctrinam Bart *in l. Senatus, §. quamquam, ff. ad Turpilian.* resoluentis, tempus pro vnaquaque suspensione currendum, atque finiendum esse, quo finito aliud subintret, eo quod suspensiones, & exilia debent esse successiua, & continuata vnum post aliud, quod ex multis probat Salacar. *de vsu, & consuetudine, c. 6. n. 22. fol. 92.* sequitur, & Bobadilla *dict. lib. 5. politic. c. 1. n. 195.* dicens ita in consilio supremo Castellæ practicari; ex quo videtur vt potius in atrocissimis carcer datus sit ad custodiam.

AD TEXTVM IN CAPITE XXIV.

Ad probandum, hoc Tit. PRÆMISSVM.

SVMMARIVM

6 *Sententia lata à Iudice excommunicato, est nullius momenti, etiam si inter plures, vnus sit ligatus, num. 7. & 8. etiam sententia interlocutoria, num. 9. intellige vt quæst. 1. num. 7.*

AD Textum istum quatenus agit de reuocata sententia, ob defectum Iurisdictionis, applicabis vniuersaliter dicta *in cap. 2. cap. 3. cap. 4. cap 8. cap. 10. cap nouit 13. cap. qualiter de Iudice, & in toto tit. de foro compet.* vbi de Iudicum incapacitate, & incompetentia. 1 † Alia applicabis ex *cap. 1. cap. suborta, hoc titulo*, vbi de retractanda sententia ex causis ibi positis. 2 † Item applicabis dicta *in cap. intelleximus de Iudiciis*, vbi de actore excommunicato agente in Iudicio non audiendo. 3 † Item & quæ adduxi *suprà in cap. quæst. 7. de probation.* vbi quod procurator excommunicatus à procuratione repellitur. 4 † Item applicabis quæ notanter dico *suprà in cap. illa quotidiana 39. de electione*, vbi an electio Canonica facta ab electoribus, vbi si vnus, aut plures sint excommunicati, sit nulla, aut veniat annullanda. 5 † Ex littera huius Textus Barbosa *hic à num. 2.* primo dicit quod sententia lata à Iudice excommunicata, est nullius momenti, iuxta Glossam hîc, verbo *inodatus*; & *num. 1. ampliat. 1.* siue excommunicatus exerceat Iurisdictionem solus, siue simul cum aliis; nam sufficit, quod vnus tantum sit excommunicatus, ad hoc, vt actus, & sententia vitietur in totum iuxta Textum hunc. 6 † Et *num 4. ampliat. 2.* vt procedat etiam si plures Iudices fuissent dati cum clausula *quod si non omnes*, quia etiam procedendo cum vno excommunicato inficiunt propriam Iurisdictionem. 7 vbi dicit verum in delegatis; secus in ordinariis Iudicibus, & procedere, quando Iudices, non excommunicati scienter admittunt excommunicatum; secus si ignoranter, quia tunc sententia sustinetur ex authoritate eorum, qui non erant excommunicati: ita ex Ricciulo *de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. cap. 18. num. 8. & 9.* † Et idem Barbosa *num. 5. ampliat. 3.* dictum, vt procedat dictum in arbitro Iudice, electo à partibus, vt Iudicis partes suscipiat, & seruato Iuris ordine procedat, pariter arbitri excommunicati sententiam nullius esse mouenti, sic cum eodem Ricciulo *dicto lib. 5. cap. 18. num. 3.* & cum Reginaldo *in praxi fori pœnitent. lib. 32. num. 3. versicul. septimo*, omnino videndo, Gutierrez *Canonic. lib. 1. cap. 1. num. 74. cum sequent.* 8 † Et ampliat, *num 6.* Barbosa, vt procedat, nedum in sententia definitiua; verum, & Interlocutoria, & in simplici decreto: sit cum eodem Ricciulo *d. c. 18. n. 2.* Imo idem Barbosa *n. 7.* hoc ampliat, siue Iudex fuerit excommunicatus à principio, siue medio tempore, de quo idem videndus *in c. sciscitatus 13. n. 5. de rescriptis.* 9

Et

10 Et quatenus *hic*, ex versic. *ipsa casata iterum cognoscatis*, possunt, DD. agere de quæstione an eo, quod veniat annullanda sententia, ordine Iuris, aut Iudiciis, non seruato, sit iterum de nouo in actis agendum à partibus: applicabis plura, quæ adduxi *suprà in c. examinata* 15. *de Iudicijs*, vbi longè dixi, quod si actio, intentio, seu libelli, sunt inepti, absoluitur reus ab instantia Iudicij; ita vt actor iterum de nouo audiatur, si ipse agere velit.

QVÆSTIO I.

An sententia lata à Iudice excommunicato, sit nulla, aut veniat annullanda: Et an extante extrauaganti ad euitanda sustineatur decisio Textus nostri: Et an sententia lata à publico excommunicato, non denunciato, valeat: Et an omnis actus Iurisdictionis ab excommunicato factus, sit nullus: Et an excommunicatus ita sit priuatus spirituali Iurisdictione fori contentiosi, vt omnis eius actio ipso Iure, sit irrita: Et an actus intromittendi aliquem in possessionem, ab excommunicato factus, sit validus: An excommunicatus posit valide in Iudicem eligi, vel creari?

SVMMARIVM.

1 *Conducibilia quædam ad primam partem quæstionis.*

2 *Sententia lata à Iudice excommunicato, est ipso Iure nulla, sed quando expenditur, à num.* 4.

3 *Electio ab excommunicato facta, est ipso Iure nulla: latè* quæst. 2. *versic.* ad quintam, *à num.* 15.

4 *Rescriptum ab excommunicato impetratum, non valet, nec collatio.*

5 *Excommunicatus Iure antiquo, non poterat testificari.*

Extrauagans ad euitanda scandala late intelligitur.

7 *Excommunicatus, etiam publicus hodie non venit vitandus, nisi sit denunciatus, aut Clerici notorius percussor.*

7 *Sententia lata à publico excommunicato, nondum denunciato, est valida: quid si pars, in cuius fauorem lata est, sciat illum esse excommunicatum, n.*8.

9 *Actus ab excommunicato denunciato, facti sunt nulli, si sint Iurisdictionis, n.*10.

10 *Subditus nequit vti licentia ei data à Iudice excommunicato.*

11 *Actus Iurisdictionis facti ab excommunicato occulto, sunt validi.*

12 *Excommunicatus publicus de Iure antiquo, publice erat vitandus, occultus tantùm occultè.*

13 *Actio ab excommunicato, non denunciato facta; & si sit alij nociua, adhuc valet, num.*14.

15 *Actus habentes originem à lege positiua, & si diuina, valent ab excommunicato non denunciato facti, vt professio, ordinis susceptio, n.*16. *&* 17.

18 *Excommunicatus alium excommunicare nequit, est enim priuatus spirituali Iurisdictione fori contentiosi, n.*20. vide *quæst.* 2. versic. *ad secundam.*

19 *Sententia excommunicationis lata ab excommunicato occulto, & tollerato, valida est.*

21 Cap. 1. de officio Vicarij lib. 6.

22 Cap. si is cui de officio delegati lib. 6.

23 Cap. 1, de supplenda negligentia prælator, lib. 6. & alia,

24 *Excommunicatus non denunciatus, potest facere plures actus Iurisdictionales, vt hîc num.* 25.

25 *Excommunicatus, quare sit interdictus ab vsu Iudicandi.*

26 *Excommunicatus Iudex queit mittere in possessionem beneficij, ante excommunicationem collati: fallit si ad id faciendum exerceret Iurisdictionis actum, n.*28.

27 *Excommunicatus nequit accipere possessionem beneficij sibi collati ante excommunicationem.*

29 *Excommunicatus nequit in Iudicem eligi, vel ad dignitates Iurisdictionem habentes assumi: expende, vt n.* 10. *&* 31. *secus ad alios actus particulares, vt n.*32.

30 *Temporalia non æque prohibentur excommunicato, sicut spiritualia.*

32 *Excommunicatus facere queit actus priuatos.*

33 *Doctoratus gradus collatus excommunicato validus est.*

AD primam quæstionis partem, vt respondeas, adiunges nonnulla, quæ adduxi, *supra in cap.* 1. *quæst.* 1. 2. 3. 4. *hoc titulo*, vbi de sententia ipso Iure irrita, aut annullanda, *& in cap.* 4. *de fide instrument. quæst.* 1. vbi an sententia lata ex falsis instrumentis sit ipso Iure nulla, aut veniat annullanda: Et *in cap.* 4. *de foro compet. quæst.* 39. an sententia lata à Iudice post recusationem, sit ipso Iure nulla: Et *in cap. sicut.* 9. *de testibus*, an sententia lata ad dictum corruptorum testium sit ipso Iure nulla, *ibi q.*2. Vnde quia ex prædictis, & dicendis ad difficultatem, poteris congrue respondere, & vno verbo postea quam de aliis dubiis huius difficultatis dixerim respondebo. 1

Igitur communis est Doctorum assertio, vt sententia lata à Iudice excommunicato, sit nullius momenti, probant Doctores per Textum *in cap. audiuimus* 24. *quæst.* 1. Geminianus *in c.* 1. *col. pen.* versic. *in ea Glossa de officio vicarij, lib.*6. vbi Franchis *num.* 7. Socinus *in cap. sacris, numero* 264. *de sentent. excomm.* Barbosa *in dicto c. audiuimus, num.* 2. Antonius Ricciul *de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib.*4. *c.* 18. *num.* 4. & Villalobos *in summa, p.* 1. *tractat.* 17. *difficult.* 5. *sub num.* 1. dicit ex dicto, *cap. audiuimus*, vt quod fit ab excommunicato, sit ipso Iure nullum, & ex nostro Textu, ex quo probat non solùm sententiam latam ab excommunicato Iudice, sed latam à pluribus coniudicibus, quorum vnus est excommunicatus esse cassandam, verùm ex eo videtur, vt potius veniat annullanda, quod ex infra dicendis vberius expenditur. 2

Ad secundam partem quæstionis, an stante extrauaganti, ad euitanda, sustineatur decisio 3

Textus

Textus nostri, & videtur quod sententia, sit ipso
iure nulla, primo quia electio ab excommunica-
to facta, etiam, vt priuatus, est ipso Iure nul-
la, vt probat Innocentius *in cap. cum dilectus de*
4 *consuetudine*, Felinus *hic num.* 1. † Deinde quia
rescriptum ab excommunicato impetratum non
valet, nec collatio facta excommunicato, valet,
cap. postulasti de Clerico excommunicato ministran-
te; & hoc sicut, & alia quælibet gratia impe-
trata, *cap. cum parati de appellat.* sed hæc nulla
sunt, etiam priuata authoritate petita ab ex-
communicato; ergo fortius erit in Iudice sen-
tentiam ferente etiam si adhuc non sit denun-
5 ciatus. † Imo & Couarruuias *in cap. alma ma-*
ter 1. *p. art.* 1. *de sentent. excommunic.* existima-
uit quod sicut Iure antiquo excommunicatus à
testimonio repellabatur, *cap. veniens* 28. *de testi-*
bus, *cap. decernimus de sentent. excommunicatio-*
nis, sic etiam post dictam extrauagantem, pos-
sit etiam testificari, nam ea constitutio Mar-
tini V. nihil induxit in excommunicati fauo-
rem; quam partem probat Balboa *in cap.* 2. *de*
exceptionibus, legendus à *num.* 44. vbi expen-
dit, *dict. extrauagantem*, & *ibi*, *num.* 51. vbi
contra alios ita tenent, eo quod excommuni-
catus, etiam ante denunciationem infamis est,
quamuis fidelibus non sit prohibitum, cum nul-
lo commercium, *cap. illi* 6. *quæst.* 1. non enim
in testem admittitur infamis infamia Canoni-
ca, *cap. infamis* 6. *quæst. cap. constituimus* 3.
quæst. 5.

6 Sed adhuc existimo vt stante dicta extrauag.
quæ docet quod non tenemur vitare quemcum-
cumque excommunicatum, etiam publicum,
& notorium; nisi sit denuntiatus, vel nisi sit
Clerici percussor notorius, sententia ab ex-
communicato lata, valida sit ipso Iure, quia
decisio Textus nostri, & aliorum hodie seruan-
da sunt; adhuc non obstante dict. extrauagan-
ti, etiam in quolibet excommunicato; dum ta-
men occulto, quia etsi excommunicatus ad
quoscumque actus à lege positiua inductos, de-
bet inhabilis reputari; ita vt irriti Iudicentur:
tamen si adest ratio publicæ vtilitatis & æqui-
tate attenta sustinebuntur: quare fit; vt proces-
sus cum excommunicato gestus; antequam ei
sit obiecta excommunicationis exceptio susti-
neatur, *cap.* 1. *de exceptionibus*, *lib.* 6. quod ve-
rum est ad Textum nostrum; etsi reuera actus
de quibus, *num. præcedenti*, sint ipso Iure nulli.

7 Ad tertiam quæstionis partem, an sententia
à publico excommunicato lata, si nondum sit
denunciatus valeat, respondeo talem senten-
tiam, validam esse, vt docet Couarruuias *in*
dicto cap. alma mater de sententia excommunicat.
p. 1. §. 7. versic *similiter actus*, vbi hanc dicit
communem opinionem, quia in pertinentibus
ad officium publicum nequaquam ipsis nocet
sententia, excommunicationis, in quos pu-
blica potestas exercetur: hanc sequitur, Ce-
uallos *in pract. quæst* 902. docens eam esse ve-
ram; & ita in praxi obseruari, sine aliqua con-
trouersia, itavt ob hanc causam se vnquam vi-
disse sententiam esse nullam; & ita ex Textus
8 nostri mente sequor. † Et si Abbas *in cap. di-*
lectus, *num.* 11. *de prob.* Albericus *in l. Barba-*
rius, Philippus *num.* 33. *ff. de officio Prætor*, &
Decius communem dicens *in dicto cap. post ces-*
sionem de probat. affirment sententiam latam in
fauorem partis scientis Iudicem esse excommu-
nicatione nullam esse; & ita sequitur Balboa
cum alijs *in dicto cap.* 2. *num.* 57. 58. & 59.

Ad quartam quæstionis partem, an omnis 9
actus Iurisdictionis ab excommunicato factus
sit ipso Iure nullus; in quo dubio respondent
communiter Doctores distinguendo, actus ge-
stus ab excommunicato publico, vel simplici-
ter, Iuxta Ius antiquum, vel Iuxta nouum à
manifesto Clerico percussore, aut nomina-
tim denunciato irritos esse, & nullius momen-
ti: sic probat Suarez *de censuris disput.* 14. *sect.* 1.
num. 4. ex Textu nostro; vbi non tantum sen-
tentia lata ab vno Iudice excommunicato, sed
etiam lata à multis; ex quibus vnus tantùm ex-
communicatus est, cassanda dicitur, vbi Glos-
sa aduertit cassandam dici, quia causa, & irrita
declaranda est, nam si valida fuisset, non esset
cur irritaretur, propter solam culpam Iudi-
cantis, cum illa culpa non esset contra Iusti-
tiam, nec contineret defectum essentialem, &
alia longe scribens Suarez addit, *ibi*, *num.* 5.
reum non ligari sententia à tali Iudice lata, vt-
pote ipso Iure nulla, nec subditum teneri ad
parendum superiori excommunicato, aliquid
præcipienti; imo nec posse ei obedire in his,
quæ vt prælatus præcipit. † Et sic fieri, vt 10
multò minus debeat, aut possit talis subditus vti
licentia, dispensatione, aut Iurisdictione de-
legata à tali superiore excommunicato, quia
omnes isti, sunt actus Iurisdictionis; & conse-
quenter inualidi; ita ille, vbi & *num.* 6. alia
addit videnda, & probat ex eo, *sub dicto n.* 4.
versic. *ratio autem est*, quia Ecclesia per excom-
municationem prohibet huiusmodi actus quan-
tum potest, & expendit ob bonum Ecclesiæ re-
gimen, vt huiusmodi censura timeatur, sed Ec-
clesia potest hoc prohibere, auferendo Iurisdi-
ctionem, quantùm ad talem actum seu; pro illo
tempore, & postquam excommunicatus publi-
cus est, nihil aliud expectari poterat ad hunc ef-
fectum, Iuxta antiqua Iura, & Iuxta dict. extra-
uag. ad euitanda, idem & nunc post specialem
denunciationem: ergo sine dubio talis excom-
municatio inducit efficaciter hunc effectum, &
suspensionem Iurisdictionis.

Sin autem actus Iurisdictionis gesti sint ab 11
excommunicato occultè; tunc reuera illi erunt
validi, quia dum aliquis sustinet, & exercet in
Republica munus publicum; licèt habeat de-
fectum occultum acta eius ex eiusdem Reipu-
blicæ interpretatione, & concessione valida
erunt: sic docent in proposito Ricardus *dist.* 18.
art 7. *quæst.* 1. Baldus *quæst* 2. *art.* 3 & *quæst* 4. Soto
dist. 22. *quæst.* 2. *art.* 1. *circa finem*, Nauarrus *in*
sum, *cap.* 27. *num.* 21. idem sentit *cap.* 9. *num* 8.
Couarruuias *in dicto cap. alma p* 1. §. 11. *num* 4.
Suarez *vbi suprà dicta sect.* 1. *disput.* 14. *de cens.*
num. 8 & 9. qui hoc etiam probat à contrario
sensu ex nostro Textu, propter verbum illud
si publicè excommunicationis vinculo irretitus si,
vbi Abbas, Felinus, & alij notant, si non sit
publicè irretitus; non infirmari eius senten-
tiam, & ipse improbat sententiam Glossæ *in* §.
verum tamen post *cap infamis* 3. *quæst.* 7. Siluestri
verbo *excommunicatio* 1, *num* 6. *in fine* & *excom-*
municatio 2. *num.* 1. cum alijs dicentes omnia acta
ab huiusmodi excommunicato inualida esse,
quantumuis occultus sit.

Et confirmatur nostra sententia, quia Iure
Canonico antiquo statutum est publicum ex-
communicatum

communicatum publicè esse vitandum, occultum verò tantùm occultè, *c. cum non ab homine de sent. excommunic.* quod non in fauorem excommunicatorum, sed Reipublicæ Christianæ prouidentia, non irritantur; id est, vt dicit Suarez *sub dicto num. 729.* non vitantur, vbi iterum probat, tum ex pari ratione, seu necessitate; tum quia si fideles non tenentur publicè vitare excommunicatum, etiam sibi cognitum priuatim, hoc ipso habent Ius vt acta ab illo valeant quia si ille est v. g. Iudex, & non est publicè excommunicatus, debent coram illo petere Ius suum: ergo oportet, vt alter valide illud dicere possit, alios inæqualis, & iniqua esset conditio.

13 Dices autem quod & si prædicta vera sint, de his nempe actis, quæ in aliorum vtilitatem facta sunt, non verò de iis, quæ cedunt in grauamen, uel detrimentum aliorum, quandoquidem hoc priuilegium, non ipsi excommunicato, sed aliorum vtilitati conceditur, ob idque dicitur *in l. Barbarius, ff. de officio Pratoris*, valere huiusmodi acta, *Propter vtilitatem eorum, qui apud eum geruntur.* Sed respondeo hoc Ius non concedi, propter vtilitatem priuatam huius, vel illius personæ, sed propter publicam
14 Reipublicæ, vel Ecclesiæ. † Et ideo licet contingat actionem huiusmodi excommunicati, esse alicui nociuam, vel onerosam; nihilominus valida erit, quia ad commune bonum Reipublicæ ita expendit, & de facto procedit ab eo, qui ab Ecclesia habet potestatem tolleratam: ita Suarez *suprà num. 10.*

15 Notabis autem quod si actus aliunde habeant originem, quam à lege positiua, veluti à Iure naturali, & gentium, & ab excommunicato geruntur, validi erunt, quamuis ipse gerens peccet se prohibita ingerendo communione: ita Balboa *in dicto cap. 2. de except. sub num. 33. in fine*, vbi infert vt omnes contractus ab excommunicato gesti, validi sint & addit procedere hanc doctrinam, etiam in actibus à
16 lege diuina pendentibus. † Et sic valere ait excommunicati professionem: nam obseruatio voti, est Iuris Diuini, quamuis solemnitate ad Ius Canonicum pertineat, *ex cap. vnico de vo-*
17 *to lib. 6.* † Et ait sic etiam valere ordinis susceptionem factam ab excommunicato, *ex cap. cum illorum de sententia excommunic.* sed vt vides isti actus non sunt Iurisdictionis ex parte dantis, de quibus nunc, aut hic, non disputamus.

18 Ad quintam quæstionis partem, an excommunicatus; ita sit priuatus spirituali Iurisdictione fori contentiosi, vt omnis eius actio, sit ipso Iure irrita: videtur ex dictis optime satis fieri; sed ego hanc constituo regulam generalem, nempe vsum talis Iurisdictionis esse prohibitum excommunicato, Iuxta Doctrinam, *dict. cap. audiuimus 24. quæst. 1.* vbi dicitur ex excommunicatum non pise alterum excommunicare, quod non alia ratipne dicitur, nisi ob defectum Iurisdictionis: quare nonnulli senserunt sententiam excommunicationis ab excommunicato, etiam occulto prolatam esse nullam Iuxta Glossam *in cap. in summa 24. quæst. 1.* Iason *in dict. l. Barbarius, nm. 61. ff. de officio Pratoris*, S. Dominicus *in cap. is, cui in princ. de officio de leg. lib. 6.* eo quod excommunicatus alium excommunicare non potest, cum propter excommunicationem omni Ecclesiastica Iurisdictione prohibetur: tradit Balboa *in dict. cap. 2. de except. n 58.* Suarez *de cens. d. disp. 14. sect. 1. sub n. 10.* ex Abbate *hic n. 12.*

Sed reuera dicendum est, vt quemadmodum 19
sententia aliqua quælibet lata ab excommunicato tollerato, & non denunciato, valet ex dictis, & ex Panormitano *in cap. veritatis, numero 33. de dolo, & in cap. ab excommunicato de rescriptis*, Couarruuias *in dicto cap. alma mater 1. p. §. 11. num. 4.* ita similiter procedit in sententia excommunicationis, lata à Iudice excommunicato, quia licet sententia excommunicationis ab excommunicato lata nula sit; hoc tamen non procedit in excommunicato occultè, cum, vt dixi publicæ vtilitatis causa receptum sit huiusmodi sententiam, & Iudicia sustineri, ne lites iam finitæ cum tanta Reipublicæ vexatione suscitarentur: argumento Textus *in dicta l. Barbarius, ff. de officio pratoris*, ex regula Textus, *in l. ita vulneratus 52.* versiculo, *cum multa, ff. ad leg. Aquil. l. 3. ff. ad Macedon. §. sed si cum aliquis instit. de testament. cap. si tibi concesso 26. de prabendis, lib. 6.* explicet Balboa *supra, num. 59.* & Frechilla *de excommunicat. p. 2. art. 2. num. 8.* † Et addit Suarez *dict. dis-* 20
put. 14. sect. 1. sub num. 10. in fine, quod licet simpliciter excommunicatus, non possit excommunicare; nihilominus excommunicatio lata ab excommunicato occulto valida sit: nam etsi quatenus est excommunicatus, sit priuatus vsu Iurisdictionis: tamen quatenus est minister publicè tolleratus, recipit alia ratione illum vsum, non, vt illi liceat per se loquendo exercitium eius, sed vt valorem habeat, si de facto illum exercuerit: vide *infra quæst. 2.* in versic. *ad secundam.*

Et sub hac doctina, *infero 1.* intellectum ad 21
Textum *in cap. 1. de officio vicarij lib. 6.* vbi dicitur qui vices gerebat alicuius officialis, seu Iudicis Ecclesiastici hoc excommunicato existente, non posse munera illius officij exercere, quia per excommunicationem suspenditur principalis Iurisdictio, in eo, qui excommunicatur; indeque fieri non deriuari ad illum, qui illius vices gerit.

Infero secundo ad Textum *in cap. si is cui de* 22
officio de leg. lib. 6. quando delegatus excommunicatus est carere sub delegatum Iurisdictionis vsu, & ideo non ad illum, sed ad sedem Apostolicam esse appellandum. † Quod idem so- 23
let probari ex Textu *in cap. 1. de supplenda negligentia pralat. lib. 6.* vbi dicitur excommunicato Episcopo, Iurisdictionem non deuolui ipso Iure ad Archiepiscopum, vnde ait Suarez *d. disput. 14. de cens. num. 1.* supponi quod Iurisdictio tollatur, & ad aliquem de voluatur; licèt negetur deuolui ad talem personam, & idem probat, ex Textu *in cap. decernimus de sententia excommunic. lib. 6.* & ex *dicto cap. veniens el 2. de testibus*, & ex aliis, quibus probatur excommunicatum nec testem, nec actorem esse posse in Iudicio, de quibus adduxi *in dicto cap. veniens, & in cap. intelleximus de Iudiciis*, vb latissimè, & reddit illam generalem rationem, quia excommunicatus priuatus est omni Ecclesiastica communione.

Ex his infero tertio, vt prædicta regula ex- 24
tendatur ad omnes actus, qui propriæ Iurisdictionis sunt, quales sunt omnes illi, qui sunt propriè iudicis, & superioris Ecclesiastici, vt sunt

præcipere

præcipere, aut leges ferre, vel in latis dispensare, seu licentiam præbere ad quodlibet munus Ecclesiasticum exercendum, & ferre Iudicium, & alij similes, qui numerantur; *in cap. accedentibus de excessibus prælator*, *in cap. dilectus filius de officio ordinarij*, & inter hos actus annumeratur concessio indulgentiæ, vt notat, Nauarrus *in commentario de Iubileo notab.* 31. *numero* 10. Siluester verbo, *indulgentia*, *numero* 13. Abbas *in dicto cap. accedentibus*: Est enim eadem ratio de his omnibus; nam licet Iura interdum loquantur de Iurisdictione simpliciter, & absolute, ad quam proprissime pertinent omnes dicti actus.
15 † Et ratio ob quam interdictus est vsus Iudicandi excommunicato; non est ob specialem naturam illius actus, sed simpliciter ob suspensionem, ab officio, & ab omni actu Iurisdictionis, quam excommunicatus incurrit: sic hunc effectum, explicant omnes Iurisperiti in locis adductis, & *in cap. cum dilectus de consuetud.* specialiter Innocent. & Abbas *in dicto cap. veritatis de dolo*, & hic in Textu nostro, Theologi *in* 4. *dist.* 18. *&* 20. summistæ verbo, *excommunicatio*, specialiter Caietanus *in summ.* verbo, *excommunicatio*, *cap. quod excommunicato plura sunt prohibita*, Nauarrus *in summ. cap.* 27. *numero* 21. Suarez *dicta disput.* 14. *de cens. sect.* 1. *num.* 2. vbi *numero* 3. probat quod excommunicatus Iurisdictionem exercens peccat mortaliter: Quæ omnia intelligo secundùm, *suprà*, dicta.

26 Ad sextam quæstionis partem, an actus intromittendi aliquem in possessionem ab excommunicato factus, sit ipso Iure nullus, seu validus, & Abbas *in dicto cap. veritatis de dolo, & contumacia*, *numero* 42. *& in cap. pro illorum de preb. numero* 16. docet quod talis possessio collato ab excommunicato tradit Ius possessori; ita vt validus sit ille actus, quod intellegit Suarez *de censuris dicta disput.* 14. *sect.* 1. *num.* 33. de collatione possessionis quantum ad merum actum recipiendi, vel constituendi aliquem in possessiionem sui officij, aut beneficij, quod per collationem, seu electionem iam quoad totum Ius, & Dominium obtinuerat, ex ea ratione, quia per talem possessionem, non datur aliquod Ius, sed solùm datur alicui quod suum est; qua propter ait talem actum non solùm validum esse, sed etiam licitum si alioqui necessarius sit, quia excommunicatus non prohibetur soluere debitum, nec dare alicui quod suum est: Hanc sententiam sequitur Villalobos *p.* 1. *tract.* 17. *dist.* 12. *n* 4.

27 E contra autem excommunicatus non poterit postulare possessionem beneficij sibi debiti, quia etsi ante excommunicationem plenum, & confirmatum Ius obtinuit beneficij, & quod reliquum est, ad factum tantùm pertineat, vt dixi: tamen dispar est ratio in excommunicato recipiente possessionem, ac adest in Iudice excommunicato eam conferente: nam cum in excommunicato, cui traditur possessio, magna vtilitas consideretur, & qui excommunicatus est, sit suspensus ab omni vsu sui beneficij, & priuatus omnibus fructibus, & commodis eius, sequitur, vt etiam sit priuatus à possessione capienda, si illam non habet, quia non est dubium, cum ille sit vsus valde vtilis, & commodus beneficij: nam licet possessio non conferat nouum Ius; multum tamen illud firmat, & securius reddit: ita Suarez *supra*, *numero* 34. qui denique probat ex eo, quia actus ille, ex parte eius, qui possessionem accipit Iuris spiritualis existit, & ideo si ipse excommunicatus sit, illi prohibitum dicit, ac inualidum esse.

Quod æque non militat respectu Iudicis excommunicati possessionem dantis, qui nullam in se considerare potest vtilitatem; verùm si in illa possessione conferenda, necesse esset aliquem Iurisdictionis actum exercere, vt cum Iudex Ecclesiasticus possessione sua vtitur ad admittendum aliquem in possessionem: tunc si sit excommunicatus id facere non poterit, nec ille actus ex ea parte robur aliquod, vel valorem accipiet, quod verum dicit Abbas *in cap. fraternitatis de testibus*, *num.* 9. etiam si talis Iudex solùm sit executor Iurisdictionis vsum habens, iuxta dicta, *suprà*, *in cap. de cætero* 5. *hoc titulo*, nam omnis vsus Iurisdictionis, per excommunicationem suspensus est: sequitur Suarez *supra dicto numero* 33. *in fine*. contra additionem ad Abbatem, *in cap. pro illorum de præbend. num. fin. littera*, *B*, solum ergo dicit receptionem, vel collationem possessionis validam esse, prout à priuatis personis fieri potest, absque vlle Iurisdictione, etiam si talis persona excommunicata sit. 28

Ad vltimam partem quæstionis, an excommunicatus possit valide in iudicem eligi, vel creari; cui dubio generale respondent Butrius *in cap. per venerabilem* 34. *de electione*, *num.* 12. *&* 13. Abbas *num.* 11. & alij relati, per Ricciulum *de Iure personarum*, *lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 1. & per Caldas Pereyra *de renouatione emphyteusis*, *quæst.* 7. *num.* 1. prope finem dicendo in Iudicem vel ad dignitates sæculares, quibus sit annexa Iurisdictio assumi excommunicatum non posse; & sic communiter Doctores docent, quod videtur sequi ex illo principio, *cap. vlt. de Clerici, excom. minist.* per quod nemo potest eligi ad munera ordinata, ad actiones, de quibus per Sacros Canones prohibitus est, quia excommunicatus prohibitus ab actione Iurisdictionis temporalis; & ob id videtur prohibitus; ne ad illam Iurisdictionem accipiendam, eligi valeat, & Doctores cum Glossa *in dicto cap. venerabilem*, verbo, *electus*, sentiunt talem electionem esse nullam ipso facto, & Suarez omnino videndus *de censuris*, *disputat.* 16. *sect.* 2. *numero* 1. infert ad minus talem electionem irritandam esse, vt apertè dicitur, *in dict. cap. vlt.* sed an ipso Iure irrita sit, maxime dubitat; eo quod nullum fundamentum videat ad asserendum collationem huiusmodi, & electionem esse ipso Iure nullam. 29

Nec obstat dicere collationem dignitatum Ecclesiasticarum esse ipso Iure irritam, de quo, *quæst. sequenti*, aliqua dico: ergo idem de electione Iudicis debeat dici: nam respondeo in spiritualibus Iura Canonica directè disponere, vt nulli excommunicato dignitates conferantur, sed de temporalibus nulla est talis generalis dispositio cuius ratio fortasse ea potissima est, quia temporalia non directè cadunt, seu prohibentur per excommunicationem, sicut spiritualia: prosequitur, Suarez *vbi supra*, *n.* 4. 5. *&* 6 vbi signatim loquitur de dignitatibus, quæ ad Iurisdictionis 30

actus ordinantur, vt sunt Imperialis, Regia, Ducis, Comitis, & similes Magistratus, siue perpetui, siue temporales, addens, *n.6.* quod isti excommunicati, possunt aliâ viâ Iurisdictionem obtinere, quam per electionem, veluti Iure hæreditario, vt cum quis intrat majoratum cui annexa est Iurisdictio: tunc enim venit Iurisdictio minus principaliter eo quod successione, excommunicato, est radicaliter Ius acquisitum ad illam, seu ad bonam, cui est Iurisdictio annexa ante excommunicationem contractam, quæ non priuauit excommunicatum tali Iure; non enim excommunicatio priuat aliquem à tali Iure, maximè quando successio est necessaria ex Iure primogenituræ, vel alio Iure; idemque dicit Suarez, etiam si successio fit ex testamento per voluntariam institutionem, quia quoad hoc testamentum imitatur naturam contractus, seu donationis à priuata persona factæ de rebus suis, quæ valida est, etiam si excommunicato fiat. Et consequenter ait valere translationem Iurisdictionis, quæ ibi se habet, tamquam quid concomitans, & accessorium? argumento Textus *en c. ex litteris de Iure patronatus*, additque Suarez non solùm valere eam Iurisdictionis translationem, sed nec etiam posse irritari, ob solam excommunicationis causam.

31 Secus verò esse quando confertur per collationem, electionem, vel alium modum pronisionis ex publico munere, vel authoritate factæ: nam de hoc loquuntur Iura quando dicunt esse eam electionem irritandam. † De aliis inquam

32 actibus, qui solùm sunt ad honorem personarum, vel ad temporale lucrum; licet donatio illicite fiat, quatenus includit communicationem cum excommunicato: tamen semel facta electio non solùm non est ipso Iure irrita, verum nec irritanda, sed absolutè firma, quia nullo speciali Iure aliud statutum est: ita Suarez *d. disp. 16. sect. 2. sub n.4.* eo quod illa tantùm est quasi contractus quidam, vel simplex donatio rei temporalis, quæ excommunicato facta valida est.

33 Vnde Decius *in c. intelleximus de Iudiciis, n.2.* cum Cardinali, Suarez, *sub d. n.4. in fine*, & alij communiter tenent quod gradus doctoratus excommunicato collatus, validus est, quia nec Iurisdictionem includit, nec vllo Iure speciali impeditur, quominus collatus valeat; quod maximè verum est de gradibus, quia regiâ dantur authoritate: nam de gradu Theologiæ, vel Iuris Canonici, qui dantur authoritate pontificia, dicit Suarez magis posse dubitari, eo quia magis spirituales, & Ecclesiastici videntur; sed nihilominus resoluit idem, ac de aliis gradibus, quia non sunt propriè beneficia, aut Ecclesiasticæ dignitates, & de eis non est aliquod Ius expressum, & sic aliter respectu Iudicis Ecclesiastici, cum excommunicatus est, tota adest dubitatio, quod ex dicendis maximè diluitur sub quæstione sequenti in principio.

QVÆSTIO II.

An excommunicatus possit esse Iudex in sæculari Iudicio; ita vt suspensus dicatur, & priuatus, vel solùm prohibitus: Et an excommunicatus Iudex alium possit excommunicare: Et an delegatus nominatus à Iudice ordinario excommunicato, valide exerceat Iurisdictionem: An excommunicatus Iudex possit beneficia conferre, seu alios eligere, aut queat qui excommunicatus est beneficium valide resignare: Et an excommunicatus electus in Iudicem, vbi denuntiatus ignoratur, valide Iudicet?

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus nequit esse Iudex etiam in sæculari Iudicio, & num.4. impugnatur respectu Iudicis sæcularis, num.2. & 3. & 6. nulla data differentia in Ecclesiasticum, & laicum.*

2 Cap. aduersùs de immunit. Eccles.
Cap. excommunicamus, §. credentes de hæret.

4 Cap. Præsidentes de hæret. lib.6.

5 *Subditi absoluuntur ab obligatione obediendi superioribus excommunicatis.*

6 *Excommunicandi, seu suspendendi Iurisdictio, non tollitur, nisi per manifestam sententiam, num.8. & 9.*

8 *Excommunicatis nullum Ius fauet etiam hodie.*

9 *Iudex, cui opponitur, vt sit excommunicatus, & ab eo declinatur, si excommunicet, nulliter facit.*

10 *Delegatus à delegante excommunicato nihil facere queit in his, quæ dependent à delegatione.*

11 *Iudex excommunicatus, non tolleratus, nequit eligere, aut conferre beneficia, n.12.*

12 *Collatio annumeratur inter beneficij fructus.*

13 *Prouisus beneficio à Iudice excommunicato, appellatur intrusus, & tenetur relinquere beneficium.*

14 *Excommunicatis numquid licite conferantur beneficia, seu possint pensiones, aut alia beneficialia dari remissiuè.*

15 *Excommunicatus Iudex non tolleratus, nequit eligere ad beneficia.*

16 *Electio computatur inter actus Iurisdictionis, & facta ab vno excommunicato qui vt talis inter alios electores est, nunquid sit nulla, à n.19. quid de excommunicato minori, n.25. remissiuè.*

17 *Electio à suspenso Iudice facta non est valida; etiam simpliciter suspenso, n.18.*

18 *Suspensus simpliciter declaratus; nunquid ex eo intelligatur ab officio, & beneficio.*

19 Cap. illa quotidiana 39. de electione, n.20. 21. & 22.

22 *Electio Pontificis ab excommunicatis facta valida est, n.23.*

23 *Cardinales non repelluntur ab electione Pontificis, prætextu excommunicationis suspensionis aut interdicti.*

24 *Suspensus*

24 *Suſpenſus ab officio, nec eligere, nec eligi poteſt.*

26 *Reſignatio beneficij facta ab excommunicato, etiam non tollerato, ſimpliciter valet; ſecus ſi fiat ad fauorem tertij, n. 27. & 28.*

29 *Excommunicatus publicus & denunciatus in vno loco valide exercet Iuriſdictionem in alio loco, vbi reputatur, non ſic excommunicatus, aut ſuſpenſus, n. 29. & 30.*

31 *Denunciatio excommunicati in vno loco facta, porrigitur ad alia, ſi ibi ſciatur, vt ſit denunciatus.*

32 *Excommunicatus denunciatus in vno loco, vitandus ne ſit in alio vbi ſcitur, quod ſit ſic excommunicatus remiſſiue.*

1 AD primam quæſtionis partem, vt reſpondeam dico excommunicatom non poſſe etiam eſſe Iudicem in ſæculari Iudicio, ſaltim ob eam rationem communem, quod ab humana communicatione excluſus eſt, & alij à communicatione cum illo; item, & quia excommunicatio vim ſuam exercet, etiam in ſæculari foro, vt probat, Suarez *de cenſ. diſp.* 16 *n.* 1 *ex texu in c. decernimus de ſent. excommunic. lib* 6. vbi de actore patrono, & teſte, ſermo eſt quod magis militat in Iudice, quod Balboa docet *in c.* 2. *de exceptionib n.* 11. videndus *à n.* 11. vbi plura adducit in puncto quæſtionis, de quibus latè loquutus fuit idem Suarez *d. diſp.* 16. *à n.* 2. & ouiſſimè videodus cum aliis pluribus, Diana *p.* 1. *tract.* 9. *reſol.* 108. agens de quæſtione ao effectus excommunicationis, quoad priuatiooem vſus Iuriſdictioois habeat locum io Iudice excommuoicato non tollerato.

2 Igitur Maldetus *tract.* 6 *de Inſt. c.* 1. *dub.* 11. cenſet non ſatis probari ex Canonibus ſententiam Iudicis ſæcularis excommunicati eſſe irritam: nam capitula, quæ ſoleot citari, apertè loquuntur de Iudice Eccleſiaſtico, & alia ſolùm agere de excommunicatis, propter certas cauſas, vt *in c. aduersùs de immunitate Eccleſiaſt.* vbi decernuntur irritæ ſeoteotiæ conſulum, & rectorum ciuitatum, qui excommunicantur, propter exactionem factam ab Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis. Et *in §. credentes de hæreticis lib.* 6. *c. excommunicamus*, non anoullatur ſententia excommunicatis in genere, ſed excommunicati, propter hæreſim: ergo.

3 Et facit pro hac ſententia quæ adducunt Suarez *vbi ſuprà à n.* 1. *&* 4. & Balb. *in d. c.* 2. *de exceptionib. n* 13 *&* 14. vbi adducunt relata Iura, & deinde duplicem aliam rationem; prima quia ferre ſententiam in ſæculari Iudicio, eſt actio mere temporalis, quæ Iure gentium io omni Republica, tam fideli, quàm infideli politicè benè inſtituta introducta eſt. Secunda quia ex generali commercij probibitione non ſequitur probatio Iuriſdictionis, cum ſæpè prohibeatur actus illius, abſque vlla priuatione, præcipuè quando actas prohibetur io genere, non in ſpecie, videndus Victoria *in ſumma excommunic. n* 16.

4 Adhuc verò dicendum eſt Iudicem ſæcularem, propter excommunicationem, non ſolùm eſſe probibitum, verum & ſuſpenſum, & priuatum Iudicare; taliter vt ſententia à laico ſic excommunicato lata nulla ſit, vt probatur ex antiqua Eccleſiæ conſuetudine, ſeu traditione, quæ ſufficit ad inducendam, vel tollerandam Iuriſdictionem *c. irrefragabili de officio ordinarij*, itaque probatur ex Textu *in c. præſidentes de hæreticis lib.* 6. vbi aliis deficientibus datur poteſtas peculiaris in Iudicibus excommunicatis procedendi contra hæreticos ad inſtantiam ordinariorum ſuppooitur enim *ibi*, vt Pontifex alias impediat eorum poteſtatem, ratione excommuoicationis; docent Præpoſitus *in* 5 *p quæſt.* 2. *de excommunic. dubio* 12 *num* 75. Hurtado *diſp.* 8. *de excommunic. difficult* 2. *num.* 3. Turrianus *lib.* 2. *diſp* 14. *lib.* 1. Suarez *diſput.* 16 hanc ſententiam probat ex conſenſu, & conſuetudine Eccleſiæ.

† Eamque etiam colligit *ex cap penult. & vltim.* 15. *q* 6 vbi ſubditi abſoluuntur ab obligatione obediendi ſuperioribus excommunicatis Diana *d. p* 5. *tract* 9 *diſp.* 108. *in fine* Balboa *in d. c.* 2 *de exceptionibus*, *n.* 5. vbi iofert ex dictis Iuribus fatendum eſſe omnia acta à Iudice excommunicato eſſe nulla, tanquam ab eo qui nullum habet exercitium Iuriſdictionis, quod non ſolùm procedere ait in ſententia, ſed in aliis actibus ad Iuriſdictionem pertinentibus, vt ferre leges priuilegia, & diſpenſationes concedere, Iudices delegare, vt vulgò traditur in texiu noſtro, & *in c. veritatis de dolo & contumacia*, & Theologi *in* 4. *diſt.* 18. Suarez *vbi ſuprà de cenſ. diſp.* 16. *ſect* 1 *num.* 6 qui debent intelligi de excommunicato denunciato, ſeu publico Clerici percuſſore. 5

Vode & ſi inter Iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem magna adſit differentia, ita vt quatenus de Iudice Eccleſiaſtico, nulla ſit dubitatio ex Textu noſtro, *& c. tam a de exceſſib. prælator. d. c. audiuimus* 24. *q.* 1. *& in c. Pia de exception lib.* 6. quæ Iura referunt idem Balb *in d. cap.* 2. *de exception n.* 13. Suarez *d. diſp* 6. *de cenſ ſect* 1. *n.* 2. ex quorom contextura, nihil de Iudice laico excommunicato percipitur tamen, vt dictum eſt, non eſt cui recedamus à prædicta ſententia. 6

Ad ſecundam quæſtionis partem, an excommunicatus Iudex poſſit alium excommunicare, vt benè reſpondeas videbis adducta *quæſtione præcedenti*, in verſiculo *ad quintam* & *ibi*, dictis addo quod ſi excommunicatio eſt occulta: tunc communis Doctorum ſententia, docet apud Bizozetium *in ſumma de excommunicatione parte* 1. *capite* 1. *numero* 5. Dianam *dicta parte* 5. *tractatu* 9. *reſolutione* 50. Iuriſdictionem excommunicandi, vel ſuſpendendi, non tolli, niſi per manifeſtam ſententiam; quod verum mihi videtur, & ſi Angelus *in ſumma verbo excommunicati* Ledeſma ſequutus Gloſſam 14 *quæſtione* 1. Gaſpar Hurtado *de excommunicatiõ. diffi ult* 2. *diſputatione* 7. aſſerant talem Iudicem non habere authoritatem excommunicandi; ita ut ſi tentet excommunicare, excommunicatio ſit nulla. 7

Itaque ex his reſpondeo ad ſententiam Suarez dicens *diſputat* 24. *ſection.* 2. *num.* 14 Hurtadi *vbi ſuprà*, Laiman *lib.* 2. *tractatu* 5. *parte* 2. *capite* 5. *num.* 7. probantium ex extrauaganti conſtantienſi, nullum Ius, fauorem, aut licentiam datam eſſe ipſis excommunicatis, niſi quatenus cedit in gratiam, commodum, aut petitionem aliquorum fidelium; & ſic prædicti negant Iudicem excommunicatum, tolleratum alium poſſe valide excommunicare; in quo caſu contrarium 8

dici debet ex adductis à Guttierrez *in Canonicis, lib. 1. cap. 1. num. 82.* Coninch. *de Sacrum. disput. 14. dub. 10. num. 91.* Diana *p. 5. tract. 9. resol. fin.* quod probo ex late antea adductis, *quæst. 1.* quia eodem modo quo ad exercitium Iudicialium actuum, iam se habet excommunicatus occultus, nam eodem modo à parte rei habet vterque impeditam Iurisdictionem, & tamen eius actus, valide exercet, Ecclesia supplente eius defectum, tum etiam, nam sicut tali Iudici olim reus tenebatur obedire, nisi contra eum legitime exciperet, vt patet, *in cap. 1. de exceptionibus, lib. 6. & in cap. exceptionem 12. eodem*, & simili modo tenebitur obedire malo tollerato, etiam publice excommunicato.

9 Ex quo notabis vt possit quis talis Iudicis Iudicium declinare opponendo excommunicationem; & tunc si Iudex excommunicet, excommunicatio sit nulla, quia ille non erit contumax non obediendo, Præpositus *in 3. p. quæstion. 2. dubio 12. num. 78. & 79.* qui censet dicta de excommunicato vitando, videlicet, si talis transferat se ad alium locum, vbi passim ignoratur, quod sit nominatim excommunicatus, denunciatus, vel publici Clerici percussor, & eligatur in Iudicem acta valere in fauorem publicum tradit Diana *d. p. 5. tract. 9. res. 109.* Ausonius eius recopilator, verbo, *excommunicatio 51. & 52.*

10 Ad tertiam quæstionis partem, de legato à delegante excommunicato, respondeo cum Suarez *de cens. disput. 14 sect. 1. sub num. 2.* versic. *an verò*, vt Iurisdictio delegata ante excommunicationem delegantis, suspendatur propter superuenientem excommunicationem, si res sit integra, non verò si inchoata iam, Iuxta Doctrinam Textus *in cap. gratum*, & relatum, *de officio deleg.* agnoscunt Doctores, *in cap. 1. de officio vicarij in 6.* vbi Barbosa cum multis, *n. 3. 4. & 5. & 6.* dicit procedere quando delegati Iudicis Iurisdictio pendet à Iurisdictione delegantis; secus si dependeat à lege, vel à Principe, & omnibus à Barbosa adductis, addo Villalobos *p. 1. sum. tractat. 17. dif. 11. num. 2.* Videndus *tractat. 16. de cens. dif. 6. numero 2.* & Doctores, *in cap. si is, cui de officio deleg. lib. 6.* vbi Barbosa.

11 Ad quartam quæstionis partem; an excommunicatus possit beneficia conferre, cum hæc inquisitio spectet ad actum Iurisdictionis; ideo solent Doctores disputare de hoc dubio, & aliis sequentibus in hoc Textu nostro, & quod excommunicatus tolleratus, possit valide beneficia conferre, item & electionem: docent Lessius *lib. 2. de Iustitia cap. 29. dubio 7. num. 62.* Hortado *disput. 7. de censuris difficultate 2.* item, *& disput. 8.* Suarez *de cens. disput. 14. sect. 2. à num. 1.* vbi longe scribit; etenim extra prædictum casum cum tolleratus non est, existimo, vt nequeat valide excommunicatus conferre beneficia, Abbas cum aliis, *in cap. postulastis de electione*, Couarruuias *in cap. alma mater 2. p. §. 7. num. 9.* & patet ex Textu, *in cap. tanta de excessibus prælator, cap. quia diuersitatem de concess. præbenda.* quod ex eo, verum est, quia talis actio procedit à Iurisdictionis vsu, Iuxta Glos-
12 sam, *cap. transmissa de electione.* † Tum etiam quia vt ait alia Glossa, *in cap. cum olim de maiorit. & obedientia*, collatio annumeratur inter beneficij fructus, à quibus excommunicatus adest priuatus: docet late Videndus Suarez *vbi suprà*, qui hoc probat ex Textu, *in cap. 1. ne sede vacante, lib. 6.* vbi sermo est de Episcopo, vel capitulo suspenso à beneficiorum collatione, quæ in excommunicatione includitur, vt probat ex verbis ibi, *Si omnes de capitulo maioris excommunicationis vinculo enodari contingat.* Quam Glossam impugno satis supra *in cap. 8. de maiorit. de obedient. quæst. 2.* versic. *ad secundam*, vbi dico solum esse fructus Iurisdictionis & non beneficij.

Quapropter sic prouisus de beneficio, solet potius intrusus appellari, Iuxta stylum curiæ, & sumitur ex Textu, *in dicto cap. tanta de excessibus prælat.* in verbo illo, *in transit.* tradit idem Suarez *dicta sect. 2. sub numero 2.* vbi addit quod talis intrusus tenetur in conscientia tale beneficium relinquere absque alia condemnatione, quia nec potest Iustè retinere rem non suam, nec illius fructus percipere, & aliunde iniuriam facit, Ecclesiæ beneficium retinens, sine vero titulo: alia congerit videnda idem Suarez, *ibi, à numero 3.* Villalobos *supra tractat. 17. dif. 12. num. 1.* & de hoc Barbosa *in cap. cum inter 16. de electione, numero 6. & 7.* Balboa *in dicto cap. 2. de exceptionibus, num. 54.* 13

Ad alias quæstiones an collatio beneficij, facta excommunicato tollerato, sit inualida, vel facta suspenso; vel interdicto, & an excommunicatus, cui facta est collatio beneficij, possit post absolutionem retinere, vel acceptare illud sine noua collatione, vel acceptare valide beneficium, si ante excommunicationem fuerit ei collatum, vel an excommunicatus sit inhabilis ad recipiendas pensiones, vel an excommunicatus priuetur fructibus beneficij, ante excommunicationem legitime obtenti, & quam pœnam incurrant conferentes beneficia excommunicato dico alibi, & quia hæ non spectant ad Iudicem excommunicatum, actum Iurisdictionis exercentem, sed ad eum, cui cum sit excommunicatus beneficium confertur; ideo de his quæstionibus non ago; interim videbis Dianam *p. 5. tractatu 9. res. 99. 100. 101. 102, 103, 104. & 107.* de quibus & aliis quæstionibus de suspenso dixi, *supra in cap. 8. de ætate & qualit. ordin. sub. q. 1. 2. & 3.* 14

Ad quintam quæstionis partem, de electione facta ab excommunicato Iudice seu quando sunt plures electores, quorum vnus, aut plures sunt excommunicati, Suarez præter alios ex Textu nostro longissime disputat, *de cens. disputat. 14. à numero 6.* omnino legendus, de quo dubio ego ago, *in cap. illa quotidiana est quæstio 39. de electione*, sed nunc breuiter dico electionem factam ab excommunicato denunciato, seu notorio Clerici percussore, esse nullam, *cap. constitutus 1. de appellat. cap. cum inter 1. de electione*, vbi sermo est de electione facta à suspensis, & cassanda dicitur; id est cassa declaranda, vbi Glossa exponit, & *in cap. cum dilectus de consuetud.* & ratio est quia excommunicatus suspensus est omnino à beneficio, & officio; & ideo nihil eorum agere valet, quæ ratione officij, aut beneficij illi conueniunt, 15
quorum vnum est electio. † Item quia electio 16
computatur inter actus Iurisdictionis quatenus est actus cuiusdam publicæ potestatis, & ad

commune

commune bonum , & regimen suo modo or-
dinatur : ergo sicut alij actus Iurisdictionis,
ita & electio ab excommunicato facta irrita
est ; quo fit vt si electio ab vno tantum facien-
da sit, & ille sit excommunicatus, vel à multis,
vel à capitulo , cuius singulæ personæ , om-
nes excommunicatæ sint , electionem esse ir-
ritam ; quia omnia , & singula suffragia in-
ualida sunt ; idque etiam à simili sumitur ex
dicto cap. vnico , ne sede vacante libro 6. docent
in terminis Glossæ in prædictis Iuribus Inno-
centius , Abbas , & alij *in cap. postulasti 2. de po-
stulat. prælator*, Couarruuias cum aliis *in cap al-
ma mater part. 1 §. 7 num. 8.* Siluester verbo *ele-
ctio, num. 5.* Suarez *vbi supra dict. num. 6* Villalo-
bos *dicta diffinit. 12. num. 1*

17 Dubium tamen est an electio facta à suspen-
sis , sit etiam ipso Iure nulla , in quo dubio
ex dictis breuiter respondeo , quod siue quis
sit suspensus ab officio , & beneficio simul ,
siue ab officio tantùm , nequit eligere : do-
cent Redina *in promptuario receptarum sentent.
tom. 1. titulo 41. num. 21.* Ricciulus *in tractatu
de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist.
libro 4. cap. 3. num. 9.* Tamborin *de Iure Abba-
tum tomo 1. disputation. 5. quæst. 8. num. 13.* Iulius
Laborius *variarum lucubrationum tomo 1. titulo 4.*
18 *cap. 15. num. 61.* † Quod idem est quando quis
suspensus est simpliciter nulla facta mentio-
ne officij , & beneficij , quia sic suspensus in-
telligitur ab officio , & beneficio , vbi contra-
rium ex verbis , aut intentione ferentis , aliud
non intelligeretur , Glossa verbo *à suspensis in
dicto cap. cum dilectus de consuetudine* , vbi Inno-
cent. *numero 4.* Panormitanus *num. 18.* Baldus
num. 13. Seraphinus *decision 860. num. 6* Barbo-
sa *in dicto cap. cum dilectus , num. 12* idem *in di-
cto cap. cum inter , num. 16. de election. num. 4.*
qui tamen hoc limitat , si sit suspensus solùm
à beneficio , nisi vox competeret ratione illius
beneficij , à quo aliquis reperitur suspensus :
rectè tradunt Nauarrus *in man cap. 27. n. 163.*
versic. 6. Henriquez *in summa lib. 13. de excom-
munic. cap. 31. § 4.*

19 Sed aliud dubium est , non leue , an præ-
dicta doctrina vera sit , quando electio facien-
da sit à pluribus , vel capitulo , & quidam
eorum excommunicati sunt , alij verò habiles,
& videtur ex nostro Textu , vt notat Suarez
dicta disput. 14. num 7. vt talis electio sit nulla,
quia hìc sententia à pluribus Iudicibus lata,
ex quibus vnus excommunicatus erat , irri-
ta declaratur , & facit Textus *in cap. super Ab-
batia de officio delegati* , vbi factum à duobus,
pro infecto habetur ; eo quod alter eorum
potestate carebat : ergo idem in proposito dici
debet.

20 Ego autem , & si longè videam à Docto-
ribus agi , de hoc puncto , & plura præter
alios referant Doctores in prædictis Iuribus,
& *in dicto cap. illa quotidiana 39. de elect.* &
ibi Barbosa , vbi *num. 6.* ait indefinitè , vt
qui maioris excommunicationis nodo ad stri-
cti sunt , nullum Ius eligendi habeant : vi-
dendus idem Suarez *suprà à num. 8.* respon-
deo breuiter , nempe vt si eligentium habi-
litas maior sit in numero suffragiorum isti
concurrentes ad electionem eam validam esse,
secus autem , si vt adimpleretur ex habi-

Fermosin. de Exceptionib.

libus vltimus eorum eligentium , qui eis ad-
jungitur , esset excommunicatus ; verùm si
sine illo voto numerus aliorum adimpleret
electionem , votum excommunicati adjun-
cti , esset tanquam si non accideret. † Ta- 21
men si illa electio fieret per suffragia secreta,
tunc inspici debet excessus habilium ; & si tan-
tus ille sit , vt Abbatis , ac remotis excommu-
nicatis , adhuc maneret numerus sufficiens ha-
bilium , valet electio , alias non item , nisi ap-
pareret , quod excommunicati non dederunt
suffragia pro electo : nam tunc tales excommu-
cati habentur , tanquam si electioni non inter-
fuissent docent Ricardus *in 4 dist. 18. articulo 7.
quæst. ... ad tertium*, Suarez *vbi suprà*, latè, vbi ad-
dit secundùm communem Canonistarum opi-
nionem , quod electio facta ab illis , qui ad
eum voluntate admittunt aliquem excom-
municatum est nulla per Textum *in capite
finali de procurator* Innocentius , & Glossa
ibi , tradit Villalobos *in summa dicta 1. par-
te tract. 17 diffinitione 12 sub n. 2.*

Sed prælibata doctrina non intelligitur, nec 22
locum habet in electione Pontificis , cui non
obest excommunicatio iuxta *Clementinam , ne
Romano , § cæterum de electione* , vbi Doctores,
in qua nec admittitur vlla exceptio ne detur lo-
cum fraudibus , *cap. licet de elect* hoc idem do-
cet Villalobos *dicto tractatu 17. p. 1. summa dicta
diff. 1 . num. 2. in fine.*

Probat enim *dict. Clement.* quod Cardinales 23
per exceptiones excommunicationis , suspensio-
nis , vel interdicti ab electione Papæ non re-
pelluntur , quod idem statutum fuit à Pio V. in
sua constitutione , incipit *in eligendis* · sub data
9 Octobr. 1561 in versic *& ne dissentiones*, &
à Gregorio V in sua Bulla incipit *Greg. Episcop.*
in versic *volumus etiam & decernimus* ; sub data
17 Kalend. Decembris Anno incarnation. 1621.
confirmata per Sanct Vrban VIII. in sua Bul-
la incipit *ad Romani Pontificis prouidentiam*, sub
data 5. Kalend Februarij 1625. refert Iulius
Laborius *variar. lucubrat. tom. 1 tit. de concla-
ui cap 3. num 18. & tit. 4. de elect. cap. 6. nu-
mero 23* Barbosa *in dicto §. cæterum dict. Clement.
num 27. & 28.*

Itaque Valerius Reginaldus *in praxi fori pœ- 24
nitent lib. 31 tract. 2. num. 18.* Barbosa *de potest.
Episcopi p. 1. tit. 1. cap. 3. num 23* cum aliis idem
in dicto cap. cum dilectus de consuetudine num. 12.
notat in dubio nostro quod suspensus ab offi-
cio , nec eligere possit quia is est actus officij,
nec eligi possit , quia nequit exercere officium
ad quod tenetur electus , quæ omnia intelligo
de excommunicato denuntiato , aut publico
Clerici percussore secundùm iam dicta de colla-
tione, & aliis. † Et ad quæstionem an electio ex- 25
communicati excommunicationis minoris ad
beneficium sit irritanda si electores illam igno-
rent : agunt Coustt. *in c. alma mater p. 1. §. 8. n. 3.*
Suarez *de cens. disp. 24 sect 2. n 18.* Couinch *de sa-
cram.* Laym. & alij, quos refert Diana *p. 5. tract. 9.
res. 132* legendus, de quo alibi dico, quia hæc non
pertinet ad actum Iudicialem Textus nostri.

Ad sextam quæstionia partem : quid de resi- 26
gnatione ab excommunicato facta, de hoc dubio
agunt nonnulli *infrà* , referendi ; & videtur di-
cendum resignationem valere , quia non est
actus Iurisdictionis , sed actio omnino priuata,

& proprio , ac personali dominio. Tum etiam quia resignatio , nec est institutio , collatio, nec præsentatio, nec electio, & patet ex dictis solùm ergo vult resignans relinquere beneficium sub conditione , vt detur alteri. Et licèt iste posset peccare in communicatione : tamen non apperet Ius, ob quod dicimus nullam esse resignationem ita docet Turrianus *lib. 2. disp. 15 dub. 3.* quod verum existimo cum Diana *p. 5. tract. 9. resol.* 106. in versic. *notandum* , si simpliciter fiat resignatio, quia est merum factũ & res pendens à volũtate.

27 † Tamen si resignatio fiat in fauorem tertij existimo cum Couarr. *in d. c. alma mater p. 1. §. 7. n. 9.* versic. *quid autem respondendum sit* renunciationem esse nullam , Suarez *n. 35. disp. 14. de cens. sect. 2.* videndus *ibi n. 36.* Barb. *in d. c. cum inter 16. n. fin. de elect.* sic intelligendus Filiuccius *tom. 2. tract. 10. c. 6. n. 163* Diana *vbi suprà*, quorum ratio ea nempe est , quia resignatio facta in fauorem tertij a resignante, facit, vt resignans concurrat, etiam ad collationem beneficij nominando, determinando personam, & resignando cum conditione, dummodo detur Illi, & non alteri : vnde acquiritur aliquod Ius nominato , & æqoiualet præsentationi, sed excommunicatus & priuatus omni Iure spirituali : ergo & sic in hoc casu refert Turrianus *vbi suprà*, vt aliqui Doctores Iudicent non esse eam resignationem validam , id probantes , quia excommunicatus est priuatus omni vsu beneficij : ergo multo magis potestate donandi, deinde quia resignatio in fauorem tertiæ personæ , videtur esse quædam præsentatio, cum designet personam, tum etiam quia sic facta pertinet ad Iurisdictionem , alia Doctores tradunt.

28 Notandum vero est quod & si Couarruu. *vbi suprà* , Intelligat , prædictam suam seotentiam, procedere, etiam in excommunicato occulto resignante, dum ait collationem beneficij, quæ fit ab aliquo, vt priuato, & non ratione publici muneris esse nullam , si ille sit excommunicatus, etiam occultus. Tamen ego cum Suarez *d. disp. 14. sect. 2. n. 36. in fine*, sentio post extrauagans, ad euitanda , & ex iam dictis *q. 1. & 2.* solùm resignationem in fauorem tertij factam ad excommunicato vitando, scilicet denunciato , seu publico Clerici percussore: tamen si ille non est vitandus, & si publicus ille sit dicendum censeo idem, ac de collatione , & de electione , aut aliis actibus Iuridicis dixi , & sentit etiam Diana sub dicto versic. *notandum d. res* 106 dum ait *in eo autem qui vitandus non est, non videtur, nec inualida, etiam si fiat in fauorem tertij, quia potius est in fauorem resignatarij, nec illicita , quando requiritur ab alijs , vt enim non est videndus in alijs actibus; ita nec in hac de propterea seruatus id quod dicitur in extrauag. ad euitanda . vt non releuetur in aliquo ipsemet excommunicatus sed alij tantùm*, ita cum Filiucio iam citato, & tenet Villalobos *dict. p. 1. tract. 17. difficult. 12. num. 5.*

29 Ad vltimam quæstionis partem , an excommunicatus electus in Iudicem, vbi ignoratur denunciatus valida Iudicet , & videtur quod non, quia si ita contingeret aperiretur via fraudibus; & sic quisque publicè excommunicatus, secundùm Ius antiquum , aut post *dict. extrauag. ad euitanda* , quilibet denunciatus , aut publicus Clerici percussor in vno loco de facili diceretur , ignoratus in alio , ex quo eueniret , vt al-
30 legaretur omnia ab eo acta valida esse. † Tamen in contrariam loquuti sunt Canonistæ , & Panormitan. *in c. ad nostram 3. de Iureiurando , n. 6. & in c. sciscitatus de rescriptis, n. 23.* sequitur Suarez *de cens. dicta disp. 14. sect 1. n. 16. & 17.* id probans quia cum accidere possit , vt vnus , qui denunciatus est excommunicatus in vno loco, in alio autem loco pro excommunicato publicè habeatur, uel etiam in eodem loco pro diuerso tempore , vt si iam denunciatio memoria excidit, vel iam publicè creditur absolutus, cum reuera non sit ; ideo in eo casu acta huiusmodi excommunicati valitura , cumque quoad hunc effectum occultum censeri , non tam ex Iure, nouo , quàm ex antiquo , quod in nulla re per nouum restrictum esse ait , sed amplificatum
tantùm † Et addit vt quod dicimus , iuxta 31
antiquum Ius de excommunicato publico in vno loco ; nunc etiam procedat de percussore Clerici notorio in vno loco , & occulto in alio: nam quoad hunc Ius antiquum in integrum mansit, nihilque immutatum esse, idemque procedere in excommunicato denunciato ex *d. extrauag. ad euitanda*, vbi denunciatus nominatim, & publicus Clerici percussor æquiparantur excommunicatus cum quolibet publicè excommunicato de Iure antiquo , & sic eum ante prædictam extrauag. excommunicatus publicus in vno loco ; licèt ibi denunciatus esset , si in alio loco esset occultus , in illo procederet doctrina
dicta , quæ generalis est ex iam dictis. † Itaque 32
vt explicet fundamenta contraria , sub *num. 17.* Idem Suarez dicit non esse necessarium , vt denunciatio vbique , & in singulis prouinciis , seu locis fiat , seu sicut excommunicatus alicubi, vbique excommunicatus est , ita denunciatus alicubi per se , & ex vi denunciationis , vbique denunciatus sit , quia solùm requiritur , vt per publicam famam censura , & denunciatio ad alia loca peruenerit, & sic econtra dici debet quod vbi excommunicatus ignoratur , valide Iudicet. Et hæc omnia docet Suarez per doctrinam Textus *in l. Barbarius ff. de officio Prætor*, videbis Trulenq *in opere morali p. 2. lib. 8. cap. 1. dubio 9 num fin.* & Bonacina *de cens. disput. 2. quæst. 2. puncto 5.*

Ex his possem descendere ad dubium : an te- 33
neatur in alio loco, vbi delictum est occultum, vitare denunciatum , vel Clerici publicum percussorem , qui talis est in vno loco in quo dubio agunt Bonacina *de cens. disp. 2. quæst. 2. puncto 6. § 2. num. 48.* Sanchez *in summa tom. 1. lib. 2. cap. 11. n. 20.* Vasquez *de excommunicatione dubio 8. num. 2.* Henriquez *lib. 13. cap. 24. num. 11.* Gaspar Hurtado *disput. 9. difficult. 4.* Diana *p. 5. tract. 9. resol* 134. Præpositus *in 2. p. quæst. 2. de excommunic. dubio 16. num* 114. Et alij pro affirmatiua , & negatiua disputantes , sed quia hæc Inquisitionem spectat ad actum Iudicialem nostri Textus , ideo eum omitto,

QVÆSTIO III.

An Clericus excommunicatus valide præsentet ad beneficium: Et quid de patrono laico: An excommunicatus tolleratus Iudicium exercens, peccet mortaliter: Et an vsurpando Iudicium peccet: An excommunicatus Episcopus possit dare licentiam audiendi confessionem: Et an nominatim excommunicatus possit valide, absoluere à peccatis: Quid de parrocho non tollerato: An excommunicatus vitandus ex metu mortis, possit ministrare Sacramenta?

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio facta à patrono Ecclesiastico, nominatim excommunicato denunciato, est nulla: quid si sit occultus: & quid si à patrono laico, n. 2. & 3. vbi idem aliter, n. 4.*

4 *Præsentatio facta à laico, est meri facti; secus si fiat à Clerico, quia est quid Iuris.*

5 *Præsentatio, quæ fit à laico potest mutari, non sic quæ fit ab Ecclesiastico, hæc dat Ius præsentato, n. 6.*

7 *Præsentatio à laico excommunicato facta, etsi valida, potest ab Episcopo non admitti, n. 8.*

9 *Episcopus poterit cui voluerit collationem beneficij facere, si patronus excommunicatus sit in mora præsentandi, aut eius præsentatio non admittatur.*

10 *Præsentatio ab excommunicato tollerato, nulla est.*

11 *Postulatio, & nominatio ab excommunicato facta, nulla sunt, vt præsentatio: quid si Episcopus nominationem acceptet n. 12.*

13 *Institutio, seu confirmatio facta ab excommunicato nulla sunt, quia sunt, actus Iurisdictionis spiritualis.*

14 *Excommunicatus Iurisdictionem exercens, qualiter peccet & n. 15. 16. 17.*

18 *Excommunicatus, vsurpans Iudicium, qualiter peccet, & num restituere teneatur, distinguitur inter publicum, occultum, aut denunciatum, & de Iure antiquo, & nouo, n. 19. 20. 21.*

21 *Excommunicato Iudici partes se subijcere valent, n. 22.*

23 *Episcopus excommunicatus, nunquid valide præstet licentiam audiendi confessiones, num. sequent.*

24 *Excommunicatus, etsi sacramenta nequeat administrare, potest tamen in articulo mortis, n. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31.*

27 *Absolutio excommunicato lata in articulo mortis valet, item & hæretico schismatico, nondum excluso in totum ab Ecclesia. n. 28.*

29 *Absolutio sacramentalis præstita ab occulto excommunicato, valet.*

30 *Excommunicatus sacerdo, potest à venialibus absoluere secundum aliquos, & secundum alios non n. 31.*

32 *Parochus excommunicatus valide assistit matrimonio, ita vt peccet, n. 33. 34. 41.*

35 *Parochus excommunicatus valide, & sine peccato, dat alij sacerdoti licentiam assistendi matrimonio, n. 36. 37.*

38 *Parochus excommunicatus, nequit administrare etiam in mortis articulo Sacramenta matrimonij ordines, & vnctionis fallit, n. 39. 40. 41.*

42 *Excommunicatus vitandus, nunquid metu mortis licitè absque peccato Sacramenta administret n. 43. 44. 45.*

46 *Excommunicatus denunciatus, aut publicus percussor Clerici, in aliquibus casibus valide Sacramenta administrat.*

1 AD primam difficultatis partem, quia plura, quæ dixi supra de collatione, & electione ad beneficia per excommunicatum: faciunt ad decisionem huius dubij; ideo existimo respondendum, quod si præsentatio fiat à Clerico patrono beneficij, si præsentans sit nominatim denunciatus, eius præsentatio nulla sit, eo quod electio, & præsentatio æquiparantur, colligitur ex Textu *in c. vltimo*, iuncta Glossa *ibi, de electione, lib 6.* & sic quemadmodum nequit eligere qui nominatim denunciatus est, aut Clerici publicus percussor, secundùm dicta *supra, quæst. 2. versic. ad quintam*, ita nec præsentare docent communiter Doctores, Couarruuias *in c. alma mater, §. 7. p. 1.* post Abbatem, & communem, *in c. à nobis de Iure patronatus*, longe agit de tota difficultate legendus Suarez *de censuris, disput. 14 sect. 1. à num. 21.* vbi *à numero 22.* refert in puncto tres sententias, respectu cuiuslibet patroni, & refert tertiam sententiam distinguentem, *à num. 25.* inter Ius patronatus laicorum, & Clericorum sed tu breuiter de Clerico excommunicato præsentante, tene sic vt docet etiam Villalobos *in summa p. 1. tract. 17. dif. 12. num. 3.* 2 † Imo Barbosa *in c. cum inter 16. de elect. num. 8.* ait quod præsentatio facta à patrono Ecclesiastico, etiam occulto, sit nulla, & huius dicti refert nonnullos, qui etiam dicunt quod si fiat à patrono laico, etiam publico excommunicato sit valida cum Gomez. *de expectatiu.* Zerola *in praxi Episcop.* verbo *beneficium 55. dub. 3.* cum aliis, quos sequitur Garcia *de beneficiis, p. 5. c. 4 n 317.* Diana *p. 5. tr. 9. resol. 105.*

3 De patrono autem laico maius dubium est, & in puncto hoc, in quo Turrianus *lib. 2. disput. 15. lib. 3.* negatiuam sententiam docet; imo, & Gaspar Hurtado *disput. 7. de excommunicatione difficult. 2. num. 9* ait quod præsentatio facta ad beneficia à Patrono excommunicato, etiam laico, est nulla, & illicita, vel etiam si fiat à Clerico, vt laico, quia per præsentationem, non solùm facta à Clerico, sed etiam per eam, quæ fit à laico, confertur Ius ad beneficium, quod non potest ab excommunicato conferri, nec licite, nec valide, cum beneficium sit bonum commune omnibus membris Ecclesiæ, & excommunicatus sit extra eam, & in vtroque casu inualidam existimant præsentationem, Couarruuias *in cap. alma mater, p. 2. §. 7. num 9.* dicens non posse congruam discriminis rationem assignari, Lambertinus *de iure patron. 3. p. lib. 1. q. 3. art. 4.*

4 Ego autem existimo aliter dicendum esse respectu patroni laici, ac dictum est de patrono Ecclesiastico, vt distingunt iam, *supra* adducti, quibus addo Cornejo *in 3. partem, tract. 5. de excommunicatione disput. 10. §. 5. dub. 5.* Balboa *in c 2. de except num. 55.* & sic Rota obseruatum fuit anno 1533. in vna causa ciuitatis Camæ, vt tenent

Couar. *suprà*, Gomezius *in tract. expectatiu. numero* 6. Rebuffus *in cap. postulasti*, *num.* 104. *de Clerico excommunic. minist.* & dicunt omnes, vt ratio discriminis sit, quia præsentatio, quæ fit à laico, est meri facti, & non fit ratione publici officij, sed Iure priuato, & à persona tanquam priuata: tamen quando institutio fit ad præsentationem Ecclesiastici excommunicati diuersum est, nam Ius præsentandi beneficium Clerici annexum est, & in ea specie præsenta-
5 tio fit ratione publici officij. † Tum etiam quia præsentatio, quæ fit à laico potest mutare; interim, dum pendet institutio non differt ab electione: ita Abbas, alij relati à Villalobos; &
6 Diana, *vbi suprà.* † Dicentes quod præsentatio Clerici dat Ius præsentato, non sic si laicus præsentans; eo quod iste nequeat præstare Ius spirituale, quale est Ius ad beneficium; & sic concludit Balboa *dicto num.* 5. *in fine*, quod cum per excommunicationem priuatus sit fructibus beneficij, inter quos præsentatio computatur, vt *in cap. cum Bertoldus*, *hoc tit.* non sit mirum vt præsentatio ab eo facta sit ipso Iure nulla: Et vt ait Hurtadus, *vbi subrà*, in patrono laico verum est Ius collatum ab eo, ita vsque ad institutionem, seu collationem factam ab Episcopo manere pendens in conseruari ab ipso patrono laico, vt ipse pro libito possit absque iniuria præsentati, alterum præsentare, vt deducit ex Textu *in cap. cum autem* 24. *de Iure patronatus.*

7 Dubium tamen est, an prædicta præsentatio facta à laico sit ita valida, vt teneatur Episcopus eam admittere, in quo dubio docet Garcia *de beneficiis dicta p.* 5. *cap.* 4.319. verum esse posse Episcopum non admittere præsentationem factam à patrono laico, quem scit esse excommunicatum, cum ille male faciat præsentando cum non sit denunciatus; et si esset denunciatus, debet illam repellere, aliàs peccaret, saltim venialiter, propter communicationem cum illo; & consequenter, si aliàs legitime non præsentaret infra tempus datum ad præsentandum, daretur deuolutio, vt recte ait Suárez *de censuris dicta disput.* 14. *sect.* 2. *num.* 28. refert Barbosa *in dicto cap. cum inter* 16. *de electione sub dicto num.* 8. *in fine.*

8 In terminis nostri dubij docet Cornejo *in* 3. *p. tract.* 5. *de excommunic. disput.* 10. 5. *dubio* 5. quod Episcopus non tenetur admittere talem præsentationem factam à laico excommunicato, etiam si persona præsentata digna sit, & sola excommunicatio præsentantis obstat ex eo, quia cum iste patronus, peccet præsentando potest Episcopus licite, imo tenetur eius præsentationem non admittere, ne eam admittendo cum excommunicato communicet: quare ait Cornejo, vt quamuis vt talis illicita præsentatio sufficiens sit Episcopi acceptatio accedat, vt institutio, & collatio, & sit valida, non tamen sit efficax.

9 Ex quo fieri vt si patronus excommunicatus in mora sit præsentandi, aut si Episcopus nolit præsentationem ab eo factam, acceptare possit Episcopus alteri, cui voluerit collationem beneficij facere, quoniam ob moram Ius præsentandi ad Episcopum deuoluitur, propter quod existimat Suarez *de censuris dicta disput.* 14. *sect.* 2. *num.* 21. valorem supra dictum, quem habet præsentatio facta ab excommunicato, quando ab Episcopo admittitur, non prouenire ab ipsa præsentatione, sed acceptione Episcopi, in quem est virtualiter deuolutum Ius præsentandi, & Iuxta hanc Doctrinam dicit Diana *dict. res.* 105. *in fine*, esse intelligendam opinionem Couarruuias *vbi suprà*, adducti, vt expendit idem Cornejo relatus *d. disp.* 10. *dub.* 5. §. 5.

Et quoad hoc idem quidquid Vasquez *de excommunic. dub.* 5. Couarruuias *in dict. cap. alma mater. dict. p.* 1. §. 7. dicant, dicendum est, quod etiam si patronus sit excommunicatus toleratus, quia cum illi nullus fauor fiat per *dict. extrauag. ad euitanda*, illicita sit præsentatio ab eo facta, nisi Iure aut alia Iusta causa, fuerit ab ipso præsentato postulata, atque ad eo non erit efficax, vt cogat Episcopum eam acceptare: nam quamuis licitum sit cum tali excommunicato communicare; nullus tamen ad hoc obligatur: ita Cornejo *vbi suprà*, & Præpositus *in* 3. *p. q.* 2. *de excommunicatione dubio* 11. *num.* 69. Hurtado *dict. disput.* 7. *de excommunic. difficult.* 2. *num.* 9. & dixit Cornejo, quem refert Diana *dict. res.* 105. *in fine de cens.* ideo illum dixisse ita procedere, nisi ab eo sit postulata, quia in eo casu iam erit licita: leges eundem Suarez *dicta sect.* 2. *à num.* 28. vbi aliqua dicit de hoc puncto, *num.* 3. 10

Ex his infero breuiter idem, quod dictum est, 11
iam, *supra*, de præsentatione, & electione dicendum est de postulatione, nominatione: nam hæ sunt quodammodo præsentatio: docent late Doctores, *in tit. de postulatione prælator:* tradit Villalobos *in summa dicta p.* 1. *tract.* 17. *difinitione* 12. *n.* 4. & expendit Suarez *dict. disput.* 14 *de cens. sect.* 2. *subnum.* 32. vbi dicit nominationem, & postulationem ad conferendum Ius spirituale esse inefficaces, & inualidas, etiam si alioquin possent illud conferre, quando cum solemnitate fiunt, vt docet Abbas *in cap.* 1. *de postulat. prælator.* vbi Barbosa dixit *n.* 3. cum Couar. *d.* §. 7 *n.* 1. *in c. alma p.* 1. Rebuffo. Alterio, & Ricciulo excommunicatum non posse postulari.

De simplici autem nominatione dicit Suarez 12
quod, etsi non producat vim cogendi Episcopum propter rationem iactam; tamen si ipse velit acceptare axistimat factum teneri, ob eadem fundamenta.

De institutione autem, seu confirmatione 13
idem existimant dicendum Villalobos *vbi suprà*, *dict. num.* 4. quia hæ sunt actus Iurisdictionis; & de institutione dicit idem Suarez *dict. num.* 32. *in fine*, *sect.* 2. idem esse Iudicium, quod de collatione beneficij: nam licet hæ à Iuris peritis distinguatur ab illa re: tamen vera est collatio quædam, sed accommodata est illa vox, ad significandam collationem beneficij pertinentis ad Ius patronanatus, quæ non est omnino libera collatori, sed facere illam debet in personam nominatam, seu præsentatam, vt exposuit Abbas *in titulo de institution. cap. ex frequent.* & aliis, vbi Doctores. Constat enim, vt ait Suarez institutionem esse proprie actum potestatis spiritualis, ac proinde factam ab excommunicato nullam esse: Et idem Iudicat de confirmatione beneficij, quæ est actus Iurisdictionis spectans ad electionem, vt omnes autumant; sicque procedere in omnibus aliis actibus similibus,

Ad secundam quæstionis partem, an excom- 14
municatus tolleratus Iudicium exercens, peccet mortaliter; vt vberius respondeas leges dicta

infra

infrà in versic. *ad tertiam*, an peccet excommunicatus vsurpans Iudicium; etenim Ledesma *de excommunicatione dubio* 9. Caietanus verbo *excommunicato vetita*, Nauarrus *cap.* 29. *in manuali à num.*28. Gaspar. Hurtado *disp* 9. *difficult.*2. Iudicem excommunicatum toleratum iudicantem cuius acta valida sunt, vt iam adduxi *q.* 1. peccare tantùm venialiter ex eo quia Concilium non suspendat talem Iudicem ab officio, nec priuet vsu istius potestatis, solùm videtur illum actum prohibere, quatenùs communicatio quædam humana, non autem præcisè quatenùs est actus Iurisdictionis, & potestatis iudiciariæ hanc sententiam, vt probabilem dicit Lessius *de Iustitia lib.*2. *cap.*29. *dubio* 7. *num.*59. Laiman *lib.*2. *tract.*5. *p.*2. *cap* 3. *num.* 2. nouissimè Trullenq. *in opere morali lib.*8.*cap.*1. *dubio* 9. *num.*4. vbi refert, sed ipse dicit peccare mortaliter, quod limitat si se ingerat, & irrequisitus iurisdictionem exerceat; secùs autem si requisitus exerceat; quia tunc gaudet fauore non excommunicatorum.

15 Sed Suarez, vt iam *suprà* notaui *dicta disp.*14. *de censuris sect.*1. *n.*3. ait peccare grauiter excommunicatum, quoties actus iurisdictionis exercet, quod sine dubio ex genere suo, & in indiuiduo ferè semper esse peccatum mortale, quia & materia huius præcepti grauis est, & pertinens ad directam, & primariam priuationem excommunicationis, & in indiuiduò rarissimè contingere posse, vt ex leuitate materiæ peccatum hoc veniale sit, quamquam interdum esse posset, vt si daret licentiam in re parui momenti.

16 Imò & Egidius Coninch. *de Sacramentis*, *disput.* 14. *dubio* 14. *& dubio* 148. ait excommunicatum toleratum peccare mortaliter contra hanc prohibitionem, si extra casus, quibus ob aliorum commodum, ac instantiam, aliasque rationes ad hoc necessitatus, beneficia conferat, aut eligat ad ea, aut Iudicium seculare, aut etiam Ecclesiasticum exerceat, quia hi actus sunt valdè honorifici excommunicato, cumque supra cæteros fideles à quibus vt putridum membrum præcisus est extollunt, ob idque magnam indecentiam continere multumque repugnare rationibus huius prohibitionis, & sic in his actionibus non videtur dari materiam paruam; quia eorum repugnantia non tam consistit in duratione actionis, quam in dignitate, quæ statui excommunicati repugnat, quæ necessario inest omnibus istis actibus.

17 Secùs autem esse dicit de actibus aliis iudicialibus, v. g. Aduocati Procuratoris, Actoris, & Testis, & similibus, quia hi non continent illam dignitatem, nec repugnantiam ita grauem cum fine illius prohibitionis: quare de his ferè iudicandum esse, sicut de humana conuersatione; tradit Diana *p.*5. *tract* 9 *res* 131. Laiman, & Lessius iam *suprà*, adducti, & addit Suarez vt quantùm attinet ad obligationem ipsius excommunicati, quantùm ad ipsum pertinet esse hanc actionem peccaminosam in omni excommunicato, siue publicus sit, siue occultus, siue ex iure antiquo, siue post nouum ex *dicta extrauag. ad euitanda*, quia illi nullum est priuilegium concessum, requiri tamen, vt verè, seu validè sit excommunicatus.

18 Ad tertiam quæstionis partem de excommunicati peccato vsurpantis Iudicium, respondebis ex dictis *suprà*, & adiunges quæ adduxi *in Rubrica de foro competenti q.* 2. vbi quinam peccent vsurpatione Iudicij, & sic hic tantùm nonnulla pro maiori intelligentia præcedentis dubij notabo. Primò enim dico quod Iudex Ecclesiasticus, seu sæcularis excommunicatus vitandus, peccat mortaliter vsurpatione Iudicij, quia violat Ecclesiæ prohibitionem in re graui ex dictis; imò & eius acta esse nulla; docent Doctores, quia Concilium Constantiense hos prohibe vitare, & eos à Iurisdictione suspendit, quare dum iudicant hi sine authoritate, & Iurisdictione iudicant, ac proinde, sententia, & acta sunt irrita; quod procedit, tam de Iudicibus sæcularibus, quam Ecclesiasticis propter rationem superiùs dictam, probat latè Lessius *vbi suprà dub.*7. *num* 6.

Indeque fieri vt teneatur ad restitutionē damni sequuti si proferat sentētiam aliàs iustam suspendendi latronem, & eam exequatur secundum probabiliorem opinionem: Tamen Sanchez *in consiliis* 1. *p. lib.* 3. *cap vnico*, *dubio* 18 Egidius Trullenq. *in opere morali dicto lib* 8 *dubio* 9 *n* 6. *cap.*1. oppositum referat, vt probabile & tutum vt in simili docuit ipse, *lib.*1. *cap.*11. *dubio* 5. *de immunit Eccles.* 19

Secundó dico quod si excommunicatus sit publicus, non tamen adhuc nominatim denuntiatus, nec manifestus Clerici percussor, peccabit secundùm ius antiquum vsurpatione Iudicij, & sententia erit irrita, quia tales excommunicati tunc erant suspensi ab officio, & iurisdictione; tum & vitandi, ita Trullenq. *dicto dubio* 9. *num.*3. qui id probat ex nostro Textu; sed post dictum Concilium Constantiense, aliter probat, vt iam dixi, quia & si peccet, eius tamen sententia erit valida; imò & ab eo acta quandiù toleratur ab Ecclesia, eo quod Concilium Constantiense *in dicta extrauag. ad euitanda*, solùm prohibuit communicationem cum denuntiatis, & manifestis Clericorum percussoribus, & concessit, vt cum aliis fideles communicare possent, tam in Diuinis, quam in humanis, tam in publicis, quam in priuatis, ergo tacitè voluit, vt acta eius valida essent: Sic Nauarrus *in manuali cap.*27. *num.*7. Henriq. *de excommunicat. cap.*7. Salon 2 2. *q.*67 *art.*1. *controuers.*3. 20

Vnde iam ex dictis tertio dico, quod excommunicatus non denuntiatus, nec manifestus Clerici percussor si occultus sit, non peccat vsurpatione Iudicij, & sententiam cæteraque eius acta, tam in foro exteriori, quam interiori & pœnitentiæ esse valida, quia non est hic suspensus à Iurisdictione, nec à communione vitandus, cum per Canones tantum publici excommunicati suspendantur; aliàs enim sequerentur grauissima incommoda, tùm in Ecclesia, tum in Republica, quæ nullo modo possent vitari, itavt innumeræ sententiæ, præsentationes; electiones, & collationes beneficiorum, & officiorum deberent rescindi cum damno, & perturbatione innocentium contrà Regulam Textus *in dicta l. Barbarius*, *ff. de officio Prætoris*, *& in cap. infamis* 3. *q.*7. docent Lessius *dicto dubio* 7. *de iustitia num.*54. Siluester verbo *excommunicatio* 3. *num.*3. *&* 5. Filicius *tract* 40. *cap.* 6. *q.*2. Trulenc. *dicto dubio* 9. *cap.* 1. *lib.* 8. *num.* 2. qui *num* 5. dicit vt non teneamur admittere Iudicem excommunicatum, non vitandum, itavt possimus contra eum excipere dicendo esse excommunicatum, 21

communicatum, ex Textu *in cap.12. de except.* modo tamen excommunicatio publica sit, vel probari possit, quia & si Concilium concedat,
22 non tamen cogit. † Verùm si partes tali Iudici excommunicato se subjecerint, tunc sententia iustè lata non erit cur ob excommunicationem Iudicis proferentis debeat rescindi, quia ei se voluntariè subiecerunt.

23 Ad quartam quæstionis partem an excommunicatus Episcopus, & denuntiatus validè licentiam præstet audiendi confessiones; de quo dubio agit in terminis Naldus *in extrauag. & si deceat de maioritate*, versic. *audiui*, cui dubio respondéri potest, tum ex dictis *suprà quæst.* 1. & 2. in versic. *ad tertiam*, vbi dixi de delegato nominato à Iudice excommunicato, an validè iudicet, tum etiam in proximè dicendis in versic. *ad quintam.*

24 Ad quartam quæstionis partem, an excommunicatus publicè denuntiatus validè absoluat à peccatis, in quo dubio, aut loquimur extra casum necessitatis, aut in casu necessitatis, aut de excommunicato absoluente tantùm à peccatis venialibus. In primo casu cum iste sit actus iurisdictionis existimo ex iam dictis nullo modo
25 posse absolutionem impendere. † Tota ergò difficultas adest in secundo casu: nam D. Thom. *in 4. sentent. dist.17. q.3. art.3. q. 1. ad secundum, & dist.19. q.1. art.2. ad 3. & p 3. q.82. art.7. ad 2.* & communis omnium Theologorum sententia, docet Sacramentum Baptismi in casu necessitatis validè, & licitè posse suscipi ab hæretico, & excommunicato non sic Sacramentum Pœnitentiæ, & Sacramentalem absolutionem & Couarr. *in cap. Alma Mater p.1. §. 6. n.8.* ait quod excommunicatus publicè denuntiatus, quique per Ecclesiæ constitutiones vitandus est; non potest Sacramentalem absolutionem etiam existenti in articulo mortis ministrare, qui hoc probat, quia his sacerdos iurisdictione necessaria quoad se, & quoad alios priuatus est, vt ipse anteprobat, & sic dicit absolutionem ab eo non posse dari, quia cum careat iurisdictione ob excommunicationis defectum non est cur absolutio ab eo præstita valida sit; sequitur Ioannes à Medina *tract.2. de confessione nescienter facta excommunicato*, & Melchior Cano fatetur *in relectione de pœnitent. 5. p. fol.85.* esse commu-
26 nem opinionem. † Sed quia longè cum multis Diana *p.5. tract.9. difficult. 76.* agit de quæstione an excommunicatus possit conferre Sacramenta, & affirmet in §. *igitur in articulo mortis*, posse in articulo mortis excommunicatum, etiam non toleratum conferre Sacramentum Baptismi, pœnitentiæ, & Eucharistiæ, ideo ad vberiorem explanationem huius dubij eum leges.

27 Tamen multi alij existimant in casu necessitatis, & mortis articulo posse absolutionem impendi ab excommunicato; & nominatim denuntiato quasi Ecclesia Catholica eo in casu non abstulerit excommunicato iurisdictionem, quam quilibet Sacerdos Iure Diuino habet non tantùm proprius curam animarum exercens, cum quilibet alius Sacerdos Iure Diuino authoritatem habeat absoluendi constitutum in mortis articulo, vt sentit Diuus Thomas *in 4. q.1. dist.20.* vbi Paludan. *art.2.* & *ibi* Diuus Thomas *dist.19. q.2.* vbi Durandus sic hanc sententiam acerrimè disputando defendit Cano, *vbi suprà*, quia Sacramentum Pœnitentiæ in casu necessitatis licitè potest recipi ab hærede, & schismatico: sic cum Palud. *in 4. dist.25. q. 1.* Siluestro verbo *confessor 1. †. vlt.* refert Couarr. *vbi suprà*. Imo & Glossa fin. *in cap. non est vobis 11. de sponsalibus*, vbi Barbosa *num. fin.* cum Angelo, Rosela, & Azorio *institut. moral. p. 1. lib. 8. cap.11. p.12.* Valerio Reginaldo *in praxi fori pœnitent. lib.1. num.60.* Egidio Coninch. *de Sacrament. & censur. tomo 12. disp. 14 à n. 134.* dicentes quod Catholicus recipere potest in casu necessitatis Sacramentum pœnitentiæ ab hæretico contra Couarr. Nauarrum *in manuali cap.26. num. 26. & in cap.1. de pœnit. dist. 6. num. 87. & in §. labores, num.2.* † Sed vt ait Couarruu. & 28
idem Barbosa docet omnium sententia componitur, nam si Hæreticus, & Schismaticus fuefuerit omninò ab Ecclesia expulsus, & condemnatus eius absolutio non teneat, & quia potest in eo adesse periculo subuersionis, secus in non sic repulso ab Ecclesia: leges Guttierrez *in Canonic. lib.1. cap.1. num.67.*

Vnde existimo ex iam ante dictis *q.1. 2. & 3.* 29
improbandum Paludanum, & alios cum eo, qui *in 4. sentent. dist.17. q.6. art.1. conclus. 4.* & Siluestrum verbo *confessor, q. vlt.* dicentes Sacramentalem absolutionem præstitam ab excommunicato, etiam occulto nondum denuntiato ei qui excommunicationis scientiam habet inualidam esse; atque ideo iterandam esse confessionem; quia vt ait Couarr. *dicto §. 6. sub num. 8.* versic. *ex his*, cum Calderino, & aliis in hoc debet procedere in excommunicato occulto, seu denuntiato, qui adhuc Iurisdictionem retinet, iste enim validè absoluit cum adhuc priuatus non sit, etiam si absolutus sciuerit absoluentem taliter esse excommunicatum, quod probatur ex iam latè adductis.

In tertio autem casu an nominatim excom- 30
municatus possit validè absoluere à venialibus, videtur quod sic, quia Sacerdos Iure Diuino habet iurisdictionem; & materiam applicatam respectu venialium; sed sic est quod quilibet Sacerdos potest validè absoluere absque approbatione sui Prælati à venialibus, seu à mortalibus, iam iterùm absolutis ex communi Doctorum suffragio, quia hæc materia tantum est voluntaria, non necessaria, ergo & dictam sententiam: docet Vasq. *in 3. p. tom.4. q.93. art 1. dubio 6. num.8.* cuius sententiam probabilem putat Diana *p.4. tract. 4. res. 84.* quam ego libenter admitterem quia datum à Iure Diuino, non suspenditur per censuram; Cumque Sacerdos ratione ordinis possit absoluere à venialibus, à quo Iure Diuino habet habitualem absoluendi potestatem; licet non in actu, docet D. Thom. *in 4.18. q.1. art.3. & in addition. quæst.8. art.4.* & Theologi *ibi*, Villalobos *in summa p. 1. tract. 9. diff.44. num.10.* id probans ex Textu *in cap. omnis vtriusque sexus de pœnitent.* vbi dicitur & peccata mortalia confiteantur proprio Sacerdoti; ex quo colligitur vt venialia possint confiteri cuilibet Sacerdoti, sic contra Medinam *in Cod. de pœnitentia* sequitur vt validè excommunicatus absoluat.

Sed Præpositus *in 3. partem q. 2. dubio 8. n.49.* 31
Rainadus *de monit. p 2. cap.2. num. 23.* Abila 2. *p.2. cap.6. disp 3. dubio 1. conclus. 3.* & Diana *suprà*, vt verius contrarium existimant dicentes nullo modo nominatim excommunicatum posse validè absoluere à venialibus, & hoc probant

suppo

nendo iurisdictionem respectu etiam venialium
Iure Ecclesiastico Sacerdoti competere, eam-
que posse ab Ecclesia suspendi, ergo cum suspen-
dat apertè Iurisdictionem nominatim excom-
municati, sequitur vt nullo modo excommuni-
catus nominatim possit ne dum à mortalibus,
verum nec à venialibus absoluere, cum hæc
facultas pendeat à Iurisdictione data ab Eccle-
sia, quæ per eam tali excommunicato ablata
est; quæ sententia securior, & verior erit; dato
quod talis iurisdictio quoad absolutionem ve-
nialium, procedat tantùm à iurisdictione data
per Ecclesiam de iure positiuo.

32 Ad sextam quæstionis partem an Parochus
non toleratus validè, sed illicitè assistat Ma-
trimonio, seu validè licentiam conferat Sacer-
doti, vt assistat Matrimonio, ad primum re-
spondeo contra Abilam *de censuris p. 2. cap. 6.
disp. 3. dubio 1. conclus. 5.* Siluestrum Nauarrum
negatiuam sententiam docentes, eo quod actus
quos excommunicatus exercet ratione publici
officij, sunt nulli iuxta dicta *quæst. 1. & 2.* &
suprà in hac quæstione nullo modo prohibitum
esse talem excommunicatum assistere Matrimo-
nio, quia talis assistentia Parochi non est actus
ordinis, nec actus iurisdictionis vt latè probat
Sanchez *lib. 3. de Matrim. disp. 3.* sed solum esse
eius præsentiam, vt authoritatem præstet Ma-
trimonio: ita docent Diana *p. 5. tract. 9 resol.* 78.
Raynaudus *de monit. p. 2. cap* 2. *num.* 23. Hurtad.
disp 5. *de Matrimonio difficult.* 8. *num.* 26. Co-
ninch. *de Sacrament. disp.* 17. *dubio* 2. *num.* 24.
Pontius de Leon *de Matrim. lib* 5. *cap.* 16. §.
vnico num. 9. vbi citat pro hac sententia Vasquez
& Sanchez omnino videndus, qui respondet
fundamentis contrariæ.

33 Sed dubium est an sic Parochus assistens pec-
cet mortaliter, & idem Basilius Pontius *de Ma-
trimonio dicto lib. 5. cap.* 17. §. *vnico, num.* 11. cum
aliis acerrimè defendit Parochum excommuni-
catum assistentem Matrimonio peccare morta-
liter ex vi eius iuris, in quo prohibita est com-
municatio excommunicati cum fidelibus, quia
dici nequit Parochum tunc communicare in re
necessaria cum Sacramentum Matrimonij, non
videatur esse necessitatis, vt statim dico versic.
34 *notandum.* † Sed verius est vt nec venialiter
peccet etiam si toleratus non sit, quia quamuis
in his duobus communicet cum aliis; id tamen
efficit ob vtilitatem Ecclesiæ; imò ob necessi-
tatem contrahentium, quia absque eo, aut absque
eius licentia nequeunt contrahere: Vnde nec
ipsi contrahentes peccant, dum coram ipse
contrahunt, ita teneo cum Diana *dicta* 5. *parte
tract.* 9. *res.* 79. Hurtado *disp.* 5. *de Matrim. dif.* 8.
num 27.

35 Tamen in secundo casu si Parochus non to-
leratus det licentiam, vt alius Sacerdos assistat
Matrimonio, & si Ledesma *de Matrim. q.* 45.
art. 9. *puncto* 3. *dubio* 4. & Coninch. *de Sacra-
mentis disp.* 27. *num.* 25. negatiuam sententiam
teneant, quia talis licentiæ actus est Iurisdictio-
nis, cuius exercitio priuatus est nominatim ex-
36 communicatus ex longè antea adductis. † Ta-
men ex dictis contrariam affirmatiuam senten-
tiam teneo, quia collatio dictæ licentiæ non est
actus Iurisdictionis, quia non est institutio; siue
creatio Iudicis, sed tantùm est quædam de-
signatio Spectatoris Matrimonij, vt possit de
eo testificari facta extraordinatione Tridentini,
quo Sacerdos dicta designatione supposita acci-
pit potestatem ad id, & non à Parocho, quia
ea supposita Sacerdos qualificatur à Tridentino
ad id, sicut & ipse Parochus, & non à Parocho
quatenùs Parochus est, sed à Tridentino, ita-
que teneo. † Et addo non solùm validè hanc 37
licentiam præstari à Parocho excommunicato
non tolerato, imò & licitè absque peccato ex
iam dictis, & docent Diana *dicta* 5. *p. tract.* 9.
res 80 Hurtado *de Matrimonio dicta difficult.* 8.
num. 27. contra Basilium Pontium *vbi suprà.*

Notandum vero est nec hoc Sacramentum 38
Matrimonij; nec Sacramenta ordinis Extremæ
vnctionis, aut Confirmationis posse dari, aut
administrari, etiam in mortis articulo, eo quod
hæc Sacramenta non sunt necessaria ad salutem
ita docent Cornejo *in 3. p tract.* 5. *de excommu-
nic* §. 1 *dubio* 4 Gaspard. Hurtado omnino le-
gendus *de Sacramentis disp.* 4 Diana *dicta p.* 5.
tract. 9. *diff.* 83. *in fine*, vbi dicit sic procedere
regulariter loquendo.

Nam possent contingere aliqui casus, qui 39
possint ab excommunicato non tolerato mini-
strari, veluti si nequeat absolutio Sacramenta-
lis dari moribundo, quia signa contritionis non
potuit in mortis periculo monstrare poterit ei
Sacram vnctionem ministrare Parochus non to-
leratus, ex eo quia iam in tali casu moraliter Sa-
cramentum vnctionis est necessarium moribun-
do ad salutem. † De Sacramento ordinis, ve- 40
luti si in aliqua prouincia remota esset Sacerdo-
tum penuria, & non esset nisi vnus Episcopus
& ille esset excommunicatus; denuntiatus, aut
publicus Clerici percussor, in quo casu licitè
posse sine damno commune ab ipso Sacramen-
tum Ordinis ministrari. † Tertium in Matrimo- 41
nio potest contingere, veluti quando Parochus
denuntiatus assistit Matrimonio eius, qui in ar-
ticulo mortis duxit vxorem, quam antea ha-
buerat Concubinam, quia ita expedit saluti spi-
rituali ipsius infirmi, vel temporali commodo
filiorum, tum quia hæc necessitas est grauissi-
ma, tum quia etiam Parochus non est verus
minister huius Sacramenti, sed contrahentes
vt omnes agnoscunt iuxta Trid. decretum *sess.* 24.
de reformatione cap. 1.

Ad vltimam quæstionis partem, an excom- 42
municatus vitandus ex mortis metu possit mi-
nistrare Sacramenta, & in denuntiato, & no-
minatim publicato, Siluester verbo *excommu-
nicatio* 5 *num* 6. Nauarrus *in cap. inter verba* 11.
q. 3. *pract.* 3 *art.* 8. & alij negatiuam sententiam
docent, alij autem affirmatiuam tenent ad vi-
tandum periculum mortis, quia lex non obli-
gat cum tanto periculo; sic exprimit Hurtado
disp. 9. *diff.* 4. † Et vtramque sententiam, vt 43
veram amplectitur Diana *dicta p.* 5. *tract.* 9 *res.* 96.
& pro secunda refert licitam esse, non quia li-
citum sit manente excommunicatione, sed quia
pro tali euentu Ecclesia, non vult aliquem ex-
communicare.

Vasquez tamen *dubio* 7. *numero* 15. illud refe- 44
rens ait *l.* 2. *disp.* 161. *cap. fin. num.* 21. & *tom.* 4.
in 3. *p. q* 93. *art.* 1. *num.* 16. *vbi num.* 17. refert va-
rios philosophandi modos sub distinctione in
Sacramentis licitam non esse talem communi-
cationem, nec illi licere administrare, quia
semper datur, vel recipitur ab indigno, ab ex-
communicato, & esse de Iure Diuino, naturali
hoc præceptum, ac proinde nunquam licere.

Notabis

45 Notabis autem cum Philippo Fabro *de cens. in 4. sentent. dist. 25. q. 1. disp. 4. cap. 4. num. 165.* excommunicatum denuntiatum, & publicum Clerici percussorem peccare mortaliter administrando aliquod Sacramentum, & probatur ex longè ante adductis *q. 1. 2. 3.*

46 Sed est difficultas specialis, an in aliquo casu excusetur à peccato, ita quod possit sine periculo ministrare; & respondeo affirmatiuè ex iam ante addictis sub versic. *notandum*; Item si adsit naturalis obliuio, vel inaduertentia, seu ignorantia inuincibilis; item & in graui aliqua necessitate, vt in casibus *suprà* positis, vti exemplificat etiam Faber *suprà* relatus, cuius verba refert Diana *dicta p. 5. tractatu 9. resol. 96.* in versic. *non desinam*, quem leges.

AD TEXTVM
IN CAPITE XXV.
Quamuis Regulariter, hoc Tit.

PRÆMISSVM

I. Hvivs Textus materia vberrimè tractabitur si legas quæ *suprà* adduxi *in cap. cum super 17. hoc Tit.* vbi de tertiis litigantibus venientibus ad Iudicium. II. Vbi dixi nonnulla *sub quæstione 1.* de Regula res inter alios acta, aliis non noceat; de qua hic intendo tractare tanquam in proprio loco; & applicabis ad materiam quæ adduxi *suprà in cap. quia V, de Iudiciis.*

QVÆSTIO I.

Quare res inter alios iudicata aliis non noceat, cum hic Pontifex limitet in casu, quo quis passus est illum litigare, cui secundo loco competebat actio, vel defensio: vel à quo causam in iure indicato habuit & in aliis casibus?

SVMMARIVM.

1 Cap. ad petitionem 22. de accusat. n. 20.
2 Cap. cum olim de causa possessionis, & prop. num. 22.
4 L. sæpe 64. versic. *velnti*, ff. de re iudicata à num. 10. 11. & 23. latè quæstioue 2. num. 1.
5 L. ex contractu 44. ff. de re iudicata n. 24. l. si Patroni, ff. ad Trebell. §. fin. 24. l. Iudicatæ 29. ff. de exception rei Iudicatæ num. 25.
5 L. ingenuum, ff. de statu hominum n. 29. l. 3. §. si plores, ff. de lib. exhibend. n. 32. l. sicut, §. 1. ff. de accusat. num. 32. l. 1. §. fin. l. 2. ff. de agnoscend. liberis n. 32.
6 *Res inter alios acta, aliis non nocet, & quæ concurrant vt verificetur hæc regula à n. 7. num. 9. 10. de ratione à n. 13.*
8 *Res inter alios acta non nocet alteri, etiamsi queat prohibere causam illam ab alio tractar in Iudicio nisi tractetur de eo quod quis ab ipso habuit, qui causam agit, vel defendit num. 11. 12.*
9 *Res inter alios acta affert præiudicium illi, qui primas habens actiones, vel defensionis partes passus alium, à quo causam habuit de eo iure tractari, num 10.*
13 *Citatus debet esse aliquis, vt ei sententia præiudicet.*
14 *Facto alieno aliquem onerari iniquum est, quando nihil est: quod ei impugnari possit, num. 15.*
15 *Gesta debent ad Actores suos restringi, non ad alios extendenda.*
16 *Res inter alios acta non nocet eis, ad quos æque principaliter spectat, secùs si agatur cum eo contra quem negotium spectat; nam tunc nocebit aliis, ad quos secundario spectat.*
17 *Sententia inter alios lata regulariter aliis nocet, aut prodest quoad præsumptionem quandam, quæ oritur in fauorem eius, pro quo lata est, quæ præsumptio posita est arbitrio Iudicis, num. 18.*
18 *Præsumptio quæ oritur ex sententia inter alios acta locum habet in connexis, n. 21.*
21 Cap. hæc quippe 36: *vbi Glossa*, cap. tantis 81. dist. Glossa fin. cap. ordinatos, Glossa 1. dist. 56 cap. cupientes, §. cæterum *Glossa verbo* nullum, de elect. lib. 6.
25 *Sententia cohæredi nocet fauore libertatis 28. vide* quæstione 2. *versic. ad tertiam, n. 12. versic.* ad tertiam, n. 12.
26 Leg. à sententia ff. de appellationibus, & num. 28.
27 L. quidam 12. ff. de euict., num. 29.
30 *Reus absolutus non potest ab altero accusari in populari actione.*
31 *Popularis actio non est constituta, vt singuli ex Ciuibus cum ea experiantur, sed vt semel quiuis de populo.*
33 *Textus plures remissiuè pro Regula res inter alios acta.*

Difficilis fit conclusio nostri Textus ex sequentibus, primo ex Textu *in cap. ad petitionem 13. de accusationibus*, vbi sententia inter alios alia aliis nocet, quod sententia restitutionis Abbatis propter iuris ordinem non seruatum præiudicet electo in eius locum. † Secundo ex Textu *in cap. cum olim de causa possess. & proprietatis*, vbi sententia lata in Iudicio possessorio contra electum, vel præsentatum præiudicat electori, seu præsentanti. 1 2

Tertio de Iure Ciuili Regula Textus nostri labefactatur ex Textu *in l. sæpe 63.* versic. *veluti, ff. hoc tit.* vbi si lis cum debitore super pignoris proprietate fuerit disceptata sententia contra debitorem lata, nocet ipsi creditori. † Textus *in l. contractu 44. ff. hoc tit. l. si Patroni 55. §. fin. ff. ad Trebel.* vbi sententia contra institutum lata nocet substituto Textus *in l. Iudicatæ 29. ff. de exceptione rei iudicata*, vbi si duo hæredes possideant seruum, & seruus contra vnum ex hæredibus agar asserens libertatem sibi per fidei commissum fuisse relictam, & eum condemnet libertus efficitur, & alteri cohæredi sententia nocet. 3 4

Et Textus *in l. ingenuum. ff. de statu hominum* vbi si de ingenuitatis statu actum fuerit, & si pro ingenuitate fuerit pronuntiatum sententia illa 5

illa omnibus noceat, Textus *in l. 3. §. si plures, ff. de liberis exhibendis*; vbi si quis populari actione egerit, & victus fuerit, tunc alius de ea agens non audiatur, quod idem probatur ex Textu, *in l. sicut, §. 1. ff. de accusat.* & deinde Textus *in l. 1. §. vltimo, l. 2. ff. de agnoscendis, & alendis liberis*, vbi si maritus negauerit ex se quam vxorem prægnantem esse, & noluerit custodes ad partum mittere, & si maritus non comparuerit, ac Iudex pronuntiauerit super partu ex marito vxorem grauidam esse, sententia illa fratribus, & consanguineis noceat, & si ipsi in Iudicio non interuenerit, faciunt alia iura, & casus in quæstionibus sequentibus assignati ergo.

6 Sed reuera non est recedendum à suprà dicta, generali, & communi Regula, vt res inter alios acta aliis non noceat, in cuius confirmationem plura iura, & Doctores adduxi *suprà, in dicto cap. 17. hoc titulo quæst. 1.* in versic. *ad secundam*, vbi obtuli hic agere de intellectu prædictæ regulæ, vt potè in loco aptiori. † Quare vt

7 facilis existas ad solutionem prædictorum, & aliorum iurium aduertes tunc sententiam inter alios latam, aliis nocere, cum tria concurrunt simul, non alias regulariter. Primum scientia illius, cui nocere debet sententia; oportet enim quod his sciat causam agi, & tractari. Secundùm quod huius litis, & controuersiæ defensio; & actio primo loco, & præcipuè, ac directè spectet ad illum, non ad litigantem, etiam si eius intersit Victoriam obtinere. Tertium quod in hac lite tractetur de iure, & dominio litigantis, à quo velut ab Actore proprio constat ius, vel dominium ipsius, qui patitur litem istam cum alio tractari.

8 Quo fit non esse satis, vt res inter alios acta alteri noceat, quod possit quis prohibere causam illam ab alio tractari in Iudicio; hoc enim non sufficit, nisi de eo tractetur; quod quis ab ipso habuit, qui causam agit vel defendit, quæ omnia, vt infrà videbis probantur ex intellectu Textus, *in dicta l. sæpe cum suis §§. ff. hoc Titulo*; Nam Consultus censet satis esse, vt sententia inter alios lata aliis non noceat, etiam scientibus quod non possit quis agentem, vel defendentem prohibere actione, vel defensione vti, de quo longè præter alios agit Couarruuias *pract. cap. 13. sub num. 7. & 8.* cum aliis.

9 Vnde aperitur intellectus ad sententiam nostri Textus, in quo, & duo casus videntur excipi à dicta Regula, vt res inter alios acta aliis non noceat: Tamen reuera vnicus tantum casus, vt vnica tantùm exceptio continetur, quæ deducitur à Iuris Consulto *in dicta l. sæpè*, versiculo *sed scientibus*: à qua breuem, & compendiosam sententiam deducit Gregorius Pont. 9. *hic*, nam cum *in dicta l. sæpè*, de qua optimè *dict. lib. pract. cap. 13. sub num. 7.* Cujacius *lib. 24. obseruat. cap. 36.* Balboa *in dicto cap. cum super hoc tit. num. 35.* Consultus *ibi*, à versic. *scientibus* ad versic. *nam & si libertus* hanc rem exemplis declarat, veluti in Creditore, & Debitore, Socero, aut Vxore, & Marito, Venditore, & Emptore, de quibus *infrà*, ex quibus constat scientibus aliquando nocere sententiam inter alios datam ex ea tantùm ratione, quod quis patiatur priorem dominium, quam sequentem appellat de iure eius tractare, quod ex eius persona habuit.

Ideo optimè Pontifex *hic*, ex priori exceptione infert secundam, qua prior fit aptior in hunc sanè sensum, vt in vtraque exceptione præiudicium ex sententia inter alios lata constituatur illi, qui primas habens actiones, vel defensionis partes passus est alium, à quo ius & causam, ac dominium habuit de eo iure tractare, quod in ipsum iam transtulerat. 10

Etenim dum Consultus *in dict. l. sæpè in vltima parte illius responsi*, scribit hæc verba *nullum tamen præiudicium patior, quia nec ex eo iure, quo Titius victus est vendico, nec potui Titio interdicere, quominus iure suo vtatur.* Hæc enim verba vt sententia noceat per coniunctionem, requirunt, & exigunt duo, primum quod possim ego interdicere alteri, ne vel actione, vel defensione vtatur, quia mihi primo loco defensio, aut actio secundùm quod in ea lite tractetur de iure quod ipse ab altero litigante habui, & obtinui, & expendens Couar. *sub d. n. 7. in fine, c. 13. p. act.* ait hæc duo ad vnum redigi, si exactè intelligantur, qui *ibi* tractatur de iure, quod in me Titius transtulit, in quo possum ego ipse Titio interdicere, ne pro eo iure agat, vel defendat primas opiniones litis ac defensoris partis, tametsi me inuito liti, & causæ assistere, quia plerique eius maximè interest. 11

Vnde cum Pontifex hic adiiciat sequentia verba, *ei tamen qui cum sibi primum de ea re actio, vel defensio competebat, sustinuit sequentem agere, & alij etiam, qui passus est eum, à quo causam habuit experiri est præiudicium generatum.* Per quæ non aliam sententiam voluit significare, quam priùs significauerat Consultus *in d. l. sæpè*, sequitur, vt duo de quibus hic videtur loqui ad vnum, & ibi redigantur; itavt prior exceptio per posteriorem aptior sit in sensum iam *suprà* adductum, vt optimè ipse Couar. declarat, & expendit *in dicto c. 13. p act. n. 8.* dicens hoc idem constare ex rationibus, & exemplis Consulti *in d. l. sæpè* à quo deducitur omnino hæc Gregoriana decisio, alioquin ait Couar. si quis existimet priorem exceptionem à posteriori distingui; & eam sufficere simpliciter ad hoc, vt sententia inter alios data alis præiudicet, multa vtique probaret; quæ admodùm essent aliena à vero Iuris Consulti sensu, ab his, quæ ex aliis vtriusque iuris responsis palam deduci possunt. 12

Ex his enim patet iam assignare rationem prædictæ regulæ, res inter alios acta, aliis non nocet, nam cum regulare sit, vt ad eum actum ex quo quis lædi possit vocari debeat, quod si non sit vocatus, ei non præiudicet, *l. nam ita diuus, ff de adopt. l. de vnoquoque ff. hoc tit. l. fin. Cod. si per vim, vel alio modo, c. licet de maiorit. & obedient. c. cum ex litteris de in integ. restit. Clem. pastor. de re Iud.* secundùm quæ dixi *in c. pen. de foro comp. c. 1. de caus. possession.* vbi dixi citationem esse initium omnium instituendarum actionum, *§. fin. Instituta de pœna temerè litigantium*, sine qua omnis alius actus corruit, cum sit omnium ratio; Quoniam is qui non est ad iudicium vocatus illi subiectus non est, nec tanquam pars, nec tanquam adhærens, vel instruens causam; Ideo euenit vt causam ratificare videatur, quia vigor pronuntiationis ex Iudicio nascitur, in quo inclusus erat, vt adnotauit Baldus *in lege 2. Cod de fide instrumentorum, in 3. notabili, in lege ingenuum, ff. de statu homin.* Balboa *in dicto cap. cum super 17. hoc tit. num. 34.* 13

14 Deinde facit ea naturalis ratio, quæ suadet iniquum esse quemquam facto alieno onerari, quando nihil est quod ei impugnari possit, cur ita actum, & iudicatum sit, siquidem res, quæ culpa caret in damnum vocari non conuenit iuxta Textum *in cap. 2. de constitut.* Grassa *in dicto cap. cum super 17. hoc tit. num. 2.* vbi addit quod si diuersum est Iudicium, & inter diuersas personas disceptatur id facit, vt alia res, & alia quæstio intelligatur, & sic tanquam inter alios facta aliis non noceat, ex *l. cum quæritur, ff. de except. rei iudicatæ*, ex Donello *in dicta lege sæpè, ff. hoc Titulo*, & ex Duareno *ibi, §. cur autem.*

15 Item facit, quia gesta debent ad Actores suos restringi, nec ad alios sunt extendenda, *l. sancimus, Cod. de pœnis cap. quæ sint de his, quæ fiunt à maiori parte, cap. nam vt rectè*, Donellus docuit *in dicta lege sæpè*, iniquum esse quemquam alieno facto onerari, quando nihil est, quod ei imputari possit, cur ita actum, & Iudicatum sit; argumento Textus *in l. in causa, ff. de Procuratoribus.*

16 Ex his enim fit vt res inter alios iudicata non noceat aliis, ad quos æquè principaliter spectat, vt in specie Textus, *in dicto cap. cum super 17. hoc tit. & in dicta leg. sæpè, ff. eodem*, secùs verò si agatur cum eo, ad quem negotium spectat principaliter: Nam in eo casu sententia lata contra principalem aliis nocebit, ad quos minùs principaliter, & secundario spectat negotium: quia quotiescumque lis tractatur cum legitimo contradictore, de quo dixi latè, *in dicto cap. cum super*, sententia lata etiam non litigantibus, & ignorantibus prodest, & nocet, vt probatur *in l. 1. §. fin. & in l. sequenti, ff. de liberis agnoscendis*, Couarruuias *dicto capite 13. pract. num. 3. versiculo secundo*, cum multis

17 Ex quo euenit vt sententia inter alios lata regulariter aliis noceat, aut prosit, quoad præsumptionem quandam, quæ in fauorem illius, pro quo lata est sententia oritur, notant Bartolus, & Glossa, & ordinarij communiter, *in l. si duo Patroni*, versiculo *habitarum. ff. de iureiurando*, Abbas, Butrius, & Felinus hic, vbi idem Abbas, & addit, vt ad cognoscendum quanta sit hæc præsumptio, & quale præiudicium tertio irroget relinquendum esse Iudicis arbitrio, imo Balboa ita docens *in dicto cap. cum super, num. 35. & 36.* subdit prædictam doctrinam euidenter procedere quoad eos, qui aliquam videntur habere in causa Communionem; & si non præiudicet illis sententia quoad exceptionem rei iudicatæ, & quoad hæredes compatronos, & his similes, vt *in dicta leg. si duo Patroni, ff. de iureiurando.*

18 Itaque Couarruuias *dicto cap. 13. pract. n. 4.* postquam comprobat prædicta ex aliis, vt Iason, Alexander, & Curt. & ex Glossa *in cap. interrogatum 3. quæstione 5. & in cap. dilectus in 2. versiculo dantes de Simonia*, ait sibi non placere Bartoli impetrationem, *in leg. admonendi, ff. de iureiurando, num. 59.* dum opinatur ex sententia inter alios lata, oriri quoad alios præsumptionem quandam, quæ efficiat semiplenam probationem, quia dicit Couarruuias non esse tanti effectus hanc præsumptionem, vt illum indicat; ob idque à Bartoli opinione dissentire Aretinum *consilio 165. col. 2.* Iason *in dicta l. admonendi, num. 242.* Imola *in dicta l. si duo Patroni*, vbi optimè Iason. & asseuerat Ferdin. Loaces *in rep. l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de legatis 1. num. 329.* & Alexander *in dicta l. sæpè num. 71.* satis dubitat an vera sit opinio Bartoli, quæ non est ex præmissis temerè admittenda.

Vnde dici debet, quod & si nonnulli relati à Tiraquello *in tractatu res inter alios acta limitatione 22.* & per Glossam *hic*, vt Regula res inter alios acta non habeat locum in connexis, tamen verius est, vt hic intellectus non sit sustinendus iuxta Textum, *in l. denuntiasse, §. quæritur, ff. de adulteriis. cap. dilecto 25. in fine de præbendis, Glossa in cap. ad hæc 3. quæst. 6.* Abbas *hic, num. 22.* & Balboa *in dicto cap. cum super num. 200.* dicit communem Alexander *in dicta l. sæpè num 37. ff. hoc tit.* & sic Felinus *hic num. 11.* Balboa *dicto num. fin. Glossa in dicto cap. 25. de præbendis*, vbi Barbosa *num. fin.* & Didacus Perez *in l. 4. propè finem*, Glossa *si e resposo tit. 15. lib. 8. pag. 312.* docent quod sententia lata contra vnum: non nocet alteri, qui non fuit in lite, nec ei parit præiudicium. 19

Quibus suppositis iam non obstant iura in principio adducta, non Textus, *in dicto cap. ad petitionem 22. de accusationibus*, quia ius illius, qui in Abbatem fuerat electus pendebat à iure, vel non iure illius, qui amotus fuerat, in cuius locum fuerat electus ipse, tumque sententiam nocere, nam non inter alios, sed inter eosdem videtur Iudicium disceptatum. 20

Et in hoc sanè sensu accipit lucem Textus *in dicto cap. hæc quippe 36. quæst. 6. & Glossa ibi* verbo *his amotis*, & Textus *in cap. tantis, Glossa fin. 81. dist. cap. ordinatos 2. Glossa dist. 59. cap. cupientes, §. cæterùm, Glossa* verbo *nullum, de electione lib. 6.* quia iura hæc intelliguntur quoties qui causas habent connexas litigauerunt in eodem Iudicio, Felinus *hic, num. 11.* Balboa *in dicto cap. 17. n fin. in fine*, & alij communiter. 21

Nec obest Textus *in dicto cap. cum olim de causa possessionis, & proprietatis*; Nam præter ibi dicta respondent Couarr. *in practicis c. 14. n. 1. & 2.* Tiraquellus *in dicto tract. res inter alios acta declarat. 14.* Mascardus *de probat. conclus. 1268.* Abbas *ibidem n. 10.* & Grassa *in d. c. 17. n. 11.* dicentes Regulam Textus nostri, *& in dicto c. 17.* adaptari ad decisionem Textus *in d. c. cum olim*, vt constat verbis vltimis illius Textus, & ita verum esse, vt sententia lata contra Archidiaconum ibi non noceat Canonicis, nec quoad possessionem, nec quoad proprietatem, quominùs si velint, possint etiam de possessione litigare, nec obstat facta ibi proprietatis reseruatio Canonicis; quia Pontifex ideo solùm reseruauit proprietatis causam; Nam prudenter credidit Canonicos contra Episcopum super possessione illa non litigaturos, in qua propter Episcopi possessionem succubuerant, quia si ab instituto vincuntur ab Episcopo etiam considerationem dicunt relati Pontificem ibi solùm Canonicis proprietatem reseruasse, licet si voluissent possent de possessione illa iterùm agere. 22

Nec obstat Textus *in dict. leg. sæpe hoc tit.* in versiculo *veluti*; quia præter quam quod intelligitur ex dictis *suprà*, à versiculo *sed verò*: Tamen quia accipit lucem à quæstione illa, 23

illa, numquid sententia lata super pignore contra Debitorem noceat Creditori; Ideò recurres ad infrà dicta *quæst. sequenti.*
24 † Nec Textus *in l. ex contracta 44. ff. hoc tit. l. si patroni 55. §. fin. ff. ad Trebellianum*, vbi sententia contra institutum lata nocet substituto, quia infrà etiam dico qualiter hoc contingat.

25 Non Textus *in dicta lege Indicatæ 29. ff. de exceptione rei iudicatæ*, de qua sub versic. *tertio* in principio, quia & si stricto iuris rigore sententia cohæredis non noceat cohæredi: Tamen fauore libertatis, quia setnitus est indiuidua sententia illa alteri cohæredi nocet: expendit Graña *in dicto cap. cum super 17. hoc tit. n 15.*

26 † Vbi dicit non obstare Textum *in l. a sententia 5. ff. de appellationibus*, vbi etiam si causa non sit libertatis, si cohæres sit condemnatus; alter cohæres tutus non remanet, cum eis sit necesse à sententia illa appellationem interponere.

27 † Nec Textum *in lege quidam 12. ff de reuictionibus*, vbi venditio facta ab vno hærede re euicta, venditio illa nocet cohæredi, vt de euictione teneatur.

28 Nam ad Textum *in dicta l. à sententia*, respondet Duarenus *in dicta l. sæpè hoc tit. prælectione 42.* quod quamuis cohæres ille absque appellatione esset Tutus ex regula Textus nostri, & Textus *in dicto cap. 17.* Tamen propter connexitatem aliquod præiudicium ei generatum videri cum sententia illa aduersùs cohæredem lata secum trahat aliquam præsumptionem contra alterum cohæredem iuxta notata *suprà*, in versic. *ex quo*; cum tunc alter cohæres facilius condemnari possit, ob idque meritò propter illud præiudicium appellare ei permitti. Ad Textum verò *in dicta l. quidam 12.* ideo venditionem factam ab vno cohærede, alteri cohæredi nocere re euicta, quia hæres, qui vendidit pretium ex re vendita tradidit cæteris cohæredibus ob idque mirum non esse, vt omnibus noceat; vide *infrà quæst. 2.* versic. *ad tertiam*, & versic *ad quartam.*

29 Non inquam obstat Textus *in dicta l. ingenuum, ff. de statu hominum*, de qua *suprà* sub dicto versic. *tertio*, quia eius intellectus infrà declaratur, cum ago de dubio an sententia lata in causa status, aliis prosit, aut noceat.

30 Non inquam obstat Textus *in dicta lege 3. §. si plures, ff de liberis exhib* nec Textus *in dicta l sicut 31 ff de accusationibus*, de quibus sub dicto versic *tertiò*, quia respondeo iura hæc procedere in populari actione, & publica accusatione, in qua si Reus fuerit absolutus, alter cum non poterit iterùm accusare cum omnibus sententia illa noceat quia cum illa popularis actio iam sit ab altero in Iudicium deducta, & nulla actio posteriori remaneat; ideo fit, vt postquam ab vno est intenta alter non audiatur.

31 † Cum actio popularis non sit constituta, vt singuli ex Ciuibus cum ea experiantur; sed vt semel quiuis de populo *leg. 1. ff. de popularibus actionibus*, vnde si vnus ex populis eam actionem intenderit, omnino extinguetur *dict. l. 3. § si plures*, notat Donellus *in dicta l. sæpè, & lib. 27. comment. cap. 1. & lib. 1. cap. 21.* Couarruuias *in practicis dicto cap. 13. 14. 15. & 16.* cum eis Graña *in dicto cap. 17. num. 21.*

32 Vltimo non obstant iura adducta *suprà*, in dicto versic. *tertio*, *in dicta l. 1. §. vltimo dicta l. 2. ff de agnoscendis, & alendis liberis*, quia solutio horum pendet à dictis suprà *in dicto cap. cum super 17. hoc tit.* vbi de Iudicio litigato, cum legitimo contradictore plura adduxi; quare cum in relatis legibus Iudicium illud sit disceptatum inter legitimos contradictores, hoc inter filium in ventre inclusum, & eius nomine Matrem, & inter Patrem iusta de causa iustitia *ibi*, lata præiudicat fratribus, & cognatis ipsius Patris, vt notant Donellus *in dicta lege sæpe, ff. hoc Titulo.*

Pro interpretatione ad Textum *in l. 1. §. sed si agat, ff. de iudiciis*, videndi sunt Graña *suprà in dicto cap. cum super hoc tit. num. fin.* Antonius Faber *in rationali ad Textum in dicta l. 2.* Et pro interpretatione ad Textum *in l si rem aliquam 31. §. si duo, ff. de donation. l. si duo 34 ff. de receptis Arbitris*, & videndi sunt Textus *in l. fideiussor, §. 1. ff de pignor.* cui obstat Textus, *in l. Caius seius, ff. eodem*, de quibus idem Antonius Faber *in rationali*, ad relata iura idem videndus *lib. 1. coniect cap. 2. & pro lege si superatus 13. ff. de pignoribus*, idem *in rationali* ad eundem, & Cujacius *ibi*, & adiunges Textum *in cap inter dilecto*, versic. *secunda per instrumenta*, & nonnulla quæ *ibi* notaui *de fide instrument.* 33

Qvæstio II.

An sententia lata super pignore contra Debitorem, noceat Creditori: An sententia contra institutum lata, noceat substitutio: An lata contra vnum hæredem, noceat heredi, vel legatariis, seu fideicommissariis: An sententia lata super inhabilitate Testatoris ad disponendum, noceat substituto?

Svmmarivm.

1 *Sententia lata super pignore contra Debitorem quando noceat Creditori, num. 23.*
5 L. si superatus, ff. de pignoribus, l. Præses Cod. eodem.
6 *Sententia lata contra Debitorem, antequàm cum Creditoribus contraxerit, nocet eis etiam nescientibus, quid post contractum num. 7. & ad casum, num. 10.*
8 *Sententia lata in iudicio Actorum, nocet Creditoribus, cum Reus probauit de dominio*
9 *Sententia lata contra Creditores, quando præiudicet Debitoribus.*
11 *Principalis in negotio præsumitur rectè defensurus.*
12 *Sententia lata contra institutum, nocet substituto, qualiter num. 27.*
13 L. posthumus 6. § si quis primo, ff. de inofficioso Testam
14 *Testamentum pronuntiatum inofficiosum contra hæredes, nocet legatariis.*
15 L seruus plurium; §. 1. ff. de inofficioso Testam. l. si super, § fin. ff. de appellationibus, l. cum mater 18. ff. de inofficioso, *de quibus n. 17. & 18.*
19 *Sententia lata contra hæredem, nocet legatariis, seu fideicommissariis, fallit si lata sit propter hæredis contumaciam, num 17. 18. & 23.*

18 *Legata debentur, si filius à matre præteritus est.*
19 L. I. ff. de except. rei iudicatæ.
20 L. statu liberis, §. Quintus Mutius, ff. de statu liberis.
21 L. is qui fundum 31. ff. de vsufructu legato, num. 22.
22 *Sententia contra heredem Mariti lata non nocet vxori legatariæ.*
24 L. Modestinus 10. ff. de except.
25 *Sententia lata contra Venditorem hæreditatis nocet Emptori.*
26 *Sententia lata super inhabilitate Testatoris nocet substituto.*
27 *Sententia lata contra hæredem nocet substituto, si sciat litem agitari cum hærede.*

1 AD primam quæstionis partem dixit Surdus *decis.* 159. *n.* 6. quod sententia lata contra Debitorem post contractum pignus vtique noceat Creditori, quominùs ius pignoris retineat si sciuit causam agi, secùs si ignorauit.. Sed cum hoc dubium dependeat ab intellectu Textus *in l. sæpè* 63. *ff. hoc tit.* vbi traditur exemplum de Debitore, qui passus sit Creditorem tractare litem super proprietate pignoris, vbi hæc sententia præiudicat, vt noceat ipsi Debitori, cui verè competit huiusce quæstionis defensio iuxta communem deductionem, quam longè expendit omninó videndus Couarruuias *in practicis cap.* 13. *à num.* 7. versic. *his igitur*, & versic. *sed in specie* vsque ad finem Balboa *in dicto cap. cum super* 17. *hoc tit. à num.* 95. qui ambo dupliciter exemplificant Textum illum, & resident in exemplo iam posito.

2 Et aliter dicunt, nempe ibi tractari de Creditore qui patitur litem cum Debitore tractari super proprietate pignoris, & tunc sententiam contra Debitorem latam præiudicare Creditori quod non admittunt, quia iuxta veriorem lectionem *dictæ l. sæpe* in versic. *veluti*, exemplum proponi debuisset, non in Debitore, sed in Creditore, vt in Pandectis Florentinis legitur vt tenet Donellus *ibi*, ac ideò legendum esse veluti *si Creditor*, non verò *si Debitor*, quasi sensus sit, vt si Creditor patiatur litem cum Debitore super proprietate pignoris tractari; tunc sententia contra Debitorem lata nocet ipsi Creditori ex eo: nam tunc scientibus, & permittentibus sententia inter alios lata nocet, quoties de ea re actio, vel defensio priùs competebat, & alios agere patiantur, & cum actio, & defensio pignoris priùs competebat Creditori, qui Debitore excluso poterat litem in se suscipere ex hoc Textu nostro iustè si Creditor Debitorem agere patiatur super proprietate pignoris, aut Maritus Socerum, vel Vxorem de proprietate rei in dotem datæ sibi imputet; ex eo quod agere passus est.

3 Et huius intellectus rationem assignat Martianus Iure Consultus *in dicta l. sæpè*, quia ex eo solùm quod quis patiatur litigare, quem prohibere potuit sententia contra alium prolata sibi præiudicat cum dolo præsumatur tacuisse; sed si prohibere non potuit non præiudicat, veluti cohæredibus. Quo pacto ait Couarruuias *dicto lib. pract. cap.* 13. *num.* 7. versic. *cæterùm*, sic ad concordiam Textum illum reduci debere, sequitur Graña *in dicto cap. cum super num.* 7. videndus Cujacius *lib.* 24. *obseruat. cap.* 36. comprobatur etiam ex Textu *in l.* 19. *&* 20. *tit.* 22. *p.* 3. & sic etiam longè agens Balboa *in dicto cap. cum super à num.* 96. vbi communem referens *num.* 97. eam impugnat *n.* 98. † Deinde *num.* 99. 4
amplectens prædictum intellectum, addit hanc doctrinam intelligi in proprio pignore, videlicet cum res tradita est Creditori reali traditione *l. si rem alienam*, §. *proprie*, *ff. de pigneratitia actione.* nam si quis agere velit actione reali ad rem istam, primo Creditorem ipsum conuenire debet; nam defensio, & actio pro hac re eidem primo loco competit, *l. serui nomine ff. de vsucap.* sed in vero hypothecæ iure obligata Creditori, non tamen idem tradita, aliter dicendum esse testantur Cumanus, & Alex. *in dicta l. sæpè, n.* 89. quo casu sententia lata contra Debitorem non nocet, etiam Creditori scienti, obidque Consultus mire prædicta comprehendit *in dicta lege sæpè* à versic. *sed scientibus*, ad versic. *nam, & si libertus.*

Nec prædicto intellectui obstant iura *in l. si* 5
superatus, *ff. de pignoribus*, *l. Præses*, *Cod. eodem*, in quibus sententia super pignore contra Debitorem lata, non nocet Creditori, quia ex Glossa *in dicta l. si superatus* cum Couarr. *dicto cap.* 13. *pract. num.* 7. versic. *ex quibus*, Antonio Fabro *in rationali ad Textum in dicta l. si superatus*, Cujacio *lib.* 10. *quæstion.* Pauli *ibidem*, post quos video nouissimè Merlinum *de pignoribus q.* 38. 39. 40. omninò videndum, vbi agit de tribus illis. Primò an sententia lata contra Debitorem in fauorem tertij noceat hypothecæ Creditorum. Secundò an sententia lata aduersùs Debitorem præiudicet Concreditoribus, quando lata fuit ad vnius Creditoris fauorem. Tertiò an sententia lata contra primum Creditorem, & ad fauorem tertij præiudicet tertio, cui non competit ius experiendi aduersùs tertium, de quibus omnibus ipse differit per Textum *in d. l. sæpè*, ibi videndus, sed ad propositum dictorum iurium dico cum præcitatis multum referre an Actor Debitor fuerit condemnatus in Iudicio vindicationis per sententiam simpliciter absolutoriam absoluendo eum contra quem agit, an vero fuerit condemnatus per sententiam declaratoriam; videlicet declarando dominium rei ei competere, aduersùs quem Debitor egit, itavt in primo casu quando sententia est absolutoria eo quod Debitor non plenè probauit: Tunc non noceat Creditori etiam scienti, ex eo quia cum non plenè probauerit, non debet Creditori nocere; & iuxta hunc sensum intelligi prædicta iura non sic in secundo casu quando sententia non est absolutoria, sed etiam declaratoria est dominij illius, contra quem Debitor egit: Nam tunc si causa ex qua ille dominium probauit antiquior sit pignoris obligationi, & ita extet declaratum in sententia illa Creditori nocebit, vt notat Glossa 1. & 2. *in dicta lege si superatus.*

Ego tamen pro clariori intellectu huius dubij, existimo constituendos esse casus sequentes; Nam sententia lata contra Debitorem: antequam cum Creditoribus contraxit, nocet eis, quia iam per ipsam sententiam fuerunt effecta ipsius Debitoris ante ius quæsitum Creditor: sic probat Bartolus *in dicta lege si superatus*, & probat idem Merlinus ex Textu, *in lege si Mater* 11. §. *fin. de Exceptione rei iudicatæ*, *Glossa in dicta lege sæpè* 63. in verbo 6
experiri,

experti iff. hoc tit. Negusantius *de pignor. p.* 6. *n.* 39. *memb.* 3. & huc verum esse, siue sciuerit creditor, siue ignorauerit sententiam esse latam contra debitorem, Suidus *decis.* 156 *n.* 6 Scaccia *de re iudic. Glossa* 14. *quæst.* 12. *num.* 28. Alex. *in dict. l. sæpe, num* 86.

7 Verùm si sententia lata est contra debitorem côuentum post rem obligatam creditori, hoc casu præiudicabit sententia creditori, qui scit causam motam esse, & ipse pariter, nihilque opponit ex *dicta l. sæpe*, in versic. *sed scientibus*, vbi Battol. & Alexander, Negusantius *de pignoribus*, *p.* 6. *memb* 3 *num.* 39. versic. *secunda*, ex eo quia interesse creditoris, dicitur esse dependens, & consequutiuum à Iure debitoris, cui incumbit onus præstandi defensionem creditori: alia adducit Merlinus *dicto lib* 5. *de pignoribus*, *quæstion.* 38 *qui à num.* 6. alios casus distinguit, &

8 ponit. † Dicens, quod sententia lata in Iudicio actorum, nocet creditoribus, cum reus probauit de Dominio; sed, *numero* 7. dicit fallere quando succubuit debitor, quia ipse non probauit. † Deinde: *numero* 8. ait quod sententia lata contra creditores, non præiudicat debitori, nisi creditores sint actores, & reus probauerit se Dominum, & alia addit, *vsque ad n.* 15. qui *n.* 16. docet etiam quod sententia lata contra creditorem, non præiudicat debitori in

9 (margin)

10 simplici hypotheca † Sed an sententia lata contra debitorem præiudicet creditori, in re pignorata, in fauorem scilicet tertij: agit Negusant. *de pignoribus dist.* 6 *memb.* 3. *a n.* 38 quod idem est, ac iam adductum, *in quæst.* 38. Merlini.

11 Ad secundam quæstionis partem; an sententia lata contra institutum noceat substituto, videtur dicendum ex Textu; *in l. ex contract.* 44. *ff. hoc tit. l. si patroni* 55. *ff. ad Trebellianum.*

12 † Eam sententiam nocere substituto, quia principalis, & legitimus contradictor, & defensor litis, est ipse institutus, & ideo substitutus vocandus non est, *l.* 1 *§. denunciare*, *ff. de ventre inspiciendo*; præsumitur enim, vt ille qui principalis est in negotio, rectè defensurus, vt copiosè adueitit Pinelus *in l.* 1. *p.* 3. *à num.* 48. *ff. de bonis, maternis*, Et docent Balboa *in cap. cum super* 17. *hoc tit. num.* 37. cum aliis Giaña *ibi numero* 12 Cuiacius *lib.* 3. *Pauli ad edictam*, *in l. si vnus*, *ff. de pactis*: argumento Textus, *in l.* 1. *§. fin. cum lege sequenti*, *ff. de liberis agnoscendis*, & patet ex aliis casibus infra annumerandis; & vt optime explices leges Balboam *in c.* 17. *hoc tit. à n* 74. vbi expendit Textum, *in d. l. ex contract. vsque ad n.* 82.

13 Ad tertiam quæstionis partem, an lata contra vnum hæredem noceat cohæredi, respondeo ex dictis, *supra quæst.* 1. versic. *non Textus in dicta l. Indicata*, ex quibus etiam accipit lucem Textus *in l. posthumus* 6. *§. si quis primo*, *ff. de inofficioso testam.* vbi si quis de inofficioso egerit, etsi ei querela non competeret, ac aduersus hæredem obtinuerit sententia illa aduersus eam prolata, noceat cohæredi sed aliis litigantibus prodesse, hoc est ab intestato venientibus, & vt Anton. Faber notat, *in rationali*, ibi, ideo illud sic ibi procedit, primo quia testamentum est indiuiduum, secundo quia actum est super statu, & conditione testatoris, hoc est an furiosus esset necne, & præcipuè quia cum legitimo contradictore, fuit in Iudicium deceptatum, hoc

est cum hærede scripto, qui solus in causa, erat legitimus litigator, cum ad se pertineret hæreditatem semel additam defendere, *l.* 8. *§. si condit. ff. de inoffic. testam.*

Ad quartam quæstionis partem; an noceat legatariis, vel fideicommissariis, si lata sit contra hæredem, videtur dicendum, quod sic, primo quia si testamentum fuerit pronunciatum inofficiosum contra hæredem, nocet legatariis, *l. Papinianus*, *§. si ex causa*, *ff. de Inofficioso testament.* si quidem principalis persona hæres reputetur, vt cum agi debeat, vt notat; Couarruuias *in pract. cap.* 13. *numero* 5. † Sed obstat Textus *in l. seruus plurium*, *§.* 1. *ff. de leg. l. qui repudiatis*, *§ fin ff. de inofficioso*, *l. si super*, *§ fin ff. de appellationibus*, in quibus Iuribus, sententia contra hæredem lata non nocet legatariis. Item obstat Textus, *in l. cum mater* 18. *ff. de inoffic. test.* Vbi legata debentur; et si testamentum per querelam sit ruptum. 14 15

16 Adhuc tamen sustinetur doctrina desumpta, ex *dict. l. si Papinianus §. si ex causa, ff. de inofficioso*, qu a, vt ibi etiam dicitur, *in §. fi.* si legitimus hæres inofficiosum testamentum dicat, & contra scriptum Iudex pronunciauerit hæres ille rei Iudicatæ, adeo victus manet, vt nec legata, nec libertates debeantur, quod *in dicto §. fin.* procedit, quia actum est, contra hæredem institutum, & hæres ab intestato successurus egit, qui legitimus actor est, vt de vniuersali Iure testamenti disputet; Ob idque inofficioso dicto testamento, cætera membra, tanquam ex illo capite pendentia periuisse, cum hæres scriptus, tanquam caput testamenti pereat: argumento Textus, *in §. ante hæredis institut.* & ab hinc naturali ratione proueniat, vt cætera membra, tanquam ex illo capite pendentia pereant: videndi sunt, Fulgosius *in dicto §. fin.* vbi Cujacius; & Antonius, Faber, Donellus, *lib.* 22. *commentar. cap.* 5.

17 Nec impedimento sunt Iura, *in dicta l. si seruus plurium*, *§.* 1 *ff. de legatis* 1. *l. qui repudiatis*, *ff. de inofficioso*, *dicta l. si super*, *ff. de appellationibus*, *dicto §. fin.* quia ideo, *ibi*, non nocet legatariis, quominus possent, non obstante exceptione rei Iudicatæ, contra victorem agere, & legata petere, quia non fuit lata contra hæredem, propter eius contumaciam, vel collusionem, cuius culpa legatariis non nocet; secus tamen procedere, si in alia culpa hæres fuisset, veluti quia non prouocauit: nam tunc legatariis sententia illa nocet, Iuxta intra legitimum tempus non appellauerit, Iuxta Textum *in l super luxorio*, *l. absentia*, *cum aliis de appellationibus*, notat Couarruuias *in practicis dicto cap.* 13. *numero* 9. Giaña *in dicto cap. cum super sub*, *numero* 12.

18 Non inquam oberit his Textus *in dicta l. cum mater* 28 *ff. de inofficioso*, nam vt notant Cujacius *in dicto §. fin. dicta l. cum plures*, *& lib.* 10. *obseruat. cap.* 22. Facius *centuria* 3. *quæst.* 35 ideo enim ibi legata deberi, quia filius à matre præteritus erat, ex eo quod mater existimabat filium antea decessisse; & ideo filio duobus modis succurri, vel ex matris voluntate, quia aliàs si sciuisset visum extitisse, non præterijsset, vel per remedium inofficiosi, & primo casu legata deberi, Iuxta Textum,

in d. l. cum mater, videbis Antonium Fabrum ad Textum *in l. Titia* 13. *ff. de inofficioso testamento*, & Panormitanum *in comment. ad eundem titulum cap.* 4.

19 Vnde lucem accipit Textus *in l.* 1. *ff. de exceptione rei Iudicatæ*, vbi sententia inter alios lata non valet, vt si ex testamento, vbi libertas legata est, agi possit; licet ruptum, vel irritum dicatur testamentum, nec superatus fuerit legatarius, præiudicium fiat libertati; quæ lex procedit, non quando hæres abintestato egit, sed legatarij ipsi de Iure testamenti egerunt; nam cum hi non sint legitimi contradictores, vtpote particulares successores, sic euenit, vt sententia aduersùs eos lata non officiat libertati: sic docent Donellus *dicto lib.* 22. *comment. cap* 5. Cujacius, Antonius Faber, & Fulgosius *in dicta leg. Papinianus*, §. *vltima*.

20 Secundo accipit lucem Textus *in l. statu liberis*, §. *Quintus Mutius*, *ff. de statu liberis*, vbi si seruo libertas sub conditione sit relicta, si decem dederit, & primo obtinuerit hæres scriptus, & seruus ei decem soluerit, etiam si hæres postea filio de inofficioso fuerit condemnatus legatum valet, & sententia non nocet libertati, quia vt notat Glossa *in dicto*, §. *Quintus Mutius*, Cujacius *lib.* 5. *obseruat. cap.* 7. lege duodecim tabularum, cautum est conditionem illam, quoad libertatis statum adimpleri posse in quacumque persona, quæ quoquo modo dominium acquisierit, *leg. statu libera*, §. *statu liber*, § *de statu de liberis*: nam sicut in emptore conditio illa adimpleri potest: sic & in persona victoris; vel alterius, cui Dominium in seruo quocumque modo fuerit adeptus, & sic siue apud scriptum ante victoriam, siue apud legitimum hæredem post victoriam legati conditionem adimpleri posse.

21 Tertio accipit etiam lucem Textus *in l. si qui fundum* 31. *ff. de vsufructu legato*, vbi si maritus, qui communem habet, & eius vsufructum vxori legauit decesserit, & inter socium, ac mariti hæredem, sit interpositum communi diuidundo Iudicium; ita vt inter eos fundus sit diuisus: tunc sententia contra hæredem mariti prolata, non noceat, quominus, non partis, sed totius fundi fructus vxori debeantur; quia vt Cujacius ait in commentariis ad illum Textum; ideo fieri, integreque fructus vxori deberi, & sententiam contra hæredem mariti latam, non nocere vxori legatariæ, quia vxor legatum à morte testatoris acquisiuit, etiam si rei alienæ esset, cum sciens maritus vxori ita legasset, ac ideo cum vxor iam Ius in re haberet, & legatum ei deberetur, nihil mirum quod

22 sententia illa sibi non noceat. † Et secundùm prædicta debet intelligi communis, quæ docet, vt sententia lata contra hæredem, præiudicet legatariis, & fideicommissariis, vt tradunt Mieres *de maiorat. p.* 4. *quæst.* 14. *à num.* 1. *in nouis impressis*, Peregrinus *de fideicommis*, *art.* 52. *à num.* 40. & Barbosa cum aliis *in cap.* 17. *hoc titulo*, *num.* 15.

23 Ex his, & ex dictis *suprà quæst.* 1. in versic. *non textus in d. l. Iudicata*, & ex dictis *suprà hac quæstione* versic. *ad tertiam*, interpretor Textum *in l. Modestinus* 10. *ff de exception.* vbi loquens Consultus in persona victi, dubitatur, an v. g. contra Petrum lata sententia, si postea, ipse hæres extiterit Ioanni, & contra Ioannem nihil sit pronunciatum, noceat ipsi Petro, ita vt saltim quasi hæres Ioannis, non possit iterum in Iudicium venire, & respondet Consultus, rei Iudicatæ exceptionem, Petro non obstare, quia in hoc secundo casu, Petrus Iudicatur diuersa persona, cumque antea litigatum non fuerat: nam in primo casu egit Petrus proprio nomine, & proprio Iure, & ex propria persona, & secundo casu agit nomine, & Iure defuncti, cum quo nunquam fuerit litigatum ita docent verba à Iuris Consulto prolata ibi *Nec si is, contra quem Iudicatum erit heres extiterit contra quem nihil est pronunciatum hereditariam ei litem inferenti præscribi in ea sententia posse, quam proprio nomine disceptans, ante quam heres exceperit.* 24

† Videbis Barboam *in d. c. cum super* 17. *n.* 88. *& n* 83. vbi interpretatur etiam Textum *in d. l. posthumus*, § *si quis ex his*, *ff. de inofficioso*, & Text. *in d. l. Papinianus*, § *si ex causa*, *eodem*, *textum in l. si mater*, §. *fin ff de exceptione rei Iudicatæ*, *l.* 2. §. *solet quæri*, *ff. de petitione hæredit.* vbi sententia lata contra venditorem hæreditatis, nocet emptori.

25 Ad vltimam quæstionis partem an sententia lata super inhabilitate testatoris, noceat substituto, vt respondens leges iam dicta à versic. *ad secundam*, & sic breuiter respondeo cum Menochio *consil.* 311. *num.* 28. & Barbosa *in dicto cap. cum super* 17. *hoc titulo*, quod sententia lata super inhabilitate testatoris ad disponendum, non noceat minimo citato, vel si nocet quoad quandam præsumptionem; imo addit Menochius *num.* 94. & Barbosa cum eo 26

num. 26 † Quod vt sententia lata contra hæredem, noceat substituto, debet ipse substitutus scire, litem agitari cum ipso hærede; alioquin, si ignoret agi illam, non præiudicare.

QVÆSTIO III.

An vnius rei stipulatio, acceptilatio, vel factum aliis noceat, vel prosit: An sententia lata pro locatore, noceat, vel prosit conductori: Quid de sententia lata contra Emphytheutam, vel Feudatarium, an noceat Dominis: Et an sententia lata in fauorem Domini directi, prosit habentibus dominium vtile: An sententia contra proprietarium noceat vsufructuario: Et an lata inter contrahentes noceat Domino, quoad Laudemij repetitionem?

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio, seu factum vnius quando aliis noceat remissiuè.*
2 *Sententia lata contra principalem, citato fideiussori præjudicat, n.* 3.
3 *Exceptio rei Iudicatæ, quæ venditori prodest, etiam eius fideiussoribus, n.* 4
4 L. si ate 9. §. fin. ff. de exceptione rei Indicatæ.
5 *Sententia lata pro locatore, prodest, vel nocet conductori, sic vt agere volentibus obstat exceptio rei Iudicatæ.*
6 *Sententia pro locatore lata, non potest executioni mandari, ad instantiam conductoris.*

7 *Sententia*

7 *Sententia lata contra emphiteutam, vel feudatarium in possessione, non nocet Dominis, etiam scientibus.*

8 *Sententia lata pro Domino directo, prodest habenti dominium vtile. si à directo causam habet.*

9 *Sententia lata contra proprietarium, nocet vsufructuario, scienti.*

10 *Sententia lata inter contrahentes, nocet Domino, quoad laudemij repetitionem.*

1 HVius quæstionis dubia pertinent ad contractus, vbi an res, siue sententia inter alios lata, noceat, aut prosit, & quoad primam difficultatis partem, vt eam intelligas, videbis Textum, *in l. rem, §. si duo, ff. de donationibus*, cui obstat Textus *in l. si vnus, ff. de pactis, & l. 5. §. si maritus, ff. de donationibus inter, l. fin. ff. de duobus reis, l. mora, §. fin. ff. de vsuris, l. si duo 34. ff. de receptis arbitris*, cui obstat Textus *in l. pen ff. de duobus reis.*

2 Ad secundam quæstionis partem, breuiter etiam respondeo cum Surdo *decis. 118. num. 11. & decis. 256. num. 17.* Cotta *in memorabil.* verba, *sententia, pagina 758.* quod sententia lata contra principalem, citato fideiussore illi præiudicat: sequitur Barbosa *in cap. cum super 17. hoc tit. num. 19.*

3 † Et probatur ex Textu *in l. 7. §. 5. ff. de exceptionibus*, vbi exceptio rei Iudicatæ, quæ venditori prodest, etiam & fideiussoribus, cuius ea est ratio quia, etsi illæ distinctæ personæ sint, inter quos res acta est: tamen quia in hoc casu, & in casu Textus *in l. si à te 9. §. fin. ff. de exceptione rei Iudicatæ*, vbi exceptio rei Iudicatæ, quæ prodest venditori; & emptori continuatur, sed is, qui in Ius succedit alterius, eodem Iure, quo ille vti debet, cumque fideiussor conuentus non sit pulsatus nomine proprio, sed debitoris; ideo non diuersæ, sed vna, eademque per-

4 sona censentur. † Ob idque notat, Donellus *lib. 22. comment. cap 5.* & Graña *in dict. cap. cum super 17. hoc tit. num. 18. in fine*, iuxtà hanc Doctrinam interpretari Textum *in l. 9. §. vlt. ff. de except. rei iudic.*

5 Ad tertiam quæstionis partem, breuiter etiam respondeo cum Puteo *p. 5. decis. 2. num. 2. in antiquis*, & cum Barbosa *in cap. cum super 17. hoc tit. num. 21.* quod sententia lata pro locatore, prodest vel nocet conductori ab eo causam habenti; imò idem Puteus *dict. decis. 12. num. 15.* resoluit quod sententia pro locatore lata, tantùm conductori prodest, vt agere volentibus obstet exceptio

6 rei Iudicatæ. † Et idem Puteus, *num. 16.* tenent quod ad instantiam conductoris, non potest sententia pro locatore latâ executioni mandari.

7 Ad quartam quæstionis partem, etiam breuiter respondeo cum Valasco *de iur emphyt. q. 38. num. 33.* & Barbosa *in dict. cap. cum super 17. hoc tit. num. 28.* quod sententia lata contra emphyteutam, vel feudatorium in possessione non noceat Dominis, etiam scientibus, quia ipsi possident ciuiliter; at emphiteuta, vel feudatarius naturaliter.

8 Ad quintam quæstionis partem, an sententia lata contra Dominum, vel in eius fauorem, prosit habentibus Dominium vtile; etsi lata sit pro Domino, prodesse habenti Dominium vtile, maxime si causam habet ab ipso directo Domino, probat Crauetta, *consilio 206. num. 5.* sequitur Barbosa *in dict. cap. 17. hoc tit. num. 27.*

Ad sextam quæstionis partem, etiam breuiter respondeo cum Puteo *p. 3. decis. 336. num. 1.* Pinelo *in l. 1. Cod. de bonis maternis p. 3. num. 68.* Barbosa *in d. c. 17. hoc tit.* quod sententia lata contra proprietarium, pariter vsufructuario scienti noceat, secus ignoranti. 9

Ad vltimam quæstionis partem, respondeo 10 etiam breuiter cum Caldas Pereira *de resolut. emphyteus. cap. 16. num. 70.* & Barbosa *in dict. c. 17. hoc tit. num. 23.* quod sententia lata de nullitate inter contrahentes causa plene cognita, nocet Domino, quoad laudemij repetitionem.

QVÆSTIO IV.

An sententia lata contra prælatum, seu rectorem beneficij, præiudicet, successori: Et an sententia lata contra, resignantem, noceat resignatario: An sententia lata contra subditum, seu vasallum, noceat Domino, circa subiectionem: An sententia lata contra ciues, vel homines alicuius loci, præiudicet omnibus sequentibus, etiam si non sint hæredes condemnatorum: Et quid de sententia lata contra mercatores, & datarios gabellæ, seu pedagij: Et an sententia ad fauorem, vel contra aliquos, alicuius artis, vel officij, prosit, aut noceat postea venientibus, & succedentibus, licet in sententia nominati non sint?

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra prælatum, & rectorem beneficij, nocet, & præiudicat successori & œconomo, & fisco, & aliis successoribus, num 2. & 5. num. 51.*

3 *Sententia lata simpliciter contra resignantem, nocet resignatario, & n. 4.*

5 *Sententia lata contra vasallum, seu subditum, nocet Domino, circa subiectionem, quoad possessionem, non quoad proprietatem.*

6 *Sententia contra ciues, vel homines alicuius loci, præiudicat omnibus sequentibus, etiam si non sint hæredes condemnatorum.*

7 *Sententia lata contra mercatores, & datarios gabellæ, seu pedagij, præiudicat alijs successoribus.*

8 *Sententia lata ad fauorem, vel contra aliquos alicuius artis, iuuat, vel nocet succedentibus.*

9 *Sententia lata in fauorem vnius fratris in fidelibus, iuuat alteri fratri consanguineo.*

10 *Sententia lata contra legitimos administratores, successoribus, & aliis præiudicat, si fideliter litem tractauerunt, secus si dolosè. & qualiter collusio probetur, n. 11.*

11 *Collusio probatur, eo ipso quod principalis victus sua Iura non curauit deducere, & exhibere, aut appellare omisit.*

1 HÆc omnes difficultates conducunt etiam pro bona, integra, atque recta explicatione Textus nostri, sed quia nonnullæ iam alibi agitatæ sunt, ex quarum doctrina, & fundamentis satis, superque delucidari valent; Ideò etiam breuiter respondebis ad primam difficultatis partem, quod sententia lata contra Prælatum, seu Rectorem beneficij nocet, & præiudicat Successori, vt docent Mieres *de maiorat. p.4. cap.14. num. 5.* in noua impressione, Tiraquell, *in tractatu de iure primog. q. 35. num. 17. & 18.* Iacobus Cancerius *variar. resolut. p.1. c.19. num.100.* Salgado *de Regia protectione p.4 tom.1. cap.8. à n.315.* Pincl. *in l.1. p.3. sub n. 28. ante finem. Cod. de bonis maternis*, Barbosa *in cap. cum*
2 *super 17. hoc tit. num.29.* † Imò addit Tiraquell. citatus *n.18.* idem esse de Episcopo Oeconomo & Fisco, ac aliis succedentibus in vniuersali regimine, & administratione bonorum, seu iurium; itaque pro ampliori tractatione & doctrina adiunges adducta *suprà in cap. quia V, de Iudiciis q. 11.12.13. 14. 15.* & aliàs, & de ratione vide *infrà q. 5.* sub versic. *ad quintam*, à versic. *sed quia adhuc.*

3 Ad secundam quæstionis partem breuiter etiam dico quod sententia lata contra resignantem respectu beneficij resignati, vtique possessore patiente & sciente parit exceptionem rei iudicatæ erga ipsum si agere velit, vt notat Puteus *lib.1. decis.12. num.19.*

4 Quod si simpliciter sententia lata contra resignantem sit non nocebit resignatario: docet idem Puteus *p.3. decis.80.* quem refert, & sequitur Paris. *de resignat. beneficior. lib. 1. q.16. n.25.* Barbosa *in dicto cap. cum super 17. hoc tit. n. 17.* quod videtur verum, quia vt ait nouissimè Fracniscus Tondutus *quæst. benef. p.2. cap.4. §.7. de resign. n.3.* resignatio simplex statim ius abdicat à resignante.

5 Ad tertiam quæstonis partem, etiam ex multis adductis *q.3.* respondeo breuiter vt sententia lata contra Vassallum, seu subditum noceat Domino circa subiectionem quoad possessionem: non quoad proprietatem: docet Valascus de Iure Emphyteutico *q. 38. n. 33.* tradit. Barbosa *in dicto cap. 17. hoc tit. num.28. in fine*; ad cuius intellectum, & doctrinam, adiunges quæ *suprà* adduxi *in cap.12. de præscription. de præscribenda subiectione.*

6 Ad quartam quæstionis partem dico cum Menochio *cons.390. ex num.10.* Peregrino *de fideicommiss. art.53. n.48.* Salgado *dicto cap 8. n.316*, cum Barbosa, & aliis; quod sententia lata contra Ciues, vel homines alicuius loci præiudicat omnibus sequentibus; etiam si non sint hæredes condemnatorum, & pro latiori doctrina huius dubij, applicabis dicta *suprà in cap. veritatis 14. de Iureiurando*, vbi sub *quæst. 1.* an Respublica, Collegium, seu Confraternitas teneantur stare contractui à prædecessoribus iurato, & *ibi quæstione 2. & 3.* de aliis quæ possunt adiungi.

7 Ad quintam de sententia lata contra Mercatores, & Datarios Gabellæ; seu Pedagij affirmatiuè respondent Menochius *cons. 390. n. 57. & 58.* Guid. Papæ *decis. 549.* vbi expressè loquitur, & hoc dubium determinatur per subsequentes.

8 Ad sextam quæstionis partem dico quod sententia lata ad fauorem, vel contra aliquos alicuius artis, vel officij, nocet, & prodest etiam venientibus, & succedentibus, licet in sententia comprehensi, & expressè nominati non sint, idem Menochius *suprà*, Fontanella *de pact. nuptial. clausula 4. Glossa 17. à num. 87.* Cancerius *variarum resolutionum lib.3. cap. 17. de sententia num.190.* & confirmatur ex adductis *suprà* in versic. *ad quartam.* † Et sic sententia lata in 9
fauorem vnius fratris in sedilibus iuuat alteri fratri consanguineo, refert decisum Anna *singul.968. in Anno 1548 in causa delli Pandoni cum Sedili Capuano*, Riccius *collect. 835.*

Est igitur notandum pro relatis quæstionibus 10
quod sententia lata contra legitimos Administratores, Successoribus, & aliis quibuscumque præiudicat, quando ipsi fideliter litem tractauerunt; Nam si Successor velit probare sententiam, quæ sibi obiicitur latam fuisse ob culpam, dolum, vel negligentiam eius, contra quem lata est, ita quod vel cum Aduersario colludat, seu in lite ipsa negligenter se gesserit, vel lis ob eius contumaciam eo absente tractatetur, tunc reuera in his casibus prosequuta lis sequentibus successoribus præiudicium non affert ex Textu *in l. in contractu, ff. hoc tit.* versic. *nisi culpa Tutoris, l. si Sponsus, §. si vxor 2.* versic. *si modo, ff. de donationibus inter*, Molina *de primogeniis, lib.4. cap.8. num.7.* Antonius Gomez. *in lege 40. Tauri num. 37.* Peregrinus *de fideicommissis art. 53. à num.57.* Otalora *de nobilitate 3. p.3. princ. cap. 8. à num.7.* Valascus *de Iure Emphyteutico q. 10. n.7.* Salgado *de protectione Regia dicta 4. p. cap. 8. num.135.* † Qui *num. 136.* subdit hanc collu- 11
sionem, seu negligentiam probari eo ipso quod principalis victus sua iura non curauit deducere & exibere, & *num. 137.* addit idem esse dicendum, vbi appellationem omisit in casu quo illa permittebatur; vel etiam interpositam deseruit: & alibi adduxi an sententia lata contra Procuratorem præiudicet Domino, videbis aliqua sub *cap. 12. de Iudiciis.*

QVÆSTIO V.

An sententia lata in causa status præiudicet tertio, id est, lata in causa ingenuitatis seu ætatis: Et an sententia lata in causa nobilitatis, faciat Ius inter successores, & alios: An sententia lata in causa filiationis inter patrem, & filium prosit, aut noceat omnibus aliis: An sententia lata contra vnum ex agnatis super feudo, noceat aliis, ad quos feudum pertinebat: An sententia lata legitimè in causa maioratus contra possessorem, noceat successori: Et an lata contra Regem, præiudicet eius filio primogenito, & de aliis?

SVMMARIVM

1 L. ingenuum, ff. de statu hominum, & numer. sequent. num.12.13.
2 *Sententia lata in causa status, hoc est ingenuitatis cum legitimo contradictore facit ius quoad alios, num.3. & 4* fallit *n.8.9.*
3 *Contradictor legitimus in causa status quis sit.*

5 *Sententia lata inter duos litigantes in causa status, praiudicat tertio.*

6 *Sententia lata, qua pronunciatum est quem esse haredem cum beneficio inuentary, nocet creditoribus, etiam non vocatis.*

7 *Sententia declarans beneficium esse patrimoniale, vel non facit fidem inter omnes.*

8 Leg. 1. Cod. si libertus ingenuus esse dicatur.

9 L. duobus, ff. de liberali causa, l. patronum, ff. si liber esse ingen. dicatur, l. cum non iusto, ff. de collus. deteg. Glossa in l. cognitio, §. 1. ff. de liber. causa, *verbo* nec variè.

10 *Sententia lata, qua quis pronunciatur seruus, seu libertus Tity, non nocebit, quoad alios, non habentes Iura Titio.*

11 L. Diui Fratres, §. 1. ff. de liberali causa remissiuè.

13 *Sententia lata in causa status, nocet victo, quo ad omnes, qui dixerint, & allegauerint, quod ille sit seruus; vel libertus, si citati fuerint, aut sciuerint litem, n. 14. & 15.*

15 *Sententia lata in causa status contra absentem, non nocet aliis.*

16 *Sententia lata super atate non praiudicat aliis, & quare, n. 17.*

18 *Sententia lata in causa nobilitatis, si litigatur cum eo, ad quem negotium principaliter spectat, praiudicat aliis secus aliter, num. 19.*

20 *Nobilitatis executoria possessoria, etiam si sit proprietatis, non prodest colateralibus, nisi quoad prasumptionem: quid in proprietate, num. 21.*

21 *Sententia, qua declarat quem nobilem esse in sanguine, prodest aliis, quia est Ius reale, non personale tantum, & prodest etiam collateralibus, n. 22. & 23.*

23 *Nobilis probatus vnus ex fratribus, cateris sufficit.*

24 *Res inter alios acta, facilius aliis prodest, quam nocet.*

25 *Sententia lata in causa filiationis cum patre prodest, aut nocet aliis, secus si lata sine legitimo contradictore, num. 26. & 27. vbi quid in ea, an quis sit filius legitimus, aut spurius.*

27 *Sententia lata in causa legitimationis, facit Ius quoad omnes.*

28 *Sententia lata contra vnum ex agnatis super feudo, nocet, sicut in maioratibus Hispania, n. 29. & 30.*

30 *Sententia lata contra feudi possessorem, successori pariter iuuat, vel praiudicat, n. 37.* vide *à n. 43. & 49.*

31 *Sententia lata super maioratu, quando, & qualiter praiudicet successoribus citatis, aut non citatis, latè discutitur, num. sequent. & à num. 39.*

33 *Sententia lata contra vnum, prodest, vel nocet aliis. quando est eadem ratio vincendi, num. 56.*

34 *Citandus est in quocunque Iudicio ille, ad quem pertinet litis defensio, non qui veniunt in consequentiam, seu successores, num. 69.*

36 *Majoratus possessor nunquid, vt possit bona majoratus alienare, nec actiones exercere, num. 38.*

38 L. ait prætor, ff. de Iure deliberandi.

39 *Sententia lata super ea controuersia, an sit maioratus, vel non, vel an bona, super quibus litigatur sint vinculata, vel libera, nocet successor.*

40 *Sententia lata super successione maioratus, videtur vt non noceat successoribus.*

41 *Successor in maioratibus, venit à propria vocatione independenter à sententia victi: Quid si hares victi representet defunctum, n. 42. qui in feudis, n. 43. & 55.*

44 *Sententia nocet tertio, qui habet vel habere sperabat causam ab alio, qui sententiam contrariam habuit, vel prodest tertio qui à vincente potest habere causam.*

45 *Majoratus successor Ius habet à fundatore, sicut omnes cateri vocati; ita vt tot vocationes censeantur qui sunt persona.*

46 *Sententia lata non nocet in vim exceptionis successoribus.*

47 *Sententia super maioratu, aliter nocet haredi, & successori simul, ac soli descendenti.*

48 *Maioratus primus successor, & si succedat Iure hareditario, non ob hoc sequentes censentur heredes vltimi possessoris, sed institutoris, n. 49. & 50.*

51 *Sententia lata contra Episcopum, vel Abbatem, praiudicat successoribus in Iuribus realibus dignitatis, secus in personalibus, num. 54.*

52 *Sententia lata in successione maioratus, seu ad Iudicatione, vel separatione bonorum aliquorum, eius recipit differentiam, vt successori noceat.*

53 L. ex contractu, ff. de re Iudicata.

55 *Successor quilibet etiam post mille generationes successor est fundatoris, non vltimi possessoris.*

57 *Instantia cœpta cum maioratus possessore, transit in sequentes successores; sic vt lis non debeat de nouo cum eisdem inchoari.*

58 *Sententia lata super lite cœpta cum maioratus successore, non nocet aliis sequentibus viuente possessore, sed lata inter successorem, & possessorem maioratus, nocet aliis.*

59 *Sententia, & acta alia contra maioratus possessorem successoribus nocent, aut prosunt, si litem prosequutus sit cum bona fide; & contra dolum, n. 60.*

61 *Sententia contra Regem lata praiudicat eius filio primogenito, si hæres sit patri.*

62 *Rex potest alienare bona Regni ad libitum, & consequenter ea in Iudicium deducere.*

63 *Primogenitus Regis habetur loco heredis, & tanquam hæres obligatur.*

64 *Rex in Regno Iure hareditario succedit, potius quam sanguinis.*

65 *Sententia lata contra possidentem, naturaliter, non praiudicat, possidenti ciuiliter.*

66 *Sententia inter alios lata: tunc nocet, aut prodest aliis quoad Ius publicum, si causa fuerit examinata, quo ad hoc commodum publicum.*

67 *Sententia inter alios lata, regulariter, non facit Ius, nisi quis sit intrusus, lite pendente*

68 *Sententia lata contra principalem reum, potest executioni mandari, contra eum, qui rem litigiosam emit.*

70 *Resolutio*

70 *Resolutio, Iure dantis, resoluitur Ius accipientis.*
71 *Actus voluntarius in Iudicio, non nocet successori, sed necessarius nocet.*
72 *Alienatio voluntaria differt à necessaria, qualis est ea, qua resultat ex sententia.*

1 AD primam quæstionis partem, quæ pen-
det ex vero intellectu Textus, *in l. inge-
nuum, ff. de statu homin.* vt plene, & longe at-
tingas, & percipas leges præter alios Couar-
ruuias cum multis ex antiquis, *pract. cap. 13.*
2 *à num. 5.* † Vbi affirmat quod sententia lata in
causa status, hoc est ingenuitatis, aut seruitu-
tis, si sit lata cum legitimo contradictore, fa-
ciat Ius quoad alios omnes, ex *dicta l. inge-
genuum, l. Dini. §. 1. ff. de liberali causa, Glos-
sa hic.*
3 Et pergit Couarruuias dicendo eum esse con-
tradictorem legitimum, qui verus est Domini
seruus, vel verus patronus liberti, Glossa in-
signis, communiter recepta, *in l. cum non iusto,
ff. de collusione deteg.* ob idque si sententia lata
fuit cum principali interessato, aliis præiudicat,
docent Tyraquellus, *in tractatu res inter alios li-
tigat. 27.* Gutierrez *cons. 1. num. 3.* Azeuedus
in l. 1. tit. 9. lib. 7. recopilat. num. 7. Gonzalez *ad
regul. 8. Cancellaria, Glossa 9. §. 1. à num. 85.*
Peregrin. *de fideicommis. art. fin. num. 44.* Marcus,
Antonius, *variar. resolut. 108. num. 21.* Parla-
dorius *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. §. 1. num. 1.*
Solis *de censibus, lib. 3. cap. 2.* Ioannes Garcia
de nobilitate, Glossa 6. num. 48. & in terminis
statuti legionem Mohedan *decis. 8.* Achiles *de-
cis. 5. de re Iudicata*, Crescent. *decis. 18. de pro-
bat.* Alex. Ludouic. *decis. 498. num 9.* & in de-
cis. legionen, puritatis sanguinis 26. Maj an-
no 1631. Coram R. P. D. Quepo, quibus
addo Balboam *in cap. cum super 17. hoc tit. n. 39.*
qui refert Mathesilianum, Boetium, & alios,
Grañam *ibi num. 20.* Donellum *in l. sæpe 63. ff. hoc
tit.* Riccium *collect. ad Textum in dictu l. inge-
nuum 835.*
4 Igitur si quis contendat se liberum esse, aut
ingenuæ conditionis, & ea lis tractetur cum
verò Domino, vel patrono; & sic cum con-
tradictore legitimo sententia in ea causa lata, qua
fuerit pronunciatus ingenuus, vel libertus, li-
ber, aut seruus, omnibus aliis proderit, vel
nocebit ex ea potissima ratione, quod ex Iure
illius, qui in hac controuersia cum seruo; vel
liberto litigabat, Ius pendeat, & deducatur,
cum ille fuerit, aut dicatur verus Dominus, vel
patronus, cuius Dominij, aut patronatus ra-
tione hic seruus, vel ingenuus allegatur, vel
asseritur, liber ingenuus, seruus, aut libertus
hanc rationem summa commendat, Couar-
ruuias *sub dicto num. 5. pract. cap. 13.* om-
nino videndus, quatenus pro dicta lege in-
genuum plures casus distinguit, à versiculo,
primum; & quia longe ad saturitatem agit;
ideo, *hic*, omitto breuiter sequentes casus
scribendo.
5 Primus erit quod sententia lata inter duos
litigantes in causa status, præiudicat etiam,
tertio, *decis. Rota Romana 24. hoc titulo*, in-
nouis, Riccius *dictu collect. 835.* versiculo *in-
fero tertio.*
6 Secundus quia vt Faber existimat, *decis. 15.
hoc titulo*, sententia lata per quam pronuncia-
tum est quem esse hæredem cum beneficio le-
gis, & inuentarij, nocet omnibus creditori-
bus, etiam non vocatis, quasi statutum affi-
ciat, & conditionem personæ. † Tertius quod 7
sententia in causa status, puta declarans bene-
ficium esse patrimoniale, vel non, facit fidem
inter omnes: sic Achiles de Grassis *in decis. 5.
hoc tit. ad decis. Rota Romana*, Riccius *suprà dicta
collect. 835.* dicentes ex eo procedere, quia pari-
ter quoad omnes Ius facit.
Nec obstat prædictis omnibus Textus *in l. 1.* 8
Cod. si libertus ingenuus esse dicatur, vbi dicitur
liberti patronum audiendum esse, & ei senten-
tiam non nocere, ex qua libertus alio contra-
dicente declaratus fuit ingenuus, quia respon-
deo ideo, *ibi*, sententia Domino non nocet,
quo minus aduersùs libertum agere possit, quia
libertus, non cum patrono, sed cum alio, qui
voluit intendere libertum illum suum esse; & sic
sententiam illam latam pro ingenuitate non no-
cere vero Domino, qui victus non fuit, cum
Ius, quod habet contra libertum non depen-
deat à Iure alterius victi, sed à se ipso: sic do-
cent Couarruuias *lib. 1. variar. cap. 3.* versicu-
lo, *erit*, Donellus *in dictu l. sæpe, ff. hoc titulo*,
Graña *in dicto cap. cum super 17. hoc titulo,
num. 20.*
Quo pacto accipiunt lucem Textus *in l. duo-* 9
*bus, ff. de liberali causa, l. patronum. ff. si liber
ingenuus esse dicatur, l. cum non iusto, ff. de collu-
sione detegenda, Glossa in l. cognitio, §. 1. ff. de
liberali causa*, verbo, *nec varie*, ex quorum spe-
cie colligitur sententiam pro ingenuitate latam,
non nocere alteri, qui victus non fuit; vt v. g.
si victor sit proprius seruus, aut libertus, quia
non est sententia lata cum legitimo contradi-
ctore; ob idque talis sententia non nocebit ei,
qui Ius à seipso deducit, non à vitio: notant
Alexander *in dicto l. sæpe, ff. hoc tit. num. 65.* Co-
uarruuias *pract. dicto cap. 13. num. 5.* versic. *se-
cundo.* † Vbi addit quod sententia, quaquis 10
pronunciatur seruus, aut libertus Titij non ei
nocebit, quoad alios, qui ab eodem Titio Ius
non habent, nec ab illius Titij Iure propriam
Intentionem probare contendunt, imo petunt
victum in propriam seruitutem, aut libertini-
tatem, seu Ius Ius patronatus. Quo pacto de-
bet meo videri intelligi, Innocentius *in cap. cau-
sam qua qui filij sint legitimi*, cum, *ibi col. 2.* exi-
stimet sententiam latam pro ingenuitate in ea
controuersia, in qua agitur, an quis sit liber-
tus; & sic de libertinitate, & ingenuitate non
nocere omnibus, nec quoad omnes prodesse ex
dictu l. duobus, dicta l. patronum, quia responsa
ibi, non hoc probant, vt vult Innocent. leges
Couarruuias *supra dicto cap. 13. pract. num. 5.*
versic. *tertio.* † Qui in versic. quarto expendit 11
Textum *in l. Dini Fratres, §. 1. ff. de liberali cau-
sa*: alia vtilissima adducens, *in versiculis, se-
quentibus.*
Itaque concludo quæstionem hanc dicendo 12
cum eo, in versic. *tertio*, & in versic. *primum*,
nihil referre ad Iurisconsulti responsum, *in d.
l. ingenuum, ff. de statu hominum*, quod quis agat de
libertate cõtraria seruituti, vel de libertate cõtra-
ria ingenuitati: nam siue quis pronuncietur liber,
aut ingenuus in controuersia de seruitute, aut
ingenuitate obtinebit decisio, *dict. leg. inge-
nuum*, vt notant, *hic* Felinus *num. 10.* Imola,
& Antonius, Doctores, *in dicta l. 1. ff. si li-
bertus*

bertus ingenuus eſſe dicatur, Alexander, & Imola,
13 in dicta l. s. num. 56. † Et ſic tractetur lis ſu-
per ſtatu alicuius & is pronuncietur ſeruus, vel
libertus Illius, qui cum eo litigat, talis ſenten-
tia nocebit victo, quoad omnes, qui dixerunt,
& allegauerint quod ille ſit ſeruus, aut libertus,
itaque èconiario, ſi quis per ſententiam fuerit
pronunciatus liber, aut ingenuus, talis ſententia
proderit ei, quoad omnes, & nocebit omnibus,
qui eum eſſe ſeruum, aut libertum dixerint; eo
quod fuit in vtroque caſu lata cum legitimo
contradictore, & optimam rationem adiungit
idem, Couarruuias, in dicto, verſic. primum.
14 Prædicta tamen omnia declarabis procedere,
nempe vt ſententia in cauſa ſtatus, faciat Ius
quoad omnes, nempe citati fuerint, vel ha-
buerint ſcientiam litis, ſecundum deciſionem
Rotæ Romanæ, de qua per, Mohedan in de-
ciſ. 8. hoc tit. Riccius collect. 835. in fine, di-
centes, quod ſententia lata in cauſa ſtatus; non
facit Ius, quoad omnes, niſi fuerint citati, vel
habuerint notitiam litis; quod an ſit generali-
15 ter verum; dubitari poteſt. † Sed videtur con-
firmari ex adductis ab eodem Couarruuias dict.
lib. pract. cap. 13. num. 1. in princip verſic. hac
ſane, vbi probans regulam, dict. leg ingenuum,
vt ſententia lata in cauſa ſtatus modo dicto no-
ceat, aut proſit quoad omnes, limitat, cum
ſententia non fuerit contra abſentem, nam in
in eo caſu non facit Ius inter alios, quia præ-
ſumitur abſens, potius condemnatus ea con-
tumacia, quam ea Iure, & Iuſtitia, l. qui re-
pudiantis, §. vltimo, ff. de inofficioſo teſtamento,
Abbas hic num. 21. Bartol. in dicta l. ſi ingenuum,
& in l. ſi ſuperatur. ff de pignoribus: alia adducit
videnda Couarruuias vbi commendat Videndam
l fin. Cod. de legibus, & l ſi perluſoria, §. vlt. de appel-
lationibus.
16 Ex regula dicta leg. ingenuum concordatis, reſ-
pondeo ad illud propoſitum in dubio primo de
ſententia lata ſuper ætate alicuius; quod etſi re-
uera, Abbas, Panormitanus in cap. cum dilecti,
col. vltima de electione, dicant idem in hoc caſu
procedere, ac in ſententia lata ſuper cauſa ſta-
tus, itavt omnibus præiudicet, ſicut illa lata
ſuper ætate ſententia, & hanc repetat opinio-
17 nem idem Panormit. hic num. 20. † Tamen
cum non videam rationem vrgentem, vt ſic
etiam procedat ſuper ætate ſententia, nec ſi-
milis ſit ei, qui fertur ſuper ingenuitate, &
ſtatu; ideo contrarium dici debere teneo cum
Couarruuias in dicto lib. pract. c. 13 ſub n. 5. verſic.
quinto; non enim in hoc poteſt dari ita contradi-
ctor legitimus, quo aliis proſit, aut noceat ſen-
tentia, ſicut in ea.
18 Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſenten-
tia lata in cauſa nobilitatis, faciat Ius inter ſuc-
ceſſores, & alios: docent Otalora de nobilita-
te 2. p. 3. partis, cap 8. num. 5. Tiraquellus de
nobilit. cap. 37. num. 7. quod ſi cauſa nobilitatis
litigatur cum eo, ad quem principaliter nego-
cium ſpectat, ſententia contra ipſum lata, præ-
iudicet aliis, ad quos minus principaliter ſpe-
ctat, veluti, ſi litigatur cum patre, præiudi-
19 cat filiis. † Secus ſi litigatur cum eo, ad quem
æque principaliter ſpectat, veluti ſi talis cauſa
cum fratre, ſit agitata, Surdus deciſ. 289 n. 17.
Cotta in memor. verbo, ſententia pag. 759. Bar-
boſa in cap. cum ſuper 17. hoc tit. num. 14. Balboa
20 num. 91. † Qui num. 94. concluſionem decla-
rat, vt executoria nobilitatis, poſſeſſoria etiam
ſi ſit proprietatis: tunc non proſit collaterali-
bus, quia non continet Ius reale, ſed perſo-
nale, tantum eius, qui poſſedit ex notatis per
Alexandrum in dicta l. ſæpe, num. 49. ff de re iu-
dicata; ita vt eo caſu ſententia illa ſolum faciat
præſumptionem, in fauorem collateralium; non
vero probationem, quia poſſeſſio quid facti eſt,
& quid perſonale, l. cum heredes, ff. de acqui-
renda hereditate, l. 3. §. ex contrario, ff. eodem,
dicens ſic praxi ſeruari in tribunalibus.
Quod ſi res Iudicata orta ſit ex ſententia lata 21
in cauſa nobilitatis: tunc reuera, ſi declarat
quem nobilem eſſe in ſanguine, vulgò de ſangre,
y ſolar conocido, quod facilè dignoſcitur ex for-
ma, & verbis ſententiæ, ea nempe, le declara-
mos por hombre hijo dalgo: tunc reuera eum hæc
ſententia ſit de Iuribus realibus generis, non
de perſonalibus litigantis; nihil aliud facit,
quam eum nobilem declarare, non enim ſen-
tentia facit eum nobilem, ſicut in actione reali
ſententia non facit victorem. Dominum fundi,
ſed Dominum eſſe declarat, l. ex diuerſo, § fin.
ff. de rei vindicatione, ibi, & Iudex ſententia de-
clarauit meum eſſe, l. Pomponius, §. ſed his, ff. de
procurator, ibi, quod enim ſi in hoc Iudicio rem
meam eſſe pronuncietur, l. ſicuti, §. ſed ſi quæratur,
ff. ſi ſeruitus vindicetur. ibi, quia per ſententiam,
non debet ſeruitus conſtitui, ſed quæ eſt declarari:
docet Otalora de nobilitate ſupra dicta 2. p 3. part.
cap. 8. num. 6. † Ioannes Garcia de nobilitate Gloſ- 22
ſa 6. num. 48. vbi vulgari ſermone ait, aunque la
executoria ſea de collateral; ſios de ſolar à pronecha
al colateral, probata deſcendentia de la caſa y fami-
lia executoriada, & reddit rationem, quia hoc
eſt Ius reale, & naturale: & ſic intelligitur,
cum aliis Ceuallos in practicis, quæſt. 636. num. 12.
& 13. & Mieres de maioras. 2. p. illatione 2.
num. 9. & 10.
Vnum tamen notabis, quod quando ſenten- 23
tia, non affert præiudicium, ſed commodum
poterit, aliis prodeſſe collateralibus: quare di-
ait Gregorius in l. 7. tit. 15. p. 4. in verbo, los
otros hermanos, quod vno ex fratribus probato
nobili, cæteris hoc ſufficit, in verbo, los otros
hermanos, dicens quod ſi ſint plures fratres ex
eodem patre nati, quorum vnus per ſenten-
tiam, ſit pronunciatus ciuis Peruſinus, quod
per iſtam ſententiam cenſeantur omnes pro-
nunciati ciues Peruſini, & ſtatim addit, quod
vno ex tribus pronunciato nobili, hoc ſufficit cæteris
fratribus, quod eſt ſingulare. † Quia vt expen- 24
dunt, Aymon. Crauet. conſ 206. Balboa ſuprà d.
cap. 17. hoc tit. num. 92. facilius res inter alios
acta, aliis prodeſt, quam nocet: videbis Sal-
gadum de protectione regia tom. 1. p. 4. cap. 8.
num. 312. vbi probat ea relato exemplo Ciuis
Mediolani: Et confirmatur prædicta Doctrina
ex l. ſi quis liberos, Cod. de naturalibus liberis, ibi,
etſi vni ex multis filiis teſtimonium quodlibet ex præ-
dictis modis præbuerit cæteris, ex eadem muliere natis
ad legitima iura ſufficiet.
Ad tertiam quæſtionis partem, an ſententia 25
lata in cauſa filiationis inter patrem, & filium,
noceat, ſeu proſit omnibus aliis, & reſponde-
tur affirmatiuè, ſi aliis ea ea radice Ius alioqui
competat, Iuxta Textum in l. 1. §. fin. cum lege
ſequenti, ff de liberis agnoſcendis, Baldus in l. 2.
Inter alios, Cod. quibus res Iudicata non nocuat. Alex.
in dicta l. ſæpe, hoc tit. num. 60. Panormitan. hic
num. 18.

*num.*18. Balboa *in dicto cap. cum super* 17. *hoc tit. num.*38. ex eo quia hoc in casu negotium factum est cum legitimo contradictore, videlicet cum Patre à quo causa filiationis in omnes alios deriuatur; ob idque talem sententiam omnibus aliis etiam non vocatis, aut ignorantibus prodesse aut nocere, vt etiam probat Textus, *in leg.* 19. *tit.*22.*p.*3.

26 Quod si lis non fuisset cum patre acta, sed cum aliquo ex transuersa linea, sententia aliis agnatis; cognatisue non præiudicauit ex iam adductis dubio præcedenti: notant relati & probant ex *dict. l. Duobus*, *ff. de liberali, causa l. patronum, ff si libet ingen esse dicatur*, nam cum eo casu omnes æque principaliter tangat negotium; videtur tantum actum esse de priuato commodo litigantis.

27 Vnde infero hoc idem dicendum esse in causa illa, in qua tractatur, an quis sit esse filius legitimus alicuius, an spurius, vt tradit Couarruuias *dicto cap.* 13. *pract. num.* 5. *in princip.* Balboa *in dicto cap. cum super* 17. *hoc tit. num.* 38. *in fine*, ob idque Rota diuers. *p.* 3. *decis.* 108. Riccius *dicta collect.* 835. *ad Textum, in dicta l. ingenuum, ff. de statu hominum*, versic. *infero*, quarto, dicunt quod sententia lata in causa legitimationis, facit Ius quoad omnes eo quod continet causam status.

28 Ad quartam quæstionis partem, an sententia lata contra vnum ex agnatis super feudo, noceat aliis, ad quos feudum pertinebat. Verùm quia hæc difficultas connexitatem habet à Doctrina, quæ deseruit pro vera intelligentia statim sequentis de maioratu Hispaniæ, eo quod Tiraquell. *de iure primog. quæst.* 35. *num.*7. Boërius *decis.*255. Oldradus *cons.*98. *num.*19. Gomezius *in l.*40 *Tauri, num.*73. Couarruuias *in practicis dicto cap.*13 *num.*6. Molina *de primog. lib.*4. *cap.*8. *per totum*, dicunt sententiam latam contra possessorem in bonis maioratus, aut feudalibus nocere illis, qui post victum successuri sunt; ideo ex dictis, ibi, veram huius dubij resolutionem intelliges, & nunc tantum referam duas communes sententias.

29 Prima ergo communis sententia est, quod sententia lata contra vnum ex agnatis super feudo, nocet aliis agnatis, ad quos illo deficiente feudum veniebat, si non fuerint citati vel si nescierint causam agitari, secundùm Iserniam, *in c. si Vassallus*, si de feudo defuncti fuerit contentio inter Dominum, & agnatum, cum aliis, quæ allegat Felinus *in cap. humilis de maioritate, & obedientia.* Quam opinionem dicit communem Decius *con-*

30 *silio* 445. *num.* 29. † Et sic Suarez *tom.*2. *comm. opinionum tractat. de feudis, tit.*2 *num.*226 *pag.*609. Couarruuias *dict. cap.*13 *num.*5. Pinelus *in l.*1 *q.*1. *num.*48. versic. *sed econtrario, Cod. de bonis maternis*, dicunt quod sententia lata contra feudi possessorem, successori pariter iuuat, vel præiudicat. Nostri dubij contrariam opinionem defendit, Alex. *in l filius familias*, §. *Diui col.*3. *ff. de legatis* 1. qui ita, *vbi suprà*; tenet ex Isernia, sed fallitur, eo quod Isernia potius, sit pro prima opinione, vt bene defendit idem Decius *dict. cons.*445. *dicto num.*29. tradit Ceuallos *in practicis, q.*520. & vtique Iserniam defendit contra Alexand. Balboa *in dict. cap.* 17. *hoc tit. à num.* 60. Videndus *à num.* 51.

31 Ad quintam quæstionis partem, an lata super maioratu, præiudicet aliis successoribus, non bene conueniunt Doctores: nam etsi Garcia *de nobilitate Glossa* 40. *à num.*9. Parladorius *rerum quotid. lib.*2. *cap. fin. p.*5. §.9. *num.*22. Gregorius *in l.*20. verbo *ehora, tit.*22. *p.*3. Didacus Perez *lib.*5. *ordinadum ad tit.*2 *p.*93. Gomezius *in l.*40. *Tauri, num.*75. Suarez *num.*73. Suarez *allegatione* 27. *n.*3. Burgos de Paz *cons.*140. *num.*69. Pinelus *in l.*3. *& l.*10. *num.*49. *&* 50. *Cod. de bonis maternis*. Padilla *in l. vnum ex familia*, §.1. *num.*14. *ff. de leg.*2. Menchaca *de successionum creatione*, §.16. *num.*27. *& quæstion. vsufrequent. num.*6. *cap.*6. Bellacomb. *tom.*1. *commun. opinion tit.*17. *num.*2 *pag* 285. Velascus *de Iure emphyt. quæst.*10 *num.*3. teneant vt sententia in causa maioratus legitime lata pro, vel contra possessorem vtique nocet, vel iuuat possessori; idemque teneat Caldas Pereira *de emptione, cap.*31. *n.*29. vbi etiam tenet hoc fallere, si successor, vellet probare sententiam, quæ sibi obijcitur latam fuisse ob culpam, dolum, vel negligentiam eius; contra quem lata est.

Et hanc defendunt multis adductis, Couarruuias *pract. dict. cap.*13. *n.*6. *omnino*, Videndus Molina *de primogeniis, lib.*4. *cap.*8. & *ibi, à num.*3. cum infinitis, Mieres *de maiorat.* 4. *p. quæst.* 14. qui dicit, quod ita practicatur, ne Iudicia procedant in infinitum modo, cum hoc possessore, & statim cum eius successore, & sic deinceps litigando, Simancas *de primogeniis*, qui dicit quod ita seruatur in his Regnis, Otalora *de nobilitate* 2. *p.*3. *part. cap* 8. *num.*7. Alciatus *responso* 492. *num* 33. qui dicit ab ea non esse recedendum, & dixit magis communem, Boërius *decis.* 255. *& cons.* 102. *volum.* 2. *num.* 46. Et huius sententiæ alios patronos adducit Ceuallos *in practicis, quæstion.*636. *num.* 2. dicens eam confirmari, *ibi numero* 4. ex sententia Bartoli, *in l. ad diem*, alias in diem volentis, non esse citandum substitutum, ad examinationem causæ quæ tractatur cum instituto, & sequuntur Angelus, & 32

Romanus. † Secundò nam sententia lata contra institutum, exequitur contra substitutum non citatum, ex *l. ex contractu*, *ff. hoc tit.* quia vbi est eadem ratio vincendi, sententia lata contra vnum prodest, vel nocet alteri ex *l.* 1. *Cod. si vnus ex pluribus appellauerit*, *l* 5. *tit.* 32. *p.* 3. vbi Gregorius, verbo *otro si decimos*, & est Glossa *hic* in nostro Textu verbo, *eadem causa*, & amplius *à num.*5. confirmat ex aliis: & sic in tantum cum aliis ab eo relatis, tenuit Molina *dicto cap.*8. *à num.* 3. vt dixerit quod sententia cum maioratus possessore lata, præiudicet cæteris omnibus successoribus in infinitum non citatis, nec etiam per generale proclama, vel edictum, vel aliàs certioraris, & probat ex Textu ex *l.* 1. §. *quamuis*, versic. *denunciare*, & versic. *denunciari*, quem dicit expressum, *ff. de ventre inspiciendo*, ex *dicta l. ex contractu, l. si patroni*; §. *fin. ff. ad Trebellianum, l. si superatus*, versic. *atqui, ff. de pignor. l. Papinianus*, §. *fin. & l. qui repudiantis*, § *fin. & in l. si suspecta in principio, ff. de inofficioso.* † Et 33

tum demum probat ex eo Molina *num.* 4. *dicto cap.*8. quia regulare est in quocumque Iudicio illum solùm ad quem defensio pertinet, citandum esse, nec exigi citationem eorum, qui ex eo Iudicio in consequentiam lædi possunt, *l. de vnoquoque*, verbo, *quos causa, ff. de re Iudicata*, quam dicit ab omnibus aliis Doctoribus singulariter extolli. 34

Sed

35 Sed contrariam opinionem; vt successori non
citato talis sententia minme noceat, docet sub
dubio Battol *in l.filiumfamilias.§. Diui,num.19.ff de
legatis 1.per Textum,in l.in concedendo ,ff. de aqua
pluuia arcend.& in dicta l sæpe,ff. hoc tit. & per to-
tum titulum*, tes inter alios acta sequitur ex pro-
fesso Andreas de Isernia *in cap.Vasallus,si de feudo
fuerit controuersia*,vbi Albarotus *col.fin.*Matthæus
de Afflictis *num.10.* Et quod hæc opinio habeat
maximam æquitatem firmant Alex.*in dicto § Di-
ui,n.9.*& esse communem asserit Decius *cons 445.
num.19.* Ripa *in dicto §. Diui, num.63.* Burgos de
Paz *cons.14.num.69.*& in sententia lata per con-
fessionem maioratus,tenet Mieres *4. p. q.1. n.31.*
& huius sententiæ Doctores alios congerit Ce-
uallos *dict.q.636.num.1.*alios adducit Couat. *vbi
suprà.*

36 Quæ sententia fundatur ea ratione, quia cum
possessor maioratus non possit bona alienare,pa-
tiformiter,nec actiones eaercere,vt assignant So-
cinus nepos,*cons.131.lib 2.num 93.*Aymon Craue-
ta *cons.117.num.7.*Tiraquellus *de Iure mariti,Glos-
sa 5.num.207.*quem sequitur Cagnolus *in l.res Iu-
dicata.ff. de regulis Iuris*: sequitur Felinus *in cap.
fin.de maioritate, & obedientia*, Capicius *decis.10.
num.23.*Chacherranus *in decis.pedmont per totam,
& num.7.* esmque defendunt plures relati à Co-
uarruuias *dicto cap.13.pract.sub dicto num.6.*Et vi-
detur probari ex Textu *in l ait prætor.ff.de Iure de
liberandi*, ibi, *est enim absurdum ei, cui alienatio
37 interdicitur permitti actiones exercere.* † Et sic
Decius docuit quod in feudis, & bonis simili-
bus restitutioni subiectis, qualia sunt bona ma-
ioratus, sententia lata contra aliquem, non
noceat descendentibus successoribus, quibus
successio defendenda est post mortem victi ex ra-
tione adducta, quia qui alienare non potest,
nec actiones eaercere: videbis Curtium *de feu-
dis, p. 7. quæstion. 11. num. 29.* Zasium *de feud.
alienat. numero 21.* Gregorius, *in lib. 16. titu-
lo 26. p. 4.*

38 Si ergo resideas in prima sententia, quæ
plausibilior, & communior est, non inquam
obstat fundamentum pro secunda deductum
ea *dicta l. ait prætor, ff. de Iure de liber*, pri-
mo quia falsa est argumentatio, quam De-
cius ea ea deducit: nam licet verba eius iam
relata indistinctè, vt iacent allegentur, vt ex
multis aduertit Pinelus *num. 47.* tamen illa alle-
gatio non est indistinctè vera, cum in multis ca-
sibus ille, qui non potest alienare, potest agere
in Iudicio, vt apparet in patre, & in tutore, &
aliis administratoribus, & econtra potest quis
aliquando in Iudicio agere, quamuis, non pos-
sit alienare, vt *in l 1. Cod de his, qui veniam æta-
tis impetrauer.* & ex aliis pluribus Balboa *in cap.
cum super à num. 40.* longe agens de hoc dubio
ad *num. 82.* omnino videndus: Qui vt explicet
neutram absolute sententiam amplectitur, nisi
cum moderamine, eo quòd probet, & affirmet
fere nullum ex Doctoribus primæ sententiæ pro-
bare simpliciter, & absolutè, seu indistinctè
sententiam in causam maioratus, latam nocere
successoribus, sed tantùm in illis casibus, in
quibus Ius successoribus dependet à persona vi-
cti; pro quo facere videntur adducta, *suprà,in c.1.
& aliis seq.quæst.*

39 Quare videtur dicendum, vt quæstio, de
qua nos agimus, sit proponenda sub triplici
specie. Prima quando sententia lata fuit in ea
controuersia, an sit maioratus, vel non sit ma-
ioratus. Secunda, quando controuersia, & lata
sententia fuit super ea quæstione; nempe an bo-
na, super quibus litigatur, sint vinculata, vel
libera. Tertia quando controuersia fuit, & sen-
tentia lata in quæstione successionis; videlicet
an maioratus pertineat ad hanc, vel illam fa-
miliam ex litigantibus, hanc, vel illam fami-
liam, hanc vel illam lineam, sexum vel gra-
dum, & in duabus primis speciebus, procul-
dubio prima communis opinio, vt sententia
successoribus noceat, etiam non citatis videtur
tenenda, vt defendit in specie, Balboa *suprà
num. 49.* colligens prædictam distinctionem ex
Sarmiento, *in l. vnum ex familia, num. 4. ff.
de leg. 2.*

Itaque etsi Doctores communiter de duabus 40
illis speciebus, nihil distinguant, sed com-
muniter loquantur de sententia lata aduersùs
possessorem: nunquid noceat eius successori in
maioratu, & *num. 51.* idem Balboa ex Decio
dicto cons. 445. num. 25. 29. 30. 42. & 45. pro-
ponit, vt indubitabilem sequentem conclu-
sionem scilicet; *Sententiam latam in causa maio-
ratus, quando lata est super successione, nullam
facere rei Iudicata exceptionem, aduersùs succes-
sorem victi, nec illum excludere à noua petitione,
etiam si simile, vel idem Ius in iudicium deducat
ex propria persona, & propria vocatione; quod non
dependet à persona victi, sed à Iure, quod ipse vo-
catus habet à fundatore.* † Et probat ex multis, 41
primo quod in maioratibus Hispaniæ, sicut
etiam in feudis, in quibus vnusquisque venit
ex propria persona, & propria vocatione, in-
dependenter à persona victi, sententia lata
contra litigantem non nocet. † Quod secus 42
erit, quando hæres victi repræsentat defun-
ctum victum ex celebri Doctrina Glossæ *in l. ean-
dem, ff. de exceptione rei Iudicata, Auth. de Iure-
iur. à moriente præstito, §. 1. l hæredes, ff. de regu-
lis Iuris.* † Cum ergo in feudis, & maioratibus 43
successor causam habeat à propria persona, &
vocatione independenter à persona, & Iure vi-
cti, sententia contra victum lata, non poterit
successori nocere; pro quò facit Textus *in l.
posthumus, §. si quis ex his, ff. de inofficioso te-
stamento*, & adducit Balboa *in dicto cap. cum su-
per, num. 54.* Textum nostrum, & Andream
de Iserniam *in cap. §. si Vasallus*, in versic. *sed
nunquid hæc sententia*, si de feudo fuerit contro-
uersia inter Dominum, & agnatos, qui ex-
pressè loquitur in feudis, & ibidem Afflictis,
numero 5. loquitur. † Et *Sic habes quod senten- 44
tia nocet tertio, qui habet, vel habere sperabat
causam ab alio qui sententiam contrariam habuit,
vel prodest tertio, qui à vincente potest habere cau-
sam*, & *à numero 55.* plura alia tradit Balboa
cum Afflictis *in dicto §. si vasallus*,vbi quæstio-
nem de feudo ad vtramque partem disputans re-
sedit in prædicta sententia.

Ob idque Balboa alia adducens, *à num.56.* po- 45
stea, *à num.59.* ait idem ex eadem ratione dicen-
dum in sententia lata in successione maioratus,
quæ nullo modo successori nocere potest, quia in
Ius habet à fundatore sicut omnes cæteri vocati;
ita vt tot censeantur vocationes, quot sunt perso-
næ, ex Decio *d.cons 445.lib.4.num.7.*Socino *con-
silio 38.n.3.lib.4.*Ruino *149.num.14.lib.1.* Molina
de primogeniis,vbi additionator cum multis,*lib.1.
cap.1.à n.17.*

46 Ob idque Gama *decis.* 174. *num.* 17. dixit sententiam latam, non nocere in vim exceptionis rei Iudicatæ successoribus, Segismundus Lofredus *cons.* 10. *à num.* 13. vbi proposita quæstione nostra sic respondet. *Sed in casu, de quo quæritur, non agitur de commodo publico, sed priuato merito dicendum est sententiam filiæ non citatæ non nocere*, Parisius *cons.* 5. *à num.* 36. *lib.* 1. Beroius *cons.* 102. *à num.* 41. Brunus *cons.* 367. *num.* 5. 7. *&* 16. inter consilia Purpurati, & in simili casu ita fuisse Iudicatum in Rota refert Ferretus *consil.* 105. *n.* 18. *lib.* 1. dicens hanc esse communem opinionem,
47 & semper in Iudicio seruatam. † Ob idque & ex aliis multis collectis ex Menochio *cons.* 1. *tomo* 6. *à num.* 1. & ex aliis Doctoribus idem Balboa *in dicto cap. cum super*, videndus *à num.* 68. distinguens duos casus; nempe quando is, qui prætendit succedere in maioratu, tantum est descendens victi, seu quando est etiam descendens, & hæres: nam & si in hoc secundo casu controuersum sit an sententia contra possessorem, noceat successori: tamen *à num.* 71. *&* 72. quando tantum est descendens, late defendit cum pluribus sententiam contra patrem latam, tam in feudis, quam in maioratibus, non nocere successoribus, quia huiusmodi filij, & descendentes, nihil habent à patre, sed à primo institutore, & in maioratibus Hispaniæ putat sine controuersia hanc esse veriorem *ibi n.* 73. ex adductis à Pinello *in l.* 1. *p.* 3. *n.* 99. *Cod. de bonis maternis*, Gregorius Lopez *in l.* 4 *tit.* 15 *p.* 2 *gloss.* 1. *& l.* 2. *tit.* 5. *p.* 2. in verbo *fino el hjo maior*, Peralta *in l.* 3. §. *qui fideicommissum*, *ff. de heredibus insti-*
48 *tuendis*, *n* 48. *&* 52. † Et facit doctrina Molina *dict. lib.* 1. *de primogeniis*, *cap.* 8. *num.* 10. nempe quod si primus successor maioratus, & possessor succedit Iure hæreditario sequentes non censeantur hæredes vltimi possessoris, sed Iure sanguinis ex vi fundationis; ita vt nihil accipiant ab vltimo possessore, sed totum ab ipso institutore; ob idque sententiam latam contra patrem, nullo modo nocere filio.

49 Imo & ipse Balboa responsum præbens sigillatim *in dicto cap. cum super* 17. *hoc titulo*, ad fundamenta communissimæ opinionis, quæ iam retuli, videndus *à num* 74. ait *num.* 70. omnes authores citatos pro illa communiori non loqui in specie prædictæ conclusionis relatæ suprà sub versic. *quare*; quos omnes ait moueri ex *decis. textus*, *in dicta l. ex contractu*, *ff hoc titulo*, quam retorquet pro sua sententia *ibi dicto num.* 71. vbi refert, & impugnat Gomezium *in dicta l.* 40. *Tauri*, *num.* 73. cum in proposita Balboæ, specie contrarium probauit, eiusque fundamenta impugnat *à dicto num.* 74. & de aliis Doctoribus, non regnicolis, dicit ipsos loqui in feudis hæreditariis, in quibus successor simul est hæres, quæ nullo modo ad naturam maioratus debent applicari, vt ostendit latissimè videndus Molina *dicto lib.* 1. *de primogeniis*, *cap.* 8. in quibus filius, non succedit patri, vt hæres, sed, vt filius iuxta formam vocationis,
50 vt cum multis ex antiquis probat. † Quare *sub dicto num.* 71. resoluit Balboa, quod cum prædicti hæredes, & descendentes in maioratibus, nihil habeant à patre, à primo institutore, sententiam illam nocere tantum patri, & illis, qui ab ipso victo causam habuerunt, vt in *L. si à te*, §. *Iulianus*, *ff. de exception. rei Iudicata*, *l. penult. ff. de diuersis, & temporalibus præscription. l. emptori*, *Cod. de euictionibus*, *l. si mater*, §. *Iulianus*, *ff. de exceptione rei Iudicatæ*.

Sed quia adhuc non leue dubium restat, propter fundamenta contrariæ communissimæ sententiæ: tum etiam quia sententia probata contra Episcopum, vel Abbatem præiudicat successoribus, vt *suprà* dixi *sub quæstione* 4. & patet ex Textu *in cap. cum inter hoc titulo*, *cap. cum olim de præscriptionibus*, Tiraquellus *de præscriptionibus*, *quæst.* 37. *num.* 17. *&* 18. Albericus *in l.* 2. *Cod. de donationibus inter.* Aymon *consil.* 10. *num.* 8. Panormitanus *consil.* 62. *lib.* 1 Ceuallos *dicta quæstione* 636. *practicarum num.* 7. & Craueta *consil.* 10. *num.* 8. Tum etiam ex dicendis *infrà*, in versiculo *ad sextam*, de successore Regis. † Ideo pro clariori intellectu posterioris sententiæ, dico differentiam esse constituendam inter sententiam latam in successione maioratus, seu in adiudicatione, aut separatione aliquorum bonorum eius; ita vt nullo modo possit fieri ab vno ad alterum argumentum nam in hoc secundo casu existimo absolutè dicendum, quod sententia lata contra possessorem, nocet eius successori, eo quod tunc sententia sic lata super adiudicatione, aut separatione aliquorum bonorum à maioratu, cum lata videatur contra ipsum fundatorem, & consequenter omnibus successoribus noceat: nam tunc patet, vt legitimus maioratus, & bonorum eius defensor si ipse maioratus possessor, qui si victus sit, cæteri successores censeantur, & etiam victi. † Et sic putat Balboa *in dicto cap. cum super sub n.* 81. *&* 82. intelligi Textum *in dicta l. ex contractu de aqua*, & aliis longissimè loquutus *à dicto n.* 74. dicens in specie illa hæredem fuisse condemnatum ex contractu paterno in certa quantitate, ob idque Iure consultum dicere quod eum hæreditas ad substitutum delata esset, cum hæres pupillus tutoribus authoribus se abstinuisset, sententiam nocere substituto: nam eo casu censetur, contra defunctum testatorem lata, à quo substitutus habet Ius suum. † Ob idque etiam in exemplo prelati, & simili modo dicit debet, quod cum Episcopus, seu Abbas, sint legitimi administratores suæ dignitatis, & tamquam tales, & vt defensores litem prosequantur, super Iure dignitatis, quoties de eo agi contingat, euenit vt sententia noceat, aut prosit successoribus in dignitate: eo quod sit lata super Ius reale eiusdem dignitatis, secus tamen fore si sententia sit tantum personalis, vt v.g. super particulari Iure Episcopi, aut Abbatis: tunc enim non præiudicabit successoribus in dignitate, de cuius Iure actum non est ex doctrina Textus *in cap. dilecto* 25. *de præbendis*, vbi tantum fuit deductum Ius litigatoris, quia vt ait Glossa *ibi* in verbo *non obsistat*, sententia inter aliquos lata, aliis etiam paribus, non præiudicat, cum vnusquisque habet Ius independens ab alio: nam agendo contra vnum, non agitur de Iure alterius: facit Textus *in l.* 2. *Cod. de exception.* *l.* 2. *Cod quibus res Iudicata*, Bologninus *consil.* 78. de cuius intellectu iam *suprà* dixi. 51 52 53 54

Facit etiam, nisi aliud obsistat, nam quilibet successor habet Ius ex propria persona, & propria vocatione, ordine mortalitatis seruato, Baldus *in cap.* 1. §. *denique*, quæ sit prima causa beneficij 55

beneficij amittendi; Gama *decis.* 171. *num.* 17. Parisius *cons.*65.*lib.*3.*à num.*16.quia quilibet successor,etiam post mille generationes, successor est fundatoris,non verò vltimi possessoris,Peralta *in l.*3.§.*qui fideicommissam, num.*130.*ff. de haeredit. instituendis*, Molina *de primogenit. dicto lib.*1. *cap.* 8. *num.* 10. itaque dixit Sarmientus *in l. vnum ex familia*, §. *si de falcidia*, *num.* 3. *ff. de leg.* 3. respectu fundatoris, quemlibet esse successorem habentem Ius proprium distinctum à Iure alterius cuiuscumque successoris; & ob id Balboa *in dicto cap. cum super*, *num.*80. *&* 81. videtur deducere ex ante dictis, vt ex sententia lata aduersùs possessorem maioratus non fiat praeiudicium successori in eo,eo quod,vt iam, *suprà*, dixi vnusquisque litigantium fundatur in
56 propria vocatione. † Sed ego adhuc pro prima communissima sententia, cum successor dependet à Iure possessoris; cum quo litigatum fuit probabiliter, & non minus crederem; in ea insistendum, ex fundamentis iam, *suprà*, adductis pro ea: & Minchaca *de success. creat. lib.* 2. §. 15. *num.*7. vtramque vocat probabilem, & communem: videbis Mieres *de maiorat.dict.*4 *p. quaest.* 14.

57 Pro complemento huius dubij aduertes cum Molina *dict. lib.* 4. *cap.* 8. *de primogeniis*, & cum multis ab eo relatis, & aliis adductis per eius additionatores sequentes casus; primus quod instantia coepta cum maioratus possessore, pertransit in sequentes successores, ita vt lis non debeat denuo cum eisdem inchoari, sed sequens successor in eo statu Iudicium subire debeat, in quo ab ipso maioratus possessore relictum fuerit ex *l.in Iudicio,ff familiae erciscundae*, pro cuius vera pro doctrina adiunges dicta *sup.in c.pen.de foro,d. quaest.*18

58 Sed ipse Molina cum aliis, *num.* 11. ait quod si lis coepta fuerit cum maioratus successore, viuente possessore: tunc sententia nullo modo sequētibus successoribus praeiudiciū afferat sed tantùm noceat litiganti,quod limitat,versic.*fin* in eo casu, quo successor maioratus litiget cum eodem possessore super dilapidatione, alienatione ve, seu alia causa: tunc praeiudicabit successoribus, cum Iudicium non super Iure futuro, sed praesenti agatur.

59 Secundus casus, est vt non solùm sententia cum maioratus possessore lata, sed etiam omnia acta Iudicij sequentibus successoribus praeiudicium afferat, ex *cap. inter dilectos*, versic. *nec attestationes de fide instrument. l. sed etsi possessor.*§.*fin. ff. de Iureiurando*, melior Textus, *in l. lege Iulia, ff. de manumissionibus singularis ad hoc*, secundum Iasonem *in l. de die in princ. ff. qui satis dare cogantur*, Doctores, *in cap. causam quae de testibus*, & multis adductis probat idem, Molina *dicto lib* 4.*cap.* 8. *num.* 3. Balboa tradit cum aliis, *in*
60 *dicto cap. cum super hoc tit. num.* 45. † Imo idem Molina *num.*7. 8.,9.*&* 10. declarat praedictam regulam, vt sententia lata contra possessorem maioratus, noceat successori, dum tamen litem prosequutus sit; atque in ea bona fide, atque citra dolum, & negligentiam se gerat; vel lis ob eius contumaciam, eo absente tractetur: sic probans ex multis, & procedere, probata fraude,& collusione,quae satis probatur,eo ipso,quod principalis victus non curauit Iura sua deducere, vel exhibere,vel quando maioratus possessor, qui diligentissime se gessit in lite, victus à sententia

non appellauit, vel vbicumque circa sententiam versabitur dolus fraus, negligentia, collusio, omissio, vel actus voluntarius succumbentis, de quo iam ex multis dixi, *sup. in q.* 4. versic. *est igitur*, quae omnia intelligi debent in maioratu, secundùm primam huius dubij opinionem.

Ad sextam quaestionis partem, an sententia lata contra Regem, praeiudicet eius filio primogenito, vt late respondeas, praeter iam dicta adiunges quae adduxi, *supra in cap. quia v. de Iudicis*, *quaest.* 14. vbi egi de quaestione illa, an successor maioratus, seu Regni, teneatur stare locationi praedecessoris, de qua aliqua cum multis adduxit Ceuallos *dict. quaest.*636. *in practicis,à num.*14. & sic breuiter dico sententiam contra regem latam, eius filio primogenito praeiudicare, si haeres sit patri, vt docent Anchartanus *in cap licet vniuersis de voto*, Oldradus *cons.*98.Balboa *in dicto cap.cum super* 17.*hoc tit.num.*64.†Qui 61
infra,*sub num.*70.supponit cum Oldrado *cons.*44. *num.*22 Regem potuisse alienare bona Regni ad libitum,& consequenter ea in Iudicium deducere,in quo quasi contrahitur,*l.*3 §.*idem scribit ff. de peculio*, & sequitur cum Oldrado Albericus *in procemio*,§.*discipuli*,*n.*17.*&* 18.*& in l.penult Cod.de donationibus inter*, versic.*pro parte filiorum*,& versic. *ex quo concluditur*, Ancharranus *in dicto cap.licet,num.*17. † Supponunt enim Albericus,& An- 63
charranus primogenitum Regis, haberi loco haeredis, & tanquam haeredem obligari. † Ob 64
idque Tiraquellus *de primogeniis neruosè defendit*, & Otalora *de nobilitate* 2. *p.*3. *part. princip. cap.*8. *num.* 1.2.*&* 7. Regem in Regno Iure haereditario succedere,potius, quàm Iure sanguinis: alia Doctores adducunt,& ego alibi nonnulla dixi, *in c.*1. *de probat.in fine.*

Vnde iam pro complemento materiae Textus 65
nostri, praeter casus iam adductos, dico primo quod sententia lata contra possidentem naturaliter,non praeiudicat possidenti ciuiliter, *Glossa vlt. in fine*,*l.Pomponius*, §*si is qui precario. ff. de acquir. possess.*Imola,*in l.saepe n.*26.versic.*si autem feritur, ff. hoc tit.*Barbosa *in d.c cum super,hoc tit sub n* 15.

Secundo dico quod regula ex nostro Textu 66
deducta,nempe vt sententia inter alios lata; aliis noceat, aut prosit, quoad Ius publicum, quoad numera scilicet publica,quoties causa fuerit examinata,quantum ad hoc publicum commodum, *l.eum qui*,§.*in popularibus*, *ff. de Iureiur.* & confirmatur ex exemplis adductis, *sup.q.*4. à versic. *ad quartam*,cum aliis, in terminis,Couar.*d.lib.pract. cap.*13.*n* 5.*in princ.*

Tertiò regulam declaro cum Rota *decis.* 548. 67
Riccio *collect.*835.*ad Textum,in l.ingenuum*, *ff. de statu hominum*, vt regulariter sententia inter alios lata,non faciat Ius,nisi quis sit intrusus lite pendente.

Quarto vt sententia lata contra principalem 68
reum, possit mandari executioni contra eum, qui rem litigiosam emit,Alex.Trentacinq.*variar. resolut. lib.*2. *tit. de Iudiciis*, *res.*17. *num.*49. Barbosa, *in dict. cap. cum super* 17. *hoc titulo*, *num.* 16.

Quinto Iure cautum esse, vt in quocumque 69
Iudicio, solus ille citandus sit, qui primam habet litis defensionem; adeo vt successorem citare necessum non sit, Glossa *in l. de vnoquoque*, verbo, *quos causa*, *ff. hoc titulo*, Tiraquellus *in tractat.res inter alios acta,in princ.*Balboa

in d.c.cum super,n.44. vbi pouit alia generalia huius regulæ.

70 Sexto idem Balboa *num. 57.* cum Decio *in l. aliud est vendere,§ fin.ff.de regulis Iuris,* Tiraquello *de retractu linagier,§.36.Glossa 2.num.*19.per Textum *in l.lex vectigali,ff. de pignoribus , & in cap.*1. *§.rursus , quibus modis feudum admittatur* , ponit aliam Iuris regulam,qua docemur quod resoluto Iure dantis,resoluitur Ius accipientis.

71 *Septimo aduertendum est,* cum Bartol. *in l. diem, n.2 ff.de aqua pluuia,num.*1.vbi Cumanus , & cum Gomez.*in l.50.tauri,num.*32.in fiue magnam constitui differentiam inter actum voluntarium , & necessarium , Iudicij: nam voluntarius,successori non nocet;necessarius verò, qualis est, qui resultat ex Iudicio, & re Iudicata successorio noceat. † Et sic dixit Balbua *in dict.cap.cum super hoc tit. n.*43,notabilem resultare differentiam inter alienationem voluntariam,& necessariam, qualis est quæ resultat ex sententia,quæ fertur in inuitum, Ex quibus omnibus constituitur vera intelligentia regulæ Textus nostri,& cum his finitur Textus Die 15.Maj 1654.in festo sancti Isidori Agricolæ hic Vallisolet.

His omnibus de regula res inter alios acta adijcies plura quæ scribit Gaitus *de credit.*cum infinitis,*cap.2.tit.*3. *art.*1.2. *&* 3. cum infinitis ab eo relatis.

AD TEXTVM IN CAPITE FIN.

Duobus, huius tituli, de Re Iudicata.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

2 *Matrimonialis contractus omnes alios antecedit prærogatiuis.*

3 *Rei fauorabiliores sunt,quàm actores.*

7 *Sententia qua valeat lata à Iudicibus discordantibus*, n. 8. 9. 11.

8 *Sententia quæ profertur cum maiore parte votorum præfertur : quid in æquali Iudicantium numero.*

9 *Sententia in qua summa debeat intelligi, quando ex tribus Iudicibus,vnus condemnat in 5.alius in 10.in tertius in 15.*

1 LITTARA huius Textus sub compendio verborum longam, & diuersam materiam tangit , quam si sigillatim tractarem longiores commentarij fieri deberent ; sed quia de singulis eius partibus in aliis locis abundantius dico ; ideo hic breuiter adnotabis quæ refert ex multis Barbosa, de priuilegio sententiæ circa matrimonium , & dotem , de quo applicabis aliqua dicta *in cap. cum consanguinei* 1. *hoc tit.* quam de sententia ferenda pro fisco , pro libertate , seu in aliqualibet fauorabili , vt alimentorum , & sic præter ea , & Doctorea adductos à Barbosa *ibi* , quibus addo Riccium *collect.* 564. ad Textum nostrum , vbi refert 17. priuilegia matrimonialis causæ, *ibi*, Videndus aliquid dixi,*suprà, in cap.suam de ordine cognit. quæst.*10.11.12. *ibi*, vt causa Matrimonij,& dotis, debeat tractari coram Ecclesiastico,& quare non coram laico : De priuilegio Matrimonij,vt filij nascantur legitimi dico *infra in cap.tanta qui filij sint legitimi.* Et de dote plura,*in cap.plerumque de donat.inter virum,& vxorē.*† Et quod matrimonij contractus omnes alios 2
fauoribus,& prærogatiuis antecedat dixit Francisc. Molin *de ritu nuptiarum.lib.*1 *compar.*17. *n.*4. nam Iudicis officium in causis Matrimonialibus exuberat Treuisanus Venetiæ *dec.6.n.5.lib.*1.Barbosa *in cap.dilecta 39 n fin appellat.* vbi etiam cum Robnster *dec.*117.*n.*2.*&* 4.*part.*1.*diuers.*dicit quod causa Matrimonlalis, fauorem publicum concernit;ita vt sit dote fauorabilior.

Hic etiam agitur de regula,quod fauorabiliores sunt rei,potius quam actores ; & sic in dubio 3
pro eis sententiam esse ferendam:videbis ad regulam,*infra de reg iur lib.6 cap.*11.cum sunt partium & *ibi*,Dinum , & cum multis Barbosa videndus, etiam Balboa *in cap* 1.*de probat.à n.70.&* 71. ego ipse,*supra in cap fin.de Iureiurando* §. 1. *& fin.* vbi latissimè egi de regula , vt actore non probante, reus sit absoluendus, & *ibi*, dicta,hic debent magnopere applicari.

De priuilegio fisci iam alibi dixi aliqua de 4
præferendo fisco:late & bene agit videndus Couarruuias *lib.* 1. *variar. cap.*16. *num.*4. *&* 5. per hunc Textum nonnulla , *sub cap.* 1. & aliis de præscriptionibus.

De priuilegio libertatis,eo quod pro ea potius 5
sit ferenda sententia:videbis quæ docent,*hic* Doctores communiter.

De alimentis , & aliis causis priuilegiatis , seu 6
summariis , applicabis dicta , *in cap. dilecti 6. de Iudiciis , quæst.* 15. *&* 16. vbi de Iudicio in eia faciendo ; eo quod statim istæ causæ exequantur , non obstante appellatione : Videbis *supra in cap. 15. hoc tit. & infra in cap. 7. de appellationibus.*

Ad Textum hunc principalis conclusio est 7
quænam sententia valeat lata à Iudicibus discordantibus,& facit Pontifex differentiam,à lata per Indices ordinarios,& à lata per delegatos,seu arbitros;quæ inquisitio pertinet ad Textum *in l.de die,§.si plures,ff.de arbitris, & ad Textum in cap.*1. *hoc tit. lib.*6. & de Iudicibus disparibus late cum multis Videndus Donel.*lib.*22.*comm cap.*8.& Couarru.*lib.*1.*variar.cap.*2.*à num.*6.legendus,vbi agit de Iudicibus discordantibus;& sic de arbitro nominando.

His ergo suppositis breuiter libuit adnotare 8
sequentia; primo quod sententia , quæ profertur cum maiori parte votorum, est proferenda, Afflictis *decis.*1.

Secundo quod inæquali Iudicantium numero 9
præfertur causa dignitatis,Thesaurus *decis.*1.Tertio quod si ex tribus Iudicibus primus condemnat in quinque,secūdus in decem,tertius in quindecim:tunc præferri sententiam in decem, provt pluries Senatus Iudicauit,de quo qualiter verum, videbis ad Textum *in dicto cap.*1. *hoc tit.* & Osaschum *dec* 22.& Thesaurum *dict. decis.*1. *num.*10. Videbis Mastrilum *in decis.*183. Sed de Franchia decidit,*in decis.* 556. quod in sententia in maiori summa,non est minor;ob idque Riccius,qui hæc, & alia congerit,*collect.*511 *ad Textum id l.inter pares, ff. hoc titulo* , dixit hodie limitari dispositionem , Textua , *in cap.* 1. *de arbitris* , *lib.6.* vbi dicit Textum , *in dicta l. inter pares* , & eius

eius dispositionem, seruari tantum in tribunali Regiæ Cameræ, & non in aliis, eum deponit *in decis.* 3.

10 Per hunc Textum potest etiam agi de quæstione, an Iudex possit Iudicare, secundùm opinionem probabilem, relicta probabiliori, de quo iam dixi *in cap.* 4 *de feriis quæst* 4. interim videbis Dianam cum multis ab eo relatis *p.* 5. *tract.* 14. *in addition. res.* 13.

11 Et ad propositum nostri Textus, aliqua omnino videnda adducit, Gratianus *de probationib.* *p.* 2. *cap.* 43. *à num.* 69. vbi quando sententia plurimorum prævaleat, vbi *num.* 72. quod sententia maioris partis, valet in pluribus Iudicibus ordinariis quid si vnus ex collegis absens sit sub dicto *num.* 69. & *dicto num.* 70. vbi quod, sententiæ arbitrorum in pari numero, non valent: videbis dicta ad Textum *in cap. prudentiam de officio delegati*; Et cum his absoluitur sic summatiè ista Inquisitio.

AD RVBRICAM, ET TITVLVM, De Appellat. Recusat. Supplicat. & Relationibus.

SVMMARIVM.

1 *Partitio huius Rubricæ, & tituli.*

2 *Appellationis materia quibus in locis Iuris sedeat, & à quibus ex proposito tractetur, num* 3.

4 *Appellationis materia quæstiones* 26. *iam alibi ex proposito agitata designantur, sub num. sequent à num.* 1. *ad* 27.

1 HVIVS Tituli materia latissima est, & generalis, quam ego, vt nihil intactum reliquam, tum sub hac Rubrica, tum sub Rubro, & eius singulis capitibus tota breuitate, quo possim tractare conabor. Et quis in hoc titulo fuor nonnulla Iura, In quibus agitur de Recusationibus Iudicum; ideò vt repetitionem fugiam, adjunges hîc quæ latè dixi *suprà in cap.* 4. *de foro compet.* vbi ferè per quadraginta quatuor quæstiones integram Recusationis materiam peregi. De materia Inhibitionum, quæ ad hanc tractationem spectat, ago *infrà in cap. vt nostrum, hoc titulo.* De materia attentatorum ago *sub cap.* 1. *& in cap. bonæ* 51. *hoc etiam titulo,* vbi latè videbis nonnulla quæ dixi *suprà*, vt lite pendente nihil innouetur; item alia quæ dixi in Titulo, vt lite non contestata. non procedatur ad testium receptionem. Sub hoc titulo etiam agitur de nullitate, & reuocatione sententiæ, de quo *suprà in cap.* 1. *& cap. suberrib*, & in aliis Iuribus de sententia, & re iudicata.

2 Et quia sunt plures Doctores, tam practici, quam theorici, & etiam Theologi Morales, qui de hac materia titulos, capita, quæstiones, seu integros tractus fecerunt, & composuerunt, ideo ante ingressum huius tractationis, vt ad vberiorem Inquisitionem totios materiæ, possis peruenire, assigno sequentes, cum pluribus aliis ab eo citatis. Et *Fermosin. de Exceptionib* ante omnia in Iure antiquo Ciuili, & Canonico, & nostro Regio, assigno loca, vbi Doctores Classici, scholastici, antiqui, & neoterici hanc tractationem peragunt. In pandectis enim agitur de materia *lib* 49 *ff. ex titulo* 1. *ad* 4. in Codice Iustinianeo *ex titulo* 62. *ad tit* 7 *lib.* 7. & *Nouell. constit.* 23. 93. & 103. De hoc nostro Iure Canonico in hoc nostro titulo, & in eisdem *titulis lib.* 6. & Clementinis, & in Gratiani decreto, per totam causam secundam *quæst.* 6. de Iure nostro Regio in practicis *sub titulo* 23. *p* 3. *& in ordinamento reali titulo* 16. *lib.* 3 *& in noua recopilat. titulo* 28, *lib.* 4. De vsu appellationum scripsit cum multis ab eo relatis Osualdus ad Donellum *lib.* 28, *comment. cap.* 3. *de fine cap.* 4. de introductione, & ratione appellationis *cap* 7. de Iudicis officio in appellatione *cap* 9. Quo Iure fuit introducta appellatio ea mediante, vt recortatur per viam violentiæ ad Cancellarias, & audientias, siue consilium reale supremum, Ceuallos 1. & 2. *parte*, de cognitione per viam violentiæ vberrimè Diuus Franciscus Salgado *de regia protectione*; post eos Salcedo *de lege politica*, cum aliis, quos ego collegi *suprà in cap.* 2. *de Iudiciis, quæst.* 19. cum aliis duabus.

3 Et præter antiquos Doctores qui scripserunt de hac materia in præcitatis locis integros tractatus fecerunt, Guido Pap. Federicus Schanch. & Ioannes Ferrara, qui inueniuntur *in tomo* 14. *tractatuum in antiquis Bonin Contruf. tomo* 5. *tractatuum Doctorum folio* 55 Petrus Gregorius, Tolosanus *sintagmat. libro* 50. *titulo* 2. Derodius, Iulius Cæsar, Buginellus, & Sigismundus, Scaccia *de appellation. temporum diuersis*, Albericus Gentilis *de appellation. Ecclesia Africanæ, ad Romanam sedem*, Marius Antonius, *de Capella*, Diuus Ioannes de Narbona *de appellatione Vicary ad Episcopum* latè Lancellotus, qui integrum fecit tractatum de attentatis, siue de appellationibus, Ioannes Vbamesius alterum ad titulum hunc

Petrus Rebuffus *tom* 3. *ad leges Gallicas*, *titulo de appellation*. & *altero titulo de appellation ab Abusu*, Antonius Gabriel *tomo* 3. *commun. opinion.* Donellus, *libro* 28. *commentar. ex cap.* 4. *ad* 14. Mascatd. *de probat. concl.* 114. *ad concl.* 126. Hieronimus Portoles *in additionib. ad Molinam* 1. *tomo*, 5. *appellatio*, Sesse *in tractatu de inhibition. cap.* 2. §. 3. *ex num.* 88. videndus Gutierrez *de Iuram. confirmat.* 3 *parte*, *cap.* 5. Alexander Trentacinq. *variarum resolutionum libro* 2. *titulo de appellationibus*, Bellacomb. Viuan. & alij *tomo* 2. *commun. opinionum*, *lib.* 7. *titulo* 22. *cum sequent.* Brunor. à Sole *in locis communibus*, verbo *appellatio*, Cardosus *in praxi Iudicum* eodem verbo, Galganetus *de Iure publico lib.* 1. *titulo* 40. *cum sequentibus*, Barbosa cum multis, Balboa, Graña ad singula nostri tituli Iura, Ioannes Baptista Banagiet, & Andreas Valensis ad Rubricam nostri tituli plures quæstiones congerunt ad praxim, Antonius Pichardus *in manuductión. parte* 4. *per totam*, Amato Rodriguez *de ordinando processu cap. fin* Curia Philippica *tomo* 1. *parte* 5. *per totam* Regnicolæ, Gregorius Lopez *titulo* 23. *parto* 3. Didacus Perez *in ordinam. libro* 3. *titulo* 6. Azeuedus *tit.* 18. *lib.* 4. *recopilat.* Paz *in praxi* 6, *part. tomo* 1. *in proœm.* & *per totam*, & *tomo* 2. *part.* 5. *cap. unico* ad plures quæstionis Paz *in comment. leg.* 150. & *sequent. in legibus styli*, Hugocelsus *in repertorio legum Regni littera A*, verbo *appellation. ex num.* 2. *ad* 33. & quoad appellationes, quas diximus *de menor quantia* quæ deferuntur ad decuriones Ciuitatum, lato sermone scribunt, Didacus Perez *dicto titulo* 16. *libro* 3. *ordinam.* Glossa *Regidores*, Auendaño *in cap. prætor*, *cap.* 1. *num.* 31. & *respons.* 26. Abiles *in forma Syndicatus articulo* 49. Bobadilla *in politic. lib.* 3. *cap.* 8. *ex num.* 183. Monterrosa *in practicar.* 2. *tractatu folio* 13. Gutierrez *suprà*. Et ad plura alia in praxi omnium criminalium, etiam alterius Regni, Robertus, Maranta *in praxi part.* 6. *actu* 1. *ex num.* 1. Couarruuias *de appellatione pendente nouata*, & *reuocatione attent. in pract. cap.* 23. & 14. *cap.* 25. *de nullit. objectione cap.* 26. *de recusation.* & *infrà* sub hac Rubrica plures alios refero, dum ago de nonnullis generalibus, & quæstionibus ad eam spectantibus.

Quare cum stylus nostri instituti sit non 4 repetere ad longum quæstiones iam alibi adductas, quæ iuxta materiam capitum, vbi tractatæ manent, sunt ad longum positæ, hic summatim refero sequentes, ad quas recurres in locis proximè assignatis, vt subterfugias longos commentarios; etiam si tibi parum molestum videatur eos inuisere.

SVMMARIVM QVÆSTIONVM aliis in locis tractatarum.

I. APPELLATIO, seu alternatiua, an admittatur, egi *in cap.* 2. *de libelli oblatione*, versic. *ad secundum.*

II. Appellatio an admittatur à termino nimis breui assignato, vt partes comparent, *in c.* 1. *de dilationibus*, *quæst.* 3. in versic. *ad vltimam*, *à num.* 7.

III. Appellatio an admittatur à Iudice, qui interloquendo pronunciat reum absoluendum ab obseruatione Iudicij, quia actor non probauit ante difinitiuam sententiam, *in cap. examinata* 15. *de Iudiciis*, *quæst.* 26.

IV. Appellatio, an licita sit à simul cognoscente de principali, & exceptionibus præiudicialibus, vel litè nondum contestata, testes recipiente, *in cap. exhibita de Iudiciis*, *quæst.* 1. vbi affirmaui.

V. Appellatio (de qua in quæstione præcedenti) si pronuncietur iniusta, an cognitio causæ debeat redire ad Iudices delegatos, de quibus *in dicto cap. exhibita*, ibi *quæst.* 2. vbi affirmaui.

VI. Appellatio an detur à sententia mixti executoris, quis dicatur mixtus executor, & de aliis, *in dicto capite exhibita quæstione* 3. vbi affirmaui secus de vero executore.

VII. Appellatio an legitima sit, vel explodi debeat, eius, qui eum offerret, suam exceptionem probare, admissus à Iudice non fuit, *in dicto cap. exhibita quæst.* 4. & affirmaui si in tempore ordinario.

VIII. Appellatio an licita sit à declaratione facta Iudicis suspicionis recusati, *in cap.* 4. *de foro competent. quæst.* 36. *num.* 13. versic. *ad vltimam*, vbi resolutiuè affirmaui.

IX. Appellatio, & recusatio an ita æquiparentur, vt delegata causa, appellatione remota, intelligatur virtute huius clausulæ, etiam sublata recusatio *in dicto cap.* 41. *quæst.* dixi vt æquiparentur per modum regulæ.

X. Appella

X. Appellatio an valeat stante consuetudine appellandi de Iudice sæculari ad Ecclesiasticum, *cap. licet ex suscepto* 10. *de foro compet. quæst.* 13. affirmaui sed non de Ecclesiastico ad laicum.

XI. An appellari possit à sententia lata super possessorio: & an sit interlocutoria, vel diffinitiua latè *infrà in cap. fin. de Iudiciis*, *quæst.* 7. *plura infrà in cap.* 11. *& ibi ad aliam quæst.* 8.

XII. Appellationis fatalia: an possint partes litigantes abbreuiare, seu prorogare; dixi *in cap.* 1. *de dilation. quæst.* 3. in versic. *ad vltimam*, *ex num.* 13. & dico *infrà sub cap.* 4. *&* 5.

XIII. Appellationis libellus, an in die feriata porrigi possit, *cap.* 1. *de feriis q.* 3. versic. *ad vltimum*, *à num.* 7.

XIV. Appellationis Iudex condemnans ad expensas, an videatur condemnare ad expensas primæ instantiæ, *in capite finem litibus*, *quæstione* 5. versic. *ad vltimam.*

XV. Appellatione pendente an possit Iudex à quo procedere ad taxationem expensarum, *dicto cap. finem litibus quæst.* 7. *num.* 1.

XVI Appellatione pendente, an sequæstrum admittatur, *in cap.* 2. *de sequæstrat. possess. & fruct. quæst.* 2.

XVII. Appellans an possit prætextu interpositæ appellationis recusare Iudicem à quo appellauit, *cap. si quis contra Clericum* 4. *de foro competent, quæst.* 36. & negaui *à num.* 8.

XVIII. Appellandum an sit ad Dominum feudi, *cap. cæterum de Iudic. quæst.* 14. vbi distingui.

XIX. Appellare an possit subditus à correptione prælati *in cap. nouit de Iudic. q.* 50. vbi negaui si modus non exceditur.

XX. Appellare an possit Clericus ad Iudicem Ecclesiasticum, quando litigat coram sæculari *in cap. ex suscepto* 10. *de foro compet. quæst.* 13. vbi affirmatur si laicus Iudex sit Papæ subjectus.

XXI. Appellare an possit victor ab omissa expensarum condemnatione *in cap. finem litibus de dolo, & contumacia q.* 6. *à num.* 1.

XXII. Appellare an possit uictor ab absolutione expensarum. XXIII. Vbi de, appellante in eo, qui sibi præiudicat, *in dicto cap. finem litibus quæst.* 6. in versic. *ad tertiam.*

XXIV. Appellari an liceat à lata sententia super remedio *cap. reintegranda* 3. *q.* 1. *in cap. sæpè de rest. spoliat. q.* 4. versic. *ad secundam.*

XXV. Appellari an liceat à Iudice recipiente testes nondum litè contestata, *in Rubrica vt litè non contestata*, *non procedatur ad testium receptio*[n]. *quæst.* 1. remissiuè.

XXVI. Appellari an possit à sententia Iureiurando causam decidentis *in cap. fin. de Iureiurando quæst.* 4. in versic. *ad quintam.*

XXVII. De nonnullis aliis dico *suprà sub textu in cap. quoad consultationem hoc tit.* vt videre poteris in alphabeto generali quæstionum.

XXVIII.. Appellatio à lege vel priuilegio an valeat; dixi *in cap. cum omnes* 6. *de constitution. quæst.* 3. versic. *ad secundam.*

AD RVBRICAM PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis difinitio quæ, & ad quem finem.*

2 *Appellatio duplex, Iudicialis, aut extra Iudicialis, quæ vtraque. à numero* 4. *&* 5.

5 *Apppellatio extra Iudicialis, solet dici prouocatio, ad causam, & habet vim conuentionis, in quibus fiat, & ad quos Iudices, num.* 6. *&* 7.

7 *Prouocatio extra Iudicialis ad quos Iudices interponatur, n.* 8.

8 *Appellationes extraiudiciales vocantur vulgò*, requirimientos.

9 *Appellationes Iudiciales, siue extraiudiciales aliæ Iustæ aliæ friuolæ, & quæ istæ.*

10 *Appellatio fuit nimis necessaria, vt sententiæ Iudicum inferiorum, grauamen inferentes reuocarentur, seu moderarentur.*

11 Appella

1 Est enim appellatio ab inferiori Iudice ad Superiorem facta prouocatio ratione grauaminis illati; vel inferendi, & hoc etiam si Iudex extraiudicialiter procedat, fit enim ad reparandam sententiæ, seu grauaminis iniquitatem, siue per malitiam, siue per ignorantiam acciderit, cuius definitionis partes expendit Barbosa
2 hic, *sub num.* 4. † Est enim duplex, vna iudicialis, alia extraiudicialis, iudicialis dicitur illa quæ de rebus in Iudicium deductis, fit in quacumque Iudicij parte: extraiudicialis, quæ adhuc causa non cœpta interponitur, veluti à spoliatione, vel electione, seu ab aliis, quæ pertinent potiùs ad causam inchoandam; cum tamen ipsa non inchoet, nec per eius interpositionem fiat litis pendentia: latè Franeus *in cap bona* 51. *hoc tit. decisio Rota* 763. Pichardus *in manuduction. p. 4. in praiudicio num.* 16 & 17. Andreas Valensis *hic, num.* 2. & 3. expendit Balboa *in cap.* 1. *hoc tit. à num.* 6.

Vnde si plures, quos Petrus Gregor. recenset 3
3. *p. Sintagm. tit.* 2. *lib.* 50. *num* 4 & 5. plures appellationum species constituant, sed reuerà eas omnes ad duas prædictas referre dicendum est, vt resoluunt etiam idem Petrus Gregor *dicto num.* 5. Ferrarius *lib.* 1. *de appellat. cap.* 1. Rebusus *in eodem tractatu num.* 53. *in præfat.* Paz *in praxi p.* 5. *tom.* 1. *in proœmio num.* 8. 9. & 10. Azeuedus *in Rubr. tit.* 18. *num.* 4. imo hæc diuisio colligitur satis ex *cap. cum sit Rom.* 4. *hoc tit.* vbi Doctores agunt vberrimè, & ferè omnes iam suprà adducti.

Iudicialis dicitur propriè appellatio; imo & 4
strictè, extraiudicialis vero dicitur appellatio latè sumpta; illa est à sententia, siue definitiua, siue interlocutoria, vt ea colligatur Valensis *dicto num.* 3. imo dicitur illa, quæ de rebus iam in Iudicium deductis in quacumque Iudicij parte fit, quæ & illa membra continet; quæ alij constituunt, dũ aiunt esse *ante Iudic.* quæ ante litis contestationem fit, *c. significante. c. Rodulph.* 35. *de rescript.* dicunt etiam esse extraiudicialem; id est quæ interponitur à sententia difinitiua; item aliam dicunt esse post iudicialem, quæ adjicitur executioni iuxta Textum *in cap. quoad consultationem* 15. *l. ab executione, Cod quorum appell. non recipiantur, l. ab Executore* 4. *Cod. de appell.* videbis Balb. *in cap.* 1. *hoc tit. à n.* 9.

Extraiudicialis inquam est ea, quæ solet in- 5
terponi ab actibus extraiudicialibus, vt *in c.* 1. *cap. concertationi hoc tit. in* 6 *leg.* 1. §. *solent, ff. quando appellandum sit*, & hæc solet dici prouocatio ad causam, & habet vim conuentionis,
dicto cap. num sit Romana, §. *si verò hoc tit.* † Fit 6
enim hæc prouocatio, non tantum ab his, quæ geruntur per Iudicem, exequendo, vel statuendo extra Iudicium, & contra alias partes, quam litigantes, sed etiam ab his, quæ aliquis alius contra nos sine Iudicio agit, quod frequenter contingit in electionibus, vt in contentione, & discordia eligentium; plurea enim in ea interponi solent appellationes, vt *in cap. considerandimus* 10. *de electione*, de quibus vberius *in dicto capite* 5.

Et hæc prouocatio extraiudicialis debet fieri 7
ad Iudicem ordinarium, coram quo citandus, & vocandus esset Aduersarius pro lite, dum est litigandum via ordinaria, *dicto cap. cum sit Romana. cap. contentioni*, vbi Glossa versic. *grauatum*, nec vnquam suspendit executionem, nec causat attentata *cap. cum inter* 22. *de elect.* Gonzalez *in Regula* 8. Chancel. *Glossa* 9. *in annotat.* contra nullitates, & attentata, vbi subiungit hanc esse vnam differentiam inter appellationem extraiudicialem, & iudicialem ex quatuordecim, quas assignat Abbas *in cap. bona* 51. *hoc tit.* tradit Andreas Valensis *suprà num.* 3. *in fine* §. 1. Qui rursus *n.* 4. ait quod hæc extraiudicialis appellatio, siue prouocatio est duplex, aut non à Iudice, sed à parte extraiudicium appellatur *ex dicto cap. bona memoria*, vel à Iudice extraiudicialiter procedente.

Notabis enim, quod prouocationes, siue ap- 8
pellationes, quæ extraiudiciales dicuntur, & fiunt vocantur vulgo *requirimientos*, in quibus

ne

ne quid desit in macera, & posteriore parte vtile
semper sit adijcere illa verba *taliter ex nunc pro,*
vt ex tunc saluo iure nullitatis, tanquam à graua-
mine comminato: vel verosimiliter inferendo
appellare ad eum, ad quem de iure potest, &
debet, vt consuluit Guid. Pap. *decis 436. n. 33.*
& 39. quoniam placuit etiam à futuro graua-
mine appellari posse quando imminet, & vero-
similiter timetur *l. & in multis 25. Cod. de ap-*
pellat. Auth. de collator. § si quis autem putauerit
collat. 9. non alias iuxta doctrinam Guidonis
Papæ *tract. de appellat. quæst. 26.* & ea quæ latius
scribit Speculator *tit. de appellat. §. 2. versic. 37,*
& §. qualiter, versic. *deesse*, Innocent. *in cap. si-*
gnificauerunt de Testibus.

9 Iterùm notabis appellationes, siue Iudicia-
les, siue extraiudiciales alias esse iustas, rationa-
biles, & legitimas; alias inquam frustratorias,
friuolas, inanes, & leues. friuolas, vt quæ mo-
randæ solutionis, vel suspendendi Iudicij causa
l. Tutor, ff. de vsuris, friuolas, & leues, quæ
pro ministris rebus interijciuntur; quæque vt
tales, & temerariæ reijciuntur, & quas etiam
reiicit Vlpianus *in l. si rem alienam, §. solutam*
autem, ff. de pigneratitia actione, de quibus *infrà*
sub Rubro suis in locis, & adiunges quæ con-
gerit hic Barbosa *sub n 5.* in versic. *duplici.*

10 Fuit enim appellatio, per quam necessaria,
cum frequenter eueniret, vt inferiores Iudices;
vel per malitiam, aut ignorantiam iniquas fer-
rent sententias; obidque oportuisse, vt adhibe-
retur remedium, quo iniquitas, vel imperitia
Iudicantium corrigeretur, quamuis aliquando
per accidens, & præter intentionem continge-
ret sententias reformari in peius *l. 1. in princ.*
11 † Tradit Barbosa *hic, num 5.* ponderat viden-
dus Pichardus *in manudict. dicta 4. p. in præludio,*
vbi postquam appellationem præsidium voca-
uit Innocentiæ *ex cap. omnis oppressus, cap. ideo 2.*
q. 6. l. à sententia 5. ff. de appellat. l. 1. tit. 23. p. 3.
imò & defensionem à natura indultam, *ex cap.*
cum speciali 61. §. porrò. cap. dilecto 63 hoc tit.
num. 6. dixit eum D. Bernard. *lib. de considerat.*
ad Eugenium appellationis remedium esse gran-
de, & generale mundo bonum, & tam necessa-
rium, quam Sol mortalibus.

12 Sol enim iustitiæ est prodens, ac redarguens
opera tenebrarum, vt ex eodem retulit Grego-
13 rios Lopez in proœmio *d. tit 23. p. 3.* † Vbi Rex
Alphonsus appellationem nuncupat tutissimum,
ac tranquillum nauigantibus portum, victis mi-
litibus munitissimam arcem, & sic Liuius *lib. 3.*
quem refert Petrus Gregor. *lib. 32. Sintagm. c. 10,*
num. 2. posuit duas arces libertatis tuendæ *tribu-*
nitium scilicet *auxilium*, & prouocationem, &
Baldus *in l. 1. ad finem, Cod. si de moment. possess.*
fuerit appell. appellationem vocat tyriacam con-
tra sententiam primi Iudicij; ob idque iterùm
Pichardus etiam in præludio sub *num. 21.* dicens
non tam vtilem, quam necessarium appellandi
vsum ex *dict. l. 1. hoc tit.* ait institutam, ne via
defensionibus præcluderetur, & vt solidius, &
diligentius negotiorum merita in diuersis Tri-
bunalibus exciterentur iuxta eandem, *l. 1. l. ad*
dictos 6. Cod. de Episcopali audientia. l. addict. 29.
14 *Cod. de appell* † Eo quod Iudicium hominum
fallitur sæpè cum nemo mortalium omnibus
horis (vt est in prouerbio) æque sapere soleat
præcipue in Iuris, atque æqui, & boni dimenso
quem multi tramites, multi ambages in trans-
uersum agunt, ex *l. omnis definitio, ff. de Reg. iu-*
ris, vt tradit idem Pichardus *suprà in præludi-*
oio, num. 31.

Hinc prouenit scire breuiter quod *appellare*, 15
sicut appellatio habet multiplicem significatio-
nem, & præcipue tres; nam interdùm impor-
tat alium in Iudicio conuenire, vt accipitur
apud Valerium *lib 4. cap 8.* ibi; *nec de sorte quem-*
quam Debitorum suorum, nec de vsura appellari à
suis passus est, & lib. 5. cap. 8. ibi, *pro eo pecuniam*
spopondi, quo nomine nunc appellor, & apud Sene-
cam *lib. 1. de benefic.* ibi, *nemo beneficia in Chalen-*
dario scribit, nec auarus exactor ad horam, &
diem Debitorem appellat, & lib 2. cap. 6. si appel-
latio, si ad Iudicem voco, incipit non beneficium esse,
sed creditum, & Quintilianum *lib 5. cap. 2. pau-*
per eras, & tam maximè à Creditoribus appellaba-
ris, eodemque sensu *Sponsorem appellare*, & apud
Cicer. *lib. 1.* Epistola ad Atticum hunc, *& bona*
non appellando mala fieri, & Sextus Alphius Fæ-
nerator crebris sermonibus vsurpare solebat, &
est videndus Textus *in l. qui prior 29. ff. de Iudic.*
l. fideiussor 16. § fin. ff de fideiussor.

Aliquando enim importat si non proprio, ap- 16
pellatiuo tamen nomine, dignitatis scilicet, vel
officij aliquem nominare, de qua significatione
agunt Doctores *in l. filia 18 §. 1. ff de condit. &*
demonstr. l. si quid, §. fin ff. de leg. 3. l. si hæres 127.
vbi. Bartol. annotauit *ff de leg 1. cap. quoniam,*
Abbas 14. *de offic. deleg, cap requisiti 15. ff. de*
Test. §. appellamus, Institut. de actionibus, Barbo-
sa *num. 3.*

Imo aliquando *appellare* significat accusare, 17
vel ad Iudicium vocare, *dict. l. qui prior 19. ff.*
de Iudic. sic Barbosa *dicto num 3.* vbi ait quod in
hoc sensu, idem est quod interpellare, *l. si fi-*
deiussor. 17. §. fin de fideiussor, ibi, *cum interpella-*
tus Reus, & ibi *cum interpellaretur*, post alios
Couarruuias *in pract cap 39. num. 1.* in versic. 3.
& num. 7. versic. *hinc etiam*, in qua significatio-
ne intelligi ait Brabosa Textum, *in cap. de prio-*
re 31. hoc tit.

Aliquando *appellare* significat blando sermo- 18
ne alterius pudicitiam attentare, quo significa-
to Valer, Max. *lib. 6. cap. 1. filiam de stupro ap-*
pillare, & Cornicularium stupri causa appellare,
dixit Seneca *lib. 2. controuers.* Terent. *illum ap-*
pellauit. de stupro adiectis pretiis Quintilian. *in de-*
clam. pro milite contra Tribunum appellatis de stu-
pro vim afferr, & lib. 4. Inst. Orator cap. 1. Vxor
Marito dixit appellatam esse se de stupro à Tribuno,
& apud Vlpianum *in l. item apud 15. §. si quis*
Virgines appellasset, §. appellare, ff. de iniuriis.

Aliquando tamen importat remedium pro- 19
uocandi de inferiore ad Iudicem superiorem. vt
constat ex definitione, & dicit Barbosa hîc,
imo Pichardus *in manudict. dict. 4. p. num. 13.* &
Brison. *lib. 1. verb. signif. pag. 34. & sequent.* vi-
dendus; sic intelligunt, siue prouocatio fiat
voce, siue porrectis libellis, dicunt enim *ap-*
pellare ad Imperatorem, Principem, Præsidem,
† Appellare Iudicem Senatum, appellare Iu- 20
dices in Arbitros; appellere à Iudice, appellare
Imperator Magistratos, appellare aduersus ali-
quem, aduersus sententiam, appellare contra
sententiam, contra aliquem, contra Fiscum ap-
pellare de sententia, & multa alia, quæ passim
offendontur in digestis, & congerit Briso-
nius *suprà.*

De aliis pro Rubricæ expositione, veluti 21
quis

quis appellare poſſit à quibus Iudicibus appelletur, à quibus ſententiis; ſeu actibus, coram quo Iudice appelletur, ad quos gradatim, vel omiſſo modo, quando, & à quo tempore, & qualiter interponatur appellatio, & ſub qua differentia fiat à diffinitiua ſententia, vel interlocutoria: De tempore petendi Apoſtolos, hoc eſt acta, quibus appellationibus deferatur; de tempore introducendæ appellationis, & de fatalibus ad eam proſequendam, & de attentatis poſt appellationem; imò de aliis effectibus appellationis, & quæ liceant Iudici, aut partibus appellatione pendente, & de aliis multis dico *infrà* per quæſtiones tam ſub hac Rubrica quam ſub capitibus huius tituli.

22 Recuſationis materia continetur ſub Rubro huius tituli in nonnullis capitibus, ob idque ſcribitur de appellationibus, & recuſationibus. Sed quia de hac, & quando interponi debeat, qui Iudices recuſari queant, & quæ illa ſit, & ad quos effectus introducta latè iam dixerim, *in cap. 4. de foro competent.* Ideò ibi dicta videbis, vt ſic expendas Iura, quæ ſub hoc titulo de recuſatione loquuntur quæ ibi aſſignaui, & intellexi.

23 Supplicatio quid ſibi velit, & quando interponatur, ſolent Doctores expendere ſub hoc Rubro; ſed quia *ſuprà in cap. fin. de libelli oblatione q. 4. §. 2. à num. 22.* dixerim qualiter hæc introducta ſit in praxi, ad quem effectum; Ideò ibi videbis, & Paz *in praxi tom. 1. p. 7. §. vnico,* vbi latiſſimè *de ſupplic, 1. & 2.* & à quibus Iudicibus, & ad quos propriè tamen, & ſi ab omni Iudice queat appellari: Tamen à ſententia Principis, & ſuorum Tribunalium ſupremorum, cum eum repreſentent, fit ſupplicatio tantùm propter excellentiam, & dignitatem eorum, & quia cum appellatio propriè fiat de Iudice minori ad maiorem, & ſupplicatio tantùm ad eundem Principem, vel eius Conſiliarios ſupremos, qui primò cognouerunt, nec de eodem ad eundem detur appellatio, ſed ad alios Iudices ſuperiores, Ideo euenit, vt & ſi ſupplicatio ſit in effectu tanquam appellatio, verum quia hæc pendet à Principis voluntate per eum introducta, euenit, vt ab eo poſſit tolli; non ſic in appellatione. ex *l. 17. tit. 27. p. 3.*

24 Et Azeuedus in procemio & *in lege 1. tit. 19. lib. 4. recopilat.* & Curia Philippica *5. p. 1. partis* § 4. plura commemorat de prima ſupplicatione, de qua videbis *l. 4. tit. 4. lib. 7. recop. l. 9. tit. 17. lib. 4 recop l. 25. tit. 23. & l. 4. tit. 24. p. 3. l. 5 tit. 17. ex l. 2. tit. 19. lib 4 l. 5. tit. 5. lib. 7. l. 4 tit. 19. lib 4. recopil, l. 3. tit. 17. lib. 3. recopilat l 4. tit. 11. lib 3. l. 9 tit 13. lib 8. l. 5. tit. 12. & 2. lib. 4. recopilat. l. 7. dicto tit. 17. lib. 4. recop. l. 1. tit. 19. dicto lib. 4. recopilat. l. 1. tit. 20. eodem lib. 4. l. 14. tit. 14. p. 3. l. 1. & 7. dicto tit. 20. lib. 4. recop.* cum aliis congeſtis ab eodem Paz, Azeuedo, vbi ſuprà, in quibus latiſſimè agitur apud nos de prima, & ſecunda ſupplicatione quando locum habeant, & quando ceſſant, & ob id alios commentarios non facio: his agunt Guid. Pap. *q. 189. n 2. & q 345.* Auendañus de ſecunda ſupplicatione, *num. 1. & 2* Gaillius *lib. 1. pract cap. 155. num 3.* aliqua recolligit videnda Pichardus *in manuduct. dicta 4. p § 22.* aliqua dixi *ſuprà in cap. 6. de re Iud. q. 3.* verſic. *ad quintam,* de reuiſione ſententiæ. & aliqua de ſecunda ſupplicatione, & reuiſione, congerit Riccius videnda *collect. 2518.* ad Textum *in l. ſi quis aduerſus, Cod. de precibus imperat offendis.*

Et Riccius *collect. 2069.* dicit quod regulariter prohibita appellatione non cenſeatur prohibita ſupplicatio, Gratianus *deciſ. 39.* Tamen ſtatutum Bononienſe, de quo loquuntur quod aufert appellationem, comprehendit ſupplicationem Rota Bononienſ. *diuerſ. in deciſ 7.* quam limitat Franchis *in deciſ. 148.* Milaneu. *in deciſ. 2.* Maſtrillus *in deciſ. 158.* vbi conſtaret de notoria nullitate; nam tunc vtique ſupplicatio videtur admittenda. 25

Relatio vero affinitatem cum appellatione; 26
quia ſicut appellatio fit ab inferiore ad ſuperiorem; ita & relatio, & ſicut pendente appellatione, ita & pendente relatione; Imo etiam promiſſa, dumtaxat nihil attentari, & Innouari debere agnoſcunt Doctores per Textum *in cap licet de officio delegati, l. 1. ff. nihil innouari, appel. pend. l. ex illo, Cod. appellation. l. ſi quando, Cod. de relationibus,* & ibi Baldus, quia ſicut per appellationem cauſæ cognitio deuoluitur ad ſuperiorem; ita & per relationem, ſic quod apud referentem, ſeu remittentem eſſe deſinat, *l. ad Principem 22. ff. de appellationibus, & relationibus.*

Eſt enim relatio, aliis omiſſis acceptionibus, 27
de quibus Marta in praxi *p. 6. actu 2. num* 10. Iudicis inferioris de iure dubitantis ad ſuperiorem Pontificem, vel Principem, aut etiam Proconſulem, vel Præſidem tranſmiſſa conſultatio vt ſciat quis in iudicando ſequendum ſit *leg. eum quem, §. 1. ff de Iudic.* Vueſenbech. videndus ad Titulum, *ff. de appellat. num.* 10. Andreas Valenſis *in Rubrica hic,* § 20. *num.* 3. vbi dixit ſic procedere, quando dubitatur in Iure, non in facto.

Qui etiam ait *num* 2. quod relatio differt ab 28
appellatione, nam appellatio interponitur poſt ſententiam exceptis cauſis Criminalibus, *l. inter pœnas 6. ff. de interdictis, & relegatis, l. ſi quis filio, §. quid tamen, ff. de inofficioſo Teſtam.* Imo idem Valenſis *dicto* §. 20. *num.* 4. dixit hanc fieri dupliciter, aut implicitè, prout olim iuxta Canones in magna Iudicum ignauia, aut timiditate fieri ſolebat *cap. dudum electione cap.* 1. vt lite non conteſtata, vel addita declaratione eius in qua eſt referens.

Item etiam Vueſenbech *in dicta Rubrica, ff.* 29
hoc tit ſub num. 10. ait conſultationis exemplum dandum eſſe partibus, vt ſi fortè alicui minùs plena videatur poſſit apponere ſuas rationes; & refutatorios libellos Principi offerre, *l. 1. & 2. Cod. de relationibus,* quod Iudices in petendis hodie à ſede aliqua, vt loquuntur Scabinali, ſententiis facere conuenit. † Et ſic Textus *in cap.* 30
intimali 68. vbi Baraoſa cum multis *num.* 1. ait quod ſi Iudex dubius de iure vult conſulere ſuperiorem, debeat conſultationis copiam partibus dare, alter ei non credi; imo notat cum Gloſſa *ibi,* verbo *de inquiſitionis in tertio*: quod ſi Iudex inferior ad ſuperiorem referat quæſtionem facti, præſumitur vt faciat hoc cauſa ſe exonerandi, vt per alium Barboſam *in l. eum qui temerè, § fin. n. 32. ff. de Iudiciis.*

Vſus tamen relationis faciendæ, & ſi olim 31
de Iure Ciuili frequens eſſet, & obuius, *dicta lege 1. & ſequens. Cod. de relationibus* atque etiam Iuſtinianei conſtitutionibus retentus, & ampliatus *nouel. 82. §. vlt. 133. 125. in princ.* Sed per

Nouellam

nouellam 125. penitùs fuit sublatus; Imo & Pontificiæ relationes, vsum quoque suum ferre amiserunt, vt considerat Andreas Valensis *hîc, dicto* §. 20. *num.* 5. eo argumento quod de relatione tantùm fiat mentio, *in dicto cap. intimasti hoc tit.* & non in alio nisi quod in inferioribus Rusticorum Tribunalibus, adhuc vtcumque retineatur, in quibus ad proxima superiora Tribunalia fieri solet relatio.

32 Solet etiam hodie, plerisque in locis relatio causæ fieri ad consilium, vt vocant Sapientis, & plerùmque Iureisperitorum, qua relatione durante suspenditur Iurisdictio Iudicis inferioris, vt notant Doctores per Textum, *in cap. cum in veteri de elect.* Valensis *hic*, *dicto* §. 20. *num.* 5. *in fine*, & Barbosa *in dicto cap. cum in veteri num.* 2. Gonzalez *Regula* 8. Cancel. *Glossa* 46. *num.* 40. Bertachin. *de Episcopo* 1. *p. lib.* 3. *num.* 87. & 88. docent per verba ibi *non fuit spectatum consilium* quod post requisitum consilium sit spectan-
33 dum responsum per tempus necessarium. † Itavt Consultor possit cuncta rim ri, & considerare & idem Gonzalez. *in dicta Glossa* 46. *num.* 38. & *Glossa* 48. *à num.* 12. & Barbosa *in dicto cap cum in veteri num.* 2. per verba Textus ibi, *licet*
34 *postea requisitum fuerit.* † Dicunt quod consilium debet præcedere, ac peti ante actus expeditionem; Itavt si post modum petatur actus sit nullus, & hoc quamuis actus sit delegatus ex Cabedo *decis.* 59. *p.* 1. *num.* 7. Rebuffo *in tract. nomin. q.* 8. *num.* 14. quæ doctrina vera est, & si consilium non obliget ad sequendum iuxta Bartol. *in l. cum Prætor* 59 §. *mando*, *ff. deleg.* 2. Menochius *de præsumpt. lib.* 6. *q* 33. *à num.* 25. Sanchez *de Matrim. lib.* 1. *disp.* 34. *num.* 24. cum multis Barbosa *Axiom.* 92. *n.* Guttierrez *de Tutel.* 1. *p. cap.* 8. *cum.* 4.

35 Ex his quæro pro hac Rubrica, an relationes duæ in parte conformes, si vna contineret summam Ducatorum 20. & alia decem, debeant executioni mandari pro summa Ducatorum 20. tantum; quia in maiori summa inest minor, & fuit decisum quod mandentur executioni tantum quoad decem; quia in illis sunt conformes, & fuit exequutum sic, vt tradunt Riccius *collect.* 1635. *ad Rubricam*, *Cod de relation.* Afflict. *decis.* 361. de Franchis *in decis.* 710. *num.* 8. & 359. Thesaurus *in pedmont. decis.* 122. *num.* 10. Marcus Anton. de Amatis *in decis. Marchiæ Anconit.* 55. Peregrin. *in decis. patauiæ* 60. *n.* 1.

36 Secundo quæro pro eadem Rubrica cum eodem Riccio, an duæ relationes Magnæ Curiæ Vicar. conformes, si continerent manifestam iniquitatem, sint executioni demandandæ, si ab eis fuerit appellatum, & refert decisum affirmatiuè; Tamen si procedatur in causa appellationis, quod seruatis seruandis reuocabuntur relationes tanquam iniustè latæ, & facta executione præstetur fideiussio, Afflictis *in decis.* 39. & 47. Cardinalis Puteus *in decis.* 401. *p.* 1.

37 Tertiò quæro an relationes duæ conformes super Testium examinatione, parte non citata, sint validæ, & executioni possint demandari, & dicit Riccius pro eadem Rubrica *Cod. de relat. dicta collect.* 2635. affirmatiuè decisum, nec retardari executionem, nisi essent nullæ ipso iure & nullitas vera esse debet secundùm Afflict, *in decis.* 28. sed Farinacius *in decis. collect.* 77. tradit contra istam decisionem fuisse decisum.

38 Consultatio est etiam in vsu, & licet in appellationis materia plerumque confundatur cum relatione, eo quod per consultationem fiat relatio, & per relationem consultatio transmissis actis; sed hæc Iustinianus separauit titulo *Cod. de relation.* & *tit. Cod. de appellation.* & *consultation. eodem*; eo quod consultatio in sola nuda interrogatione super aliquo iuris dubio plerumque consistat. † Relatio autem in ex- 39
plicatione totius causæ, transmissis etiam actis notat Andreas Valensis §. 10. *num.* 7. per Textum *in l. fin. Cod. de relationibus*, & *l. sciendum*, *ff. de appellat. recipiendis.*

Igitur vt mihi videtur ex iam dictis consulta- 40
tio maximam habet connexitatem cum consilio, de quo per Textum *in dicto cap. cum in veteri de elect.* Et va plura adiunges, vt scias ad quos Iudices inferiores debeant recurrere pro sedandis dubiis priuilegiorum, & legum, recurres ad longè dicta *suprà in cap. cum venissent* 12, *de Iudiciis.*

QVÆSTIO I.

An appellatio taliter sit inducta à iure naturæ, vt Princeps nequeat eius remedium auferre: An liceat excommunicato: An appellans probare debeat se iustè appellare, & perperam fuisse iudicatum: Et an Iudex teneatur regulariter admittere appellationem ab interlocutoria?

SVMMARIVM.

1 *Appellatio est inuenta, vt Iudici iniquè iudicanti ampetetur materia, estque defensionis species nemini deneganda, expende, vt numero* 7. & 8.
2 *Appellatio habet primordia ad defensionem ob id: qui dicitur iuris naturalis expende, vt num* 6. & 7.
3 *Citatio competit vniquique iure naturæ, nec à Principe tolli potest, cum in his, quæ sunt Iuris naturalis potestas Principis plena nihil operatur, & in quo differat appellatio, à num.* 5. & 10.
4 *Appellandi consuetudo fuit introducta ab origine mundi, & à tempore Luciferi fuit inuenta per Angelos bonos, & in Paradiso à primo Parente, &c.*
5 *Appellatio potest tolli per Principem commissa causa appellatione remota: fallit n.* 7.
6 *Appellatio quoad inuentionem est iuris naturalis, quoad formam iuris Ciuilis.*
8 *Appellatio secundùm alios, non est proprie defensio.*
9 Cap. 1. de rescriptis, cap Pastoralis 53. hoc Titulo.
10 *Lites non debent esse immortales.*
11 Clem. 1. de re iudicata.
12 *Citatio in nonnullis casibus non prærequiritur.*
13 *Princeps quit interpretari naturale ius, & auferre modum defensionis extraiudicialem, prout aufertur legitimè condemnatis ad mortem.*
14 *Excommunicatus quando appellare potest, numero* 15. 16.
17 *Appellanti incumbit probare se appellasse, & curtis*

currit ei tempus à tempore scientia, si absens fuit, num.19.

18 Auth. de his qui ingrediuntur ad appell. §. illud.

21 *Appellanti habenti præsumptionem pro se non incumbit probare; sed parti contraria n.22.*

23 *Appellatio admittitur ab interlocutoria sententia, sicut à diffinitiua ab appellante iusta allegata causa, & dum interlocutoria vim habeat diffinitiua, n.28.29. vbi exemplificatur, num. 30.31.32.34.*

24 L.1. §. quæsitum, ff. de appellationibus, l.2. Cod. de appell. recip. l. ante sententiæ tempus, Cod. quorum appell. non recipiantur, L. 2. Cod. de Episcopali aud. num sequent.

27 *Iudex cui est interposita appellatio, nequit de de causa cognoscere, & si non sit inhibitus, dum tamen admiserit appellationem.*

28 Concil. later. sub Leone X. tom. 3. Concil. sessione 10.

30 *Appellatio admittitur ab interlocutoria, qua quis declaratur minor, aut maior.*

31 *Appellatio admittitur à Iudice, qui se declarat competentem, si eius incompetentia allegetur, vel si pronuntiat desertam esse appellationem, num.33. vel si pronuntiat non esse audiendum eum, qui intra terminum non egit, num. 33.*

34 *Appellari quit ab interlocutoria continente grauamen irreparabile, vel si difficulter n.35.*

36 *Sententia interlocutoria, quando contineat damnum irreparabile num. sequent.*

38 *Appellari quit à sententia interlocutoria tortura, & captura, aut actualis incarcerationis, num. 38.*

1 AD primam quæstionis partem videtur dicendum, quod cum appellatio sit inuenta, vt oppressi releuentur, vt suprà insinuaui & Iudici iniquè iudicanti imputetur materia, vt *in l. 1. Cod. de appell.* cumque sit talis defensionis species, vt à nemine impediri possit, vt latè considerat cum multis Salgadus *de protectione Regia p. 1. cap. 1. præludio 3. à num. 79.* & ex aliis probet Ceuallos *in proœmio de cognit. per viam violentia cap. 11. vbi à num. 1.* plura iura, & rationes adducens, probans *à num. 10.* illa omnia procedere ex principij iuris naturalis ex *l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad leg. Aquiliam Clem. Pastoralis de re Iud. l. defensionis facultas, Cod. de Iure Fisci lib. 10.*

2 Cumque appellatio etiam habeat primordia ad defensionem, & ob id dicatur iuris naturalis, Andreas de Isernia *in cap. 1.* verbo *committentium, num. 17. & 18.* quæ sint Regalia in vsibus feudor. Alex. *cons. 12. volum. 5.* Vincentius de Annania *in cap. 1. num. 105.* de Vassallo decrepitæ ætatis videtur dicendum: vt talis defensio per Principem tolli nequeat, vt tradit Innoc. *in cap. cum inter de exceptionibus.*

3 Secundò facit, nam sicut citatio tolli à Principe non potest; ita nec appellatio: Vtraque enim ad defensionem spectat, competit enim vnicuique citatio iure naturæ ad defensionem competentem, *l. vt vim de Iustitia, & iure, l. 1. §. cum arietus, §. si quadrupes pauperem fecisse dicatur, cap. cum inter de exception.* Sed citatio iuxta communem Doctorum sententiam tolli à Principe nequit, adiecta etiam clausula *ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, & proprio motu;* quia in his, quæ sunt naturalis iuris, potestas Principis plena nihil operatur, *cap. fin. de consuet.* rectè Couarr. *lib 3. variar cap. 6. num. 8.* Molina *lib. 2. de primog. cap. 8. num. 31.* Thesaurus *in Pedmont. decis. 91.* ergo & idem de appellatione cum eius primordialis natura sit, ne via defensionis præcluderetur instituta tanquam Innocentiæ præsidium *cap. cum speciali, §. porro de appellat.* cum multis eam esse Iuris naturalis, probant adducta, tum de Iure, tum ex bonis Authoribus à Pichardo *in manuduction. p. 4. in prælud. à num 21.*

Et sic Ceuall. ex multis *dicto cap. 11. in proœmio per viam violentia à num. 11.* probat ab origine mundi, appellandi consuetudinem introductam esse, & à tempore luciferi fuisse inuenta per Angelos bonos: Item quod fuerit introducta in Paradiso à primo Parente, eo quod fuit facta ab occiso Abel, contra violentiam Cain, & quod Paulus Apostolus appellauit ad Cæsarem, & quod Moyses fuit Iudex constitutus à Deo inter Israelitas, & Phariseos ad tollendam violentiam. 4

His tamen; & aliis longè adductis à Doctoribus existimo dicendum appellationem posse per Principem tolli commissa causa, appellatione remota ex Textu, *in leg. 1. §. interdum, ff. quando appell. non licet, cap. 1. de rescript. cap. Pastor. 53. de appellat. cap. super eo 13. cap. super quæstionum 47. §. si vero de officio deleg. l. 13. ad finem tit. 23. p. 3.* & per consequens non videri appellationem à iure naturali inductam, sicut & citatio, quæ propria est Iuris naturalis, taliter vt nequeat à Principe tolli ex dictis, & patet ex *Clem. 2. de re Iudicata*; videbis quæ latissimè adducit Balboa omnino videndus, *in cap. 1. de causa possess. & propriet. à num. 49. & 79.* vbi agit de citatione, & appellatione Pichardus *suprà num. 27. & 28.* 5

Ego autem vt hanc difficultatem expendam, existimo dicendum inuentionem appellationis esse iuris naturalis, quoad formam vero iuris Ciuilis, vt colligitur ex Alciato *in practica Ciuili 3. p. tit. de appellationibus*: & sic cum forma appellationis sit de iure Ciuili; sequitur quod defensio quæ inducitur per appellationem sit etiam Ciuilis, & per consequens vt queant Princeps eam auferre, adhibita clausula *appellatione remota*, sequitur Ceuallos *dicto cap. 11. in Proœmio à num. 13.* ob idque multi adducti à Balboa *in dicto cap. de causa possess. num 81.* dicerunt ideo citationem tolli non posse, quia naturalis est defensio, appellatio autem, ideo à Principe tolli queat, quia est defensio Ciuilis, quod idem Balboa improbare videtur, *à num. 82.* & in prædictam distinctionem inclinat Pichardus suprà videndus *à dicto num. 21. ad 26.* 6

Qui post multos authores addit *num. 28. in fine*, quod licet appellatio generaliter sumpta defensio sit iuris humani, & positiui; sed tunc demum sit iuris naturalis, quoties omnino perpensis negotij circumstantiis, & qualitatibus necessaria sit ad Iustitiam ministrandam, iusque suum vnicuique reddendum. Et in hoc casu ait Couarruuias à Principe tolli appellationem non posse: Videndus Mantua *in Rubrica, ff. de appellat. num. 13.* Rebuffus *2. tomo tit. de rescriptis in præfatione, num 161.* Pinellus *in Rubrica Cod. de rescind. 1. p. cap. 2. num. 21.* vltra ea quæ adducit 7

ducit Didacus, Couarr. doctè, & latè suprà citatus.

8 Verùm idem Pinellus *suprà* 1. *p. cap.* 2. *n.* 22. in versic. *quæ conciliatio*, dixit appellationem non esse propriè defensionem, itavt remota appellatione defensio non tollatur, quæ propriè est, vt plenè Reus audiatur, eique iniuria non fiat *ex dicta Clementina Pastoralis de re iudicata*, quia an autem debeant esse plures instantiæ, vel plura Tribunalia, mere arbitrium est, nemo enim scire potest an in prima, an in secunda instantia iustior sententia erit, tradit Balboa *in dicto cap.* 1. *de causa possessionis & proprietatis, num.* 83. videndus *à num.* 84. vbi adducit Iura per quæ citatio non est necessaria, de quibus iam dixi sub *dicto cap.*1. *de causa possessionis*.

9 Ex his enim iam deducitur vera interpretatio Textum *in dicto cap* 2. *de rescriptis, dicto cap. Pastoralis* 53. *de appellationibus*, & ad alios suprà adductos, quibus dictum est posse iustis de causis Papam, & Principem causas appellatione remota examinandas committere; nec ex eo defensionem naturali iure inductam tollere, si cuiuscumque causæ etiam grauis committat examinationem Iudici docto, & integerrimo, apud quem cum in prima instantia omnes hi, quos negotium principale tangit citentur, eorumque defensiones audiantur, satis, superque sit iuri naturali subuentum, etiamsi appellatio non admittatur cum lites immortales esse non debeant

10 † Imo expediat Reipublicæ breuem litibus finem imponi, *l. properandum, Cod. de Iudiciis Trid. sess.* 24. *cap.* 20. *cap. finem litibus de dolo, cap.* 2. *de causa possessionis*, Pichardus *in dicto proœmio manuduct. ad prax.* 4. *p. num.*29. & addit Balboa *in cap.* 1. *hoc tit. num* 12. *&* 13. cum Couarr. *lib. pract. cap.*23. *n.*6 appellationem quoad suam substantiam, & essentiam, & quatenùs respicit innocentiæ defensionem esse iuris naturalis ex *dicto cap. cum speciali* 61. § *porro, hoc tit.* sed generaliter sumptam respicere defensionem iuris humani, qui à Principe tolli potest, & non tolli totalem defensionem; sicut si à Principe tolleretur citatio; quia hæc directè tendit

11 ad defensionem iuris naturalis. † Quo in sensu loquitur *dicta Clem.*2. *de re iudicata*, & post aliqua quæ congerit Barbosa *in cap.*3. *hoc tit. à n.*5. videnda videtur sic resoluere.

12 Et vt ego considero etiam hanc doctrinam posse; & si non ita frequenter accidere incitationes; Nam sunt aliqui casus, in quibus ea non prætequiritur, de quibus alibi dixi: & probant Doctores per Textum *in cap. Romana*, §. *fin.hoc tit. cap. cum autem de electione, cap. cum olim ad finem de re iudicata l.*1. §. *quod de frumentaria*, *ff. de administr. ad ciuitat. pertin.* ex quibus colligitur contra indefensum, & non citatum procedi posse, & *in cap. dudum* 12.*de elect.* quibus singulis respondet Balboa dicendo, *in dicto cap* 1. *de causa possessionis à n.*85. ibi non fuisse sublatam

13 citationem. † Sed sub *dicto n.*84. ait vt cum ad Principem spectat interpretari ius naturale: argum.Text. *in cap.venerabilis* 13. versic. *rationibus* qui filij sint legitimi, notat Couarr. *in* 4. *p.* 2. *cap.*6.§.9.*num.*2. ipsum posse declarare, quando comperit alicui iusta defensio, ob idque rectè posse modum defensionis auferre, etiam extraiudicialem, provt aufertur legitimè condemnatis ad mortem, ex D.Thom.2.2.*q.*69. *art.*4. Couar. *lib.*1. *variar. cap.*1. *num.* 13 Zenedo *ad decretales, collect.* 43.*n.*2. siue etiam iudicialem, eoque modo posse tollere exceptiones, vt dixi *supra sub Rubrica de exceptionibus*, appellationes, vt hic; & vt probo ex multis casibus infrà, *in cap.* 7. *hoc tit.* & in aliis iuribus huius Tituli; Item recusationes iuxta ea quæ adduxi *suprà in cap* 4. *de foro competenti*, *q.* 44. item & ex legitima causa citationes, vt dixi sub *dicto cap.* 1. *de causa possessionis*, & alibi videbis adducta *infrà q.*5. versic. *ad sextam*.

Ad secundam quæstionis partem, an liceat 14 excommunicato appellare, videtur quod sic ex *cap. cum inter, de exception*, & quod magis est etiamsi à principio Actor fuerit iuxta ea, quæ dixi videnda *in cap. intelleximus de Iudic q.*13.14. *&* 15. etenim si quis ex sententia condemnatur, indiget primo defensione aduersùs sententiæ iniquitatem, & apprehensionem ex *dicto cap. ad Romanam, el* 1. *el* 2. 2. *q.* 6. *cap. suggestum in principio hoc tit. l.*1. *eodem*, è qua inquam defensione, cum sit iuris naturæ, nec excommunicatus priuari debet: tradit Pichardus *in manudict. ad praxim p.*4. *in proœmio n.*16. & Balboa *in dict. cap.*1.*hoc tit.n.*12.dixit *ex dicto cap.cum speciali* 61. §.*porro hoc tit.* per verba *ibi*. *sed ad præsidium, innocentiæ institutum* appellationem quoad substantiam & essentiam, quatenus eam defensionem respicit esse iuris naturalis. † Et ob id dici communiter licitam esse excommunicatis appellationem ex *dicto cap. cum inter de exceptionibus*: Nam eo ipso quod quis sententia condemnatur, indiget defensione aduersus oppressionem, vt dictum est. Sed quia solemnitas appellationis est de Iure Ciuili inuenta ex *l.* 1. versic. *exactis deinde Regibus*, ibi *lege lata factum est*, *vt ab eis prouocatio esset*, *ff. de origine iuris l.*2. ibi *legum adminicula. Cod. de sentent. Præfectorum prætorio*, Balboa *suprà*, & Pichardus videndus, *à num.*21. vbi plura exempla ex bonis authoribus adducit, & *dicto n.* 16. cum Abbate, Siluestro, & Paz; Ideo euenit, vt excommunicatis, quandoque appellatio auferatur, sicut & aliis ex dictis in hac quæstione *à num* 1. † Et hoc pacto 16 intelligitur Valensis hic, §.2. *n.* 4. quatenùs dicit quod excommunicatus potest appellare iudicialiter, quia illa appellatio est species defensionis, quam nequidem denegandam scribit Speculator; sed quod appellare nequeat extraiudicialiter dicit, quia talis appellatio habet vim conuentionis; non enim excommunicatus alium conuenire potest, cum vt dixi *in dicto cap. intelleximus fungeretur vices Actoris excommunicato denegata.* Et adiunges quæ adduxi *infrà in cap. Pastoralis* §. *verum q.*2. versic. *ad quartam*, *hoc Titulo*.

Ad tertiam quæstionis partem Bartolus dixit 17 *lege is qui ad Ciuilia*, *Cod. hoc Titulo*, duos casus esse distinguendos; primus est cum rite, hoc est an legitimo tempore fuerit appellatum. Secundus cum quæritur an iustè fuerit appellatum. In primo casu ait Bartolus vt appellanti incumbat onus probandi: Sequitur Capella Tholosana *decisione* 341. & probare videtur Textus *in dicta l. is qui*, in verbis ibi *cum igitur ad munus vocatus appellaueris apud Præsidem Prouinciæ iustè appellasse ostende*, & Bartolum sequutus Faquineus *lib.*1. *controuers. cap.*81. illum explicans dicit ab eo dictum verum esse, quando appellans fuit præsens sententiæ latæ, qui cum scientiam habeat, tenetur appellare

intra decem dies; sed probare se id fecisse, quia non præsumitur aliter factum: argumento *in l. quicumque*, §. *qui à pupillo*, *ff. de Publicana.*

18 Obstat prædictæ resolutioni Imperator, *in* §. *illud in Authentica*, de his, qui ingrediuntur ad appellandum in illis verbis, *ita potiantur victores sententiis*, *si eas rectè habere monstrauerint*; ob idque Rota *in decis.* 316. in nouis, *item si possessor.* decidit non incumbere id onus appellanti, vt doceat se intra decem dies appellasse, sed aduersario, vt contrarium demonstrat: docent Francus *in cap.* 1. *num.* 11. *hoc tit.* & *in cap. bonæ eo-*

19 *dem col* 8. versic. *octauo debet appellans.* † Ex eo fundamento quia tempus appellanti currit à die scientiæ; non autem à die sententiæ latæ *cap. concertationi hoc titulo. lib.6.* quia ignorantia præsumitur *ex l. verius, ff de probationibus.* & hæc sententia ne sit contra Bartolum, vera mihi videtur in eo casu, quando tempore latæ sententiæ appellaturus ab ea absens fuerat: sic Faquineus, *vbi suprà.*

20 In secunda distinctione Bartoli relata, si quæratur an iustè fuerit appellatum, resoluit Bart. quod si ex negatione, fundatam habeat intentionem, appellans sufficiat ei dicere se iniustè condemnatum, & acta exhibere; quod si ex testibus, & instrumentis pendeat probatio tunc onus probandi pertineat ad eum in causa ipsa principali: sic probans *ex l per hanc Cod. de tempor. appell. l. eos* §. 1. *Cod. hoc tit.* Quod si ex litigatoribus vnus tantum prosequatur appellationem altero absente, tunc probare debeat is qui prosequitur, iuxta Textum *in dicto* § *illud, Authentica de his, qui ingrediuntur ad appell.*

21 Sed Faquin. vbi *suprà d lib.* 1. *controu c.* 81. versic. *quod verò*, etiam distinguit Bart. intelligendum in hoc secundo casu, sicut in primo: nam si appellans pro se non habeat præsumptionem, ac vt vulgò dicitur intentionem fundatam: tunc is probare debeat se rectè appellasse, veluti actor, qui se creditorem esse contendit in prima sententia succubuerit, & alia apppellauerit, non habet intentionem fundatam, sed probare debet se creditorem; atque adeo se iustè appellasse, & secundum hanc partem esse accipiendum Text.

22 *in d. l. is qui*, vbi Bart. † Quod si is qui prosequitur appellationem, altero absente, ex sola præsumptione sententiæ contra se latæ præsumptionem habent pro se, veluti si tanquam debitor fuerit condemnatus & si debitorem esse negat, tunc probare non debeat se iustè appellasse, quia aduersarius eius, qui est actor probare debet *l. actor quod asseuerat, Cod. de probationibus* & sic Faquin. ait accipiendum esse Text. *in d* § *illud Auth. de his, qui ingred ad appellandum.* videbis Menoch. *lib.* 2. *de præsumpt. cap.* 95. *lib.* 2. & de hoc dubio agit Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ quæst* 48 *à num.* 15.

23 Ad quartam quæstionis partem, existimo dicendum, vt sicut à difinitiua debet per Iudicem à quo admitti appellatio; ita etiam ab interlocutoria, quia sicut per difinitiuam appellans grauatus dicitur; ita & per interlocutoriam, vt infra latè dico: quare si talis causa ab eo fuerit allegata qui prouocauit; quæ si fuisset vera merito appellatio fuisset interposita; videtur vt Iudex debeat appellationi deferre, iuxta Textum *in c. vt debitus honor* 59. *infrà hoc tit.* in versic. *talem ex c. cordi hoc tit. lib.6.* vbi Pontifex docet aperte appellationem esse admittendam, si iustam causam appellans allegauerit. Et *ex c. Romana.* §. *quod si obijciatur eod. tit. lib.6.* vbi probatur appellationem admittendam non esse, vbi ex legitima causa interposita non est, igitur si ex causa debebit admitti. Deinde quia appellationibus friuolis deferendum non est, *c. cum appellatione eod tit* ergo legitimis est deferendum *ex c super eo* 10. *c. super eo* 12. *hoc tit. c. cum speciali* §. *porro*, *c. significante* 69. *hoc tit.* ergo quoties iusta, & rationabilis adest, appellandi causa, debet ab interlocutoria appellatio admitti *ex c. cum causam hoc tit. c.* 1. *eod tit. lib.6.* Hanc doctrinam defendit Faquin. *lib.* 1. *controuers. cap.* 80. & Doctores in præcitatis Iuribus.

Quæ tamen patitur non leues difficultates: 24 nam ex Textu *in l.* 1. § *quæsitum, ff. hoc tit. l.* 2. *ff. de appellationib. recipiendis, l. ante sententia tempus, C. quorum appellationes non recipiuntur*, satis aperte apparet sententiam ante diffinitiuam esse inmaturam. Deinde facit Textus *in l.* 2. *Cod de Episcopali audientia*, vbi appellans ante sententiam difinitiuam quinquaginta librarum argenti multa punitur; ergo appellans ab interlocutoria hanc pœnam incurret.

Quod si vt communiter Doctores distingunt 25 respondeas verum esse, vt de Iure Ciuili appellatio ab interlocutoria non admittatur: sic intelligi Iure relata; secus tamen contingere de Iure nostro Canonico *ex dicto cap. super eo* 12. vbi hoc expresse cauetur, & *in cap. non ita* 12. *q.* 6. doceantque relati à Viuio *lib.* 2. *comm. opinione* 17. Rebuffo *in l. quod iussit n.* 221 *ff. de re Iudicata*, Castrensi *cons.* 334 *volum.* 1. Alex. *cons* 27 *volum.* 3. Baldo *in dicta l.* 2. *n.* 4. *Cod. de Episcopali audientia*, videndus Balboa latè disputans *in dicto cap. vt debitus honor à num.* 7.

Tamen illa distinctio labefactari videtur ex 26 nostro Iure Canonico; nempe quia si appellationi deferre teneretur Iudex appellatione admissa vlterius ipse Iudex non posset de causa cognoscere *ex d. c. cum appellationibus, hoc tit lib.6.* sed sic est quod non obstante appellatione, potest Iudex adhuc in causa cognoscenda procedere, antequam inhibeatur, vt *in c. Romana*, § *si verò*, & *in c. non solum hoc tit. lib.6.* ergo fiet vt regulariter Iudex non teneatur admittere appellationem interpositam ab interlocutoria sententia, vt docent Glossa, & Francus *in c. de priore, hoc tit.* Bald. *in l. quoniam iudices, Cod eod.*

Sed respondeo esse, vt Iudex à quo est appel- 27 latum, non possit de causa cognoscere, postquam appellationem admisit, quia dicitur Iurisdictionem à se abdicasse, vt *in dicto cap. cum de appellationibus, hoc titulo*: verum si appellationem non admittat, tunc existimo, vt possit procedere in causa, antequam inhibeatur, taliter vt constiterit vera causa appellationis, processus reuocetur, & attentatum post eam, Iuxta dicenda, *infra in cap.* 1. & 51. *hoc titulo*, & in hoc casu respondet, Faquineus *d. cto lib.* 1. *controuers. cap.* 81. *in fine*, loqui Textum *in dicto cap.* non solum tamen si minus rationabiliter: tunc reuera appellans debeat remitti ad Iudicem inferiorem, à quo scilicet appellauit, & in expensis condemnandus, *ex dicto cap. vt debitus*, & de ratione expensarum late agens expendit, Videndus *ibi*, Balboa *à num.* 79.

Tamen est impedimento consilium lateranen- 28 se *sub. Leone X. celebratum* 3. *tom. concil, ibi, sess.* 10. vbi

vbi cum litigatores appellandi facultate sibi concessa abuterentur, & experientia rerum doceret legalem prouisionem vtiliorem esse Reipublicæ; ideo stabilitum fuisse circa hoc legales decisiones in foro Ecclesiastico esse seruandas., quod postea præcepium fuit *in Regul.* 8. *Cancel.* 15. vt refert Gomez. *in Reg. de annali possessore q.* 1. & per Tridentinum *seß.* 13. *cap.* 1. *de reformat. in fine*, cauetur ab interlocutoria appellationem non esse licitam; nisi quando interlocutoria habet vim diffinitiuæ, idem *in c.* 24. *seß.* 10. taliter vt hodie in omnibus Tribunalibus iuris Ciuilis Regula seruetur, & confirmatur de Iure Regio *in l.* 13. *tit.* 23. *p.* 3. *l.* 3. *tit.* 18. *lib.* 4. *ordinament. l.* 3. *tit.* 18. *lib.* 4. *recop.* vbi cauetur dispositionem legalem, & non Canonicam esse seruandam.

29 Hæc tamen omnia, & præcipuè Tridentinum existimo non esse correctoria iuris Canonici, sed tantum declaratoria, tam Iuris Ciuilis, & Regij, quam Canonici, nam & si in Tridentino caueatur; vt ab interlocutoria appellatio non admittatur hæc Regula; sic generaliter sumpta habet duplicem limitationem, quatenùs dicit appellationem esse admittendam ab interlocutoria, quando talis sententia habet vim diffinitiuæ.
30 † Vt exemplificatur etiam de Iure Ciuili, *in l. intra vtile* 40 *ff. de minor.* vbi constat appellationem admitti à sententia interlocutoria, qua aliquis minor, aut maior declaratur, vt ibi cum Glossa Bartol, ostendit Robert. *lib.* 1. *sentent. c.* 12. Menoch. *de arbitr. casu* 167. imo dicit Textus *in dicta l* 3 *tit.* 18. *lib* 4. *recop.* vt liceat appellari à sententia qualibet interlocutoria habente vim
31 diffinitiuæ. † Et sic fieri, vt si quis Iudex dicatur à partibus incompetens, & ipse se incompetentem declaret, poterit grauatus, & oppressus à tali sententia appellare, quæ verè interlocutoria est, sed habet vim irreparabilem sicut diffinitiua, nam semel lata adhuc nec ab eodem Iudice queat reparari, Bartol. *in l. quod iussit de re Iud. n.* 9. Alex. *n.* 12. Iason 13. Ripa 16. Azeued. *in tract. de secunda supplic. de las mil y quinientas*, à *num.* 1. videbis Glossam *in Auth. habita, C. ne filius pro Patre*, Bald. *in d. l.* 2. *C. de Episcopali audientia*; Bartol. *in l.* 1. *n.* 13 *ff. de appell. recip.* Rebuffum *in dicta l. quod iussit, n.* 43. & Textum *in l.* 3. *tit.* 4. *lib.* 4.
32 *recop.* † Aliter exemplificat *Glossa* 1. *in cap. cum dilecti de electione*, vbi Doctores, velut si Iudex
33 pronuntiat desertam esse appellationem. † Item quando pronuntiat non esse audiendum eum, qui intra terminum non egit, vel Testes non præsentauit ex *l* 3 Bart. *ff. de except.* alios plures casus congerit vsque ad 15. Barbosa *in d. c.* 20. *Trid. seß.* 24. à *n.* 19. *ad* 35. vbi probat cum multis, *n.* 20. refert quamplures Doctores agentes de multis casibus, in quibus licita est appellatio ab interlocutoria, inter quos Salgadum *de protect. Reg. p.* 1. *cap.* 1. à *n.* 4. Gonzal. *in Reg.* 8. *Cancel. Glossa* 9. §. 1. *in annotat.* à *n.* 191. Scacciam *de appell. q.* 17. *limit* 47. Menoch. *rem* 4. *adipiscend. q.* 9. à *n.* 822. videbis etiam quos congerit Pichardus *in manduct. ad praxim p.* 4. §. 11. *per totam*, vbi benè expendit.

34 Secunda inquam limitatio, siue declaratio Regulæ prædictæ, est vt quoties interlocutoria sententia continet grauamen irreparabile per sententiam diffinitiuam; tunc ab ea queat appellari, licet ex Textu *in dicta l.* 2. *ff. de appell. recip. cap. non solum*, §. *ante sententiam* 2. *q.* 6. *dicto*

Fermosin. de Exceptionibus.

cap. 20. *Trid. seß.* 24. *d. l.* 3. *tit.* 18. *lib.* 4. *recop.* Sucinus *Reg.* 33. *fall* 1. Berojus *in dicto cap. super eo, hoc tit.* Balboa *in d. c. vt debitus*, *num.* 22. Menoch. *de adipiscend. rem* 4. *num.* 117. idem *de arbitr. casu* 490. *n.* 3. Decianus *resp.* 62. *num.* 21. *volum.* 5. Petrus Gregor. *de appell. lib.* 1. *cap.* 4. Surdus *decis.* 36. *num.* 13. Stephanus Gratianus à Marchia *decis.* 202. Ceuallos *de cognit. per viam violentia Glossa* 7. *n.* 10 & *p.* 2. *q.* 49. à *n.* 1. *Sigism.* Scaccia *de appell. q.* 17. *limitat.* 47. *n* 85. Amator Rodriguez *de examin. processu*, *cap. fin p.* 1. *n.* 4. versic. *verumtamen*, Barbosa *in dicto Trid. decreto n.* 36. † Qui *num.* 37. addit hoc procedere, 35
etiamsi grauamen possit reparari, sed non ex toto, vel magna cum difficultate, seu præiudicio partis, vt docent Dueñas *Reg.* 51. *limit.* 10. Surdus *decis.* 59. *n.* 14. & 15. Stephanus Gratianus *discept. forens. cap.* 74. *n.* 12. & 13. & *cap.* 77. *num* 9. Scaccia *de appell. dicta quæst.* 17. *limit* 47. Gonzalez *in Reg.* 8. *Cancellaria Glossa* 9. §. 1. *in annotat. num.* 177.

Dicitur tamen interlocutoria damnum irre- 36
parabile continere, quando grauamen etiam si sententia diffinitiua obtineat adhuc grauatus, & læsus remaneret. † Veluti in sententia in- 37
terlocutoria torturæ, quæ cum grauem irreparabile contineat certum est posse ab ea appellari *l.* 2. *ff. de appell. recip. l.* 13. *tit.* 23. *p.* 3. ostendit Gomez. *tom.* 3. *variar. cap.* 13. *num* 13. latè Salgado *de protect. Regia* 1. *p.* Scaccia *dicta quæst.* 17. *limit.* 48. à *num.* 143. Trentacinq. *variar resolut. lib.* 2. *resolut.* 13. *n.* 15. Riccius *collect. decis.* 641. versic. *secundo*, & in praxi rerum *fori Ecclef. resol.* 405. *num.* 4. versic. *tertius*, Narbona *l.* 59. *tit.* 4. *lib.* 1. *recopilat. Glossa* 1. *n.* 108.

Sic etiam vt appellari possit à sententia ca- 38
pturæ, seu etiam ab actuali in carceratione iniusta, quia grauamen capturæ non potest per diffinitiuam reparari, quæ appellatio etiam intra decem dies poterit interponi; ex eo quia grauamen est continuum, & successiuum, vt aduertit Alexander *in l. eum qui*, §. *in popularibus n.* 11. *ff. de Iureiurando*, & relati à Gomezio *tomo* 3. *variarum cap.* 9. *num.* 10. alios etiam casus similes adducit *l.* 3. *tit.* 18. *lib.* 4. *recopilat.* in quibus appellatio ab interlocutoria licita est, tradunt relati à Dueñas *Regula* 52. Maranta *in praxi* 6. *p. actu* 2. *de appell. num.* 269. refert præfatos Balb. *in dicto cap. vt debitus hoc tit. num.* 22. quibus addo Ignatium de el Villar *in silua respons. lib.* 1. *responso* 15. *num* 6. Surdum *decis.* 36. Gonzalez *in dicta Reg.* 8. *Cancellaria*, *Glossa* 9. §. 1. *in annot* à *num.* 176. Scacciam *hoc tit. dicta quæst.* 17. *limitatione* 47. à *num.* 159. Gratianum *discept. Forensium cap.* 77. Salgadum *dicta p.* 2. *de protectione Regia cap.* 1. alios congerit Barbosa *in dicto Tridene decreto cap.* 20 *seß.* 24. *num.* 38. videndus à *num.* 18. & 21. Et ad aliam quæstionem an liceat appellari à sententia interlocutoria lata in possessorio, dico *infrà in cap.* 12. *hoc tit.* & applicabis quæstionem quam assignaui suprà ante Rubricam *sub num.* 3. *appellatio an admittatur à Iudice, qui interloquendo.*

QVÆSTIO II.

An liceat appellari à sententia lata secundum opinionem probabilem: An appellationi possit renuntiari: Et num à decreto torturæ appelletur: Quid in Sancto Officio Inquisitionis: Et an sententia migrandi: An reiectione appellationis detur appellatio; Et faciat vim Ecclesiasticus non admittendo appellationẽ intra decem dies?

SVMMARIVM.

1 *Appellatio à sententia lata secundùm opinionem probabilem, non licet secundùm aliquos, n.2. & 3. contraria est verior praxis, etiamsi Iudex pronunciet secundum probabiliorem opinionem, si appellandi assistat alia probabilis, num.4.5.*
2 *Iudicare tenetur Iudex secundum probabiliorem opinionem; aliter docent Doctores n.6.*
3 *Botantes Consules quoad Iustitiam Tributorum, & donatiui tenentur sequi probabiliorem opinionem aliter, num.7.*
5 *Opinio qua inferiori Iudicĩ visa est probabilior, potest superiori videri minus probabilis.*
8 *Appellatio qualiter à partibus queat renuntiari, num. sequent.*
9 *Appellatio tolli potest ex partium consensu, & pacto de non appellando, num.10.*
10 *Pactum de non appellando valet quando fuit facta obligatio de stondo vnica sententia.*
11 *Appellationi in Criminalibus, nec tacitè, nec expresiè renuntiatur, nisi cum crimen est notorium expende num. 12.*
13 *Renuntiari potest ex pacto nullitati Actorum, vel sententia.*
14 *Exceptio renuntiasti appellationi impedit litis ingressum.*
15 *Appellationis renuntiatio valet, si res sit integra, non aliter, & tendat in fauorem appellantis num.16.*
17 *Procurator nequit appellationi renuntiare sine consensu Domini, vt nec donare.*
18 *Appellatio locum habet, si grauamen est notorium, non obstãte Appellatoris renuntiatione.*
19 *Appellaturus poterit in syndicatu agere contra Iudicem ex mala indicatura.*
20 *Reductio ad arbitrium boni viri nequit renuntiari, si læsio esset in quantitate magna.*
21 *Dennutiatio appellationis, vt valeat debet esse expressa, & non sic ea intelligatur, cum partes conuenerint stare scientia Iudicis ferenda,* quæcumque illa sit.
22 *Renuntiationis appellationis casus qui sint.*
23 *Appellans quando renuntians appellationi adhuc appellato prosequenti appellationem condemnetur in expensis, num. 24. 25. quando non condemnetur, num. 26.*
27 *Appellatio licet à decreto torturæ, non tantum cum Iudex declarat Reum torquendum in principali, sed ad habendum responsum affirmatiuum, aut negatiuum, n.28. nec interim nouandum est n.29.*
29 *Appellari licet à comminatione torturæ.*
30 *Inquisitores debent admittere appellationem à sententia torturæ, nisi appellatio esset friuola, aut calumniosa, num.31.*
32 *Appellatio friuola, & calumniosa quæ dicatur, ponitur in Iudicis arbitrio, & num 33.*
33 *Appellatio dicitur friuola cum constat clarè de appellantis calumnia.*
34 *Appellatio non admittitur à mandato migrandi cum requirat celeritatem, & expeditionem.*
35 *Appellatio à reiectione appellationis quando detur, vel non num.36.*
37 *Appellari quit à Iudice; qui interpositam appellationem in die feriata non admisit.*
38 *Actus quilibet extraiudicialis potest exerceri die feriato.*
40 L. dies Festos, Cod. de feriis, l.34. tit.2.p.3.
41 *Appellatio in dubio iudicari debet, non deserta.*
42 *Dies non currit de momento ad momentum, nec dies feriati computantur in termino.*

VT ad primam difficultatis partem respondeas suppones quæ adduxi *supra in cap 4. de feriis p.4.* vbi de opinione probabili, an quem reddat tutum in conscientia relicta probabiliori, vnde quia hæc quæstio est curiosa, referam prius DD. diuersas sententias, & ex eis eligam in praxi veriorem, etenim pro negatiua sententia sunt Petrus de Ledesma *in summa tomo 2. tract. 8. c. 24. conclus. 8. difficult. 2*, qui cum Orellana dixit appellationem non licere, etiamsi sint duæ opiniones æque probabiles; eo quod Iudex protulit iustè sententiam, nec vllum parti grauamen intulit; alias lites enim fierent immortales contra Regulam Textus *in cap. finem litibus de dolo*, ibi adductis, & Villalobas cum Bañez *in summa tom.2. tract.16. diff. 8. num.4.* ait non posse Reum appellare cum Iudex sequutus fuerit probabiliorem opinionem, aut æque probabilem. 1

Et hæc opinio confirmari videtur, quia Iudex tenetur Iudicare secundùm probabiliorem opinionem, docent Layman *de Theologia morali, lib.1. tract.1. cap.5. §.3. num.16.* Sanchez *in summa tomo 1. lib.5. cap.10. n.7.* cum aliis ab eo relatis Villalobos *p.1. sum. tom.1. tract. 1. diff. 15. n.9.* Malderus *in 2. 2. p. D. Thom. quæst.19. art.5. disp.86. circa finem* Tanner. *in 2.2. D. Thom. disp.4. q.4. dubio 6, num.128.* Decanus *in summa tomo 2., tract.1. cap.4. q. 9. n.13.* Filiuc. *tom. 2. tract. 21. c.4. n.144.* alios congerit Diana *p.1. tract.3 res.10* 2

Confirmatur secundo nam Consules intrantes in Parlamento, siue consistorio quoad iustitiam donatiui, imò & alij Ministri Regij, quoad Iustitiam Tributorum tenentur sequi probabiliorem opinionem, relicta probabili, eo quod tales constituuntur Iudices inter Regem, & populum, vtrum donatiuum sit probandum, necne docent Vasq. *de restit. cap.5. §.3. dubio 5. num.57.* Molfer. *in sum. tom.2. tract.12. c.22. n.75.* & hanc tutiorem vocat Diana, & probabiliorem, *p. 1. tractatu 3. res. 20.* 3

Adhuc vero & si prædictæ opiniones in suis speciebus probabiliores, & tutiores sint, tamen in casu hoc de appellatione interponenda à condẽnato in Iudicio, respondeo non solùm in causis capitalibus, sed etiam in Ciuilibus licitum esse appellare, etiamsi Iudex inferior sententiam tulerit secundum opinionem probabilioẽ, dum tamen opinio, quæ appellanti assistit sit probabilis, docent Salon. *in 2. 2. D. Thom. 2. q.69. art.3. conclus. 2. §. inde dico in primis* Ioanes de la Cruz *in direct. p.1. præcepto 8. articulo 3. dubio 11. conclusione 2.* qui licet teneant sic prouedere tantùm quando fit appellatio à causa sanguinis; 4

verùm

verùm debet etiam procedere in quibuslibet causis Ciuilibus; nam alias innumera committerentur peccata per Reos Aduocatos, & Procuratores in disquirenda magis probabili opinione; docent hanc sententiam Turrianus *in 2. 2. tom. 2. disp. 51. dubio 1. n. 4.* contrariæ fundamentis respondent Diana *p. 3. tract. 5. miscel. res.* 104. eam videtur tenere Hurtado *disp.* 4. *difficultate* 10. Syluius *in 2. 2. D. Thom. quæst.* 69. *Articulo* 3.

5 Et probatur quia respectu rei sunt fauorabiliora iura: argumento Textus *in cap. fin. de re Iudic.* cum concordatis; deinde quia illa opinio quæ visa est probabilior Iudici inferiori, potest respectu contrariæ probabilis apparere Iudici superiori minus probabilis: argum. Textus *in l. 2. §. sed denique. Cod. de veteri Iure enucleando*, non enim ex multitudine Authorum, sed ex vberiori ratione, opinio magis probabilis decernenda est, cuius causa inter Iudices potest esse non minima dissensio.

6 Hæc sunt vera, & si fundamenta contrariæ opinionis probabiliora & tutiora sint in suprà relatis speciebus, tamen in practica inuenio plures DD. etiam in illis contrarium tenere. Nam de iudicando secundùm probabiliorem relicta probabili, video Martinez *in 2. p. D. Tom. 2. q. 29. art. 6. conclus. 2.* Gaspard. Hurtado *dis. 21.* Lorcam *ibidem disp. 39. n 2.* Aluarez *ibidem, disp. 80. n. 12.* Martinum Bonacin. *de legibus disp. 2. q. 4. punct. 9.* Sent. *in select. disp. 44. n. 50.* del Rium *in disquisit. magnis, lib. 6. q. 1. §. quotiescumque*, vbi asserit esse communem sententiam Casuistarum, & ex nostris Morla *in Emporio iuris p. 1. tit. 2. q. 2.* Diana *p. 2. tract. 13. resol. 3.* vbi ad plures casus infert in versic. *ex his*; vbi hanc veram arbitretur contra Vasq. *p. 2. tom. 1. disp. 64. num. 5.* etiam in Iudice Supremo.

7 Imo & in casu de Parlamento, & Consulibus seu aliis Ministris Regiis circa concedenda donatiua, & imponenda Tributa, dicunt multi posse eos probabilem opinionem sequi eo quod Iudex videtur prudenter facere, sequendo probabilem opinionem, relicta probabiliori docent Morla *in Empor. Iur. p. 1. tit. 2. q. 2.* Lorca *in p. 2. tom. 1. disp. 19. membro 2.* Gaspar. Hurtado *disp. 4. de conscient. diff. 21.* Aluar. *in 2. 2. disp 80. num 12.* Martinez *ibi p. 2. tom. 1. q. 19 art. 6. dubio 6. conclus. 2.* Saucius *in select. dict. disp 44. num. 50. & 51.* Fagundez *in precept. Decalog. 2. lib. 3. cap. 2. num. 5.* cum aliis Diana *p. 1. tract. de Parlamento res. 20.* vbi addit vt ob id non videatur Iudex personarum acceptor, quia opinio illa probabilis contulit illi facultatem iudicandi, iuxta quam maluerit opinionem; itaque non damnat Ministros concedentes Tributa Regi, & donatiua secundùm probabilem opinionem circa Iustitiam Tributi, seu donatiui, alias inquam ait quod haberent maximum onus, multisque scrupulis implicaretur ad cognoscendum probabilem, & probabiliorem opinionem, de quo videbis Lessium *lib. 2. de Iustitia cap. 31. dubio 11. n. 42.* Hieronimum de Rua *in suis controuers. Scholastic. tom. 2. controuers. 2.* del Rium *disquisit. Magicar. n. 151. § quia quotiescumque*, Suarez *de restitut. lib. 3 cap. 1. n. 268. & 269.* Et adiunges quæ suprà adduxi *in cap. 2. de re Iudicata, vbi qualem debent in dubio eligere opinionem Iudex.*

8 Ad secundam quæstionis partem, an appellationi possit renuntiari: potest ad vtramque partem disputari ex adductis *suprà in cap. 1. si diligenti de foro compet.* vbi dixi an quis possit priuilegio renuntiare, item ex adductis *supra in hac Rubr. p. 1. à n. 1.* nam si dixeris appellationem competere vt remedium iure naturæ inuentum dices fortè à partibus renuntiari non posse, eo quod Iura naturalia immutabilia sunt; Sed amissis, quæ hic possent disputari respondeo per conclusiones sequentes.

Prima conclusio appellatio tolli potest ex partium consensu, & conuentione Textus, *in l. fin. §. finali, Cod. de tempore appell. l. 1. §. 1. Cod. ff. à quibus appellari non licet*, benè per Ripam *in l. nemo potest, n. 78. ff. deleg. 1.* Decius *in cap. interposita, §. ille denique hoc tit. & in cap. ex ratione col. 5. post principium hoc eodem tit.* Gratianus *Regula* 41. 9

Secunda conclusio, pactum de non appellando valet taliter vt hæc renuntiatio non suspendat executionem sententiæ, Guid. Pap. *in tract. de appellat. q. 106.* Lanclot. *de attent. p. 2. cap. 20. num. 20.* vel quando fuit facta obligatio de stando vnicæ sententiæ; nam hæc conuentio de iure validari putatur iuxta Textum *in l. fin. Cod. de tempor. appell.* Franceus *in dicto cap. interposita, §. ille denique, n. 2.* Felinus *in cap. ex parte el. 2. n. 6. de rescriptis, & in cap. si diligenti num. 7. de foro competenti*, Paris. *cons. 34. lib. 1. num. 25.* Salgadus *de Regia protectione p. 3. cap. 9. num. 229. & 230.* vbi etiam cum aliis *dicto num* 229. ait per Doctores *in l. postquam liti, Cod. de pactis* expressè appellationi renuntiari, tam interiectæ quando per transactionem receditur à lite, Lancelotus *vbi suprà cap. 12. in præfat. num.* 19. Doctores *in l. si contra maiores, Cod. hoc tit.* 10

Et licet appellationi in Criminalibus, nec tacitè, nec expressè renuntiari queat, Boëtius *decis. 257. sub num. 6.* Franceus *in cap. cum speciali, §. porro n. 6. ante medium*, versic. *sed certe hoc tit.* Lancelotus *de attentatis p. 2. cap. 12. ampliat. 2. num. 8.* & firmet Farinacius sic communiter per Doctores teneri *in praxi crimin. 3. tom. q. 101. cap. 1. à num 2.* Tamen ipse *à n. 20.* hoc limitat quando delictum sit notorium: sequitur Salgadus *3 p. cap. 14. num. 9.* dicens tunc valere renuntiationem appellationis, & sic & si Glossa *in l. pactum inter hæredem: ff. de pactis*, Baldus *in cap. cum non de Iudic.* Couarruuias *in 4. 2. p. c. 8. §. 13. num. 16.* Matiencus *in Dialogo relat. & aduocat. 3. p. cap. 49. circa finem*, & cum aliis Gratianus *dicta Reg. 41, num. 4.* existimant renuntiationem appellationis non admitti in causa Criminali. 11

Sed hoc intelligit Gratianus *ibi num. 5.* procedere, si renuntiatio fiat ante sententiam; secùs si post sententiam prolatam, quia tunc Reus posset expressè consentire, & ita ait quotidie practicari, & hoc licet post consensum appelletur, & ibi aduertit quod tali casu, quando post consensum appelletur, semper incipiuntur merita causæ principalis. 12

Ex dictis etiam infero primo vt possit etiam renuntiari ex pacto Actorum nullitati, vel sententiæ, Angelus *in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pactis.* Bernardus Diez de Luco *in Regula* 498. vbi benè eius Additionator, Abiles *de syndicatu cap. 3.* Glossa *el descargo num. 2.* Gratianus *dicta Regula 41. num. 1.* cum aliis multis ab eo relatis, Boërius *decis. 184. n. 18.* † Imo dicit 13 14

Petrus Ancharranus *conf.* 371. quem sequuntur Felin.*in c.exception.n.*30.*de except.* Grat. *d.reg.*41. *n.*2.quod ista exceptio,*renunciasti appellat.*impedit litis ingressum.

15 Prædicta sententia declaratur forma sequenti, nam si res sit integra, valet appellationis renunciatio, nō inquam valebit si integra res non sit;ex *l si quis libellos,C.de appell,dict.cap.interposita,* §.*ille denique, hoc tit.*per quæ Iura aliquibus sublimitarionibus consuluit,Bartol.Socin *conf.*46.*volum.*1. 16 *num.*12. † Qui etiam addit, *d. num.*12. *in fine,* & cum aliis Grat.*dict.reg.*41.*num.*6.*&* 7.tunc reuera appellaturus possit appellationi renunciare. quatenus appellatio tendit ad fauorem; secus si ad suum odium ex Bart.& aliis,*in d. l si quis libellos, Cod. hoc tit.*

17 Notabis verò prædictam sententiam fallere in procuratore rei,nam etsi habeat mandatum cum libera,non poterit sine sui Domini consensu appellationi renunciare,quia pactum procuratoris, sine speciali mandato Domino nocere non potest vt *in l.nam & docere ff. de pactis,cap qui ad agendum de procurat.lib* 6 bene Decius *conf* 308 *num* 11. Baldus *in l.fin.*§ *fin.Cod.de tempor.appellat.* Angelus *in l.*1.§ 1.*ff.à quibus appellare non licet*, Iason *in l. præses,num.*13.*Cod.de transactionibus* & applicabis dicta,*sub cap.*9.*de Iudiciis*, *à quæst.*3. optime Riccius *collect.*902. *in fine*,cum de Franch *in dec.* 597. *p.*4 Balbo *in decis.*53. ex eo quia renunciatio, est species donationis, quam procurator facere nequit, secundum Fabrum *in decis.* 59. *Cod. de procurator.*

18 Item aduertes quod si grauamen est notorium tunc non obstante renunciatione, poterit grauatus appellare, etiam si appellationi renuncietur, Glossa *in c.ex conquæstione*,verbo,*appell. de restitut. spoliat.*Hypolitus *conf.*16.*num.*6 *& conf.* 89.*n* 18. *& conf.*64.*num.*27.Gratianus *dict. reg.*41.*num.fin.* idem Hypolitus *in.l.*1.§ *serui quasi*, *num.*10. *ff. de quæstionibus,& singulari* 592.Farinacius Rota Romana,*decis.*59.*num.*4.*in* 1.*collect.nouis*,Perez *in l.* 2. *Glossæ* 1. *pag.* 572. *col.* 2. *titulo* 5. *libro* 3. *ordinament.*

19 Secundò aduertes quod, etsi appellationi possit renunciari,tamen appellaturus poterit in syndicatu agere contra Iudicem ex mala Iudicatura, Bald.*in l fin* § *fin.Cod.de temp.appellat.* idem *in cap. sæpe columna penultima*, *hoc tit.* Socinus *conf.* 24. *lib.*1. *num.* 9. cum aliis Gratianus *dicta regula* 41. *num.* 8.

20 Tertio etiam aduertes quod licet appellationi possit renunciari, sed non reductioni ad arbitrium boni viri,Glossa *in l.quidam cum filium.ff.de verborum obligation.* ibi, Bartol. ad Iason *num.*21. 22.*&* 23 quod intelligit Grat.*dict.reg.*41.*num.*13. quando læsio esset; in magna quantitate; secus alias,secundùm Bartol.*in l.societatem.*§ *arbitror.ff. pro socio*;ita practicatur,vt ait Padilla *in l.*1. *ff. de leg.*1.*n.*38.

21 Et Bartolus *in l.si cognouerit.ff.de re Iudicata*, & Iason *ibi,in fine*, quos refert Gratianus *dicta regula* 41. *num.* 11. dicunt tunc renunciationem appellationis valere, si expressa sit, secus si tacita: Vnde dubium est, quid si partes conuenerint stare sententiæ Iudicis ferendæ quæcumque illa sit, propter illud verbum, *quæcumque*, sed Glossa *in l. tale pactum*, §. *qui prouocauit, Glossa magna* 2. *p.ff.de pactis*, & Doctores, *ibi*, Iason *in dicta l. si conuenerit, num.*23. *&* 24. Gatianus *dicta regula* 41. *num.* 12. docent illis verbis induci veram renunciationem appellationis; ita vt à sententia lata, præmissa tali renunciatione, nequeat appellari. † Et de pluribus casibus, 22 quibus cognoscitur, vt sit appellatio renunciata,videbis Riccium *in collect* 902 *ad Textum, in l. fin.*§ *fin Cod.de temporibus appellat.* veluti si intra tempus à Iudice præscriptum non petiit appellationis Apostolos; item renunciat qui soluens sponte,& qui petiit executionem sententiæ & in aliis sex casibus, quos congerit ipse Riccius ex Osasco Mainar.Mangonio Cappella Tholosana, & aliis, & cum pluribus aliis Pichard. *in manud. p.*4.§.6.*per totum*,Legend.Donel.*lib.*28.*comm.c.*6. Tuscus *tom.*1.*pract.concl.*386.iterum ipse Riccius ad Textum *in cap. solicitudinem* 54. *hoc titulo, collect.* 1428.

Notabis verò ex *dicto cap interposita de appellat.*79. § *ille*, & *ibi* Barbosa *num* 7.Scaccia *de appellationibus*, *quæst.*17, *limit.*2. *num.* 111. *&* 113. *&* 114 & cum Petro Barbosa *in l. cum qui temere n.*188 *ff de Iudicijs*, quod si appellans, renunciet appellationi, etiam inuito appellato, & re integra, vel non, & appellatus in prosequendo appellationem, quouis modo eam prosequutus sit; & ob id coactus fuerit facere aliquas expensas: tunc debere appellationem condemnari in expensis.† Et idem si appellatus non receperit renunciationem appellationis,nisi appellans, Iustam haberet causam appellandi; quia tunc illa causa Iusta illum excusabit à condemnatione expensarum. † Vel quando renunciat appellationi conditionaliter pariter etiam quando appellatus nullas expensas fecerit occasione appellationis. † Sed dumtaxat occasione desertionis, quam appelanti licuit deserere, illique tacitè renunciare, & expresse re integra appellato etiam inuito,& contradicente, quia appellans non tenetur ad istas expensas tradit Scaccia *sup. n.*123. *&* 124 qui dixit,*n.*114. teneri illum ad expensas: qui cedit liti:notant Decius,Petrus,Barbosa iam citati, & Assinius *in praxi Florentiæ*, §. 32. *cap.*2. *ampliatione* 2. 23 24 25 26

Ad tertiam quæstionis partem, an à decreto torturæ appelletur; in quo dubio Glossa, vbi communiter scribentes,*in l pen.C. quorum appell. non recip.* dicunt admitti debere appellationem à tali decreto,& constat ex dictis,*sup q.*1.versic.*ad quartam*,in versic.*dicitur:*continet hæc sententia, vt *ibi*, dixi grauamen irreparabile:habetque vim difinitiuæ: tradit etiam Riccius *collect.*1777. vbi ait procedere etiam absque insertione causæ grauaminis,Francisc. Marc. *in dec.*60. in tantum vt & si alias per appellationem ab interlocutoria, non sint ligatæ manus Iudicis,qui possit ante inhibitionem suam exequi sententiam, & in causa procedere,Iuxta terminos Textus *in c.non solum, hoc tit.lib.*6.*ex decis. Guid.*436. sed vbi agitur de tali damno irreparabili,provt est tortura per appellationem,executio impeditur, etiam ante inhibitionem,idem Riccius dicit,*vbi sup. & in decis.*22.imo Guid.Pap.*in dec.*74.& Francis.Marc.*d. decis.*60.*n.*5. dicunt ita obseruari de stylo Curiarū,tam Parlamenti,superioris,quam inferioris. 27

Quæ Doctrina venit amplianda, non solùm quando Iudex pronunciat reum esse torquendum super delicto principali, sed etiam quando torquetur ad habendam responsionem affirmatiuam,Iuxta decisionem Capitij 145. 28

Secundo

Secundo ampliatur non solùm interposita appellatione, à decreto torturæ, vbi Iudex debet supersedere, & nihil innouare, verum, vt nec aliquid possit innouare, pendente termino ad appellandum & sic per decem dies post decretum, secundùm Franciscum Marcum *in decis.907.* & facit regula quod sicut, appellatione pendente, nihil est innouandum, ita etiam pendente termino ad appellandum, vt dico *sub cap.1. & 51.* huius tituli, & docet Capicius *in decis.167.*

29 Tertio ampliatur, vt sit etiam licitum appellare à comminatione torturæ, Riccius *decis.91. & dicta collect.* 1777. versiculo *amplia quinto*, Grammaticus *super Capud. Regni fol.133.n.4. in fine*, qui dicit ita semper se vidisse seruari in magna Curiæ Vicariæ, & Guido Pap. dixit *in decis.136.* vt sicut per appellationem: à decreto de torquendo ligantur Iudicis manus; ita etiam ligantur per appellationem à comminatione.

30 Ad quartam quæstionis partem, an inquisitores debeant admittere appellationem à sententia torturæ, & ex dictis respondeo affirmatiue, & Doctores docent per Textum *in l 2.Cod.de appellat. recip. l.pen. Cod. quorum appell. non recipiantur*, Diana *p. 4. tract. 6. resol. 20.* idem, *tractat. 8. dicta p. 4. res.* 31. in versic. *notandum*, *Glossa in clem. 2.* versiculo, *ipso Iure, de hæreticis*, Simancas *de catholicis institut. tit.52. num 11. & titulo 65. numero 2.* Carena *de officio inquisit. p.3. titulo 16. numero 5.* Eimericus *in directorio inquisit. p. 3.* Rubrica *de appell. num. 121.* vbi Peña *commento 3. littera pag.* 487. Farinacius *de hæresi, quæst. 185. §. 15. num. 135.* Barbosa *in dicta clementina 1. num. 22.* & idem Pegna ait quod appellatio ab interlocutoria; seu grauamine, quo reus se grauari dicit, debeat duo præcipue continere, primum grauamen, à quo appellatur; *cap. cum sit Romana, hoc titulo*, alterum causa grauaminis; ita vt non sufficiat illa ingerere, specifice esse explicanda, de quo dico, *infra*: tradit, Diaña *dicta res. 20. tract. 6.* versic. *nota tamen*.

31 Sed relata sententia fallit quando appellatio à decreto torturæ fuisset calumniosa, & friuola; nam tunc poterunt inquisitores procedere ad vlteriora, absque attentatorum vitio: docent Simancas, Diana, Barbosa, Farinacius, & Carena, *vbi suprà*, relati, Sousa *in aphorism. lib.2. cap. 35. num. 6.* Paz *in praxi tom. 1. p. 5. cap. 3. §. 12. num. 81.* Sanchez *in opusculo tomo 2. lib. 6. cap. 3. dubio 15. num. 4.* Miranda *in ordine iudicior. tom. 2. quæst.26. art. 15. col. 2.* Queuedo *lib. de inditiis, & tortur. cap. 13. num. 6.* Villadiego *in politica, cap.3 num.324.* Sebastianus, Guazinus *in defens. reorum tom. 2. lib. 1. defens. 30. cap. 2. num. 11.* Menochius *de arbitrariis, lib. 2. casu 197. num. 2.* ob idque Pegna *in direct. inquisit. p.3. coment. 31.* Diana *d. tract. 8. res.31.* sub versic. *notandum*, qui affetunt resolutionem madrilianam.

32 Quod si dubites quando dicatur appellatio friuola, & calumniosa, id arbitrio Iudicis relinquitur, vt quando viderit in processu apparere legitima ad torquendum indicia, & ea non fuisse purgata in termino concesso, ad defendendum; & ad praxim est videnda instructio toletana anno 1561. *num 50.* sic loquens, *deben los inquisidores mirar muchoque la sententia del tormento sea iustificada y procediendo legitimos indicios y en caso que de esto tengan escrupulo; oduda, por ser el perjuicio irreparable, pue en las causas de heregia ha lugar apelacion de las interlocutorias pero en caso que esten satisfechos de los legitimos indicios, que de el processo resultan esta iustificada la sententia de el tormento, pues la apelacion en tal caso se reputa friuola, deben los inquisidores proceder à la execuzion de el tormento sin dilazion alguna, y aduertir què en duda an de otorgar la apelazion*, & loquens Pegna de hac praxi, *in direct. inquisitor p. 3. comment.31. num. 121.* ait hæc tutissima, & æquissima esse desiderans, vt vbique in praxi obseruarentur, & ego qui in hoc Vallisoletano inquisitionis Tribunali; dum hæc scribo sum inquisitor, & antea per sex annos promotor fiscalis, nunquam vidi ab vllo reo appellationem fuisse interpositam; etsi quamplures torturæ subiecti fuerint, qui nunquam appellarunt ab ipso decreto torturæ notificato, & id factum fuit, quia propter legitima indicia, & probationes fuerunt damnati.

Et quando appellatio à sententia torturæ dicatur friuola, explicant Scaccia *de Iudiciis tom.1.lib.1.cap.97.num.85.* Farinac. *q.38.in praxi, crim.n.27.& 28.* Carauita *in ritu magnæ curiæ 259. n.10.* Guacinus *vbi suprà*, qui dicunt procedere quando constat de calumnia appellationis clarè, secus autem in dubio tam Iuris, quam facti, quia tunc inquisitores debent supersedere in tortura, & spectare quid super appellatione pronunciet Iudex ad quem, qui in Hispania est consilium supremum sanctæ inquisitionis. 33

Ad quintam quæstionis partem dico breuiter vt appellari non possit à sententia, qua cogatur quis migrare, ex eo quia tale mandatum requirit celeritatem, & expeditionem; vt tenuit Grammat. *in dec.58.* ob idque dixit del Castillo *in dec.42.* qui ad hanc materiam plura cumulat procedi in prædicto causa die feriata, Secundo quia cum hæc causa concernat possessorium, Balbus *dec.4* & à possessione nō detur appellatio, Afflict. *in dec 269.* aliquid per Capicium *in dec.34* de Franchis *in decis.136.* & patet ex dicendis *infra in c.11.hoc tit.* sequitur, vt relata Doctrina vera sit, quam tenent Doctores *in l.1.in fin.ff.sol.matr.* Riccius *col.1810.* 34

Ad sextam quæstionis partem, an detur appellatio à reiectione appellationis, & Bart. *in l.1.Cod. quorum appell. non recipiantur*, Contardus *in l. vnic. q.5.C.si.de moment.possess.fuerit appell.* dicunt appellationem dari, sed Grat. *decis.8. n.1.* resoluit quod cum in Rota fuisset dubitatū de hoc dubio, omnes ipsos Iudices stetisse pro negatiua sententia. 35
† Ceuall. tamen de cognitione per viā Violentiæ *p 2.q.108.* distinguit dicendo quod si Iudex causa cognita reiecit appellationem, tunc sit admittenda appellatio appellationis denegatæ. Grat *sup.d. dec.8 n.fin.* quod si pars sit citata & causa cognita, tunc reuera non admittetur appellatio ad effectum retardandæ executionis, vt docent Bart. *sup. n.fin.* Mathesehan. *ibi, n.4* Natta *cons.529.n.30.* Zephal *cons.185 n.3.lib.2.* Contardus *in l. vnica, q.5. n.9.& q.1.n.27.vsque ad 31* vide *infra in c.4. q.2.* versic. *ad tertiam, an à desertione detur appellatio.* 36

Ad vltimam quæstionis partem, quæ de facto contingit, multoties dicendum est vim fieri, si Iudex non admittat appellationem intra decem dies, eo quod sit interposita die feriato, & ratio est quia vt iam dixi, *sub cap.1 de feriis*, cum appellatio sit actus omni tempore permissus fiet, vt etiam in die feriata & in Dei honorem 37

38 ea permittatur, Abbas *in cap fin. de feriis*. † Baldus
in dict. cap. de feriis, Felinus *in cap. cum M. Ferra-
riensis, num. 56. de constitution.* vbi eam nempe ratio-
nem assignat, quia omnis actus extraiudicialis
potest fieri die feriato, *l. dies festos, Cod. de feriis*;
sed appellatio est actus extraiudicialis, quæ va-
let interponi à sententia difinitiua extra Iudicia-
liter, etiam in domo, cum in ea, non requira-
tur partis citatio; quæ aliàs esset necessaria, si
esset actus Iudicialis, *cap. nos in quemquam 2. q. 6.
cap. inter quatuor de maiorit. & obedient.* docet Ce-
uallos cum multis, *de cognit. per viam, violentiæ, à
num. 3* vbi tradit sic fuisse decisum per Rotam *in*
39 *decis. 4 de appellat. in nouis.* ergo. † Et probat etiam
quia sicut die feriata potest appellatio interponi;
ita, & admitti, quia concessis extremis, conceduntur
tur media, *l. tria prædia, ff. de seruitutibus, l. oratio, ff.
de sponsl. l. ad rem mobilem, ff. de procurator*, Salicetus
in l. 1. ad finem n 4 de feriis. Felinus *in cap. significa-
uerunt*, versic. *decimo*, in sexta declaratione de
Iudiciis.

40 Nec obstant verba Textus *in d. l. dies festos. C.
de feriis*, ibi, *dies festos Maiestati altimi dedicatos,
nullis volumus voluptatibus occupari, nec vllis vexa-
tionibus profanari*, idem; *in l. 34 tit 2 p. 3.* quia satis
respondetur ex dictis, & ex adductis, *sup. in d. c. 1.
de feriis*.

41 Ob idque Ceuallos *sup. num. 7.* testatur de pra-
xi in nostra Hispania, & addit quod in dubio est
Iudicandum, quod non sit deserta appellatio, pro-
42 pter lapsum temporis. † Et Menochius *lib. 2. de
præsumptionibus, in præs. 95.* dicit quod dies non
currit de momento ad momentum, nec quod dies
feriati sint in termino computandi, & fuit reso-
lutum apud Gratianum *decis. 124. num. 1. & fin.* te-
net Paulus de Castro *in l. 1. ff. si quis cautioni-
bus*, Decius *cons. 34. num. 5.* quod est mente te-
nendum.

QVÆSTIO III.

An in causa appellationis sit licitum deducere id omne, quod in prima instantia: Et an appellatus possit appellationi adherere, quoad expensas, quando primus Iudex, nec absoluit, nec condemnauit: Et an ter liceat prouocare: An à mandato executorio, liceat cuilibet appellare pro paupere: Vbi de ætate appellantis, & eius, cui intimatur appellatio?

SVMMARIVM.

1 *Deductum iam in prima instantia, non est deducendum in causa appellationis.*

2 *Testes, & articuli directo contrarij, possunt post publicationem præsentari in causa criminali, sicut in matrimoniali*

3 *Articuli in prima instantia agitati, non deducuntur in secunda. n. 4.*

4 *Allegari non allegata, & non probata, probari possunt in secunda instantia, si dependeant, aut respiciant actionem iam motam, num. 5.*

5 *Actio noua eget nouo Iudicio in prima instantia, ita vt in causa appellationis, nunquam agitetur, & coram Iudice eius.*

6 *Appellatus potest appellationi adherere, quoad expensas, quando primus Iudex non absoluit, nec appellantem condemnauit, si fiat cum quatuor requisitis, vt numero 7. 8. 9. 10. 11.*

13 *Appellatio à mandato executorio lata sententia pro paupere in causa alimentorum, seu mercedis non suspendit effectum executionis.*

14 *Appellare potest maior 14. annorum, vel non habens curatorem, vel si eius curator non vult appellare, n. 15. aliàs non item, n. 16.*

AD primam quæstionis partem, quæ mul- 1
tum dependet à dictis, *suprà in cap. fraterni-
tatis 18. de testibus, quæst. 1. à num. 1.* vbi egi de quæ-
stione, *an facta testium publicatione in prima instan-
tia possint alij testes examinari in causa appellatio-
nis*: breuiter respondeo cum de Franchis *in deci-
sion. 668.* Riccio *collect. 1333.* quod in causa appel-
lationis non est licitum deducere illud, idem,
quod fuit deductum in prima instantia, quia es-
sent articuli impertinentes, Iuxta decisionem Vr-
sil. 7. Capicij 15. & 62. Guid. Pap. 585.

Et quia etiam pleraque dixi, *in cap. cum cla-* 2
mor 53. de testibus de his, quæ Riccius hic
mouet pro exornatione prædicti dubij, *& in dicto
cap. fraternitatis, quæst. 2. & 3.* ideo nunc breuiter
cum eo, & cum Afflictis *in decis. 33 & 89 & 216.*
vbi congerit casus plures, in quibus post delicti-
ra testificata, possunt testes produci, de quibus,
Guid. Pap. *dec. 124.* dico ex de Franchis *dec 470.*
Capicio 81. Vrsil. 235. in causa criminali pro de-
fensione posse articulos, & testes directo contra-
rios præsentari post publicationem, quemadmo-
dum in causa Matrimoniali, testatur Thesaur. *in
dec. 262. in fine*, Faber *in dec. 5. de probat.* alia con-
gerit Riccius.

Quare ego occasione huius dubij dixi opere 3
pretium inserere sequentem tractationem, nun-
quid in instantia secunda, possit cognosci de arti-
culis, iam in prima instantia agitatis, aut de aliis
de nouo allegantis, seu probandis. † Est commu- 4
nis conclusio, quod in causa appellationis inter-
iectæ diffinitiua sententia, possint non allegata
allegari, & non probata probari, *l. per hanc, Cod. de
temp. cap. cum Ioannes de fide instrument. dict. cap.
fraternitatis 17. de testibus*, quod tamen sic limita-
tur in dictis Iuribus, vt tunc demum noui admit-
tantur articuli, si à veteribus dependeant, & mo-
tam actionem respiciant, vt in exemplo Textus *in
dict. cap. cum Ioannes*, quæ exhibent Bald. *in dicta l.
per hanc col. 4. & in dicto cap. cum Ioannes, num. 17.*
Pichard. *in manu diction. ad praxim 4. § 19. num. 2.*
addit quod si ita per se articuli, subsistant, vt
nouam videantur causam continere, sint re-
pellendi.

Quo fit vt si, vel res diuersa petatur, vel 5
noua intendatur actio de nouo, lis agenda sit,
nec in causa appellationis eius examini sit locus,
adnotarunt Bartol. & Paulus *in dicta l. per hanc*,
Matanta *de ordine Iudicior, 6. p. tit de appellationi-
bus, num. 163.* imo dicunt Francus *in cap fin. nu-
mero 4 de testibus*, Andreas Gailius *1. pract.
cap. 118.* oportere, vt eius notatæ, sint in
prima instantia omissi articuli, in quibus sen-
tentia lata principali causæ faceret præiudicium;
alioqui si omnino noui sint articuli, admitten-
di non sint, quamtumuis eorum probatio-
nem pars offerat, nec enim probationem su-
pec eis admittendam, probat Farinacius *de te-
stibus*,

ſtibus, tit. de oppoſitione contra examen Teſt. q. 75. num. 317.

6 Ad ſecundam quæſtionis partem an appellatus poſſit appellationi adhærere quoad expenſas; igitur Magon *deciſ. Florentina* 55. & Doctores ſuper Textum *in l. fin. Cod quando prouocare non eſt neceſſe, collect.* 1467. dicunt quod appellatus poteſt appellationi adhærere quoad expenſas, quando primus Iudex, nec abſoluit, nec appellantem condemnauit, & hanc adhæſionem appellationis efficere, vt adhærens cenſeatur vnus ſpiritus cum appellante; imo Balbos *in deciſ.* 300. addit operari etiam; vt iudex poſſit de toto negotio cognoſcere.

7 Prædicta ergo aſſertio vera videtur ſi concurrant quæ ſubſequuntur: primo quod adhæſio fiat intra tempus præfinitum ad appellandum, cum appellatio poſt adhæſionem fiat communis Surdus *deciſ.* 143. & ſic Guidus Pap. *deciſ.* 13. *& in deciſ.* 78. & 437. dixit non poſſe tunc

8 eidem renuntiari, inuito appellato. † Secundò quod adhærens non appellauerit ſeorſum, quia hoc ipſum remedium datur in ſubſidiũ & cum quis appellat ſtatim arguitur non contentus ap-

9 pellatione alterius, Rubinus *deciſ.* 50. † Tertiò quod appellatio, cuius adhæſio intenditur, non ſit limitata, Franciſcus Marcus *deciſ.* 143. *p.* 2. Borgion. *deciſ.* 15. *p.* 1. *n* 10. Surdus *dicta deciſio-*

10 *ne* 143. † Quartò quod fiat adhæſio, per cuius

11 intereſt Riccius *in deciſ.* 14 *& vbi ſupra.* † Quintò vt intimatio illius dirigatur ad ordinariam, Hattan. *deciſ.* 3 *hoc tit.* Riccius *dicta collect.* 1467. *in fine*, vbi ait in verſic. *verum* patia eſſe appellationi non adhærere, vel minùs legitimè adhærere, ſicut non appellare, vel minus legitimè appellare, Rota Lucen. apud Magon *in deciſ.* 9. *num.* 29.

12 Ad tertiam quæſtionis partem, an ter liceat prouocare, dico *infrà in capite ſua nobis* 65. *hoc Titulo.*

13 Ad quartam quæſtionis partem an à mandato executorio, liceat cuilibet appellare pro paupere Velaſcus *p.* 1. *de priuileg. pauper. cap.* 50. agit de quæſtione illa an à ſententia alimentorum quoad effectum, ſaltem ſuſpenſiuum in fauorem pauperum lata, vel à ſententia mercedis, eiuſque taxatione appellari poſſit, eumque longè agat *ibi* videndus reſoluit ſub *a.* 4. verſic. *veritas*, denegari in diuite; ſecùs in paupere dicens, vt nequaquam tunc appellatio ſuſpenſionem operetur; itavt ea non obſtante executioni mandetur, non enim admitti debet appellans, quam ſi ante patti alimenta ſoluat, vt docet Petrus Suſdus *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 96 *num* 1. eo quod tunc res dilationem non patitur; ſecùs autem procedet, vbi alimentandus ſuccubuerit; Nam tunc ſuſpendetur executio, & habebit locum appellatio quoad vtrumque effectum, Menochius *de adipiſc. rem.* 4. *n.* 878. Pett. Surd. *de aliment. priuileg.* 60. Guiucha *in conſuet. Senat.* Meſañeus *c.* 7. *Gloſſa* 15. *a.* 16. Marques *de commiſſ. t. p. §.* 1. *de commiſſ. appellat. in cauſa aliment. à n.* 166. Scacc. *de appellat. q.* 19. *limit.* 7. *à num.* 12. & eſt ratio cum res dilationem non patitur, tunc appellatio non datur ex *l. fin. ff. de appell. recip. l.* 1. *ff. de feriis c. fin.* 2. *q* 6. *& in l. de Pupillo* 5. *§. ſi quis viuo ff. de noui operis nuntiat. l.* 6. *tit.* 18. *lib.* 4. *recop.* Quod idem probat de ſententia mercedis pro paupere lata; idem Velaſcus *d. c.* 50 *n.* 22. talis cauſa celeritatem requirat, ſiſque periculum in mora, Scaccia *dicta quæſt.* 17. *limit.* 7. 49. cum aliis per eos relatis; & apparet ex his quæ infrà late dico ſub *cap.* 51. *hoc Titulo.*

Ad vltimam quæſtionis partem de ætate appellantis, & eius cui intimatur appellatio, Narbona *in annalib. q.* 23. *anno* 14. Etenim nonnulli exiſtimant ſolum appellare poſſe, qui legitimam ætatem ſtandi in Iudicio habent, vtpote qui vigeſimum quintum annum expleuerint cum multis Sigiſmundus, Scaccia *de appellationibus, q.* 5. *art.* 1. *n.* 93. Nicolaus *tract. de concordia Gloſſar. concordia* 6. *fol.* 110. *n.* 146. *in fine tom.* 18. *fol.* 197. *l.* 1. *tit.* 23 *p.* 3. vbi ideo ſeruus non appellat, quia non habet perſonam ſtandi in Iudicio. 14

Sed reuerà cum iam ſuprà dixerim appellationem poſſe interponi; etiam die feriato, quia eſt actus extraiudicialis; ideo rectè dicendum venit, vt maior quatuordecim annorum non habens Curatorem, aut Tutorem poſſit appellare, vel ſi Curator eius nequeat appellare, aut ab appellando ceſſauerit; quia tunc ipſe minor 25. & maior 14 appellare poterit, *l fin. §. fin. ff. hoc tit. l. fin. Cod. an per alium cauſa appellatio, leg.* 1. *Cod. ſi ſæpius in integrum reſtitutio poſtul.* agnoſcit Parlamentum Pariſienſe 1535. die 2. Maij, vt ex Rebuffo refert Narbona *anno* 14. *q.* 23. vbi *ſub n.* 6. ait illum non poſſe proſequi appellationem ex *l ſi Præſes* 6. *Cod. quomodo, & quando Index*: alia tradit Mejia *in l. Toleti p.* 2. *fundam.* 10. *num.* 5. Itaque Oſualdus *lib.* 28. *comment. Donelli cap.* 6. *littera H*, dixit minorem ſine Curatore appellare poſſe, id eſt ceſſante Curatore, eoque non appellante. † Extra caſus verò relatos minor 25 ann appellandi ius non habebit, *Authent.* 23. *hoc tit. cap.* 1. *ſup. anteriorem* 2. *q.* 69. & in prædicto ſenſu accipiuntur qui dicunt appellationis tempora minoribus currere, vt ex multis refert Narbona *n.* 4 id eſt quia minus ætate à 24. annis appellationis legitima eſt. 15 16

QVÆSTIO IV.

An contumax audiatur appellans: An admittatur appellatio à Reo conuicto, & confeſſo: An à ſententia Arbitri: Et an aduerſus ſententiam mixti Executoris: Et an detur reclamatio aduersùs ſententiam Præfecti Prætorij: An à ſententia Cardinalium, vbi de Epiſcopo?

SVMMARIVM.

1 *Appellare nequit contumax verus, nec auditur appellans*, numero 2. & 3. fallit, numero 4. 5. 6.

2 *Appellans non auditur, qui vocatus legitimis edictis abſens fit condemnatus n.* 3.

3 *Appellare poteſt, qui ex quo non exhibuit inſtrumenta fuit condemnatus.*

4 *Contumax verus appellans auditur, ſi iuſtam alleget cauſam.*

5 *Contumax quando per viam nullitatis audiatur.*

6 *Contumacia nullitas poteſt per amicum, & conſanguineum proponi, ſi ex eodem proceſſu, & citatione probari poſſit.*

7 *Confeſſus, & conuictus non auditur appellans, ſi*

si clara probatione conuictus est, n.9. & 10. & de ratione, sub n.14.

8 *Confessio spontanea in criminalibus tollit appellationem, non si fiat in tortura.*

9 *Confessio post sententiam in criminali causa, non impedit appellationem.*

10 *Confessus tantum, & non conuictus, potest appellare, & econtra, n.13.*

11 Cap. cum sit Romana 3. §. fin. de appellat. lib.6. l.2. Cod. quorum appellat. non recipiantur.

12 *Appellatio à confesso, & conuicto interposita, non admittitur ad impediendum executionem sententia.*

14 *Confessio cum qualitate, aut erronea, non impedit appellationem.*

15 *Appellatio à sententia arbitri non datur, si si compromissarius; secus si sit arbiter Iuris, n.16. Vide n.17.*

16 L. dum proferre, §. stari, ff. de arbitris, l. fin. ff. qui & à quibus appeller. leg.25. titulo 24. parte 3. cum lege 2. & 4. Cod. de arbitris, leg. arbitrio, ff. qui satis dare cogantur.

17 *Nullitas allegata alterum, quando à Iudice non admittatur; eo quod dicatur calumniosa, num.18*

19 *Appellatio admittitur à sententia meri, & mixti executoris.*

20 *Appellari nequit ab executione, vt ea suspendatur, nisi modus excedatur.*

21 *Appellatio non licet à sententia lata per Senatum, & consilium supremum, vbi de prefecto pratorio, num.22. & num.23. & 32.*

22 *Restitutio conceditur minoribus postulantibus à sententia lata à Principe, seu prafecto.*

23 *Reclamatio conceditur aduersus sententiam prafecti pratorio, & sacri consilij, & in incidentibus, n.24.*

25 *Reclamatio admittitur aduersus Regis sententiam pronunciantis, iuxta alterius relationem & nondum facta sententia executione, n.26 Vide n.30.*

27 *Appellatio non admittitur à sententia Principis, nisi contineret manifestam iniquitatem, n.29. & n.30.*

28 *Appellatio non admittitur à sententia Papa, nisi in casibus, in quibus subest Concilio vniuersali.*

31 *Appellatio non denegatur, veluti si ad relationem alterius Princeps rescripserit.*

32 *Appellatio non admittitur à sententia Cardinalium secundùm aliquos, & verum si lata sit à toto catu Cardinalium; secus si ab vno, aut altero. n 34. & 35.*

35 *Cardinales Regibus aquiparantur, & sic iniuriantes in eos puniuntur, & rei lasa Maiestatis.*

35 *Appellatio admittitur à sententia Cardinalis legati Papa.*

36 *Dux Lerma Cardinalis fuit creatus, & quando.*

37 *Appellatio non admittitur à sententia Episcopi, cuius Iurisdictio fuit prorogata de consensu partium; secus in aliis Iudicibus inferioribus.*

1 AD primam quæstionis partem, suppositis aliis de contumace, & confitente *suprà sub Rubrica de litis contestatione*, & *alibi* breuiter respondeo cum Riccio, & Doctoribus *in leg. pen. §. ad crimen, ff. de publicis Iudiciis collect. 856.* quod contumax non auditur appellans, quod intelligit, Valensis *hic §. 4. si verus contumax est ex leg 1. Cod. quorum appellationes non recipiantur, l. ex consensu 23. §. fin. ff. hoc titulo*, ratio est quia appellatio datur oppresso, & grauato à Iudice; non autem ei, qui Iudici rebellis est, vbi est verus contumax, videndus Scaccia *de appellationibus, quaest. 17. limit. 3. num. 4.* & probatur hoc ex dictis *suprà in cap. 1. de Iudiciis*, vbi pleráque dixi de contumace citato, non veniente ad Iudicium. † Isque qui legitimis voca- 2
tus edictis ad agendam causam, absens sit condemnatus; siquidem absuerit per contumaciam, eius recipi non potest *l. & post edictum 73. §. fin. ff. de Iudiciis, l. ex consensu 23. § fin. ff de appellation. l. 1. l. 4. in fine, Cod. quorum appellat. non recipiantur l. 9. tit. 23 part. 3. l. 5. tit. 16 lib. 3. ordinamenti, l. 4. tit. 18. lib. 4 noua recopilationis*, vbi Doctores.

Planè quoad rem hanc attinet, hoc Ius, con- 3
stitutum est aduersùs eos tantùm, qui per contumaciam absunt, quia non comparendo, Iudicem videntur contemnere; quod si quid aliud In Iudicio per contumaciam quis non faciat, veluti, si non exhibeat instrumenta nihilominus eo nomine condemnatus appellare poterit, *l. creditor 29. §. 1. ff. hoc titulo dicta leg. 9.* versic. *pero si el demandado tit. 23. part. 3.* explicant in proposito videndi Federicus *de appellationibus, num. 27. 28. & 30.* Vbamesius *in cap. cum speciali 61. §. porro, num. 9. hoc tit.* Lancellotus *de attentatis 1. part. cap. 4. limit. 18. n. 1. & cap. 11. num. 12. & part. 3. cap. 28.* Maranta *in pract. tit. de citatione, num. 70.* Dueñas *reg. 152.* post Gregorium Lopez *in dicta l. 9.* & Azeuedus *in dicta l 4. recop.* Didacus Perez *in dicta l. 5. ordinamenti*, Socinus *reg. 73.* Capicius *decis. 139.* Guido Pap. *decis. 436. n. 70.*

Dubium vero est, an si quis contumax ve- 4
rus aliquam iustam alleget causam, audiatur appellans, & respondeo affirmatiuè ex his, quæ cum multis tradit, Ceuallos *in pract. quaest. 149. quaest. 266. 412. & 612.* quatenus agit de contumace audiendo, vel non ex quo Iure tenent, Azeuedus *in l. 10. tit. 17. lib. 4. recop. num. 83.* Iulius Clarus *lib. 5. receptarum sententiarum, § fin. quaest. 94.* Baiordus *ibi*, Tusehus *conclus. 419. & 417. Littera C*, Pichardus *in manud. part. 4. §. 1. num 6. in fine*, & videbis quæ dixi *sub Rubrica de litis contest. quaest. 14.* vbi quæ remedia supperant contumaci, & confitenti, in non contestando litem.

An vero contumax audiatur, per viam nul- 5
litatis; ita vt ipse dicere possit de nullitate in quo articulo Sesse *in decis. 128. Aragon. p. 2.* refert decisum pro affirmatiua opinione, & de Franchis *in decis. 180.* quem refert Mastrillus *in decis. 181. num. 18.* refert decisum, quod in casu, quo nullitas ex eisdem actis appareat, possit per agnatos, & alios nomine inquisiti allegari, secus autem, quando altiorem indaginem requireret; licèt Clarus *in decis. 20.* referat contrarium decisum in illo Senatu, scilicet vt nullus admittatur dicendo de nullitate, nisi si se personaliter constituit.

Sed an nullitas contumaciæ contractæ, pos- 6
sit per amicum, vel consanguineum proponi, cum

cum pro contumace nemo loquatur, fuit per colater, Consil. decisum; quod sic quando nullitas contumaciæ propositæ ex eodem processu, & citatione probari possit, de Franchis *decisione 237. in fine*, & nouissimè refert Riccius *dicta collect.* 1856. in fine fuisse Iudicatum in causa Ducis sanctæ Agatæ, cum Marchione Vallis siculæ.

7 Ad secundam quæstionis partem, vt satius respondeas, adiunges quæ adduxi, *suprà in cap. at si Clerici 4. de Iudiciis*, an conuictus, & confessus æqualiter puniendi, *ibi quæst.* 17. nunc vero breuiter dico quod confessus, & conuictus, non auditur appellans, nec à Iudice, qui sententiam pronunciauit, nec ab eo ad quem prouocatum est, Couarruuias *in pract. cap.* 23. *n.* 5. versic. *prima conclusio*, Lancelotus *p.* 2. *cap.* 12. *de attentatis, appel. pend. ampliatione* 4. *num.* 13. Dueñas *regula* 156. Scaccia *de appellationibus, quæst.* 17. *limit.* 4. *num.* 30. Antonius Sanchez *variar. tom.* 4. *cap.* 13. *num.* 31. *post. med.* late Don Franciscus Salgado *de regia protectione, t.* 1. *cap.* 14. *p.* 3. *à num.* 17. vbi *num.* 12. subdit, quod confessus & conuictus in criminalibus, & pro-

8 nunciariis causis non auditur appellans. † Et *num.* 13. aduertit, vt confessio tollat in criminalibus appellationem, requiratur spontanea,

9 non per torturam, aut illius similitudinem. † Et *num.* 17. dicit quod confessio post sententiam in criminali causa, non impedit appellationem; idem tenet Valensis *hic* §. 4. *num.* 7. vbi dicit relatam doctrinam procedere in eo; qui clara probatione conuictus est. Non verò si dubia pro-

10 batione. † Aut confessus solùm fuerit, & non conuictus, vel contra, quia tunc appellare posset, eo quod illa duo copulatiue, requirantur de Iure, non tantùm ciuili, sed & Canonico tam in ciuilibus, quam in criminalibus, vt tradit Maranta 6. *p. actu* 2. *n.* 292.

10 Vbi declarat quo pacto intelligendum sit *cap. Romana* 3. §. *sin autem, hoc tit. lib.* 6. quo innui videatur confessum, & non conuictum audiendum non esse; ex quo aliqui differentiam inter

11 Ius Canonicum, & ciuile desumunt. † Iterum Riccius tradit, *collect.* 621. *ad Textum, in l.* 2. *Cod. quorum appellationes non recipiantur*, vbi dicit procedere in notorio conuicto, & confesso; secus si non esset manifestè conuictus, & rationem reddit, Pichardus *in manud. p.* 4. *in princ. num.* 31. vbi cum multis, de qua, *numero sequenti.*

12 Notatur vero quod appellatio à reo confesso, & conuicto interposita, non est admittenda ad impediendum executionem sententiæ, Cappella Tholosana *in decis.* 176. aliquid per Grammat. *in decis.* 39. *num.* 29. *& in decis.* 31. *num.* 7. ex eo quia per confessionem in Iudicio factam per reum de delicto, de quo inquiritur, delictum est notorium, & propterea rejicitur appellatio, Guid. Pap. *decis.* 446. Afflictis *in decis.* 176. de Franchis *in decis.* 220. *n.* 4. Riccius *collect.* 1511.

13 *ad Rubricam, ff. de appellationibus.* † Vbi limitat primo quando quis esset conuictus, non tamen confessus; quia tunc auditur appellans; non obstante quod per, Rit. M. C. V. rejiciatur Minado *in decis.* 27. aliquid per Capicium *in*

14 *decis.* 144. *num.* 2. † Item etiam limitat, Riccius cum de Franchis *in decis.* 556. quando confessio esset cum qualitate, quæ minueret delictum; ad quod applicabis dicta, *in Rubrica de confessis, quæst.* 1. idem Riccius *collect.* 621. vbi addit, quod confessus tantùm potest appellare, si in appellatione dicat se confessum per errorem, vel aliam legitimam causam contra confessionem alleget, Maynard. *decis.* 22. *lib.* 2. & faciunt quæ dixi, *in cap. fin. de confessis*, & Pichardus *vbi suprà, dicto num.* 31. expendens Textum, *in dicta l.* 2. *Cod. quorum appellat. non recipiantur*; dicit conuictum, & confessum appellantem, minime audiri, nec per Iudicem à quo nec ad quem in quocumque negotio ciuili, siue criminali; probans cum Couarruuias *suprà*, Aretino, & Abbate, ex eo quod cum in prima instantia, citato, & defenso reo, ita testibus sit conuictus, vt dici possit legitimè, plenè, & integrè probatum esse delictum, & huic legitimæ, & luce meridiana probationi clariori accedat ipsius de crimine confessio non infringi Ius naturale; ex non admissa eius appellatione addens summe conueniens esse Reipublicæ, & maxime necessarium delinquentem, minime appellantem audiri, & addes quæ dixi, *suprà, in cap. fin. de confessis, quæstion.* 6. versiculo, *ad secundam, vbi an qui confitetur audiatur appellans.*

Ad tertium an sententia arbitri appellatio admittatur, dico à tali sententia non appellari, vt constat, *in l.* 1. *&* 4. *Cod. de arbitris, l. diem proferre, stari, ff. eodem*, Videndus Vlpianus, *in l. fin. ff. à quibus appell. l.* 25. *tit.* 14. *p.* 3. docent Romanus *cons.* 27. *&* 400. Menochius *de arbitrariis; quæst.* 54 *num.* 31. & ad arbitrationem inter duos, *quæst.* 70. *num.* 11. fol. 15. modis limitans, *regula* 715. Tuschus *conclus.* 413. verbo, *appellat.* Mantua *in Glossa, classica* 9. *c.* 21. 15

† Quod in compromissariis arbitris locum habet, quia ex eorum sententia, non oritur actio Iudicati, *dicta l.* 1. sed non extenditur hæc resolutio ad arbitros Iuris; eos nempe, qui à Magistratibus eliguntur, vt docent Alciatus 2. *parad. cap.* 5. hi enim, & recusari possunt, Ioannes Garcia *de expensis, cap.* 24 *num.* 27. & ab eis appellari, *dicta l. fin. l. ex consensu* 23. *hoc tit. vbi circa compromissum*, sic legendum admonet Pichardus *in manudictionibus, p.* 4. §. 7. *num.* 9. Cujacius *in posthum. ad eam legem sub Papin lib.* 19. *respons.* vt alij perhibent, *circa compromissum, l. arbitro, ff. qui satis dare cogantur*, & Petrus Gregorius *lib* 50. *cap.* 2. *num.* 24. Patlador. *lib.* 2. *rerum quotidianarum, cap fin. p.* 1. §. 2. *num.* 2. & addentes, *num.* 23. monent prædicta iura sic esse componenda cum, *dicta l.* 1 & similibus iam allegatis: & sic Andreas Valensis §. 3. *n.* 6. cum Maranta 6. *p. actu* 2 *princip. à num.* 262. *&* 4. *p. princ. dict.* 6. versic. *quæro an coram arbitro*, admittit regulam relatam, nisi fuerit arbiter Iuris. 16

Quare Riccius *collect.* 1521. in versic. *notandum tertio*, super Rubrica, *ff. hoc tit.* ait quod appellatio à sententia arbitrorum admitti debet; sed Minand. *in decis* 19. dicit exequi non posse: tamen Riccius dicit hoc intelligi debere, quando est dictum de nullitate, cum exceptio nullitatis impediat executionem sententiæ; maxime quando de nullitate fuit oppositum infra tempus legitimum secundùm decisionem Rotæ Aragon fin. apud Sesse. † Riccius autem aduertit in Regno Neapol. extare pragmaticam regiam editam sub die 11. Maij 1612. in qua disponitur quod decisa causa principali, quando 17 18

dicitur

dicitur de nullitate actorum, huiusmodi nullitas, non debeat admitti per Iudicem, quia quando acta fuerunt fabricata ante sententiam & partes, consenserunt determinari censeatur nullitas opponi calumniosè, & hodie, Pichard. *suprà*, per Textum *in l 24.tit.21.lib.4 recop.* ait ex sententia arbitri detracti appellationem admittendam esse.

19 Ad quartam quæstionis partem, suppositis quæ late adduxi, *in cap. de catero 5. de sententia & re Iudicata*, vbi dixi de mero, & mixto executore, breuiter dico, vt à sententia mixti executoris detur appellatio: sic Riccius *in collect.* 1726. *super cap. exhibita de Iudiciis*, Rota *in decis.* 30. *de rescriptis in nouis, & in dec.* 204 *p.* 1. *diuers. & dec.* 35 *p.* 2. Achiles de Grassis *in dec.* 384. & sic fuit tantum in vna palermitana Archidiaconat. 15. Iunij 1596 coram Pegna: refert Riccius *suprà*, qui limitat quando ob aliquam causam quis declaratus fuisset conuictus, & confessus cum Rota *decis* 1549. *p.* 3. quod confirmatur ex adductis *suprà* in versic. *ad secundam*, & videbis quæ dixi *in c. exhibita de Iudicijs, quæst.* 3.

20 Notabis verò ab executione appellari non posse, *l. ab executione cum similibus, ff. hoc tit. l.* 3. *eodem in Cod. Theodos.* Paulus *lib.* 3. *sentent tit.* 35. saltim, vt executio suspendatur, nisi modum in executione excedat, Suarez *in l. post rem Iudicatam in fine, q.* 6. *n.* 3. Gailius *de arrestis, c.* 11. *n.* 10. Gutierr. *in pract. c.* 124. *n.* 7. Paz 1. *tom. p.* 4. *n.* 38. Azeued. *in l.* 1. *n.* 19. *& in l. fin n.* 139. *tit.* 21. *lib.* 4. latè Tuschus *conclus* 410. *&* 411. Faquin. *lib.* 1. *controuers. c.* 74. Ceuall. *q.* 190. Parlador. *d. c. fin.* 2 *p.* §. 3. *n.* 9. qui omnes disputant, an à mandato de exequendo sit admittenda appellatio: tradit Pichard. *d. l.* 4. *part. in manud.* §. 7. *n. fin.* de quo *infrà* dico.

21 Ad quintam quæstionis partem, vt respondeam præmitto non licere appellationem à sententia consilij, & Senatus supremi; docent Doctores per Textum *in l iubemus, & sequent. Cod. hoc tit.* ex eo quia nec Princeps Iudicat ad tantum fastigium dignitatis euectos inique Iudicare ex *l* 1 *ff. de officio pref. prætor*; imo Casiad. docet eos Iudicare voce sacra; id est Imperatoris, *in Epist.* 6. sequitur cum aliis Pichard. *in manuductionibus* 4. *p. d.* §. 7. *n.* 4 vbi addit hoc idem extendere Imperatores *in l si quis, Cod. hoc tit.* ad præfectum prætorio: vide *infrà*, versic. *ad vltimam.*

22 Sed quia, & si à sententia Principis, seu præfecti non detur appellatio: attamen restitutionis beneficium minoribus postulantibus conceditur ex *l.* 1. *Cod. si aduersùs rem Iudicatam l. præfecti, & seq. ff. de minoribus, c. auditis, c. tum ex litteris de restit.* prosequitur cum aliis Morla *in emporio tit.* 5. *cap.* 3. *per totam*, non enim in petenda restitutione detegitur iniquitas Iudicis, sed litigantis error, qui ætatis lubrico, se deceptum fatetur; tum etiam quia appellatio interponitur ad maiorem Iudicem, sed restitutio ad eundem, qui Iudicauit, vt prosequitur Donellus *lib.* 21. *comment. cap.* 11. Pichardus, *dicto* §. 7. *in manud. part.* 4. *num.* 6. sic enim Andreas Valensis *hic* § 3. *num.* 3. ait appellationem non admitti in supremis consiliis, quia eorum sententia, censetur Regis, aut Principis.

23 Vnde iam ad difficultatē respondeo dari aduersus sententiam præfecti prætorij reclamationem vt tradit Riccius *collect* 1527. ad Textum *in l. si quis aduersus, Cod. de precibus Imperatori offerend.* & infert reclamationem admitti aduersus decretum Sacri Concilij, circa remedium capitulorum Regni Neapoli. † Et de Franchis *in decisione* 637. tradit decisum, quod reclamatio permittitur in incidentibus causæ criminalis, à qua per sententiam; aliàs non dabatur; quoniam tractabatur de damno irreparabili: alia tradit, Riccius *suprà*, cum de Franchis *decis.* 470. *n.* 6. 24

Ex his infero posse reclamari à sententia Regis pronunciantis, Iuxta alterius relationem, vt per Præsidem prouinciæ, vel alterius; Grammat. *in decis.* 35. & est ratio, quia tunc diceretur prouocatum aduersus errorem, imperitiam, seu dolum relatoris male informantis, Mastrillus *in decis. Sicilia* 32. *num.* 3. *&* 6. de Ponte *cons. decis.* 1. *num.* 82. Riccius *suprà*. † Qui addit vt admittatur reclamatio, & per consequens sit committenda, nondum facta executione sententiæ latæ, vt refert decisum Anna *allegat.* 63. & faciunt dicenda, infra de supplicatione, *in cap. in sua hoc tit.* 25 26

Hinc etiam infero quod etsi à sententia Principis appellari non possit ex *l.* 1. *à quibus appell.* Romanus *cons.* 521. Alex. *lib.* 1. *cons. num.* 10. Tuschus, verbo, *appellatio, conclus.* 454. Morla *in emporio suprà*, *num.* 13. Donellus *lib.* 28. *comment. cap.* 6. Scaccia *de appellation. quæst.* 8 *n.* 85. quia de substantia appellationis est quod fiat de minori ad maiorem, qualem non habet quia alium non recognoscit superiorem, Valensis *hic* § 3. *num.* 2. † Et ob eandem rationem, nec à Pontificis sententia appelletur, ex *cap ipsi D. Canones* 9. *quæst. vltima*, nisi quibus in casibus vniuersali subdit Concilio, secundùm quæ dixi supra, *sub cap.* 1. *de Iudiciis*, & docent Abbas *q.* 1. *à num.* 17. *& quæst.* 2. *col.* 12. *&* 14. Pichardus *in manuductionibus, dicta p.* 4. §. 7. *num.* 2. *&* 3. & hoc verum sit, siue à sententia diffinitiua, siue ab interlocutoria, vt docet Angelus *cons.* 180. *num.* 2. quia vtrobique læditur maiestas superiorum personarum, admissa appellatione, vt tradit Pichardus *suprà, num.* 4. *in fine*, in versic. *hac vera*; eo quod nec potest non suggillari authoritas eius, cuius arguitur iniquitas. 27 28

Tamen cessante hac ratione appellatio non denegabitur; nam si sententia Principis sæcularis contineret manifestum iniquitatem posset ab ea ad Papam appellari: argumento Glossæ *in c. ex transmissa de foro compet.* quia Papa ratione peccati omnium talium Principum, est Iudex competens, vt patet ex his quæ longe adduxi *sub c. nouit de Iudiciis*, & tradit Valensis *hic d.* §. 3. *n.* 2. † Vbi dicit, etiam appellari à Principe pronunciante ad aliorum relationem, aut ab eo malè informato, vt melius informetur quæ propriè dicitur reclamatio, vt iam dixi. 29 30

Item non debet denegari appellatio; veluti si ad relationem alterius Princeps rescripserit: placet enim aduersùs Principis rescriptum appellari posse *l.* 1. §. 1. *ff. hoc tit.* Socinus *cons.* 195. *lib.* 20. *n.* 4. *&* 5. Bald. *lib.* 20. *cons.* 354. Donell. *d. lib.* 28. *commentar. c.* 6. Pichard. *d.* § 7. *p.* 4 *in manuduct. n.* 5. ex eo quia magis appellans conqueri videtur de falsitate relationis, & consulentis mendacio, quam de iniquitate sententiæ; & idem dicit cum Abbate *d. q.* 1. *col.* 15. si à Principe malè in prima instantia informato ad eundem benè informatum appellatio interponatur: & sic Plutarch. refert, vt tradit Pichardus *dicto num.* 5. *Ab Alexandro dormiente ad eundem experrefactum appellasse Machetam.* 31

Ad

32 Ad vltimam quæstionis partem, videtur ex dictis appellationem non admitti à sententia Cardinalis, tum quia vt dixi ea non datur à præfecto prætorio ex *l. 1. ff de officio prætoris*, sed Glossa *ibi*, subjungit Cardinalem præfecto compatari: ergo, cum ergo Rugenellus *tract. de appellationib. §. 2. cap. 2. n. 35.* Farinacius *quæst. 101. limit. 14. num. 72.* Rolandus à Valle *lib. 1. cons 94 num. 1* & alij communiter asserant à sententia præfecti prætorio, non appellari: quare appellandum veniat à sententia Cardinalis, cum Cardinales æquiparentur præfecto prætorio, vt docet Alexander *in Rubric. huius tituli num. 39.* versic. *sed quid de Cardinalibus.*

33 Et confirmatur, quia cum Cardinales Regibus æquiparentur, ob idque *in c. felicis de pœnis, lib. 6.* inferentes iniuriam Cardinalibus, tanquam rei Læsæ Majestatis puniantur; imo Reges vocentur vt obseruat Gonzal. *in reg 8 Cancellaria gloss 24. num. 14.* Iason *in l. centurio ff de vulgari, & pupillari*, & alij quos citat, & sequitur Barbosa *tom. 1. decret. lib 1. tit. 3. cap. 11 num. 5.* Bonacina *in tract. de electione summi Pontificis disp. 1. quæst 1. punct. 1. §. 2. n. 2.* ergo cum de Principe, & Rege sententiante appellatio non admittatur, vt dixi: sequitur vt nec à sententia Cardinalis prouocetur.

34 Sed reuera, vt appellatio à sententia vnius Cardinalis admittatur: docent Albanus *de Cardinal. quæst. 41 priuileg. 3.* Iacobatius *de concil. lib. 1. fol. 38. col 2. littera B*, Manfredus *de Cardinalib in decis. 30.* Laudensis *de Cardin. quæst. 66. & 67.* Azorius *tom. 2. lib. 4. mor. cap. 4. quæst. 20.* Tuschus *instit. Canon. lib. 1. tit. 4. num. 61. & 61.* Ceuallos *de cognitione per viam viol. p. 2. quæst. 131.* Zachius *de Republic. Ecclesiast. tit. 3. de Cardinal. num 9. priuileg. 4.* Lorichius *in Thesauro*, verbo *Cardinal. §. 7. priuileg. 10.* Diana *p 5. tract. res. 36.* vbi dicit hanc opinionem communem, quæ fallit, si sententia lata esset à toto Concilio Cardinalium.

35 Et hanc doctrinam veram esse existimo, etiam si Cardinalis esset Papæ legatus, vt docet Scacc. *de appellationib. quæst. 8. num. 99. & quæst. 16. num. 1.*
36 *limit 3.* idem Ceuallos *supra.* † Vbi refert die 15. Aprilis 1618. fuisse electum Cardinalium Ducem de Lerma, Rojas, & Sandobal postquã fuerit per plures annos Regi Philippi III. Collateralis in gubernio, hoc est *suprinado*, quam vidi anno 1620. celebrasse in cænobio D. Pauli hîc Vallisoleti primam rem sacram.

37 Sed Episcopo, cuius Iurisdictio fuit prorogata, non datur appellatio, *l. Episcopali, Cod. de Episcopali audientia*, quod dicit Valensis *hic dicto §. 3. num. 4.* speciale esse in Episcopo, quia secus obtinet in alio Iudice prorogato, vel dato de communi partium consensu *l. ex consensu 23. hoc tit & n. 5.* quid delegato Principis cum clausula appellatione remota, dico *infra in c. pastor. 53. hoc tit.*

QVÆSTIO V.

An eiusdem naturæ sit causa appellationis, ac fuit eius causa principalis: Et an appellatio producat aliquos effectus: An liceat appellari à sententia Iudicis, qua pronunciat sententiam exequendam esse: Et an in proponenda appellatione ab interlocutoria, seu à diffinitiua, sit in praxi forma diuersa; vbi de libellis dimissoriis: Et an possit Princeps appellatione remota, causam committere: Et an hæreticus possit appellare à sententia.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis causa est eiusdem natura, ac fuit eius causa principalis exemplificatur, n. 2. 3. fallit, n. 4. ampliatur à n. 5.*
2 *Incidentia, & dependentia, ac emergentia, sunt eiusdem natura, ac eius causa principalis, & appellationis.*
4 *Prorogatio prima instantia, non porrigitur ad appellationis causam.*
5 *Officium Iudicis, sicut durat, vt perempta instantia, possit condemnare in expensis partem, cuius culpa contingit: sic durat in causa appellationis.*
6 *Consensus paternus præstitus filio agenti, extenditur ad appellationis causam.*
7 *Procurator constitutus potest appellare, & prosequi causam.*
8 *Fideiussor Iudicij in prima instantia datus in causa succumbentia pro expensis tenetur etiam in appellationis causa.*
9 *Fideiussor de Iudicato soluendo in causa principali præstitus, tenetur ad id, quod in causa principali, Iudicatum fuerit.*
10 *Testes non repulsati in prima instantia, quando queant in secunda instantia repulsari, n. 11.*
12 *Appellationis causa per horas sequi debet, quando in causa principali, fuit aduersus condemnatum per horas processum.*
13 *Appellatio producit effectus, extinguit pronunciatum, suspendit Iurisdictionem, vnius Iudicis Iurisdictionem ad alium, eam transmittens: expenditur, n. 17. 18.*
14 *Appellatio non suspendit executionem in casibus possessorij, decimarum, alimentorum, mercedis, in Iudicio assistentia, in decretis affirmatiuis, &c. n. 15.*
16 *Appellatio in quibus casibus, non operetur effectum,* remissiuè.
17 L. 1. § fin. ff. ad Turpilianum.
19 *Sententia in appellatione lata etiam si confirmet primam, est quæ sola actionem ex Iudicato producit.*
20 *Appellatio vt operetur suos effectus, debet esse Iudici intimata, & parti, limitatur in extraiudiciali, n. 21.*
23 *Appellatio ab interlocutoria fit in scriptis, & à difinitiua sufficit. viua voce dicendo, appello; item & ab interlocutaria, habente vim difinitiua, & quando, n. 26.*
24 *Appellatio à difinitiua fit in scriptis si illico non fuit ab eius pronunciatione appellatum viua voce.*

25 *Appellatio à sententia in scriptis, quibus verbis interponatur, & num exprimi debeat nomen Iudicis à quo, & ad quem appellatur.*

27 *Appellatio, ut valeat, debet esse certa, & certum designare Iudicem expende, vt n.29. & 30.*

28 *Appellatio potest vbique porrigi; nec desiderat, vt Iudex à quo sedeat pro tribunali.*

31 *Appellatio à diffinitiua ex nouis causis, & actis, aut probationibus, queit Iustificari ab interlocutoria ex antiquis, nisi aliquid de nouo veniat, n.32.*

33 *Apostoli, seu dimissorij libelli, qui dicuntur appelationis pars, sunt litteræ dimissoriæ, quas Iudex à quo transmittit ad Iudicem ad quem, in testimonium, & fidem appellationis interpositæ.*

34 *Libelli dimissorij dimittuntur ad Iudicem ad quem intra 30. dies, & quoties peti possint, quod si non petantur fit appellatio deserta, n.35.36. & 40.*

37 *Appellans debet protestari, si cum petit Apostolos, Iudex à quo eos non recipit, & illum conuenire post elapsum tempus, & si Iudex à quo procedat, sit processus inualidus ab illo tempore; idemque esse, si non respondeat petitis Apostolis, n.38. & 39.*

40 *Terminus breuior queit à Iudice appellato designari ad concedendos Apostolos assignato, & si non petantur ex transacto, fiat appellatio deserta, & poterit prorogari ab eo terminus datus, n 41.*

42 *Apostoli appellationis interpositæ, antiquitus intra dies quinque petendi erant.*

43 *Apostoli appellationis, & si in vltima 30. dierum die peti queant, tutius est, vt petantur simul cum appellationis libello, & petitis, iam Iudex à quo, nequit in causa procedere.*

44 *Apostoli etiam petuntur in appellatione extra-Iudiciali.*

45 *Apostoli apud tribunalia sæcularia, videntur in desuetudinem abijsse, non sic apud Ecclesiastica.*

46 *Dies, intra quos Apostoli, peti debent, currunt à die scientiæ, latæ sententiæ, & sunt communes parti, & Iudici, n.47.*

48 *Apostoli appellationis dantur expensis appellantis.*

49 *Sumptibus proprijs quis aliquid offert.*

50 *Libelli copia danda est sumptibus actoris.*

51 *Libelli dimissorij, Apostoli dicta sunt, etiam reuerentiales, & refutatorij, & qui omnes, & conuentionales, & testimoniales, n.52.*

53 *Refutatory libelli qui sint, & refutatoriæ preces quæ, n.54.*

55 *Iudex rejiciens appellationem, debet adjicere causam.*

56 *Princeps potest causam committere, cum clausula,* apdellatione, *seu* recusatione remota, *seu de ratione, n.57 & 58.*

58 *Grauatus in sententia Iudicis pronunciantis cum clausula,* appellatione remota, *potest quæri, & restitutionem petere.*

59 *Clausula* appellatione remota, *excludit appellationes, quæ Iure permittuntur, non eas quæ à Iure expresse indulgentur: & quid de appellationibus friuolis, n.60.*

61 *Appellatio quando tacitè sublata intelligatur.*

62 *Hereticus an queat à sententia appellare remissiue.*

AD primam quæstionis partem, respondeo affirmatiuè per Textum, vbi Doctores *in l.1. ff. an per alium causæ appellationis* & cum Riccio *in collect.620. ad illum textum*, vbi dicit eiusdem esse naturæ causam appellationis cuius est causa principalis; ob idque dixit Sesse *in decis. Rotæ Aragon.* 81. quod si causa principalis potest agi per procuratorem; ita & appellationis causa. † Imo & Franchis *decis.* 513. dixit incidentia emergentia in causa; principalis esse eiusdem naturæ, cuius est causa principalis, & appellationis. † Itaque Mynardus *in decis.* 39. *lib.*2. dixit quod sicut causa principalis, & summaria, sic & causa appellationis; quod notat ad ampliationem *Clement. dispendiosa de Iudiciis,* Riccius *suprà* versic. *infertur sexto.* † Tamen Mynsingerius *cent.*3. *observat.*49. limitat prædictam regulam in prorogatione instantiæ quia licet consensu partium instantia prorogari possit, secus tamen esse ait in instantia appellationis. Hîc adjunges adducta *suprà in c. venerabilis* 18. *de Iudicijs quæst.*5. & *quæst.*2. item & quæstionem, de qua *in c* 2. *de foro comp. quæst.*3. vbi an prima instantia ad alios Iudices spectet. 1 2 3 4

Ex his enim pro ampliatione præfatæ regulæ, adjunges casus sequentes; primus quod sicut perempta instantia in causa principalis officium Iudicis durat, vt possit partem, cuius culpa hoc contingit in expensis condemnare; ita & in causa appellationis. † Secundus quod consensus paternus in causa principali præstitus filiofamilias agenti, extenditur ad causam appellationis, & hoc non alia prorsus ratione, quia eiusdem est naturæ, Iafredus *in dec.*484. quod notat Ricc. *in d. collect.*626. versic. *infertur quarto*, ad ampliationem Text. *in l. fin.* §. *necesse. Cod. de bonis quæ liberis.* † Et idem Iafredus ex eadem ratione *in dec* 482. extendit hoc dictum ad procuratorem simpliciter in causa principali constitutum, qui censetur, & pariter constitutus in causa appellationis. 5 6 7

Quatenus nam fideiussor Iudicij in prima instantia datus in causa succumbentiæ pro expensis, tenetur etiam in causa appellationis: pulchre Thesaurus *in dec.*202. vbi circa hoc nonnullos distinguit casus; quod notat Ricc. *d. collect* 620. versic. *infertur* 10. pro ornatu Text. *in l. generaliter Cod. de Episcopis & clericis.* † Quintus quod fideiussor de Iudicato soluendo in causa principali præstitus; tenetur ad id, quod in causa appellationis Iudicatum fuerit, de Franchis *in dec.*208. quod notat Ricc. *suprà* in versic. *infertur septimo*, ad ornatum Textus *in l. cum apud sempronium, ff. Iudicatum solui.* 8 9

Dubium tamen est de testibus non repulsatis in prima instantia; quia de his docet Afflict *in decis.*266. posse de falso in causa appellationis repulsari: contrarium tamen decidit Rota Pedem, teste Thesauro *in dec.*259. † quod limitat Ricc. ad Text. *in l. per hanc, Cod. de temporibus appell. d. collect.* 620. versic. *infertur* 8. equidem ipse Thesaurus limitat quando capita repulsæ fuerunt producta in prima instantia, sed non probata. quia possint in causa appellationis, Guido Pap. *in decisione* 500. sed pro hoc ducio adjunges quæ dixi *suprà in capite testimonium de Testibus, quæst.*4 *à num* 1. vbi dixi de quæstione an exceptio criminis, quæ non fuit opposita in prima instantia; possit opponi in secunda. 10 11

Imo & Franchis videndus *decis.* 520. pulchrè loquutus, dicit quod quando in magna 12

Curia

Curia Vicariæ proceditur per horas contra committentes grauiora delicta,& condemnatur inquisitus, & interponitur appellatio ad Sac. Consil.debeat ibi procedi similiter per horas.

13 Ad secundam quæstionis partem, an appellatio producat aliquos effectus, affirmatiuè respondeo, nam appellatio extingitit pronunciatum, suspenditque Iurisdictionem Doctores per Textum *in l.1. in fine, ff. ad Turpilianum*, Riccius *in collect.168. ad illum Textum*; Ob idque Doctores agnoscunt duplicem esse appellationis effectum suspensiuum scilicet, & diuolutiuum; interjecta enim appellatio, non tantum inferioris Iudicis Iurisdictionem suspendit, qua abdicata nihil possit euertere, aut immutare, cum eius Iurisdictionis litigantes existimantur, *cap. venientes de Iureiurando,c. dilectis,hoc tit.* sed & cognitionem causæ transfert; transmittitve ad Iudicem superiorem, *c pastoralis, hoc tit.* notant omnes sub hac Rubrica, Paz *in praxi 1.tom.p 6.in procemio,n.11.* Dueñas *reg 4.* Vvames *in c.1.& in c.cum teneamur hoc tit.* Pichard.*in manud. 4.p §.15.n 1.*& sic Andreas Valens hic agens de hoc dubio, §.15 ait regulariter appellatione pendente nihil nouandum: videbis *l præcipimus, Cod. de appellationib si causa cognita, c.1.de re Iud.*

Sed quia *infrà in c.11.de appellationibus*, assigno

14 casus in quibus appellare non licet; ideo nunc breuiter dico prædictam regulam limitari in sequentibus casibus, primo in causa possessorij, secundo in causa decimarum, tertio in causa alimentorum. quarto in causa mercedis, quinto in Iudicio assistentiæ, sexto in decretis affirmatiuis, puta in alienatione prædij minoris; in his enim casibus decisum est, ne per appellationem retardetur executio, vt colligit Riccius *vbi suprà d collect.568.* & Gratianus *in decis.100.* Veralo *in decis 39.p.1.* Rota *in decis 64 p.1 in nouissimis* Gratiano *in decis 53.* Anna *singul.42.* Afflictis *decis.161.* † Imo & Franchis *in dec.108.& 703.*

15 *p.4.* declarat practicatum decreto M.C.V. lato *infrà summam 150.* vbi porrigit ad casum, quando prædicta summa sit nec plus, aut minus 150.

Sed quibus in casibus appellatio nullum ope-

16 retur effectum, docent Couarr. *in pract c.13. n.1.* Paz *suprà n 13.v.* & colligit Pichard. *in d. §15. p 4. manud. n.3.& 4. ex l 3.& 19. tit.21. lib 4.recopil.* vbi ad sententiam additionis, quam nos *de remate*, appellamus, interiecta appellatio diuolutiuum effectum operatur, suspensiuo omnino sublato: prosequuntur Parladorius *lib.2. quotid. c fin. 5 p. §.15.* alia exempla videbis *in l.6.tit.18 lib 4. recopil.* vbi Azeuedus, Couarr. *suprà n.7.* Lanzelotus *de attentatis 2.p c.12. limit.2. n.1.* vbi probant Doctores quod, & si in illis causis auferatur suspensiuum effectum: tamen ab illis appellatio admittit diuolutiuum effectum.

His tamen omnibus obstat Textus *in d. l.1.*

17 *§. fin. ff. ad Turpilianum*, vbi probari videtur appellatione sententiam Iudicis inferioris extingui: ergo malè dicitur eam suspendi tantùm; sed imo omnino eius effectum extingui: quare inter Iuris Cæsarei, & Pontificis interpretes adest pugna, quibus succenset Tuschus verbo appellatio *conclus.397. qui num 7.* id probat, quod placuit Corrasio *in l 4 § 1 num.5 de seruit.* Horoscio *in l. tale pactum, §. qui prouocauit, num 26. hoc tit.* Couarruuias *in pract. d c.13.* Paz *suprà*, qui dicunt præsenti statu attento, extinguatur sententia, & si futuro inspecto suspendatur confirmata; siquidem ea, vel deserta appellatione vires capiat; quod cum euenire potest suspensa magis, quàm extincta censenda erit Iurisdictio ita præfati authumant Doctores.

Sed Pichard. *in manuduct. d.p.4. § 15 sub n.2.* 18 existimat in hac parte præfatis non esse inhærendum; eo quod cum Caldas Pereira *in l. si curatorem*, verbo *per quod pristinum,n.35.Cod de in integrum restitutione minor* putat finiri quidem futuro, etiam consid. rato tempore,& euentu,& sententiam, tunc demum in suspenso esse, cum suprà Iudice non addito.vel addito.& nondum tamen fatalibus elapsis temporibus in certum esse, an in rem Iudicatam transitura sit, desertam enim appellationem, proinde Iuris fictione haberi; ac si nunquam fuisset interposita; proindeque ex prima agi sententia, cum secunda non subsequatur

† Sed si sententia subsequatur tunc non ex 19 prima, sed ex secunda actionem nasci, etiam si confirmatoria primæ sit; probat Textus *in l furti, ibi hodie notari puto, ff.de his,qui non infic.* facit *l.9 tit.16.lib.3 ordinam.l.9.* vbi Azeued.*n.3. tit.17. lib 4.recop.* videbis Pichard. *in manud p 4. § 14* vbi agi an sententia confirmatoria, confirmata mandetur executioni: ex his enim liquet regula.

Et quia proximè dicta pertinent ad dicenda 20 *de attentatis sub c 1.c cum teneamur 10 & c.51.huius tituli*, ideo breuiter pro explanatione prædictorum, vt appellatio operetur effectus, debet esse intimata Iudici, & parti: nam aliàs Index & pars ignorantes appellationem poterunt de Iure procedere in causa, ita vt per attentata, ab eis facta non reuocentur, Marant. *de ordine Iudic.p 6. act 2.n 4.* † Qui id limitat *n.403.* in extraiudi 21 ciali in qua reuocantur, licet appellatio non fuerit intimata: tradit Valensis *d.§.15.n 7* videndus *ibi de effectibus appellationis*: & applicabis ad quæstionem Pichard.*in manud.p.4 § 18.* vbi an inferior possit cognoscere de aliis articulis, appellatione interposita in principali, de quo *infrà*.

Ad tertiam quæstionis partem, an liceat appel- 22 lari à sententia Iudicis, qua pronunciat sententiam exequendam esse; de hac dixi suprà *in c quoad consult. de sentent. & re Iudic. quæst 4.* in versic *ad quartam*.

Ad quartam quæstionis partem, an in propo- 23 nenda appellatione ab interlocutoria, seu diffinitiua sit forma diuersa in praxi constituta, igitur non eadem in omnibus appellationibus obseruatur quia ab interlocutoria sententia, oportet appellare inscriptis libello appellationis, porrectóque ea ratione nuncupatur *l 1 § fin l cum quidem ff hoc tit.* sed à diffinitiua sententia etiam facta appellatio, viua voce sufficit, dum tamen eadem, die & pro tribunali sedente Iudice interponatur *l.2.l 5.fin.hoc tit litigator.Cod eod.c.is.qui 2. q.6.* obseruant Marant.*de ordine Iudiciorum 6 p, hoc tit.n.124 & 141.* Bald.*consil.146.lib.3 n.1* Petr. Greg. *lib 50. synt g c.1.ex n.25.* Donellus *lib.18. comment. cap.7* Tuschus verbo *appellatio, conclus.57 per totam, & conclus.358.n.7.* Paz *in praxi p.6. in procemio ex num 19.* Socinus *regula 29.* Valensis *hic § 9.* vbi *num.1.* dicit quod à sententia diffinitiua sufficit dicere *appello ex dicta l.2* & hoc scribi in actis per notarium.

Quod si à diffinitiua non sit statim in conti- 24 nenti viua voce appellatum: tunc debebit scripto appellatio

Fermosin. de Exceptionib. Mm 2

appellatio interponi, *l.* 3. *ff. eodem*, exceptis causis breuioribus, de quibus, *in Authent. breuioribus, Cod. de sentent. ex breui loco recit.* in quibus potest viua voce appellari, Maranta *dicta* 6.
25 *p. actu* 2. *num.* 143. † Qui *num.* 135. dicit quod debent in appellatione posita scripta inseri sequentia verbo, *prouoco, appello*, aut æquipollentia veluti, *submitto me protectioni, & tuitioni talis Iudicis*; ab interlocutoria autem semper, vt dixi, appellantur in scriptis, siue incontinenti, siue non appellatio interponatur: probatur ex dictis, & in terminis Valensis *dicto* §. 9. *num.* 2. vbi dicit non esse necessario exprimendum nomen eius, contra quem appellandum est, *cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. *cap. vt circa, cap. quamuis de elect. lib.* 6. exceptis aliquibus casibus, de quibus Philipus Francus *dicto cap.* 1. Præpositus *in cap. vt debitus* 59. *hoc tit.* etiam si appelletur ad alium, quam ad Papam, Rebuffus *in l. quod iussit, ff. de re Iudicata*, versic. *nota* 2. *num.* 134 *in fine*, vbi plene scribit, & addit Valensis fieri porrecto libello appellatorio, quia non sufficit dicere notario scribe, *qualiter appello, seu quod appellem.*
26 † Verùm si sententia interlocutoria habeat vim difinitiuæ ait Valensis *dicto* §. 9. *num.* 3. posse ab ea incontinenti viuâ voce appellari, quia in ea omnes solemnitates seruari debent, quæ in appellatione à difinitiua, cui æquiparatur, & Barbosa cum aliis, *in cap.* 1. *hoc tit. lib* 6. *num.* 2. ait ex interuallo semper appellationem esse in scriptis proponendam, siue sit ab interlocutoria, siue à diffinitiua ex Calda Pereira *de empt. & vendit. cap.* 6. *num.* 18. *in medio*, Michael de Grassis *tom.* 2. *comm. opinion. lib.* 2. *tit.* 21. *numero* 93. *pagina* 307.
27 Sed an expressio causæ prærequiratur in vtraque appellatione, vel tantum ab interlocutoria, dico *infra in dicto cap. vt debitus honor, hoc titulo.* Tamen notandum est ad valorem appellationis desiderari, vt certa sit, certusque ab appellante designetur Iudex non enim incerta appellatio sustinetur; qua ratione appellationem alternatiuam inualidam esse fatentur omnes, vt constat ex Ioanne Andrea, *in cap. is cui de officio delegati, lib.* 6. Romanus *cons.* 360. Alexander *cons.* 164. 167. 183. *lib.* 2. *& cons.* 12. *eodem, lib.* Paz *supra, num.* 39. Pichardus *p.* 4. *in manuductionibus, dicto* §. 9. *num.* 3. nisi intra terminum à Iure appellatus præfixum declaret appellans, ad quem Iudicem appellauit Alexand. *suprà*, Angelus *cons.* 336. *num.* 2. Tuschus 6. hanc regulam constituens, *conclus.* 352. *ex n.* 72. & faciunt quæ, *suprà*, adduxi de generali, seu alternatio libello, *in cap.* 2. *de libelli oblatione.* ibi. Videnda *dico infra in cap.* 7. *quæst.* 1. versiculo *ad vltimam.*
28 Maranta 6. *p. actu* 2. *num.* 134. & Valensis *hic* §. 8. *num.* 1. dicit in primis ita esse interponendam appellationem, vt de ea interposita appareat: tamen non esse necesse illam Iudici præsentari sedenti pro Tribunali, sed posse vbique præsentari, ad hoc, vt sententiam non transeat in rem Iudicatam; imo sufficere illam præsentare actorum Magistro, seu notario absque Iudice.
29 Et licèt nomen Iudicis ad quem non exprimatur, tamen censetur ad eum prouocatum, ad quem de Iure prouocari debet *l.* 1. §. *si quis in appellatione, l. imperat. ff. hoc tit.* ob idque dixit Valensis, qui videtur contrauenire dictis *n. præced.* addens *d.* §. 8. *n.* 3. huiusmodi appellationem generalem, etiam de Iure Canonico subsistere, quia illo quoque Iure gradatim appellari debet, exceptis paucis casibus specialibus, nam in dubio videtur quis vti velle Iure communi, non speciali, Imola *in dicta l.* 1. *num.* 16. *hoc titulo*, Decius *in cap.* 12. *num.* 4. *hoc titulo*, ait enim Valens quod incertitudo, si quæ sit in huiusmodi appellatione, aptissime declaratur, dum appellans suam appellationem introducit, & prosequitur. † De 30
expressione Iudicis à quo, etsi commodissimum foret, vt eius nomen exprimeretur, vt intelligi posset à quo Iudice, à qua sententia appelletur, & an ordine debito, & plerumque in vsu sit, vt in libello appellatorio exprimatur nomen Iudicis à quo, Iudicis ad quem, & aduersarij, *l.* 1. §. *libelli, ff. hoc titulo*, tamen vt dixi talis expressio non videtur omnino necessaria; ita vt si quid istorum omittatur, metuenda sit præscriptio, *l. scia* 3. *in princ. ff. hoc tit.* prosequitur, Pichardus *dict.* 1. *p. in manuductionibus*, vbi cum multis, *num.* 4. *&* 5. scribit de hoc dubio.

Prædictis adjunges quod appellatio à difinitiua ex nouis actis Iustificari possit; item ex nouis causis, seu probationibus *l. eos* §. 1. *Cod. hoc tit. l. per hanc, Cod. de tempore*, & reparat appellationum, sed appellationem ab interlocutoria iustificari ex antiquis actis *clem. appellanti hoc tit.* docet Valensis *hic d.* §. 9. *n.* 6. *&* 7, quia ista iniuria nequit detegi, nisi ex eisdem actis, non autem de nouo deducendis. † Nisi aliquid de nouo ve- 31
niat in notitiam appellantis: argum. *c. insinuante de officio deleg.* vel nisi sententia continet grauamen, vt si Iudex pronunciaret aliquem torquendum, aut aliàs habeat vim diffinitiuæ, aut appellans obtulerit causas grauaminis, & probationis coram Iudice à quo, & non fuerit admissus, aut sententia lata sit contra contumacem: nam his casibus iustificari potest ex nouis actibus. 32

Ad quintam quæstionis partem, de libellis dimissoriis, quod idem est, ac interrogare de tempori petenti Apostolos, qui sint, & vnde dicantur breuiter respondeo; igitur, vt Scaccia *de appellat. quæst.* 12. *num.* 24. latè dicit Apostoli, qui etiam sunt appellationis pars, dicũtur litteræ dimissoriæ, quas Iudex à quo appellatum est, transmittit ad Iudicem ad quem appellatum est in testimonium, & fidem appellationis interpositæ, & expendens Andreas Valensis *hic* §. 10. *num.* 1. ait Apostolos dici; id est nuncios à Græco, quod est *mitto*, quia mittuntur ad Iudicem ad quem, vt de causa appellationis instrui possit; dicique dimissorias litteras, quia per eas causa transmittitur ad Iudicem ad quem & Pichardus *dict.* §. 9. *p.* 4. *in manuduction. ad praxim num.* 6. dicit libellos dimissorios esse, quia interposita appellatione à Iudice à quo, ad Iudicem, ad quem, dimittantur inde dimissoriæ littere nuncupatæ, & dicti Apostoli quibus testificetur ab appellante appellationem interpretandam *l.* 1. *ff de litteris dimissoriis* & Barbosa *in cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. *num. fin.* in Glossa *petat Apostolos*, refert Apostolos dici ab *apo*, quod *est de* & *stolon*, quod est missio, quasi missio, quam facit vnus Iudex ad alium: latè Scaccia *de appellationib. q.* 13. Marquesanus *de commiss. appell. c.* 1. *n.* 15. † Sunt ergo prædicti libelli mittendi ad 34
Iudicem ad quem intra 30. dies, intra quos similiter 33

liter instanter, & sæpius, saltim in vno contextu peti debeant, non tamen geminatis, & separatis libellis, quia vna cum instātia facta petitio dumtaxat requiritur, *cap. ab eo, cap. vt super, hoc tit. lib. 6.* Iuxta *clem. quamuis eodem*, vbi Barbosa, Baldus, *cons.* 171. *lib.* 5. Lapus *allegat.* 9. *num.* 7. Guido *decis.* 25. Paz, *in praxi p.* 6. *in proœmio à num.* 40. Tuschus verbo, *Apostoli, conclus.* 427. Valensis *hic sub,*
35 *num.* 4. † Vbi addit quod si intra triginta dies appellans, non petat Apostolos, vel non recipiat, censeatur appellationi renunciasse; ita vt efficiatur appellatio deserta, *cap. ab eo* 2. *quæst.* 6. *d. clem. quamuis, hoc tit. cap.* 6. *eodem, lib.* 6. *l. Iudicibus* 24. *C.*
36 *eodem, dict. l. vnica, ff. de libellis dimissoriis.* † Similiterque, desertam appellationem fieri, si Apostolos ablatas intra idem tempus recipere recu-
37 set, *dict. clem. quamuis, §. verum.* † Quod si per Iudicem à quo stet quo minus eos recipiat, debebit de eo protestari, *dict. clem. quamuis*, vbi Doctores; etsi absque causa intra eos dies dederit, puniendus sit, *dicta l. Iudicibus*, quinimo ait idem Valensis, vt possit appellans post elapsum tempus conuenire Iudicem à quo, coram Iudice ad quem prouocauit per Textum *in l. si appellationem* 31. *Cod. eodem*, non enim si denegantur Apostoli à Iudice, debeat res esse fraudi appellanti, ex *l. vnica, §. fin. ff. de libellis dimissoriis*, perindeque habendum; ac si Iudex appellationis detulisset, *dict. cap. ab eo* 2. *quæst.* 6. *dict. clem. quamuis, §. fin.* docent Senis *cons.* 95. & 192. *n.* 2 Baldus *cons.* 44. *lib.* 3. Vba-
38 mes *in cap. cum. cessante, hoc tit.* † Et Barbosa *in dict. clem. quamuis, num. fin.* cum Lanceloto *de attentatis, p.* 2. *cap.* 13. *num.* 6. per Glossam *ibi.* sub verbo, *deneganti*, & ibi, *contra Iudicem*, quod si Iudex congruo loco, & tempore requisitos Apostolos denegauerit expressè, aut malitia, vel negligenter tradere omiserit ex tunc, si in causa procedat,
39 omnino sit processus inualidus. † Idemque esse Pichardus ait, *dicto §.* 9. *num.* 7. si petitis Apostolis, non respondetit, *dict. §. fin.* vel si intra terminum, quem præfiniuit eis concedendis non dederit, vt obseruat, Glossa *in dicto §. fin.* verbo, *ex tunc*
40 Senis *cons.* 187. Cappella Tholosana *decis.* 44. † Et Valensis *dicto §.* 9. *num.* 6. vbi ait posse à Iudice appellato breuiorem terminum assignari, ad concedendum Apostolis appellanti; quo transacto, si non fuerint petiti, non minus fieri desertam appellationem; ac si 30. dies fuissent transacti, quia eiusmodi terminus a Iudice assignatus succedit in vicem termini Iuris, & eiusdem parit effectum ex *cap. ex insinuatione* 50. *hoc tit.* applicabis multa
41 dicta, *sub Rub suprà de dilationibus.* † Et Cappella Tholosana *dicta decis.* 44. dicit non posse Iudicem à quo assignare terminum longiorem 30. dierum ad petendos Apostolos; sed Barbosa cum aliis, *in dict. clementina quamuis, num.* 7. dicit quod Iudex possit ex causa terminum à se datum prorogare; pro recipiendis Apostolis, sic cum Tiraquellus *de retractu tit.* 2. §. 1. *Glossa* 7. *num* 29. quod ego intelligo; dummodo non excedat prædictos 32. dies.
42 Sed primo notandum est antiquitus, & olim in petendis, & recipiendis Apostolis, ac Iudici ad quem porrigendis, fuisse tantùm præscriptos dies quinque: refert Paulus V. *sentent tit.* 4. & Textus *in dicto cap. ab eo* 2. *quæst.* 6. Valensis *dict.* § 9. *num.* 4. vbi dicit intra hos dies de Iure Canonico instanter, & sæpius vno contextu peti debuisse, quos postea sublatos fuisse, refert, &

Fermosin. de Exceptionibus.

loco eorum assignatos relatos dies triginta: docet Pichardus *suprà dicto §.* 9. *num.* 6. Petrus Gregorius *in hoc tit. lib.* 7. *syntagm. c.* 7. *n.* 11. & *lib.* 50. *cap.* 2. *num.* 28.

Et addit Valensis *dicto §.* 9. *hic*, quod & si suf- 43
ficiat intra præfatum terminum Iuris dierum 30. siue hominis Apostolos petere, etiam in vltima die, sed tutius esse eos incontinenti, & simul cum appellatione petere, quia si appellatum est à diffinitiua, Iudex à quo post petitos Apostolos, nequit vlterius procedere, nisi prius dederit refutatorios, quamuis appellatio esset mere friuola: tamen non petitis Apostolis, posse vlterius procedere quando appellatio est friuola.

Dubium tamen est an in appellatione ex- 44
traiudiciali, debeant Apostoli peti, & quamuis, Scaccia *de appellationibus, quæstione* 13. *art.* 2. *num.* 32. dicat, siue à Iudice appelletur, siue à parte, si sit, quæ dare possit, petendos esse Apostolos; & hoc tutius esse; verum Valensis distinguit, quod si appellatio interponatur à Iudice extraiudicialiter procedente: tunc peti debeant ab appellante, quia est Iudex, qui eos dare possit; secus si à parte, quæ eos dare non potest. † Pichardus inquam, 45
dict. 4. *p. manud. dict. §.* 9. *num.* 8. *in fine*, cum Azeuedo *in l.* 20. *num.* 68. *tit.* 17. *lib.* 4. *compilationis*, ait apud tribunalia secularia prædictam Apostolorum petitionem in desuetudinem abiisse; etsi in Ecclesiasticis tribunalibus adhuc frequentetur.

Notabis primo prædictos dies currere à die 46
scientiæ, quo quis sententiam latam esse intellexerit; & à quo habuit facultatem appellandi, ne aliàs procluderetur tempus petendi ab ignotante Apostolos, cui nondum præclusum est tempus appellandi, Maranta *p.* 6. *actu* 2. *numero* 130. Pichardus *vbi suprà dicto §* 9. *num.* 6. *in fine*, Paz *dicta* 6. *p. cap.* 1. *n.* 6. *Glossa clem.* 5. verbo *à die, hoc titulo*, Barbosa *in dicta clement. quamuis eodem, numero* 6. cum Guido, & Vestrio † Et, *num.* 5. ait prædictum spatium esse 47
commune parti, & Iudici: nam sicut appellans petere: sic Iudex intra illud Apostolos exhibere teneatur, vt probant Vestrius *lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 33. Suarez de Paz *tom.* 2. *in praxi, p.* 2. *num.* 6. Franc per Textum *ibi, in cap. ab eo, hoc tit. lib.* 6. & sic Andreas Valensis interpretatur, *dict. §.* 9 *hic num.* 5. Textum *in dicta l. Iudicibus, Cod. hoc tit.* quatenus definit currere tempus à die latæ sententiæ; id est à quo appellans habuit notitiam sententiæ latæ, vel incontinenti à sententia lata viua voce appellauit, sic concordando eam legem cum dicto, *cap. ab eo, hoc tit. lib.* 6 & *d. clem. quamuis*, quæ volunt currere à die appellationis interiectæ.

Notabis secundo Apostolos exhibendos ex- 48
pensis appellantis, vt seruat communis Doctorum opinio, de qua Tiraquellus *de retractu, tit.* 1. §. 1. *numero* 107. *Glossa* 10. & *Glossa* 17. *numero* 7. Afflictis *lib.* 2. *constitut. Rubric.* 45. *numero* 22. Boërius *decis.* 303. *numero* 5. Paz *in pract. tom.* 2. *p.* 5. *cap. vnico, num.* 7. Scaccia *de appellationibus, quæst.* 14. *num.* 114. Maranta *dicta* 6. *p. actu* 2. *num.* 224. Valensis *hic dict.* §. 9. *num* 8. Barbosa per Glossam *in dict. clem. quamuis, hoc tit.* verbo, *ablatos*, ibi, *communis seruat. quod expensis appellantis.* † Ob idque idem Barbosa, *n.* 9. 49
Tiraquellus *d. Glossa* 17. *num.* 7. dicunt quod cum quis offerre debet aliquid, intelligitur ipsius of-

Mm 3 ferentis,

ferentis, sumptibus, & impensis non illius, quæ
50 oblatio fieri debet. † Et Dueñas reg. 5. versic.
tertio limita, obseruat, vt copia libelli debeat dari
sumptibus actoris, alia in confirmationem ad-
iunges, ex his quæ adduxi sub Textu, in cap finem
litibus de dolo, & contumacia, vbi de litium ex-
pensis.

51 Notabis tertio litteras; libellosue dimissorios
seu Apostolos, de quibus hic esse in triplici dif-
ferentia; nempe vt sint dimissorij; reuerentia-
les, & refutatorij. Dimissorij sunt, vt suprà, ad-
duxi litteræ ad Iudicem appellatum directæ, &
testificantes de appellatione interposita coram
Iudice à quo, vel honestis personis. Reueren-
tiales inquam, quando non causæ Iustitiam, sed
solùm ob reuerentiam superioris, ad quem ap-
pellatur Iudex à quo defert appellationi, cap. s.
52 hoc tit. lib. 6. † Vbi Barbosa num. 6. cum Scaccia
hoc tit. de appellationibus, quæst. 13. dicit esse Apo-
stolos conuentionales, testimoniales, & prædictos
trea, de quibus explicitè loquitur Scaccia dicta
quæst. 13.

53 Libelli, seu Apostoli refutatorij sunt, quibus
Iudex à quo significat Iudicem ad quem se non
admisisse appellationem, de quibus, in l. fin. §. in
refutatoriis, Cod. hoc tit. Glossa in dicto cap. 1. in ver-
sic. exhiberi, Valensis, hic sub dicto num 3. § 8. Pi-
chardus tamen, in manud. dict. §. 9. sub num. 9. vi-
detur, huic, dicto non assentire contra Paz, & Tus-
54 chum. † Quia ipse didicit refutatorias præces,
non à Iudice, sed ab appellante pro fisci ex l. à
proconsule, Cod. hoc tit. ibi, acta cum refutatoriis
partium; cum enim Iudex opinioni suæ exem-
plum, hoc est sententiam suam, simul cum cau-
sæ relatione Iudici ad quem dimittere teneretur,
vt omni fide constaret, relatio appellanti ea de-
betur, l. eos, §. super, ibi, appellantem, edita,
Cod. hoc tit l. 2. & 3. Cod de relationibus, quasi men-
dacij arguere appellans volebat quia ea ratione
refutatorias præces continere dicebatur, depræ-
cabitur non appellans, ne ei relati fides habere-
tur, quibus consequens est refutatorias præces
litigantibus offerri, eisdemque volentibus; nec
enim cogebatur relationes refutare; eo quod res
perijsse videtur, l. quoniam nonnulli, Cod. hoc tit.
ibi nec iam opiniones, & refutatas praces curant pete-
re, vel offerre vni non petere, ad causam opinio-
nes referre oportet quod à Iudice petendum erat
verbum offerre ad præces refutatas; hæ non
cum appellante proficiscerentur; is eas offere-
bat, non postulabat à Iudice: prosequitur Do-
nellus lib. 28. comment. cap. 7. hæc tradit Pichar-
55 dus. † Sed Valensis sub dicto num. 3. in fine, dicit
quod quando Iudex appellationem rejicit, de-
bet adjicere causam, dicto cap. hoc tit. lib. 6 l. pen.
Cod de appell. non recip. aliàs, si recuset absque
causa punitur, vt dixi supra, & probat Tex-
tus, in l. quoniam Iudices, Cod. eodem: Alia vi-
debis, infra in c. 5. q. 1. versic. ad secundam: vbi quid
Iure Regio.

56 Ad sextam quæstionis partem, an possit Prin-
ceps appellatione remota causam remittere, vt
respondeas adiunges quæ, suprà, adduxi, quæst. 1. à
num. 1. & quæ adduxi, supra in cap. 4. de foro comp
vbi de clausula, appellatione, seu recusatione remota
quæst. 44. igitur ex l. 1. §. interdum, Cod. à quibus affir-
matiue respondetur; potest enim solus Princeps
prædictam clausulam in additione Iudicum ad-
hibere, & ea addiecta, appellationem remouere,
ex cap. pastoralis 53. vbi Doctores; hoc tit. cap. 1. de
rescriptis, cap. super eo, cap. super quæstion. §. si vero de
officio deleg. notat Gregorius in l. 13. tit. 23. p 3.
g. 60. Iuzgador, Goncalez in regula 8. cancellaria,
§. 9. n. 115. Idque procedere non solum in ciuilibus
sed & in criminalibus causis, post numerosam al-
legationem affirmat Pinelus in Rub. C. de rescind.
p. 1. cap. 2. num. 22. & 23. Couarruuias pract. c. 26.
† Pichardus in manuductionibus p. 4. §. 7. num. 7. 57
vbi reddit rationem, quia hic non tollitur de-
fensio, sicut in citatione, eo quod in prima instan-
tia, potest litigator de Iure suo docere. † Et quia 58
etiam si sublata sit appellatio, adhuc grauato su-
per sunt defensiones, cum apud superiorem, quæ-
rl possit, Glossa in cap querela de procuratoribus, l. 6.
tit. 58. lib. 4. recopil. de nullitate agere Gailius s.
pract. cap. 135. Iudicem recusare, cap. postremo, hoc
tit. secundùm dicta, in dicto cap. 4. de foro: alia tradit
Pichardus, cum Lanceloto, Paz, Tuscho, & Co-
uarruuias.

Vnum notabis quod clausula, appellatione re- 59
mota, excludit tantùm appellationes eas, quæ Iure
permittuntur generaliter, non quæ expresè à
Iure indulgentur, quarum exempla desumi licet,
ex dicto cap. super quæst. cap. postremo, cap. ex parte, c.
signific. hoc tit. cap. ex conquæstione de restitut. spoliat.
agnoscit Vbamesius interpretans, Textum, in dicto
cap. pastor. tradit Pichardus suprà n. 8. vt interim
caueamus à Petro Gregorios. † Qui lib. 50. synta- 60
gmat. cap. 1. num. 18. friuolas tantùm appellationes
remouere credidit, cuius sententiam palam con-
uincit Pontifex in dict. cap. pastoralis, & semota ea
clausula, friuolas appellationes deferre Iudex
non tenetur; sed eo tamen casu sententiam illius
procedere posse, ait quo mulcta causæ cognitio-
ne prænia clausula, appellatione remota, adjicere-
tur, vt tradit Gregorius in l. 70 tit. 18 p. 1. Gloss. 4.
Puteus decis. 328. num. 1. lib. 1. Lancelotus de atten-
tatis p. 2. cap. 12. num. 42. Gonzalez dict reg. 8. Can-
cellariæ. §. 9. num. 244. † Notabis secundo ex Tex- 61
tu in cap. personas 4. hoc tit. versic. sine contradictio-
ne aliqua, quod per illa verba tacite sub intelligi-
tur sublata appellatio, Salgado de protectione regia
tom. 1. cap. 8. p. 2. n. 107. Gonzalez in dict. regula 8.
Cancellaria, Glossa 9. in annot. sua num. 218. ex aliis,
Barbosa in dicto cap. 4. num. fin. Ad quæstio-
nem videbis, infra in dict. cap. postremo, hoc titulo,
quæst. 1.

Ad vltimam quæstionis partem, an hæ- 62
reticus possit à sententia appellare, dixi,
suprà, in cap. quoad consultationem de re Iudi-
cata sub quæstione 5. in fine, & sup. quæst. 2. versic. ad
quartam.

QVÆSTIO IV.

An appellanti viua voce cum facultate postea appellandi in scriptis, currat tempus prosequendæ appellationis, à prima, vel secunda appellatione: An quilibet possit appellare: An appellatio vnius, prosit consocio: An si in vno articulo, sit appellatio interposita, possit nihilhominus Iudex inferior procedere in principali negotio, & aliis eius articulis: Et qui articuli in appellatione tractentur: Et an si pendente appellatione appellans, seu appellatus moriatur sit in Iure cautum ad quem spectet litis prosequutio: Et an adhæsionis Remedio altera pars vti possit quandocumque etiam post decem dies vel desertam propriam Appellationem in capitibus connexis si ab vno quatenus, & in quantum appellatum fuerit?

SVMMARIVM.

1 *Appellanti viua voce illico currit tempus, num.3.*
2 *Dilatio legalis data aliquibus ob aliquam causam, si causa finitur ante, & ipsa cessat.*
4 *Legitimatio personæ litigantis ante omnia requiritur in Iudiciis.*
5 *Appellare possunt à sententia omnes, quorum interest, & quando, n 6.7. & quando, & quibus interfit, n.8.9.*
7 *Legatarij quando appellare queunt à sententia lata contra heredem.*
10 *Appellare quilibet potest pro damnato ad mortem.*
11 *Appellare nequit non grauatus, vt conuictus confessus, aut qui friuole appellat.*
12 *Mater quando appellet nomine filij, seu consanguineus, & in quibus causis, n.13.*
14 *Appellatio Domini, prodest subdito, & procuratoris habentis mandatum generale, n.15. 16. & 17.*
16 *Procurator quando tenetur litem prosequi: quid si à sententia non appellauit.*
18 *Appellare nequit ille, cui non interest in causa.*
19 *Appellatio permittitur omnibus, qui experti sunt in sua causa, nisi conditio, aut aliud obstet.*
20 *Appellatio pacto, aut conuentione partium, tolli queit, aut renunciari.*
21 *Promittens non appellare ante sententiam coram Iudice perdit prouocationis remedium, non nullitatis.*
22 *Appellare queit victus à Iudice dato ex consensu litigantium.*
23 *Appellatio denegatur scui obest persona conditio vt seruo, sed competit supplicatio, n 24.*
25 *Appellatio ratione delictorum, personis multis denegatur; & quare, & quæ istæ personæ sint, num. 26.*
26 *Appellare nequeunt publici latrones, seditionum concinatores, duces factionum homicidiæ, venefici, maledici, adulteri, committentes violentiam manifestam, & aliis, sub n.22.28.*
29 *Appellatio vnius, quando aliis correis in causa prosit, & num. 30. fallit, num. 31. extenditur ad correos in criminalibus, n.32. & vide, n.36. & 37.*
30 *Appellatio duplex desideratur in vna causa, vbi lata est vna sententia sortis, alia vsurarum.*
33 *Appellatio vnius prodest tertio pro suo interesse.*
34 *Priuilegium vnius, alteri suffragatur in causis indiuiduis, & communibus.*
35 *Appellatio vnius aliis prodest litigantibus ex causa diuersa.*
38 *Rescriptum in vna causa pluribus commune, omnibus prodest; etsi vni eorum soli dirigatur.*
39 *Sententia complectitur omnes condemnatos in ea.*
40 *Restitutio vnius alteri non prodest.*
41 *Articuli, qui in causa appellationis queant examinari, n.44. & qui repellantur, n. 45.46. & num.47.*
42 *Appellatio à definitiua totam causam devoluit, non sic ab interlocutoria.*
43 *Allegari & probari possunt in secunda instantia, non allegata. & probata, & quare, n 46.*
47 *Exceptiones, quæ in causa appellationes proponantur.*
48 *Crimen an extinguatur morte accusatoris, vel rei; id est mortalitate, num. 51. fallit in crimine perduellionis & in aliis grauissimis, n.52. vbi quid pecuniariæ pœnæ, aut in bonorum quæstione, n.53.54.*
49 *Lis transfertur in hæredem mortuo eo qui appellauit à sententia in negotio ciuili, & n 50.*
51 L. si pater, Cod. si pendente appellat. & l. fin. eodem, l. quanquam 15. ff. de excusatione tutor, l. cum antiquioribus, Cod. de Iure deliberandi, l.28. tit.23. p.3. remissiue.
55 *Bonorum repetitio scelere quæsitorum, non perimit; etiam si sententia absolutus sit reus.*
50 L.2. Cod. si pendente appell.
57 *Appellatus habet adhæsionis remedium in connexis per appellationem appellantis etiam post decendium aut desertam appellationem, non sic in separatis capitulis, vt n.58.*
59 *Connexa aut separata capitula quando & ex quibus cognoscantur & de Iudicis arbitrio.*

AD primam quæstionis partem, Maranta *de* 1 *ordine Iudicior p. 6. actu 2. n. 132. ad 140.* late agit, & ad vtramque partem disputans, sequitur, *num. 40.* eam opinionem, quæ docet currere tempus à prima appellatione, voce interposita, quia si appellaturus vellet in scriptis appellare, non appellasset antea in voce; sed solùm protestaretur se in scriptis appellaturum; redditque rationem, *num. 133.* † Nam vbicumque dilatio legalis datur aliquibus ob aliquam causam, si illa causa finitur ante finitam dilationem; finitur etiam, & dilatio Textus, & *ibi*, Bartol. *in l. si ia, § alumno, ff. ad Trebellianum, l. si quis hæres la 2. & ibi*, Aretinus, *ff. de acquirenda hæreditate*: ergo si appellauit viua voce, & appellatio valuit, incontinenti, est finita causa appellationis; scilicet ad illud idem; ergo debet esse finita dilatio; scilicet, vt non possit iterum eamdem appellationem facere. 2
† Nam dicta appellatio viua voce facta, ex quo fuit 3

fuit fortita suum effectum suspensionm; scilicet
& diuolutiuum ad superiorem, alia appellatio-
ne opus non fuit circa idem: argumento, *l. qui-
bus idem, ff. de verb.oblig.* ac per inde tentari pos-
sit, vt secunda appellatio facta circa idem cen-
seatur interposita extra terminum: multa alia
adducit videnda respondens, *à num.* 136. Ale-
xand. & aliis contrariam tenentibus sententiam.
Et iuxta praxim *l.* 1. *&* 3. *tit.* 19. *lib.* 4. *recopil.*
conformem stylo Castellæ supremi senatus sæ-
pius est resolutum in hoc inquisitionis supre-
mo senatu nempe quod etsi in voce ac in actis
appellet condemnatus si intra decem dies à difi-
nitio non porrigat libellum grauaminum & illum
præsentet saltem tradens notam causæ. Et si post
tempus transactum momentum veniat adhuc nō
audiatur & sententia confirmatur supplicatio-
ne sola generali ante facta ab appellat qua confir-
mata sopitur lis & executioni mandatur &
sic contigit me præsente vt fiscali eiusdem
consilij.

4 Ad secundam quæstionis partem, cum *suprà
sub Rubrica de Iudiciis*, dixerim regulam esse
certissimam in omnibus instantiis, ante omnia
legitimationem personarum requiri litigantium,
ne aliàs Iudicia illusoria reddantur, quo respi-
cit titulus, *Cod. qui legitimam personam habeat
standi in Iudicio, l. licet* 24. *Cod. de procuratori-
bus, l. clarum* 4. *Cod de Anth. præst. l. acta* 45.
§. fin. ff. de re Iudicata, l. 1. *tit.* 3. *p.* 3. *l.* 8. *tit.* 2.
p. 3. de qua cum multis Farinacius *in praxi* 3. *p.
quæst.* 81 *cap.* 10. *ex num.* 1. & nominatim cum
aliis obseruat Pichardus *in manuduction. ad pra-
xim, p.* 1. *§.* 1. *numero* 1. *&* 2. idem, *p.* 4. *§.* 1.
sub, numero 1. ideo legitimè hic venit agen-
dum, quibus personis licita sit appellatio.

5 Et quia de nonnullis iam suprà tetigerim,
veluti de excommunicato procuratore, &c.
ideo nunc breuiter respondeo posse appellare,
quorum interest sententiam corrigi, vel emen-
dari, etiam si litem, aut controuersiam ege-
rint, vel non, *cap. non solent* 2. *quæst.* 6. *cap. cum
inter* 16. *de electione, cap. super eo* 15 *de officio de-
legati. cap. cum super* 17. *de re Iudicata*, vbi non-
nulla de tertio ad Iudicium venienti adduxi, *l.
ab executore* 4. *§.* 1. *à sententia* 5. *ff. hoc tit. l.* 1. *in
principio, ff. de appellationibus recip. l.* 4. ibi, *ma-
guer todos los otros aquien vinisse la pro, o el daño de
aquel Iuyzio, tit.* 23. *p.* 3. vbi Accursius, Barbo-
sa, Federicus, Schench. *de appellat. num.* 5. *&* 6.
Donellus *lib.* 28. *comment. cap.* 6. omnino vi-
dendus.

6 Notabis autem tunc demum, cuius inter-
est appellare possit, si is cesset, qui victus est,
vel si is non ex fide causam egisset: nam tunc,
si victus non appellauit, poterit cui interest pro-
uocare quod si appellauit victus: tunc cui in-
terest non appellat de nouo, sed committitur ei
causæ defensio; ac si ipse appellasset, vt nota-
tur ex *dict. l. ab executore* 4. *§.* 1. *hoc titulo, l.* 4.
tit. 23. *p.* 3. quæ iura ponunt alia exempla in
creditore, & fideiussore: tradit Pichardus *di-
7 cta p.* 4. *in manud. §.* 1. *num.* 9. † Qui *num.* 10.
addit quod & si prouocandi Ius, non pertineat
ad eos, quibus testamento inofficioso, quid
datum, seu relictum est, quamuis intersit eo-
rum hæredem scriptum non vinci; eo quod ex
tali testamento, nec libertates, nec legata de-
beantur, *l. Papinianus* 8. *§. fin. ff. de inofficio-
so, l. si prolusorio* 14. *§.* 1. *ff. hoc titulo, l.* 7. *ti-
tulo* 23. *p.* 3. tamen si dicant per collusionem
esse pronunciatum, aut transactum cum hæ-
rede instituto, poterunt prouocare, ex *dicta
l. a sententia, §.* 1. *dicta l. qui prolusorio ff hoc
titulo, l. suspecta* 29. *ff de inofficioso*, quin-
imo, & causam apud primum Iudicem ex
integro agere: applicabis nonnulla quæ addu-
xi, *sub cap. penult. de sententia, & re Iudica-
ta*, vbi expendi de hoc, & regulam res inter alios
acta.

Secundo notabis appellationem, tunc per 8
interesse alicuius licere, quando reuera appel-
laturus pateretur, vel commodum pecunia-
rium de re familiari, vel in commodum famæ,
& existimationis ad eum perueniret, vt puta pa-
tri interest eius filium non pronunciari ser-
uum, aut libertum, quia inde pater dedecus
pateretur. † Interest etiam propinquis, ne ali- 9
quis eorum propinquus capite damnetur; his
enim in casibus licet appellatio ex *l.* 2. *§. si is, qui
& §. vltimo, ff. hoc tit. dicta l.* 2. *l.* 4. *l.* 6. *tit.* 23.
p. 3. conducunt quæ latè agit de tertio opposito-
re, Couarrunias *pract. cap.* 13. cum aliis, & quæ
dixi *in dicto cap. pen. de re Iudicata*: videbis Tex-
tum *in l.* 4. *tit.* 18. *lib.* 4. *recop.* vbi Azeuedus Pi-
chardus, *dicto §.* 1. *num fin.* Andreas Valensis
hic §. 2. *num.* 1. † Vbi addit humilitatis ratione 10
receptum esse, vt pro damnato ad supplicium
prouocare quilibet possit ex *l.* 6. *hoc tit.* quasi
omnium intersit Innocentem defendi, & ho-
minem hominis beneficio offici, *l. seruum, ff.
de seruis exportandis*; & hoc etiam nolente con-
demnato, *l. non tantum, ff. hoc tit. l. addictos* 29.
Cod. eodem, Pichardus *dicto §.* 1. *sub num.* 3. ver-
sic. *hoc amplius.*

Item non grauatus non appellat, vt de con- 11
uicto, & confesso iam suprà dixi *sub quæst.* 4.
versic. *ad secundam*: tradit *hic* Valensis *dict. §.* 2.
n. fin. & ob id autem verus contumax non ap-
pellat ex dictis *suprà in dicta quæst* 4. *à num.* 1.
tradit idem, Valensis *dicto §.* 2. *sub num. fin.*
vbi addit quod, & friuola appellans audiri non
debet, cum grauatus non sit, sed alium gra-
uare studiat; indeque euenire, vt possit ex-
communicari, & mulctari. † Alia congerit vi- 12
denda Pichardus *in dicta §.* 1. *sub dicto num.* 3.
& 4. vbi agit de casu, quando mater nomine
filij, & in quibus casibus possit, ex *dicto cap.
non solent* 2. *quæst.* 6. *dicta l.* 1. *ff. de appell. reci-
piendis, l.* 2. *§.* 1. quando appellandum sit *l.* 1. *ff.
de liberali causa*, ibi *quoniam seruitus eorum ad
dolorem nostrum, iniuriamque nostram porrigitur
ex l.* 6. *dicto tit.* 23. *p.* 3. ibi *por que si empre fin-
ca la mancilla en su linage.* † Item extendit Pi- 13
chardus ad casum sententiæ sanguinis, aut
alias famosæ ad causas nobilitatis, vt in eis
quilibet etiam consanguineus, cui ex sen-
tentia præiudicium generatur, possit appel-
lare.

Domini tamen appellatio subdito prodest, si 14
si subdito tamen per consequentiam intersit: ar-
gumento Textus *in c. dilect.* 55. *hoc tit.* Valensis *hic
dict §* 2. *num.* de excommunicato iam, *suprà*, dixi,
sub quæstione 1. tradit Valensis *hic dicto §.* 2.
num. 4.

De procuratore autē iā *sup.* dixi, vt possit appel- 15
lare, si habeat mādatū generale; hocq; sufficere, cū
appellatio sit de prosecutione primæ instantiæ,

&

& in tantùm est, vt teneatur appellare, & appellationem à se interpositam Domino denunciare in illis casibus, quibus prosequi non tenetur *cap. penult. de procurator*, Valensis *in dicto* §.2. *n.5*. Etenim id facit quia ad lites expertus est; fit ergo litè contestata Dominus litis *l.4. §.fin. ff. hoc titulo*, *l.19. tit 5. l.2. & 3. titulo 23.* quibus in locis Gregorius latè, & Ioannes Ferrar. *tract. de appellat. lib.2. ex n.111.*

16 An autem, & quando possit, vel teneatur litem prosequi: videbis Scacciam *de appellat. quæst. 5.* Caluolum *in praxi §.procurator conclusione 15.* Quod si procurator meus à sententia aduersùs me lata non prouocauit (quod negligentia, vel malitia sæpè contingit) potero ipse inter legitimum tempus à die scientiæ computandum prouocare *dicta l.2. partita*, vbi Gregorius *gloss.16* tradit Pichardus *in d. §.1. 4 p. manud. sub num.3. in fine*, dicens menti tenen-
17 dum. † Et addit ex *d. l.2. & 3. partitæ*, procuratorem non solùm posse; *verùm*, & teneri appellare, quamuis mandatum ad lites tantùm habeat, sed aperte prosequi non teneri, Castrensis *consil.136. num.3. lib.1. col.4.* Tuschus *practicarum*, *coll. littera A*, *conclus.362.* vbi idem in fideiussore contractus, & emptore resolnit.

18 Etenim ei qui expertus non est in aliena causa, si eius interest, vt iam dixi, non licet appellare *l.2.* versic. *sed dicendum*, quando appellandum sit quod sic accipies, aut nisi ei mandatum sit, aut cum appellasset Dominus ratum habuerit *l.1. in princ. ff. de appellationi-*
19 *bus recip.* vbi Accurs. † Tamen omnibus, qui expar̃ti sunt in sua causa, permittitur appellatio, nisi cui conditio personæ aut contumacia, aut delicti genus, aut conuentio sua, aut consensus obstet: de contumacia iam dixi *in d. q.4. à num.1.*

20 Et primò de conuentione, seu pacto respondeo ex *l vltima*, § *fin. Cod. de temporibus, appell.* posse inter litigatores effici, nec vi eorum appellare liceat, & faciunt quæ *suprà* adduxi *quæst 2.* versic. *ad secundam*, vbi egi de dubio, an appellationi possit renunciari, & ratio est, nam si quis potest appellationi interpositæ renunciare, vt ibi dixi longè tamen magis poterit à prouocatione abstinere; idque pacto comprehendere, *l. si quis libellos 28. Cod. hoc tit. cap quamuis 10. de electione lib.6.* quod autem limitat Gregorius *in l.13. tit 2. p.3.* Glossa *ficieren postura, in fine*, si causa esset criminalis, vel liberalis, siue status ex ratione Textus *in l.1. § fin.* cum legibus sequentibus, *ff. de liberali causa*, *l. liber homo 13. ff. ad legem Aquiliam.*

21 Imo si nihil inter eos conuenerit, si tamen quis ante sententiam professus fuerit se à Iudice non prouocaturum prouocandi auxilium perdet ex *l.1. §. si quis ff. à quibus apppell. non licet*, consonat Textus *in d l.13. partitæ*, vbi verè explicat Gregorius. Verùm ex huiusmodi pacto, non excluditur nullitatis remedium, si seorsum ab appellatione in Iudicio deducatur, quod dicit Pichardus *d 4 p. manud. §.1. sub num 8 esse*,
22 menti tenendum. † Tamen à Iudice ex consensu litigantium, dato victum posse pronunciare: tradit Pichardus *suprà d. num.8. in fine*, ex *l. ex consensu 23. ff hoc tit.*

23 Secundo de eo, cui obest personæ conditio, dico ei appellationem denegari, & sic seruo talis denegatur facultas; eo quod, vt iam latè alibi dixi *in c.9. & sub c.11. de Iudicijs* serui in Iudicio stare non possunt *l. seruus 6. Cod. de Iudiciis*, *l 8. tit.2. p 3.* & sic cautum reperitur de eis in criminali causa *in l. serui 13. ff. hoc tit.* consonat in omnibus *l.2. tit.23. p.3.* † Vbi Gregor. 24
gloss.4. ait eum in hoc casu non appellare, sed supplicationem interponere posse; refert ex aliis Ferrarius *in tract. de appell. lib 4. c.1. ad finem*, Pichardus *in d. §.1. num.5.* Legendus, § 23. *d. part 4. manud.*

Tertio verò dico ratione delictorum, multis 25
inquam personis appellandi facultatem auferri; & ratio est, quia cùm in prima instantia, soleant delinquentium legitimæ defensiones audiri Iustissimè, vt dixi *suprà quæst. 1. à num.1. & quæstione 5.* versiculo *ad sextam*, poterit eis remedium appellationis auferri, propter enormium delictorum qualitatem, quæ iuxta Reipublicæ benè institutæ vtilitatem, non patitur impediri executionem sententiæ, prætextu interpositæ appellationis, cum idem Reipublicæ expediat, ne delicta maneant impunita, *l. locatio*, §. *quod illicitè*, *ff. de publicanis, & vectigal.* *l. si ita vulneratus 51. ff. ad legem Aquiliam*, vbi Glossa verbo *impunita multa*, ad idem cumulat, & adducit Iura, Couatruuias *pract. c.23. num.6.* versic. *sexto infertur*, istæcque personæ referuntur *in l. constitut. 26. ff hoc tit. l.2. & 3. Cod. quorum appellat. non recipiantur*; quibus consonat, *l.16. hoc tit. 23. p.3.* quæ ex eis sumpta est, *l. si quis filio exhæredato 6. §. hi autem ad finem*, *ff. de iniusto recepto*, *l.1. § si autem, Cod. de raptu virgin l.1. Cod. de falsa moneta.*

Itaque explicite loquendo ex prædictis Iuri- 26
bus, & ex *d.l.16 parte*, reperies insignes, & publicos latrones; item seditionum concionatores, Duces factionum homicidas, Veneficos, maledicos, adulteros; item eos, qui manifestam violentiam commiserunt, appellare non po. e. † Item nec officialem à suo Iudice con- 27
demnatum, ob delictum in suo officio Commissum, raptores Virginum, Monialium, & quarumlibet honestarum fœminarum, falsum Monetam fabricantes, litteras regias, siue Apostolicas corrumpentes, vel simulantes, quos placuit damnatos, statim puniri debere, quia publicè interest eorum appellationes non recipi; sed ita demum, si non solùm legitimis probationibus conuicti, damnati sint; sed si etiam voce propria vitium scelus confessi sint, *d. l. quorum appell. non recipiantur*. cui legi potius standum tradunt Pichardus *d. §.1. 4 p. manud. §.1. sub n.7.* quam *dicta legi 16. partitæ*, Iulius Clarus *lib.3. receptarum sententiarum quæst 94. num.1.* sed Valensis *in Rubr. hic §.4.* dicens, vt appellare non possit damnatus de crimine falsæ Monetæ ex *l.1. Cod. de falsa Moneta*, *l. Maiestatis*, *l. constitutiones*, *ff. hoc tit.* item, & de crimine hæresis, *c. vt Inquisitionis de hæreticis lib 6.* de quo *in Rub. quæst.5. in fine*, aut de raptu Virginis, de quo *in l. vnic. § si autem, Cod. de raptu Virgin.* tamen dicit appellari posse ante sententiam.

Et an vero *d. l.2 & d. l.16. partitæ*, in aliis 28
etiam casibus, sint recipiendæ: scribit latè Auendañus *de exequendis mandatis p.1. c.6.* Ceuallos *in pract. c.509.* cum multis. Imo & est videndus Bobadilla *in polit. lib.5. c.3. ex num.65.* vbi piè, & doctè Iudices instruit, qualiter se gerant iuxta executionem sententiæ in criminalibus

pellatio;

Bartol. Maranta *de ordine Iudicior. 6. p. tit. de appellationibus n.* 159. & Pichardus *in manud.* §. 19.
43 *n.* 1. † Qui *n.* 2. ait quod in causa appellationis à diffinitiua possunt non allegata allegari, & non probata probari ex Textu *in leg. per hanc, Cod. de tempor. appell. dicto cap. fraternitatis, cap.*
44 *cum Ioannes de fide instrument.* † Vbi etiam dicit, tunc demum nouos Articulos admitti, si à veteribus dependeant, & motam actionem respiciant, vt in exemplis *dicti cap. cum Ioannes,* & aliis adductis per Bald. *in dicta l. per hanc, col.* 4. *& in dicto cap. fraternitatis à num.* 6. Felinus *in dicto cap. cum Ioannes num* 17.

45 Quod si per se Articuli subsistant, & nouam videantur continere causam, erunt repellendi itaque si res diuersa; vel noua intendatur actio, de nouo erit agenda lis: itavt in causaa ppellationis sit locus examini eius, vt rectè annotarunt Bart. & Paulus *in dicta l. per hanc*, Maranta *suprà num.* 163.

46 Nam Articuli in prima instantia omissi oportet, vt sint eius naturæ, in quibus sententia lata in principali causa præiudicium faceret Francus *in cap fin. num.* 14. *de Testibus*, Gailius 1. *pract.* 128. alioqui si nouisint articuli; non est cur admittantur, quamtumuis pars offerat eorum probationem. Farin. *de Testibus, tit. de oppositione contra examen Testium q.* 75. *n.* 317. alia ex multis tradit videnda Pichardus *suprà, dicto* §. 19. *num.* 4. versic. *vt noui*, vbi ampliat in causa appellationis non admitti probationes super eisdem Articulis, aut directo contrariis ex Testium depositione, ne daretur suspicionis subornatio ex Regula Textus *in dicto cap. fraternitatis*, vbi latè adduxi, & *Clem.* 2. *de Testibus Auth. at qui semel, Cod. de probat.* Vide Textum *in l.* 4 *tit.* 9.
47 *lib.* 4. *recopilat.* † Et addit quod licet in causa appellationis nouæ exceptiones proponi possint non obtinet in dilatoriis *l. ita demum, Cod. de Procurator.* quia harum est terminus præfixus vsque ad litis contestationem paucis exceptis secundùm quæ adduxi *suprà in Rubrica, & tit. de exception.* videbis dicta *infrà in cap.* 7. *q.* 2. versic. *ad vltimam.*

48 Ad vltimam quæstionis partem, cuius occasione referunt Doctores illam vtilissimam quæstionem, an morte Accusatoris, vel Rei crimen extinguatur, tam quoad delictum, quam quoad pœnam, de qua suprà in Rubrica *de re indicata q.* 2. Gomezius *lib.* 3. *variar. cap.* 1. *ex num* 38. *& ex num* 80. Iulius Clarus, & eius Additionator Baiardus *lib.* 5. *in praxi*, §. *fin. q.* 51. *num* 9. *&* 12. Bobadilla *in politica lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 143. Pichardus *in manud.* 4. *p.* §. 2. *à num.* 1. Placa *de delictis lib.* 1. *cap.* 38. *à num.* 1. & alij *in tit. ff. si pendente appellation. mors interuenerit*; *& Cod. si Reus vel Accusator mortuus fuerit, quibus consonat l.* 28.
49 *&* 29. *tit.* 23. *p.* 3. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 23. *tit.* 1. *p.* 3.

Vnde iam breuiter respondeo ad dubium sub distinctione; Nam mortuo eo, qui appellauit à sententia in negotio Ciuili lis transfertur in hæredem, Perinde ac si prior in Iudicio mors ei contigisset, *l.* 1. *Cod. si pendente appellatione*, & sic ex *l. pen. Cod. eodem, & vtique* 16. *Cod. de Rei vindicat.* probatur morte hominis, cuius de proprietate lis agitur, pendente appellatione, vel etiam priori Iudicio litem durare propter peculium fructus partus, & stipulationem de euictione.

50 Quamuis ad condemnationem intersit mul-tùm inter bonæ fidei, vel malæ fidei possesso e.n ex *d. l.* 29. *tit.* 23. *p.* 3. vbi congessit plura Greg. Lop. & licet prædicta resolutio labefactari videatur ex adductis à Pichardo *dicto* §. 4. *sub num.* 6. *ex l. si pater, Cod. si pendente appellatione*, vbi si ad ciuilia munera, vel decurionatum quis fuerit euocatus, & à nominatione prouocauerit, prouocationeque pendente decesserit ea quæstio morte finita sit, leges ipsum Pichardum; vbi expendit cum Cujacio *lib de diuers. tempor. præscript. cap.* 16. cum *l. quamquam* 15. *de excusat. Tutor.* cum Glossa *ibi*, verbo *examinanda*, & cum *dicta l fin. Cod. si pendente appellatione, &* l. *cum antiquioribus, Cod. de iure deliberandi, & dicta l.* 28. *tit.* 23. *p.* 3 verbo *e porque los herederos*, conducunt quæ adduxi *suprà in cap. fin. de foro* vbi de hærede conueniendo, vbi defunctus debuit. Aliqua videbo *infrà in cap.* 3. *q* 3. versic. *ad vltimam* vbi de dubio, *an pœna condemnatio transeat ad Heredes.*

De criminalibus autem causis aliter videtur 51 dicendum; sed iterum sub distinctione, quia Regula generalis est quod morte rei crimen extinguitur; id est mortalitate ex Textu, *in l. vlt. ff. ad leg. Iul. Majest.* & sic per Textum *in dict. l.* 1 *ff. si pendente appellatione l.* 8. *&* 21. *tit.* 23 *p.* 3. fit vt appellatio ex instantia cum toto Iudicio euanescat, quando mortuo Reo aucusato, aduersùs quem lata fuit sententia, de cuius viribus disputatur, appellatione interposita, quod est intelligendum, si sententia Rei personam, siue statum respiciat.

Fallit in nonnullis casibus grauissimis, & 52 atrocibus, vt in crimine perduellionis *leg. penult. & fin. Cod. ad legem Iuliam Majest. l.* 4. *Cod. de hæreticis, leg.* 1. *in fine, ff. de requirendis* quod *morte non extinguitur*, & Peregrinus *de Priuilegiis Fisci* congerit decem, & septem casus, vbi crimen morte non extinguitur *lib* 4 *tit.* 5. *à n.* 6. quoad pœnam respectu bonorum Fisco applicandorum, & respectu pœnæ pecuniariæ, videbis etiam Iulium Clarum, & Gomezium iam relatos, & Bobadilla *in Politica lib.* 3. *cap.* 15. *dicto num* 143. congerit nonnullos etiam casus in quibus etiam cadaueribus pœnæ exequuntur & Sorlorzano *lib.* 6. *de pœna Parricidij* legendus, & ad omnes videbis *in dictis legibus Regiis suprà* adductis.

Vnde quia est etiam Regula generalis, quod 53 si sententia respiciat ad bona instantia morte Rei non euanescat ex *dicta l.* 1. *ff si pendente dict lege* 8. *&* 21. *p.* 3. iden ex proxime dictis, iterùm distinguo; Nam si priori sententia, contra quam Reus appellauit, bona item eius expressim publicata sunt, tunc & si morte Rei crimen extinguatur; tamen non extinguetur bonorum quæstio specialiter publicatorum, ex *dicta l.* 1. *ff si pendente appellatione, & l.* 8. *partita.*

Verùm si tacitè, veluti si deportatus sit nullo 54 alio adiecta, reuera crimen, & bonorum quæstio extinguentur, taliter, vt bona transmittantur ad hæredes ex *dicta l.* 1. *Cod. si pend. appell.* & videbis *l fin. Cod. si Reus, vel accusator mortuus fuerit.*

Vnum tamen notabis repetitionem scelere 55 bonorum quæsitorum nunquam perimi, nec si priori sententia absolutus sit Reus, sic nec bonorum specialiter publicatorum. † Nec facit 56 contra hoc Textus *in l.* 2. *Cod. eodem*, quia vt colliges ex *l.* 1. 2. *&* 3. *ff. de requirendis Reis.* & ex

Vbi sem

personas veritatem, & famam loci. Per hæc verba adiungi valet Testium idoneorum materia, de qua latè *sub Rubrica, & tit. de Testibus cogendis,*
8 † Et in tantum Testes idoneos requiri, quod Testis alias illegitimus, etiam in causa summaria appellatur, tradit Barbosa *hic, n.2.* cum Maranta *de ordine Iudic. p.6. art. 13. n. 34.* Afflictis *decis.355. n.9.* Nec obstant adnotata *suprà in c. veniens 38. de Test.* eo quod ibi dicatur, quod attestationes receptæ in summario fidem non faciant in plenario, quia non conuincitur inde, vt minùs fideles Testes requirantur in Iudicio
9 summario. † Item agi potest de probatione per formam loci, & vicinæ, ad quod applicabis quæ dixi *suprà in cap. quosdam 7. cap. quanto 8. de præsumptionibus.*

10 Barbosa notat per Glossam verbo *grauamen,* in versic. *deberet n.3.* quod Iudex non admittens appellationem si causa est criminalis deponitur si eam admittere deberet, de qua quæstione videbis.

11 Et idem Barbosa in Glossa *post appellationem,* verbo *quæ si legitima* affirmat quod sententia alienius censuræ lata post appellationem interpositam est ipso iure nulla, de quo dico *infrà, in cap. Pastoralis, §. verum hoc tit.* vbi plura ad propositum. Et qualiter noster Textus intelligatur tradunt Balboa, & Graña hic cum multis, & ego dico *in cap. cum teneamur 17. & dicto cap.51. hoc Titulo.*

AD TEXTVM IN CAPITE II.

Inter Cætera, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. DOCTORES communiter agunt per Textum nostrum an appellatio generalis vaga, & incerta valida sit, de quo ago *infrà in cap 8. hoc tit.* Et pro ampliatione adiunges quæ adduxi *suprà in cap.2. de libelli oblat.* vbi plura de libello incerto, & generali sustinendo, vel non in Iudicio. I I. Et sic adiunges aliam quæstionem, an pro forma appellationis desideretur Iudicis, & causæ expressio, vt talis valeat appellatio, de quo *in dicto cap.18. hoc tit.* aliqua adduxi *suprà in Rubr. quæst. 5.* versiculo *ad quartam.*

AD TEXTVM IN CAPITE III.

Ad nostram, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. VT Textum istum in sua principali conclusione abundè possis expendere, & ne iam dicta vlterius repetam, leges quæ adduxi *suprà in cap. nouit. de Iudiciis, q. 50. vbi egi an à correctione Prælati possit subditus appellare* Fermosin. de Exceptionibus. *vel admittatur exceptio à denuntiatione,* & adiunges dicta *ibi q.51.* plura de correctione fraterna *ibi, à q.17.* occasione huius Textus possunt adiungi plures casus, in quibus appellatio non permittitur, de quibus *infra in cap. de appellation. 11.* Sed ad propositum videbis quæ subsequuntur.

QVÆSTIO I.

An Religiosus possit appellare omisso medio? An Episcopus possit procedere contra Religiosum, & processum Superiori remittat: An à decreto visitationis admittatur appellatio: Et ad quem fiat: Et an Prælati regulares possint recusari: An Regulares vi oppressi possint auxilium Regum implorare: Et an si Prælatus modum excedat in corrigendo liceat appellatio: Quid in correctione Clerici secularis?

SVMMARIVM.

1 *Præmissum ad quæstionem.*
2 *Religiosus numquid gradatim, vel omisso medio ad Superiorem queat appellare n. 3. & si malè tractetur tu te quit à Religione exire, num. 4.*
4 *Appellatio ab excessu quando alias, & nimis seuerius interponitur ad capitulum 5.*
6 *Episcopus qualiter procedere possit contra Religiosum delinquentem, siue incarcerando aut denuntiando suo Prælato, n.7.8 9 10.11.*
9 *Regulares circa personas degentes intra septa Monasterij; aut circa clausuram delinquentes, possunt ab Episcopo loci, vt Sedis Apostolicæ delegato puniri, contrarium n. 10. in casu negligentiæ, quid num.11.*
11 *Religiosi delinquentis remissio qualiter fiat ad suum Prælatum per Episcopum.*
12 *Appellatio decreto visitationis, quando habeat effectum deuolutiuum, & num desideret causæ expressionem, n.13.15.16.19.*
14 *Appellatio à mandato de residendo, datur tantum tantum quoad diuolutiuum effectum.*
15 Cap.10. Trid. de sessione 24.
17 *Appellatio admittitur, si Episcopus procedat in exemptos.*
18 *Gesta appellatione pendentes reuocantur, vbi appares de Priuilegio, aut exemptione.*
19 *Appellatio interposita à visitatione de correctione non suspendit executionem, & licet dato excessu. num.21.25.*
20 *Carcerati appellantes à quo de præsensu excessu in corrigendo cognoscantur.*
22 *Appellatio à decreto visitationis, ad quem interponatur Iudicem,*
23 *Prælati regulares recusari nequeunt visitantes nisi excedant modum.*
24 *Regulares numquid auxilium Regium implorare queant negatiuè respondetur, seu possit permittere ad sedandos eos in suis electionibus affirmatiuè.*
25 *Appellatio licet si Prælatus excedat modum in corrigendo; secus si non, siue sit compilatus processus num.27. & 28.*
26 Cap.4. Trid. sess.25. de Regul.

 29 *Reli*

29 *Religiosus potest adire Superiorem sine licentia Prælati, & ad eum recurrens, videtur appellare.*

30 *Clericus secularis nequit appellare à correctione quam in eum facit eius Superior.*

1 VT prædictas difficultates expendas, poteram hic cum Balboa *à n.* 1. repetere nonnullas quæstiones, nempe an ad Abbatem spectet correctio subditi Religiosi; vel an competat Prælato simul cum suo capitulo; & sic adiunges quæstiones sequentes, de quibus dixi *in dict. cap. nouit, de Iudiciis, nempe q.* 23. *vbi an Prælati regulares possint inquirere peccata subditorum, vt illa corrigant fraternè, vbi de aliis, & q.*24. vbi an Prælati possint corrigi à subditis. Ad aliam *q.*28. vbi *an in Religionibus sine preuia correctione possit peccatum occultum* ab aliquo denunciari suo Prælato tanquam Patri.

2 Ad primam difficultatis partem responderunt Laurentius Portel. *in dubiis regul.* verbo *appellare n.*3. Remigius Scofra *in opusculo de inualiditate professionis dubio* 25. *&* 26. quod potest Religiosus omissa appellatione ad suum Prouincialem, & ab hoc ad Generalem, ab hoc ad Protectorem Cardinalem statim, & illicò ad Papam; seu Nuncium appellare; quod apud Hispanos sæpe vidi in praxi obseruari cum sæpius contingat Religiosos appellare ad Nuncium Apostolicum.

3 Contrariam tamen sententiam, nempe vt gradatim de Guardiano ad Prouincialem, deinde ad Generalem, & ab hoc ad Protectorem Cardinalem, postremo ad Papam, vel eius Nuncium fiat appellatio, dixerunt Spartarius *in praxi tractatu* 10.*p.*4.*c.*1.*n.*3. Peirinus *de Religioso subdito tom.*1. *q.*1. *cap.*20. alij penes ipsos, tradit Diana *p.*3.*tract.*2. *res.*54. Fr. Ioannes à Sancta Maria *in Tribunali Religios. tract.*5.*cap.*10.*num.*3. itaque dispositum referunt ex Sacra congregatione Cardinalium, & ex decreto *Clem.* 8. *de appell.* omisso medio dico latè *infrà in cap. si duobus*, §. *denique hoc tit.* quare *ibi*, dicta proportionabiliter applicabis ad præsens dubium.

4 † Et Scaccia *de appellat. q.*17. *limit.*27.*num.*14. cum Franco *in c. reprehensibilis hoc tit. n.*13. Decio *n.*3. ait vt appellatio ab excessu quando Abbas est nimis seuerus in corrigendo sit interponenda ad capitulum; hoc est debet tunc adhiberi capitulum, & dicit Nauarrus *comment.* 3. *de Regular. n.*5. liberum esse Religioso appellare ad Superiorem

5 cum malè tractatur. † Et sequens Azor. *instit. mor. p* 1. *lib.*12. *cap.*11. *q.*8. *quæst.*7. ait quod Religiosus à Superiore iniquè tractatus potest tuta conscientia è Monasterio exire in suo, vel eodem Superiore inuito. Videbis quæ congerit Barbosa *in cap.*4. *Trid. sess.*25. *de Regul. à n.*10.

6 Ad secundam quæstionis partem, an Episcopus possit procedere contra Religiosum vt processum remittat Prælato, respondeo suppositis quæ adducit Barbosa ex multis per Tridentini decretum, *sess.*25. *regul. cap.* 14. vbi agit quando regularis delinquens possit ab Episcopo incarcerari, aut puniri, quandove debeat ad suum Prælatum remitti, sunt enim qui negant Diana *p.*3. *tract.*2. *res.*332. Villalob. *in summa p.*2. *tract.* 35. *difficult.*5. *n.*5. vbi ait Religiosos subiici Episcopo, quatenùs ad correctionem illius, qui habitans in Cœnobio committit extra illum scandalosum delictum, sed non posse incarcerari.

† Tamen Barbosa *in pastor. p.*3. *alleg.*106. *n.* 19 7
Portel. *in addit. ad dub. regul.* verbo *punitio*, *Relig. extra Conuentum n.*17. Naldus *in sum.* verbo *Episcopus n.*28. & Piasecius *in praxi, Episcop. p.*2. *cap.*3. *n.*43. docent posse regularem in tali casu deduci ad carcerem Episcopi, & sumpta informatione super delicto, dummodo sine mora sumatur, remitti cum copia processus ad suum Superiorem puniendem cum præfinitione termini ad puniendum. Et hanc partem defendunt Vgolinus *de Episc. p.*1. *c.*20. §. 8. *n.*2. Lezana *in sum. quæst. regul. c.*16.*n.*27. cum aliis Barb. *in dicto Trid. decreto cap.*14. *sub num.*2.

Tamen Hieronimus Rodriguez *in compendio* 8
*quæst. regul. res.*62. *n.*8. respondens ad argumenta contraria, & ad declarationes Cardinalium quos adducit Barbosa, ait non posse Episcopum in tali casu formare processum contra Religiosos sic delinquentes instans contra Portel. & alios posse Episcopum instare, & benè instare certiorem faciendo per suas litteras Prælatum regularis de notorietate delicti à Religioso ita commissi, vt nulla tergiuersatione celari potuisset; ad quod vt refert Diana, *vbi suprà* non est necessarius processus Iuridicus ab Episcopo formatus; Imò videtur nullus ex defectu iurisdictionis; quod videtur stabiliri de processu à Iudice Laïco facto contra Clericum, de quo dixi sub Textu *in cap.*4. *cap.*10. *de Iudic.*

Nouissimè vero Gregor. XV. *in sua constit.* incipit *inscrutabili* sub data Nonis Februarij 1622. 9
statuit vt regulares circa personas intra septa Monasterij degentes, aut circa clausuram ipsam delinquentes possint ab Episcopo loci tanquam ad hæc Sedis Apostolici delegato puniri, & corrigi, & Loter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 24. *num.*66. *&* 67. ait non intelligi de notoriis tantùm delictis, & quæ scandalo toti Populo quasi quod constitutio debeat sumere hanc interpretationem ab hoc decreto, sed de omnibus indistinctè cũ in legibus indefinita oratio æquipolleat vniuersali: refert Barbosa *in d. Trid. decreto* 14.*n.*3.
versic. *nouissimè.* † Vbi ex Chochiei Peirino, refert quod si regularis delinquat ita inter claustra, vt delictum extra claustrorum metas exiens generet in populo scandalum, non per hoc posse tamen ab Episcopo in casu negligentiæ ipsius Superioris puniri, nec posse Episcopum in tali casu Prælato instare, vt talem delinquentem puniat, quia hoc delictum non est commissum extra claustra quod est necessarium ad hoc, vt possit Episcopus instare Superiori, vt puniat. 10

Ad secundam hoc vltimum existimo veram 11
esse doctrinam Fusci *de visit. lib.*2. *cap.* 17. *n.* 11. dum dicit quod quando fit remissio delinquentis Religiosi, Episcopus scribat litteras Superiori Monachi delinquentis delicto commisso, & de excessibus, de scandalo Populo illato, Possitque instare, vt intra terminum ab Episcopo præfixum velit Prælatus ipsum punire, & de punitione facta ipsum Episcopum certiorem reddat: Alias ipso Superiore negligente posse Episcopum punire ipsum, & tradit Fuscus, vt si Episcopus ex communi praxi faciat illas litteras, quas requisitorias vocamus de punitione Monachi delinquentis assignari in præsentia duorum Testium.

Ad tertiam quæstionis partem an à decreto 12
visitationis admittatur appellatio, quæ est etiam de materia Textus nostri, respondent Felin. *hic*, in

in fine, & Cenallos per Textum nostrum *lib. de cognitione per viam violentiæ, num.* 12. quod cum visitatio respiciat morum correctionem; tunc appellationem non habere effectum suspensiuum ex hoc nostro Textu Francus, *in cap. reprehensibilis* 26. *num.*9. *hoc tit.* clariùs dispositum est *in cap.*10. *Trid sess.*24. *ex cap.*1. *sess.* 22. quod debet obseruari ad vnguem, dum sententia solum contineat visitationem personæ, & morum correctionem, secùs si priuationem administrationis, vel beneficij; quia tunc appellatio admittenda est ad vtrumque effectum, de quo dico *infrà in fine huius quæstionis.* Et ratio est quia visitatio morum est causa executiua, & summaria, in qua nec admittitur appellatio: nec re-

13 cusatio. † Et Vveyms *ad constitutiones* 24. *de Iure antiquo desumptas, & per Concil. Trid innouatas constitutione* 17.*n.*14 *pag.*195. *num.*15. ait vt dum appellatur à decreto visitationis admitti non debeat appellatio, nisi specifice, expressæ fuerint causæ grauaminum, vt despicere possit Visitator, à quo appellatio interponitur, an causæ sint friuolæ, an iustæ an suspendere, vel mutare debeat suum decretum, an verò prouisionaliter exequi refert Barbos. *sess.* 13. *de reformatione cap.*1. *sub num.* 5.

14 Vnde fit vt non detur appellatio à mandato de residendo in visitatione quoad effectum suspensiuum; sed tantùm quoad deuolutiuum, prout decisum referunt Armendar. *de visitat. tit.*6. *num.* 2. Marcus Antonius Genuens *variar. lib.*1. *resolut.*85. *n.*10. *&* *resol* 119. *n.*14. Aloisius Riccius *in praxi fori Eccl. resol.* 476. *num.* 5 *in fine, & in praxi aurea resol.* 7. *in fine*, Barbosa *in Pastorali allegat.* 73. *num.*37.

15 Quod si in visitatione procedatur ordine iudiciario, seruato compilato processu, tunc: & recusationem, & appellationem admitti quoad vtrumque effectum, tradit Ceuallos *vbi suprà num.*14. vbi *n.*15. ait cum Gratiano *in decis. Rota Marchiæ* 188. *num* 4 Amatis *decis.* 25. *num.* 6. sic esse intelligendum *dict. cap.* 10. *Trid. sess.* 24. itaque fuisse declaratum per Sacram. congregationem Barbosa *in pastorali dicta allegatione* 73.

16 *sub num.*82. † Vbi *num* 33 cum multis addit à sententia diffinitiua, tantùm admitti appellationem, quæ suspendit iudicatum cum Salgado *de protectione Regia p* 2. *cap.*15. *n.*61. Curia Philip-

17 pica *p.*1. §.7 *num.*10. & cum aliis multis. † Item etiam appellationem admitti si Episcopus procedat in exemptos, seu alios priuilegiatos contra eorum priuilegia, Marchesanus *de commiss. p.*1. *de commiss. appell. extra Curiam Romanam c* 6. *n* 78. Salgado *suprà cap.*16. *num.*68. Barbosa cum

18 aliis *dicta allegat.* 73. *num* 34. † Idem Barbosa cum aliis *in Trid. sess.*13. *de reformat. cap* 1. *n.*5. *in fine*, & Lancelotus *de attentatis p.*2. *cap.* 12. *limit.*18. *à num.*2. ait qood vbi apparet de exemptione, seu priuilegio gesta appellatione pendente, reuocantur.

19 Itaque conclusio suprà relata procedit, dum Episcopi procedunt sine processu, & sine scriptis, etiam carcerando, & carceratus detinendo, sicque vbi de visitatione, aut correctione agitur non suspendi executionem, etiamsi appellatio sit interposita ad Sedem Apostolicam, Lancelotus *de intentatis, & innouatis appell it. pendente limit.*18. *princ. n* 6 Marchesanus *suprà dict. cap* 6. *num* 78. Aloisius Riccius *in praxi aurea, ref.*7. *num.*1. Mendex à Castro *in praxi Lusitana*

Fermosin. de Exceptionibus.

*p.*2. *lib.*2. *cap* 3. *num.*32. *pag.* 45. Marcus Anton. Genuens. *in praxi Neapoli cap.* 21. *num.* 5. Gratianus *in decis. Marchiæ* 188. *num.*1. Ciarlin. *controuers. forens. lib.*1. *cap.*65. *num.*19. Barbosa *dicta alleg.* 73. *num* 52. † Vbi addit quod si carcerati 20
appellauerint, poterit Iudex appellationis cognoscere de prætenso excessu in corrigendo, sed non ob id interim executionem impediri, aut suspendi eorum quæ ab ordinario fuerint decreta.

Et ex eo intelligitur Barbosa *hic num.*2. *in fine* dum cum Nauarro *cons.* 2. *de appellat. & Apostila de Iudiciis cap.*1. *num.*121. aduertit qnod licet à visitatione non appelletur ex Trident. tamen si Visitator modum excedat appellationem licere. 21

Ad quartam quæstionis partem, ad quem fiat appellatio in casu præcedentis dubij, breuiter respondeo quod quando contigerit appellari ab Episcopo suffraganeo, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegato debeat appellari ad Metropolitanum, quoad deuolutiuum, non quoad suspensiuum, ex eo quia propter dictionem illam *etiam*, quæ vnum casum exprimit, & alium includit, vt tenent plures; quos citat Barbosa *de dictionibus, & clausulis dictione* 95. vtramque potestatem, ordinariam scilicet; & delegatam Episcopus habere dicitur iuxta longè adducta per Barbosam cum multis ab eo relatis *in Pastorali p.*3. *allegat.* 92. ipse docet *allegatione* 73. *num* 35. *&* 36 Zerola *in praxi Episcopali p.* 2. verbo *visitat* § 3. Piasecius *in simili praxi p.*2. *c.*3. *num* 61. Riccius *in praxi aurea ref.* 449. *num.* 2. *propè finem* Chochier. *de iurisdictione ordinarij in exemptos p.*2. *q.*14. *num* 5 Thomas Valascus *allegation. iuris tom.*1. *allegatione* 70. *num.* 5. *in fine*, & confirmatur ex aliis infrà dicendis *in dicto cap.*7. §. *fin. hoc tit.* & applicabis dicta *suprà q.* 1. *in fine.* 22

Ad quintam quæstionis partem an Prælati regulares possint recusari; quia *suprà* de ea dixi 23
in cap 4 *de foro comp. q.*33. vbi dixi an Episcopus visitans possit recusari, seu an Prælati regulares; ideò ad ibi dicta te remitto; & negat Barbosa *hic, n.*10. & Glossa *minus* ibi, nec docet, cum Sanchez *in præcepta Decalogi tom.*1. *lib* 6. *cap.* 8. *n.* 111. & probat *hic* Hostiensis *n.* 9. Innocent. *in cap. cum speciali* 71. *num. penult. hoc tit.* vbi alij ex antiquis, & Barbosa, idem Barbosa cum multis optimè expendit *dict. alleg.* 73. videndus *n.*38. vbi ait accusari non posse, nisi modum in visitando excesserit, vel si procedat compilato processu, & faciunt dicta de appellatione in versic. *ad tertiam.* Et videtur recusationem & appellationem exequare Ceuallos *suprà dicta* 2. *p. de cognitione per viam violentiæ, quæstione* 123. *num* 13.

Ad sextam quæstionis partem, an regulares 24
vt oppressi possint auxilium Regium implorare de hac quæstione agit omnino videndus, Salcedo *de lege Politica lib.* 1. *capite* 12. videndus etiam *ibi*, §. 1. Ceuallos *de cognitione per viam violent. p.*2. *q.* 96. *à num.* 22. vbi probat ex *l* 40. *tit* 5. *lib* 2. *recopil.* quod causæ Religiosorum non possunt per viam violentiæ ad Tribunalia Regia trahi; ergo dicendum est ex dictis *suprà in cap.*9. *de Iudiciis à quæst.* 2. non posse regulares vi oppressos ire ad Iudicia secularia pro redimendis vexationibus, & violentiis Superiorum suorum ex *lege* 40. *Titulo* 5. *lib.* 2. *recopilat.*

quia aut decet vt regularium causæ ad seculare Iudicium adducantur *por raçon de el secreto que conuiene tenerse de lo que en ellos se trata:* Sic idem Salzedo latissimè agens *dicto cap. 11. & ibi n. 4.* ex D. Bern. & ex Diuo Hieronimo, & *ibi n. 32.* cum aliis ex Rodriguez *de reditibus lib. 2. q. 17. num. 75.* videndus latè Salgadus *de Regia protect. p. 1. §. 5. cap 2. à n. 5.* igitur leges ipsum Salzedum *dicto cap. 12. §. 1.* quatenus ibi agit de iure quo licet Princidibus Præsides; assistentesve mittere ad electiones Superiorum regularium, secundùm dispositionem Remis. *tit. 6. lib. 1. recopil.* & procedit ex eo, quia tranquilitas, & quies subditorum ad Principes spectat, & ad Magistratus, ex *l. 1. §. quies, ff. de officio Præfecti vrbis,* Thesaurus *lib. 1. quæst. foren. q. 26. n. 2.* Giurba *cons. 49. num. 4* & sic dum rixæ imminent rectè à Principe officium impartiri ad subditorum corroborandum vnitatem; Videbis Salgadum de supplicatione ad Sanctissimum *p. 1. cap. 4. per totum, præcipuè num. 44. & 45.* & plura adducit videnda Salzedus ipse.

25 Ad septimam quæstionis partem contra decisionem Textus nostri, & pro limitatione eius doctrinæ respondeo quod si Prælatus in corrigendo modum excedat; tunc ab eo legitimè appelletur ex iam dictis; & docent Doctores *hic*, per Textum, *in cap. de priore hoc tit.* vbi prior regularis, qui appellationi Religiosi non detulit grauiter puniri iubetur, & ex *cap. licet de officio ordinarij*, vbi quamuis in corrigendis excessibus sit appellationis refugium interclusum non esse suæ intentionis remedium appellationis omnino excludere quasi id concedat, vbi in correctione exceditur, docet Glossa finalis *hic*, Innocent *n vnico*, Hostiensis *n. 7:* Zabarela *n. fin.* Alexander de Neuo *n. 13.* Franchis *n. 3.* Decius *n. 1.* cum aliis quos congerit Barbosa *hic, num. 2.* inter quos videndus Scaccia *de appellationibus, q. 17. limit. 8. num. 8.* latè, & eleganter Sanchez. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib 6. cap. 8. num. 102*

26 † Vbi dicit non obstare Trident. *sess. 25. de Regul. cap. 4.* quia non interdicit appellationem ad superiorem, sed recessum à Monasterio prætextu Superioris adeundi: his addo Balboam *hic, num. fin.* vbi expendit Textum *in dicto cap de priore*, latè, & benè Ceuallos cum pluribus ab eo relatis *de cognitione per viam violentiæ 2 p. q. 95.* omninò videndus, vbi *à num. 1.* expendit Textum *in dicto cap. de priore n. 4.* dictum Trid. decretum, & *num. 16.* Textum nostrum, *& n. 23. l. 40. tit. 5. lib. 2. recop.*

27 Vnde, & si dubium sit, an prædicta doctrina procedat, siue iudicialiter, aut extraiudicialiter tamen Abbas *in dicto cap. cum speciali, §. fin. hoc tit. num. 3.* Alexander de Neuo *n. 8.* Præpositus *in fine* Sanchez *ad præcepta Decalogi tomo 2. lib. 6. dicto cap. 8. n. 103.* resoluunt in vtroque casu integrum non esse appellare, quando superior non excedit Regulæ limites; secùs quando illos transgreditur, quod ante verum sit, si iudicialiter procedat, compilato processu; dixi *suprà.*

28 † Alia tradit videnda Barbosa *in dicto cap. de priore 31. hoc tit. n. 3.* per Glossam ibi *compensi*, ibi, *ex hoc patet* cum pluribus *ibi num. 1. 2. & 3.* qui probat benè admitti appellationem, quando Prælatus modum excedat in correctione; Tradunt Maranta *de ordine Iudicior. p. 6. actu 1. sub num. 33.* versic. *& quandoque limit. 7.* Petrus Gregorius *hic lib. 2. cap. 10. num. 1. cap. 2. num. 13.* Franciscus Giler. *in tractatu de Iudice regular. cap. 15. num. 56.* Rodericus à Cuña *in commentar. ad Textum in cap. quando 4. num. 2. dist. 86.* Quaranta *in summa Bullarij*, verbo *Archiepiscopi authoritas; Author 18. num. 20. §. 5.* versic. *conclusionem.* Ruginel *in simili tractatu, §. 2. cap. 3. n. 229.* Scaccia *de appellationis q. 17. limit. 27. num. 12.* Salgado *de protectione Regia p. 1. cap. 2. §. 5. ex num. 18.*

Et Ceuallos *vbi suprà dicta quæst. 94. à n. 10.* 29 dicit quod Religiosus potest adire Superiorem sine licentia Prælati, & *num. 12.* ait, quod qui recurrit ad Superiorem videtur appellare. Vnum tamen notat Barbosa *in dicto cap. de priore sub num. 3.* cum Franchis *hic, num. 4.* quod in prædicta appellatione debet exprimi causa grauaminis, siue ad correctionem procedatur in Iudicio, siue extra Iudicium, siue ante sententiam, siue post sententiam.

Ad vltimam quæstionis partem iam ex dictis 30 respondeo breuiter quod Clericus secularis non potest appellare à correctione, quam in eum facit eius Superior: docent *hic*, Innocent. *num. vnico*, Baldus *num. 2.* Abbas *7. & 8.* Alexauder de Neuo *13. & 14* Rebuffus *ad leges Gallicas sub hoc tit. art. 7 Glossa 2. num. 24. versic. 11.* Petrus Gregorius *tract. de appell. lib. 1. cap. 10. n. 7.* versic. *in Gallia*, Scaccia *in hoc tit. dicta quæst. 17. limit. 26. num. 9.* & facit Trid. *sess. 22. de reformatione cap. 1.* ibi, *nec appellatio executionem hanc, quoad morum correctionem pertinet suspendat.* tradit Barbosa *ibi, & num fin. & hic num. 4.* & in votis decisiuis Canonicis *lib. 1. voto 4. num. 37.* non inquam appellatio post diffinitiuam suspendit executionem Narbona *in l. 59. Glossa 1. n. 119. tit. 4. lib. 2. recopilationis.* Iterùm videndus cum multis ipse Barbosa *sess. 13. de reformatione cap. 1 cap. 5.*

QVÆSTIO II.

An aliquæ Religiones habeant priuilegia, vt nullo modo à correctione liceat subditis appellare: Et qualiter hæc priuilegia obligent: Et an possit Prælatus corrigere subditos absque consilio sui capituli?

SVMMARIVM.

1 *Prælatus nequit appellationem auferre suis subditis Religiosis; secus ex Pontificio priuilegio à num. 2.*

2 *Appellatio potest auferri à Religiosis ex Pontificio Priuilegio exemplificatur, numero sequent.*

3 *Religiosis Dominicanis, Franciscanis, Augustinianis, Carmelitanis quando appellare non liceat à correctione & causis suorum Prælatorum, num. 4. 5. 6. & 7.*

4 *Profitens Religionem renuntiat iuri, quod habet & alligatur votis.*

8 *Priuilegia quibus appellatio Religiosis, solet auferri, intelliguntur iuxta ius commune, non si Prælati modum excederent, n. 9. 10.*

9 *Priuilegia operari aliquid vltra ius commune, qualiter intelligantur, num 10.*

10 *Religiosus nequit appellare, nisi excessus Prælati sit manifestus.*

11 Cap. reprehensibilis, §. fin. hoc tit. n. 14.

12 *Episco*

12 *Episcopus non corrigit sine Authoritate capituli in atrocioribus, è contra est praxis.*

13 *Corrigere queunt Abbates, & regulares prælati suos subditos absque consilio sui collegij, aut conuentus, nisi aliter ex consuetudine, & stylo, n. 15.*

1 AD primam difficultatis partem, videtur dicendum, quod cum appellatio sit de Iure naturæ, vti adduxi, *suprà, quæst. 1. in princ.* si prælatus refert Iustas appellationes à se appressorum, nec eas admitteret, deberet acriter puniri ex *dicto cap. de priore, hoc tit.* esseique iniquitatem, iniquitati apponere per illos, qui non admittunt, nec dant licentiam prosequendi appellationem, & litem, & adeundi superiorem, & pessima malis accumulare, qui non solùm negant prædicta; sed etiam conjiciunt in carcere duros inedia torquendos; donec appellatione renuncient; quod est contra pietatis rationem, & Iuris naturalis principia: tradit Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ, p. 2. quæst. 95. num. 17.* & patet ex iam consideratis, *suprà dicta quæstione 1.* ergo minus debent tollerari priuilegia concessa aliquibus religionibus, si absolutè auferant appellationis remedium.

2 Nihilominus autem cum iam, *in dict. quæstione 1.* multa, *ibi*, dicta subeunt pro contraria Doctrina, & appareat ex dictis *suprà*, versic. *ad sextam*, vbi egi de alia quæstione an possit Princeps, appellatione remota, causam committere, sintque casus plures, vbi appellatio de Iure non admittitur, quorum nonnullos adduxi, *sub Rubrica quæstione 6.* & de aliis dico, *infra in c. 7. §. 1. hoc titulo*, ideo dicendum est licere Pontifici concedere religionibus priuilegia, quibus subditi nequeant à correctione, seu
3 sententia prælati lata appellare. † Et sic sanctissimè in constitutionibus Illustrissimi ordinis prædicatorum, interdicitur ipsis religiosis appellatio, nam licet oppressis Ius naturale subueniat per appellationis beneficium. Tamen quicumque potest, *si vult*, huic Iuris naturalis subsidio renunciare ex dictis, *suprà quæst. 2. dict. Rubric.* versiculo, *ad secundam*, imo pacisci, seu promittere non appellare, aut prouocationem prosequi, vt dixi, *alibi sub dict. Rubric. quæstion. 6.* ergo eo ipso quod aliquis in prædicta religione promissionem emittit, & secundùm illius religionis leges, & constitutiones, viuere vult, videtur priuilegiis denegantibus, & aufferentibus appellationem assentiri.

4 Et confirmatur quia qui profitetur religionem, vouet castitatem; & per hoc renunciat Iuri, quod habet ad contrahendum Matrimonium, & manet alligatus ad viuendum in statu celibatus, & vouens etiam paupertatem; dum profitetur, similiter renunciat Iuri naturali sibi competenti possidendi, & obtinendæ bona temporalia, & adstringitur viuere in paupertate perpetua; similiter etiam per votum obedientiæ, renunciat libertati sibi competenti, & subditus alligatus, aut religatus manet; ergo idem dici debet de appellatione; facitque pro hoc dicto Textus noster, nam si Pontifex vellet in omnibus casibus religiosis appellationem auferre, esset constitutio Iusta, sed qualiter hoc sit dico, in versiculo, *ad secundam.*

In hoc antem casu dicit Ceuallos *dict. quæstion. 95. sub num. 19. in fine*, quod Bonifacius Papa IX. quibusdam suis litteris datis Romæ anno 1302 eas appellationes abstulit à prædicto Sacro prædicatorum ordine; imò & Barbosa *hic sub num. 3.* refert Iulium Pap. II. prohibuisse fratribus, & sororibus ordinum prædicatorum appellare à mandatis, & ordinationibus prælatorum dicti ordinis, & ante eum Sorbus *in compendio priuilegiorum mendicantium*, verbo *appellare*. 5

Sic etiam videmus, vt referunt idem Barbosa, & Sorbus in locis relatis statuisse Bonifacium VIII. non licere religiosis Franciscanis à corectionibus prælatorum eiusdem ordinis appellare; & Quaranta *in summ. Bull.* verbo, *monasteria, & conuentus.* Barbosa *hic dicto num. 3. in fine*, dicunt quod fratres Sancti Francisci de obseruantia, non possunt appellare ad protectorem, aut superiores regulares, quando à generali, à ministris Prouincialibus, vel guardianis pro culpis leuibus, disciplinas, vel alia pœnitentia in refectorio, vel alibi facienda iniungitur sub pœna triduani, carceris, mancipationis, ac Ieiunij in pane, & aqua. 6

Similiter etiam Sorbus, & Barbosa referunt Sixtum Quartum concessisse Augustinianis, & Carmelitanis, vt generalis eorũ possit suum munus obire, reiecta quamuis appellatione, ab eius præceptis, monitionibus, ordinationibus, & mãdatis vel decretis, & quod aliquæ religiones habeant priuilegia summi Pontificis interdicentia religiosis appellare: docet Sanchez *in summ. t. 2. lib. 6. c. 8. sub n. 10.* sentit Diana *p. 3. tract. 2. res. 54.* versic. *notandum.* 7

Ad secundam partem quæstionis, in qua consistit verus intellectus, & practica præfati; respondeo cum Azor, *instituti moral p. 1. lib. 12. q. 8. c. 11.* Fr. Emanuel Rodriguez *quæstion. regular. tom. 1. quæst. 29. art. 2. & quæst. 53. articulo 10.* Sayro *in claui Regia lib. 12. cap. 17. à num. 38.* Petrus de Ledesma *in summ. p. 2. tract. 8. cap. 24. immediate 8. conclusio*, Sanchez *in summ. tom. 2. lib. 6. dicto cap. 8. num. 10.* Diana *p. tractat. 2. resol. 54.* versic. *notandum*, quod priuilegia prædicta sint intelligenda, secundùm Ius commune; id est eo modo, quod Ius commune appellationem dictis religiosis denegat, nempe quando prælati corrigentes, seu punientes subditum, non excedunt limites religiosæ disciplinæ: nam tunc minimè grauant; secus quando grauant eos limites prætergrediendo, & patet ex adductis *sub q. 1.* 8

Nec obstat dicere quod priuilegia debent operari aliquid vltra Ius commune ex *c. Abbate d. verb. signif.* quia respondeo cum Sanchez *de Matrimonio lib. 2. disput. 37. num fin. ad vltimum*, aliquando nihil nouum continere, sed maioris gratia expressionis concedi, alias inquam fieret generalissimo priuilegio, quale est iam adductum prædictis religionibus concessum auferri omnimodam appellationem, quod credi non debet, nisi modo dicto, & intelligit Ceuallos *dict. quæstion. 95. sub num. 20. lib. 2. de cognitione per viam violentiæ*, procedere appellationem denegatam ex prædictis priuilegiis, & constitutionibus religionum, vt nullo modo appellatio interposita suspendat executionem sententiæ, à prælato lata; non tamen auferat deuolutiuum appellationis remedium, quia tunc quando est grauatus subditus, admittenda est appel- 9

latio, Iuxta Glossam *hic*, *& in cap. reprehensibilis, § fin.* verbo, *nec subiecti, hoc tit.* vbi respondet ad Regiam *l.40. tit.5 lib.2. recop.* de qua dixi, *dict. q.1. versic. ad sextam.*

10 Notabis vero quod Sanchez *in summa d. tom.2. lib.6. cap.8. num.50.* Diana *dict. resolut.54. in fine*, putant dicta priuilegia hoc amplius continere, vt subditus non possit appellare, nisi excessus prælatorum sit manifestus, quia pax, & simplicitas, & obedientia religiosorum hoc postulat.

11 Ad tertiam quæstionis partem, vt respondeam, aduerto ex Textu *in dict. cap. reprehensibilis, § fin.* quod verba, ibi, *præcipuè verò hoc in religiosis volumus, obseruari, ut monachi, siue quicumque alij religiosi, cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi contra regularem prælati sui, & capituli disciplinam appellare præsumant, sed humiliter, ac debitè suscipiant, quod pro salute sua, fuerit eisdem iniunctum*, & sic videtur quod prælatus cum
12 capitulo corrigere non valeat. † Videmus enim ex Textu; *in cap. nouit de his, quæ fiunt à prælato sine consensu capituli*, vt Episcopus non corrigat sine Authoritate capituli; & sic videntur tenere, Abbas *in cap. cum contingat. à numero 21. de foro competenti, & in cap. Ioannes de regularibus, à num. 2.* Corneus *cons. 193. à num. 11. volumine 2.* Romanus *cons. 375.* Guid. Pap. *decision. 559.* Puteus *decis. 239. lib. 3.* Cappella Tholosana *decis. 309.* Clarus *in praxi, lib. 5. §. fin. quæst. 35. num. 15.* Menochius *de præsumpt. lib. 2. præsumptione 18. à n. 21.* latissime Bellameta *consil. 5.* Follerus *in praxi, vlt. pars. cap. 36. tit. de modo procedendi contra monachos, à num. 39.* Scapa *de Iure non scripto, lib. 1. cap. 42* & Balboa *hic sub num. 6.* fatetur sæpe expedire in his correctionibus adhibere consensum capituli, vbi correctio est atrocioris delicti ad exemplum, & terrorem; In praxi non video etiam in atrocioribus exigi consensum capituli.

13 Sed alij docent absolutè Abbatibus, & prælatis regularibus, Ius esse corrigendi monachos absque sui monasterij, collegij, seu conuentus Consilio, Panormitanus *in dict. cap. reprehensibilis 16. hoc tit.* vbi Doctores, & Barbosa *num. fin.* Abbas *num. 11.* Franchis 12. Zauarela 16. Sigism. Scaccia *de appellationibus, quæst. 17. limitat. 26. numero 10. in princ.* Azor *instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 20. quæst. 13.* & Balboa *hic num. 6.* circa medium fatetur posse prælatum cum consensu capituli, si voluerit facere: ad id tamen cogi non posse; sitque verius vt solis prælatis regularibus hæc correctio pertineat ex *dicto c. cum Ioan-*
14 *nes de regularibus.* † Et hoc in sensu interpretatur verba Textus *in dict. cap. reprehensibilis*, quasi intelligenda sint de hipothesi, & facti contingentia dicens hanc interpretationem esse prædictis verbis veriorem, quam sit aliorum, varie textum illum interpretantium, nam quidam perperam intelligunt materialiter de loco, videlicet capitulari, in quo solet plerumque Monachi causa discuti; Itaque Azor *vbi suprà*, dixit respondens ad Textum *in dict. cap. reprehensibilis*, dum meminit capituli in correctione Monachi, vt ibi capitulum sumatur, pro collegio, seu loco, vbi fit correctio; alij inquam ea referunt ad generale capitulum ordinis; alij ad regulas, & disciplinas
15 capitulares; scilicet monasticas. † Et ego existimo praxim illius Textus desumendam esse ex consuetudine cuiusque ordinis, circa corrigendos suos subditos, tam in legibus, quàm atrocioribus delictis, vel à solis prælatis, vel simul cum capitulo, vel cum aliquibus patribus signatis in consilium prælati corrigentis, & subditos punientis.

QVÆSTIO III.

An prælati regulares, possint compellere subditos ad obseruantiam religionis, & constitutionis: Et an possint eos compellere post professionem, ad strictiorem vitam agendam: Et an correctio, de qua in nostro Textu, possit immediate ad Episcopum pertinere, saltem in aliquo casu: Et an Iurisdictio, quam habent Abbates, & prælati regulares in suos subditos sit ordinaria: Et an monachi correctio, contineat pœna indictionem, aut condemnationem delicti: An pœna condemnatio, transeat ad hæredes?

SVMMARIVM.

1 *Regularium correctio, ad quos immediatè spectet quadrupliciter opinatur, hic n.3. 4. & 5. resoluitur, n.6.*

6 *Prælati regulares sunt Iudices ad corrigendum delicta domestica regulari cognitione, n.7. & 8.*

7 *Prælati regulares habent subiectionem immediatam de suis subditis.*

8 *Episcopus non debet se interponere in monasteriis, in quibus viget regularis obseruantia, nisi in delictis excedentibus modum regularis obseruantia, n.9.*

10 *Episcopus cognoscit de regularibus delinquentibus, si eorum prælati extiterint negligentes, vbi quam monitionem faciat prius, vel ob incorrigibilitatem regularis, n. 12. & de pluribus casibus remissiuè, n.16.*

11 *Monasteria, quæ generalibus capitulis non sub sunt, qualiter subdantur Episcopo.*

14 *Apostatæ regulares, seu fugitiui possunt data negligentia prælati in eos recolligendos, Episcopi recolligere: vide n.14.*

14 *Archiepiscopus qualiter in prouincia moneat suffraganeos, vt recolligant Apostatas.*

15 *Regularis degens extra monasterium, si delinquit, poterit ab ordinario corrigi, & visitari, aut puniri.*

17 *Regulares antiquitus spectabant ad Iurisdictionem Episcopi, n.18.*

19 *Abbates vtuntur Iurisdictione ordinaria in suos subditos regulares, & sub n.22.*

20 *Regulares fere omnes pontificij priuilegij, sunt exempti ab Episcopi Iurisdictione.*

21 *Monasteria his temporibus habent Iurisdictionem, quasi Episcopalem.*

22 *Prælati monachorum possunt exercere ea omnia in subditos, quæ Episcopi in suos.*

23 *Iurisdictio prælatorum regularium in subditos est ordinaria.*

24 *Regulares religionum, à quibus Pontificibus sint exempta à Iurisdictione ordinaria*

25 *Correctio monachi continet pœna indictionem; id est executionem, à qua regulares non appellant; nisi superiores excedant in mandatis, & correctionibus.*

26 *Appellatio*

26 *Appellatio à condemnatione delicti facta per prælatum, licet regulari (niſi) non à pœna, ſed à mulcta, n. 27. 28.*
27 L. ſi qua pœna, ff. de verbor. ſignif.
28 *Appellari non licet a lege, à qua imponitur pœna, & de ratione, n. 36.*
29 *Legis grauamen, vere grauamen non eſt, ne appellandi cauſam præſtet, n. 45.*
30 *Correctio vicem obtinet pœnæ, à qua non appellatur.*
31 *Conſtitutio, & pœna ordinis habetur pro lege.*
32 *Religioſorum vita eſt arctior; & ſtrictior.*
33 *Appellatio permittitur à declaratione pœnæ.*
34 *Appellans non debet dicere appello à tali pœna mihi à Iudice inducta, ſed appello quia non commiſi tale delictum, vel non conſtat me aliquam pœnam incidiſſe.*
35 *Pœnæ declaratio à Iudice fieri nequit, niſi parte citata.*
36 *Appellatio quare non licet, & à condemnatione liceat, n. 37.*
37 *Pœna eſt noxa vindicta, & delicti coercitio.*
38 *Sententia qualibet condemnatoria, ſecum trahit executionem.*
39 *Appellatio non permittitur à ſtatuto, ſeu à lege pœnali, nec à lege generali, num. 40. fallit, num. 41.*
40 *Conuictus, & condemnatus, aut falſi notatus, illico meretur pœnam, & legis Corneliæ.*
41 *Appellatio permittitur à ſtatuto facto in odium alicuius particularis, & à ſententia lata vigore ſtatuti, ſeu legis, n. 42.*
43 *Appellatio permittitur, quando per legem, tolluntur bona priuatorum.*
44 *Statuti iniquitas non tranſit in rem Iudicatam.*
46 *Appellatio non admittitur à Iudicio ſortis, vel futura*
47 *Prælati, & Abbates infamati confeſſi, & à capitulo moniti, ſi nolint relinquere prælaturam appellare nequeunt.*
48 *Pœna tranſit ad heredes damnati mortui in tempore ad appellandum; non ſic mulcta.*
49 *Mulcta ſtatim non debetur, ſicut pœna.*

1 AD primam, & ſecundam quæſtionis partem, de quibus *hic* Balboa *num. 7. & 8.* ago, *infra* proprius, *in cap. ſuper eo de regularibus.*

2 Ad tertiam quæſtionis partem, an regularium correctio, poſſit ad Epiſcopum pertinere, dixi aliqua, *ſub quæſt.* 1. Videoque Balboam *hic ſub num.* 3. referre quatuor dicendi modos. Primus nam nonnulli exiſtimant huiuſmodi poteſtatem abſolutè pertinere ad Epiſcopum ex regula Textus
3 *in cap. cum Epiſcopus de officio ordinary.* † Secundus vt hæc Iuriſdictio abſolutè ſpectet ad ſolos Abbates, & prælatos regulares, ex *cap. fin. de ſtatu*
4 *monachorum, cap. Abbates* 16. *quæſt.* 1. † Tertius, vt cognitio, aut correctio extraiudicialis ſemper ad prælatum regularem ſpectet, Iudicialis verò ad Epiſcopum: ſic Innocentius *in cap. quanto de officio*
5 *ordinary.* † Quartus vt in atrocioribus delictis cognitio ſpectet ad Epiſcopum; in leuibus verò ad prælatum ex communi Doctorum ſententia, *in d. cap. quanto.*

6 Ego tamen ſic dico quod prælati regulares, ſunt Iudices veri ad cognoſcendum, & corrigendum delicta domeſtica, & monaſtica, regulari cognitione, argumento Textus *in l. reſpiciendum, §. furta domeſtica, ff. de pœnis,* quia domeſtica delicta, niſi grauia ſint, non ſunt publicè vindicanda, id eſt apud Iudicem, vt *in dicto § furta, l. ſerui, & fily, ff. de furtis l. congruentius Cod. de patria poteſtate.* † Deinde dico quia cum 7
prælati regulares habeant immediatam ſubiectionem, de ſuis ſubditis regularibus, vt in praxi videmus: ſequitur vt prælatus poſſit, non ſolum leuiora crimina, ſed & atrociora corrigere, etiam ſi excederent correctionem patrisfamilias in filios, aut Domini in ſeruos iuxta Textum *in l. 1. C. de emendat. propinquorum, cap. Ioannes de regularibus.*

Et confirmatur ex eo, quia Epiſcopus, 8
non debet ſe interponere in Monaſteriis, in quibus viget regularis obſeruantia: refert deciſum cum nonnullis Barboſa *in cap. 8. ſeſſ. 21. Trid. num.* 10. ipſe etiam, *in paſtorali allegat.* 34. *ſub numero* 16. Armendat *in additionibus ad recopilationem, leg. Nauarra,* & alij per eum vtrobique relati.

Sed quia ſunt caſus nonnulli, in quibus Epiſ- 9
copi habent cognitionem in regulares iuxta Tridentini decretum, *ſeſſ. 5. cap.* 2. quos etiam præter Barboſam, *ibi. & in paſtorali allegat.* 105. vbi latè; recenſet Villalobos *in ſumma tract. 15. p. 5. difficultate* 5. exiſtimo vt in eis poſſit Epiſcopus immediatè de religioſis excedentibus, aut delinquentibus cognoſcere, ſed qualiter non refero. Itaque euenit, vt ſi Monachi crimen tale eſt vt eius pœna modum Iuriſdictionis prælati excedat, qualis eſt degradatio, vel actualis, vel verbalis; *cap. degradatio de pœnis, lib. 6. c. tranſmiſſ. de electione:* tunc reuera cognitio ad Epiſcopum ſpectet, vt pote de hæreſi, & contra exemptos permiſſum habetur, *in c. ad abolendam de hæreticis,* de quo tantùm in Sancto officio, etiam contra quoſcunque proceditur.

Deinde hæc cognitio ſpectabit ad Epiſco- 10
pum, ſi prælatus in correctione negligens extiterit, vt probant Doctores per Textum, *in c. quanto de officio ordinary,* & in Tridentino, *dicta ſeſſ.* 22. *c.* 8. vbi Barboſa *num. fin. & ſeſſ. 25. c.* 24. Etenim ipſe Barboſa *in paſtorali dict. alleg. 74. num.* 16. ait quod quando in monaſteriis viget obſeruantia regularis, debet monere Epiſcopus eorum ſuperiores, vt viſitent, & corrigenda corrigant, qui ſi intra ſex menſes viſitare neglexerint, Epiſcopus ipſe viſitare poſſet, & corrigere nullo priuilegio, aut appellatione obſtante; ita patet, ex *dicto c. 8. Trid.*
† Et ex *dict. ſeſſ. 25. c.* 8. patet vt Monaſteria, 11
quæ generalibus capitulis, non ſubſunt, nec ſuos habent viſitatores regulares, ſi monita in congregationes, non ſeſe redegerint in omnibus Epiſcopi Iuriſdictioni ſubiecta ſint: videbis Laurentium de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcop. & regul. cap. 6. verſic.* 10. Stephanus Vveyms, *ad conſtitutiones* 24. ex antiquo, *Iure deſumptas, & ſuper Trid. concil. innouatas, conſtitutione* 17. *num.* 9. Campanill. *in diuerſ. Iuris, Canon. Rub. 12. c. 13. num.* 50. tradit, Balbos
hic ſub n. 5. † Vbi addit ſimiliter ad Epiſco- 12
pum pertinere correctionem, quando Monachus, data negligentia prælati, adhuc eſt incorrigibilis; vel propter ſuorum amicorum potentiam, vel propter eius fugam, aut vagationem vt *in d. c. quanto de offic. ordinary.*

13 Ex his infero ex *d.cap.quanto*; per verba ibi *si Prælati eorum*, quod & si cura recolligendi fratres fugitiuos, & apostatas, specialiter spectat, & principaliter ad eorum Prælatos respectiuè: tamen in casu, quo ipsi in re tanti ponderis, & momenti negligentes, extiterit ad Episcopum pertinere: sic Ludouicus Miranda
14 *in manuali prætor tom.*1. *quæst.*32. *art.*3. † Vnde infert Barbosa *ibi sub num.*5. quod Archiepiscopus possit monere in tota Prouincia Monachos, & alios regulares vagabundos, & apostatas, vt redeant ad sua Monasteria, monendo prius Episcopos sufraganeos, vt id exequantur. Deinde regularium superiores, vt eos reducant; quibus negligentibus ipse compellet regulares, & etiam superiores, Marcus Antonius Genuens *in praxi Curiæ Archiepisc.Neap. cap* 70. *num.*20.

15 Infero secundo quod si regularis extra Monasterium degat tutus, non erit etiam prætextu priuilegij sui ordinis, quominus si delinquerit ab ordinario loci tanquam super hoc à sede Apostolica delegato possit, & valeat visitari, corrigi, & puniri, secundùm Canonicas Sanctiones, Barbosa *in dicto cap. quanto dicto num* 5. *in fine*; ipse Barbosa latissimè videndus cum multis *in pastorali p.*3. *allegatione* 105. *à num.*14.
16 cum pluribus sequentibus. † Vbi congerit casus 52. in quibus habet Episcopus cognoscere de religiosis, & de prædicto casu est locus Trident. *sess. cap.*3. *de reformatione* tradit Marcus Antonius Cuchus, *lib.*2. *institutionum moral tit.*6. *n.*163. Paulus Fuscus *de visitatione lib.*2. *cap.*17. *à n.*7. Zenedus *pract.quæst. lib.*1.*quæst.*26. *num.*33. Marcellus Vulpe *in praxi Iudicior. fori Ecclesiastici cap.*42. *à num.*21. Campanil. *in diuers. Iuris Canon. Rubric.* 12. *cap.* 13. *à princ.* Aloysius Riccius *in decision. Curiæ Archiepisc. Neapolitan. decision.*228. *part.*1. *num.*4. *& decision* 231. *part.*4.

17 Ad quartam quæstionis partem, videtur respondendum, vt Iurisdictio, quam habent Prælati regulares in suos subditos, sit potius delegata, quàm ordinaria, eo quod attento Iure communi omnes Monachi fuerunt Episcopis subjecti, in quorum Diœcesi Monasteria sita erant *cap. Abbates*, *cap. Monasteria* 18. *quæst.*2. ita vt Episcopi, veluti generales Monachorum quosdam ad professionem admittere, alios repellere potuissent *cap. qui verè* 16. *quæst.*1. *cap. viduitatis* 27. *quæst.* 1. *dicto cap. Abbates*, Glossa verbo *si Prælati in dicto cap. quanto de officio ordinarij*, qui propterea de ipso Iure communi intentionem fundatam, tàm in Ciuilibus, quàm in Criminalibus, contra Abbates, & regulares habent, Ioannes Andreas, Butrius, & alij, atque Decianus *in cap. sua nobis*, *num.*16. *de confirmat. vtili*, Gonzalez *in regula* 8. *Cancellariæ*, *glossa* 23. *num.*24. Rota Romana, *decis.*78. *part.*1. *diuersorum*, cum multis tradit Barbosa *dicta allegatione* 105. *num.*1.
18 † Imo docent Abbas *in cap. dilectus*, *num.*17. *de Capellis*, *Monachorum*, Laurentius de Franchis *in controuers. tam inter Episcopos*, *quàm regulares*, *quæst.*2. *in princip.* vt quod attinet ad Iurisdictionem, & gubernationem religiosorum, cœnobia erant Episcopo subjecta; licet præsbytero Parrochiali essent subjecta in receptione Sacramentorum, quando regulares, non erant Clerici.

Tamen iam in prædicto dubio dicendum est, 19
quod Abbates vtuntur in suos Monachos Iurisdictione ordinaria; quippe quod Iurisdictio propria, sit muneris sui functioni adhærens: docent Victorinus Manso *de modo procedendi in causis regular. cap.* 2. *num.*2. Baptist. Confetr. *summa priuileg. titulo* 11. *cap.*1. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda lib.*1. *cap* 3. *num.*4. & ideo Clerici regulares, seu Monachi indistinctè coram suo Abbate, sunt conueniendi, vel accusandi; præter quam de grauissimis criminibus depositione dignis, vt dixi *suprà*, & dicunt Boërius *decis.*271. *num.* Franc. Emanuël Rodriguez *quæst. regular. tom.*2. *quæst* 62. *art.*1. vbi tenet quod attento Iure communi, nullum est in hac re constituendum discrimen, inter Clericos sæculares, & regulares, vt iam dixi, *num. præcedenti*,

Sed hodie attentis summorum Pontificum 20
priuilegiis, omnes ferè regulares sunt exempti ab ordinariorum potestate, siue priuilegia directè, siue indirectè per communicationem, talem largiantur exemptionem. † Et 21
consequenter Monasteria his temporibus habent Iurisdictionem pleno Iure, quasi Episcopalem, iuxta doctrinam, Glossæ receptæ *in Clementina I. de rebus Ecclesiæ*, verbo *proprij*, Nauarrus *in capite non dicatis* 12. *quæstione* 2. *num.* 63. versiculo *addo secundo*, vbi Glossam illam singularem dicit, Cauedus *diuersorum Iuris*, *argumentis libro* 3. *capite* 18. *in principio*, Cochier. *de Iurisdictione ordin. in exemtos part.*1. *quæst.*27. *num* 9. *&* 25. cum aliis Barbosa *dicta allegatione* 105. *in pastorali*, *num.*2. & Zenedus *in collect. ad decretal* 157. *num.* 2. & Barbosa *in capite licet* 12. *de officio ordinarij*, *numero* 4. dicunt quod nullum est Monasterium, in quo non sit obtentum priuilegio, vel consuetudine, vt Prælatus cognoscat etiam priuatiuè ad Episcopum de delictis suorum subditorum Regularium.

Itaque Laurentius de Franchis *in controuers.* 22
tam inter Episcopos, & *regulares*, *quàm inter regulares*, *& Laicos quæstione* 2. versiculo *Iure tamen nono*, Cochier *vbi suprà dicta quæstione* 19. *numero* 23. Nauarrus *consilio* 23. *de priuilegijs in nonis*, Sairus *in floribus decisionum*, *sub eodem titulo*, *decisione* 25. docent quod superiores Monachorum, possunt exercere ea omnia in suos, quæ Episcopi in subditos. † Ergo fluit, vt Prælatorum regu- 23
larium Iurisdictio sit ordinaria, cum nimis generalis sit, iam in subditos suos: plura tradit videnda, Barbosa *vbi suprà*. † Vbi *à* 24
numero 11. à quibus Pontificibus singulis religionibus, data sit in subditos Iurisdictio, improbans dictum aliquorum dicentium regularium Monasteria Gregorio I. fuisse exempta à potestate Episcoporum *in capite quam sit necessarium*, *quæstione* 2. cuius subscripto incipit à Gratiano; idem Gregorius *omnibus Episcopis de libertate Monachorum*, vbi expendit Gregorij Epistolam, resoluitque non à tempore Gregorij, sed per eius successores, omnes Monachorum congregationes speciali sedis Apostolicæ gratia, & summorum Pontificum benignitate plenariam ac omnimodam exemptionem obtinuisse, vt ipse Barbosa pluribus notat *sub d.n.*12. videndus ex ipsis libris priuilegiorum singulorum ordinum, & *à n.*13 videndus;

videndus recenset, deinde factum, vt per consti-
tutiones summorum Pontificum, & per Triden-
tinum multis in locis prædictam exemptionem
in aliquibus casibus restrictam esse.
25 Ad quintam quæstionis partem, an Monachi
correctio contineat pœnæ indicationem, aut
condemnationem delicti, & iuxta Textus no-
stri materiam, & intellectum, respondeo, vt
quod vulgò dicitur à correctione appellari, non
posse non referri ad condemnationem ex deli-
cto, sed ad pœnæ indictionem, quæ est veluti
executio ex textu *in cap. reprehensibilis 26 § fin.
hoc tit. cap. licet in corrigendis de officio ordina. 4.*
non ergo possunt regulares appellare, à suorum
superiorum iustis mandatis, & correctionibus,
quæ fiunt secundùm statuta regulæ, vel ordi-
nis, aut effugiendam disciplinam regularem,
nisi excedant superiores in corrigendo, vt dixi
quæst. 1. & tradunt Barbosa, *in dict. cap. licet in cor-
rigendis, num. fin.* Sairus *in claui Regia lib.* 12. *c.* 17.
n. 38. D. Emanuël Rodriguez *quæst. regul. tom.* 1.
quæst. 29. *art.* 2. Nauarrus *cons.* 2. *de sententia & re
Iudicata, in antiquis, & cons.* 5. *sub hoc tit. in no-*
26 *uis.* † Et sic Balboa *hic sub num.* 14. ait condem-
natione rectè appellari nisi, vel crimine ex fa-
cti euidentia sit notorium, vel reus confessus sit,
cap. cum sit, §. fin. cap. peruenit el 1. *cap. propo-
suit hoc tit. cap. Romana. si autem hoc tit. lib* 3. vi-
debis dicta *suprà in Rubrica quæst.* 4. versic. *ad se-
cundam.*
27 Sed vt hoc intelligas aduertes ex textu *in l.
si qua pœna, ff. de verb signif* de pœna prouoca-
tionem non esse, quamuis de mulcta sit prouo-
28 catio; à pœna enim non prouocatur. † Ex eo
quia à lege, vel ordinatione imponitur, à qua
prouocare non licet quando est edita ab illo, à
quo non licebat appellari, veluti à supremo
Principe, *l. si res.* & ibi Bartol. *ff. de appell. re-
cip.* Decius *in cap. consuluit el* 3. *hoc tit.* facit Tex-
tus *in l.* 2. versic. *exactis deinde de Regibus, ff. de
origine Iuris*, ibi *Nec prouocatio ab eis, si ut a re-
liquis Magistratibus, quibus Ius summum, erat
datum ad corrigendum, & interpretandum leges
prouocatio sublata erat*: tradit Rebuffus *de con-*
29 *stit.* vbi late. † Et est ratio, nam cum omnes
ad legum teneamur obseruantiam, legis grauà-
men, verè grauamen non censetur, nec conse-
quenter appellandi causam præstat *l. leges, Cod.
de legibus, Authent. vt omnes obediant Iudicibus
prouinciar col.* 7. *§. arripiat.*
30 Vnde euenit, vt si à pœna legis non appel-
letur & minùs à correctione, quæ vicem obti-
net pœnæ; & sic quod dicitur de pœna legis,
id in Textu nostro ad pœnas transferrur, quæ
aduersùs religiosos, seu Monachos ex regula
ordinis, statutis, aut constitutionibus præscri-
præ sunt vt considerat *hic* Balboa *num* 14. Le-
gendus *à num.* 10. dicens quod species Textus
nostri, est de regula Sancti Benedicti, ex institu-
31 tionibus ordinis. † Cumque habeatur pro lege
regula, & constitutio ordinis, & pœna in ea con-
tenta, contrauenienti sit imponenda *l. fin ff. de de-*
32 *cretis ab ordine faciend.* † Sequitur vt cùm reli-
giosorum arctior, & strictior vita sit, humilita-
tisque, & obedientiæ, major necessitas ad sit
in eis; ideo in hac re minorem illis concedi re-
clamandi licentiam *cap qualiter el* 2 *de accusa-
tionibus cap. per tua de simonia.* Et sic debent
Monachi humiliter, & deuotè suscipere quod
eis potius pro salute, quàm pro pœna in-
jungitur *dicto cap. reprehensibilis.*

Prædicta tamen doctrina, non absolutè pro- 33
cedit: nam à declaratione pœnæ, quæ tunc
propriè potius de hominis sententia, quam le-
gis, ab ea appellari permittitur iuxta Glossam
singularem *in cap. cupientes, §. quod si per viginti,*
verbo *priuatos de electione lib.* 6. ibi *qui à pœna
legis, vel Canonicis non appellatur*: benè autem
docet Guttierrez *pract. lib.* 1. *quæst* 30. *num.* 2.
vbi prædictam Glossam dicit singularem, &
legistis incognitam secundùm Curtium Iunio-
rem plures allegantem *in l. vnica in princ. n* 41.
ff. si quis Ius dicenti non ob temperau. Barbosa *in d.
cap cupientes, n.* 26. qui idem dicit si constat eum
pœnam non incidisse, vel est dubium: tradunt
Doctores *in cap. quia nos* 32. *hoc tit.* vbi refero,
an possit appellari à lege, vel statuto: tradunt
Romanus *singulari* 413. Curtius Senior *cons.* 1.
num. 57. Felinus *in cap. Rodolphus de rescriptis in
fine. & in cap. non ab homine circa finem de Iudiciis.*
† Vbi ex Baldi sententia *in l. vnica, Cod. ex deli- 34
ctis defunct.* aduertit vtiliter ad praxim, quod
appellans non debet dicere appello à tali pœna
mihi à Iudice indicta, sed appello quia vel non
commisi tale delictum, vel non constat me ali-
quam pœnam incidisse: tradit Balboa *hic n.* 13.
docet prædictam sententiam Gratianus cum aliis
regul. 35. *num.* 3.
Vnum tamen notabis ex Glossa celebri *in* 35
Clement. cupientes, verbo *constiterit, de pœnis* quod
declaratio pœnæ fieri non potest à Iudice, nisi
parte citata: docent Felinus plenè *in dicto cap.
Rodolphus, num* 41. *de rescriptis*, Doctores com-
muniter *in cap cum secundum leges de hæreticis
lib.* 6. & faciunt adducta *in cap.* 1. *de Iudiciis &
in cap. penult. de foro compet. in cap.* 1. *de causa
possessionis, & proprietatis & in cap.* 2. *de Testibus,*
vbi dixi plura de necessitate citationis.
Notabis secundo ad rationem præfatæ con- 36
clusionis; ideo à pœna non appellari, & à con-
demnatione, sic quia legalis pœna grauamen
non continet. † Est enim pœna noxæ, vindicta, 37
& delicti Coercitio, *l. aliud est fraus, ff. de ver-
borum signif.* eaque nihil aliud est quàm legis
executio, & sicut ab executione appellari non
licet *l. ab executione, Cod. quorum appellat. non
recipiuntur*, sic nec à pœna. † Quia sicut quæ- 38
libet sententia condemnatoria ex crimine se-
cum trahat pœnæ executionem; eo quod pœna
sit ex authoritate legis, cum singulis delictis
singulæ pœnæ statutæ sint, euenit, vt sicut à
Principe prouocari non licet, propter eius su-
premam authoritatem *l.* 1. *ff. à quibus appellare
non licet*; similiter nec à pœna suprà quam nihil
aliud est.
Ex his infero primo quod à statuto, vel à 39
lege pœnali non appellatur ex *dicto cap. quia
nos* 32. *hoc titulo*, vbi plures refert Barbosa per
quem ita voluit. Baldus *in dicta l. vnica, Cod. ne
ex defunct. delictis*, Glossa *in dicto cap. cupientes,*
dictu verbo *priuatos*, Bernardus Diez *in reg.* 41.
& *ibi* Salçedo *in addition.* Alexander *cons.* 170. &
cons. 57. *in fine col.* 2 Ioannes de Anna *cons.* 81.
Barbatia concupiscentiam *col.* 5. *de constitut.* &
cons. 183. *col.* 3. *volum.* 2. & *cons.* 108. *col* 3, *vo-
lum.* 4. † Quia à lege generali non appellatur 40
secundùm, Bartolum *in l. authico censum, ff. de
priuilegiis creditorum*, Alexander *cons.* 189. *vo-
lum* 2. Gratianus *regula* 35. *num.* 1. Balboa *hic
sub num.* 11. vbi in fine addit quod eo ipse quod
quis conuictus; & condemnatus est, illico

meretur

meretur criminis pœnam statutam, veluti si quis crimine falsi notatus, eoque conuictus sit statim incidit pœnam, *legis corneliæ de falsis*, §. *nam l. ex Cornelia instituta de publicis Iudiciis*, nam cum pœna in eo casu aperta sit, cessat prorsus appellationis vsus, *l. si constat*, *ff. de appellationibus*, vt rectè notat eum Hermenopolo *in prochiro Iuris*, *lib.6. in fine*: vide quæ congerit etiam Piehardus *in manuductioóibus ad praxim part.4. §.14. à num* 4. cum Tuscho, Vbamesio, & Farinacio *in praxi*, *quæst.* 101. *num.*65. & aliis.

41 Hæc tamen conclusio, præterquam quod limitatur, vt dixi quando appellatur, à declaratione pœnæ, etiam limitatur sequentibus modis, primò quando statutum fuisset factum in odium, vel præjudicium alicuius particularis personæ, nam tunc posset ab eo appellari ex Bartoli doctrina *in l. omnes populi*, *num.*55. *ff. de Iustititia*, *& Iure in l. fin. num.*3. *ff. de appellationibus recip*, Philippus Decius *in cap. cum omnes*, *lect.*1. *num.*15. *de constit.* & *ibi* Felinus *num.*1. Iason. *in l.*1. *num.*3. *cum sequent. ff. de legibus*. Gregorius Lopez *in l.*9. *tit.*1. *p.*1. & hanc limitationem ponit pro regula cum multis ampliationibus Petrus Dueñas *in reg.*46.

42 Secundo nam, & si non possit appellari à pœna legis, seu statuti, à sententia tamen lata vigore prædictæ legis, seu statuti, benè posse appellari: tant Baldus *in capite cessante col. penultim. & in l. quisquis*, *Cod. de appellationibus recip.* Socinus *in regula* 20. *fallentia* 1. Gratianus *dicta reg.*35. *num* 4

43 Tertio appellatur quando per legem generalem tolluntur bona priuatorum quia tunc debet eis pretium solui, iuxta Textum *in leg. venditor*, §. *si constat*, *ff. communia prædiorum*; docent Iason. *in leg. Barbarius*, *ff. de officio Præsidis*, Afflictis *in decisione Neapolitan. decisione* 321. *num.*17. Gratianus *dicta regula* 35. *num. fin.* varias etiam limitationes tradunt Socinus *regula* 33. Abbas *consilio* 55. Cepola *cautela* 44. Castrensis *consilio* 25. *& consilio* 525.

44 † Non enim iniquitas statuti transit in rem Iudicatam: notat Scaceia *de appellationibus quæstione* 17. *limitat.* 20. *num.*14. vbi *num.*15. tenet quod à statuto, appelletur, ad eum qui possit illum corrigere.

45 Vnde pro regula in foro, quod cum iam dixi, vt legis grauamen, verè grauamen non sit, aut censeatur; ob idque nec appellandi causam præstat, ex *dicta leg. leges*, *Cod hoc titulo*, *Authentica vt omnes obediant Iudicibus*

46 *prouinciarum*, *colon.*7. §. *arripiat.* † Ideo ex eadem prorsus ratione à Iudicio sortis, vel fortunæ nunquam appellabitur; eo quod ex ea non inferatur grauamen, alicui; imo tale nequit grauamen inferri, vt inquit Baldus *in leg. fin. Cod. commmunia de successionibus*: tradit Balboa *hic dicto num.*13. in fine ex ce ratioue, quia sors, & fortuna nullum habent in mundo superiorem.

47 Etiam infero secundo quod cum appellatio non habeat locum in notoriis delictis, vel contra regularem correctionem ex dictis *suprà in Rubrica*, *quæstione* 4. & in hoc Textu nostro: sequitur vt si Abbates infamati, & confessi à capitulo moniti nolint relinquere prælationem: tunc appellare non possint, vt colligunt ordinatij per textum *in dicto capite quia nos* 31. *hoc titulo*, & præter illos à Llagona *in compendio Iuris Canon. pag.*331. Viuianus *in rationali secundi libri Iuris ponntificij pag.*309.

Ad vltimam quæstionis partem, an pœnæ codemnatio transeat ad hæredes vt respondeas videbis quæ *suprà* adduxi *in Rubrica quæstione 6*, versiculo *ad sextam*, vbi egi de quæstione, *an morte accusatoris, vel rei extinguatur delictum, etiam quoad pœnam*, & quæ adduxi *suprà in Rubrica de re Iudicata*, *quæst.*2. vbi egi de quæstione *an sententia lata pro mortuo*, *siue contra*, *sit nulla*, & in versic. *ad secundam*, an in corpus mortuum possit adnimaduerti. Igitur dicendum est (si damnatus decesserit, pendente apppellandi tempore) pœnam ad hæredes transire, cum statim, debeatur: argumento Textus *in d. l. si qua pœna* 244. *ff. de verborum significatione*, *& in l. ex Iudiciorum*, *ff. de accusationibus*, explicat Antonius Concius *ad legem Iuliam Majest. cap.*12. Bartol. *in l. qui à latronibus*, §.1. *num.*2. *ff. de testam. & in l. vnica num.*2. & ibi Baldus *Cod. ne ex delictis defunct.* Gregorius *in l.*2. *tit.*4. *p.*5. *glossa* 7. *& in l.*7. *tit.*1. *p.*7. *glossa* 4. Gomezius *tom.*3. *variarum cap.*1. *num.*80. *& num.*84. *cap.*2. *num.*2. *& num.*11. *per totum.* Et hoc procedit ex dictis *suprà* in versic. *ad tertiam*, quia à pœna legis non datur appellatio. 48

Secus tamen erit in eo, qui condemnatus est ad mulctam, qui si decesserit pendente tempore ad appellandum, mulcta ad cohæredes non transit, cum ea imponatur Iudicis, & hominis arbitrio, quæ propriè dicitur condemnato, à qua licet appellare *cap. cum sit Romana*, *num. fin. infrà hoc titulo*, *l. non tantum hoc titulo*, Aufrerius *ad Cappellam Tholosanam decis.*440. Romanus *cons.*489. *num.*9. Balboa *hic sub num.*10. *&* 11. vbi *num.*12. dicit licitam esse prouocationem à sententia mulctæ, ob idque mulctam non deberi statim. sicut pœna ex *dicta l. si qua pœna*, & in praxi seruandum existimat, Baldus *in dicta l. vnica*, *Cod. ne ex delictis defunct.* vt in vtroque casu, siue pœnæ, siue mulctæ, condemnatione facta hæres teneatur ex *dicta l. ex Iudiciorum*; cum ea tamen differentia, vt in sententia mulctæ, possit condemnatus prosequi appellationem, & non aliter sententiam esse exequendam, nisi, vel deserta sit appellatio vel prima sententia in secunda instantia sit coufirmata: resoluit Boërius *decis.*64. Balboa *dicto num.* 12. *in fine.* 49

QVÆSTIO IV.

An religiosi possint appellare, seu recusare ad superiores sine Prælatorum suorum licentia?

SVMMARIVM.

1 *Religiosus egrediens religionem sine licentia Prælati violat clausuram; item proficiscendo vltra mare, & ad eundo Curias Principum.*

2 *Religiosus nimis à Prælato vexatus, queit sine eius licentia appellare, seu ire ad superiorem.*

Vt

1 VT vberius hanc difficultetem expendas, adjunges dicta *suprà in cap.9. de Iudicijs, & in cap.16. eodem:* vbi de religiosis, & pro negatiua sententia facit, quia religiosus egrediens religionem sine licentia Prælati, violat clausuram, item profitendo vltra mare sine eius licentia. Tertia adeundo Curias Principum in Consulto superiore, Suarez *de censuris disput.23. sect.5.* Filiucius, Bonacina, & alij relati à Barbosa *in cap.4. sess.25. Trident. à n.4.* tradit Diana præter eos agens de nostro dubio *tom.3. resolut.56. tract.2.* & probatur ex eodem Tridentini decreto.

2 Sed si ex graui causa religiosus adiret superiorem, veluti si nimis è Prælato fuisset grauatus: tunc reuera sine Prælati licentia posset ire, & appellare, vel quia metuit eam petere, aut petitam Prælatus negauit, vel quia iniustè è carcere conjectus fugit, non enim consensus petendus est ab eo, qui vexat inique, solùm Concilium vetat religiosos exire de clausura sine tali licentia; sed non quando adest vexatio superioris, quam inferior intendit mederi, itinere arrepto, ad superiorem, Saniarelus *de apostatis cap.3. dubio 1. num.11.* Nauarrus *de regular. com.2. num.61. & com.3. num 51.* Azorius *tom.1. lib.12. cap.11. quæst.7.* alij relati à Diana: benè cum aliis multis Barbosa *suprà num.9.* qui de iustè Carcerato, *num.fin.* contra Bañes existimat, non posse exire de carcere, etiam ad se præsentandum superiori, nec ad impetrandam pœnæ veniam.

AD TEXTVM IN CAPITE IV.

Personas, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

5 *Appellationis tria sunt tempora, & quæ.*

1 HVivs Textus littera, quatenus agit de termino assignato ad prosequendam appellationem; & qualis iste terminus sit, & à quo assignetur. De primo applicabis plura in genere *in Rubrica de dilationibus, & in cap.1.* vbi egi de termino assignando porrigendo, siue abbreuiando ad probationem faciendam per litigantes, vbi *in cap.1. quæst.1.* egi de quæstione, an appellatio admittatur à termino nimis breui. Et *ibi quæst.10.* tempus dilationis concessæ à Iudice, vel ab homine, à quo tempore currat, ibi versic. *ad tertium*, leges etiam *ibi quæst.2. & 3.* & *dicta quæst.10.* versic, *ad secundam*, tempus datum ad aliquem actum faciendum, an debeat esse continuum, vel sufficiat interpellatum. Et *ibi dicta quæstione 10. à numero 1.* an dies termini computetur in terminis.

2 De secundo qualis debeat esse terminus ad appellationem prosequendam, dico *infrà in sequenti.*

3 Tertio à quo talis terminus assignatus, an à Iudice appellatio, vel à Iudice, ad quem appellatur, ago sub littera illius Textus.

Et ibi in versic. *si autem*, quatenus agit de parendo sententiæ latæ, à qua, vel non fuit appellatum intra decem dies de Iure Canonico, vel quinque de Iure Regio, dixi *suprà in capite quoad consultationem 15. de sententia & re Iudicata*, transacto enim termino ad appellandum sententia venit exequenda, vt *ibi* adduxi: alia congerit hic videnda Barbosa. 4

Et hanc rem de facili comprehendas. aduerto circa appellationem, esse tria potissimum tempora, tempus nempe introducendæ, & interponendæ appellationis de quo hic ago. Tempus petendi Apostolos hoc est, recurrendi ad superiorem cum testimonio appellationis, de hoc dixi *suprà in Rubrica, quæstione 5.* in versic. *ad quartam*, & proprius in versic. *ad quintam*, vbi de libelllis dimissoriis. Tertium, & vltimum tempus est prosequendæ, & finiendæ appellationis, de quo ago *infra in cap.5. hoc tit.* 5

QVÆSTIO I.

An in termino appellandi, sit in Iure statutum tempus diuersum: Seu an in proponenda appellatione, sit statuta forma diuersa: An assignatio termini fiat per Iudicem à quo aut Iudicem ad quem? An posit Iudex terminum appellationis prosequendæ abbreuiare: An appellatio deserta censeatur, si die assignata à Iudice à quo ad audiendam responsionem, super admissione, vel rejectione appellationis appellans non compareat?

SVMMARIVM.

1 *Appellandi tempus diuersum fuit Iure antiquo ab indito hodie Iure Regio, & Canonico, atque authenticorum, n.2.3. & 4.*
2 *Appellatio fiebat intra decem dies, à lata sententia authenticorum, & partitarum Iure.*
3 *Appellatio Iure nouiori Regio intra quinque dies à lata sententia interponitur, etiam à tertio volente litigare, num.4. & extenditur ad laudum, seu arbitri sententiam in causa feudali, & in restituto ad appellandum, sub n.7.*
4 *Tertius volens adhærere appellationi alterius, id facit intra quinque, aut decem dies à lata sententia.*
5 *Appellationis interponendæ tempus extenditur ad beneficialia.*
6 *Procurator appellat sicut Dominus intra idem tempus, n.9.*
8 *Supplicatio à sententia diffinitiua, seu interlocutoria, intra quos Dies interponatur.*
9 *Appellatio interponi queit à non habente mandatum, si intra decem dies interponatur.*
10 *Appellatio sine præfinitione temporis interponi queit, dum durat grauamen, & causa appellandi, vt ab incarceratione, excommunicatione, & interdicto, & in citato ad locum non tutum, n.11. & in aliis, n.12 fallit si super istis, & aliis similibus sit pronunciatum, n.17.*

11 Appella

12 *Appellatio à ſtatuto, à comminationibus, à delatione Iuramenti, à ſententia lata dolo Iudicis, ex cauſa paupertatis, & ſi pendet articulus, an ſit deſerta, vel non, & in reductione ad arbitrium queit interponi ſemper.*

13 *Minor non appellans in tempore, reſtituitur ad appellandum: quid de tutore, num. 14.*

15 *Appellatio quandocumque interponitur à ſententia, quæ non tranſiit in rem Iudicatam, & de aliis caſibus remiſſiuè, n. 16.*

17 *Appellatio ab incarceratione loco non tuto, & aliis, ſi ſuper illis ſit lata ſententia fiet intra decem dies, ſeu quinque.*

18 *Tempus ad appellandum, iam vtile iam continuum eſt, & quid vtrumque vtile numeratur à ſetentia lata ſonſentia, & intimata, numero 19 & 20.*

21 *Tempus continuum currit de momento ad momentum.*

22 *Tempus impedito appellare non currit, & quali impedimento.*

23 *Tempus ad appellandum, non currit pendente cauſa ſuper nullitate ſententia, nec agenti ſuper attentis, n. 24.*

25 *Impedimentum ad appellandum, qualiter probetur.*

26 *Appellanti incumbit probare ſe appellare intra tempus decem, vel quinque dierum, & ſub, num. 29.*

27 *Appellans in vltima die, debet exprimere horam diei, qua appellat, & de praxi curia Romana.*

28 *Dies ad appellandum incipiunt ab illo puncto, & momento, & quo recitatur ſententia qui in dubio non cenſentur tranſacti, num. 30.*

20 *Sententia tranſit in rem Iudicatam, & fit appellatio deſerta ab illo tempore, quo tranſacti ſint dies.*

32 *Termini aſſignatio ad appellandum fit à lege, ad proſequendam appellationem, fit ab homine.*

33 *Dies appellandum nequeunt per Iudicem abbreuiari, nec prorogari, etiam ex Iudicis permiſſione, aut partium conſenſu, num. 46.*

34 *Dies ad appellandum poſſunt ſuſpendi.*

35 *Statutum aut ſtylus augens, vel diminuens appellandi tempus valet.*

37 *Deſerta appellatio qualiter intelligatur.*

38 *Tertius ſi appellat intra decem dies, & intra illos ratificatur appellatio faciet Iudex Eccleſiaſticus vim, ſi eum non admittat appellantem.*

39 *Renunciatio appellationis, eſt facienda intra decem dies.*

1 AD primam, quæſtionis partem, reſpondeo aliud de Iure Ciuili antiquo, aliud de nouo, & de Iure Regio, aliud de Iure Canonico; igitur olim de Iure antiquo, *ff. & Cod poterat quis in cauſa propria appellare intra biduum*, in cauſa aliena; intra triduum dumtaxat, & non vltra, *l. ſi quidem, § biduum, §. dies, & § in propria, ff. quando appellandum ſit, l. eoe 6. § fin. autem, Cod. hoc tit.* Andreas Valenſis *in Rubr. hic, § 7. num. 2.* Pichardus *in manud. ad praxim, p. 4. §. 10.*

Hodie itaquam de eodem Iure Ciuili nouiori, 2
pôteſt appellari intra decem die latæ ſententiæ, *Authent. hodie, Cod. hoc tit.* quod obtinet etiam de Iure noſtro Canonico per Textum, *in cap. ſignificauerunt de teſtibus, cap. quoad conſultationem de re Iudicata*, & de partitarum Iure *in l. 22. tit 23. p. 3.* Gailius *lib. 1. pract. cap. 139.* Andreas Valenſis & Pichardus *ſuprà*, Maranta *de ordine Iudiciorum, p. 6. actu* 2 principali verbo, *& quando, que appellatur, quaſtion. 3. princip. num. 213. 414* Minſingerius *cent. 3, obſeruat. 11, num. 1.* Menochius *de præſumptionibus, lib. 2. præſumpt. 95. num. 1.* Maſcardus *de probationibus concluſ. 114, num. 6, & 7.* Lancelotus *de attentatis, p. 2. cap. 12. de attent. appellatione pendente, limit. 50. princip. num 38. & p. 3. cap. 26. de probationibus, attent. num. 18. & 19.* Ioannes Ferrara *de appellat. lib. 2. cap. 4. num. 135.* Scaccia *de appellationibus, quaſtion. 12. num. 2.* Ignatius de el Villar *in ſylua reſponſo 15. quaſtion. 4.* Alexander Trentacinc. *variar. reſol. lib. 2. de appellat. à num. 13.* Barboſa cum aliis multis; *in dicto cap. quoad conſultationem*, cum aliis, *ſub num 3.* Riccius *collect. 276. ſuper dict. Auth. hodie de interpoſitione appellation.* Oſualdus cum multis, ad Donell. *lib. 28. comment. cap. 6.*

De Iure autem Regio nouiori, & practicabi- 3
le, id redactum eſt ad terminum quinque dierum ex *l. 1. tit. 1. tit. 18. lib. 4. recepil.* cuius deciſionem in extraiudiciali etiam appellatione procedere affirmat Azeuedo *ibi, num.* 60. qui terminus quinque, ſeu decem dierum, tam de Iure hoc Regio nouiſſimo, quàm de Iure Canonico, & ciuili nouo obtinet tam in diffinitiuæ ſententiæ appellatione, quam interlocutoriæ, ſiue alterius grauaminis extraiudicialis, *Authent. hodie, Cod. hoc tit. dicit, c. quoad conſultationem, c. cum dilectus, §. fin. de electione*, & aliis ſimilibus Gailius *obſeru.* 139. Pichardus, & Valenſis *ſuprà*, & iſte ait hoc ita procedere, ſine diſcrimine alienæ, propriæue cauſæ, licet etiam ſententia ſit lata ſub conditione, *dict. l. 1. §. biduum, ff. quando appell, ſit, c. biduum 2. q. 6.* Scaccia *de appell. q 12. n* 111.

Hæc aſſertio, & concluſio extenditur ad ca- 4
ſus ſequentes; primo ad tertios volentes adhærere appellationi, Scaccia *dict. quaſt. 12. num. 69.* idem docet Valenſis *in dict. § 7. num. 5.* dicens quod ſi tertius aliquis pro ſuo intereſſe, velit adhærere appellationi per alium interpoſitæ, vel appellationem ab alio abſque mandato legitimo, nomine ſuo interpoſitam ratificare; id etiam facere teneatur intra decem dies, *c. vt circa de elect. lib. 6.* Gailius *lib. 1. obſeruat.* 122. Barboſa *in dict. c. quoad conſultationem de re Iudic. in principio.*

Item extenditur prædicta Doctrina ad cau- 5
ſam beneficialem: ita Scaccia *dict. quaſt. 12. hoc tit. num. 103. & num. 107.* ad omnem proteſtationem, quæ debet interponi coram honeſtis perſonis: Et *num.* 114. etiam ad laudem, ſeu ſententiam arbitri electi ex forma ſtatuti, ſeu legis. † Et *num.* 118. etiam ſi ſententia lata ſit 6
præſente procuratore, cum quo cauſa agebatur, quia adhuc procurator, ſeu dominus debet appellare infra illos decem dies latæ ſententiæ, & *n.* 242. dicit etiam procedere in cauſa feudali, & in cauſa criminali. † Ampliatur etiam concluſio in eo, qui fuit reſtitutus ad appellandum;

nam

nam & is tenetur appellare infrà decem dies
à die latæ sententiæ super restitutione : ita
Scaccia *suprà num.*141. refert Barbosa *in dicto*
*cap.*15. *de re Iudic.sub num.*8.
8 Dubium tamen est an prædicta conclusio
procedat etiam in supplicatione à sententia;
sicut in appellatione ; & Scaccia *dicta quæ-*
stione 12. *hoc titulo* , *numero* 83. dicit etiam in
ea procedere : refert idem Barbosa *dicto nu-*
mero 8. Sed Pichardus *dicta* 4.*part. in manud.*
dict. §. 10. *sub numero* 1. Paz *in praxi part.*6.
capite 2. *numero* 2. & 3. dicunt eam doctri-
nam decem dierum non extendi ad suppli-
cationem , quia huic in sententiis interlocu-
toriis triduo præscribitur , in diffinitiuis de-
cem dierum curriculo ex *leg.* 2. *titulo* 18.
libro 4. *recopilation.* quod de Iure Regio sic
statutum videtur , cum in *dicta Authentica*
hodie , *Cod. hoc titulo* , *exequari* , videatur
tempus ad appellandum , & supplicandum
à litigantibus. Videbis Valensem *dicto* §. 7.
sub numero 1. *per Authenticam* , *quæ supplica-*
tio , *Cod. de precibus Imperator. offerendis*,
& per Glossam *in cap. significauerunt de Testibus*,
vbi sic tenet.
9 Item prædicta doctrina procedit non solùm
eodem appellante , sed etiam in habente manda-
tum ad appellandum , vt dixi , verùm in non
habente mandatum quia & si is appellet, & rata
habeatur postea appellatio intra illos decem
dies debet interponi : argumento Textus *in l.*
penult.ff. rem ratam haberi , vt defendunt Azeue-
dus *in dicta l.*1. *tit.*18. *lib.*4. *recopilationis à n.*57.
Maranta *de ordine Iudiciorum* 6. *p. tit. de appella-*
tionibus acta 2. *num.*23. Tuschus verbo *appellatio*
*conclus.*354.*n.*18.& facit dictum de Domino , &
procuratore.
10 Prædicta tamen conclusio videtur in non-
nullis limitari , etenim ea vera est quoties
fit appellatio à grauamine momentaneo ; secus
quando sententia habet tractum successiuum,
& causam habet continuam : docent Maranta
*suprà num.*16. Pichardus *dict.* §.10. *p* 4. *manu-*
*duct. sub num.*4. Angelus *in dict. Authentic. ho-*
die , *Cod. hoc titulo* , Sigismundus Scaccia *hoc*
titulo , *dict quæst* 12. *num.*144. Andreas Valensis
in Rubrica huius tituli dicto §.7. *num.*6. vbi exem-
plificat in carceratione , excommunicatione,
& interdicto : nam tunc quamdiu durat sine
præfinitione temporis , quasi à præsenti , &
continuo grauamine appellare licet, & si incar-
ceratum semper appellare posse etiam vltra men-
ses : nam habet causam continuam grauaminis
11 successiui. † Item exemplificat in citato ad lo-
cum non tutum , de quo latè adduxi, *sub cap.*4.
vt lite non contestata , quia iste poterit semper ap-
pellare , eo quod grauamen quod patitur ha-
bet causam continuam , & quoties de nouo
citatur , toties de nouo grauatur.
12 Item limitatur secundùm Scacciam *dict.*.*q.*12.
de appellat. num. 158. in appellatione , quæ in-
terponitur à statuto ; item in appellatione,
quæ interponitur à comminationibus , *ibi*
*num.*159. nec procedit relata doctrina in ap-
pellatione , quæ interponitur à delatione Iura-
menti , & in sententia lata dolo Iudicis ;
idem Scaccia *dicta quæst.*12. *num.*161. limitat
etiam in paupere , qui non potuit appellare in-
tra decem dies ob suam paupertatem *dict. q.*12.
*num.*162. Riccius *dict. collect.*276. in versic.*nam*,
cum Gratiano *decis.*34. dico latè *infrà quæst.*2.
versic. *ad secundam.* Item quoties pendet arti-
culus an appellatio sit deserta , vel non , *ibi*
*n.*171. nec in reductione arbitramenti ac arbi-
tratoris, ad arbitrium boni viri *ibi num.*174.tra-
dit etiam Barbosa *in dicto cap.*15. *de re Iudicata*,
*num.*8. *in fine.*
Dubium tamen est , an etiam limitatur in 13
remediis extraordinariis in Iure , & idem Scac-
cia limitat *dict. quæst.*12. *num.*173. Et sic patet
quod si minor passus est labi appellationis tem-
pora , vt si restituat , aduersùs omissam appel-
lationem , implorato in Integrum beneficio , vt
obseruant Abbas *cons.*77. *lib.*2. Tuschus *dicta*
*conclus.*354. verbo *appellatio num.*12. Pichardus
dicto §.10. *p.* 4. *manuduct. num.*6. probat de Iu-
re Regio Textus *in l.*1. *tit.*25. *p.*3. & faciunt ad-
ducta *suprà in Rubr. de litis contest. q.*15. *à n.*1. *vbi*
minor contumax in contestando , *qualiter succurra-*
tur , & *in cap.*1. eodem *an minor positionibus non*
respondens , *vtatur appellationis* , *seu restitutionis*
remedio , ibi *quæst.*8. *à num.*2. Et quod aduersùs
lapsum decem dierum ad appellandum possit
quis restitui videbis Fab. *decis.*47. *hoc tit.* Ric-
cius *dicta collect.*276.vbi dicit interim non tran-
sire sententiam in rem Iudicatam , & in versic.
nam , dicit quod restitutus ad appellandum, de-
bet appellare à die restitutionis infrà decem
dies.
Et quidem si tutor soluendo non sit , nulla 14
alia probata Læsione , quam transcursu tempo-
ris , cuius lapsus læsionem inducit , vt contra
Bartol. & alios probat Azeuedus *in dicta l.*1.
*tit.*18.*lib.*4. *recop. n.*38. addens *n.*40. dicens qua-
driennium concedendum ad petendam hanc
restitutionem ; & ita praxi obseruari , Affli-
ctis *decis.*175. *num.*5. & 6. Pichardus *dicto n.*6.
in fine.
Item si sententia in rem Iudicatam non tran- 15
sierit ; tunc etiam appellaturus non est obno-
xius id facere intra decem relatos dies : sic Ia-
son post alios *in l. admonendi* , *ff. de Iureiuran-*
do , *num.*7. & 45. Azeuedus *in dicta l.*1. *num.*60.
quando autem sententia in rem Iudicatam non
transeat , prolixe adduxit Tuschus verbo *sen-*
*tentia conclus.*373 . † Et de multis aliis casibus, 16
in quibus tempus decem dierum aut quinque
interponendæ appellationis non obseruatur,
colliges ex *l.*9. *tit.*13. *lib.*8. *recopilationis* ex Tus-
cho *dicta conclus.*354. *ex num.*22. Cepola *caute-*
la 117.*num.*4.Bobadilla *in sua politica lib.*5.*cap.*5.
*num.*3.
Sed quod de prædictis limitationibus dixi, 17
existimo locum non habere ; posteaquam super
illis sit pronunciatum , veluti si Iudex esset
interloquutus , aliquem esse iustè carceratum,
aut locum esse tutum , vel quod minor non
debet frui beneficio restitutionis ; &c. quia
tunc intra prædictos decem dies à die in-
terlocutionis appellandum esset ; aliàs Inquam
sententiam transire in rem Iudicatam ita
vt vlterius appellare non liceret , quia sen-
tentia contra Ius partis lata si ab ea non
appellatur , transit in rem Iudicatam , *leg.*
cum prolatis , *ff. de Iudiciis* , dixi latè *ca-*
pite 1. *de sententia & Re Iudicata* , propterea,
quæ tempus prædictum ad appellandum decem
dierum in casu nostro , diei fatale ; probat Va
lensis *In Rubrica hic dicto* §.7. *sub num.*6. versic.
hoc tamen , Andreas Gailius *obseru.*139. *num.*14.

loquentes de incarceratione, & loco non tuto ad appellandum dixi *suprà*, cum Scaccia *de appellationibus dicta quæst.* 12. *num.* 141. Barbosa *dicto cap.* 15. *de re Iudicata, sub num.* 8. tunc enim iam in prædictis casibus non agitur de illo successiuo, & continuo grauamine.

18 Vnd iam pro exacta prædictorum explanatione dico hoc tempus ad appellandum præfinitum, iam vtile iam continuum Iudicari, vtile Iudicari in sui initio, non enim incipit numerari à sententia lata, sed ab scientia illius sententiæ ex *l.* 2. *§. fin. ff. quando appelland. sit*, Maranta *de ordine Iudicior. part.* 6. *tit. de appellationibus, num.* 215. Salicetus *in dicta Authentica, hodie, Cod. hoc titulo*, Cardinalis & Felinus *in cap.* 1. *vt litè non contestata*, Donellus *lib.* 18. *commentar. cap.* 6. Oldradus *consil.* 130. *num.* 12. Mascardus *de probat. conclus.* 120. vbi disputat quando ea sententia præsumatur, Tuschus verbo *appellatio conclus.* 354. *n.* 16. *&* 26. *& conclus.* 355. Gailius *pract. cap.* 136. *n.* 70. Gonzales pulchram limitationem subjunges *in reg* 8. *Cancellaria, glossa* 1. facit *dict. l.* 22. *tit.* 23. *p.* 3. *Fasta los diez dias dasda el diag. lo supiere*, vbi Gregorius nedum
19 absentiæ. † Sed à die intimatæ appellationis tempora numeranda: docet, & praxi obseruari
20 docet, Paz *in praxi p.* 6. *cap.* 2. *num.* 20. † Et sic Valensis *hic sub n.* 3. dixit illud tempus ab initio esse vtile, quia non currit impedito, vel ignoranti; nisi sit verè contumax; posteáque fieri continuum, cum multis Barbosa *in dicto cap.* 15. *de re Iudicata, num.* 5. Et addit Valensis *dicto n.* 3. *in fine*, ita procedere, vt includantur etiam feriæ solemnes ex *l.* 1. *Cod. de feriis, l. siue pars, §. feriæ, Cod. de dilat.*

21 Ob idque tunc dicetur tempus continuum; postquam semel cœpit, vt sit verum dicere currere de momento ad momentum, vt docent citati ex *dict. Authentic. hodie, Cod. hoc titulo dicto cap. quoad consultationem glossa in Clement. sicut de appellationibus* in versic. *die* Minsigerius *cent.* 6. *obseruat.* 12. *n.* 1. *&* 2. Hoded. *consil.* 83. *num.* 86. Viuius *decis. Neapol.* 266. *num.* 1. Hieronymus Laurent. ad Vinon. *decis.* 53. *sub n.* 10. Ignatius de el Villar. *in silua respons. lib.* 1. *responso* 15. *q.* 4. *n.* 16. Alexander Trentacinq. *variar. resol. lib.* 2. *de appellationibus res.* 6. *à n.* 4. latè Scaccia *de appellationibus quæst.* 12. *num.* 40. Barbosa *in dicto cap.* 15. *de re Iudicata, num.* 4. Pichardus *in manud. dicto n.* 3. versic. *continuum*: & de hoc loquitur Riccius *dicta collect.* 276. *in dict. Authentic. hodie. Cod hoc tit.* vbi Cuuiuio *decis.* 266. docet prædictos decem dies esse continuos.

22 Et quod *suprà* dixi non currere tempus ad appellandum impedito, intellige non solùm si sit impeditus adire Iudicem, à quo appellaturus est; sed si impeditus sit adire Iudicem ad quem, Sigismundus, Scaccia, *de appellationibus q.* 12. *n.* 48. & cum non currat impedito facto Iudicis facta protestatione: dicit Ignatius de el Villar *suprà dicta quæst.* 4. *n.* 11. *& quæst.* 5. *n.* 22. vbi tenet nec currere impedito facto aduersarij & quod impedimentum, excuset, nisi sit facta protestatio: dixit Menochius *consil.* 100. *num.* 118. Mascardus *de probationibus conclus.* 116. *à num.* 7. Flamin. *de resig. lib.* 11. *q.* 13. *n.* 20.

23 Vnde infero non currere prædictum tempus ad appellandum, pendente causa super nullitate sententiæ, quando videlicet nullitas principaliter deducitur, Tiraquellus *de retractu linagier*, §. 4. *glossa* 3. *num.* 3. Perez *ad titul.* 15. *lib.* 3. *ordinamenti pagina* 737. Scaccia *de appellationibus dicta quæstione* 12. *num.* 160. Suarez *de pace in praxi part.* 1. *tom.* 1. *temp* 12. *num.* 9. Cardinal. Pereira *de renouatione emphyteus. quæstione* 7. *num.* 14. Ignatius de el Villar. *dicta quæstione* 4. *num.* 12. de hoc latè disputat videndus Amator Rodriguez *de fulminando processu cap. fin. p.* 17. *à n.* 45. & iusta ratione hoc fiat, & quia adest iusta litigandi causa. † Nec currit 24
agenti super attentatis, aut pendente compromisso, Bellarm. Comb. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 7. *tit.* 32. *num.* 19. *pag.* 319. Scaccia *dicta quæstion.* 12. *num.* 110.

Dubium tamen est quomodo sit probandum 25
impedimentum; ad quod respondeo, quod qui vult illud probare, debet probare duo, primo, quod impedimentum fuerit tale vt illud remouere non potuerit, Craueta *consil.* 270. *n.* 2. Cardin. *consil.* 58. *n.* 1. Socin. Iunior *consil.* 76. *n.* 79. *volum.* 1. Menochius *consil.* 101. *n.* 116. Et secundo debet probare impedimentum allegatum fuisse, causam immediatam, non faciendi illud, de quo quæritur, Caputaquen. *decis.* 40. *num.* 5. *p.* 2. Boërius *decis.* 40. *num.* 4. latè & videndus Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *cap* 15. *à num.* 253.

Item incumbit appellanti probare se appel- 26
lasse intra illud tempus decem, vel quinque dierum. Vincent. Obded. *dicto consil.* 83. *num.* 87. Bertacolus *in tractatu de clausul. instrument.* 1. *glossa* 5. *n.* 26. Mascardus *de probationibus conclus.* 214. *num.* 14. *& conclus.* 1351. *num.* 10. quia appellatio non præsumitur intra decendium interposita, Obded. *dicto consil.* 83. *à num.* 83. Mascardus *dicta conclus.* 114. *num.* 11. Lancelotus *de attentatis p.* 2. *cap.* 12. *de attent. limit.* 50. *n.* 197. *&* 199. Menochius *lib.* 2. *de præsumpt. præsumptione* 25. *num.* 5. *& num.* 11.

Ex his notabis primo quod is, qui appel- 27
lat in vltima die, debet exprimere horam diei, qua appellat: docet Sigismundus Scaccia *de appellationibus, quæstione* 22. *num.* 50. qui *num.* 53. declarat hoc non procedere Romæ ex dispositione Bullæ Innocentij VIII. sub data Rom. Idus Ianuarij 1487. quia satis est appellare vltima die decendij, etiam si lapsum sit vltimum momentum, quod mihi in praxi verum videtur ex adductis *suprà de dilat capite* 1. *quæstione* 10. vbi exi de quæstione an dies termini computetur in terminum. † Et tenens 28
Barbosa *in dicto capite* 15. *de sententia & re Iudicata, num.* 5. dicit prædictos decem dies datos ad appellandum non solùm numerari à recitatione sententiæ, *capite anteriorem* 2. *quæstione* 6. sed eorum initium incipere ab illo puncto; & momento, quo recitatur sententia, & currere vsque ad vltimum punctum, & momentum decendij; sed hoc intelliges modo iam dicto data scientia, & absque impedimento appellationis.

Secundo notandum est quod si intra illud 29
tempus, non appelletur, sententia transit in rem Iudicatam, efficiique appellationem desertam ex *dicta Authent. hodie, Cod. hoc tit. & d. cap. quoad consultationem* 15. *de re Iudicata, dicto cap. significauerunt de Testibus*, vbi Doctores ita vt iam etiam dixi non sufficiat appellanti, si probet se appellasse nisi etiam probet se intra debitum tempus appellasse. † Sic Valensis *in Rubrica*

Rubrica hic dict. §.7.*num* 4.cum Scaccia *dict.q.* 12. *num*.40. addens quod in dubio an lapsum sit vltimum momentum decendij:Iudicandum sit non esse lapsum, & consequenter appellationem non esse desertam,ne Ius alterius pereat,& sic fieri vt dubio etiam sit deferendum appellationi : Alia ad propositum dico, *quaest.* 2. versic. *pro complemento.*

31 Ad secundam quaestionis partem, an in proponenda appellatione, sit statuta forma diuersa, vt respondeas adiunges dicta *sup.in Rubr.q.*5.versic.*ad quartam*,vbi qualiter à diffinitiua,qualiter ab interlocutoria.

32 Ad tertiam quaestionis partem, an assignatio termini ad prosequendam appellationem fiat per Iudicem ad quem,vel à quo,vt respondeam, aduerto aliud esse loqui de termino, intra quem sit appellandum,de quo vt vidimus, *in cap. huius principalis quaestionis*, non fiat assignatio Iudicis, sed legis : quare dubium hoc spectat ad terminum assignandum ad prosequendam appellationem, de quo dico latè,*in c.seq.* etsi de hoc dubio rectè hic agi posset.

33 Ad quartam quaestionis partem, an possit Iudex terminum appellationis prosequendae abbreuiare,dico etiam *in cap.seq.*sed nunquid ad propositum primi nostri dubij, an terminum ad appellandum decem. vel quinque dierum possit abreuiare, breuiter respondeo negatiuè ex Glossa *in cap.sequent.*& Gailio *lib.*1. *obseruat.*139.*n.*6. ita vt nec ex Iudicis permissione, aut partium consensu,possit prorogari,Valensis *in Rubric.hoc tit.* §.7.*cum.*2.*in fine*,Pichardus *p.*4. §.10. *n.*2. *manud. ad praxim*, vbi dicit praecludi litigantibus facultatem prorogandi tempora, etiam si ambo consentiant : notant in litigantibus Doctores congesti à Barbosa *in clem. si appellationem*, *hoc titulo.*

34 Et si antequam praetereant suspendere, non prohibeantur,vt tradit Menchaca *de success.creatione* 1.*tom* §.7.*num*.4. Gutierrez *de Iuram. confirmat.*3 *p. cap.*5. *num.*15. Paz Iunior *in l.* 150. *styli*, Gregorius *in l.*22.*tit.*23.*p.*6.verbo,*decem dies*,per Textum *in clem si appell.hoc tit.* † Et sic Valensis *sup dict.num.*2. dicit valere statutum, seu stylum, augens, vel diminuens appellandi tempus. Et vt amplies Doctrinam adiunges adducta,*in cap.*1.*de dilation.quaest.*2. & 3. vbi, *An dilationis terminus possit à Iudice abbreuiari, seu prorogari*, & ibi, *q* 4. *An decem dies dati in via executiua, vt reus impediat executionem,possint prorogari, tam respectu rei, quã actoris* & in *d q.*3.versic.*ad secundam,an possit Iudex ex iusta causa terminum appellationis abbreuiare*, & quod dixi ibi, in versic. *ad vltimam an possint partes litigantes fatalia appellationis suspendere vel prorogare.*

35 Et quod Iudex terminum ad appellandum augere non possit,docet Maranta 6.*p.de ordine Iud. hoc tit.n* 249.Scaccia *q.*15.*n.*214.cum aliis Barbosa *in c.*5.*hoc tit.n.*17.

36 Ad quintam quaestionis partem, an deserta censeatur appellatio,si die assignata à Iudice,reus non compareat ad audiendam responsionem,super admissione, vel reiectione appellationis, si reus non compareat,Cacherranus *decis.*7,qui licet ex pluribus videatur probare,*num.*2. non esse appellationi renunciatum : tamen *post*, *num.* 3. in versic. *contraria*, probat appellationem esse desertam ex Textu, *in clementina quamuis rigor*, versic. *verum*,de appellationibus, vbi si Iudex à quo fuit appellatum, certum terminum appellanti constituat ad recipiendum Apostolos, & appellans in dicto termino non compareat, nec Apostolos petat appellationi suae renunciasse videtur. Et Glossa in verbo, *videtur*, dicit hoc etiam posse procedere,si appellans iret,vel mitteret ad prosequendam dictam appellationem,*c.ab eo hoc tit. lib.*6. & tradit rationem Chacherranus quia per huiusmodi assignationem certi termini, videtur petitio Apostolorum primo facta,ab appellante suspensa ad terminum assignatum à Iudice ; ideo ne videatur ab ea recesisse, debet petere de nouo,vt concludit Cardinalis *in d.* §. *verum*,versic.*oppono*,& Gemin *in d.cap.ab eo tradit, not.*5 quod ex quo, aliàs tanquam negligens adimplere solemnitates à Iure requisitas ad appellandum in termino assignato ; videtur actui renunciasse ; & probat ex aliis Cacher. cui addo Casador *decis.*8.*sub num.*1. *hoc tit.*Rota *decis.* 57. *aliàs* 460.*sub num.*4.eodem Sigism.Scaccia *de appellationibus,quaest.*13.*num.*25.versic.*extendo primo* Matic.*dec.*92. vbi ampliat, quatenus die 31. pro Apostolis reuersus fuerit,& *decis.*128.*num.*3.vbi resoluit quod appellans,qui non redijt,pro Apostolis appellationi renunciasse videtur,nisi intra terminum Iuris,ei assignatum,causam commiserit;quia non tenebatur amplius reddere:sic cum Crescent.*dec.*65.*lib.*1.

Nunquid tamen Iudex Ecclesiásticus, faciat vim non admittendo appellationem à tertio,sine mandato admitti debeat,ex *l.non tantùm* 6.*hoc tit.* Sigism. Scaccia *de.appell.q.*5.*ex n.*44.*extensione* 5. cum pluribus, sic inciuilibus procedere plures Doctores putant;dummodo à parte legitima decem dies ratificetur:refert Ceuallos *de cognit.per viam violentiae, q.*152. Petrus Velapertica *in l. tuto* 27.*n.*2.*ff.hoc tit.* Speculator, *eodem, tit.*§.2.*n.*7. Rugelinus *lib.*2.*eod.tract.c.*1. §.2.*n.*81. sic vt elapsis decem diebus, de nihilo ratificatio seruiret, Guid.Pap.*dec.*15.*hoc tit.q.*76.Maranta *p.*6. *actu* 2. *num.*218.Scaccia *sup.d.q.*5.*n.*43. sed idem Speculator *n.*14.Berrachinus *de Episcop.* 5. *p. lib.*4.*sub. num.*31.Scaccia,& Ceuallos supra tenent contra, eo quod si pars non ratificat appellationem intra decem dies, est nulla : ergo ratificatió dat vires appellationi,aliàs erit nulla,nihilque operari;ob idque Iudicem vim non facere, eam non admittendo. 37

Vnùm tamen notabis quod renunciatio appellationis est facienda intra praefatos decem dies,de quibus,*sup.dub.*1. *à n.*1. docent in terminis *d.collect.*276.Anton.Faber *dec.*8.*de tempor ad appellandum.* 38

Ad vltimam partem quaestionis,an à reiectione appellationis detur appellatio, dixi *sup.in Rubr. quaest.* 2. versic. *ad sextam*, vbi in versic. *ad vltimam*, egi de alia quaestione, *An Ecclesiasticus vim faciat non admittendo appellationem intra decem dies.* 39

QVÆSTIO II.

An ex eo, quod ſit appellationi renunciatum, poſſit illico exequi ſententia: An paupertatem non appellans, vel non proſequens, appellationem audiatur: An à deſertione appellationis detur appellatio: An currat tempus ad appellandum interim, dum agitur de nullitate; & de aliis remiſſiuè?

SVMMARIVM.

1 *Sententia qualiter valeat exequi à tempore renunciata appellationis, num. 2. 3. ob id quid quando appellatio eſt alteri parti communis.*

2 *Appellans nequit ſua appellationi renunciari, ſi alia pars non appellans fuit citata, vt compareret.*

4 *appellatio alteri parti communis non eſt, cum ſententia eſt lata contra reum abſentem.*

5 *Abſens rebellis non auditur appellans non enim queit adire Iudicem, dum eſt in fuga.*

6 *Appellatio prodeſt, & eſt communis, quando pars fuit præſens, nec Iudex ex officio ſupplebit.*

7 *Pauper auditur non appellans, vel non proſequens appellationem.*

8 *Deſertio appellationis quibus contingat modis.*

9 *Appellatio admittitur à pronunciatione deſertionis, contrarium, num. 10. vbi qualiter verius ſit; & quando primum verius, num. 11.*

10 *Deſerta appellatione ſententia perducitur ad effectum, & cum appellans Iudicatis ſtaret.*

12 *Appellari poteſt à ſententia, quâ declaratur non adeſſe nullitatem appoſitam.*

13 *Procuratoris negligentia in non appellando infra decem dies, Domino non nocet: quid in reclamatione, n. 15.*

14 *Appellatio in dubio præſumitur interpoſita.*

16 *Appellatio appellantis, ad plures Iudices, vt valeat debet appellans intra decem dies eligere, coram quo velit litem proſequi, contrarium verius in praxi.*

1 AD primam quæſtionis partem, ſuppoſito quod dixi, *ſuprà*, ſub verſic. *ad quintam*. & in verſic. *vnum*, videtur affirmatiuè, & abſolutè reſpondendum per dicta, *ſupà ad Rubric. quæſt* 2. verſic. *ad ſecundam*, quia cum appellans, poſſit ſuæ appellationi renunciare, vt *ibi* dixi. & probant communiter Doctores per Textum *in l. libellos* 28. *ff hoc tit.* Aymon *conſ.* 515. *num.* 12. ſequitur, vt cauſa deuoluatur ad eum ſtatum, ac ſi à principio non eſſet appellatum: ergo quemadmodum eſſet exequenda ſententia tranſlata in rem Iudicatam, ita & eodem modo licet à principio ſit interpoſita appellatio, ſi tali appellationi per appellantem ſit renunciatum.

2 Adhuc tamen in hoc puncto video Doctores diſtinguere, nam vel pars aduerſa adhæret appellationi aduerſarij, vel non, & in primo caſu docent Doctores, vt non poſſit exequi ſententia, licet appellationi ſit renunciatum, quia in hoc caſu appellatio eſt communis, & vtrique parti eſt Ius quæſitum: docent Immola *in cap. interpoſita*, §. *illi*, *hoc tit.* Afflictis *in conſtitut.* verbo *appellationum tempora*, in fine, *lib* 2. *Rub.* 45. & ſic nihil operari renunciationem in præiudicium tertij: docet Baldus *in l. omnem honorem*, *C. quando prouocare non eſt neceſſe*, Tiraquellus *de vtroque retractu in fine tituli*, §. 30. *num.* 25. Gomezius *de triennali*. Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ p.* 2. *quæſt.* 110. *à num.* 1. vbi ſubintelligit re integra, quia ſi appellans ſe præſentauit coram Iudice appellationis; tunc per hanc citationem eſſe Ius quæſitum parti non appellanti, taliter, vt eo inuito nequeat appellans ſuæ appellationi renunciare: docet Rota Prouinciæ Marchiæ *dec* 24. *n.* 2. apud Gratianum Et ita concludit Ceualli, ſecundùm prædictam diſtinctionem poſſe Iudicem Eccleſiaſticum vim facere, ſic notum *in l* 9 ſæpe de facto contingit: videbis Textans, quia *tit.* 23 *p.* 3. vbi Gregor. Lopez.

3 Vnde infero ad dubium aliud, num quid prædicta ſolutio, quando appellatio ſit alteri parti communis, ſit executioni mandanda ſententia, vel ſuſpendenda, & licet videatur ex dictis ſuſpendi abſolutè. Tamen adhuc video Doctores diſtinguentes: nam aut pars appellata adhæſit expreſsè appellationi aduerſarij, vel non, & in primo caſu dicunt non poſſe exequi ſententiam licet appellationi ſit renunciatum: quia in hoc caſu appellatio eſt vtrique parti communis eiſque Ius quæſitum, vt *in l. ampliorem in prin. C. hoc tit. dict. l.* 9. *tit.* 23. *p.* 3. vbi Gregorius: docet Sigiſmundus Scacela *de appellationib. quæſt.* 1. *limitatione* 2. *num.* 102. quod iterum probat Ceuallos Videndus *ſup. q.* 160. ſubintelligens re integra, modo iam dicto.

Quod ſi ſententia fuerit lata contra reum 4
abſentem, & actor appellauerit, tunc appel-
lationem non eſſe communem, docent *infra*,
referendi, quia abſens rebellis non poteſt ac-
ceptare appellationem. † Nec auditur appel- 5
lans, vt *in l.* 1. *Cod. quorum appellat. non reci-
piantur*, quam legem procedere de hoc Iure
noſtro Canonico: tradit Scaccia *de appellatio-
nibus*, *quæſt.* 17. *limit.* 3. *num.* 1. vbi allegat de-
clarationem Pontificis anno 1600. quia non po-
teſt addire Iudicem, dum eſt in fuga, Antonius
Gomezius *in l.* 76. *tauri*, *num.* 8. *l.* 5. *tit* 10.
lib. 4. *recopil.* vbi Azeuedus, & Gutierrez *lib.* 1.
pract. quæſt. 66. *per totam*, Surdus *decif* 143. *n* 4.
quod fuit ex mente Baldi *in dict. ampliorem* † Vbi 6
dicit quod tunc prodeſt appellatio, & eſt com-
munis, quando præſens fuit; & quod aliàs Iu-
dex ex officio non ſupplebit, probat *dict. l partita*, verbo *eſo miſmo*, vbi Gregorius Gloſſa *fuere reuelde*, Scaccia *dict. quæſt.* 17. *limit* 3. Et pro declaratione, *dict. l. ampliorem*, videbis Ludouicum Peguera *in pract. Rub.* 27. *hoc tit num.* 47. Azeuedum *in l.* 4. *tit.* 8 *lib* 4. *recop. num.* 53 Antonium Gomezium *lib* 2 *variarum*, *cap.* 12 *num.* 16. Matiencum *in l.* 12. *tit.* 21. *Gloſſa* 2. *num.* 5. *lib* 5. *recopilationis.*

Ad ſecundam quæſtionis partem an non ap- 7
pellans, vel non proſequens appellationem audiatur; reſpondebis, vt dixi, *ſup. quæſt.* 1. in verſic. *item limitatur ſecundo ſecundum Scacciam.* Et quia de hoc dubio late agit Velaſcus *p* 1. *priuileg. pauper*, *quæſt.* 31. ideo nunc reſpondeo, quod inopiæ, & paupertatis impedimentum contingens in appellatione, illum excuſat ſi

propter

propter ipsius paupertatē fuerit impeditus prosequi appellationem, de quo ago, *infrà in cap. sequenti*, vbi de tempore ad prosequendam appellationem hic verò tantùm ago de tempore ad appellandum.

8 Ad tertiam quæstionis partem, an à desertione appellationis, detur appellatio, vt respondeas adiunges dicta, *supra in Rubrica, quæstion.* 2 versic. *ad sextam, an à reiectione appellationis, detur appellatio*: contingit ergo post litem finitam, vel quia sententia fuit translata in rem Iudicatam, eo quod intra decendium ab ea non fuit appellatum ex Textu, *in cap. quoad consultationem* 15. *de re Iudic.* vel quia appellatio fuit deserta, vel tres sententiæ conformes fuerunt pronunciatæ, vt Iudex pronunciet appellationem fuisse desertam, & sententiam translatam in rem Iudicatam ex *l.* 2. *tit.* 21. *lib* 4. *recopilationis*, ibi, *pasa da encosa Iuzgada*: tradit Couarruuias qui, *pract. cap.* 15 *num.* 2 *& cap.* 33. *num.* 2 dicit tunc sententiam transire in rem Iudicatam, quoties nullus recursus appellationis remanet, Cassadorus *tit. de rescriptis decis.* 8.

9 *num.* 3. † Et à pronunciatione desertionis eius esse locum appellationi: tradunt Philipus Francus *in cap. ex ratione* 8. *hoc tit.* Lanfrancus *in cap. quoniam contra de probation. num.* 14. Maranta *in praxi, p.* 6. *actn* 2. *de appellationibus, num.* 190. ea eo quia illa interlocutoria est quædam sententia, quæ habet vim diffinitiuæ, cum totam causam definiat, & ponat finem liti, & sic videtur, vt Iudex Ecclesiasticus, vim non faciat, admittendo appellationem, iuxta ea, quæ tradit Ceuallos *in pract. lib* 4. *q.* 1. *à n.*899.

10 Contrarium verò sententiam docent Faquineus *lib.* 1. *cont. cap.* 79. *littera, B*, Osascus *decis* 28. Didacus Perez *in l.* 3. *ordin* verbo, *sinque firme*, Parladot. *lib.* 2. *rerum quotid cap.* 1. *fin. in p.* 1. §. *& cap.* 22. *num* 13. *in fine*, vbi dicit quod ita practicatur, ea *l. fin. tit* 8. *l.* 1. *tit.* 27. *lib.* 4. *recopil.* & facit Textus, *in l. fin.* § *illud, Cod. hoc tit.* vbi cauetur appellatione deserta sententiam, ad effectum perduci debere, perinde, ac si à principio appellatum non fuisset. item facit Textus noster, quo cauetur, appellatione deserta, compellendum esse appellantem sine contradictione aliqua, Iudicatis stare, & Textus, *in cap. sequenti*, vbi qui intra fatalia tempora appellationem non fuerit prosequutus, non est amplius audiendus appellans super eodem negotio. Et hanc veram esse Iudico, quando transiuit sententia in rem Iudicatam, eo quod ab ea appellatum non fuit, vel quia pronunciatæ fuerunt tres sententiæ conformes, à quibus non licet prouocare.

11 Quod si autem sententia transiuit in rem Iudicatam, propter desertionem appellationis: tunc non æque absolutè dicendum est; quia tunc potius Iuata primam opinionem à declaratione talis desertionis, admittenda est appellatio, vt iam dixi, & docent in terminis Scaccia *de appellationibus, quæst.* 11. *art.* 5. *num.* 148. vbi sic distinguit, & ita docent Ceuallos, *vbi suprà, quæst.* 9. *lib.* 2. *num.* 12. probat ea traditis per Guttierrez *lib* 1. *pract. quæst.* 10. *num.* 4. de quo dico, *in cap. sequenti*, probat, *ibi*, Gutierrez iudicem in dubio non debere appellationem esse desertam pronunciare: tradit Ceuallos *in practicis, quæstione* 1. *numero* 24. *& quæst.* 837.

vbi resoluit in casu simili sic fuisse Iudicatum per viam recursus in hac Vallisoleti Cancellaria; dixit etiam de cognitione per viam violentiæ, *p.* 2. *dicta quæstion.* 9. *in fine, & p* 1. *Glossa* 21. *numero* 14. Afflictis *decision.* 79. *&* 175.

Ad quartam quæstionis partem, an currat tempus ad appellandum, interim, dum agitur de nullitate, de quo iam dixi, *sub quæst* 1. versiculo, *vnde infero*, vbi dixi non currere modo, *ibi*, dicto; & addo in hoc casu, etsi proferatur sententia, qua mediante declaretur, non adesse nullitatem; posse tunc in quinque dies de iure ciuili, & Regio nostro constitutos, & decem de iure Canonico appellari ab ipsa sententia, à qua actum erat de nullitate: sic Baldus *in l. contra maiores, ff. de in officioso testament.* Hypolitus *singulari* 157. quos refert, & sequitur Didacus Perez *in l.* 2. *tit.* 15. *lib.* 3. *ordinam. Glossa* 1. versiculo *sciendum*, recte declarat, & intelligit, Aceuedus *in l.* 2. *tit* 17. *lib.* 4. *recopil. à num.* 18. apud quem poteris nonnulla legere de nullitate praui vtilia, & in legibus sequentibus late Sebastianus Vantius *in tractatu de nullitatibus processuum, ac sententiarum*, de quo bene Rudriguez *de ordin. processu, cap.* 12. in secunda eius parte omnino Videndus *à num.* 1. nonnulla dixi suprà, *sub tit. de sent. & re Iudic. in cap.* 1. & in aliis. 12

Pro complemento aduerto negligentiam procuratoris, in non appellando intra decem dies, Domino nocere, secundùm Rotam *in decision.* 27. Riccium *collect.* 276. versiculo, *numquid.* † Vbi cum eodem Rota *decision.* 39. *hoc titulo in nouis*, dicit quod in dubio præsumitur appellatio interposita infra decem dies secundum dicta, *suprà quæstion.* 1. Et quomodo in materia appellationis sint dies cum vtandi, dixi sub, *dicta quæstione* 1. & tradit Gratianus *decisione* 1242. Cumque ex *Authentica hodie, Cod. hoc titulo, & ex dicto cap.* 15. *de re Iudicata*, tempus appellationis interponendæ sit decem dierum, vt dixi, *dicta quæstione* 1. *à numero* 1. ideo præter, *ibi*, dicta limito regulam in laudo, cum Afflictis *decisione* 132. † Secundo in reclamatione à sententia Senatus Consulti; quia si infra decem dies non fecerit procurator tunc Dominus poterit, & non currunt decem dies, nisi à tempore scientiæ idem Afflictis, *decisione* 144. 13 14 15

Notabis autem quod si quis appellat ad plures Iudices, debet vt teneat appellatio, infra decem dies eligere, coram quo velit litem prosequi, Osascus *decis.* 30. secundùm quem ait Riccius *dicta collect.* 276. *In fine*, se iudicasse in Curia Archiepiscopali Neapoli. Sed Gratianus *decisione* 199. & Rota *decis.* 33. *hoc titulo, in nouis*. aliter docent, quod mihi consentaneum praxi videtur, cum semper in qualibet Curia fiat appellatio ad superiorem, ad quem de Iure, potest appellare grauatus: ergo si plures habeat Iudices, poterit se presentare coram Iudice, quem maluerit in tempore de Iure, aut à Iudice assignato, secundùm dicta latè *in Rubr. quæstion.* 5. versiculo, *ad quintam*, vbi de Apostolis, & libellis dimissoriis dixi. 16

Cætera ad hunc Textum conducibilia dico, *infra in c.5.hoc tit.& in c.3.& 8.*

AD TEXTVM IN CAPITE V. Cum sit Romana, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

4 *Sententia habet Authoritatem rei Iudicatæ, si appellans non prosequatur intra tempus legis, aut Iudicis.*

5 *Prouocatio est illa, quæ fit ante litis ingressum.*

1 LITTERA huius Textus videtur claudere tres præcipuas conclusiones. Prima ex primis eius verbis; nempe, vt appellans habet annum ad prosequendam appellationem, & ex causa biennium; imo & plus, vt in versic. *nisi* si ex di-
2 stantia locorum Iudici visum fuerit. † Vnde ne diuersis repetitionibus inuoluatur hæc tractatio adiunges pro exornatione huius conclusionis, quæ tractaui, *suprà in c. venerabilis* 20. *de Iudiciis*, vbi per plures quæstiones adduxi qualiter litis instantia prosequatur, & intra quod tem-
3 pus finiri debeat. † Et ibi, *sub quæst.* 2. versic. *ad secundam*, pro explicatione Textus nostri, & *c. personæ præcedentis*; dixi de quæstione an non solùm instantiæ duratio intelligatur de prima, sed etiam de appellationis instantia, & per plures alias quæstiones nonnulla adduxi, *q.* 3. 4. 5. vbi an ex partium prorogation, Iudex possit perempta instantia pronunciare: & de aliis, *quæst.* 6. aliquid, *quæst.* 11. Et circa hoc nonnulla dico infra de fatalibus.

4 Secunda conclusio, quæ deducitur ex versic. *intra quod*, probat quod si appellans non prosequatur intra tempus legis, aut Iudicis litem, eo transacto, sententia tenet; ita vt amplius non audiatur appellans; pro hac conclusione adduces dicta, *suprà in cap. præcedenti*, quatenus dixi transactis decem diebus, ad appellandum, sententiam latam habere authoritatem rei Iudicatæ, de quo latè, & de eius executione dixi, *suprà in cap. quoad consultationem* 15. *de re Iudicata.*

5 Tertia inquam conclusio deducitur, ex versiculo, *si verò à grauamine*, quatenus ex verbis ibi probatur posse appellari ante litis ingressum quæ appellatio vocatur prouocatio, & extra-Iudicialis, de qua dixi, *suprà in Rubrica in principio*, sub versiculo, *unde si plures*, & in versiculo, *extraiudicialis*, cum aliis sequentibus.

6 De tertio fatali dico, *infra in c. ex ratione* 8. *hoc titulo.*

QVÆSTIO I.

Tempus ad prosequendam appellationem: An, & cur dicatur fatale: Et an detur primus annus præcisus ad eam prosequendam: Et an istud tempus sit breuius in nonnullis causis: Et ex qua causa, possit fatale prorogari, pro secundo anno, vel tertio?

SVMMARIVM.

1 *Tempus ad prosequendam appellationem, quale de iure assignetur anni aut biennij, siue triennij ex causa restitutionis, n 2. 3.*

4 *Annus secundus ad prosequendam appellationem integer indulgetur, etsi appellans toto primo anno impeditus non fuerit, numero 5. 6.*

6 *Ius præsumit quemlibet appellantem posse quamlibet appellationis causam etiam arduam intra biennium peragere.*

7 *Appellans, sufficit vt incipiat appellationem prosequi in primo anno, dum tempus supersit arbitrio Iudicis, vt eam finiat.*

8 *Annus primus, non est præcise fatalis: expendo, num. 15.*

9 *Fatalia in appellationibus quid sibi velint, & sub, n. 23.*

10 *Fatales dies non differunt à temporibus fatalibus.*

11 *Vita hominis in facto stari dicitur ex philosophis, & porrigitur ad lites.*

12 *Fatalis annus incipit currere à die interpositæ appellationis à diffinitiua ab interlocutoria, à die illati grauaminis.*

13 *Dies, qua interponitur appellatio, non computatur in termino fatali.*

14 *Annus primus datur ad finiendum appellationem num. 15.*

15 *Appellatio habetur pro deserta, si appellans non finiuit appellationem in toto primo anno.*

16 *Sententia appellatione deserta, reddit ad Iudicem qui eam tulit, & ad quem effectum manet apud Iudicem ad quem.*

17 *Appellatio olim debebat prosequi & finiri spatio duorum mensium, vt quando appellabatur à nominatione ad munera.*

18 *Temporis reparatio poterat peti, non introductis appellationibus, n. 19. 20.*

19 *Dies fatales fuerunt quatuor.*

20 *Reparatio tertia dabatur aduersus transactos fatales, & temporales mox quarta; deinde quinta, & quando, n. 21.*

21 *Fatales ad prosequendam appellationem qui Iure nostro Regio, & n. 22.*

22 *Tempus quartum assignatum ad prosequendam appellationem est anni ex cusa biennij: fallit in causis summæ paruæ, n. 23.*

23 *Appellatio in causis non excedentibus summam decem millium marapetinorum interpontur ad consistoria intra quinque dies, & finitur intra triginta.*

24 *Appellatio ad consistorium ciuitatis, vel villæ, habet locum, quando ex statutis pro damnis montium, pastuum, aut vinearum, imponitur pœna*

VT tractationem primæ partis nostri Textus facilius comprehendas, aduerto apud antiquos duplicia fuisse tempora constituta appellantibus; vnum ad appellandum, de quo dixi latè, *suprà in c. præcedenti, quæst. 1. à num. 1.* secundùm, & alterum ad prosequendam appellationem, & finiendam causam, de quo nunc est inquisitio, itaque tempus de Iure ordinario, est vnius anni, & ex causa biennium, quod sicut Iustinianus nouiori Iure constituit *in l. fin. §. in his, Cod. de tempor. appellationum, & in nouella 49. de his, qui ingrediuntur ad appellandum, & in nouella 93. hoc tit. similiter*, & hoc nostro Iure Pontificio ex Textu nostro, & ex *c. constitutis 45. c. ex ratione 8. eodem, c. ei qui 2. quæst. 6. clem. sicut hoc tit. l. 11. tit. 16. lib. 4. recop.* Octauianus *in pedemontanis, decis. 18.* Faquineus *lib. 1. controuers. c. 79.* Greña *hic num. 1.* Balboa *sub num. 4.* cum pluribus Barbosa *in prædictis locis*: igitur primus annus conceditur ad prosequendam appellationem simpliciter, & integer ipso Iure, à lege sine ministerio Iudicis, & sine alia consideratione, vt docet idem Barbosa *in dicto c. ex ratione, num. 2.* † Secundus annus, conceditur etiam integer, & ipso Iure à lege; sed tamen ex causa, vt loquitur Textus noster. † Tertius verò non ipso Iure, sed per viam restitutionis à Iudice, vt colligunt Doctores ex nostro Textu, & ex *dict. c. ex ratione*; & quod tertius annus competat per restitutionem in integrum officio Iudicis ex clausula, *si qua mihi iusta causa*, docent Rugenel *de appell. tit. 10. Gloss. 1. num. 19.* versic. *existente*, Scaccia *hic quæst. num. 8. in fine*, vbi *num. 32.* aduertit quod hic tertius annus, qui concedi potest via restitutionis in integrum, propter impedimentum, quod fuit in secundo anno, non debet esse integer, sed solùm ad tantundem tempus, quantum fuit impedimentum. Qui anni fatales nuncupantur, & dicuntur, vt tradunt relati; de quo dico *infrà*.

Sed hoc dictum, quantum ad integritatem secundi anni, videtur inter Doctores esse diuersum; eo quod integer secundus annus concedatur, quando toto primo anno, fuit impeditus agere appellans, vel diligentiam debitam adhibuit; licet impedimentum parùm durauerit, Scaccia *de appellationibus, quæst. 15. art. 5.* versic. *primus casus*, cum seq. Tamen quando non fuit toto anno impeditus, sed tempore aliquo tantum; tunc dubium est, non leue, nunquid concedatur appellanti totus integer secundus annus. Et pro hac parte facit adductum de tertio anno. Secundo quia de Iure annus primus assignatur ad prosequendam, & finiendam appellationem, nisi causa exigente assignetur annus Secundus: ergo si toto primo anno appellans prosequi, non fuit impeditus, non est cur habeat integrum secundum annum, se illum dari, non vt indistinctè

eo toto appellans vti poſſit, ſed vt inde tantùm deſumat, quantùm in priori anno per quodcumque Inſtum impedimentum, ei fuit ademptum: arg. *l. ab hoſtib. §. ſed quod ſimpliciter ff. ex quibus cauſis.*

5 Adhuc verò ex adductis exiſtimo in praxi, & in foro, præſertim Eccleſiaſtico propter quodcumque impedimentum primi anni dari ſecundum integrum modo extat aliqua diligentia appellantis, & totus primus annus non fuerit lapſus negligentia, ſiue potuerit, ſiue non potuerit appellans deducto impedimenti tempore in reliquo cauſam appellationis per agere, quia tale impedimentum, non debet appellanti ad damnum referri, ſed appellato ad pœnam, *cap. ſignificante 69. hoc titulo*. Capella Tholoſana 9. *& deciſion.* 331. Valenſis *in Rubrica hic*, §. 14. *numero* 8. & probat ex Textu, *in Authentic. ſi appellation. Cod. hoc titulo*, vbi dicitur, quod ad obtinendum hoc ſecundum annum, ſi vel nouiſſima Iudiciarum die appellans ad agendam cauſam, coram Iudice comparear: Videndus Scaccia *d. q.* 15. *art.* 5. vbi alia dicit.

6 Nec obſtat adductum de tertio anno, qui integer, & præciſus non datur, ſic, vt ſecundus, quia reſpondeo Ius præſumere quemlibet appellantem poſſe, quamlibet appellationis cauſam, quamtumuis arduam intra biennium peragere, modo ſumma ope, ſummoque opere; pro vt lex requirit, ad hoc nitatur, eo quod in vſu id ſit frequentius, fieri poſſit: argumento Textus ex *l. ex his cum l ſequenti, ff. de legibus*: ſic Andreas Valenſis *ſuprà dicto* §. 14. *numero* 10. vbi addit ideo præciſè b ennij tempus præſcribi ad proſequendam appellationem, vt tanto certior, celeriorque, ſit litium finis.

7 Notabis verò quod totus primus annus, eſt in arbitrio appellantis, quando velit incipere, & proſequi appellationem, modo ſuperſit ſibi tempus ſufficiens ad eam finiendam arbitrio Iudicis determinandum, iuxta Oldradum *conſilio* 6. *numero* 3. verſiculo, *quod ſi impeditus*, Scaccia *vbi ſuprà quaſt.* 15. *art.* 5. Valenſis *dicto*

8 *numero* 8. *in fine.* † Qui *numero* 9. in verſiculo, *inſuper*, addit quod totus primus annus, non ſit præciſè fatalis, ſed ſolùm ſub conditione, ſi nulla iuſta interueniente cauſa, quæ appellantem impedierit, quia ex tali cauſa, datur ſecundus annus, qui eſt præciſè fatalis.

9 Vnde iam, vt ad propoſitas difficultates reſpondeam anni, & biennij, dico tempora fatalia nominari, quia eorum lapſus fatum, hoc eſt mortem appellationibus ingerunt, Vbameſius *hic numero* 2. Donellus *lib.* 28. *comment. cap.* 7. Cujacius *de praſcript. cap.* 16. *& lib.* 16. *obſeruat. cap.* 9. Petrus Gregorius *lib.* 50. *ſyntagmat. cap.* 2. *numero* 31. *& in tractatu de appellation. lib.* 6. *cap.* 10 *& lib.* 8. *cap.* 2. *numero* 7. vbi dies hos Græcis mortiferos dici docet, vt ſic mori dicatur lis, quemadmodum, & viuere: videbis Pichardum *in manud. p.* 4. § 21. *numero* 6. Cuiacium *lib.* 18. *obſeruation. cap.* 31.

10 Et ſic Balboa Legendus *hic numero quinto*, vbi bene tradit, quiſ ſint fatales dies, ait nullum eſſe diſcrimen inter fatalam diem, aut tempora fatalia, quamuis inter hæc ex vna parte, & inter anoum, aut biennium ex alia, diſcrimen ſit; ita vt ex errore huius diſcriminis ortum habuerit, antiquorum interpretum placitum, vti diligenter explicnit, Cujacius *lib. de diuerſis praſcript. dicto cap.* 16. Melius *lib.* 12. *obſeruat. cap.* 4. & hoc quidquid dixerit, Donellus *dicto libro* 28. *cap.* 7. † Et ſic concludit, 11
Balboa *hic numero* 6. quod ſicut vita hominis ex Philoſophorum placitis, in facto ſtare dicatur, & fato finiri dicatur; ſimiliter etiam metaphoricè liti, que in Iudicio exercetur; quædam adſcribatur vita, & mors, quæ fatum litis non immerito dicitur; taliter, vt terminus à Iure præſcriptus introducendæ, aut exercendæ appellationis, pro fato habeatur, quo finito, lis dicatur mortua, Iuxta *legem cum litem mortua, ff. Iudicatum ſolui*: explicat Paterius, *de verbis Iuris*, verbo, *fatales dies*, Azeuedus *in l.* 11. *titulo* 18. *lib.* 4. *recopilat. num.* 4.

Et ita colliges ad primam difficultatis partem apertum reſponſum, ob id, ſi quæras 12
à quo tempore incipiat primum fatale currere; etſi Iure Communi fuerit ſatis controuerſum, vt diſputat, Gloſſa *in clem. ſicut, hoc titulo*, verbo, *à die*: tamen ex eius deciſione annus fatalis incipit currere à die interpoſitæ appellationis, vt aduertunt, Abbas, & Præpoſitus *in dicto cap. ex ratione* 8. *numero* 2. Tiraquellus *in tractat. ceſſante cauſa, p.* 1. *à numero* 82. quod etiam cautum eſt de Iure Regio *in dict. l.* 11. *titulo* 18. *lib.* 4. *recopilat.* Azeuedus *numero* 1. tradit Balboa *hic numero* 4. dicens ſic procedere in Iudiciali appellatione. Sed in extraiudiciali, quæ fit à futuro grauamine, *(Iuxta ea, quæ dixi in principio Rubrica*,) ait vt annus fatalis, non incipiat currere à die interpoſitæ appellationis, ſed à die illati grauaminis, vt docuit, Azeuedus *ſuprà numero* 2. quod contrarium videtur dicere, *dicta clemem. ſicut*, vbi Barboſa *numero* 1. qui, *ſub numero* 3. refert, Doctores agentes de prædicto dubio, Riccius *collect.* 245. *in fine*, Putens *libro* 1. *deciſion.* 15. & 154. Vide Pichardum *ſuprà*, *numero* 7. à quo Balboa videtur hoc vltimum dicere.

Et docet, Balboa ex *Gloſſa fin. in l. vbi* 13
lex 102. *ff. de regulis Iuris*, Bartol. *in l.* 1. *ff. ſi quis cautionibus*, Matienco *in l* 7. *Gloſſa numero* 1. *titulo* 11. *lib.* 5. *compil.* diem illam, quæ appellationi interponitur non computari in termino fatalis anni, quia dies termini, non computatur in terminum, vt tradit ex pluribus Tiraquell. *de retract lib.* 1. §. 1. *Gloſſa* 11. *num.* 18.

Ad ſecundam difficultatis partem, an debeat primus annus præciſus ad appellationem 14
proſequendam; reſpondebis ex dictis, *à numero primo*, huius quæſtionis: facit tamen dubium, *dicta clement. ſicut, hoc titulo*, vbi dicitur non tantum dari fatale tempus anni ad proſequendam appellationem, ſed & eam finiendam, quia reſpondeo Textum noſtrum, dum diſponit appellantem habere vnum annum, & ex cauſa biennium ad proſequendam appellationem, ſuppleri, & daclarari per dictam clementinam

clementinam sicot, quatenùs ait terminum illum assignari, etiam ad finiendam appellationem.

15 Et confirmatur quia infrà tempus datum ad prosequendam appellationem, appellans non prosequitur, appellatio habetur pro deserta, & rata manet sententia: tradit Barbosa *hic num.* 4. & dicit Andreas Valensis *in Rubrica hic*, §. 13, *num.* 8. per lapsum termini: tunc à Iure, quam ab homine desertam fieri appellationem, si consummatum sit tempus vtriusque termini, seu vltimus dies, quia ipse spectandus est quamnis iam constet ante fieri non posse prosecutionem appellationis, Vbamesins *in cap. præcedenti*, Pichardus *suprà.* 4. *p. manud.* §. 21. *à num.* 8. sic docens cum Saliceto, & Alexandro, & quod appellans summè debeat finem causæ imponere intra curricula, aliter desertam esse appellationem, si per eum steterit, quominùs eo tempora causa peroretur; quia desidia eius hoc modo plectitur ex nostro Textu; & *dicto cap.* 4. *hoc tit.* docent Guid. Pap. *decis.* 77. Maranta plura tradens *de desertione appell. de ordine Iudic. cap.* 6. *tit. de appellationibus à n.* 48.

16 Quæ tamen dicantur, vt appellatio dicatur deserta, & sententia in rem iudicatam transeat, latè dicit Petrus Gregorius *lib.* 8. *Syntagmatum cap.* 1. *&* 3. plures casus referens, quibus appellatio deserta habeatur, Tuschus *littera D, conclus* 212. *cum sequent* Effectus autem huius desertionis erit, vt nec à principio interposita videatur appellatio, vt iam dixi *suprà sub cap. præcedenti*, docet Gomez *in Regula de Triennali q.* 54. Didacus *in l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 3. *ordinamenti*; Etenim omnis sententia appellatione deserta reddit ad Iudicem, à quo Iurisd. reddit quæ dumtaxat penes prouocatum Iudicem manebit quoad eum effectum, vt desertione non obiecta primam sententiam confirmet, qui restitutionis aduersùs lapsum beneficium, quo se tueri poterat, appellans excludat, vt super allegata desertione sententiam dicat, pleuè examinat Gailius *lib.* 1. *pract. cap.* 137. Pichardus *dicto* § 21. *n.* 14. *circa finem.*

17 Ad tertiam quæstionis partem, an tempus primi anni ad prosequendam appellationem sit breuius in nonnullis causis, & vt de pluribus dicam breuiter præmitto ex antiquitate cum Balboa *hic, à num.* 7. & à Pichardo *in manud. dicta* 4. *p.* § 21. *à num.* 1. à quo quasi per eadem verba tacito nomine, desumit Balboa antiquitus varia tempora pro inducendis appellationibus fuisse constituta, & hoc pro Iudicum & locorum distinctione ex *l.* 2. *cum anterioribus, Cod. de tempor. appellat.* fuit vnum duorum mensium quando scilicet appellabatur à nominatione ad ad munera ex *l* 1. *eodem tit.* quod qualiter accipiendum sit, Cujacius *obseruat. in parat. & posthumis ad eum Titulum*, & facit de Iure Regio, *lex* 23. *Titulo* 23. *parte* 3. vbi Gregorius *Glossa* 1.

18 Sin autem non introductis appellationibus
tempora laberentur, poterat peti temporis reparatio, eaque lapsa alteri intra quadrimestre
concedi omnia alia post terminum lapsum reparatione deneganda, vt benè Cujacius *lib.* 12.
19 *obseru. cap.* 4 *& lib.* 16. *c.* 7. † Et videtur facere
Textus *in dicta l* 1. *Cod. de temp. appell.* qua con-
20 stat quatuor fuisse fatales dies. † Et præter fatale, seu temporales fuisse quoque reparationes idest lapsi temporis peragendæ appellationis, redintegrationem & restaurationem; quos dies, & si aliqui autumassent sublatos fuisse, & abrogatos per Iustinianum: Tamen verius est tempore ipsius durare, vt constat ex illo Titulo Iustin. *in scriptis, Cod. de temporibus, & reparationibus appell.* tradit Balboa *hic sub dicto n* 5.

Deinde autem ex *dict l.* 2. pro reparatione si 21
fatales & temporales dies transacti, & elapsi essent, vnus concedebatur mensis; vt patet ex *dicta l* 1. & tradit Pichardus non vnus annus, vt tradit Balboa. Et post secundum hunc lapsum tertia reparatio, mox quarta concedebatur, quarum vnaquæque constabat 30. diebus. Sed quinta non aliter concedebatur, quam si intra tres menses à Principe impetraretur; itavt proximus post quamcumque reparationem fatalis dies esset cuius loco Iustinianus cum facilè fatalem vnum diem obseruati cerneret, decem fatales constituit, & subsequenter 5. totidemque antecedentibus diebus *dicta l. cum anterioribus, Cod. de tempor. appell.* vbi *in* §. *cum antea*, docent Doctores, & prosequuntur Cujacius *suprà de præscript. c.* 7. *&* 16 Godofredus *in notis ad dictam leg* 1. Donellus *dicto lib.* 28. *comment. cap.* 7.

Sed Iure autem nostro in dicendis, & præ- 22
sentandis appellationibus certa sunt constituta tempora, vt *in l.* 2. *tit* 17 *lib* 4. *recopil.* vbi Azeuedus, & Gutierrez *pract. lib* 1 *q* 03. *& q.* 104. vbi disputat de quæstionibus, quibus terminis appellans teneatur coram Iudicibus superioribus, & sub quibus pœnis, & an sit deserta appellatio, si tantum literæ testimoniales sint præsentatæ in termino a Iudice designato, & non totus processus, de quibus videbis quæ adduxi *sub Rubr. q.* 5. *versic. ad quintam.*

Denique vero quartum, & vltimum fuit tem- 22
pus assignatum ad appellationes prosequendas; annus videlicet, & ex causa biennium, aut plus, vt iam adduxi *à n.* 1 per Textum nostrum, *dicto cap.* 4. *& dicto cap ex ratione hoc tit. & ex l fin.* §. *illud, & Auth. ei qui, Cod de tempor appellat. ex dict Clem* 2 *sicut hoc tit. & ex dict. l.* 11. *tit.* 18. *lib.* 4. *compilat.* expendunt relati *vbi suprà*, & Cujacius *in nouella* 93. Menochius *de arbitrariis casu* 446 Osascus *in Pedemont. decis* 18. Gaillius *in pract. lib.* 1. *cap* 141. Petrus Gregorius *lib.* 50. *Syntagm cap.* 2. *n.* 41. *& de appellat. lib.* 6. *cap.* 10. *& lib.* 8. *cap.* 1. *à n* 7. Azeuedus *in dicta lege* 11. Balboa *hic num* 8. Pichardus *dicto* §. 21. *n* 5. *&* 6. dicentes anni & biennij tempora dici fatalia, Riccius *collect* 145. ad Textum nostrum *in dicta Auth ei qui, Cod hoc tit.*

Excipiuntur ab hac Regula casus, *legis* 7. 23
tit. 18. *lib* 4 *recopilat* vbi cauetur; quod in casibus non excedentibus summam decem millium marapetinorum appellatio ad consistoria Ciuitatum interponi possit, vbi eliguntur duo decutiones, qui simul à Iudice, à quo de causa cognoscant, & in his debere appellantem quinque dies ad appellandum, & triginta ad appellationem prosequendam, intra quos tenetur causam diffinitiuè concludere, tradit Balboa *hic num* 10.

Et latè scribens Gutierrez *pract. lib.* 1. *q.* 107. 24
agit de quæstione alia, an appellatio ad Ciuitatis Consistorium, vel Villæ habeat locum quando ex statutis Ciuitatum, & Villarum pro damnis montium, & pastuum, aut vinearum imponitur pœna, cuius pars applicatur custodibus, vel denuntiatoribus, & pars Ciuitatis, aut Villæ Concilio,

Concilio, parsque Iudici sententiam proferenti eamque resoluit affirmatiuè latè corroborans, *num. sequentibus*, Videndus, & *q.* 2. agit de alia *infrà* scribenda, & de prælata quæstione à nobis proposita, benè; & latè agit videndus *tot. à quæst.* 9.

25 Etenim potest statuto primi anni fatale breuius constitui, docet Mascardus *de probationibus, conclus.* 117. *num.* 21. tradit Barbosa *hic num.* 2. addens apud Lusitanos per ordinem Regium *lib.* 3. *tit.* 70. §. 3. tempus sex mensium assignari ad proseqnendam appellationem, & sic post statutum Capitolinum *lib.* 1, *cap.* 81. fatalia in secunda instantia esse sex mensium. & Naldus *in cap. ab eo cap. hoc tit. lib.* 6. dicit appellationes in criminalibus expediendas esse intra sex menses per Ecclesiasticos Iudices ex coustitutione Pij V. quæ incipit *licet Iuri*,

26 Ex his enim iam videbis; & ex dictis *suprà* in primo fatalis anno esse finiendam appellationem, quod si Iudex delationi causam dederit, aut ineuitabilis alia ratio fecerit moram ex Textu nostro, & *dicta l. fin.* §. *illud*, *Cod. de temporib. appellat.* Gregorius *in l.* 14. *tit.* 23. *p.* 3. verbo *el Iuzgador* Balboa *hic num.* 13. aliis adductis Pichardus *dicto* §. 21. *à n.* 9. tunc reuera fieri locum biennio ipso iure ex Textu nostro; itave nulla restitutione opus sit, & hoc si modo causa ab appellante allegetur, & probetur, vt docent Abbas, & Decius *col.* 1. Berojus *num.* 10. *hic*, Balboa *hic dicto num.* 13. Datur enim secundus annus ex causa; cum multis Barbosa *hic n.* 3. vbi resoluit cum Scaccia *de appellationibus q.* 15. *n.* 27. *&* 28, & Sfortia Oddo *de rest. q.* 70. *art.* 6. *&* 7. *sub num.* 35. *&* 36. vt cum annus concedatur ipso iure non posse concedi per viam restitutionis ante lapsum primi anni, nec alibi quod tempus per viam restitutionis in integrum.

27 Et vt concedatur secundus annus, quatuor debent concurrere, primò quod appellans non potuerit ex necessaria, seu iusta causa impeditus prosequi & terminare appellationem in primo fatali. Secundo quod ipsa causa iusta, & necessaria sit euidens. Tertio quod si non fuerit toto tempore impeditus, fecerit aliquid in primo anno. Quartò vt lapsus omninò sit totus primus annus; Nam eo non elapso non conceditur secundus; refert. Guid. Pap. *tract. de appell. q.* 101. *num* 64.

28 Qui dicit quod finito primo anno debet appellans probare causam impedimenti; quæ si iusta sit Iudex declarabit ei competere secundum annum datum à lege, & ipse Barbosa *in cap.* 8. *hoc tit. num.* 3. cum Scaccia *dicta quæst.* 15, *num.* 146. & Mascardo *de probat. n.* 116. ait appellanti impedito incumbere onus probandi: quare illam non sit prosequutus intra legitima tempora, & de prædictis requisitis loquitur Andreas Valensis *in Rubrica hic*, §. 15. vbi *n.* 1. *&* 2. dicit quod debet esse iustum impedimentum ineuitabile; seu inexorabile, & non affectatum: Nam si appellans illud affectaret, vel sua culpa illi causam præbuerit, æquum non esse eum in hac parte subueniri ex *l.* 2. § *si quis tamen, ff. si quis cautionibus*, cumque in facto consistat, & ex facto dependeat, ait vt non debeat præsumi ex *cap.* 1. *de constitut. lib.* 6. *cap. cum in iure de officio delegati*, sed omninò, & plenè, atque euidentissimè esse probandum ex *dicta l. vltima. C. de tempor. appell. & dicto cap. ex ratione* 8. *hoc tit.* tradit etiam Pichardus *dicto* §. 21. *manud. p.* 4. *sub num.* 10.

Notabis autem non sufficere solam impedimenti probationem, nisi vltra appellans de diligenti sua doceat etiam ad impedimentum amouendum; quia tunc demum dicitur ex iusta, & necessaria causa impeditus: quando facta diligentia remanet impedimentum, & qui potest facere, vt possit iam dicitur posse *l.* 135. *de Regulis Iuris*, nec dicitur impeditus, qui facilè potest impedimentum amouere; imò dicitur illud volens pati, vt tradunt Scacia *de appellat. dicta quæstione* 15. *Articulo* 16. Valens. *dicto* §. 14. *num.* 6. 29

Etenim si de impedimento non constiterit euidenter, nec appareat de protestatione, de non lapsu fatalium poterit Iudex, à quo lapso termino sententiam suam velut deserta appellatione executioni mandare, quod vt de primo anno iam suprà adduxi, sic & de hoc secundo procedet, sed hoc parte citata, vt tenet Baldus *in l. si contra*, *Cod. hoc tit. & in l.* 2. *in fine*, *Cod de temp. appell.* & Francum *in dicto cap.* 8. *hoc tit.* sed ait Maranta *p.* 6. *in praxi actu* 2. *de appell. num.* 23. procedere non spectato lapsu biennij, quia lex non dat biennium, nisi iusta subsistente causa, & quidem euidenter probata; tum quia primum annum lex appellat primum fatale, & secundum annum vocat secundum fatale, *dicta l.* 2. & ibi, *Cod. de temporibus appellat.* Sed ego existimo, vt sicut ad desertionem appellationis pro primo fatali desideratur, vt primus integer annus elapsus sit; Sic etiam, & in fatali anni secundi, vt patet ex iam dictis *suprà*. 30

Dubitabis primo an prædictum impedimentum possit probari iuramento appellantis, & Rota *sub hoc tit. decis.* 15. *in nouis* Pichardus *dicta p.* 4. *manud. dicto* §. 21. *sub n.* 10. ex Speculatore, & Guidone affirmat, eoque modo euidentissimè probari, secundum quo requirit Imperator *in dicto* §. *illud*; Nam satis credimus factum si modo impedimentum probare volens adiiciat semoto eo causam se prosequuturum, vt obseruat Gailius *dicto lib.* 1. *pract. cap.* 143. *n.* 1. Tamen Andreas Valensis *dicto* §. 15. Rub. hic hoc si absolutè non admittit *num.* 3. nisi in causis fortè modici præiudicij. † Quia iuramentum præsertim vltroneum, nec à Iudice, nec ab Aduersario delatum, non potest seruire pro vllo genere probationis, eo quod quando eius vsus permittitur; est potius exoneratio, quam probationis species ex *dicta l. vltima*, §. *illud*, *C. de temporibus appellat.* de quo dixi plura *sub tit. de Iureiurando*, & *ibi in cap. fin. de lato iuramento.* † Et videtur prædictum admittere Barbosa *in cap.* 8. *hoc tit. sub num.* 3. *in fine* dum cum Mascardo *dicta conclus.* 226. *n.* 15. admittit eam probationem per iuramentum, dummodo non agatur de magno præiudicio, & homo sit integer, quando impedimentum non possit per Testes probari. Iterum idem Barbosa *hic*, *num.* 8. vbi *num.* 7. cum Mascardo *dicta conclus.* 116. *num.* 12 refert quod si impedimentum est facto Iudicis, debet appellans protestari, si vero facto ipsius appellantis, non item Ignacius de el Villar *sylua resp. q.* 4. *num* 11. 31 32 33

Et video eundem Valensem *sub dicto num.* 3. §. 15. dicere quod cum Iustinianus requirat, *in dicto* §. *illud* euidentissimam probationem non sufficiat Iuramentum appellantis, cum vnius Testis 34

Testis Testimonio, quia quando à iure, vel Canone liquida, seu euidens (& à fortiori quando euidentissima) probatio requiritur, ea non potest confici ex coniunctione duarum imperfectarum (de quo dixi *suprà sub Rubrica de prob.* agens de dubio, an duæ semiplenæ probationes coniungantur) quare in proposito ait Valensis; vt huiusmodi impedimentum debeat probari, vel per duos Testes idoneos, vel per partis aduersæ confessionem, vol per instrumentum, nisi alias sit notorium euidentia facti.

35 Quare idem Valensis *in Rubr. hic dicto* §. 15. *num.* 4. ait nec Iudici credi asserenti tale impedimentum, etiam ex propria persona, vt si fateatur se ob valitudinem non potuisse vacare causæ cognitioni, aut pro Tribunali sedere, ne facile fraus fiat *l. si fortè ff. de castrensi peculio,* neve in Iudicio, tam iudicantis, quam testificantis persona fungatur, *cap. ex litteris de probat. in l. fama, ff. de verborum signific* adeò vt licet in Iudicio Testis vnus probet semiplenè: Tamen Iudici in Iudicio non aliter credatur, quam per acta iudicialia, vel aliàs constet per legitima documenta, ex dictis *suprà in cap. quoniam contra* 11. *de probationibus, & in cap. à nobis* 28. *de Testibus.* Et hant fieri, vt licet facilis sit præsumptio iuris pro institia sententiæ latæ à Iudice, *cap. bona de electione*, de quo aliqua dixi *in cap. sicut* 16. *de sent. & re Iud.* sed non pro Iudicis facto.

36 Alij inquam existimarunt prædicti impedimenti probationem pendere à Iudicis arbitrio, eique relinqui: sic cum multis Scaccia *de appellation. q.* 15. *n.* 147 Flaminius *de resignatione lib.* 11. *q.* 13. *à num.* 21. & concludo vt cumque hoc sit quod appellatus possit contrarium probare, ac fuerit probatum ab appellante, Mascardus *de probat. conclus.* 684. *num* 11. Bernardus Graue *ad practicam Cameræ Imperialis, lib.* 1. *conclus.* 143. *consider.* 1. *num.* 2. Barbosa *in dicto cap ex ratione*

37 *sub dicto num.* 3. † Sed quod apparitori credatur ad probandum impedimentum prosequendæ appellationis, & vt non currant fatalia tempora; tradit Antonius Faber, *Cod. de appell. decision.* 10. Riccius *collect.* 245. versiculo *limita tertiò.*

38 Ad quartam quæstionis partem: ex qua causa possit fatale primi anni prorogari pro secundo anno, vel tertio iam ex dictis apparet. Etenim impedimentum in persona appellantis contingens facit locum biennij in pluribus casibus, quod si adhuc ex eisdem impedimentis biennio appellans excludatur; iterùm reparabitur ei lapsus restitutione in integrum petita, vt dixi *suprà in princ.* & notat communis *in dicta Auth. ei qui. Cod. hoc tit.* Abbas *in dicto cap. ex ratione* 8. *hoc tit. n.* 3. *&* 9. Decius *num.* 12. Præposit. *n.* 13. non quidem; itavt trãsacto biennio alter ei concedatur annus, sed vt rescisius tempus præfiniatur, quo iniecta biennij mora reparari possit Abbas *suprà n.* 9. Afflictis *decis.* 175. Benin. Casius *de priuileg. paupert. priuilegio* 3. *num.* 18. cum aliis Pichardus *suprà in manud. p.* 4. *dicto* §. 21. *sub num.* 10. *&* 11.

39 Itaque fiet in sequentibus casibus appellantẽ excusari à desertione appellationis; ex eo quod non prosequatur appellationem: primò ratione impedimenti sui, aut Iudicis. Secundò ratione paupertatis: probat hic cum multis Barbosa *à num.* 10. & præter illos Petrus Gregorius *de appell. cap.* 2. *num.* 14. Gaillius 1. *pract. cap.* 142. vbi disputat quis dicatur pauper, de quo plures alij relati à Barbosa *hic num.* 11. Menochius *de arbitrariis casu* 65. Morla *in emporio tit.* 12. *q. vltima*, refert Pichardus *suprà dicto* §. 21. *in manud. p* 4. *sub num.* 10. Riccius *collect.* 245. Boërius *decis.* 246. & qualiter pauper quis probetur dixi *suprà in cap. si qui Testium* 8. *de Testibus,* vbi videbis applicans *ibi* dicta, pro hoc dubio aliqua adduxi *suprà sub cap.* 4. *hoc tit.* † Vel ratio- 40
ne infirmitatis Valensis *in Rubrica hic*, §. 14. *n.* 2. vbi *n.* 1. dicit varias posse concurrere causas, vel ex parte appellantis, vel ex parte appellati, vel ex parte vtriusque; vel Iudicis, vel alicuius tertij, vel denique ex casu, & fortuna, vbi de quocumque *num. sequentibus* exemplificat, & ego adiicio sequentes casus, & de paupertate *ibi, num.* 3, dicit excusare, quando opus sumpto aliquo, secùs contra, vbi dicit, vt nec videatur opus protestatione pauperis maximè si sit nota Iudici.

His præhabitis absque disputatione, & solum doctrinæ gratia adiungo casus sequentes. 41
Primò vt prædictum tempus non currat tempore Pestis, Antonius Faber *in decis.* 3. *de temporibus appell.* Ricc. *in collect. ad nostrum Textum* 245. ad comprobandum hunc casum adiunges dictum *suprà in cap. ex transmissa* 10. *cap. cum vobis* 14. *de præscript.*

Secundo pendente comptomisso, dummodò 42
hæc pendentia probetur per Scripturas, Antonius Faber *in decis.* 2. *Cod. de temporibus appellat.* Riccius *supra* versic. *limita secundo*, dicens vt nec ei debeat currere tempus, qui semper litigat; licet coram arbitro quod notat *ad Auth. si tamen, Cod. de tempor. appellat.* Barbosa *hic, num.* 9. cum Bellacomb. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 7. *Trid.* 32. *num.* 19. *pag.* 319. videndus Scaccia *de appellationibus q.* 12. *num.* 110. Balboa *hic, num.* 17. *ex nouella* 23. *de appellation.* dicens hoc in casu elapso biennio posse Iudicem de appellationis causa cognoscere, si deserto compromisso litigatores ad Iudicem reuertantur, quibus vtiliter cedet tempus, quod tempore compromissi ex anno, vel biennio supererat. Et addit hoc etiam translatum esse ad Ius nostrum Pontificium ex *Clem. quandiu hoc tit.* vt siue ab homine, siue à iure tempus præscriptum sit, non decurrat, quandiu causa in compromisso hæret. probat Barbosa *in dicta Clem. num.* 1. *&* 2. cum multis ab eo relatis, & Guttierrez *de iuram. p* 3. *cap.* 5. *num.* 15. sic declarandus Valensis *in Rubrica hic*, §. 12. *num.* 2. vbi dicens durante compromisso, prædictum tempus cursum non habere ex *dicta Clementina, ex Auth. si tamen, Cod. de tempor. appellat.*

Tertiò vt si facto Principis Litigator appel- 43
lationem prosequi non potuerit, vt *in Auth. sed lis Cod. temp. appellationum*, Thesaurus *in decisione* 135. cum eis Riccius *dicta collect.* 245. versic. *limita quarto* Vnde Balboa *hic, num.* 16. ait cursum fatalium, tam in primo, quam in secundo anno sisti, in manere in suspenso v. g in appellatione, quæ fit ad Principem, eiusve Sacrum Consistorium, quia cum contingat, vt ibi ob negotiorum multitudinem non possit lis concludi l. *præcipimus C. de appell.* sufficiat appellanti coram superiore causam introducere, eo quod ex sola introductione perpetuabatur causa, vt pro-Text. *in l fin.* § *si tamen C. de temp. appell. nouell.* 23.

§. ad

§ *ad hæc ſancimus de appellat.* & intra quæ tempora, Quam quoque rationem pontifex transtulit ad appellationes, quæ ad ſacrum Papæ Auditorium deferuntur ex *cap. inſinuatione* 50. *hoc tit.* vbi in verſic. *lis quæ in Conſiſtorio Principis*, notant Doctores, quod in ſupremo Principis Auditorio non datur inſtantia, nec currunt fatalia Menochius *conſ.* 790. *num.* 8. *vol.* 8. Grammat. *deciſ.* 13. *in fine*, cum aliis Barboſa *in dicto cap.* 50. *n.* 3. *&* 4. & ſentit Valenſis *ſuprà dicto* §. 14. *ſub num.* 9.

44 Quartò ſi hæc inſtantia fuerit partium conſenſu prorogata Minſing. *centuria* 3. *obſeruat.* 49. de quo qualiter contingat dico *infrà* Pichardus *ſuprà dicto* §. 21. cum Petro Gregorio, Gaillio, & Cujacio.

45 Quintò vt fatalia non currant mortuo appellante, Creſcent. *deciſ.* 4. *hoc tit.* Riccius *ſuprà dicta collect.* 245. verſic. *limita octauo*; Nam vt iam dixi ex iuſto impedimento appellantis elapſo termino ad appellandum non officit appellaturo, aut appellanti, & exiſtente iuſto impedimento cum proteſtatione, & probatione per Teſtes ſi cauſa ſit talis, vt nequeat per Procuratorem expediri, Ioſeph. Ludouicus *in deciſ. Peruſ.* 56, Minſing. *cent.* 3. *obſeruat.* 59.

46 Limitabis ſextò propter doloſam Procuratoris negligentiam in non proſequendo appellationem, Creſcentius *deciſ.* 8. *hoc tit.* Caſador *in deciſ.* 5. *eodem*, Riccius *ſuprà*, & faciunt dicta *ſuprà in cap.* 4. *de Procuratore negligente ad appellandum*, quid ſi negligens ſit; non tamen doloſus *infrà q.* 2. verſic. *ad quartam*, & Valenſis *in dicto* §. 14. Rubrica *hic ſub num.* 10. ait contra Procuratorem dari actionem mandati, ſi ſoluendo ſit, ex *l. ſi remunerandi*, §. 1. *l. ſi Procuratorem*, *& l. à Procuratore*, *ff. mandati*, *l. ſi Procurator*, *Cod. de Procuratoribus*.

47 Septimò vt non currant fatalia hæreditate iacente, donec hæreditati iacenti detur Curator, Mohedan *in deciſ.* 10. pro quo videbis quæ dixi *ſuprà de præſcriptione hæreditatis iacentis*, *& vacua, in cap.* 8. *de præſcriptionibus q.* 3. verſic. *ad ſecundam*.

48 Octauo limita vt non currant facta alia appellanti ſuper attentatis, quia perſecutio attentatorum impedit curſum fatalium, Rota *in deciſ.* 15. *&* 29. *hoc tit. in nouis*, Riccius *dicta collect.* 245. verſic. *limita vndecimo*, de quo plura notaui *ſuprà in cap.* 1. *hoc tit.* & *infra* ago latè.

49 Nonò etiam ſuſpenduntur fatalia ſtante impedimento proueniente ex partis aduerſæ cauillatione Maſtrillus *in deciſ.* 185. quod dicit verum Riccius *ſuprà* in verſic. *limita* 12. licet ille loquatur in prima inſtantia.

50 Et ſic euenit vt mortuo etiam vno ex litigatoribus, teneatur alter ſuperſtes prorogare fatalia, ne ei currant, Mohedan *deciſ.* 10. *ſuprà*, & cum eo Riccius *dicta collect.* 245. ſub verſic. *limita* 10. videbis Valenſem *in Rubrica hic*, §. 14. *n* 4 *&* 5. de his duobus caſibus ſcribere.

51 Limita decimò, vt non currant fatalia in cauſis reclamationum à ſententiis Præfecti Prætorio, vt in Senatu Conſulto Neapoli, Afflictis *in deciſ.* 78. aliquid Capicius *deciſ.* 109. faciunt dicta de appellatione ad Imperatorem, Papam, ſeu ſupremum Conſilium, ſeu in prædicto caſu refert Riccius *dicta collectanea* 245. in verſic. *limita* 15. hodie prædictam limitationem non habere locum ex decreto nouiter interpoſito per eundem Senatum Conſultum, vt apparet ex *deciſ.* 13. Grammatici, & ex ſimili ſtatuto Senatus Gratianopoli, vt per Guid. Pap. *deciſ.* 135. alias duas limitationes refert Riccius *ſuprà*, verſic. *limita* 13. & verſic. *limita* 14. de quibus iam *ſuprà* adductum eſt.

Vndecimò limitabis in minore, cui datur reſtitutio ex iam dictis *ſuprà cap. præcedenti*, nam ſicut ei non currit tempus ad appellandum; Sic nec fatalia currunt ei ad proſequendam appellationem. Et pro ampliori tractatione adiunges dicta *ſuprà*, an minor, vel ruſticus, ſeu mulier reſtituantur aduerſus omiſſam litis conteſtationem, *in Rubrica de litis conteſt. q.* 15. Et an reſtituantur aduersùs omiſſam probationem *ſuprà in cap.* 31. *de Teſtibus q.* 2. verſic. *ad quartam*. 52

Ob idque in terminis, & reſolutiuè dico ob negligentiam Tutoris cauſarum dari minori reſtitutionem aduersùs lapſum fatalium proſequendæ appellationis, quamuis Tutor ſoluendo extiterit, ſic Barboſa *hic*, *num.* 12. cum Franchis *in deciſ. Neapol.* 475. *n.* 3. quidquid Ignacius de el Villar. *in ſylua reſponſo* 15. *q.* 5. dicat quod minor reſtituitur aduersùs lapſum temporis datum ad appellandum quando Tutor, vel Curator non eſt ſoluendo, tradit Barboſa. † Qui *num.* 13. refert plures agentes de illa quæſtione an reſtitutionem petens fatalium, debeat ſe probare læſum. Et pro affirmatiua, quam tuentur Minſing. Chanceran. Vincent. Alex. Laudenſ. Vincent. Cala & alij probatur ſatis *ſuprà* ex adductis de appellante, qui neceſſe habet probare impedimentum non proſequutæ appellationis, Alij inquam negatiuè reſpondent, inter quos Maſcardus *de probationibus concluſ.* 1273. *n.* 47. Amator Rodriguez *de modo examinandi proceſſum cap* 8. *à num.* 22. de quo iam dixi ſub dicta quæſtione an minor reſtituatur aduerſus omiſſam probationem. † Alij inquam diſtinguunt nam ſi minor eſt Reus in appellando reſtituatur, aut eſt Actor, & tunc non appellando non dicatur læſus abſque alia probatione, ſic Romanus, & Chacherranus, quos refert Barboſa, & pro hac faciunt notata *in cap fin. de re iudicata* & latè, *in cap fin* § *fin. de Iureiurando*. 53 54 55

Sed alij inter quos Menochius *lib.* 3. *de præſumpt. præſumpt.* 92. *ſub num.* 9. & Sfortia dicunt quod ſi loquamur de aliqua probatione ſummaria, ad docendum de bono iure petentis reſtitutionis in integrum, tunc veram eſſe communem ſententiam iam relatam, ſcilicet vt ſit neceſſaria probatio. Sin autem de probatione facienda ſuper bono iure minoris in cauſa principali hoc in caſu non eſſe neceſſariam, & ſic procedere ſecundam negatiuam, quemadmodum dicendi declarant Sfortia Oddus *de in integrum reſtitutione q.* 63. *art* 4. *ſub num.* 36. *p.* 1. Maſcardus *de probationibus concluſ.* 1223. *num.* 46. vt in caſu quo ipſe minor neceſſe non haberet probare læſionem, Appellatori tamen integrum ſit probare minorem non eſſe læſum; ſeu ius non fouere. 56

Iam pro complemento huius dubij quæritur num fatalia computentur in cauſis minoribus, & deciſum affirmat de Amatis *in deciſ.* 56. refert Riccius *dicta collect.* 245. *circa finem*. Sed de iure noſtro videtur in dubium ex dictis *ſuprà de appell. ad Concilia Ciuitatum*. † Et an tempus fatalium, tempus habeat in cauſis ſpiritualibus; item reſpondeo affirmatiuè cum eodem Amato 57 58

in

59 *in decis.* 69. & eodem Riccio. † Ad plures verò quæstiones de restitutione fatalium, tam aduersùs primum annum, quàm aduersùs secundum, est videndus Sfortia Oddus longè agens, *de restitutione in integrum parte* 2. *quæstione* 70. *& quæstione* 71. per septendecim Articulos omninò videndus, vt de fatalium prædicta concessione, optimè respondens; Ad alia de tertio fatali loco *infrà*, *in capite* 8. *hoc Titulo.*

QVÆSTIO II.

An Iudex appellationis faciat vim proferendi sententiam diffinitiuam post lapsum temporis ad prosequendam appellationem: Et an Ecclesiasticus faciat vim exequendo suam Sententiam post terminum datum à Iudice ad prosequendam appellationem: An possit fieri executio Sententiæ dato tempore ad appellandum, seu an mandari queat intra tempus appellationis: An deferatur appellatio Procuratore negligente in prosequendo etiam, quod soluendo non sit: Et an vt causa non dicatur deserta, sufficiat, vt commissio causæ esset posita in banco Cursorum infrà decem dies vbi ad plures casus, & de eius desertione, an terminus, siue dilatio currat articulo dissensus, vel alio præiudiciali pendente si opponens succumbat, & quid si habeat iustam causam litigandi, & fuerit ab expensis absolutus?

SVMMARIVM.

1 *Appellans, nec appellatus non admittuntur post terminum à iure concessum, tanquam si ab initio non fuisset prouocatum, numero* 2.

3 *Sententia lata post lapsum temporis prosequendæ appellationis non valet, vt latam à non suo Iudice.*

4 *Iudex Superior vim facit pronuntians post temporis lapsum, nisi constaret de impedimento.*

5 Cap. licet de sententia excommunicationis lib. 6. latè sub cap. Pastoralis, §. verum hoc tit. q. 4. à num. 14.

6 *Terminus vterque parificatur, siue legis, siue hominis, si in eo appellatio non sit prosequuta.*

7 *Iudex Ecclesiasticus exequendo suam sententiam, post terminum ad appellandum, & prosequendum appellationem, vim facit.*

8 *Declaratio Iudicis, & pronuntiatio in tempore ad appellandum, & prosequendam appellationem, erit verbum legis.*

9 *Iudex, à quo potest tempus anni rescisius moderari: Item, & biennij ad prosequendam appellationem, & præfigere terminum ad introducendam appellationem, non ad prosequendum appellationem.*

10 *Exequutio sententiæ fieri nequit dato tempore ad appellandum, n.* 11.

12 *Appellatio deserta dicetur, si non probetur dolus Procuratoris eam non prosequentis procedet etiam per viam restitutionis.*

13 *Dominus succurritur si Procurator, vel tertius soluendo non sit.*

14 *Appellatio deserta non dicetur, si commissio appellationis posita sit in banco Cursorum, n.* 17. *vel si iter arripiatur num.* 15. *vel per solum actum impetrationis rescripti, numero* 16. 18.

19 *Appellatio censetur deserta ex pluribus causis, & assignantur septem casus, n. sequentibus.*

27 *Iudex in dubio debet pronuntiare appellationem non esse desertam.*

28 *Deserta censetur appellatio, quoties reddiens pro Apostolis habuit reuerentiales, & infrà decem dies, non fecit committere causas.*

29 *Deserta censetur appellatio, vbi appellans penes regentem loco vice Cancellarij non institerit pro signatura commissionis obtinenda, & ad Cursores præferenda infrà viginti dies.*

30 *Deserta censetur appellatio, quando appellans infra annum, si habuit Refutatorios, non obtinuit committi causam appellationis, & citari ad dicendum.*

31 *Deserta censetur appellatio, quoties appellans cui datus est terminus iuris infrà eum non reddit pro Apostolis, vel causam commisit.*

32 *Deserta appellatio, quibus diebus censeatur ex constitutione Regni Neapoli, & quando de nullitate agatur, num.* 33.

33 *Nullitatis tractari potest appellatione deserta iuxta terminos constitutionis Neapoli, vbi de qua nullitate.*

34 *Deserta appellatio quos pariat effectus n.* 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41.

42 *Desertio appellationis attendi debet, & super ea pronuntiandum.*

43 *Desertæ appellationis cognoscit Iudex, à quo extitit appellatum.*

44 *Sententia super desertione appellationis est interlocutoria.*

45 *Princeps potest appellationem desertam admittere ex aliqua præsumptione verisimili, & reparare non alias inferior, numero* 46.

AD primam quæstionis partem, quæ idem habet, ac secunda quæstionis pars, breuiter respondeo ex ea adductis *hic*, *quæstione* 1. & ex dictis *cap.* 5. *suprà hoc Titulo.* Et ego claritatis gratia distinguo inter lapsum termini iuris, & hominis. Et quoad primum dico quod post terminum à iure concessum ad prosequendam appellationem, non admittitur appellans nec appellatus cum appellatio remaneat deserta, probat *Clementina si appellationem hoc titulo,* & probatur ex eo quia, vt iam dixi appellatio censetur deserta, quoties appellans eam non sit prosequutus intra tempus à iure præscriptum v. g. intra annum. 1

Retro enim fingitur nunquam appellatum esse, vt iam dixi, & *lege fin.* §. *illud, Cod. de tempore appellationis*, tanquam si ab eo minime fuerit prouocatum: Sic Maranta *in praxi*, *parte* 6. *actu* 2. *sub hoc Titulo*, *numero* 109. 2

Azeuedus *in lege 2. num. 34. Titulo 18. lib. 4. recopilationis*, Vestrius *de stylo Curiæ, libro 3. capite 6. numero 16.* Balboa *hic à numero 36.* & apparet ex Textu nostro, & *in capite sapè 44. hoc Titulo Clementina sicut eodem, leg si Præses, Codice quomodo, & quando Iudex Authentica ei, qui, lege fin. §. illud, Cod. de temp. appellat. dicta l. 2. tit. 8. lib. 4. recop.*

3 Vnde ad dubium respondeo sententiam diffinitiuam latam in causa appellationis post lapsum temporis prosequendæ appellationis non valere tanquam latam à non suo Iudice, & tradit Glossa magna *in dicta Clementina si appellationem*, per Textum illum: tradunt Hostiensis, & Butrius *in cap. extat hoc Titulo*, Alexander *cons. 114. volumine 1.* Rota *sub hoc Titulo in antiquis decis. 605.* vbi dicit ita fuisse obseruatum in Curia Romana, tradit Ceuallos *de cognition. per viam viol. p. 2. quæstione 146.* & est ratio; quia sententia lata à non suo Iudice, est nulla *cap. at si Clerici de Iudiciis*, vbi latè dixi, & sic contingere in Iudice appellationis, quia transacto tempore habetur non Iudex, ac si ad eum appellatio non interponeretur, ob idque iurisdictionem reddi ad primum Iudicem, ex *lege 2. in fine, Cod. de temporibus appellationum, l. si contra, Cod. hoc Titulo.*

4 Indeque fieri vim ab Ecclesiastico Superiore pronuntiante post temporis lapsum, nisi constaret impedimento non prosequentis, ex adductis, sic Ceuallos *suprà, num. 1. & 3.* Alexander Trentac. *lib. 2. variar. res. 5. Titulo de appellat.* videbis Riceium *collect. 645. ad dictam Clem. si appellantem*, & *infrà* in versiculu *ad vltimam.*

5 Nec obstat Textus *in cap. licet de sententia excommunicationis, lib. 6.* vbi sententia lata excommunicationis post appellationem legitimam, etiam postea deserta appellatione non conualescit, quia respondet ex Glossa *ibi*, Textum illum loquutum esse de sententia excommunicationis lata, quæ ipso Iure nulla est: sicque non conualescere, cum inferioris Iurisdictio suspensa sit per appellationem, *cap. cum contingat 36. de officio delegati, cap. per tuas 40. de sententia excommunicationis, cap. venientes de Iureiurando*, cumque ea sententia à principio fuisset nulla; non potuit postea conualescere desertione appellationis, *cap. non firmatur, de Regula Iuris, lib. 6. leg. quod ab initio 30. ff. eodem.* Nostrum verò Textum, & similia iura procedere in appellatione proposita post sententiam, quæ sententiam à Iudice prolatam non efficit nullam, sed suspensam, *cap. si à Iudice hoc Titulo lib. 6.* Ita docent communiter Doctores *in dicto cap. licet*, Lapus *allegatione 1. num. 10.* Dominicus *cons. 99. num. 4.* etenim nos loquimur de appellatione à sententia valida, quæ media appellatione suspenditur; Textus verò *in dicto cap. licet*, quoties appellatur à sententia nulla, quæ non conualescit appellatione deserta: expendit Præpositus *in dicto capite sapè 44 num. 36. hoc Titulo*, & mihi non abs re iste videtur intellectus, & si videam aliter interpretari Textum *in dicto cap. licet*, Balboam *hic, num. 49.* & Grañam *num. 11.* iuxta fictionem iuris, de qua dico *infrà in cap. Pastoralis, §. verum hoc sit.*

6 Ad secundam quæstionis partem, an Ecclesiasticus faciat vim exequendo suam sententiam post terminum datum à Iudice ad appellationem prosequendam, vt respondeam, prætermitto dictum, appellationem censeri desertam post terminum legis ad eam prosequendam, sicque sententiam firmam manere, & transire in rem iudicatam ex dictis iuribus procedere, non solùm in tempore legis elapso, sed etiam si appellans non prosequatur intra terminum præscriptum à Iudice; quia quoad hunc articulum vterque terminus patificatur vt hic, & *in cap 4. hoc Titulo*, vbi Abbas *numero 3.* Decius *numero 6.* Azeuedus *in dicta lege 2. titulo 18. lib. 4. recopilationis num. 36.* Balboa *hic sub num. 39.*

7 Vnde ad dubium respondeo Iudicem Ecclesiasticum exequendo suam sententiam post terminum lapsum ad appellandum, seu prosequendam appellationem, vim facere ex *dicta Clementina sicut hoc Titulo, & ex dicto cap. licet*, per quem ita probat Ceuallos *dicto lib. 2. de cognitione per viam violentiam quæstione 106.* & per Textum *in lege Præses, Cod. hoc Titulo*, docent Francus *in dicto capite 4. hoc Titulo*, Federicus de Senis. *cons. 27.* Afflictis *in constitutionibus Regni Siciliæ*, verbo *appellationi tempora*, & procedit ex eo quia Iudicis authoritas, est viua vox legis, *leg. nam & ipsum 8. ff. de Iustitia, & iure.*

8 Et cum lex concedat Iudici hanc facultatem abbreuiandi tempus ad prosequendam appellationem illa Iudicis declaratio, & pronuntiatio erit verbum legis, *lege 4. §. duas, ff. de damno infecto, lege 1. §. omnia, ff de veteri iure enucleando*: alia adducens Ceuallos, dicit *numero 6.* prædictam sententiam veram, & practicandam, quando fuit tempus sufficiens designatum à Iudice ad prosequendam appellationem secundum distantiam loci, & causæ qualitatem, vt docent Francus *in dicto capite 4. hoc Titulo*, quod dicit esse notandum Baldus *in dicta lege Præses, numero 2.* versiculo *& Iure Ciuili, Codice hoc Titulo* Grauat. ad Vestrium *lib. 7. cap. 20. numero 24.* versiculo *& quoniam*, & probatur satis hæc doctrina ex adductis hic à Balboa *à numero 22.* vbi iuribus in contrarium adductis *ibi, à numero 23.* respondet *à numero 32.* & ad quæ erit videndus Graña, etiam hic *à num. 8.*

9 Etenim Barbosa hic, *numero 14.* dicit quod Iudex à quo potest tempus vnius anni, seu biennij recisius moderari secundùm locorum distantiam, & personarum; ac negotiorum qualitatem, Scaccia *de appellationibus, quæstione 14. numero 50.* vbi *numero 51.* dicit quod Iudex à quo potest præfigere terminum ad introducendam appellationem coram Iudice, ad quem, non verò ad prosequendam, excipiendamque prosequutionem, quia esset ponere legem Iudici ad quem, quod Iudex, à quo non potest facere.

10 Ad tertiam quæstiunis partem, an possit fieri exequutio, dato tempore ad appellandum, suppositis quæ adduxi *suprà in capite quoad consultationem 15. de re iudicata*, breuiter nunc respondeo exequutionem fieri non debere, durante tempore dato ad appellandum, Glossa *in leg. vnica*, verbo *nouare, ff. nihil nouari appellatione pendente* Glossa *in cap. non solùm*, verbo

verbo *innouata hoc Titulo lib. 6. leg. 5. titulo 27. p.3.* vbi benè Gregor. Lopez *& l. 7. tit. 15. lib. 2. fori*, & ibi Montalbus Gratianus *regula* 180. Philippus Francus *in dicto cap. non solùm* vbi ampliat vno modo, , & limitat septem modis, & Speculator *tit. de exequutione sententiæ*, congerit septemdecim casus, quibus impeditur sententiæ executio, *in §. postremo, num. 1.* cum aliis alios congerit Rebuffus *ad constitutiones Regias Galliæ tit. de sentent. exequutoriis, art. fin. Glossa fin. à num.* 12. Petrus Dueñas *in Reg.* 273

11 Et licet Bartolus *in l. qui vltimo fin ff. de pœnis*, affirmat prædictam Regulam non seruari, sed Gratianus *Regula* 445. veram esse præcipuè in multis casibus, quos congessit Antonius Gomezius *tom. 3. variar. cap. 13. num.* 35. Videbis Couarruu. *in pract. cap. 23. 24. & 25.* Afflictis *decis. Neapol.* 341. *num. 4. & 5.* Felinus *in dicto cap. 15. de re indicata num.* 23. versic. *limita* 3. qui *in cap sequenti num. 5. de officio delegati*, eam regulam ponens cum tribus limitationibus congerit duodecim casus, in quibus executio, vel differtur, vel aufertur, benè Calderinus *tit. de sent. & re iudic. cons* 1. alios adducit idem Gratianus *dicta Regula* 445. & videbis quæ congerit Riccius *collect.* 1457. ad Textum *in l. non tantum, ff. hoc titulo*, de quo *in dicto cap. 15. de re indicata.*

12 Ad quartam quæstionis partem ex iam adductis *quæst. 2. & in dicto cap. 4 hoc titulo*, dico vt Procuratore negligente in prosequendo appellationem, etiam quod soluendo non fuerit, si dolus non probatur, appellationem desertam dici: itavt Domino non succurratur, tradit Riccius *collect.* 1619. ad Textum, *in cap. cum venissent*, vbi Glossa de institutionibus, quod ampliat procedere etiam per viam restitutionis in integrum, vt iudicasse Rotam testatur Crescent *in decisione 7. hoc Titulo*, Rota *in decisione 27. de Procuratoribus*, in antiquis, vbi dicit etiam quod Procurator non sit soluendo;

13 videndus Cassador. *in decis. 5. eodem.* † Et Valensis *in Rubrica hic, §. 14. sub num.* 10. *in fine*, quod vt Dominus sibi imputet necessum esse, vt negligentem Procuratorem elegerit, ex *cap. sapè 44. hoc Titulo, l. scret si, §. fin. ff de institut. l. cum mandato, §. fin. ff. de minor.* additque vt si tertius, vel Procurator soluendo non sit succurratur, & per restitutionem in integrum, ex Glossa *in cap. 8. hoc Titulo l. properandum, §. fin. Cod. de Iudic.*

14 Ad quintam quæstionis partem, an vt appellatio non dicatur deserta sufficiat fuisse positam commissionem causæ appellationis in Vanco cursorum infrà decem dies, & Crescentius *in decisione 1. hoc Titulo refert decisum*, quod excuset à desertione, & Cassadorus *in decisione 7 & 8. de appellation.* dicit sic pluries fuisse per Rotam amplexum, testatur Farinol. *in decisione* 57. reddit rationem Crescentius *decisione 88. eodem Titulo.* Quia in dubio non censetur appellatio deserta. Item etiam quia tempus datum assignetur, ad prosequendam, & inchoandam, non ad finiendam appellationem, ex Rota *in decisione 85. hoc Titulo in nouis*, sufficiet intra illud tempus inchoare, vel incipere, eadem Rota *in decis. 85. in antiquis, & in decisione 25. eodem titulo in nouis.*

15 Et ob id dicit Riccius *in collect. ad Textum, in lege 1. si qis cautionibus*, vbi Castrensis 1620. Fermosin. de Exceptionibus.

secundum prædictas diuisiones sufficere in appellationibus extra Curiam iter arripere, Rota *in decisione 13. eodem, in nouis, & decis. 20. eodem in antiquis*, Bellameta *in decisione* 719. Valensis *in Rubrica hic, § 13. numero fin. in fine*, dicens quod si Iudex, à quo prout fieri solet, simpliciter præfixeri pserit terminum ad appellationem prosequendam, sufficiat qualitercumque prosequi, etiam per solam itineris arreptionem † Vel per solum actum impetrationis rescripti, licet non doceatur de litteris impetratis, nisi consuetudine, vel statuto, aliud obtineat *ex cap. ex parte hoc Titulo, capite dilectus de rescriptis*, aliquid *infrà* dico, *in fine quæstionis.* 16

Et licet in Curia aliquid vltra requiratur 17 sufficiet tamen diligentiam facere coram Regente Cancellariæ pro commissione signanda, Crescentius *in decisione 8. hoc Titulo.* † Imo 18 Bellameta *in decisione* 249. quem sequitur Riccius *dicta collect.* 1620. dicit quod per solam impetrationem rescripti appellationis, dicatur, quis appellationem prosequi, *ex cap. ex parte, cap. dilectus hoc tit.*

Ad vltimum de casibus desertionis, & de 19 eius effectu satis patet ex dictis *suprà quæstione 1. versic. ad quartam*, & *in Rubrica sub quæstione 2.* cum ergò iam *suprà* sub hac principali quæstione dixerim ex nostro Textu, quod prosequutio appellationis desertæ non impediat, quin sententia transeat in rem iudicatam; ideò nunc inquiro, quando, & ex quibus causis appellatio censeatur deserta, & ex dictis breuiter.

Respondeo desertam appellationem censeri, quando sententia non pronuntiatur infrà fatalia; licet conclusum sit in causa, Rota *in decisione 25. hoc Titulo in antiquis, & in decisione* 38 † Item vt dixi, censetur deserta per lapsum fatalium, Besignet *in decisione 1. eodem Titulo.* † Tertiò quando appellans aliquid attentet appellatione pendente, Mynsing. *cent. 2. obseruatione 50.* 20 21 22

Quartò appellatio interposita per coniunctum intelligitur deserta ex eo quod non fuit ratificata intra decem dies, Rota Marquiæ penas de Amatis *in decis.* 3. 23

Quinto appellatio ab interlocutoria non admissa, nisi etiam ab ista non admissione prouocetur, habetur pro deserta Mynsinger *centuria 2. obseruatione* 49. † Sextò dicitur pariter deserta, si non fuit appellatum intra decem dies; qui dantur ad appellandum, idem Mynsinger. *centuria 3. obseruatione* 22. dixi *suprà in cap. 4. hoc Titulo.* 24 25

Item dicitur deserta, si in primo anno causa tantùm sit commissa secundùm Achilem de Grasis *in decisione 11. de appellationibus*, hæc congerit Riccius *collect.* 645. *ad Clem si appellantem hoc Titulo*; vbi dicit procedere etiam in casibus Capellæ Tholosanæ *decis.* 394. & Guid. Pap. *in decisione* 437. 26

In dubio inquam, vt iam adduxi debet Iudex pronuntiare appellationem non esse desertam, vt pulchrè aduertit Maynardus *in decis. Rotæ Tholos.* 41 *lib. 2.* Mynsing *centuria 3. obseru.* 22. quas notat Riccius ad originale dictum Castrensis *in dicta l. 2. ff. si quis cautionibus*, idem Riccius *ad collect. lege 1. ff. eodem* 1620. idem super Glossam *dict. l. 1. in collect.* 1273. 27

decisione 185. Balboa *hic num.43. in fine*, vbi dicit nullum alium præter Principem posse supplere defectum desertionis, Azeuedus *num.* 29. *cap.4. Prætor* versic, *sicut.n.12. lib.1.*

QVÆSTIO III.

An appellans à quocumque grauamine teneatur acta omnia ad Iudicem proferre: Et intra quæ tempora appellans teneatur se præsentare, vt desertionem appellationis effugiat: An litigatores possint terminum appellationis prosequendæ, non solum suspendere, sed & prorogare, aut abbreuiare, quid de Iudice: Et an statuti breuioris termini dies sit spectandus?

SVMMARIVM.

1 *Appellans à quocumque grauamine tenetur acta omnia ad Iudicem transferre, vt nullitas inde proueniens non excusetur præsumptione boni iuris, num.2.*

3 *Sententia lata à Iudice appellationis, non transportatis actis, est nulla, & si in commissione adsit clausula, quam, & quas numero 4.*

5 *Acta sunt transportanda ad Iudicem, ad quem à quocumque Iudice, etiam Ecclesiastico, & quibuslibet causis.*

6 *Acta transportata non habent necesse produci coram Iudice appellationis parte citata, fallit num.7. & 8..*

9 *Appellans intra quem terminum teneatur se præsentare coram Iudice, ad quem, & coram Rege, num.10.*

11 *Terminus ad se præsentandum appellans coram Iudice ad quem, nec sit cum processu causa, num. 12.*

Leg.2. titulo 18. lib. 4. recopilationis, & num. 13.14.

12 *Prouisio, & compulsoria datur appellanti ad transferendum processum.*

13 *Deserta censetur appellatio, si post terminos appellans se præsentauit, & constiterit de iniustitia Sententiæ, & pars opponat de desertione, sed etiam ex officio Iudicis, n.14.28.*

14 *Deserta appellatio censetur ipso iure, transacto termino, respectu Iudicum inferiorum, non sic respectu supremorum.*

15 *Litigatores num possint suspendere terminum appellationis prosequendæ, aut prorogare,* n.sequent. 16.

16 *Prorogandi terminus prosequendæ appellationis consensum partium, nequit secundum quosdam, affirmant alij,n.17. 18.*

18 Cap. oblatæ infrà hoc tit. l. nemo, Cod. de temporibus appellat.

19 *Terminus prosequendæ appellationis potest per partes coarctari, & abbreuiari: quid per Iudicem .n. 20.21.22. aut in Rota, n.21.*

21 *Rota potest semel, bis, aut pluries terminum prosequendæ appellationis prorogare, item & abbreuiare.*

22 *Iudex potest terminum appellationis prosequendæ abbreuiare, itavt alias censeatur deserta appellatio, & Sententiam suam mandari executioni, num.23.*

Fermosin. de Exceptionibus.

24 *Iudex poterit arctare terminum appellanti ad petendum Apostolos.*

25 *Iudex à quo nequit ad definiendam appellationem terminum breuiorem assignare, & Iudici ad quem illum præscribere, vide numero 29.*

26 *Finire causam non est in potestate appellantis.*

27 *Terminus legis, seu ab homine assignatus prosequenda appellatione differunt.*

28 *Iudex Ecclesiasticus poterit præfigere terminum, vt appellans se præsentet, & ex transacto declarare appellationem desertam.*

29 *Iudex à quo cognoscit de causa, si appellans eam non prosequatur, & reassumit iurisdictionem transacto termino à sedato, num.30.*

31 *Iudex à quo potest breuiorem terminum præscribere, vt appellans prosequatur appellationem, etiam quando appellationem reiecit, & postquam detulit appellationem, num.31.*

33 *Iudex à quo, qui coarctauit terminum appellationis prosequendæ, poterit eo transacto prorogare, eo tamen transacto non admittere moræ purgatio, num.34.*

35 *Terminus appellationis prosequenda, non dicitur transactus, vt appellatio censeatur deserta, si appellans misit nuncium, aut arripuit iter.*

VT primam difficultatis partem abundantius exornes: Adiunges nonnulla dicta *suprà in cap. at si Clerici de Iudiciis*, aliqua *in capite 1. & in capite quoniam contra falsam de probationibus*: Quare nunc breuiter dico, quod si quis in casibus à iure permissis appellauerit, aut de aliquo grauamine conquestus fuerit, teneatur acta omnia ad Iudicem appellationis, transferre, præsertim hodie stante Trid. dispositione, *sessione 24. capite 20 §. præterea de reformatione*, quod procedit in quocumque Iudice, vt censuit Rota in vna Placentina administrationis Sacramentorum, primo Decembris 1567. coram Lanceloto; Et iterum in vno Maiorg. Officij Pœnitentiariæ 1591. coram Illustrissimo Blanquero: Tradit Riccius *Collect.* 1156. sic in praxi seruari super *lege 2.* vbi Glossa, & Bartolus *Cod de edendo.* 1

Et addit vt talis nullitas non excusetur præsumptione Iuris; Sed parte opponente debeat prius Iudex de ea cognoscere, Puteus *decisione 72. lib. 3* & sæpius censuit Rota Romana, præsertim in vna Pontium decimarum 4. Iulij 1176 coram de Grasis in Vesulana Spolij 5. Maij 1586. coram illustrissimo Plato, & iterum in vna Venetum illegitimitatis 26. Februarij 1597. coram Pennia. 2

Congerit plures Barbosa *in dicto capite* 20. *Trid. numero* 68. dum ait quod sententia lata à Iudice appellationis, non transportatis actis est nulla. 3

Quod ampliabis procedere, quamuis in commissione appellationis adsit clausula *quam, & quas*, Statil. Pacificus *decisione* 30. Riccius *suprà*, & ea ratione; quia post Tridentinum Concilium signatura, & Rota intelligunt dictam clausulam; vt non operetur nisi transportato processu in causis appellationum, vel ab eis dependentium Rota in vna 4

Valentina Parochialis 13. Ianuarij 1580. coram illuſtriſſimo Blanqueto : tradit plura cum pluribus Barboſa *in dicto cap.* 20. *Trid. à num.* 60. Farinacius *conſ.*69. *num.*3. & 4. Stephanus Gratianus *diſceptation. Forenſium cap.*121, *num.* 15. Riccius *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol. p.* 4. *deciſione* 334. *num.* 1. Giurba *deciſione* 29. Nauarius *in ſingul. Iuris Canon. concluſione* 7. Narbona *in lege* 33. *Gloſſa vnica*, *num.* 5. *tit.* 25.
5 *lib.* 4. *recepilationis.* † Et Gratianus *ſuprà à numero* 18. reſoluit procedere, etiam in actis factis in partibus coram Iudice delegato, & Riccius *ſuprà dicta collect.* 1356. Gratianus *ſuprà à num.* 20. Alexander Ludouicus *deciſione* 508. *num.*11. ibi Beltram: *num.* 15. dicunt procedere in quocumque Iudice, & in Eccleſiaſtico, & in cauſis tantum Eccleſiaſticis cenſuit Romana Signorum 23. Iunij 1603. coramm Cardinali Sacrato, & ex aliis deciſionibus probat Barboſa *num.* 62. qui *num.* 63. probat etiam procedere in cauſis prophanis vertentibus coram Iudice Eccleſiaſtico, vt ex ſententia Sanctæ Congregationis Concilij firmauit, Rota in Laudiem. dominij Deſteuordia 13. Iulij 1623. coram Coccino Decaco reprobata, *deciſione* 106. *in princip. parte* 4. *diuerſ.* in qua dictum erat Concilium *in dicto cap.* 20. §. *prtaerea* habere locum, etiam in prophanis, prout econuerſò diſpoſitio Concilij intrat in omnibus cauſis Eccleſiaſticis vertentibus coram qnocumque Iudice : etiam non Epiſcopo; licet verba Concilij videantur ſonare in cauſis vertentibus coram Epiſcopo ex Coccino *deciſione* 274. *num.* 3. & D. Rota Leodien. Alia videnda *à num.* 64. refert idem Barboſa vſque ad 80. de quibus iam alibi.

6 Et etiam aduertendum eſt pro materia præfati dubij, & materiæ, quod quando acta fuerunt tranſportata, non eſt neceſſe vt producantur coram Iudice appellationis, parte citata; Ad quod pulchrè, & omninò videnda eſt deciſio Rotæ diuerſorum 688. *parte* 1. & iterum in vna Tholoſana primitiarum 27. Februarij 1581. coram Seraphino, vbi fuit declarata Bartoli authoritas *in lege naturaliter*, §. *nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſ.*

7 Vt procedat quando non conſtat, quod acta fuerunt tranſportata, vel quando ſumus in diuerſa cauſa coram eodem Iudice, Riccius *ſuprà*
8 *dicta collectanea* 1356 *in fine.* † Vbi addit ita quoque intelligi debere, Rotam *in deciſione* 1. *de fide inſtrumentorum in nouis*, dum voluit, quod reproductio fiat cum partis citatione; quia non procedit, vbi acta ſunt tranſportata : Aliqua dixi *ſuprà in Rubrica quæſtione* 5. ſub verſiculo *ad quintam*, quæ conducunt dubio, de quo hîc.

9 Ad ſecundam quæſtionis partem, intra quæ tempora appellans teneatur ſe præſentare coram Iudice ad quem; vt deſertionem effugiat, vt ſatius reſpondeas repetes quæ latè adduxi *ſuprà in Rubrica dicta quæſtione* 5. toto verſiculo *ad quintam*, quare nunc quid de Iure Regio obſeruetur; aſſigno igitur *l.* 2. *tit.* 18. *lib.* 4. *recopilationis*, vbi cauetur quod appellans ſe præſentare debet coram Iudice appellationis intra terminum à Iudice à quo ei deſignatum, Sin autem deſignatus non ſit id facere tenebitur coram Rege, vltra portus intra quadraginta dies, citra portus vero intra quindecim dies.

10 Si vero Rex ſit in Ciuitate, vel appelletur à Iudicibus Oppidi ad Iudicem Superiorem in eodem Oppido cómorantem intra tertium diem à Iudicibus vero termini terræ, & Iuriſdictionis ad Iudices Oppidi intra nouem dies, & die quo fuerit appellationi delatum, quod ſi in his diebus, & terminis appellans, nondum ſe præſentauerit ſententia tranſibit in rem iudicatam.

11 Et addo quod terminus ad ſe præſentandum poterit etiam à Iudice pro cauſæ qualitate mutari, vt conſtat ex *dicta lege* 2. *Titulo* 18. *lib.* 4. *recopilationis*, ibi *al plaço què el Iuzgador lo puſiere*, vbi notat Azeuedus *num.* 3. quod ſi terminus præſentationis à Iudice non ſit aſſignatus; tunc ſeruabitur terminus legalis.

12 Quæ præſentatio regulariter fit abſque proceſſu, & ſtatim appellanti datur prouiſio Regia, quæ vulgò vocatur *mejora*; quæ eſt citatoria; Nam per illam pars appellata citatur, *lege* 5. *Titulo* 18. *lib.* 4. *recepilationis*, & compulſoria namque illa compellitur Tabellio, tranſumptum proceſſus parti appellanti dare, tradit hîc Balboa ſub *numero* 31. de cuius praxi dixi *ſuprà in cap. fin. de foro competenti*, *quæſt.* 4. *ſub* §. 2.

13 Dubium vero eſt; an ſi facta per appellantem præſentatione poſt dictos terminos, & ea admiſſa conſtauerit de iniuſtitia ſententiæ, à qua fuerit appellatum, ſi pars de deſertione oppoſuerit, ſit eo caſu ſeruandus, *dicta leg.* 2. *Regia*, ſtylus, & Rigor, & hanc difficilem vocans Gutierrez *libro* 1. *pract. quæſtione* 103. reſpondet eo caſu proculdubio deſertam eſſe appellationem, & ſententiam tranſiſſe in rem iudicatam, à qua reſolutione, quamuis nimiam contineat ſeueritatem, putat Balboa *hic. ſub numero* 11. recedendum non eſſe, quia dicta lex Regia formam circa præſentationem coram Superioribus ſeruandam, præſcripſit cum clauſula *decreti irritantis*, ; hoc eſt deſertionem appellationis inducentem; Nam ſibi imputare debet appellans quod intra proximum à lege terminum non ſe præſentauerit, & pro reſolutione faciunt quæ longè adduxi *ſuprà*, & notaui *quæſt* 2. *præced. in fine.*

14 Obſtat dicere Iudicem ad vtilitatem priuatam non poſſe officium ſuum impertire, *ex lege* 4. §. *hoc autem*, vbi Doctores, *ff. de damno infecto* : Ergo ſi appellatus non oppoſuerit deſertionem, non debebit Iudex appellationem deſertam eſſe, declarare : Sed reſpondeo cum Maranta adducente plures *de ordine Iudiciorum*, *parte* 6. *hoc Titulo*, *numero* 398. & cum Balboa *hic*, *numero* 12. quod Iudex ex officio parte non opponente debet declarare appellationem eſſe deſertam : quia cum ex lege ipſa iam ſit deſerta, & ſententia tranſierit in rem iudicatam, non eſt cui poſſit iterum cognoſcere de re iam finita; Et ſic ſeruandum, & practicandum à Iudicibus inferioribus, reſoluit Balboa, ſecùs à ſuperioribus; Quod vltimum in Cancellariis, & Supremis Conſiliis video practicari, ad quod adiunges quæ dixi *ſuprà*, *quæſtione* 2 *numero fin.* Ita reſoluit deciſio Senatus Luſitaniæ 33 *numero* 1. *in* 1. *parte*, & latè agens, diſſoluens fundamenta contraria; ipſe Gutierrez omninò videndus.

Ad

15 Ad tectiam quæſtionia partem, an poſſint litigatores, non ſolùm ſuſpendere terminum appellationis proſequendæ, ſed, & prorogare, aut abbreuiare, & ſuppoſitis quæ adduxi *ſuprà in cap. venerabilis* 20. *de Iudiciis an poſſit Iudex pronunciare, inſtantia perempta, ex partium prorogatione* & agens Balboa *hic* duas contrarias refert, *num.*18. quam ſuprà retuli *in cap.*4. *& ſu-*
16 *prà ſub quæſtione* 2. † Et ſic breuiter in propoſito refero aliam negatiuam tenentes opinionem, nempe vt nequeat terminum prorogare, Bartolus *in Authentica ſi tamen*, *num.*3. *Cod. de temporibus appellat.* Veſtrius *in praxi lib.*7. *cap. vltimo*, *num.*18. vbi Grauat. *num.*42. in verbo *licet tempora* Mathesil. *ſingulari* 24. Tiraquellus *de retractu*, §. 7. *gloſſa* 2. *num.*14. Auendañus *reſponſo* 2. *num.*6. Scaccia *de appellationibus*, *quæſtione* 14. *num.*30. Bobadilla *in politicu lib* 3. *c.*8. *num.*190. Ignatius de el Villar *in ſylua reſponſo* 15. *à num* 1. ſequitur cum aliis Barboſa, quorum ratio eſt ne lites fiant immortales contra publicam vtilitatem, ex longè dictis *ſuprà in*
17 *cap. finem litibus de dolo.* † Et affirmatiuam tenentes, quos improbat Barboſa, ſunt Maranta *de ordine Iudiciorum part.* 6 *actu* 2. *hoc titulo*, *num.*236. Sucinus *regula* 226. *in fine*, Theſaurus Pedem. *deciſione* 244. *num* 7. Chacheranus *deciſione* 28. *num.*16. videbis Sigiſmundum, Scaccia *ſuprà quæſt.*13. *num.*118. & probant Doctores ex Iuſtiniano *in l. fin.* §. *fin. Cod. de tempor. appellat.* vbi expreſsè cauetur pactis litigantium fieri, vt nullus ſeruetur fatalis in verſic. *legum.* Et Valenſis *in Rubrica hic* §.14. *à num.*5. ait pactu, & Mutuo conſenſu partium poſſe terminum ſuſpendi; eo quod tempus proſequendæ appellationis detur vtrique parti. Et ſic hoc Iure noſtro eis permitti ſuſpenſionem fatalium ex *Clementina quamdiu hoc titulo*, item & prorogationem ex *dicta l. fin.* § *fin. Cod. de temporibus appellationum*. *l. quod ſi nolit*. § *ſi quid ita ff. de edilitio edicto*, *cap. de cauſis* 3. *de officio deleg.*

18 Nec obſtat Textus *in cap. oblata hoc titulo*, quia loquitur in Iudice, cui permittitur abbreuiare, ſed non prorogare. Nec Textus *in l. nemo*, *Cod. de temporibus appellat.* quia loquitur de reparatione quæ fit finito tempore: hic tamen de prorogatione, quæ fit durante tempore, ex *l. ſed etſi manente* §. *de procurator*, videbis latè Marantam *p.*5. *in praxi n.*23. Gailium *lib.*2. *obſeruat.*141. & Valenſem *ſuprà n.*6. vbi alia adducit videnda.

19 De ſecundo membro an poſſint litigantes breuiare, & coarctare terminum proſequendæ appellationis, breuiter reſpondeo, poſſe ipſum appellantem ſibi breuiorem præſcribere terminum, prout præſcribere poteſt, *cap* 24. *cap.*37. *cap.* 64. *hoc titulo*, modo tamen is ſit congruus, & conueniens *cap.*14. *hoc titulo*, Andreas Valenſis *in Rubrica*, §.13. *num* 5. vbi ait quod appellatus non permittitur nimis accelerando terminum, aut appellantem præuenire ex *dicto cap.*44. *in fine*, vide *dicta quæſt.*4. *de his duobus dubiis dixi in cap.*1. *de dilationibus*, *quæſt.*3. verſiculo *ad vltimam.*

20 Ad quartam partem, an Iudex poſſit prorogare terminum appellationis proſequendæ reſpondeo ex dictis *ſuprà in cap.*4. verſic. *ad quartam*, vt ſub noſtro Textu & pro latiori tractatione repetes quæ latè dixi *in cap.*1. *de dilationibus* *in quæſtione* 2. cum aliis.

Sed quod in Rota Romana extet ſtylus, & 21
praxis ex conceſſione Innocentij VI. vt auditores Rotæ poſſint prorogare fatalia appellationis, ſemel, bis, ter, & quoties arbitrio Auditori uidebitur: tradunt Scaccia *de appellationibus dicta quæſt.*15. *num* 220. citat poſt alios Veſtrium *in praxi lib.*3. *cap.*5. *ſub num.*4. Barboſa *hic num.*17. *in fine*, Marcheſanus *de commiſſione* 7. *prorog. fatalium*, *cap.*1. *num.*8. Reginel. *in tractatu de appellationibus* §.10. *gloſſa* 1. *num.*5.

Sed an poſſit terminum abbreuiare affirma- 22
tiuè reſpondeo ex iam adductis *hic & in cap.*4. item & *ſub cap.*1. *de dilationibus*, vbi longè adduxi ad alium propoſitum: quare nunc breuiter dico ex hoc Textu Iudici permitti terminum abbreuiare, taliter vt appellatio maneat deſerta, ſi appellans intra tempus illud, non introduxerit, & proſequutus fuerit eandem aliquo, & qualicumque modo, & ſententiæ, ac Iudicio Iudicis ſtare compelletur, iuxta Textum *in dicto cap. perſonas* 4 *hoc titulo*, perinde, ac ſi per lapſum termini Iure definiti, in cuius locum ſuccedit terminus à Iudice præſcriptus, Gloſſa *in Clement. ſicut hoc titulo*, Innocent. *in cap ex ratione* 8. *& in dicto cap. perſonas*, *num.*3. *&* 4. *& hic num.*4 Gailius *obſeruat.* 104. *num.*2.
Andreas Valenſis *in Rubrica hic d.* §.13. † Vbi 23
addit quod poteſt Iudex lapſo termino à ſe præſcripto ſententiam ſuam mandare exequutioni, etiam non ſpectato lapſu termini Iuris ex *dicto cap. perſonas* ibi *ex tunc Iudicio suo ſtare compellas* nam dictio *ex tunc* extremum temporis momentum ſignificat *l.*4. *ex vltimo*, *ff. de condit. & demonſtrationibus*, *l. in ſubſtitutione*, *ff. de vulgari, & pupill. l. vltima*, *ff de fideicommiſ. libert.* cum multis de eo loquitur Barboſa *dictione* 118. vbi de aliis ad dictam dictionem ſpectantibus.

Itaque poterit Iudex à quo arctare terminum 24
appellanti ad proſequendum, ſeu petendum Apoſtolos. illumque limitari de quo Zerola *in praxi Epiſcop. p.*1. verbo *appellatio* Scaccia *de appellationibus dicta quæſt.*13. *à num.*214.

Dubium tamen eſt an ad finiendam appella- 25
tionem poſſit Iudex à quo terminum breuiorem appellanti aſſignare, & breuiter negatiuè reſpondeo, quia nequit Iudici ad quem præſcribere terminum, vt cauſam appellationis expediat Abbas *hic num* 11. *&* 12. Franchis *num.*2. *notab.*2.
Decius *num.*15. *fallent.*5. † Scaccia *dicta quæſt.*15. 26
*num.*118. qui reddit rationem, quia finire cauſam appellationis, non eſt in abſoluta voluntate, & facultate appellantis, cum dependeat etiam à Iudice appellationis, qui eſt ſuperior Iudice à quo, cui talem legem imponere non poteſt, probat Textus *in cap. ex Inſinuatione* 30. vbi Barboſa, cum multis Valenſis *dicto* §.13. *num.*3.
† Quare cum Vrameſio *in dicto cap. perſonas hoc* 27
titulo, in hoc differre terminum ab homine aſſignatum à termino Iuris, quod iſte ſit etiam non ſolùm ad proſequendam, ſed etiam ad finiendam appellationem: idem docent Barboſa *in dicto cap. ex inſinuatione*, & Scaccia *ſuprà* in verſic. *tamen*, dicentes ideo procedere, quia illa coarctatio, ſeu termini elongatio concernit Ius partis.

Itemque poterit Iudex Eccleſiaſticus appel- 28
lanti præfigere terminum, vt intra illum coram

Iudice ſuperiore ſe præſentet cnm proceſſu, & eo tempore elapſo declarate appellationem eſſe deſertam, Dueñas *regula* 42. *limitat*.22. Maranta *de ordine Iudicior. p.6. actu* 2. *num* 235. Rebuffus *tom.3. ad leges Galliæ, hoc tit. art.15. gloſſa* 1. *num* 13.

29 Itaque abſolutè vetum eſt, vt Iudex à qno
præfigat terminum appellanti ad appellationem
proſequendam. Riccius *collect*. 1743. ad
Textum *in cap. reprehenſibilis* 26. *hoc titulo*. Addens
ex hoe prouenire, quod idem Iudex à quo
non obſtante, cognoſcat de cauſa, ſi appellans
non proſequatur, Lanfianch. *in deciſione* 23.
30 facit Textus *in cap. ad hac hoc titulo*. † Et
inde etiam infert Riecius cum Hartam, quod
Iudex à quo elapſo termino à ſe dato reaſſumat
Iuriſdictionem, ſi appellans non proſequatur, &
deſinat labi termioum.

31 Hinc eriam vt verius admitto poſſe Iudicem à quo hunc terminnm breuiorem præſcribere, non ſolùm quando admiſit appellationem, verùm & quando eam reiecit, quia id facit ad celeriorem cauſæ expeditionem, ne ſententia à ſe lata maneat diutius in ſuſpenſo, & vt occurratur malitiæ, appellantium ad exequutionem ſententiæ differendam, ac tanto citius per ſuperiorem cognoſcatur rectè ne appellationem admiſerit, vel reiecerit, de quo iam *ſuprà*.

32 Item etiam verius eſt Iudicem à quo poſtquam detulit appellationi, poſſe huiuſmodi terminum præſcribere, ex interuallo, *cap*.1.verſic. *poſt hoc titulo, lib*.6. Valenſis *in dicto* §.13. *num* 6. *in fine*.

33 Facilius etiam erit ei Iudici poſtquam breuiorem
terminum præſcripſerit eundem, priùs
quàm lapſus ſit, prorogare *l. ſed etſi* 5. *ff. de
precario*, quaſi quamdiu decurrit is in eius ſit poteſtate,
& ad illum perdurer Iuriſdictio, Rota
deciſione 35. *aliàs* 384. *in antiquis* Decius *in dicto*
34 §.13. *dicto num*.6. verſic. *facilius*. † Vbi addit
quod ſi lapſus ſit ante prorogationem ſententia
immutabiliter tranſeat in rem Iudicatam, *dicto
cap. perſonas l. vltima*, §. *fin. Cod. de temporibus
appellation*. nec vllam admitti purgationem moræ,
quia cum terminus ille ſit peremptorius,
cap. ſæpè. 44. *hoc tit*. euenit vt mora contractu,
ſtatim ſubintret legis diſpoſitio, hoc eſt deſertæ
appellationis effectus.

35 Vnùm tamen notabis, vt certo termino, conſtituto à Iudice à quo ad proſequendam appellationem, ſufficiat quod appellans, infrà illud tempos mittat nuncium ad Iudicem ad quem cauſa introducendi Capella Tholoſana *deciſione* 445. Riccius *collect*.1743. verſic. *quaritur ſecundo*, dicentes fuiſſe deciſum, quod ſufficiat itineris arreptio ad ſatisfactionem termini ad appellationem proſequendam.

QVÆSTIO VI.

An Iudex ad quem poßit appellanti præfigere terminum ad appellationem proſequendam: Et illum abbreuiare: An appellatus poßit appellanti præfigere terminum: Vel an poßit præueniendo appellantem intra terminum præfixum impetrare Iudicem, ſeu commißionem cauſa: Et quando dicatur nimium præcurriſſe in impetranda commißione cauſæ: An eo ipſo, quod Iudex præfigit terminum ad proſequendam appellationem cenſeatur illam admittere, ſi à principio non fuiſſet recepta: Et an debeat terminum aſſignare in eodem contextu admiſſæ appellationis: Vbi de aliis dubiis, & quæſtionibus remiſſiuè?

SVMMARIVM.

1 *Iudex ad qnem nequit præfigere terminum appellanti, vt proſequatur appellationem niſi in magna cauſa, num*,2. *aut ſi periculum immineret, vt in electionibus, num*.3. *& cauſa matrimoniali, num*.4.

5 *Appellatus nequit appellanti præfigere terminum, vt proſequatur appellationem nec legem illi imponere*.

6 *Appellatus nequit præueniendo appellantem impetrare Iudicem, ſeu commiſſionem cauſa, niſi in ea faciat mentionem de termino: expenditur, n*.7.

8 *Terminus à neutra parte præueniri ſtatutus à Iudice*.

9 *Commiſſio impetrata ab appellato præuento appellante, eſt nulla*.

10 *Appellatus poterit præueniendo appellantem impetrare Iudicem, & commiſſionem cauſæ non coactus facere expreſſionem, ſi nec Iudex, nec appellans ſibi præfixerit terminum dummodo nimium non properet, & num Senatus cognoſcat, n*.11.

12 Cap.oblatæ 57.hoc tit *de non præueniendo partem appellantem non habet locum in curia, vbi ſtatim datis Apoſtolis, pars appellata poteſt impetrare commiſſionem ſuper apellatione*.

13 *Appellatus, ſi renunciat puncto appellationis, poteſt Iudex ſuper principali cognoſcere, prætermiſſo articulo appellationis*.

14 *Appellatus quando dicatur nimis præcurriſſe tempus, relinquitur arbitrio Iudicis: quid vel ante menſem anni, aut in vltimo menſe, n* 15.

16 *Iudex eo ipſo, quod præfigit terminum, vt appellans proſequatur appellationem, num cenſeatur appellationem admittere*.

17 *Iudex à quo, non tenetur præfigere terminum appellanti, in eodem contextu, quo ei appellationem defert*.

18 *Iudex à quo abſque vitio attentatorum, elapſis fatalibus primi, & ſecundi anni, exequitur ſententiam*.

19 *Appellās à ſententia lata extra Romanā Curiā, non aſſignato termino à Iudice, nec a ſe ipſo, habet annum ad proſequendum ex cauſa bienniū*.

20 *Quæſtiones nonnullæ pro materia bis aſſignantur remiſſiuè*.

AD

1 AD primam quæstionis partem breuiter respondeo non posse Iudicem præfigere terminum à iure statutum : Sic Andreas Valensis *in Rubrica huius tituli*, §. 13. *num.* 7. tradit decisum Capella Tholosana *in decis.* 197. ex eo Riccius *collect.* 1743. ad Textum *in cap. reprehensibilis hoc tit.* versic. *quæritur primo*, vbi dicit id non posse sine cognitione causæ, & adducit Textum
2 *in cap. oblata*, §. *superiore* 57. *hoc tit.* † Ob idque eadem Capella Tholosana *decis.* 426. ait posse ex
3 eadem causa terminum assignare. † Et sic Valensis *dicto num.* 7. ait quod vbi periculum ex nimia dilatione immineret, & in causis spiritualibus electionum, postulationum, & aliis beneficialibus, quæ cum causam publicam aliquo modo continent, debent accelerari, potest iu-
4 dex ad quem terminum abbreuiare. † Sicut & in causa Matrimoniali ob periculum incestus, vel Adulterij iuxta Textum *in cap. quoniam frequenter*, §. 1. *vt lite non contestata*, etenim in causa alimentorum ob periculum vitæ *l. necare*, *ff. de agnosc. liber.*

5 Ad secundam quæstionis pertē an appellatus possit appellanti terminū præfigere breuiter respōdeo negatiuè, ne in illius sit potestate, vt *suprà* adduxi appellantem nimium coarctare, & Aduersario suo legem ponere Ioannes Andreas, & Panormitanus *in cap. personas* 4. *hoc tit.* sicut nec nimis accelerando permittitur terminum, aut appellantem præuenire, *ex cap. sæpe* 44. *hoc tit.* Valensis *in Rubrica*, §. 13. *sub num.* 4. & confirmatur ex dicendis.

6 Ad tertiam quæstionis partem respōdeo quod cum à Iudice, vel ab ipso appellante fuerit præfixus terminus (cum vt iam quæst. præcedenti dixi, possit appellans sibi breuiorem terminum assignans) appellatus non poterit præueniendo appellantem impetrare Iudicem, seu commissionem causæ, nisi ipse in commissione faciat mentionem de termino, quia non facta ista mentione commissio, seu rescriptum esset subreptitium & ideò non valeret, Scaccia *de appellationibus*
7 *q.* 14. *n.* 52. † Vbi etiam cum Franco *in dicto cap. oblata* 57. declarat hoc procedere, quando impetratur Iudex extra Curiam; secùs si impetratur in Curia, quia tunc potest impetrari, etiam
8 nulla mentione facta de termino. † Addens *n.* 54. cum Francho *in dicto* §. *oblata num.* 20. *in fine*, neutram partem posse præuenire terminum statutum à Iudice, vel ab appellante, Barbosa *in dicto cap. oblata*, *& in cap. sæpe num.* 4. ita docet.

9 Ex quo primo notandum est commissionem scilicet impetratam ab appellato præuento appellante non esse nullam ipso iure, sed venire annullandam ope exceptionis, & ideò si pars opposuerit processum esse nullum, quia illa commissio stante oppositione non tribuit iurisdictionem; secùs si pars non opposuerit; quia tunc quamuis sit subreptitia tribuit iurisdictionem ob id processum valere, docent *dicta q.* 14. *n.* 53. Marchesanus *de commiss. p.* 1. *cap.* 16. *de commiss. appell.* 2. *parte cap. oblata n.* 3. *& 4. in* 2. *impressione.*

10 Secundò notandum est, quod si nec Iudex, nec appellans sibimet præfixerit terminum, indeque procedere vt remaneat terminus legalis tunc reuerà appellatus possit præueniendo appellantem impetrare Iudicem, & commissionem causæ, nec cogi aliquam facere expressionem termini legalis in commissione, dummodò nimium non festinet, vt appellantem in commissione supplantet, & Iudicem sibi amicum impetret, Marchesanus *in dicto cap.* 16. *sub num.* 2. *fol.* 284. Scaccia *dicta q.* 14. *num.* 56. † Et Sordus *decisio-*
11 *ne* 175. *num.* 10. & Barbosa *in cap.* 1. *hoc tit. n.* 5. *in fine*, docent indistinctè Senatum cognoscere de meritis, etiamsi appellatio non deuolueretur vel esset malè appellatum, quando appellans impetrat commissionem, per quam totum negotium demandatur.

Tertiò notandum est quod Textus, *in dicto* 12
cap. oblata 57. *hoc tit.* quatenùs loquitur de non præueniendo partem appellantem, in impetratione rescripti non habet locum in Curia, vbi statim datis Apostolis pars appellata potest impetrare commissionem super appellatione : Testantur Seraphinus *decis.* 445. Stephanus Gratianus *discept. forens. cap.* 1. *à num.* 10. Barbosa *in dicto cap. oblata num.* 6. vbi *num.* 7. refert quod Legatus in Portugalia derogat tempori illius Textus, & Marchesanus *p.* 2. *de commiss.* §. *vnico*, *num.* 34. *& num* 35. ait in commissionibus causarum extra Curiam non derogati prædicto capiti ne continentia causæ diuidatur.

Quartò notandum est quod si appellatus 13
puncto appellationis renunciat, potest appellationis Iudex super principali cognoscere, prætermisso appellationis articulo, Bernard. Grau. *ad pract. Cameræ Imperialis lib.* 1. *conclus.* 136. *consideratione* 1. *n.* 1. Barb. *in dicto cap.* 1. *hoc tit. n.* 5.

Ad quartam quæstionis partem quando dica- 14
tur appellatum nimis præcurrisse tempus in casibus dubijs, versic. *ad tertiam*, breuiter respondeo hoc relinqui Iudicis arbitrio, qui considerare debebit qualitatem personæ, & causæ ad distantiam loci, vt iam *suprà* adduxi alium propositum in hoc Textu : docent Ancharranus *in dicto cap. oblata num* 5. *not.* 5. Abbas *sub num.* 10. Barbosa *num.* 5. Alexander *cons.* 19. *lib.* 1. *sub n.* 5.

Scaccia *de appell. q.* 14. *num.* 57. vbi in versic. 15
tertia, intelligit si appellatus vult impetrare Iudicem ante vltimum mensem anni; quia tunc relinquitur Iudicis arbitrio, an & quando dicatur nimium præcurrere, sin autem appellatus impetret Iudicem in vltimo mense anni, non dicetur nimium præuenisse, tuncque cessare penitus arbitrium ait, & hoc forsan in casu refert Barbosa intelligi Præpositum *in dicto cap. oblata*, *num* 10. versic. *in Glossa*, & videbis quæ ibi adiungo *in dicto cap. oblata.*

Ad quintam quæstionis partem, an eo ipso 16
quod Iudex præfigat terminum censeatur appellationem admittere, & Scaccia *de appellationibus*, *dicta q.* 14. qui postquam agit, *num.* 15. de dubio, an possit Iudex, qui non detulit appellationem præfigere terminum appellanti ad prosequendam appellationem, de quo iam affirmatiuè respondi *suprà quæst. præcedenti*, etiamsi recepisset appellationem, vt affirmat Valensis *dicta Rubrica hic* §. 13. *n.* 6. Tamen idem Scaccia postea *num.* 16. agens de nostro dubio, ait vt eo ipso quod Iudex præfixit terminum ad prosequendam appellationem, censeatur admittere appellationem, licet appellatio non fuerit recepta, sic cum Rota *decis.* 21. *alias* 242. Vestrio *in praxi*, *lib.* 7. *cap. vltimo sub num.* 5. & quod Iudex censeatur admittere appellationem, quando simpliciter præfigit terminum, non admittendo, nec reiiciendo appellationem, ex eo quia qui vult antecedens vult consequens cum multis, sic resoluit Scaccia contra alios.

Ad

17 Ad seatam quæstionis pattem , an Iudex à quo , debet præfigere termioum in eodem eontextu , quo defert appellationi , videtur ad id non teneri ex dictis *suprà sub quæstione præcedenti*, vbi adduxi, non incontinenti Iudicem posse terminum assignare appellanti , vt proseqoatur, & in terminis agens , Scaccia *dicta quæst.14. num.21. cap.5.§.si verò num.6. hoc tit. lib.6.* Franch *in c.4. hoc tit. sub num.9.* versic.*non obstat* , Decius *hîc sub num.15.* versic. *subjicit* , dicentes id posse etiam ex ioteruallo , & Rota *decis.40. aliàs 356.* quam refert , & sequitur Vestrius *in praxi lib.7. cap. vltimò , sub nume.3.* versic.*dixi quoque* sequitor hanc opinionem in casu , quo Iudex præfigat terminum post tres dies , qood verum est adoersùs coottariam opinionem , quam referunt , Scaccia , eadem Rota.

18 Procomplemento huius tractationis fatalium ptimi , & secundi annï , dico posse Iudicem à quo elapso termino ad docendum de prosequutione appellationis suam sententiam exequi citra vitium attentatorum , inxta ea , quæ iam *quæst.2, & 3.* adduxi de desertione appellationis, refert Riccius *dicta collect.1743.* versic. *quæritur tertio* , tractat Seraphinus *in decis.1335.* qui *in decis.505.* tractat de tempore à quo iocipiat præfatus terminos , qood resolues , ex adductis *suprà in præcedentibus quæstionibus.*

19 Notabis secuodo , quod appellans à sententia lata extra Romanam curiam ei, non assignato termino à Iudice nec à semetipso appellante, habet aonum ad committendam, seu prosequendam appellaotionem in curia , & ex causa biennium : docent Scaccia *de appellat. dicta quæst 14. nume.19.* Marchesanus *de commis. p.1. cap.26. de appellatione vigore. cap. oblata. num.2 fol.224. in 2. impress.* Barbosa *ibi num 2.*

20 Ad aliàs quæstiones practicabiles iuxta *l. 1. 2. 4. 6. & 7. tit.18. lib.4. recop.* videbis Gurtierrez *libro 1. pract. à quæst. 101. ad 109.* quæ satis pro latiori explanatione Textus nostri possunt hîc adjungi.

Ad §. Præterea, hoc Titulo.

SVMMARIVM.

1 *Criminosus appellans , quando audiatur , vel non , remissiuè.*

2 *Absens non citatur ad sententiam , quando eius delictum notorium est remissiuè , seu an queat condemnari, num.3.*

1 TExtus iste duplicem continet tractationem; vnam de appellatione criminosi admitteoda , vel non , dico *infrà in cap.4. & 13.* & qui criminosi appellantes , noo audiantur , dixi *suprà in Rubrica , quæst.4.* sub versic. *ad secundam* , & *quæst.6.* toto versic.*ad secundam* & de latronibus, & aliis facinorosis delioquentibus, aduersùs quos statim sententia exequitur non admissa eorum appellatione , breuiter de pluribus dixi *suprà sub dicta quæst.6.* dicto versic. *ad secundam* , ibi in versic. *tertiò* , & versic. *itaque* , de aliis pluribus casibus , etiam ciuilibus in quibus statim exequitor sententia , non obstante appellatione dico *in cap 11. hoc tit.*

2 Alteram verò difficultatem , quam verbis huius Textus deprehendimus de non citando absente , quando eius delictum est notorium , dixi
latè pro explicatione huius Textus *in cap. 1. de Iudiciis , quæst.26. à num.4. & 5.* † Et ad aliam 3
quæstionem , an absens condemnari possit , latè
in cap. veritatis 8. de dolo quæst.7.

AD TEXTVM
IN CAPITE VI.
Ad hæc , hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Recusare non possit appellans Iudicem à quo appellauit remissiuè , num.2. & 3.*

2 *Appellatio interposita super vno articulo separato , non suspendit Iurisdictionem Iudicis à quo.*

TExtvs iste quatenùs agit de recusandi 1
iudicis materia satis , superque explanatur
ex dictis *suprà in cap.4. de foro compet.* Balboa *hic*
à num 3. agit de illa quæstione difficillima , an
appellans possit prætexto interpositæ appellationis Iudicem à quo appellaoit , quasi suspectum
recusare , si pendente appellationis causa coram
eodem Iudice super alio negotio conuentatur
quare ne longior sim prolixis repetitionibus ,
quas , vt iam videbis ex suprà traditis, te remitto pro intellectu huius Textos , & dubij ad Textum *in dicto cap.4. de foro competenti quæst.36.*
vbi egi de quæstione an appellás possit prætextu
interpositæ appellationis Iudicem à quo appellauit , quasi suspectum recusare. † Item & quæ- 2
stionem 35. an Iudex recusari possit in vna causa
qui grauauit in alia.

Et ad quæstionem huic capiti congruentem, 3
nempe an appellatione in vno articulo interposita , possit inferior Iudex in principali negotio,
aut in aliis eius articulis procedere , dico *infrà in*
cap. super eo 10. hoc tit. † Et ad quæstionem 4
principalem huius Textus , videbis Salgadum *de*
protectione Regia tom.1. p.3. cap 15. num.10. quare
docet , qood appellatio interposita super vno
articulo separato , non suspendit Iurisdictionem Iudicis à quo super aliis separatis , &c. An
appellatio ab vno articulo includat totam causam , dico *infrà in dict. cap.10.*

AD TEXTVM
IN CAPITE VII.
Si Duobus, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. SVb litera huius Textus agunt Doctores de Iudicibus , ad quos de Iudice inferiore , qui tulit sententiam , est appellaodum. II. Et *in §. denique* , dicitur quod à ciuili Iudice , qui non est de temporali Iurisdictione Ecclesiæ , non appellatur ad Papam,

pam, de quo etiam *hic* ago. Sed post perfectam tractationem assignabo rationem cur ita fiat, & in quibus de Iudice Laïco appellatio ad Ecclesiasticum interponatur. & quare.

QVÆSTIO I.

An appellatio omisso medio valeat, facta ad superiorem, vel debeat gradatim fieri: An à delegato Episcopi appelletur ad Papam, vel ad Metropolitanum; vt ad quos inter alios Iudices appelletur in praxi: An omisso medio in terris Dominorum possit appellari ad Regiam Cancellariam: Et an Baro prohibere queat subditos suos Principem adire: Et an appellatio alternatiua valeat?

SVMMARIVM.

1 *Appellatio fit ab inferiore Iudice ad eius superiorem.*

1 *Appellatio de Iure Ciuili, est gradatim facienda, & non omisso medio, alias est nulla, & remittitur Iudici incumbit cognoscere, n.4. & qualiter, n.5.*

3 *Princeps non facilè adimit Iurisdictionem ab ordinariis Iudicibus, nisi in casibus vocatis* de corte, *& cum Iudex immediatus superior, est impeditus, n.7.*

6 *Iurisdictiones non debent confundi.*

8 *Appellaoio à quocumque Iudice interponi potest ad Papam, & ad eius legatum, n.9. & Nuncium Hispaniæ, n.10. & 11.*

10 *Legatus Papæ gerit vices eius, & concurrit cum quolibet ordinario.*

11 *Appellatio omisso Episcopo non fit ad Metropolitanum, & regulariter fit ad proximum superiorem, nisi aliud consuetudo decernat.*

12 *Papa concurrit cum omnibus ordinariis, non sic Princeps.*

13 *Appellatio gradatim, & non omisso medio qualiter contingat, & inter quos Iudices, n.14. & num. 15.*

16 *Appellatio de Iure Regio sæpè contingit, vt omisso medio statim interponatur ad Principem.*

18 *Appellatio omisso medio permittitur, vbi superior Iudex proximior esset inhabilis, vel si appellatur ad curiam supremam, n.19. vel si appellatur ad maiorem, n. 20.*

21 *Princeps adiri potest per viam quarelæ omisso medio.*

22 *Scholaris potest appellare à quocumque Iudice ad Imperatorem*

23 *Viduæ, & pupilli possunt ad Principem appellare.*

24 *Appellatio omisso medio, queit fieri ad Patriarchas.*

25 *Appellatio omisso medio per errorem, non est inutilis.*

26 *Appellatio omisso medio permittitur, cum concurrit Iurisdictio mediata & immediata.*

27 *Appellatio omisso medio permittitur quando Episcopus litigaret cum subdito.*

28 *Apppellari queit omisso medio à Iudice, qui habet Iurisdictionem à persona Ecclesiastica.*

29 *Appellatio omisso medio permittitur cum Iudex immediatus superior denegat Iustitiam, vel sua sponte causam remittit ad superiorem.*

30 *Appellatio omisso medio, licet quoties sic extent consuetudo, & præscriptio, aut statutum ac priuilegium.*

31 *Appellandi omisso medio praxis laudata, & si in Principe contrariam laudet speculator, & in Papa eam laudet, Abbas n.32.*

33 *Papa solet remittere causam ad se appellatam alio Iudici inferiori.*

34 *Appellatio de Iure Canonico interposita omisso medio, non est nulla, parte appellata non opponente; item, & Iure Ciuili, n.35.*

36 Cap. dilecti, hoc tit.

37 *Appellatio ab Episcopo Papæ delegato, num ad Metropolitanum, seu ad Papam interponatur, numeris sequentibus.*

38 *Appellatur ab Episcopo Papæ legato in visitatione ad eius Metropolitanum.*

39 *Legatus ordinarius authoritate Apostolica, quæ facit authoritate ordinaria facit.*

40 *Dictio* tanquam *regulariter denotat improprietatem; sæpius proprietatem & omnimodam similitudinem, nisi ratio aduersitatis obstet, num.42.*

41 *Appellatio à delegato, ad delegantem interponitur? & sic ad Papam, n.42. & 48.*

43 *Appellatio ab Episcopo Papæ delegato, fit omisso medio ad Papam, si ratione talis delegationis mutata sit, aut addita in aliquo ordinaria Episcopi Iurisdictio; secus si delegatio sit iuxta Iurisdictionem, quam antea habebat, n.44. etiam si commissio fiat per verbum committimus, aut præcipimus, n.45. 46 & 47.*

46 Cap.10. Tridentin. sess. 24. de reformatione 48.

41 *Delegatus Principis, & si dignior sit ordinario, tamen ordinarius firmiorem habet Iurisdictionem.*

49 *Appellatur ab Episcopo ad Metropolitanum à Patriarcha, ad Papam, aut eius Nuncium.*

50 *Appellatio à Vicario generali Episcopi, non ad Episcopum, sed ad Metropolitanum fit secus à Vicario foraneo.*

51 *Appellatio ab Archidiaconis fit ad ipsum Episcopum, & etiam de aliis inferioribus.*

52 *Appellatio à Iudice ordinario delegante suspecto excommunicato, mortuo, suspenso, heretico longe absenti, non fit ad ipsum à sententia sui delegati.*

53 *Appellatio est interponenda in foro sæculari ad proximum superiorem, nisi fieret ad Regem, vel Cancellarias.*

54 *Appellatio de Iudice alicuius Domini, aut de locum tenente prætoris, interponitur ad alios superiores.*

55 *Appellatio à Iudice vulgo* Alcalde ordinario, *fieri potest ad Dominum, seu eius prætorem.*

59 *Appellatio à Iudice, vulgò* Alcalde de la her[illegible], *ad quem fiat.*

57 *Appellatio à locis & oppidis vicinis curiæ intra quinque leucas interponitur ad Iudices Prouinciæ, vulgò* Alcaldes del crimen.

58 *Appellatio Iudicis delegati sæcularis, seu subdelegati, ad quem interponitur.*

59 *Appellatio à delegato Princ.pis interponit queit ad Cancellarias, nisi in casibus in quibus fit*

uincia sibi decreta, & sic de inferiori fit appellatio quotidie ad Nuncium Papæ legatum Matriti existentem. Curia Philipica *dict. 1. tom. §. 1. num. 3.* vbi de delegato legati Papæ appellandum ad ipsum legatum, Paz *in praxi tom. 2. p. 5. cap. vnico, num 4.*

11 Hæc tamen appellatio permittitur, omisso medio, si fiat de inferiori ad Papam, vel legatum de latere; secus tamen erit si fiat appellatio ad Metropolitanum omisso Episcopo quæ non admittitur, *cap dilecti 66. hoc titulo.* Calderinus *conf. 1. & 2. sub, hoc titulo*, Abbas *consilio 45. libro 1.* Et sic relati dicunt, & Valensis, *dicto numero 3. in fine*, regulariter etiam de Iure Canonico appellandum esse ad proximum superiorem, nisi forte consuetudo loci, quæ Iurisdictionem tribuit, *cap cum contingat de foro compet.* aliud tribuat, *cap. 3. §. ab Archidiacono. hoc tit. lib. 6.*

12 Quod si dubites de ratione diuersitatis inter Ius Canonicum, & ciuile, ea nempe est, quia summus Pontifex, est omnium Iudicum inferiorum ordinarius, & cum omnibus ordinariis obsedis Apostolicæ prorogatiuam concurrit ex hoc nostro Textu & aliis similibus, ex ex dict. Trident. *sess 24. cap. 5. de reformat.* vbi cum multis Barbosa, nec communicando aliquibus Iurisdictionem ordinariam, vel delegatam, abdicat à se suam Iurisdictionem; secus verò dicit, Valensis *dicto §. 7. numero 4.* esse in Principe, qui *in dict. l. Imperatores*, abdicauit à se Iurisdictionem concessam Iudicibus inferioribus.

13 Dubitabis, autem hoc quod est appellare gradatim, & non omisso medio qualiter intelligat... & respondeo id contingere, quando appellatur ad eum, qui est superior, & proximior Iudici qui tulit sententiam, id est subalternatus Iudici à quo, vt puta ab Episcopo ad Metropolitanum illius Episcopi, tradit Barbosa *in dicto cap. dilecti 66. sub num. 2.* Scaccia *de appellat. num. 3.*

14 Qui *num. 4.* declarat secundo gradatim non omisso medio dicatur appellari, & ideo teneat appellatio, etiam quando est interposita simpliciter, non expresso Iudice ad quem, quando Iudex appellationis, est certus,

15 † Qui etiam, *numero 14.* declarat vt non omisso medio dicatur appellatum, quando est appellatum ad Iudicem competentem, quia talis appellatio valet, vt dixi, *suprà in cap. fin. de libelli oblation. quaestion. fin. sub, §. 2.*

16 De Iure tamen Regio antiquato Ciuili Iure sæpe videmus, vt ad Principem valeat appellatio interponi ex *l. 18. tit. 23. p. 3. l. 1. tit. 1. lib. 4. recopilationis.* Sed quia etiam de Iure Ciuili prædicta regula potest limitari; ideo existimo quasi exæquatam esse praxim omnium Tribunalium; constat enim, vt omisso medio, queat appella-

17 ri in sequentibus casibus. † Primo in summo Pontifice, vt iam dixi, quod probatur iuxta Ius nostrum Canonicum ex *dicto cap. dilecti 66.* Couarruuias *pract. cap. 4. num. 9.* Maranta *dicta p. 6. actu 2. hoc titulo, sub numero 469* Scaccia *quaest. 7. hoc titulo, numero 46.* citat plures Barbosa *in dicto cap dilecti, num. 3. & in dict. cap. antiqua de priuileg num. 25.* vbi respondet contrariis, distinguens cum pluribus modo dicto inter Ius Ciuile, & Canonicum, & in lega-

to, à latere; vt dixi: tradit, Riccius *collect. 903.*

Secundo & generaliter limitatur prædicta regula, vbi superior proximior immediatus, esset inhabilis, quia tunc posset omisso medio appellari ad alium magis superiorem, Abbas *in dict cap. dilecti, num. 15. casu 9.* Barbosa *dict. num. 3. versic. limita secundo*, Socinus *reg. 23. fallent. 15.* Mynsing *cent. 1 obseruat. 67. num. 2.* Maranta *suprà, num. 375.* Gailius *lib. 1. obseruation. 119. sub num. 2.* Breder. *in tract. huius tituli, p. 1. tit. 18. omisso medio an*; & in verbo *si medius inhabilis*, & prædicti addo Riccium *collect. 905.* ad Textum *in d c. dilecti*, cum eodem, Mynsing. *dict. centuria 1. obseruatione 77.* 18

Tertio limitatur quando appellatur ad supremam Curiam, vt decisum refert, Paponius *libro 1. titulo 9. arresto 32.* idem Riccius *suprà.* 19

Quarto nam vbi appellatur ad maiorem omisso medio, valet, non tamen quoad effectum deuolutiuum, Balbus 445 Riccius *suprà*, quam notat ad Glossam *in l. 1. §. si quis in appellat. ff hoc tit.* 20

Quinto, vt etiam possit adiri Princeps omisso medio ad eum appellando per viam quærelæ Franciscus Marcus *in decisione 346.* Sexto & in Regno Napol, à quocumque Iudice appellatur ad Regiam vel magnam curiam vicariæ, Scaccia *hoc tit. q. 7 n 99.* 21

Septimo in scholari, qui potest omisso medio appellare à quocumque Iudice inferiore ad Imperatorem, idem Scaccia *dict. quaest. 7. n. 101.* 22

† Octauo in viduis, & pupillis; idem Scaccia, qui *dict quaest. 7. num. 113.* hoc multipliciter declarat; ad quod videbis quod ego adduxi, *sup. in c ex parte de foro comp.* 23

Nono procedit etiam in Patriarcha Constantinopolitano, & Alexandrino, ad quos omisso medio appellatur; idem Scaccia *dict. quaestion. 7. num. 104.* † Decimo quando appellatur per errorem, omisso medio; tunc enim appellatio non esset inutilis; idem Sccacia 96. *dict quaest. 7.* quod intelligit Valensis *in Rubrica hic § 6 n. 7.* si ad alium maiorem prouocauerit; nam tunc appellanti error non nocet; secus sit appellasser ad alium minorem, *dict. l. 1. §. si quis in princ, ff. hoc tit.* 24 25

Vndecimo, quando concurrit Iurisdictio mediata, & immediata, idem Scaccia *dicta quaest 7. num 16.* 26

Duodecimo quando Episcopus litigaret cum subdito, idem Scaccia *num. 107* Iuxta quæ, *suprà*, adduxi de recusando Episcopo litigante pro suo interesse cum subdito, *in cap. 4. de foro compet. quaest. 3.* 27

Decimo tertio quando appellatur à Iudice, qui habet Iurisdictionem à persona Ecclesiastica, quia potest ab ea appellari omisso medio secundum Canones; idem Scaccia *d. q. 7. n. 48.* 28

Decimo quarto quando immediatus Iudex proximior supremus, denegat Iustitiam, vel sua sponte causam remittit ad superiorem, Gail *lib. 1. obseru. 119. sub n. 2.* Barbosa *in dicto cap. dilecti 66. dict. num. 3.* versiculo, *limita tertio*, Scaccia Videndus ad alias Limitationes, *dicta quaest. 7. à num. 43.* 29

Decimo quinto, quando extaret consuetudo appellandi omisso medio, vel adesset præscriptio, aut priuilegium, seu statutum, Scaccia 30

dict. quæstion. 7. numero 93. Beniric, *decis 96*. qui idem dicit in statuto in contrarium existente: sequitur Riccius *dicta collect. 903. in fine*.

31 Vnde infero quod, etsi Speculator *in titulo de appellat. §. nunc tractemus, in princ. libro 2.* laudet, & benedicat imperatori; eo quod non admittat appellationem, omisso medio in præiudicium inferiorum ordinariorum, & in damnum, & laborem inæstimabilem litigantium, si ad illum appellarent: tamen idem Scaccia *dicto tractat. de appellationibus, quæstion. 7. à numero 46.* cohonestans praxim Ecclesiæ, pluribus rationibus, non tantum ait procedere, vt maiorem curiam habeat Papa, iuxta id, quod dicere videtur, Bartol. *in dict. l. 1. §. si quis in appellatione, ff. hoc titulo*, sed etiam procedere, vt sic subditi appellantes ad Papam, omisso medio, releuentur sumptibus, & laboribus, quibus Ecclesia maxime intendit obuiare, iuxta Textum *in cap. hoc titulo*, litibus scilicet, & difficultatibus, quæ passim oriri solent, cum disputatur quis sit Iudex mediatus, vel proximus, quibus addo, vt excusetur molestia recurrendi gradarim de Iudice inferiore ad alios superiores, qui multi sunt ad causas Ecclesiasticas.

32 Nec obstat etiam Abbas qui *in d. cap. antiqua de priuilegiis, numero 8.* dixit melius forte prouisum esse, si Pontifex non permitteret ad se appellare, omisso medio, sic Imperator, quem etiam alij sequuntur, vt refert, Barbosa

33 *ibi sub numero 26.* quia. † Respondent Scaccia *dict. quæstion. 7. numero 83.* idem Barbosa, Rebuffus *ad leges Gallicas, hoc titulo, artic. 2. Glossa, vnica à numero 9.* & alij relati ab Scaccia solere Pontificem secundùm stylum Romanæ Curiæ, causam remittere ad suum Iudicem, nisi intelligat Iustam subesse causam, ob quam debeat eam in Curia retinere, si pars petat appellata, vt eam remittat; faciunt aliqua, quæ notaui, *suprà in cap. fin. quæstion. 4. de foro competent. §. 8. & §. 9.* Et sic cessare ait Barbosa præiudicium ordinariorum, & Iudicum inferiorum, quod considerabat Speculator.

34 Vnùm tamen notabis, quod de Iure Canonico appellatio omisso medio, & à proximo Iudice, non est nulla, parte appellata, non opponente, docent Abbas *in dicto cap. dilecti 66. numero 7.* Frauchis 12. Barbosa *fin.* Maranta *dicta 6. p. actu 2. limitatione 4. numero 373.* Bredeeroc. *de appellationibus, p. 1. titulo 18. omisso medio*, verbo, *si nihil opponatur*, & verbo, *taceat*, Rebuffus *ad leg. Galicas in hoc tractat. Glossa vnica artic. 2. tom. 3. num. 5. & 12.* Scaccia *d. q. 7. n. 18. & 115.*

35 Quod etiam de Iure Ciuili procedere existimo, nam valebit, dum aduersùs eam nihil opponatur, seu excipiatur, ex Glossa *in dicto cap. dilecti*, Valensis *in Rubrica, hoc titulo 6. numero 5.* quia partes prorogare possunt in se Iurisdictionem alterius Iudicis, etiam sine con-

36 sensu Iudicis prioris. † Et secundum hæc intelliguntur, Calderinus *cons. 207. aliàs 1. sub hoc titulo*, Tuschus verbo, *appellatio, conclusione 352. numero 96.* Et sic interpretantur, Textum *in dicto cap. dilecti 66.* Vbamesius *ibi*, Pichardus *in dicto §. manuduction. ad praxim, p. 4. num. 9.*

37 Ad secundam quæstionis partem, an à delegato Episcopo appelletur ad Papam, vel ad Metropolitanum; in qua difficultate sunt tres sententiæ; Prima, quæ docet ad Metropolitanum appellari; eo quod huiusmodi Episcopi delegati à Canone, vel à lege, non proprie delegati appellantur, sed ordinarij, quia videntur habere Iurisdictionem ordinariam, à Canone, vel à lege tributam, vt tenet Glossa *in cap. irrefragabili, §. cæterum de officio ordinarij*, Beroius *in Rubrica de officio delegat. numero 57. ad finem.* Zabarela *in clem. vnica, numero 4. oppos. 5. de supplenda negligentia prælator. & ibidem*, Ancharranus; etenim Iurisdictio, quæ tribuitur à lege, non delegata, sed ordinaria dicitur; & sic talis commissio Canonis, potius excitatio Iurisdictionis ordinariæ, quam noua delegatio appellari meretur, Felinus *in cap. licet, à numero 1.* & Abbas *numero 3. de officio ordinarij*, Crotus in *l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig.* Ancharranus *cons. 201.* nisi illud mandaretur, *appellatione remota*, quia tunc videtur alterari Iurisdictio ordinaria.

Et confirmatur, quia si in visitatione, appellari contingat ab Episcopo suffraganeo, etiam tanquam Apostolicæ sedis legato, prout in Sacrum Tridentinum Concil. *sessione 24. cap. 10. de reformat.* debet appellari ad Metropolitanum, quoad deuolutiuum, non quoad suspensiuum prout, *sess. 22. cap. 1. de reformatione*, ex eo, quia quæ in visitatione sufraganeus facit Iure ordinario facit, Piasecius *in praxi Episcopali, p. 2. cap. 3. numero 61.* Zerola *in praxi Episcop. p. 2.* verbo, *visitatio, §. 3.* Aloisius Riccius *in praxi aurea resol. 449. numero 2. prope finem* Barbosa *in dicto Trid. decreto, cap. 10. numero 9.* idem, *in pastorali allegat. 73. numero 35. & allegat. 92. num. 14.* Zenedus *in pract. q. 34. n. 4 circa finem.* 38

Confirmatur secundo, quia legatus ordinarius, authoritate Apostolica, licet sit effectus legatus; ea tamen, quæ facit, vt legatus Authoritate ordinaria facit, quia est ordinarius, *cap. 1. de officio ordinarij*, Hostiensis *in summa, titulo de officio ordin. §. sunt autem quadam*, vbi dicit quod quando committitur Episcopo, id quod pertinebat ad ipsum Iure ordinario, id fieri, vt magis timeatur, *cap. quis nesciat distinct. 15* facit Textus decisio, *in cap. ad abolendam de hæreticis in fine*; vbi scribentes docent, quod quando aliquid committitur Episcopis, procedant, tanquam sedis Apostolicæ delegati, & aliquid faciant, videatur tribui eis facultas, solum in exemptos, vt expedite, & absque impedimento aliquo procedant. † Tum quia dicto, *illa tanquam*, regulariter, & de sui natura, denotat improprietatem, & fictionem, iuxta Glossam, verbo *tanquam, in cap. solitæ*, & *ibi*, Felinus *de maioritate, & obedientia*, cum multis Barbosa *dictione 403.* Tuschus *in practic. tom. 2. littera, D. conclusione 385. numero 1.* vbi, *numero 2.* declarat, nisi illud improprium omnino ait æquiparatum, quia tunc verè dicitur, & propria esse tale: vide Textum *in l. si pecunia, ff. si certum petatur, l. iubemus, §. sane 1. Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*: tradit cum aliis, Zenedo *suprà numero 5. dicta quæstione 34.* inferens, quod cum dictio illa denotet improprietatem, & fictionem merito delegatum à Canone potius ordinarium, quam delegatum censeri. 39 40

In

41 In contrarium tamen est regula illa generalis, quæ docet à delegato appelandum esse ad delegantem, *cap. super quæstionum*, *§. porro de officio deleg. in 6.* vbi Doctores congesti a Barbosa, de qua quæstione agunt, Faquineus *libro primo controuers. cap.* 78. Goueanus *libro primo, variar. cap.* 46. Quintana Dueñas *de iure, & Imperio, libro secundo cap.* 7. *à numero* 29. Morla *in imperio, tit.* 2. *in præludiis, à numero* 90. Balboa *hic* latè disputans, *a numero octauo*, de qua ego, *in dicto §. porro.* Itaque in proposito nostri dubij, Abbas *in cap. irrefragabili, § cæterum, numero* 1. vbi Ancharranus *num.* 10. *ad finem, de officio ordinarij*, Abbas *in dicto cap. ad abolendum de hæreticis, numero* 15. *&* 16. vbi Anania, *numero* 25. Felinus *numero tertio*, Zabarela *in clement.* 1. *numero quarto, oppsit.* 5 *& numero* 14. *de supplenda negligentia prælator*, & ibi Bonifacius *num.* 31. Imola omnino Videndus *num* 18. latissimè Zabarella *in dicto cap. ad abolendam, §.* 1. *ex num.* 2. Alex. *in l. maiorum, num.* 13. *ff. de Iurisdict. omn. Iudicum, & in l.* 1. *num.* 8. *ff. de officio eius*, Nauarrus *libro tertio, de regularar. consilio* 83. *numero* 6. *in fine*, Potroles ad Molin. *§. Index, numero* 19. docent appellationem, de qua in dubio nostro esse faciendam, non ad Archiepiscopum, seu eius metropolitanum, sed ad summum Pontificem, quia tales delegati, legis, vel Canonis dicuntur delegati, & non ordinarij

42 † Respondentes ad dictionem, *tanquam*, supra adductam, dicendo eam sæpius significare etiam proprietatem, & veritatem, & non similitudinem ex Glossa verbo, *tanquam in cap. cum pro causa de sentent. excommunic.* vbi Abbas *numero* 2. *in cap. ex parte de sponsalibus*, Archidiaconus *in cap.* 1. *num.* 2. *versic. tanquam de homicidio, libro sexto*, Boerius *decisione* 44. *numero* 29. Zenedus *in pract. dicta quæstione* 34. *numero* 6. *in fine*, Tuschus *littera, D, conclusione* 375 dicens quod importat omnimodam similitudinem, nisi ratio aduersitatis obstet, alij relati à Barbosa *dicta dictione* 403. *numero secundo*, & probant, Iura *in l.* 1. ibi, *tanquam adulationem, Cod. de hæredibus instituendis, in l. sæpe, ff. de verborum significat. & in l item Mela, § si plures, ff. ad legem Aquiliam, l. si familia, ff. de Iurisdict. omn. Iudicum.*

43 His tamen non obstantibus respondeo sub distinctione, nam si causa committitur Episcopo à lege, vel à Canone, aliquid addendo, vel minuendo suæ ordinariæ Iurisdictioni, quàm non ita omnimodam habebat, antequam ei fuisset commissa; tunc reputari Episcopum Iudicem delegatum, & non ordinarium; & sic appellandum esse de eo ad Pontificem. Itaque si in commissione adiecta fuerit clausula, *Authoritate nostra, vel tanquam delegatus à nobis*, aut similiter; tunc videtur, vt superior Iurisdictionem mutat inferioris, Menoch *de arbitrariis, quæst.* 12. *à numero* 4. Barbosa *in l. cum prætor, §.* 1. *num.* 35. *de Iudiciis*, Erasmus Chochier *de Iurisdict. ordin. in exemptos, p.* 2. *quæst.* 14. Riccius *collect.* 413. & cum aliis, Barbosa *in cap. licet*

44 *de officio ordinarij, numero* 2. *in fine.* † Quod si causæ cognitio indistinctè de Iure Communi pertineat Episcopo: tunc reuera dico per illam delegationem, & commissionem, excitatam esse eius Iurisdictionem; & sic iussum eam commissionem potius vocari, quam delegationem, ob idque appellationem esse interponendam ad metropolitanum, cum non censeatur reuocata ordinaria Episcopi potestas, nec Pontifex videatur ab eo auferre Ius argumento Textus, *in l.* 2. *§. merito, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico*, docent hanc concordiam, Marauta *de ordine Iudiciorum, p.* 4. *distinct.* 5. *numero* 77. Felinus *in cap. licet in corrigendis ex principio de officio ordinarij, & in cap. eam te, numero vndecimo*, versiculo, *quarta differentia de rescriptis, & in cap. cum ex officij ex numero* 19. *in fine de rescript.* Mathesil *singul.* 89 vbi late Gabriel Sairus *in addit.* Mandosus in Glossa *facultatis in § sit que*, versiculo, *ordinarius in fine*, Boërius *decisione* 151. *ex numero* 5. Iason *in l. ius ciuile, ex numero* 2. *ff. de iustitia, & iure*, Alciatus *regula* 3. *præsumptione* 35. *numero* 3. Menoch. *lib. de præsumpt.* 16. *numero* 24. Auiles *in capitibus prætor, cap.* 9. in verbo; *commission*, Portales *in §. commission ex numero* 1. Zenedus omnino Videndus *in practicis dicta quæstione* 34. *per totam, & numero* 7. *& in casu casu huic simili*, idem tenet alios allegans Bobadilla *in politica, libro secundo, cap.* 21. *numero* 26. *littera, B*, & quos cummulat Paulus Granutius *theorem* 21. videbis, Zenedum *in collect.* 157. *numero* 1. & ex his habet vim prima sententia. † Et sic Barbosa *in dicto cap.* 45
licet de officio ordinarij, numero 2. Menochius *libro* 2. *præsumpt.* 16. *numero* 24. Barbosa *in dicto §. prætor numero* 34. & alij dicunt, vt quando Papa committit id, quod semota commissione ad illius spectabat Iurisdictionem non delegatam, ei de nouo tribui, sed tantùm excitari ordinariam, quàm iam habebat; ita vt ab Episcopo in his terminis appelletur ad metropolitanum: Et relati ampliant, etiam si commissio fiat per verbum, *præcipimus*, per Textum *in dicto cap. licet*, vbi Abbas, *numero octauo*, Felinus *numero tertio*, ibi, *recipit in mandatis*, cum aliis, Pichardus *in manud. dicta* 4. *p. §.* 8. *numero tertio*, Et de hac quæstione, etiam adiunges, Ceuallos *de cognition. per viam violentiæ. quæstion.* 15. qui sic distinguendo resoluit, *num.* 7.

Itaque quando concilium Trid. *ibi, in dicto* 46
cap. 10. *sessione* 24 *de reformatione*, dicit tanquam sedis Apostolicæ delegatus, hoc facit esse vt maiori Authoritate fiat illud, quod præcipit, & magis teneatur, non verò, vt deroget Iurisdictioni ordinariæ, Zerola *in praxi, p.* 2. *§. visitatio*, versiculo, *tertio*, In fine Zenedus *dicta quæstione* 34. *numero septimo, in fine.* † Nam 47
quamuis delegatus Principis dignor sit ordinario, tamen ordinarius firmiorem habet Iurisdictionem, vt optime aduertit, Alex. *in Rub. de officio eius, cui mandata est iurisdictio, num.* 5. Menochius *lib.* 2. *præsumptione* 17. *ex num.* 1. Bobadilla *dicto lib.* 2. *polit. cap.* 21. *num.* 30. Videndus Zenedus *dicta quæstione* 34. *numero octauo*, vbi reprehendit, Gratianum *in reg.* 255. dum dicit actum valere, potiùs ex Iurisdictione delegata Iudicis, quam ex ordinaria, quam habet.

Tamen si Episcopus procedat ex dicto Tri- 48
dentini decreto, *c.* 10. *sess.* 24. vti sedis Apostolicæ legatus in causis, quæ sub eius Iurisdictione, non comprehenduntur, non poterit ab eo nisi ad sedem Apostolicam appellari: tradit

Barbosa, *ibi*, *numero decimo*, addens eom
Garcia *de beneficiis*, *p. 4 cap. 5. numero* 12. ex
hoc nullum fieri præiudicium Iudicibus infe-
rioribus.

49 Ex prædictis infero breuiter ab Episcopo ap-
pellanduum esse ad Archiepiscopum, Metro-
politanum, & à Patriarcha, seu primate ad
Papam, aut ad eius nuncium, vel legatum, Iuxta
leg 10.11.15 *tit.5 p.1.*

50 De vicario autem generali Episcopi, non ad
Episcopum est apppellandum quia est vnum, &
idem Tribunal. sed de vicariis foraneis Episcopi
fit appellatio ad ipsum Episcopum, idem à dele-
51 gatis Episcopi. † Item etiam appellandum est
ad ipsum Episcopum, de Archidiaconis, seu aliis
prælatis ipsi Episcopo inferioribus, Paz *in pra-
xi 2. tom. p. 5. cap. vnico*, *num.* 4. Curia Phili-
pica *p. 5. tom.* 1. §. 1. *num* 4. docent communi-
ter Doctores Tuschus verbo, *Episcopus concl.* 300.
cum aliis, Pichardus *in manud. p. 4. dicto* §. 8.
num. 2.

52 Quod si ordinarius delegans, causam dele-
garet, quia suspectus, tunc non ad ipsum de-
legantem, sed ad immediatum eius superiorem
appellabitur, aut nisi delegans totius causæ Iu-
risdictionem delegaret, *dicto cap. super quæstio-
num dicto § porro de officio Iudicis deleg.* vbi Do-
ctores tradit, Valensis *in Rubric. hic dicto* § 6.
num. 6. Et videbis Barbosam *in cap. cap. si u cui
de officio delegati*, *lib.* 6. *num.* 4. 5. & 6. vbi di-
cit idem dicendum, quando sit delegans ex-
communicatus, vel quando esset mortuus, vel
suspensus, aut hæreticus, vel absens, notabili
distantia; & quando Episcopos delegans sit re-
cusatus, probat ibi cum multis.

53 In foro autem seculari interponenda est ap-
pellatio, etiam si de minori ad primam superio-
rem, non omisso medio, vt dixi, nisi illico fie-
ret appellatio ad Regem, vel eius Cancellarias,
audientias regales, aut Tribunalia suprema. Iuxta
l.8.tit 23 *p.3.*

54 Item de Iudice alicuius Domini Vasallo-
rum, & de locum tenente Prætoris, non fit
appellatio, nec ad Dominum, nec ad Præ-
torem, quia idem Tribunal est, vt tradunt,
Couarruuias *in practic. quæstion.* 4 *num* 6. & 8.
Azeuedus *in l.* 10 & 11. *numero* 4. *tit. lib.* 3. *re-
copilat.* Curia Philipica *dict.* 5. §. 1. *numero* 9.
faciunt latè quæ adduxi, *suprà in cap.* 4. *de foro
compet. quæstion.* 13. vbi numquid recusato Episco-
po, vel prætore, censeatur recusatus Vicarius, aut
locum tenens.

55 De Iudice vulgò, *alcalde ordinario*, fieri
potest appellatio ad Dominum, seu eius Præ-
torem, vulgò *Alcalde mayor*, quia sunt illius
Iudices superiores, Couarruuias *dicto cap.* 4.
pract. numero sexto, & *septimo*, de quo, Fuscus
56 *infrà*, in versiculo, *ad tertiam*. † Sed de alio
Iudice, qui vocatur apud nos, *alcalde del a
Hermandad.* non appellatur ad prætorem, nisi
tantùm à sententiis prouinciariis sex millium
marapetinorum, & infra, de quibus potest ap-
pellari de illo Iudice in territorio regali ad
Prætorem eiusdem territorij; etsi non adest
Prætor, fiet appellatio ad viciniorem; ta-
liter, vt sententia ab eo prælata illico sit exe-
quenda, non admissa appellatione, sed de
maiori quantitate, aut qualitate appellatio
ad Regiam Cancellariam illius territorij,
Iuxta *lib.* 48. *titulo* 13. *libro* 3. *recopilat.*

Item appellationes ciuilium litium, solent 57
interponi de Iudicibus oppidorum, subsisten-
tium intra quinque leucas ad Iudices prouinciæ,
qui sunt in locis, vbi adsunt, Cancellariæ,
vulgò, *los calldes de el crimen*, vt hic Val-
lisoleti, Iuxta *l.* 4. *titulo septimo*, *libro secundo*,
recopilat.

Deinde appellatio Iudicis delegati secula- 58
ris interponitur ad delegantem, & ea quæ fit
à subdelegato, interponitur ad delegan-
tem, nisi sit subdelegatus delegati Iudicis
ordinarij, tunc interponetur non ad delega-
tum, sed ad ordinarium, qui delegauit, *l.* 21. *titu-
lo* 23. *p.* 3.

Verùm de delegato Principis, seu eius 59
consilij, & senatus, tunc interponetur ad au-
dientias, & Cancellarias regales, præter casus,
in quibus necessum est, vt interponatur ad
consilium, veluti accidit in executoriis, quæ
ab eo dimanant, & de perquisitoribus no-
minatis à consilio supremo, qui facultatem
non afferunt sententiandi, aut residentiandi
Iuxta, *leg.* 20. *titulo quarto*, & *l.* 12. *titulo quin-
to*, *libro primo recopilationis*, Curia Philipica,
vbi suprà, *dicto § primo*, *numero vndecimo.*
† Vbi dicit quod de residentiis, quæ apud Iu- 60
dos fiunt ordine Vice-regum interponitur
appellatio ad audientias regias illius terri-
torij.

De Iudice bonorum confiscatorum sanctæ 61
inquisitionis fit appellatio ad inquisitores illius
inquisitionis, vbi stylus est, quod per senten-
tias primam vulgò, *de vista*, & per aliam se-
cundam, vulgò *de reuista*, vt hic Vallisoleti
vidi practicari, me patruno fiscali, sententia
confirmatoria exequatur instar sententias Can-
cellariæ Regiæ, in appellationibus interposi-
tis à Iudicibus inferioribus locorum; quod si
causa non excedat quantitatem ducentorum,
non est locus supplicationi, ad consilium supre-
mum Sanctæ inquisitionis. † In cæteris verò 62
causis, quæ discutiuntur, siue ciuilibus, siue
criminalibus interponitur appellatio à prima
sententia ad supremum sanctæ inquisitionis con-
silium, vt iam alibi dixi.

De Iudicibus Sanctæ Cruciatæ, qui vul- 63
gò vocantur, *subdelegados de la santa cruza-
da*, qui semper nominantur Canonici, aut
dignitates Cathedralium à præside cruciatæ
fiet appellatio ad eundem præsidem cruciatæ,
eiusque consilium supremum; & sic de aliis Iu-
dicibus inferioribus interponitur ad proxi-
ximum superiorem eorum, vt patet ex
dictis.

Ad tertiam quæstionis partem, an omisso 64
medio, possit appellari in terris Domino-
rum ad Regiam Cancellariam, omisso Do-
mino; & videtur quod sit primo appellan-
dum ad ipsum Dominum ex dictis; postea
vero ab ipso ad Regem, ex *l. Guadelaxara* 26.
aprilis 1390. cuius litteram nondum typis
mandatam referunt Auiles *in capitibus præ-
tor*, *cap.* 38. *Glossa ante nos*, *numero tertio*,
folio 234. vbi commemorat plures schedo-
las regias, latas in obseruantiam dictæ pra-
gmaticæ directas regalibus auditoribus, nec cog-
noscerent deinceps, nec admitterent appellatio-
nes à Vasallis prælatorum, & Ecclesiarum ad
dictos

dictos auditores regios, nisi prius se præsentauerint ante dictos prælatos, & alioa Dominos dictorum locorum in gradu appellationis, & prouocationis; vel coram ipsorum Iudicibus appellationis, ac ipsi Iudices ante sententiam protulerint in dicto gradu appellationis, & ab eis appellatum fuerit, refert Gutterrez *in pract. lib. 1. quæst. 42. num. 1.* verba enim dictæ pragmaticæ sunt; *Ordenamos y mandamos que quando los vezinos, y moradores en los lugares de los señores se sintieren por agrauiados de alguna sentencia que diere el alcalde, O alcaldes en que el derecho otorgue apelacion, que apelen para ante el señor, o su lugarteniente que vbiere de oir de sus apelaciones, o de Isu alcalde, o alcaldes so sintiessen agrauiados, que puedan apelar para ante nos.*

65 Sed contrarium teuendum est; ita vt possit appellari, omisso medio ad Regem, patet, *suprà*, versiculo, *de Iudice*, vulgò, *alcalde*, & ea *l. 1. tit. 1. lib 4. recopilat. l. 18. tit 23. p. 3.* cuius verba refert, Gutterez *dict. quæstion. 42. num. 2.* etenim quotidie practicatur, vt omissis Dominis appelletur ad regia Tribunalia, Azeuedus *in dict. l. 1. titulo 1. lib. 4. recopilat. numero 39.* & patet, ex *l. 14. titulo 18. lib. 4. recopilat.* Dueñas *de Iurisdictione, & imperio, lib. 2. cap. 1. à num. 35.* Couarruuias *dict. cap. 4. pract.* Videudus latè disputans, *cap. 6. & 7.* Balboa *hic*, dicit procedere sine controuersia, *numero 12. in fine*, dicens cum eodem Couarruuias *per l. 5. titulo 3. p. 3.* in aliis Iudicibus locorum regalium, appellationem omisso medio non admitti, nisi in quibusdam casibus, quo dicimus, *casos de corte*: Videbis Gregorium Lopez *in dict. l. 18. p.* Glossa, *para el Rey*, vbi se alio
66 loco refert. † Nec obstare aduertunt dictam pragmaticam, *Guadalaxara*, quia procedit accumulatiuè; id est vt possit appellari ad Dominum vel ad regem, non inquam priuatiue, quia Rex concedens simpliciter Dominis locorum, vt ad ipsos appelletur, non auferr à se cognitionem appellationum, si grauati ad Regem appellari maluerint, eiusque curias regales, quam ad Dominos

67 De Iudice tamen per Dominum alicuius oppidi constituto ad audiendum appellationum causas, omnino ad Regem, & non ad ipsum Dominum erit appellandum; sic regulariter docent de Iure Communi; & Regio Doctores, Couarruuias, *dicta cap. 4. pract. numero septima*, versiculo, *quarta conclusio*, Azeuedus *in dict. lib 1. numero 40. 41. recopilation.* Gutierrez *dicta quæstione 42. libro primo practic.* docentes sic procedere, non obstante quacumque consuetudine in contrarium.

68 Et licet Auiles *in dicto cap. 38. prætor.* referat quosdam intelligere, *sub dicto numero tertio*, dictam pragmaticam, *Guadalaxara*, quando appellatur à Iudicibus ordinariis positis, & electis per dictas villas, & loca, secus quando ponuntur per dictos Dominos; sed ipse reliquit super hoc vltimo cogitandum.

69 Ad quartam quæstionis partem, an Baro prohibere queat subditos suos Principem adire, & ad hanc difficultatem, de qua Ioannes Faber. *in l. 1. Codice de officio præfecti vrbis*, probat Riccius *collect. 1925.* quod Baro non prohibet Vasallos adire Regia Tribunalia, sed notat quod licet fuerit dubitatum aliquando Vasallos Regia Tribunalia adire, tamen hodie non posse, quando Barones secundas, & tertias causas haberent, imo statim, quod compareut in tribunalibus Regiis causæ remittuntur, & aliquando Baronibus recurrentibus ad collaterale consilium Neapoli regias prouisiones sub pœna prohibitiuas Vasallis, ne Baronalia Tribuualia deludant hæc ille, qui diait iu principio relatam conclusionem intelligi limitatam, si in præiudicium suæ Iurisdictionis Vasalli ad Tribuualia Regia irer, at Boërius *in decisione 314.* qui ait se vidisse determinari in Tribunalibus Serenissimæ Reginæ Poloniæ prohibens Vasallis Cruptaliarum adire Regia Tribunalia, Anna, *singular. 61.*

Tamen si Vasallus habet aliquam Iustam causam, tunc Baro suspectus in cognitione, & non suspectus in delegando, remitteretur causa, dummodo Baro prouideat, & Iudicem eligat in ciuitate ipsa Neapolit, vel si terra Baronis, & Vasalli longe distat, aut timetur de mala Iustitiæ administratione, docet Amendor. *in decis. 519.* 70

Et sic de Franchis *in decision. 519.* voluit Vasallos Baronum se grauatos prætendentes à curiis eorum in incidentibus causarum ad sacrum consilium, & magnam Curiam appellantes, si vtriusque partis interueniat consensus, quod apud Iudicem appellationis procedatur in causa principali, nec fieri præiudicium Baroni, tradit idem Riccius alia adducens. 71

Vnum tamen aduerte quod remissio causarum Vasallorum, debet fieri absque vinculo, & comminatione expediendi causam infra tot dies, Anna *in singularib. decisionibus 269. 270. 271.* quod limitat Vrsillus *decisione 71.* nisi de malitia, vel maxima negligentia Baronis dubitetur; qualiter hæc applicentur ad praxim nostræ Hispaniæ, iam est visum, *suprà sub quæstione præcedenti.* 72

Ad vltimam quæstionis partem, an appellatio alternatiua valeat, quia iam, *suprà*, aliqua dixi, quibus satis explanatur hæc difficultas, & *in cap. 2. de libelli oblatione*, versiculo, *ad secundam, quæst. 2.* vbi de appellatione generali, & quid de alternatiua, & aliquid diai, *in Rubric. quæst. 5.* sub versic. *ad quartam*, versiculo, *sed an.* Ita nunc resumptiue dico receptam esse conclusionem, apud omnes appellationem alternatiuam esse nullam, vt notat Glossa *in cap. si is cui de officio delegati, libro sexto*, probant, Franchis. *ibi, numero 4.* Domin. V. scribentas, *in Rubric nostri tituli*, vbi Cardinalis *numero 31.* Franchis. *numero 8. & in cap dilect. el 3. eodem, ibi, à numero 59.* Cardin. *numero 24. & 25.* Legistæ *in l 1. §. si quis*, vbi Paulus *numero 6.* Aretinus *numero 15, hoc titulo*, Beroius *consilio 7. à numero 16. lib. 1.* Villad. *in tractat. de legato, p. 1. quæstion. 8. à numero 36.* Gauant. *in simili tractat. lib. 8. quæst. 6. num 114.* Lancelotus *de attent. p. 2. cap. 12. limit. 50. numero 124. & 125.* Scaccia *de appellat. quæst. 9.* per totam, *ibi*, Videndus Tuschus *littera, A, concl. 352.* 73

à num. 60. & alij, quos citaul, *sub dicta quæst.* 5. *Rubrica.*

74 Sed si in ipso actu appellationis concurrat
probabilis dubitatio Iuris, vel facti, ad quem
sit appellandum, dicunt relati, quod tunc de-
75 beat ratione illius dubij appellatio valere.† Item
fallit prædicta regula de Iure Canonico, nam
cum hoc Iure, omisso medio, possit appellatio
interponi, valebit generalis, & alternatiua,
tum etiam, quia hoc iure, Iudex semper est
certua, ob idque alternatiua resoluitur in sim-
pliccem possessionem; ita vt videatur appella-
tum ad competentem; docent Cappell. Tho-
los. & *ibi*, latè Aufter. *decision.* 474. Riccius
collect. 1744.

76 Limita etiam in casu, *decis. Bellamera* 479. vbi fuit dictum interpositam ab Episcopo, ad Archiepiscopum appellationem, vel ad Papam, validam fuisse, quia talis appellatio solita est recipi à Papa, quamuis appellans infra tempus prosequendæ appellationia, non elegerit, prosequi apud Papam.

77 Quarto limita quando etiam de Iure Canonico essemus in casu, in quo non possit appellari, nisi ad vnum de nominatis in appellatione, puta quia appellatur à suffraganeo subdito ad Episcopum, vel Archiepiscopum, nam ad Episcopum erit valida appellatio, Aufterius citata, *decis.*, 40. Thomingulus *decis.* 140. Riccius *supra in fine.*

78 Quinto nam de stylo Curiæ Romanæ. est valida appellatio alternatiua concepta, Rota *in decis.* 30. *de appellationibus*, *in nouis.* vbi etiam dicitur, quod curia indistincte admittit talem appellationem, & stylus Curiæ Romanæ, est ab omnibus sequendus, Franc. Marcus *decisione* 270 *p.* 1 Bellamera *in decision.* 879. Guido Pap *in decisione* 170. Macerat. Rota *lib.* 2. *decisione* 38.

79 Sexto limitabis quando Infra decem diea certificatetur appellatus, de quo sensit appellans Rota *in dec.* 243 *in nouis.* Riccius *suprà*, ad cuius ornamentum videbia pulchram, *decis.* Guido Pap. 4016.

80 Regula verò adducta, solum habet locum de Iure Ciuili, vt tradunt relati, *suprà in principio*, Barbosa *in dicto cap. si is cui de officio delegati, lib.* 6. *sub num fin* & idem Riccius, quud probatur ex iam adductia, *sub hac quæstione*, principali, cum eo Iure non admittatur appellatio, omisso medio, sed in praxi dico valere, si intra decem dies ad appellandum, appellans, declaretad quem Iudicem appellat; secus si non declaranerit, quia tunc, & de Iure Canonico dicit Riccius *dicta collect.* 1744. *in princ.* sic Iudicatum appellationem desertam in Curia Archiepisc. Neapol. & iterum ipse firmat, *in decision.* 400. eiusdem Curiæ; quibua enim adiunges quæ congerit, Diana *p.* 5. *tractat.* 10. *resolut.* 18. in versic. *sed quid*, vbi referens negatiuam, & affirmatiuam, in versiculo, *ego verò*, concludit alternatiuam, non adeo esse inutilem, vt pro non scripta habeatur, nisi transacto tempore ad appellandum, si adhoc qoi sic appellauit, non declarauit Iudicem, ad qnem appellauit, *l. fin. Cod. de tempor. appellat.* Baldus *cons.* 320. *pertotam, lib.* 4. Alexander *cons.* 101. *lib.* 2. *num.* 2. *& cons.* 164. *&* 167. *& cons.* 79. *volumine* 1. ex multis, quos ipse retulit, & ex Glossa *in cap. si cui de officia delegati in* 6.

Et secundum bæc etiam procedet regula, vbi 81
copulatiuè fuerit appellatum, *dict.* Rota Macc-
ratem *lib.* 2. *in decis.* 38. idem Riccius *dicta de-
cis.* 1744. vbi ampliat istud tempus decem die-
rum, quod indulgetur appellanti, alternatiuè
esse de substantia taliter, quod si infra istud non
declarauerit, appellatio censeatur nulla ipso fa-
cto, testatur Chacherranus *in decis.* 130. fuisse
Iudicatum in cotia Senatus Pedemont. † Et 82
Diana supra ex Panormitano, refert non vitari
appellationem, quando appellans alternatiuè
adiecit vnum Iudicem incompetentem, quia tunc
valet ire ad competentem, qui certus est ex,
l. Prætor, §. quod autem, ff. de test. tutela.

Qvæstio II.

An appellantes à Pontifice ad concilium generale, actu existens, incidat in bullam cœnæ: An Pontifex faciat vim, non admittendo appellationem, ad concilium generale: Quid ècontra: An à seruatoribus appelletur ad concilium Toletanum: An vicarius generalis possit inhiberi saraneum: An faciat vim Iudex appellationis, si cognoscat de capitulis, super quibus non est appellatum?

Svmmarivm.

1 *Appellatio non imponitur à Papa ad concilium generale, & vide à n.* 6. *& qui appellant sunt excommunicati, n.* 7.

2 *Consulentes appellare ad futurum concilium, num incurrant excommunicationem bulla in cœna Domini, n.* 3. 4 5.

6 *Pontifex non admittendo appellationem ad concilium generale, vim non facit.*

8 *Appellatio à sententia Papa male informato, ad ipsum bene informatum valet.*

9 *Concilium generale, num possit Papam Iudicare* remissiuè.

10 *Concilium generale vim faciet non admittendo appellationem ad Papam, idem de prouinciali, n.* 11. 12.

12 *Appellari non potest ad Papam à Concilio generali, si Papa præfuerit in Concilio.*

13 *Appellatio ad Papam, non permittitur à Concilio congregato, super successione Papatus.*

14 *Appellatio à Iudicibus conseruatoribus, Archiepiscopatus Toletani, non interponitur ad consilium Archiepiscopi, contra Narbonam, cuius fundamentis satisfit, numero* 15. 16.

15 *Archiepiscopus Toletanus est Hispaniarum Primas, & conseruator supremus.*

16 *Consilium Archiepiscopi Toletani ex indulto cognoscit de religiosis Diui Iacobi, quod in praxi non ad est, vide, q* 3. *n.* 24.

18 *Iudex appellationis nequit cognoscere super capitulis separatis ab illis, de quibus appellatum est, n.* 19. 20. *secus si sint connexa, n.* 21. 22.

19 *Appellans potest consentire in parte, & in alia parte appellare.*

21 *Pars*

21 *Pars vna appellabilis trahit ad se aliam.*
22 *Connexio semper procedit ab eadem causa & radice.*

1 LIbuit hic de his dubiis tractare, quia non multum distant ab instituto materiæ Textus nostri, & ob id breuiter, & resolutiue quid sentiam assignabo; Ad primam ergo difficultatis partem, videtur negatiue respondendum, quia lex pœnalis non excedit proprium casum, sed pœnalis est ista lex, & non loquitur, nisi de appellantibus, ad futurum concilium generale: ergo non est extendenda ad appellantes ad generale præsens, vel ad Prouinciale, siue præsens, siue futurum, sic docent Castrus Palaus *tom. 6. disput. 3. puncto 3. numero* 6. Sousa *in bulla cænæ, cap. 3. disput. 21. num. 2.* Diana *p. 9. tract. 7. miscel. resolut. 66. in principio*, sic sequutos contra Cambacutiam *de excommunicatione bullæ, cap. 2. num.* 11. & Vgolinum *de bulla cænæ can. 2.* §. 1. versic. *quinto*, cum aliis id tenentes, quia appellatio hæc, sicut quæ fit ad futurum generale concilium, est occasio schysmatis, quia vtraque videtur concilium constituere supra Papam.

2 Hinc infero an consulentes appellare ad futurum concilium, incidant in bullam cænæ, & sunt duo contrariæ opiniones probabiles satis, quæ negat habet fundamentum, quia nudum consilium, nec est auxilium, nec fauor ergo nudus consiliarius non excommunicatur in hoc casu, quia in clausula bullæ solùm agitur de præstantibus auxilium, & fauorem, cumque consilium differat ab eis, eo quod iuuat ab extrinseco dirigendo, & instruendo rationem eius cui datur, & auxilium, & fauor, sint actus directi, ad executionem operis: sequitur, vt in tali pœna non fiat ampliatio ad casum non expressum, cum Pontifex in ea de consilio mentionem non fecerit, hanc docent Suarez *de censuris disp. 21. sect. 2 n. 17.* Bonacina *tom. 3. disp. 1. q 3. punct. 2. n 6.*

3 Sed aduertit Diana *dicta 9. p. tract. 7. dicta resolut. 66. circa finem*, quod esto prædicta sententia sit vera, tamen consiliantes incurrere in aliam excommunicationem reseruatam, latam à Pio II. *in bulla*, quæ incipit, *execrabilis*, confirmata à Iulio II. *in extrauag. suscepti regiminis*, vt adnotarunt bene Viualdus, Sairus, & Bonacina, *suprà*, quinimo in dicta constitutione Iulij excommunicantur decernentes, deliberantes seu vocem dantes, & approbantes appellationem, quod optimè fieri posse ait Bonacina *dicto puncto 3. num. 9. in fine*: tametsi appellatio non subsequatur.

4 Affirmatiuam verò docent, Nauarrus *in manuali, cap. 27. num.* 58. Toletus *in summa, libro 1. cap.* 20. Grassis *lib. 4. decis cap. 18. numero* 47. Vgolinus *in Bulla cænæ dicto can* 2. ad illa verba, *nec non eos*, versiculo, *excipiuntur*, dicentes manere excommunicatos dantes consilium, si appellatio sequatur ex eo, quia in prædicta Bulla excommunicantur dantes auxilium, aut fauorem: ergo cum consilium sit quidam fauor, eo quod qui consilium præbet, non parum iuuat ad operandum; sequitur vt con-
5 sulentes excommunicentur. † Sed esto sequaris hanc partem, adhuc cum Suarez *suprà numero* 16. & Diana *dicta resolut. 66. in fine*, dico approbantes appellationem factam; vel præstantes auxilium, vel fauorem appellantibus, post appellationem, non ligari prædicta clausulæ, excommunicatione, quia verba legis solùm appellantes, & auxilium ad appellationem præstantes comprehendunt.

Ad secundam quæstionis partem an faciat 6
vim Pontifex non admittendo appellationem ad concilium generale, & licet pro affirmatiua sententia adsint nonnulla fundamenta, quæ oriuntur ab ipsa natura appellationis, quatenus est defensio iuxta adducta, *supra in Rubrica quæst.* 1. Tamen reuera dicendum est, quod cum Pontifex non habeat superiorem in terris, iuxta longe adducta, *suprà in cap. nouit de Iudiciis, in cap.* 1. ideo de eo ad concilium nequeat appellari; & probatur quia de substantia appellationis est, quod interponatur de minori ad maiorem Iudicem, vt in dicta Rubrica, & hoc Textu nostro probatum remanet, *quæst præcedenti*, & resoluit, Scaccia *de appellat quæst.* 16. *num. 1. & 6.* sed Pontifex non habet superiorem, *cap. cuncta per mundum 9. quæst* 3. ergo ab eius sententia, non potest appellari, docent, Rebuffus *de appellationibus, a tit. 3. Glossa vnica, num* 8. non enim à Papa ad concilium appellari potest, vt docet Iacobat, *de concilio libro 1. art. 1. num 35 vsque ad* 90. vbi dicit quod tenere contrarium esset hæreticum, quia esset constituere duo capita, in Ecclesia Dei: tradit Ceuallos *de cog per viam viol. p. 1. quæst. 129. à num. 4.*

Imo quod qui appellant sint excommunicati 7
per Bullam in cæna Domini; tradunt Rugelinus *in hoc tractatu, §. 2. num* 10. versiculo, *regula*, Scaccia *in eodem, tractatu quæst. 8. num.* 63. 8
† Sed fallit hæc sententia, si appelletur a Papa male informato, ad eundem bene informatum, vt ipsemet corrigat, quia hæc appellatio, siue supplicatio, est admittenda, vt tradit Cardinalis Iacob. *in tractatu de concil. lib. 10. art. 1. num* 59. Martinus Lauden *in tractat. de Principe quæst* 42. Rota diuers. *decis* 50. *num. 10. tom.* 2. Cardinalis Albanus *in tractatu de potest. Papæ 2. p num.* 1. Scaccia *suprà, numero* 65. quia ipse cunctos Iudicaturus est, & à nemine est Iudicandus.

Et videbis quæ adduxi, *supra in cap. 1. de* 9
Iudiciis, quæstion. 6. vbi dixi de quæstione an concilium generale possit Papam iudicare, & in cap. 12. quæst 8. & ibi, in d cap. 12. vbi dixi de quæstione, an possit Pontifex ab aliquo Iudicari: & quid in foro interiori.

Ad tertiam quæstionis partem, an è contra, 10
concilium vim faciat, non admittendo appellationem ad Papam, & vt breuiter respondeam suppono quod dixi, *suprà in dicto cap. 1. de Iudiciis*, vbi *à quæstione* 4, aliqua adduxi, de conciliis generalibus, prouincialibus, nationalibus, & synodalibus, & de eorum potestate.
† Vnde si prouinciale impediret appellatio- 11
nem ad Papam, suam exequendo sententiam, male faceret, nam appellatur ab eo ad Papam, *cap. si ut excellentium 13. quæst.* 4. Cardinalis Alexandrin, *in Rubrica de appellat. num.* 32. versiculo, *sed quid*, Petrus Gregorius *in tractat. de appellationibus, lib. 4. cap. 6. num. 2.* versic. *sed certe*, Rugineld. *sup. § 2. cap. 2. num.* 14. Ceuall. *sup. quæst.* 130.

Imo etsi ipsum concilium generale congre- 12
getur de voluntate Papæ, sit in eo Papa, non

 præfuerit,

præfuerit, poteſt ad ipſum Papam appellari, vt tradit, Iacob. *de concil. ſuprà art. 2. in fine, num.* 7. Tamen ſi præfuerit in concilio: tunc non eſt admittenda appellatio, cum tota determinatio concilij tribuatur Papæ, qui non habet ſuperiorem, ad quem liceat appellari, vt iam dixi, & docent, Alexandr. *in Rubric. hoc titulo, num.* 36. *in fine*, Rebuffus, & Gregorius, Tholoſ. *ſuprà*, Sigiſm. Scaccia *de appellat. quæſtion.* 8. *num.* 100. verſic. *limita primo, & quæſt.* 16. *limit.* 2.

13 Verùm ſi concilium ſit generale, & legitimè congregatum ſuper ſucceſſione Papatus, tunc à dicto concilio non appellatur ad Papam, cum non habeat ſuperiorem in Eccleſia; eo quod deficiente Papa, non ſit aliquis ſuperior concilio generali, quod in tali cauſa, Iudicat de Papatu, vt tradunt Cardinalis, Iacobatius *de concil. lib.* 10. *art.* 2. *num.* 5. *&* 6. Scaccia *dicta quæſtione* 8. *hoc tit. num.* 10. in verſiculo, *limita ſecundo.*

14 Ad quartam quæſtionis partem, an à conſeruatoribus appelletur ad conſilium Toletanum; plura de poteſtate horum Iudicum conſeruatorum, dixi *ſuprà latè, in cap. ſi Clericus contra laicum* 5. *quæſtion.* 12. *de foro compet.* & de aliis dubiis, *in cap.* 2. *quæſt.* 20. *& in cap.* 4. *quæſt.* 43. Quibus ſuppoſitis licet videam in hac difficultate duas opiniones pugnantes conciuium D. Ioannis de Narbona *de appellatione vicarij ad Epiſcopum*, pro affirmatiua reſpondentis, *p.* 2. *fundam.* 2. *num.* 5. alteram negatiuam, quam amplector; de Ceuallos *p.* 7. *de cognitione per viam violentiæ, quæſt.* 121. cuius ratio potiſſima eſt, quia licet Iudices conſeruatores, cognoſcant tanquam ordinarij in prima inſtantia de cauſis Eccleſiaſticis, vt dixi, *ſuprà in locis citatis*, & teneat in terminis, Nauarrus *conſ.* 3. *de officio legati, p.* 1. tamen illud eſt quoad effectum, vt comprehendantur in ſuis cognitionibus, & violentiis, ſub diſpoſitione concilij, Trident. *cap.* 20. *ſeſſ.* 24. ſed in ſe illorum Iuriſdictio eſt Apoſtolica, delegata à Pontifice; idem Nauarrus *d. conſ.* 3. *num.* 3. ergo & ſic ab eorum ſententiis non eſſe appellandum ad Metropolitanum, nec ad legatos natos, vel de latere: docent additio ad Speculatorem, *titulo de Iudice de legato*, § *fin. num.* 24. verbo, *ventum*, Ancharranus *conſ.* 132. *in primo dubio*, Mandoſius *in praxi ſignaturæ*, verbo, *conſeruatoria*, Natta *in addition. ad Alex. conſ.* 12. *lib.* 6. & ideo cum ſint delegati Apoſtolici ex Trident. *ſeſſ.* 20. *cap.* 14. ibi, *tanquam in hoc ab ipſa ſede delegatis, cap. de officio delegati*, ibi, *conſeruatores; quos plerumque concedimus à manifeſtis iniuriis, vel violentiis, l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 8. *recopilat.* ibi, *los conſeruadores dados por my nueſtro Sancto Padre*, ſequitur, vt cum ſint maiores quolibet ordinario etiam legato de latere ex Textu, *in cap. ſtuduiſti de officio delegat.* vt appellatio non poſſit interponi de eis ad alios Iudices, nec ad conſilium Archiepiſcopi Toletani, poſſit interponi de ſententiis latis per conſeruatores, ibi, exiſtentes, quia aliàs eſſet admittere appellationem de maiore ad minorem, vt *infrà*, dico quod prohibitum eſt, vt abſurdum.

15 Nec obſtat dicere cum prædicto Narbona conſilium Toletanum eſſe ſuper alios Iudices; eo quod Archiepiſcopus Toletanus Hiſpaniarum primas, eſt ſupremus conſeruator omnium conſeruatorum ex Bulla Pij V. vbi Archiepiſcopus Toletanus, *conſeruator ſupremus appellatur*, nam aliud eſt quod ſit conſeruator ſupremus, aliud quod poſſit cognoſcere in gradu appellationis à ſententiis Iudicum conſeruatorum inferiorum, quia licet ſint plures Iudices conſeruatores, vnus ſuperior, & alter inferior, non poteſt vnus, licet ſuperior ingradu appellationis ſe intromittere in Iuriſdione alterius, niſi habeat ſpecialem Papæ commiſſionem; aliàs inquam daretur maxima confeſſio, ſi vnus Iudex conſeruator poſſet reuocare ſententiam latam ab alio conſeruatore.

Nec obſtat aliud Narbonæ fundamentum, 16
quatenus dicit, quod cum religio Diui Iacobi habeat, quod ad quærelam, & petitionem, ipſorum per certam Bullam pontificiam, ſublata fuerit dicto concilio Toletano, vt de religioſis eius cognoſceret inferens ab ſpeciali, poſſe prædictum concilium de aliis ſententiis latis à cæteris conſeruatoribus cognoſcere, quia reſpondeo non eſſe efficax tale fundamentum, nec conludens, quin potius probari noſtram concluſionem, quia cum regula ſit contra Dominum Archiepiſcopum ſuccedit, vt ſpecialitas dictæ D. Iacobi religionis, potius firmet regulam noſtram, vt benè conſiderat idem Ceuallos *dicta quæſt.* 121. *num.* 22. *&* 23. Videndus etiam, *quæſt.* 15. affirmans ita in tali concilio practicari, vt ſe vidiſſe per 30. annos, aduocationis illius Curiæ, Iudices prædicti conſilij ſemper reſpuiſſe, nunquamque admiſiſſe tales appellationes.

Ad quintam an vicarius generalis, poſſit in- 17
hibere foraneum, dico *infrà in cap. vt noſtrum. hoc titulo.*

Ad vltimam quæſtionis partem, an Iudex ap- 18
pellationis poſſit cognoſcere ſuper capitulis, quibus non eſt appellatum, vt hanc difficultatem componas mittes adducta, *ſuprà in Rubrica quæſt.* 6. in verſic. *ad quartam*, vbi egi de dubio *an ſi in vno articulo ſit appellatio interpoſita, poſſit inferior procedere in principali negotio, & in aliis eius articulis.* Itaque breuiter conſtituo pro regula, quod cum appellatio ſolùm deuoluat cauſam ab eo capitulo ſententiæ; à quo fuit appellatum; non verò, quoad alia capitula ſeparata, vt docet, Bartolus *in l. appellanti, ff. hoc tit. & in l. à patre*, §. 1. vbi Gloſſa verbo, *audiendus, ff. de minoribus*, vbi Baldus, Iaſon, *in l. ſcire debemus, num.* 5 *de verb.* Decius *conſ.* 344. Guid. Pap *in hoc tractat. num.* 46. Pariſius *conſ.* 66. *artic.* 3. 4 5 *&* 6. *volum.* 1.

Et quia non eſt inconueniens, vt appellans 19
poſſit conſentire in parte, & appellare in alia parte, Baldus *in l. præſes, num.* 3. *Cod. de ſentent. & interlocutionibus omnium Iud cum.* Romanus *ſingul.* 273. Corſetus *in ſuo ſingulari*, verbo, *appellatio*, ideo fieri, vt Iudex ad quem nequeat cognoſcere de aliis capitulis, præter illa, à quibus fuerit appellatum, cum ſuperior in tantùm ſit Iudex, in quantùm appellatur ad eum, & non vlterius: ſic docent communiter omnes ex prædictis, & in terminis Rota Lucen. apud D. Bernaue de Carnacani *in decis.* 63. *numero* 1. *&* 5. Videndus Peguer *in decis.* 19. Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ, quæſtion.* 105. *p.* 2.

Sed prædicta ſententia debet intelligi, quan- 20
do capitula ſunt ſeparata, eo quòd continent

factum

factum diuersum, vt docent Baldus *in l. ampliorem, num. 6. Cod hoc tit.* Felinus *in cap cum inter de re Iudicata*, Graueta *consilio 23. volum. 1.*
21 † Secus tamen si capitula fuerint connexa, veluti quando ex consequentia factorum, non recipiunt separationem, quia tunc fiet, vt Iudex, ad quem est appellatum, etiam cognoscat de illis quia quoties vna pars est appellabilis, trahit ad se aliam, Franchis *hic num. 2.* & est bonus Textus *in cap. cum. eundem, §. fin. ff. de edilitio edicto*, Gratianus *in decisn. Marcia 60. num. 6.* & commendat menti tenendum, Ceuallos *d. quæst. 105.* in fine, ad sententias residentiæ, & capitulorum, quæ opponuntur aduersùs pesonas Ecclesiasticas vbi sententiæ ipsæ cōtinent diuersa capitula quia appellatio ab vno non præstat Iurisdictionem in
22 aliis, nisi sint annexa, & indiuidua. † Connexio in quam semper procedit ab eadem causa, & eadem radice, Imola *cons. 134.* Eugenius *cons. 70. num 11.* H capplicabis quæ de connexis, & separatis dixi, *sup. sub tit. de rest. spol.*

QVÆSTIO III.

An vtraque pars possit appellare à sententia super eodem negotio prolata: An à legato proconsulis appelletur ad eundem: An nobiles Iurisdictionem habentes, habeant ius, vt ab ordinariis, ad illos apelletur: An feudatarius appellet ad Dominum feudi: Et an quando vterque litigator appellat vnus ad Papam, alius ad Metropolitanum, præferatur ille, qui ad Papam: Et quid si tempore hæc sit posterior: Et quid si appellatus sit ab Archiepiscopo: Et an consuetudine, seu priuilego, effici possit, vt valeat appellatio ad Iudicem inferiorem, aut æqualem?

SVMMARIVM.

1 *Appellare poterit quilibet litigantium, cuius interest, siue actor, siue reus, numero 2. & quando sententia continet diuersa capitula, potest appellari ad Iudices diuersos, n. 3.*

4 L. 2. ff. quis, & à quo appellat. numero 5.

5 *Appellari potest à legato ad proconsulem.*

6 *Appellatio à vicariis generalibus Toleti, & compluti fit ad consilium Archiepiscopi, & quare, n. 7.*

8 *Appellatio ab ordinariis, an ad nobiles admittatur*, remissiuè.

9 *Feudatarius num appellet ad Dominum feudi*, remissiue

10 *Appellatio facta ad Papam absorbet appellationem interpositam ad alium Iudicem ei inferiorem in capitulis connexis, num. 11. etiam si inferior praeuenisset in cognoscendo Papam, num 12 contra Decium, num. 13. expende vt, num. 15.*

14 *Ordo intellectus regulariter præfertur ordini scripturæ.*

15 *Archiepiscopus citans appellatum, eum compellit comparere. si nescit aliam appellationem fuisse interpositam ad Papam.*

16 *Reus citatus ab incompetente Iudice, tenetur coram eo comparere, saltim vt alleget Iudicis incompetentiam.*

17 *Gesta à Iudice incompetente se competentem pronunciante non valent.*

18 *Iudex qui citauerit, non poterit excommunicare à se citatum non comparentem, si citatus compareat, deinde, & alleget se ad Papam appellasse.*

19 *Appellatio de Iudice æquali ad æqualem, non valet, nec ad inferiorem seclusa omni consuetudine, num. 10. 21 respondetur contrariis num. 21. 23. 24.*

20 *Par non habet imperium imparem.*

22 Glossa in l. 1. § si quis in appellatione, *verbo* minorem, ff. de appellat.

25 *Appellatio ad æqualem, vel minorem ex statuto, seu priuilegio benè valet, quia iam tunc maior fit.*

AD primam quæstionis partem, quæ satis 1
est generalis, & quæ à tam longe dictis, *supra*, dependet, respondeo breuiter, quod cum omnibus, quorum interest sit appellatio permissa, ideo quilibet litigantium possit appellare, vt grauamen, quod patitur latæ sententiæ per superiorem corrigatur, ex *l. ab executore 4. § 1. l. a sententia 5. ff. hoc titulo, l. 1. ff de appellat. recip. l. 4. tit. 23. p. 3. cap. cum inter 16. de electione, cap. super eo 15. de officio delegat. cap. cum super 17. de re Iudicata*, vbi Doctores.

Ergo cum sæpius contingat, vt ab eadem 2
sententia, tam actor, quàm reus se grauatos profiteantur: sequitur, vt apparet ex nostro Textu vtrumque litigatorem posse appellare docet, Seaccia *de appellation quæstion. 10. à numero 4.* vbi, *numero 5.* intelligit quando vtraque pars potest prætendere se grauatam. † Et 3
num. 7. resoluit eum, Zabarella *hic num. 11.* & Franch. *num 6. & 11.* quod quando sententia continet diuersa capitula separata, vtraque pars potest appellare ad diuersos Iudices, quia quot sunt capitula, tot censentur esse sententiæ, vt *supra*, dixi, *in tit. de sententia, & re Iudicata, & alibi.*

Et quod appellatio, possit appellato, seu consociis in lite, iam *suprà*, dixi, *sub Rubrica*, quæ possunt hic applicari.

Ad secundam quæstionis partem, an à lega- 4
to proconsulis appellatur ad eundem pro consulem hæc difficultas pendet ab intellectu, *l. 2 ff. quis. & à quo appell.* dum docet à legato proconsulis posse ad proconsulem appellari, quod difficile est, cum vtriusque sit vnum tribunal, vnumque auditorium, vt contingit in appellatione interposita de Vicario generali Episcopi ad Episcopum ipsum, quæ est prohibita, vt adduxi, *sub quæstione 1.* Cui dubio respondet, Pichardus *in manud ad praxim, p. 4 §. 8. numero 3. versic. secundo*, Guneanus *primo variar. cap. 46* dicentes prædictam legem specialiter accipiendam esse, in mulctis, quos suæ Iurisdictioni non obtemperantes legibus infligit, à quibus appelatio nulla concedi potest, sed eas nulla appellatione præuia proconsul, vel in totum tollere non par viam appellationis aditus, sed alio modo de earum iniquitate cognoscens: refert etiam

Balbus

Balboa *hic numero vndecimo*, Legendus *à num.* 8.

5 Sed Cujacius *libro septimo obseruationum*, *cap.* 21. existimat optima ratione à legato ad proconsulem appellari posse, quia etsi legatus proconsulis, nihil proprium habeat, antequam ei à proconsule Iurisdictio mandetur, vt *in l. legati*, *ff. de officio proconsulis*, sed mandata Iurisdictione, iam tunc proprium habere dicetur: ergo mirum non esse dicet, quod à legato ad proconsulem appelletur, vt *in dicta l.* 2. non enim debemus dicere vt sentit, *hic* Balboa *dicto num.* 11. *in fine*, in propriam fuisse consulri locutionem, *in dict. l.* 2. quod absurdum esset, nisi legatus aliquid proprium haberet, quia legatus Iurisdictionem Iure suo habet, licet non antequam ei à proconsule mandetur; & sic existimo liberum esse Menochium *de arbitrariis libro secundo*, *quæstion.* 54. *casu* 7. *obseruatione* 21. quem impugnat Pichardus *vbi suprà*.

6 Nec implicat etiam dicere contra id, quod adduxi de appellatione vicarij generalis ad Episcopum prohibita in Archiepiscopatu Toletano frequenter contingere, vt de sententiis vicariorum generalium, quales sunt Tholosanus, & complutensis appelletur ad concilium ipsius Archiepiscopi, qui est ei inferior, ex doctrina Textus *in cap.* 2. *de consuet. libro sexto*.

7 † Quia hoc procedit ex ratione primatiæ, non Iurisdictionis ordinariæ: sic docent, & approbant, Doctores Ioannes de Narbona *de appellation. vicarij ad Episcopum*, *p.* 2. per plura fundamenta, vbi loquitur de appellatione vicarij ad consilium Archiepiscopi: sequitur Ceuallos *de cognit. per viam viol. p.* 2 *quæstion* 15. *numero* 9. dicens procedere in sententiis ordinariorum, etiam si sint delegati Apostolici, dum aliàs de Iure habeant Iurisdictionem, non obstante dicta commissione, vt resoluit, *ibi*, *numero* 7. de quo ego adduxi, *sub dict. quæstione* 1. *hic*; secus tamen esse de appellatione Iudicum conseruatorum, vt dicit, *ibi*, Ceuallos *in fine*, de quo iam dixi, *dict. q.* 2. versic. *ad quartam.*

8 Ad tertiam quæstionis partem, an nobiles Iurisdictionem habentes, habeant Ius, vt ab ordinariis ad eos appelletur, longè ait Couarruuias Videndus *in pract. quæst.* 4. *à numero* 6. *&* 7. Sed quia satis respondebis ex his, quæ adduxi, *suprà quæstione* 1. sub versiculo, *ad secundam*, & ibi, in versiculo, *ad tertiam*, & ibi, in versiculo, *ad quartam*, ideo non repeto.

9 Ad quartam quæstionis partem, an appellare teneatur feudatarius ad Dominum feudi, vt explices videbis quæ dixi, *sup. in c. cæterum*, *q.* 14. *de Iudiciis.*

10 Ad quintam quæstionis partem, quæ pertinet principaliter ad Textum nostrum, Balboa *hic n.*16. probat ex textu nostro potiorem esse appellationem ad Papam; ita vt hæc quasi ad maius Tribunal interposita, ad se trahat aliam, quæ ad ordinarium inferiorem interponitur: argumento Textus *in l. contra pupillum*, *ff. de re Iudicata*, *l.* 2. *in fine*, *titulo* 7. *p.* 3. vbi Gregorius, *Gloss. fin.* quod ego ex iam adductis intelligo in sententia, quæ continet Capitula connexa, quia tunc si vnus, v. g. appellet ad legatum, & alter ad Papam, cognoscat Papa Franchis *hic num* 3. versic. *quid autem si vna pars*, Barbosa *sub numero*, Gamb. *de authoritate legati de latere*, *lib.* 8. *quæst.* 25. *num.* 112. † Et sic 11
Abbas, & Franc. *hic num.* 2. *notabili* 2. Osasc. *decis.* 131. *num.* 14. Sigism. Scaccia *de appellationibus*, *quæstion.* 10. *a num.* 10. docent quod vbicumque à diuersis partibus interponitur appellatio ad diuersos Iudices quorum vnus sit superior altero; tunc Iurisdictio superioris absorbeat Iurisdictionem inferioris in ipsa causa appellationis, quod iterum intelligit, Scaccia, *num.* 14. quando sententia habet connexa capitula ex Textu nostro, vbi tantum vnum negotium agebatur, si sententia, à qua appellatur, vt iam dixi haberet diuersa capitula.

Ad sextam partem quæstionis, quæ fluit ex 12
antecedenti, existimo resolutiue esse respondendum, etiam relatam Doctrinam procedere in casu, quo vna pars prius appellasset, & per inferiorem Pontifice esset iam incœptus processus, docent, Betoius *cons.* 6. *num.* 4. *lib.* 6. quam refert, & sequitur Lancelotus *de attentatis*, *p.* 2 *cap.* 12. *de attent. appellat. pend. ampliatione* 15. *in principio*, *num.* 23. Panormitanus, & Balboa *hic num.* 17. dicentes indistinctè appellationem interpositam ad Papam, etiam tempore posteriorem præferendam esse, vt semper minor maiori cedat. Est enim generaliter verum, quod in concursu plurium Iudicum, cum apud omnes simul causa agitari non possit, qui maior est, semper præferatur minori, *dicta l. contra pupillum*, §. *fin. ff. de re Iudicata.*

Nec obstat Decius, qui in præsenti acer- 13
rimè defendit præferendam esse appellationem quæ fuit interposita per vnam ex partibus ad Metropolitanum, vel legatum, probans huiusmodi dubij resolutionem, non ex maioritate Iudicis, aut Tribunalis; sed ex ordine, & prioritate scripturæ decerni, probans præferri hic appellationem ad Papam in nostro Textu, quæ prius fuit interposita: argumento Textus, *l. qui prior*, *ff. de Iudiciis*, vbi qui prior appellat, prior agit, sed hoc fundamentum est futile in hoc puncto, tum ex late adductis, vbi appellatio ad Papam, fit etiam omisso medio. † Tum 14
etiam quia regulariter ordo intellectus præfertur ordini scripturæ, *l.* 1. §. *prius*, *ff. de vulg. l. talem*, *ff. de heredit. instit. præcipue*, nam quando disponentis mens, certa est ordo scripturæ non attenditur, *l. in iis*, §. *fin. ff. de solutionibus.*

Ad sextam quæstionis partem, respondent, 15
Scacia *dict. quæst.* 10. *de appellat. num.* 15. & Barbosa *hic sub*, *num.* 2. *post medium*, quod licet appellatio interposita ad superiorem, puta ad Papam, præualeat: tamen si qui appellauit ad Papam fuerit citatus coram Archiepiscopo, ad quem aduersarius appellauerit, tenetur comparere, aliàs si non comparuerit, posset, vti contumax excommunicari ab Archiepiscopo, Iuxta Textum nostrum, quem bene declarat, Franc. *à num.* 13. nam Archiepiscopus habet Iurisdictionem, sedelidibilem ope exceptionis; ob idque donec exceptione, non elidatur, possit præcedere, vt declarant, *hic* Zabarela *n.* 3. versic. *nota ex Textu*, & Decius *num.* 5. *notab.* 3. Barbosa *dicto num.* 2. *in fine*, qui id intelligit, puando Archiepiscopus ignorabat appellationem interpositam ad Papam, prout loquitur Textus

Textus hic, secus si Archiepiscopus sciebat, quia isto casu excommunicatio non teneret, Zabarela, *num.* 5. Decius *notab.* 4. *numero* 6. *hic.*

16 Et confirmatur ex alibi dictis, nam reus, qui citatus ab incompetenti Iudice tenetur coram eo, comparere, saltim allegaturus eius incompetentiam; ad quod leges quæ late scribit, *hic* Balboa *numero tertio*, *& à numero* 24. omnino videndus pro exacta explicatione nostri Textus probans ex eo; quod pars non tenetur allegare Ius alterius partis; ad quod, vt Abbas aduertit, *hic num.* 10. vulgò allegatur Textus nostri, sed si citata est à Iudice ordinario, quæ habeat priuilegium, vt coram alio Iudice litiget; adhuc, vt dixi tenetur comparere coram ordinario citante, vt priuilegium suum alleget, & Iudex æstimet, an sua sit Iurisdictio, vt probat, *hic* Balboa *sub dicto numero* 17. & patet ex his, quæ adduxi, *suprà de foro comp. sub c. pen.*

17 Sed siècontra Iudex sciat reuera non esse Iudicem competentem in aliqua causa, & nihilominus pronunciauit se esse competentem in ea gesta, in hoc casu non valebunt, cum certus sit de carentia suæ iurisdictonis docet, Barbosa *in l. si quis ex aliena*, *numero* 97. *ff. de Iudiciis*, & ob id alter Barbosa *hic numero* 5. Nouarius *in coll. cum contingat de rescript.* 11. *causa nulliatis*, à principio, docent processum contumaciæ punitiuum Iudicis scientis, vel dubitantis se non habere Iurisdictionem esse nullam.

18 Vnde euenit, Iuxta Textum nostrum, vt quamuis prouocatus Iudex possit non comparentem excommunicare; tamen id facere non poterit si citatus compareat coram eodem Iudice, & alleget se ad Papam appellasse; idemque esse, si Iudex ordinarius prouocatus cognouisset appellatum esse ad Papam: sic Balboa *numero* 17. *in fine*, qui dicit nihil interesse, an Iudex appellationem interpositam cognoscat allegante appellatore, vel non allegante, quia in vtroque casu Authoritati Pontificis, tenetur reuerenter deferri, qui enim certus est, amplius certior esse non potest; *l.* 1. *in fine*, *ff. de actionibus empti*, ita ait nihil interesse plerumque vnde scientia comparetur.

19 Ad vltimam quæstionis partem, an fieri possit, vt valeat appellatio de æquali Iudice ad alium æqualem, vel ad alium inferiorem; & pro affirmatiua sententia facit dictum, *suprà hic* versiculo, *ad secundam*, in versiculo, *sed neque*, vbi adduxi valere appellationem de vicariis generalibus toletanis ad concilium Archiepiscopi. Sed contraria sententia est tenenda ex adductis, *suprà ad Rubricam*, nam semper appellatio interponitur de minori ad maiorem Iudicem; non enim potest appellari de maiori ad minorem, vel æquali, ex *cap.* 2. *de consuetudine*, *lib.* 6.

20 † Et quia nec par habet imperium, imparem, nec minor in maiorem, *l. nam, & magistratus*, *ff. de receptis arbitris*, *l. ille à quo*, §. *tempestiuum ff. ad Trebellian. cap. inferior. de maiorit. & obedientia*, docent, Ceuallos *de cognition. per viam violentiæ, quæst.* 121. *à num.* 10. Balboa *hic sub num.* 4.

21 Et in tantùm verùm est, vt nec consuetudine effici possit, vt ad inferiorem, vel æqualem appellatio interponeretur, vt omnes agnoscunt per Textum, *in dicto cap.* 2. *de consuet. libro* 6. Barbosa *hic sub dicto numero* 4. Præpositus *in cap. dilecto*, *hoc titulo*, Gozadinus *cons.* 661. Aymon *cons.* 148. *numero* 4. Decius *in cap. referente*, *numero* 8. *de præb.* est enim contra substantiam appellationis appellare ad Iudicem inferiorem, ex *cap. cum contingat de foro competenti*, *cap. conquestus* 9. *quæstion.* 3. tradunt, Gratianus *decision.* 24. *num.* 12. vbi *num.* 10. resoluit non valere consuetudinem, quod appelletur à maiori ad minorem, Ancharranus *cons.* 132. Præpositus *in dict. cap. dilecto*, Gozadinus *cons.* 76. Aymon *consil.* 148. *n.* 4.

His enim obstat, Glossa *in l.* 1. §. *si quis in appellatione*, verbo, *minorem*, *ff. hoc titulo*, dum docet quod etsi ad minorem, vel æqualem Iudicem appellati non liceat; si tamen appellatur, valeat appellatio, sed Balboa *hic numero* 5. dicit quod sublata consuetudine, talis appellatio improbabilis est: ergo sentit, quod consuetudine bene potest introduci, vt de minori appelletur ad maiorem; imo expressè dixit, *sub dict. numero* 4. in versiculo, *nisi*. valere tamen eam appellationem, si simul eadem consuetudine esset introductum, quod in causa appellationis, ad quem pro superiore haberetur, vt in oppidis minorum particularum, *adonde el Alcalde mayor suel conocer an primera instancia con los ordinarios y tambien conoce en segunda an grado de apelacion.* 22

Verum prædictam Glossam expendens Balboa *sub dicto numero* 5. intelligit, vt valeat appellatio, Iuxta eam, ad æqualem, non vt ipse de causa cognoscat, sed vt cognitionem remittat ad Iudicem maiorem, ad quem appellandum erat, & probat ex Textu, *in l.* 18 *titulo* 23. *p.* 3. vbi verbo, *ygual*, Glossa resoluit eo in casu appellationem valere, Villalobos *in ærario commun. littera*, *A*, *num.* 129. quod si ad minorem appellaretur, ex *dicta l.* 18. non valeret appellatio: sic Gregorius *ibi*, in Glossa *ygual*, declarat Doctrinam Glossæ, *dict. l.* 1. §. *si quis*, verbo, *minorem*, & verbo *consules*, quæ alias communiter reprobatur, vt procedat; dummodo Iudex ad quem appelletur æqualis Iudici à quo, sit eiusdem Regni, & Dominij, alias cum non posset causam ad superiorem remittere, non valeret appellatio, sed haberetur pro deserta, & sententia transiret in rem Iudicatam, vt probare videtur Textus *in dicta l.* 18. alia docet Balboa videnda in confirmationem, *numero* 6. *&* 7. 23

Nec obstat adductum de appellatione, quæ interponitur de vicariis generalibus Toleti ad consilium Archiepiscopi, ibi existens, quia respondeo ex adducta Doctrina illud consilium esse saltim æquale; & sic posse ad eum appellationem interponi, ratione primatiæ in casu, de quo iam disputaui antea, *in dicto*, versic. *sed neque.* Verùm Ceuallos, qui illud amplexus loco, *ibi* adducto defendit, *in dicta quæstion.* 121. *in fine*, cum Scaccia *de appellat. quæstion.* 8. *numero* 89. *declar.* 2. dices quod si ordinarius Toletanus procedat in aliqua causa, cum Authoritate ordinaria, & Apostolica, vt in dispensationibus, & cæteris commissionibus contigit, si tunc ferat sententiam non appelletur 24

letur ad primatem,& per consequens, nec ad dictum consilium.

25 Verùm si statuto, priuilegiove factum esset, vt de vno Iudice ad alium appellaretur, qui reuera esset minor, vel æqualis: tunc quoties appellatio valere contingeret, quia tunc ille Iudex ad quem in illo casu, est reputatus superior, vt colliges ex his, quæ adduxi, *suprà in cap. cum contingat* 13. *de foro compet.* quo in casu admitto Balboam *hic*, iam relatum, quatenus dixit valere consuetudinem, & statutum, sic probans cum Rebuffo *ad leges Gallicas tom.* 3. *sub hoc tit. num.* 6. & ait Balboa probatum videri ex *l.* 14. *tit.* 18. *lib.* 4. *recopilat.* dum disponit seruandas esse consuetudines appellandi ad Tribunalia, ad quæ aliàs de Iure non esset appellandum ex defectu Iurisdictionis cognoscendi super illis litibus; infert ergo Balboa valere talem consuetudinem, quasi eius prætextu, illi Iudices maiores efficiantur Iudici à quo. Et sic resoluimus consuetudine effici posse, vt Iudex, qui aliàs erat minor, constituatur maior; & ob id possit ad eum appellari, sed non si adhuc remaneat minor, aut æqualis respectu Iudicis à quo appellatur; quia tunc talis consuetudo, vt rationabilis repellitur ex iam dictis.

QVÆSTIO IV.

An Principes queant de facto constituere aliquod Tribunal; à quo non detur appellatio, nec ad ipsos: An appellatio ad Romanum Pontificem habeat semper locum in omnibus causis fori Ecclesiastici: Et an appellandi ad Papam facultas, possit præscriptione, aut consuetudine tolli: Vel an priuilegium aliquod potens sit, vt non appelletur ad Papam?

SVMMARIVM.

1 *Principes solent constituere aliquod Tribunal, à quo non detur appellatio: vbi de Neapoli, & Hispaniæ Tribunalibus, & num.* 2.

2 *Appellatio in causis inquisitionis, non est ad Romanam Curiam, sed ad supremum Tribunal inquisitionis: Et quare, n.* 16.

3 *Tribunalia suprema, quæ in Regnis Hispaniæ.*

4 *Papæ authoritas semper intelligitur præseruata in concessionibus officiorum.*

5 *Persona loquentis censetur excepta in concessione.*

6 *Superioritatis Ius remanet semper Principi.*

7 *Princeps non præsumitur concedere contra se.*

8 *Subditi queunt recurrere ad Principem grauati à supremis Tribunalibus, & numero* 10.

9 *Suprema Tribunalia habent potestatem à Principe, precario qui potest ad libitum diminuere, & n.* 10. *&* 14.

11 *Authoritas Papæ est incommunicabilis, cum sit totius Ecclesiæ; & sic indiuidua: Et quia est Christi, num.* 12.

12 *Appellatio quare à supremis Tribunalibus non detur.*

13 *Querelæ remedium datur contra Iudices supremos, siue recursus ad Principem, quando quis notabiliter grauatur.*

14 *Princeps potest minuere potestatem Iudicandi aliis datam, quamtumuis prægnantibus clausulis.*

15 *Princeps auferendo omnem recursum, seu appellationem, intelligitur de ordinariis.*

16 *Sanctæ inquisitionis Tribunalia, nihil inique præsumuntur exequi.*

17 *Princeps non alienat ea, quæ ad Regiam potestatem spectant.*

18 *Pontifex non alienat Iura Pontificiæ Coronæ, quale est Ius appelalndi: & quare, numero* 26.

19 *Appellatio cuilibet licet ad Papam.*

20 *Pontifex prohibet causas agitari in prima instantia apud Peregrinos Iudices, & vult quod pateat recursus ad sedem Romæ, n.* 21. 22.

23 *Pontifex, seu Princeps supremus non potest esse sine suprema potestate: Nec aufert Ius appellationum ad se, numero* 24.

25 *Princeps concedens aliquid cum omnimoda potestate, non intelligitur concessisse eam, quanta est in se.*

26 *Pontificis suprema potestas, est vicarij, & sic Christi.*

27 *Appellandi Ius ad Papam quare nec præscribatur, nec consuetudine acquiratur? num.* 28. 29. 30. 31. *satisfit contrariis, num.* 32.

28 *Appellationes fuere populo reseruatæ lege velleia Regibus exclusis.*

29 *Præscribi nequit quod non potest auferri à Domino, nec consuetudine induci, quod non potest lege, aut pacto.*

30 *Appellationum Iura Principi conueniunt in signum supremæ potestatis.*

32 *Subditus qualiter possit acquirere Ius superioritatis.*

33 *Princeps dicitur talis ex quo Iudicat subditos.*

34 *Subiectis ad Romanum Pontificem nequit præscribi.*

35 *Vicarius Christi quoad Iudicia habet eandem potestatem.*

36 *Pontifex facit idem consistorium cum Christo.*

37 *Appellationes apud Balgas de facto excluduntur: explica vt à n.* 45.

38 *Appellatio ad Papam, nec vllo priuilegio tollitur.*

39 *Pontifex accepit potestatem non in destructionem sed in ædificationem.*

40 *Princeps qui rationem non sequitur, non vtitur plenitudine potestatis, sed tempestatis.*

41 *Priuilegium continet speciale beneficium concessum à Principe, circa ea, quæ possunt, à Principe concedi tantum.*

42 *Appellationis abdicatio concedi nequit à Principe priuilegium.*

43 *Appellationis*

43 *Appellationis actus sublatus, ne detur ad Papam, dicitur irrationabilis.*

44 *Pontificiæ Dignitatis, est inseparabile, quod sit caput omnium fidelium.*

45 *Belgis concessum priuilegium à Leone X. &c. qualiter intelligatur in materia appellationum, num. 46. & 47. vbi de quadam Declaratione.*

48 *Appellationis Ius apud Belgas non fuit sublatum.*

49 *Priuilegia non præsumuntur, quibus totaliter appellatio ad Papam sit sublata; imo subreptitia censetur.*

50 *Princeps auferendo appellationem, non aufert in notoriis grauaminibus recursum ad ipsum.*

51 *Priuilegij concesso irrationabilis, nihil iuuat.*

1 AD primam quæstionis partem, præmisso quod dixi *supra qüstione 2. An Baro queat prohibere subditos suos Principem adire*, & soleant Principes constituere supremum Tribunal. Senatumve, à quo non detur appellatio vt de collaterali Regni Neapolitan. totat Regens de Ponte *de potestate Pro Regis titulo 12. numero 5.* à cuius sententia non detur appellatio, eo quod procedat cum Iurisdictione, & potestate suprema, nec adsit superius aliquod tribunal ipsu, ad quod detur appellatio, & pas-
2 sim constet in aliis Regnis. † Sitque inter nos Hispanos nostrum supremum Sanctæ Inquisitionis Tribunal, à quo non appellatur ad sedem Romanam ex commissione plurium summorum Pontificum, nempe Innocentij VIII. anno 1485. & 1486. Alexander IV. anni 1518. Clement. VII. anno 1525. Pauli III. anno 1539. & 1544. Iulij III. anno 1551. Gregorij XIII. anno 1572. & Clement. VIII. anno 1599.
3 † Et sic de aliis Regnis verificari valet, vel etiam in his Regnis patet respectu Regum tot tribunalia suprema, vt sunt hic Matriti Regium Castellæ supremum ad lites Iustitiæ, supremum aliud supremum Regni Aragoniæ, aliud Portugaliæ, aliud Flandriæ, aliud Italiæ, Supremum pro Regnis Indiarum, aliud etiam Ecclesiasticum Sanctæ Cruciatæ, vbi causæ, quæ ad illud pertinent ibi finiuntur absque alia appellatione; ideo de hac quæstiune hic peragere libuit.

4 Sed quia Regula Iuris est, quod in concessionibus officiorum semper intelligitur præseruata authoritate Papæ, vt dixerunt Baldus *in leg. qui se Patris, Cod. vnde vi*, Surdos *in consilio 152. numero 16.* Camilus Curtius *part. 1. diuersor. Iuris, feudat. potest, numero 5.* Nuta *consilio 580. numero 4.* Ferdinandus Vasquez *de succession. creatur. libro 2. §. 17. nume-*
5 *ro 88.* † Quia in omni scilicet concessione, semper intelligitur excepta persona loquentis, *leg. Inquisitio, Cod. de solution.* vbi Doctores & *l. g. mercedem, §. fin. ff. de action. empti*,
6 vbi Glossa, Bartolus, & alij. † Semperque maneat Principi saluum Ius superioritatis. Baldus *consilio 327. numero 7. libro 1.* Mozzius *de feudis, titulo de natura, sub numero 25.* Menochius, Tyberius; Decianus, Mandellus, Chachertanus, Osascus. Zasius, Ruinus, cum aliis Mastrillus *de Magistrat. libro 1. capite 18. numero 13.* Sixtinus *de Regalibus libro 1. cap. 5.* Fermosin, de Exceptionibus.

num. 112. Rolandus, Afflictis, & alij. † Nec 7
Princeps contra se concedere præsumatur ex *leg. peculium, §. sicut, ff. de pecul. leg. & cap. 1. infine, de prohibita feudi alienat.* & vt tradunt Doctores *in l. Coa. an serui ex suo facto.*

Inde Doctores inferunt vt semper intelligatur 8
præseruatum, etiam Ius subditorum recurrendi ad Principem, si ipse apud suprema tribunalia grauamen euidens, & notabile patiantur; quia id est ab eis inseparabile, sicuti Ius superioritatis à principe, & à fortiori. † Eo quod su- 9
prema Tribunalia procedant nomine Principis, habeantque potestatem præcario, & consequenter constitutam sub plena eius dispositione; ita vt possit ad libitum eam minuere, vel auferre, vt dixerunt Bartolus *in leg. hoc Tyberius, ff. de hered. instituen.* Baldus *in leg. qui se Patris, numero 10. Cod. vnde liberi*, Castrensis *consilio 288. numero 2. volumine 1.* Brunus *consilio 97. numero 2.* Menochius *consilio 1. numero 181. de arbitrar. in scholiis ad quæstione 95. numero 5.* Belluga *in speculo Principe Rub. 26. numero 3.* Peña *de potest. Princicip. capite 29. numero 1. & 2.* Cabed. *decisione 85. numero 1. part. 2.* Giurba *consilio 89. numero 12.* Thesaur. *in præm. decisione numero 10.*

Cum ergo dicta suprema Tribunalia non pos- 10
deant supremam Principis potestatem, sed tantùm habeant merum exercitium; ita vt non possit illam exercere sine authoritate Principis, euenit quodad libitum possit Princeps circa illud disponere, & quod quisque apud huiusmodi Tribunalia grauatus, possit recurrere ad Principem, tanquam ad eum, à quo exercitium potestatis, dependent Magistratus dictorum Tribunalium: sic Doctores per Textum *in capite quod translatione de officio legati*, Baldus *in dicta leg. qui se Patris*. Petrus Gregorius *de concess. feudi parte 1. quæstione 7. num. 4.* Cabedus *decisione 9. numero 1. & 2. parte 2.* Iacobus Gallua *consilio 225. numero 19.* Camil. de Curte *diuers. feudor. parte 1. §. 10. numero 7.* Peregrinus *consilio 2. numero 1. & consilio 3. numero 16. libro 1.*

Et quod multo magis habeant locum in su- 11
premo Ecclesiæ Præsule docent Decius *consilio 307.* Guillelmus Benedictus *in capite Raynutius de testam. verbo ad vxorem*, Carolo Grass. *libro 2. Regal. franc. Iure 14.* Anastas. Germon. *de sacror. immunit. capite de indultis Cardinal. §. Episcopi numero 29.* Grammaticus *decisione 3. numero 4.* Menochius *consilio 479. numero 9.* Ioannes Garcia *de nobilitate glossa 35. numero 59.* quia authoritas Papæ est incommunicabilis, cum sit authoritas capitis totius Ecclesiæ, & proinde indiuidua, sicut vnum tantùm, & indiuiduum potest esse caput. † Et cum sit au- 12
thoritas ipsius Christi cuius vices in terris gerit iuxta quæ dixi latè *in capite nouit de Iudiciis*, cumque dicta Tribunalia procedant nomine Regio, vel Pontificio, repræsententque personam summi Pontificis, vel Principis, cum sint loco ipsius, & ipsius Iurisdictionem supremam exerceant, vt dictum est, adhuc etsi appellatio in concessione sublata sit; quia & in multis casibus de Iure contingit; vt dixi *in capite 1. & in capite 11. hoc titulo*, quia sunt tribunal, & Iudicium proprium Principis, eiusque Senatores sunt pars corporis ipsius Principis, seu membra quorum ipse Princeps est

caput, vt *in l. quisquis, Cod. ad leg. Iuliam Maiest.* ibi *nam & ipsi pars corporis nostri sunt, in quo nosipsos numeramus*, & corpus habere motum non possit, nisi à capite censeatur, vt quod quid ipsi faciunt, fiat ab ipso Principe, quia semper existimatur ipse interuenire tanquam caput, ne quidem mirum sit, vt appellatio auferatur; quia Sententiæ Consiliariorum censeantur ipsius Principis ex *l. vnica*, §. 1. *ff. de officio Præf. ct. Prætor.*

13 Nec inquam ex quo de facto Pontifices, aut Principes soleant constituere talia Tribunalia Suprema, à quorum sententiis denegetur appellatio, quamtumuis eorum sententiis ipsi acquiescant ex fundamentis iactis, denegatur ad Papam, siue Principem secularem aliud scilicet remedium quærelæ, & recursus ex doctrina Glossæ, *in capite statutum*, §. *accessorem de rescriptis, lib. 6.* Nam licet non adsit aliud Tribunal superius ipsis, tamen in ipsis locum recursus ad Papam, seu Principem pro obtinenda prouisione Iustitiæ, si quis euidenter, & notabiliter grauetur; Quia & si Senatoribus amplissimam facultatem concedant, censentur inquam maiorem sibimet reseruasse vt Doctores profitentur per Textum, *in capite dudum de præbend. lib. 6.* vbi Gemin. & Barbosa cum multis, alter Petrus Barbosa *in lege 1. ff. de Iudiciis*, Couarruuias *quæstione 4. practicar.* Sixtinus *ad Regul.* 8. Cancellar. §. 2. *proœm. num.* 2. Sixtinus, *consil. Marpurg. 9. num.* 11. *volum.* 1. Thomas del Bene cum infinitis *de immunit. Eccles. parte* 1. *capite* 8. *dubit.* 47. *sect.* 7. *ibi, nu-*
14 *mero* 6. *&* 7. † Qui & *num* 15. *&* 16. ait quod & si amplissimis concession.bus, & prægnantibus clausulis aliquibus concedant, vt ipsius nomine iurisdictionem exerceant remouendo appellationes, &c. adhuc possent talem iurisdi-
15 ctionem limitare † Imò addit quod & si auferat etiam recursum, id intelligatur de appellationibus, & recursu ordinariis, & regularibus, in quibus scilicet non præsumitur malitia in his, qui procedunt nomine Principis, sed non auferri concludit extraordinarium recursum in casu, quo contingeret grauamen euidens, & notabile.

16 Quare vt ad casum tot Bullarum Pontificum *numero* 1. adductarum, quibus prohibentur appellationess, aliæve proclamationes in causis fidei, vt *in capite vt inquisitionis cum vulgatis de Hæret. libro 6.* & extra, nec datur ad Papam, sed ad Supremum Tribunal Consilij, & eius Inquisitorem Generalem, & in Bulla Alexandr. IV. quam refert Eimericus & *ibi*, Pegña *comment.* 3. Diana *parte* 4. *tractatu* 8. *resolut.* 32. respondetur factum esse à Pontificibus, tot in fauorem Inquisitionum Territorij Domini Inquisitoris Generalis pro his Regnis, tum propter maximam circunspectionem, & grauitatem, quibus Tribunalia Sanctæ Inquisitionis, & Supremum hoc Consilium decernunt, maturè admodùm videndo causas fidei, tum ne patiantur dispendium aliquod in dilatione, & secreto, si processus transmitterentur ad Sedem Apostolicam; Et quia Tribunalia hæc, quibus valdè confidit Sanctissimus Pastor, nihil iniquè exequi præsumantur.

17 Ad secundam partem quæstionis, an appellatio ad Romanum Pontificem locum habeat semper in omnibus causis fori Ecclesiastici? Facilis est responsio ex proximè dictis, Et quia quemadmodùm Regius Princeps non potest alienare ea; quæ ad Regiam potestatem spectant, *ex capite intellectu de Iureiurando* vbi notaui.

Sic nec Pontifex possit alienare iura Regiæ, & Pontificiæ Coronæ, quale est ius appellationum, & sic facere, quod non possit quis quando est iusta appellatio ad ipsum appellare, cum teneatur seruare illibata, quæ pertinent ad Regiam, & Pontificiam potestatem, ex *dicto capite intellecto*, *& capite grandi, de supplenda negligentia Prælator. libro 6.* † Et 18
19 sic communiter affirmant Doctores, vt in omnibus dictis causis possit semper vnusquisque ad Apostolicam sedem appellare, nec possit ab hac re facienda ab aliquo impediri, vt desumitur ex *c. si quis vestrum, c. si quis putauerit, c. ad Romanam. 2. cap. ideò huic, cap. arguta 2. quæstione* 6. Et ex Concilio Sardicensi *Can.* 7. *& ex Epist.* 3. *decret. capite* 2. vbi Fabianus Papa prohibens peregrina Iudicia excipit Sedem Apostolicam ex verbis sequentibus: *Peregrina verò Iudicia salua in omnibus Apostolica authoritate generali Sanctione prohibemus; quia indignum est ab exteris, vt iudicetur, qui Prouinciales, & à se electos debet habere Iudices, nisi fuerit appellatum.*

Ex quibus patet pontificem prohibere solùm causas in prima instantia agitari apud Peregrinos Indices, & velle quod ad Romanam Sedem semper pateat recursus, cum adeo proprium sit Apostolicæ Sedis, vt possit Pontifex per aliquam concessionem abdicare à se ius cognoscendi causas per appellationem omnium Fidelium, vt inseparabile à Suprema eius potestate; sicut vniuersaliter de Supremo Principe docent Ioannes Andreas *in capite cum Episcopus de offic. ordinarij, libro 5.* Menochius *ibidem*, Plotus *in lege si quando*, *numero* 288. *Codice vnde vi*, Iason *consilio* 161. *volum.* 2. Couarruuias *pract. capite* 4. *numero* 1. Mastrillus *de magistratibus libro* 3. *capite* 8. *numero* 19. Lucas de Penna *in lege Sacris*, *Codice de proxim. Sacror. scrinior.* 20

Et de Pontificio docent in terminis Doctores *in capite bonæ 2. de postulat. Prælator.* & alij Canonistæ *in capite 2. de Cleric. non resid. & in capite venientes de Iureiurando*, Ioannes Andreas *in cap. Ecclesia Sancta Maria de constit.* Socinus *consilio* 275. *volumine* 1. Baldus *in lege cum multa, Codice de bonisque liberis*, Recentiores *in capite cum contingat de foro competenti*: Franciscus Barb. *de Episcopor. Iurisdict.* cum Glossa *in capite 1. de Clerico ægrot. in 6.* Seraphinus *in decisione* 615. *numero* 5. Sanctus Thomas *in 2. distinctione 44. in expositione litteræ in fine.* 21

Et hæc doctrina desumitur etiam ex *Epistola 2. decret. capite* 3. vbi Innocentius I. alloquitur sequentibus verbis: *si quæ autem causæ, vel contentiones intra Clericos, tam Superioris Ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortæ, vt secundum Synodum Nicenam congregatis eiusdem Prouinciæ Episcopor. iurgium terminetur, nec alicui liceat Romanæ Ecclesiæ, cuius in omnibus causis debet reuerentia custodiri, relictis his Sacerdotibus; qui in eadem Prouincia* 22

Dei

Dei Ecclesiam nutu Diuino Gubernant. ad alias consolare Prouincias, quibus etiam constat semper fuisse concessum recursum ad sedem Apostolicam; eo quod appellatio tendit semper ad superiorem, ex *leg* 1. §. *si quis*, *ff. de appellation.* & ex Textu nostro, & *capite* 11. *de appellation.* iuxta quæ dixi *in Rubrica*, *& titulo nostro*; itavt vbicumque est superioritas, vbi locum habeat appellatio.

23 Non enim potest esse supremus Princeps, vel Pontifex sine suprema potestate respectu suorum subditorum, cum suprema potestas sit forma, & substantia supremi Principatus, infinitis comprobans, Thomas del Bene *de immunit. dict. parte* 1. *capite* 8. *dubitat.* 47. *section.* 2. vbi cumulans alia, & plurimos sic tenentes concludit, vt cum Princeps non posset oppressionem à subditis tollere remota appellatione, nec proprium munus Principis exercere, & Ius appellationum sit Ius superioritatis (vt iam dixi.)

24 Nec sibi auferre Ius appellationum, quo miseri, & oppressi aduersus iniustitiam, & oppressionem præsidium Innocentiæ consequuntur, ex Doctrina Textus *in capite cum speculi* §. *porro*, *capite sugestum hoc titulo*, *leg.* 1. *ff. de appellation. leg.* 2. §. *ex actis*, *ff. de origin. Iuris.*

25 Vnde fit vt cum Princeps supremus concedat aliquid alicui cum omnimoda potestate, non intelligitur concedere cum illa omnimoda potestate, quæ est apud ipsum ex Innocent. *in capite dudum de election. & in capite inter Monasterium de statu Monach.* Baldus *in leg. testamenta*, *Cod. de testam.* Ruin. *consilio* 104. *numero* 13. *volumine* 3. Riminal. Iunior. *in leg.* 1. *numero* 141. *ff. de officio eius*, quia non potest abdicare à se supremam potestatem, atque adeo, nec Ius appellationis, inde eueniat specialiori ratione, vt locum non habeat in Pontifice.

26 Siquidem eius suprema potestas ipsius est potestas Vicarij, & sic principaliter sit potestas Christi, vt capitis Ecclesiæ, cuius ipse Pontifex est Vicarius in terris habens eandem potestatem cum eo, cuius est Vicarius *ex capite* 1. *de officio Vicarij*, *libro* 6. vbi Glossa verbo *ipsius*, *capite* 2. *de consuetud. cap. Romana de appellat. libro* 6. vbi Doctores. Ergo quia habet à Christo Pontifex sibi commissam potestatem tamquam Vicarius, non est cur possit in aliquo præiudicare tali potestati, nec à se abdicare respectu cuiuscumque, quæ sunt talis potestatis, vt est Ius appellationum; quia quando est Ius, & potestas propria complicata cum Iure, & potestate alterius non potest quidquam quis ei detrahere, cum hoc redundet in præjudicium alterius, cumque est Ius complicatum, ex *cap. cum tempore de arbitris*, *capite cum olim*, *nos igitur de priuileg.* Felinus *in capite cum dilecta de rescript.* Abbas *in capite significasti*, *numero* 15. *de foro competenti*, Toschus *Littera P*, *conclusione* 759. *numero* 4. Gaspar Guillelmus *in Apolog. feudat. capite* 8. *numero* 31. Serapbin. *decisione* 324. *numero* 5. Nouar. *in praxi election. for. quæstione* 7. *numero* 17. *section.* 3. Thomas del Bene cum aliis *dict. section.* 2. *numero* 13. & 14. vbi dicit hoc præsertim in Papæ Iure, quod non solum est implicatum cum alieno Iure, sed est Ius alterius, nempe Dei, & Christi, cuius vices in terris gerit, &c.

Ad tertiam quæstionis partem, an hæc appellandi potestas ad Papam possit tolli præscriptione, siue consuetudine? Et adjunctis dictis hic *in capite causam* 7. *de præscription.* vbi num Ius decimandi possit præscribi, seu acquiri ab incapaci? Et *in capite* 8. *de Iudiciis*. & alibi sæpè; pro parte affirmatiua faciunt Doctores *in capite non liceat de præscription.* vbi Abbas *numero* 5. & ego, quatenus dixi de illo dubio, an subditi possint præscribere obedientiam aduersus Prælatum, & alia, vbi *quæstione* 2. *à numero* 1. egi de illa: *an Iurisdictio suprema Regum possit præscribi* & ibi versiculo *ad vltimam*, *an possit præscribi Iurisdictio suprema Regum faciendi Iustitiam?* Et quia ibi ex multis patet res ad Principem pertinentes posse præscribi, & etiam in materia Iurisdictionis; & sic posse præscribi Ius superioritatis tenuerunt Romanus *consilio* 371. Decius *consilio* 277. *libro* 2. Purpuratus *in leg* 1. *numero* 4 *ff. de officio eius*, Couarruuias *in regula peccatum part* 2. § 9. *num.* 9. & faciunt alia, quæ ibi, adduxi. 27

Sed communis est Doctorum sententia, vt Ius appellandi ad Papam per viam recursus, vt iniuria Iudicis inferioris aboleatur, nec præscribi, nec consuetudine acquiri posse; primo quia Ius appellandi est de impresso mero, quod nequit præscribi iuxta quæ dixi *in dicta quæstione* 2. *à numero* 30. vbi & *numero* 35. quod appellationes fuerunt populo reseruatæ Lege Velleia, Regibus expulsis, & *numero* 46. 47. & 48. vbi dixi quod Iurisdictio faciendi Iustitiam, hoc est vt grauati non appellent ad Regem, nequit præscribi, quia appellatio est fundamentum popularis libertatis; & ad propositum est Textus expressus *in capite bona* 2. *de postulation. Prælat.* vbi habetur quod non valeat consuetudo, vel præscriptio contra Ius Diuinum. † Item quia vt dixi non potest præscribi, quod non potest auferri à Domino, nec possit per consuetudinem induci, quod non potest per legem, vel statutum, sed non potest subditus quamdiu manet subditus auferre supremam potestatem à Principe, nec lex, vel statutum facere quod subditus, manendo subditus non recognoscat in Principe supremo potestatem supremam, cum impossibile sit, vt subditus quamdiu talis manet, non habeat in se subjectionem, & ea, quæ eam consequuntur; & quod Princeps supremus sit talis, & quod non habeat Iura supremæ potestatis; ergo apparet euidenter cum superioritatis Ius, quod est in Principe, in quo includitur Ius appellationum & recognitio subjectionis cum his, quæ sunt intrinseca ratione ipsius, non possint præscribi. 28 29

Et docent in terminis Felinus *in dicto capite cum non liceat*, *& in capite cum nobis de præscription.* Iason. *consilio* 70, *libro* 3. Curtius Iunior. *de feudis parte* 2. Innocent. *in dicto capite bona de postulation. Prælat.* Bertius *in capite cum contingat*, *de foro competenti*, Bartolus *in leg. omnibus*, *ff. de diuers. & temporalib. præscription. & in lege infamem*, *ff de publicis*, *Iudiciis*. *lege* 1. *ff. de aqua pluuia arcenda*, *& in lege hostes*, *ff. de captiuis*, Couarruuias 30

practic. capite 4. numero 1. & in regula possessor. parte 2. §. 2. numero 8. loquens in specie de Iure appellationis, Socinus *consilio* 275. *libro* 2. loquens in specie de potest. Pontificis, Tuschus *Littera P, conclusione* 569. *&* 570. Valenzuela *consilio* 20. *numero* 49 *&* 50. *& consilio* 93. *numero* 42. Paulus Christianeus *decisione* 294. *numero* 14. *&* 15. Suarez *in defens. fidei libro* 4. *capite* 3. *numero* 10. Barbosa cum aliis *in dicto capite cum non liceat* Dinus Ioannes del Castillo *de tertiis, capite* 22. *numero* 5. Merola *tomo* 3. *disp.7. cap.1 dub* 13.*n.*159 Riccius *collect.*778 Mastrill. *de Magistratibus, lib.1. cap.19. num.1. &* 2. Peregrinus *de Iure fisci, lib.3 tit* 8. *num.*13. Sixtinus *de Regalibus, lib* 1. *cap.*5. *à num.*136. Thomas del Bene *de Immunit. part.1. cap.8. sect.*3. cum Ioanne de L guidiano, Purpurato, Bellega, Craueta, Gutierrez *de Gabellis, quæstione* 5. *num* 16. Mieres *de Maiorat. parte* 4. *quæst* 21. *num.*79 Burgos de Paz. *consilio* 15. *numero* 11. Mascardus *de*
31 *Probationibus, conclus.*215. *num.*50. & alij. † Merito id tenentes, quia cum Iura appellationum (vt dictum est) conueniant Principi in signum supremæ potestatis, vt notant etiam Baldus *in Authentica quas actiones, Cod. de Sacrosanct Ecclesiis*, Couarruuias *in dicta regula possessor. dict.* §.2. *num* 8. Craueta *cons.*209 *volum.*2. Oldrad. *consilio* 172. & *consilio* 244. Petra *de Potest. Princip. cap* 6. *num.*96. Merola *tom* 3. *disputatione* 7. *cap.*1. *numero* 159. *in fine*, sequitur quod non possint præscribi, nec possit contra ipsas præualere consuetudo in oppositum; & quod alioquin esset Princeps supremus sine debita obedientia respectu subditorum.

32 Iam ergo non obstant adducta in principio dicti versic. *ad tertiam*, quia satisfit ex multis, quæ scripsi sub distinctione, *in dicto cap. cum non liceat* 12. *de præscription & ibi dict. quæst.*1. per totam; & quia licet possit subditus acquirere Ius superioritatis abjiciendo subjectionem, & se subtrahendo à Dominio Principis, vt ibi dictum videtur; sed non poterit ex dictis manendo subditus præscribere Ius superioritatis, vt non possit scilicet ad Principem appellare; quia implicat, quod subditus sit talis, & non habeat subjectionem, & sic non possit appellare.

33 Et quod Princeps sit Princeps, seu superior & non possit subditum Iudicare & recognoscere quæ à suis subditis fiunt circa Iustitiæ administrationem, vt adnotarunt rectè Oldradus *cons.*154. *& cons.*244. Couarruuias *dict parte* 2. §.2 *num.*8. Thomas del Bene *dicta section.*3. *in fine*, & alij inferentes.

34 Non posse præscribi vllo modo subjectionem ad Romanum Pontificem, vt Christi Vicarium, cui non potest non subjici omnis fidelis, siquidem ex institutione Christi omnis subjicitur per illud, Matthæus *cap.*16. *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*, & Ioannes 21. *Pasce oues meas*, & sic nec præscribi Ius appellationum per subjectionis defitionem.

35 Habet enim Christi Vicarius quoad Iudicia eandem potestatem, vt notant Abbas *in cap. si quis contra, num.*31. *de foro competenti*, Paris. *consilio* 99. *num.*4. Paninus *de potest capit. sede vacante, quæst.*10. *& num.*14. Rota *in decis.*371. *in nouis.*

36 Facit inquam Pontifex idem consistorium cum Christo, quasi vnum consistorium cum Deo ex dictis *supra*, &, vt tenent Gonzalez *in reg. de mens. & altern.* §. 1. *proœm um.*33. Azor. *p.*2. *moral. lib* 4. *cap.*7. Franc. Marc. *decis.*457. *num* 16. & alij *suprà*.

Ad quartam quæstionis partem, an possit 37
priuilegio vllo acquiri quod non appellatur ad Papam? Et videtur quod sic; siquidem de facto excludimur apud Belgas appellationes ad Romanum Pontificem ratione priuilegij, vel concordatorum ex quodam priuilegio concesso à Leone X. ad instantiam Caroli V. Item quia quæ præscriptione, aut consuetudine præscribi non possunt priuilegio acquiruntur ex dictis *in dicto cap. causam de præscriptione & in cap quanto de Iudiciis quæst.* 5. &. alibi sæpius, possunt inquam Pontifices circa Iurisdictionalia Laïcis concedere potestatem à qua aliàs erant incapaces, vt dixi *in toto titulo de foro competenti. & de Iudiciis.* Ergo præcipuè ex dictis *suprà ad Rubric. quæst* 1. *à num.*1. vbi egi de ea, *an appellatio taliter sit de iure natura inducta, vt nequeat Princeps eius remedium auferre.*

Sed in puncto, de quo loquimur respondendum est, nec priuilegio vllo acquiri quod non appelletur ad Papam in aliqua prouincia, seu loco quando adest iusta appellandi causa; quia etsi Pontifex habeat plenitudinem potestatis ex *cap. ad honorem de vsu pallij, cap. Decreto* 2. *quæst* 6. *& cap fin.* 9. *quæst.*3. Tamen quia non sit potestas illa, nisi quæ rationabilis est iuxta *dicta leg.* 2 *ff. earum rerum, quæ vsu consumunt, leg. penultim. ff. de furtis, l. reprehendenda, Cod. de institut. & substitut. cap. sunt quædam* 25. *q.*1. præsertim in Pontifice, † qui potestatem accepit à Christo, non in destructionem, sed in ædificationem 2. Corinth 10. *vers.* 8. *cap.* 2. *de donation.* & inde eueniat. 38 39

Vt Princeps, qui rationem non sequitur, non 40
vtatur plenitudine potestatis, sed tempestatis vt dixerunt Baldus *consilio* 453. Probus *in cap.* 1. *num.*1. *ne sede vacante, lib.*6. Rolandus *consilio* 8. *num.*113. *lib.*3. Rolandus Iunior. *consilio* 5. *n.*229. sequitur quod Pontifex non concedat priuilegium ad ipsum non appellandi, quia & si eius potestas sit summa, est tamen coarctata ad limites rationis ex dictis *suprà*, in versic. *ad primam* & versic. *ad tertiam.*

Et confirmatur, quia & si priuilegium conti- 41
neat speciale beneficium concessum à Principe, vt probant, DD, per Textum *in cap priuilegia distinct.*3. *cap. in his de priuileg cap. Abbate, & cap. olim. de verborum significatione* & ex his, quæ dico *supra in titulo de rescript. & infrà de priuilegiis*, tamen non potest concedi, nisi circa ea, quæ à Principe concedi possunt, non inquam circa abdicationem eorum, quæ supremam potestatem concernunt.

Vt est appellationum Ius, quæ à Principe con- 42
cedi non possunt, vt patet ex adductis *in dictis versic.* in terminis Thomas del Bene *de immunit. dicto cap.* 8. *dubitat.*47 *sect.*4.

Vbi ait quod si Pontifex concordaret, ne ap- 43
pellaretur ad Apostolicam sedem esset actus irrationabilis, essetque dissipator Iurium Vicarius Christi, imo & renunciaret Iuri, quod est inseparabile ab Apostolica sede.

Sicut est inseparabile quod Pontifex manens 44
Vicarius Christi, non sit caput, & superior omnium

omnium fidelium, vt apparet ex iam adductis in relatis, versic. *ad primam*, & *ad tertiam*.

45 Nec obstant adducta *numero* 1. de illo priuilegio Leonis X. eo quod Belgæ, non habeant aliud priuilegium, cui illud concessum à Leone X. ad instantiam Imperatoris Caroli V. sub nonis Iulij 1515. vbi constat tale priuilegium concessum esse tantum quoad prima instantias, & in beneficialibus taxat ne ab beneficia non excedentia valorem 24. annorum de Camera quoad prouentus, non inquam in appellationibus, & vt declarat Thomas del Bene *suprà ex numero* 22. adducens litteram dicti priuilegij, vbi *numero* 21. dicit reperire tantum quod Princeps Belgarum cogitauerit solùm quod causæ in prima instantia non euocarentur; & sic quod Archidux anno 1437. mense mai die 20. vt habetur in libro edictorum Religiorum folio 209. inhibuerit suis Vassallis, ne alterum Vassallorum traherent extra Prouinciam in causa beneficiali, nisi in prima instantia fuisset terminata, & quia nouisset prædictum suum statum inualidum esse, miserit sede vacante ad curiam Romanam legitimos Procuratores, quod electo Pontifice peterent ab ipso confirmationem; quam tamen non constaret obtenta fuisse ait.

46 Et addit idem Thomas del Bene ex *numero* 10. *dicta section.* 4 *capite* 8. *dub.* 47. vt & si reperiatur quædam mentio con ordatorum circa causas, appellationes non committendas, ait illam non abrogare Ius appellando ad Papam, sed disponere, vt non sint committendæ Iudicibus exteris, & tantum Iudicibus Patriæ in quadam supplicatione porrecta Sanctæ Congregationi Concilij Tridentin. anno 1615. & quod in responsione Sanctæ Congregationis non fiat mentio concordatorum, sed quod solùm declaratur per facultates Nuncio concessas, ibi non censeri derogatum statutis, & priuilegiis, de quibus cauetur *in cap.* 20. *Tridentin. de conformat. sess.* 24. item & quod eadem declaratione disponitur dictum decretum non habere locum in causis, quæ iuxta Canones pertineut ad sedem Apostolicam.

47 Nec aliud constat ex verbis prædictæ declarationis quæ subsequentur ibi: *cum in Burgundia, Brabantia, & Flandria, & aliis Belgij partibus, Diuo Alberto Archiduci Austriæ subiectis, inter alia Archiepiscoporum Synodalia statuta ex immemorabilibus consuetudinibus concordatis, & priuilegiis notoriis earundem partium huc vsque in viridi tantùm, & obseruatum sit omnium incolarum coram exteris Iudicibus nullatenus euocabilium causas; præsertim appellatorias Iudicibus Synodalibus, Patriæ dumtaxat committi, & nihilominus inter alias Nunciorum Apostolicorum Belgij facultatibus incertum asseratur indultum easdem causas generaliter committendi, & cognoscendi. Ideo per Philippum Mensium pro eodem Alberto hic residentem, quæritur, aut per dictas facultates Nunciorum Apostolicorum hic annexæ, possit dictis statutis, & priuilegiis, aliquatenus derogatum censeri iuxta caput Tridentin. sess. 24. & Sancta Congregatio Cardinalium Concilij Tridentin. interpretum facto prius verbo cum Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa V. respondit eiusdem Sanctissimi, & Patrum dict. Concilij intentionem non fuisse, nec esse statutis, & priuilegiis huiusmodi derogare; firma tamen ad alia illæsa permanente dict. cap. 20. sess. 24. dispositione Romæ 23. Iunij 1615. Cardinalis Lancelotus.*

48 Pater ergo ex dictis verbis quod prædicta declaratio nihil iuuat ad tollendum Ius appellationum ad Romanum Pontificem apud Belgas; & sic ait idem Thomas del Bene *dicta section.* 4. *numero* 12. in ea disponi quod dictum Decretum non habeat locum in causis, quæ iuxta Canones pertinent ad sedem Apostolicam, & caueri ibi quod salua maneat authoritas summi Pontificis quando sibi videtur ex rationabili causa per speciale rescriptum signaturæ alicui committere, & alias ex *num.* 14. adducens.

49 Ait *numero* 20. quod priuilegia excludentia totaliter appellationem à summo Pontifice non præsumatur ex iam adductis, & si quæ extent, vel esse subreptitia, vel extorta, & sic vim vllam habentia.

50 Et quia faciunt pro tractatione hac quæ adduxi *in capite* 1. *de foro competenti*, *quæstione* 3. vbi de causis, quæ etiam in prima instantia apud sedem Apostolicam sunt tractandæ; ideo dico etiam ad aliud dubium adductum ex traditis *in dicta quæstione* 1. *à numero* 1. huius Rubricæ; quod & si Princeps appellationem possit auferre, vt ibi resolui, sed non sequi, quod in notoriis grauaminibus auferat ad se recursum modo dicto in dicto versiculo *ad primam*: & versiculo *ad tertiam*, vt hic, & licet different inter se priuilegia, consuetudines, & præscriptiones. vt dixi *in dicto capite causam de præscription. & in titulo, de consuetudine, ac in dicto titulo, de Iudiciis, & foro.*

51 Tamen quoties concessio priuilegij est irrationabilis, nihil iuuat ex proximè dictis, &c.

AD TEXTVM

IN DICTO §. DENIQVE huius Textus.

QVÆSTIO I.

An ab Episcopo ad Regem sit appellandum: An appellare possit Clericus ad Iudicem Ecclesiasticum, quando litigat coram sæculari: Et an per viam recursus, licita sit appellatio de Ecclesiasticis Iudicibus, ad Regia Tribunalia, vbi de aliis remissiuè?

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non interponitur ad Papam à Iudice Ciuili, qui non est de temporali Iurisdictione Ecclesiæ.*

2 *Appellandum est ab Episcopo ad Archiepiscopum, quando Clericus litigat coram sæculari, nisi aliter consuetudine, aut priuilegio disponatur, num.3. 4.*

5 *Clericus non appellare possit ad sæcularem, quando litiget coram Ecclesiastico* remissiuè.

6 *Recursus ad Regia Tribunalia assignatur* remissiuè.

7 *Laici de terris Ecclesiæ debent viuere secundum Canones* remissiuè.

8 *Appellatur de Ecclesiasticis Prælatis à Rege iurisdictionem habentibus ad ipsum Regem.*

9 *Appellatio de iuris rigore non valuit hic.*

1 ISte Textus probat quod à Ciuili Iudice, qui non est de temporali iurisdictione Ecclesiæ, non appellatur ad Papam, quamplura possent per verba hîc excitari de incompetentia, & incapacitate Iudicum secundum dicta *in toto Titulo de Iudiciis & foro comp. cap.*2. 3. 4. 8. 13. 17. & aliis *de Iudiciis, & in cap. si diligenti, & in cap* 10. *cap. ex suscepto, cap. cum contingat, cap. ex parte de foro comp. & in cap.*5. *eodem*, & quod data negligentia Laici Iudicis cognoscere possit Ecclesiasticus, dixi *in cap. qualiter* 17. *de Iudiciis, cap. ex parte*, & aliis *de foro compet.* Quibus nunc breuiter præhabitis, iam præter ea, quæ notant hîc Doctores Antiqui, & nouissimè Balboa, & Barbosa *à num.*6. & in quibus Laici sint de Iurisdictione Ecclesiæ dixi *suprà in dicto cap. nouit* 13. *de Iudiciis, & in cap cum sit generale* 8. *de foro* & aliqua *in cap.*5. *eodem*, vnde iam ad propositas difficultates respondeo.

2 Ad primam difficultatis partem, an ab Episcopo ad Regem appellari queat, solent Doctores de hac difficultate agere per Textum, *in cap. Romana* 5. §. *debet hoc tit. lib* 6. vbi dicunt ab Episcopis in causis, in quibus iurisdictionem temporalem habent appellandum esse ad Archiepiscopum, nisi ex consuetudine, priuilegio, vel ex alio Iure speciali ad alium sit appellandum, Barbosa *ibi, num.* 17 Suarez de Paz *in praxi, tom.*2. *p.*5. *num.*4. *ad finem, cap. vnico*, Ita in terminis agens Couarruu. de quæstione nostra, *in pract. cap* 4. *num.*5. omninò videndus.

3 † Etenim iam *in cap. cæterum de Iudiciis*, dixi, quod possit de Iudice Ecclesiastico appellari ad Dominum feudi, etiam sæcularem; Potest enim Laicus inter Ecclesiasticas personas cognoscere in multis casibus, vt annotaui *in dicto cap.* 2. *de Iudiciis.*

4 Sed sto quod consuetudine appelletur (de qua hîc permittitur) ad Regem poteris intexere quæ latè dixi *suprà in dicto cap.* 2. *q.*2. *&* 3. *& in cap.* 8, *per totum, & in cap. cum contingat de foro* vt apprehendas quid possit consuetudo introducere, ad hoc, vt Laicus possit inter Clericos cognoscere.

5 Ad secundam quæstionis partem, an possit Clericus appellare ad Iudicem, quando litigat coram Ecclesiastico: de hac dixi *suprà in cap. licet ex suscepto* 10. *de foro comp, q.*13.

6 Ad tertiam quæstionis partem, cum per verba Textus nostri posset exactè agi de recursu, qui fit ad Regia Tribunalia de Iudicibus Ecclesiasticis; Ideo repetes quæ dixi *suprà in dicto c.*2. *de Iudiciis q.*19. cum aliis.

7 Et quatenùs *hic* Barbosa *num.* 6. notat quod Laici qui sunt de terris Ecclesiæ, debent viuere secundum Canones, & non secundum leges, vt exactè intelligas, repetes quæ adduxi *suprà in cap. quod Clerici* 9. *de foro comp.*

Itaque de Iure nostro Regio cautum est, *in l* 8. *tit.*3. *lib.* 1. *recop.* vt de Prælatis Ecclesiasticis Iurisdictionem habentibus temporalem à Rege sit appellandum de eis non ad Superiores suos Ecclesiasticos, sed ad Regia Tribunalia, & ad Regem Curia Philippica *p.*5. *tom.*1. §. 1. *n.*6. de quo aliis in locis iam abundè dixi. 8

Et quatenùs hîc in Textu nostro in verbis ibi *secundum iuris rigorem credimus non tenere*, possit quæstio moueri, an rigor præferatur æquitati, vel econtra iuxta tradita longè, & notata, *in cap.*5. *de sententia, & re iudicata*, tamen prædicta verba habent intelligi, vt appellatio, de qua hic non valeat de iuris rigore, id est iuxta iuris regulas, vt ponderat hîc Balboa *sub num.*5. videndus. 9

AD TEXTVM
IN CAPITE VIII.
Ex ratione, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. TExtvs iste connexam habet materiam cum Textu, *in c.* 4. *c.* 5. & aliis huius Tituli, vt agitur de termino assignando ad prosequendam appellationem, cumque iam latè dixerim *in dicto cap.*4. *&* 5. de hac assignatione, quæ de Iure prima est vnius anni, & ex causa, secunda assignatio est biennij, de quibus latè dixi, præcipuè *in dicto cap.* 5. & *ibi* etiam addiderim ex aliis rationibus, vt etiam pro tertio termino soleat assignatio fieri, & quod ad hanc textus noster spectet, quæ vocatur tertium fatale, quid sibi velint fatalia, etiam ibi dixerim *sub quæstione* 1. Ideò nunc ad tractationem huius tertij termini ad prosequendam appellationem, accipies quæ subsequuntur.

QVÆSTIO I.

An, & quare tertius terminus fatalis assignetur in Textu nostro cum certum sit secundum annum fatalem assignari, etiam ad prosequendam, & finiendam litem, & hoc data causa: An totus integer annus detur ipso iure, aut ope restitutionis: & quæ sint iusta causa dandi, & an totus integer annus restitui debeat, vel tantumdem temporis, quantum læsio abstulit: & an forma sit sententia proferenda super hac restitutione?

SVMMARIVM.

1 Leg nemo, Cod. de temporibus appellat. num. 3.

2 *Fatala tertium conceditur ad prosequendam appellationem.*

3 *Lapsus primæ instantiæ, minus præiudicat, quam*

secunda

secunda, & si difficilius succurratur aduersus lapsum primæ, num.4.

4 *Instantia prima nequit ex consensu partium prorogari secus secunda.*

5 *Annus tertius ad prosequendam appellationem datur restitutionis ope sub distinctionibus, n.6. de quibus à n.7.*

7 *Fatale tertium ope restitutionis conceditur, quando adfuit impedimentum, non prosequutæ appellationis in ipso Actore appellante num. 8. quid si contingat ab Aduersario n. 9. & quid si contingat ab ipso Iudice, n.28.*

10 *Fatale tertium non ipso iure, aut ope restitutionis detur appellanti, si prosequi impeditus fuit ab aliquo tertio sub distinctione, n 11.12. vbi quid si à Procuratore, & Tutore appellantis, & n.13, vel ab Aduocato, n.14. quid si à casu fortuito n.15.16.*

16 *Debitor, qui dolo fecit legitimis transactis temporibus dies actionis periret, qualiter mulctetur.*

17 *Fatale tertij anni, ex qua causa concedatur, vt prosequi possit appellatio, n.18.19.20.*

19 *Appellans vt succurratur ad tertium fatale, debet probare diligentiam fecisse pro prosequenda appellatione, & quod probet, vt si impeditus non fuisset, eam esset prosequutus, num. 20.*

21 *Annus tertius integer non conceditur pro prosequenda appellatione, vt hic, & n.23.*

22 *Restitutio in integrum non plus restituit, quam abstulit læsio.*

24 *Fatalis vt concedatur, semper requiritur lliqua sententia, & qualiter, n.25.26.27. vbi quid si sit pronuntiatum appellationem esse desertam, & ad quantum tempus Iudex restitutionem concedat.*

1 HAs omnes difficultates satis in præcitatis locis, & si resolutiuè manent sedatæ nunc verò vt proprius, & abundantiùs percipi possint, vt in loco congruo duxi; & si breuiter de eis scribere. Ad primam ergo difficultatem videtur dicendum nunquam decisioni Textus nostri locum ex Textu *in l. nemo, Cod. de tempor. appell* vbi post omnium fatalium lapsum nullum appellanti remedium superest: ergo cum lapso primo fatali vnius anni; non nisi causa detur secundum sequitur, vt ad assignandum tertium termiuum nulla possit in iure subesse causa. Et sic contingit in lapsu primæ instantiæ, si culpa Iudicis perit, *l. properandum*, in fine à speciali secundum Doctores communiter.

2 Tamen contrarium decidit expresè hîc Textus noster, & Glossa *in Auth. vt sponsalitia largitas, §. hac quoque*, verbo *die*, docent hic communiter, probant Doctores, quos adduxi *suprà in dicto cap. 5.* & hîc Barbosa cum multis, quos ipse refert, quibus addo Sfortiam Oddum *de in integrum restitutione p.2. q 71. art.2. à num.15.* & Decius *hic* latè referens dicta Doctorum *sub num.25. 26. 27.* expendens Textum *in dicto § ad hac*, dicit, quod & si reuera secundum fatale de Iure faciat præiudicium tertio fatali, de quo *hic* tamen non denegari docet appellanti remedium amplius appellationis prosequendæ, quod conceditur iuxta dispositionem Textus nostri.

3 Nec obstat dictum de lapsu primæ instantiæ quia respondeo minus præiudicialem esse lapsum primæ quam secundæ, vt tradunt Salicetus, & Abbas, quos sequitur Sfortia *suprà num. 16.* Maranta *p.6. in praxi num. 238. hoc tit.* ex eo; quia perempta prima instantia superest Actoribus iterum agendi, vt *in dicta leg. properandum, §.1.* sed perempta secunda instantia, perit tota causa *Clem. si appellationem hoc tit.* Bart. *in l. petende, C. de temp. in integr. restit.* † Ergo & hanc 4 dicit Sfortia, quod prima instantia non potest ex consensu partium prorogari, secunda sic, & ob id etiam dixit Aymon *cons.270. num. 4.* quod difficilius succurritur aduersùs lapsum primæ sententiæ, quàm secundæ.

Ad secundam quæstionis partem, an detur 5 tertius annus ipso iure, vel ope restitutionis, iam *suprà sub dicto cap.5. hoc tit. q.1.* dixi dari restitutionis ope, & probat hic Barbosa cum multis *sub num. 2.* Alij inquam dixerunt ipso iure assignari tertium fatale & horum sententia habet fundamentum in littera nostri Textus, in cuius contextura nihil dictum est.

Verum ego, vt rem clariorem faciam, distingo quatuor casus, primus quando impedimentum non prosequutæ appellationis in biennio prouenit ab ipso Actore appellante, nempe quia ipse fuit causa legitima impeditus, quominùs in secundo anno potuerit appellationem suam prosequi. Secundus quando impedimentum processit ab Aduersario, qui in prima instantia vicit. Tertius quando processit ab aliquo tertio extraneo. Quartus quando contigerit à casu fortuito. 6

Et licet quantum ad primum casum, Anchar- 7 ranus hîc, *num. 3.* sentiat ipso iure impedito competere fatale tertij anni, & ad id Sfortia Oddus *dicta q.71. de restitutione in integrum, n.31. & 32 art. 5.* verbum Textus nostri ibi *per impotentiam*, quod propriè ad impedimentum ex propria persona descendens refertur, vt *in cap.2. de frigidis, & maleficiatis, & in cap. quamuis, versic. nisi de sent. excommunic.* & adiuncto illo cum aliis eiusdem Textus ibi *nolumus quod Iustitia vestra debeat præiudicium generale*, videtur non ad casum restitutionis recurrendum esse, vt tertium fatale assignetur, sed ad ipsum ius dato impedimento. † Tamen sententia communis, est in 8 contrarium, nempe vt tertij anni assignatio fiat per restitutionem, vt iam adduxi *suprà, sub dicto cap. 5. quæst. 1.* vbi dixi cum multis adductis à Barbosa hîc *sub num. 2.* dari non ipso iure, sed ope restitutionis in integrum, & Iudicis officio ex clausula *si qua mihi iusta causa*, probat Glossa *in Auth. ei qui, Cod. de tempore appellat.* Bart. simpliciter sequitur *num. 3.* Zinus *in principio* Baldus *num.3.* Salicetus *in Auth. si appellatione in fine, Cod de tempor. appellat.* ad idem Glossa *in l. arbitrio, § si cuius, ff. de dolo*, Bart. *in Auth. de his, qui ingrediuntur ad appell. num.5. Glossa hic*, & cum multis Sfortia Oddus *dicto art. 5. quæst. 71. num. 30.* dicens, & respondens *num. 33.* quod verbum *præiudicium* pro contraria parte ponderatum, potest etiam ad restitutionis beneficium referri, ibi legendus ad alios intellectus.

In secundo vero casu quando impedimentum 9 processit ab Aduersario, breuiter respondeo quod si impedimento Aduersarij lapsus fuit secundus annus interueniente dolo ipsius Aduersarij: Tunc duret adhuc ille secundus annus pro appellante, quod si non dolo Aduersarij contingat, tunc reuera lapsus secundi fatalis, sit legitimus, & opus sit appellantem succurri resti-

tutionis beneficio, expendit Sfortia *dicta q.71. dicto art.5. num.35.* videndus *quaest.67.* Franch. *hic, num 36.* videndus Baldus *in dicta Auth. ei, qui, Cod. de tempore appellat.* Salicetus *ibi*, versic. *quaero quinto*, in fine illius quaestionis, Bart. *in dicta Auth. de his qui ingrediuntur ad appell. num.15.* ita intelligendi sub praedicta distinctione, quatenùs dicunt Appellatori succurri ipso iure.

10 In tertio vero casu, quando impedimentum processit ab aliquo tertio extraneo, & in hoc casu respondeo sub ea distinctione iuxta decisionem Textus *in l. arbitrio, §. si cuius dolo, ff. de dolo* vt si tertius impediens est soluendo; itavt contra eum regressus dari possit, tunc cesset restitutio appellanti impedimento agere concedenda, quod si soluendo non sit, vel autem si soluendo sit,; non verò sit facilis aduersùs eum regressus in fauorem ipsius laesi, tunc restitutio appellandi in subsidium debeat dari, vt docet Glossa *ibi in fine Glossae magnae*, vbi omnes *Glossa in Auth si appellatione in fine, Cod. de tempor. appellat.* Paulus de Castro *in leg. si vnus, §. si fons, num.5. ff. de seruitut. Rusticor. praedior.* Bartol. & alij *in dicta Auth. si appellatione*, facit Textus *in l. fin. ff. de eo per quem factum erit, & in l. properandum, §. fin. Cod. de Iudic.* Sfortia Oddus *de*
11 *restit. in integrum p.1. q.13. art.10. num. 64.* † Qui *à num.65.* ampliat in casu quod impedimentum tertij oriatur ex culpa leui, etiam si tertius soluendo sit, vel si sit aliquis potens, vel bannitus, vel trinus, vel vagabundus, quive aliqua de causa sui copiam non faciat iuxta vnum intelle-
12 ctum textus *in c. ex litt. de in integr rest.* † Vel puta si Procurator laesit Dominum ex ignorantia Actorum ab aliis, vt per Benintend. *decis. 26. num.7.* & in terminis docet idem Sfortia Oddus *dicta q.71. art.5 p.2. à n.36.* per Glossam magnam *hic*, & cum Franco *num* 40. Praeposito *num.* 24. Ancharrano *num* 3. & aliis.

13 Vnde infert sub praedicta distinctione extendendam esse relatam doctrinam ad Procuratorem, si culpa eius, vel facto impedimentum processit Franchus *hic num.* 41. & 42. Praepositus *num.*17. Ferrara *de appellation. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 159. † Et addit Sfortia *num.*39. quod idem procedit in Tutore, quando facto eius impedimentum aderit; Nam tunc erit in electione minoris; an contra eum agere velit ad interesse: An tertium fatalem consequi, vt determinat benè Praepositus *hic num.* 20. & facit Tit. *Cod. etiam si Tutor, vel Curator*, & ad id videbis quae latè adducit idem Sfortia *p.1. de restit. quaest.* 21.
14 † Imò extendit hanc eandem doctrinam de Procuratore dictam ad Aduocatum, & Notorium, si per aliquem eorum impedimentum contingat ibi, *dicta q.71. num* 40.

15 In quarto autem casu quando impedimentum processit à casu fortuito, respondeo quod si Decius hic disputando *col.* 20. *in 2. quaest. princip. num.* 46. nitatur probare quod ipso Iure dabitur tertius annus, tamen securior sententia est, vt opere restitutionis detur etiam in hoc casu tertius annus, sicut regulariter datur in casibus praecedentibus, provt de communi restatur idem Decius in specie, docent Praepositus *hic, num.25.* Signor. de Homod. *cons.*264. in quaestione *vertente col.* 2. quem refert, & sequitur Purpuratus inter consilia feudalia *cons.* 70. idem Sfortia Oddus *dicta quaestione* 71. *num.* 41.

Et haec doctrina generaliter absque distinctione casuum, breuiter adducitur à Balboa *in dicto cap. 4. & 5. hoc Titulo num.* 15. qui *sub num.* 14. reprobans Accurtium, & Bartolum *in dicta leg. arbitrio, §. de dolo*, ita tenet insurgens contra eos; eo quod dixerint Aduersario impendente non dari appellanti tertium fatale, nec restitutionem aduersùs lapsum secundi anni, sed veluti deserta appellatione ei tantum dari actionem de dolo aduersùs impedientem. † Exemplo Debi- 16
toris, qui dolo fecit, vt legitimis transactis temporibus dies actionis periret, *in dicto §. dolo* vel instantia bienni in criminali causa *l. 1. & 2. Cod. vt intra certum tempus*, vel in Ciuili triennalis, *dicta leg. properandum, Cod. de Iudiciis*, quia cum sit lis mortuo, restitutio non conceditur, *l. cum lite, ff. Iudicatum solui*, sed tantùm actio ad id, quod interest, videbis adducta *in cap. 20. de Iudiciis*, an instantia perempta, lis mortua instauretur.

Ad tertiam quaestionis partem quae sint iustae 17
causae concedendi praedictam restitutionem tertij anni fatalis, vt respondeas: adiunges nonnulla quae adduxi *suprà sub dicto cap.5. hoc titulo* quibus satis colliges quae sint causae iustae praedictam restitutionem concedendi. Sed cum Textus hic, secundùm communem Doctorum sensum iustissimam exigat causam: Ideo dico quod erit impedimentum quodlibet, propter quod non potuerit causam secundo anno expediri, & vt benè explicat Sfortia Oddus *de restitutione in integrum p. 1. q. 27. art. 1.* † Debet esse 18
affectatum, vt restitutio appellanti procedat. † Item requiritur quod appellans vsus fuerit 19
omni eius diligentia; vt impedimentum remoueret (vt iam dixi *dicto cap.5.*) & quod remouere non potuerit Laurent. Silua *cons.* 68. *num.* 8. *lib.* 2. Neuizan *cons.* 42. *à num.* 5. quod temperat Sfortia Oddus *dicta 2. p. de restitut. quaest.71. num.22. art.* 3. dummodo impedimentum per se notorium non esset, quod humana diligentia separari non potest, qualis est infirmitas, hostium incursu, pestis, tempestas, & alia huiusmodi, quae humana vi euitari nequeunt; Ait enim in praedictis casibus satis probatum esse causam impedimenti, si allegata fuerit, & negligentia ex Aduerso non fuerit probata.

Et addit *num,* 23. requiri quod Appellator 20
probet; quod si impeditus non fuisset, appellationem prosequutus fuisset & ante eum Decius *hic, num.61. & 62.* de quo videbis eundem Sfortiam *p.1.* & addit *dicta quaestione 71. num.24.* quod si impedimentum procedit à Iudice, Actor appellans protestatur, secundum formam *Clem. quamuis hoc Titulo*, de qua iam latè dixi, *sub dicto cap.* 5.

Ad quartam quaestionis partem, an totus 21
integer annus restituatur appellanti, an vero tantum temporis, & quantùm abstulit laesio Et quia iam *suprà in dicto cap.* 5. cum Barbosa *hic, num.2. in fine*, & cum Scaccia *de appellationibus, quaest. 15. n.* 32. dixi tantumdem concedi, quantum in secundo anno fuit impedimenti ad non prosequendam appellationem, & reddit rationem Sfor. Odd. *dict. 2. p. de rest art.4. n.28. in fine.*

Quia restitutio in integrum non plus resti- 22
tuere potest, quam abstulit laesio, vt repetit in toto illo tractatu, pluries docent ex antiquis, Balbus *in dicta Authentica ei, qui in principio, Cod de temporibus appellat.* Albericus *ibi, num* 1.
versic.

versic. *quidam dicunt*, Paulus de Castro *num.* 2. *&* 7. Salicetus *in princip.* & versic. *quaero quinto*, vbi de communi Innocent. per Textum nostrum *col.* 2. *in fine*, versic. *sed secus est*, Ancharranus *num.* 8. Hostiensis *col.* 3. Cardinal. *in quinta col.* 9.7. Francus *num.* 64. Boich *num.* 7. Praepositus Alex. *num.* 1. versic. *septimo praemitte*, & *num.* 25. *&* 3. Felinus, & Decius *num* 48. Beroius *in dicto cap.* 5. *hoc tit. num* 41. cum multis aliis idem Sforria Oddus *decis Rota* 60. *de appell. in antiquis*, di-
23 cens quod ita tener Sacrum Palatium. † Et praeter illos addo Balboam *in dicto cap.* 5. *hoc tit. sub num.* 15 *in fine*, Afflictis *decis.* 175. Beninc. *de priuileg. paupertatis, priuilegio* 3. *num.* 8. Azeuedus *in l.* 1. *tit.* 17. *lib* 4. *recop* vbi Mesium *in dicto cap.* 5 *hoc tit. num.* 10. dicentes transacto biennio non in integrum annum concedi, sed quod iniecta biennio mora reparari possit, & confirmatur ex Regula Iurium *in l.* 1. *ff de diuers. & tempor. praescription. & in l. petenda, Cod. de tempor. in integr. restit.*

24 Ad quintam quaestionis partem de sententia proferenda in puncto de quo agimus, video Innocentium, & Imolam *hic*, Lapum *allegat.* 125. dicentes posse Appellatorem, qui fuit impeditus in primo anno prosequi appellationem in secundo, & si opponatur de desertione, posse ab Appellatore replicari de impedimento. docent etiam Aufrerius *in addition ad Capell. Tholosan. decis* 321. & Sfortia Oddus *de restit. p.* 2. *dicta quaest.* 71. *art.* 7. *num.* 64. dicentes semper requiri aliquam sententiam, quoties sit concedendus secundus, vel tertius fatalis appellanti auxilio restitutionis, de quo erit applicandus Sfortia, qui longè loquitur, *parte* 1. *quaest.* 4. *articulo* 1. cum aliis.

25 Etenim Doctores solent distinguere, Nam aut appellans restituitur ad prosequendam appellationem, aut ipse iure si sit impeditus eam vult prosequi; itavt in secundo casu dicant relati, saltim desiderari sententiam declaratoriam ipsius impedimenti, & addit ipse Sfortia in versic. *quinimo dicto art.* 7. si opponitur de desertione, & replicitur de impedimento, & quatenus opus sit petatur restitutio incidenter per viam replicationis aduersus lapsum fatalium, tunc Iudicem non debere sententiam diffinitiuam super petita restitutione, sed per interlocutoriam mandare ad vlteriora procedi, non obstante exceptione desertionis; & confirmatur ex his, quae ipse adducit *dicta quaest.* 49. *art. penult. num.* 18 *limit.* 2. & sic ex dictis concludo in vtroque casu semper requiri sententiam saltim declaratoriam.

26 Infero ex his si sit pronuntiatum appellationem esse desertam, & appellator veniat petendo restitutionem, vt sufficiat concedi restitutionem super impedimento aduersus lapsum fatalium, nec requiri, vt Iudex reuocet expressè pronuntiatum super desertione, cum haec sententia potius sit prioris iuris declaratiua, quam inductiua, motiua docet sic Sfortia, *dicta* 2 *p. quaest.* 71. *art.* 7. *num* 66 Rota *tit. de restitutione in integrum in antiquis decis.* 1 *in fine.*

27 Infero secundo necessum esse, vt in sententia, quae profertur super tali restitutione fatalium, sit necessum, vt Iudex declaret ad quantum tempus eam restitutionem indulget, itavt aliàs sententia sit nulla, docent Bellamera *decis* 2.6. Sfortia *dicto art.* 7. *sub num.* 57. versic. *sed verior*, ob idque cum eis existimo non ita esse securam sententiam dicentium, absque expressione Iudicis intelligi tandundem temporis intelligi, quantùm durauit impedimentum appellantis, quia illud est de iure, & sin minùs secundum quosdam dari annum, non ergò sufficiet, vt Iudex dicat *illum restituimus, si & prout de Iure* debet inquam relatam expressionem temporis assignare.

Infero tertio ex adductis *sub dicto cap.* 5. *& hic*, 28
in Textu nostro ad aliam quaestionem, an scilicet ille tertius annus concedatur ipso Iure. vel ope restitutionis si impedimentum processit à Iudice, quam resolues ex dictis *sub dicto cap.* 5. Sed si longè desideres eam agitatam perlegere, videbis eundem Sfortiam Oddum *de rest. in integrum dicta quaest.* 72. *p.* 2. *art.* 6. qui ex multis ad vtramque partem disputas concludens, & resoluens ipso iure competere, tunc appellanti restitutionem tertij anni fatalis, si impeditus appellans protestetur non iure per se; sed per Iudicem, si verò non fuisset protestatus, tunc ei dari ope restitutionis in integrum, de quo ibi, *à num.* 53. dic tamen, vt iam *sub dict. cap.* 5. resolui.

AD TEXTVM IN CAPITE IX.

Meminimus, hoc Titulo.

PRAEMISSVM.

1. DE Textus huius materia, quatenùs agit de appellationibus; & iter arripientibus ad Papam dico *infra in c.* 1. *Clericis peregrinantibus* 11. Et *ibi*, in versic. *Post citationem*, cum aliis poteris adiungere plura quae adduxi *supra in cap. pen. de foro comp.* vbi an citatione perpetuetur iurisdictio, & pro affirmatiua faciunt verba hic, *non minus poteris in negotio secundùm iuris formam procedere.*

AD TEXTVM IN CAPITE X.

Super eo, hoc Titulo.

PRAEMISSVM.

SVMMARIVM.

2 *Instantia prosequendae appellationis non currit, dum appellatus impugnat appellationem, seu dicit esse desertam.*

3 *Instantia prosequendae appellationis non currit pendente nullitate.*

4 *Fatalia ad prosequendam appellationem, non currunt appellandi, qui agit super attentatis.*

TExtus iste pertinet in sua materia principali ad attentata, appellatione interposita, ob idque memineris eorum, quae dico *infrà* 1

2 *de attentatis, in cap. bona* 51. *hoc tit.* † Ob idque
Barbosa *hic*, *à num.* 2. tria resoluit, quod dum
Appellatus impugnat appellationem, seu dicit
esse desertam, non currit instantia prosequen-
dæ appellationis, sicut non currit pendente com-
promisso, quod vt explices repetes nonnulla
adducta *suprà sub cap.* 5 *hoc tit.* vbi quando fa-
talia currunt, quando, & ex quibus causis so-
3 spendantur, de quo etiam *in cap.* 8 *hoc tit.* † Et
n. 3. dicit instantia prosequendæ appellationis
non currit, pendente nullitate sententiæ, quan-
do videlicet nullitas principaliter deducitur, de
4 hac etiam dixi *sub dicto cap.* 5 *hoc tit.* † Et *n.* 4.
resoluit fatalia ad prosequendam, & finiendam
appellationem non currere Appellanti, qui pro-
sequitur, & agit super attentatis, de quo aliquid
dixi *sub dicto cap.* 5. & infrà dico cum ago *de at-
tentatis in dicto cap. bona* 51 *hoc tit.*

5 Item ex contexstura, & littera Textus nostri
apparet aliquid agi de lite super exceptione, à
qua si appelletur supersedetur in ea, qualiterque
cognitio super principali, simul cum ea contin-
gat: Pro vberiori tractatione adiunges plura,
quæ adduxi, *in cap.* 1, *cap.* 2. *cap.* 3. *de ordine cogni-
tionum*, vbi plura de exceptionibus, quæ simul
cum negotio principali disceptantur, aut priùs
de eis Iudicium fit, vnde iam descendo ad non-
nulla dubia propria huius nostri Textus.

6 Applicabis priùs aliqua notata *in cap.* 15. *de
restitut. spoliatorum*, & *in cap. significauerunt* 36.
de Testibus.

QVÆSTIO I.

*An appellatio ab vno Articulo includat to-
tam causam: & an inferior Iudex possit
procedere in principali negotio, & aliis
eiusdem causæ Articulis, si appellatio sit
interposita in vno articulo: An appellans
à futuro grauamine audiatur, & ad alias
quæstiones remissiuè?*

SVMMARIVM.

1 *Appellationis Iudex in Articulo non appellato,
non est Iudex, ex num* 3.
2 *Sententia tot, quot capita,*
3 *Inhibitio non operatur vltra casum, in quo ap-
pellatio est interposita.*
4 *Vim facit Iudex Ecclesiasticus inhibendo Iudici,
à quo in tota causa, & in omnibus Articu-
lis, in quibus non fuit appellatum.*
5 *Attentata non committuntur, nisi ex parte illius
capituli, vel secunda, à qua fuit appellatum.*
6 *Suspendere Iudex ad quem tantùm potest totam
causam Iudici, à quo in Articulis connexis
non in separatis, & num.* 7.
7 *Iurisdictio Iudicis, à quo non suspenditur in to-
tum ex appellatione interiecta à diffinitiua
sententia in separatis Articulis, num.* 8.
*fallit si isti terminari nequeant absque ap-
lantis, num.* 9.
10 *Articuli connexi sunt, qui aliis Articulis pa-
rant exceptionem rei iudicatæ.*
11 *Appellatio interlocutoria lata super Articulo,
cum quo est connexa, suspendit in totum iu-
risdictionis Iudicis, à quo etiamsi appellatio
sit ante litem contestatam, exemplificatur.
num.* 12. 13. 14.
16 *Appellatio num sit licita à simul cognoscente de
præiudicialibus, vel lite non contestata Testes
recipiente, vel eius, qui cum offerret suam
exceptionem probare admissus non fuit à Iudi-
ce remissiuè.*

AD primam quæstionis partem, vt respon- 1
deam, præmitto Regulam iuris; nempe vt
in tantùm appellationis Iudex possit in causa
procedere in quantum est appellatum, quia in
Articulo non appellato non est Iudex; vt tradit
Paulus Parisius *cons.* 66. *num.* 5. & 9. *lib.* 1. resol-
uens quod vbi sententia continet plura capitu-
la separata si appellatur ab vno in reliquis, tran-
sit sententia in rem iudicatam.

Et mittetur executioni, quia tot capita, quot 2
sententiæ, & sic licet multa capita sint diffini-
tiua vnico contextu, & vnica scriptura proba-
tionis, sententiæ tamen tot esse sententias quod
sunt capita, tradit Ceuallos *de cognitione per
viam violentiæ p.* 2. *q.* 147. † Addens quod inhi- 3
bitio non debet operare effectum vltra casum in
quo appellatio est interposita, de quo dico *infrà
in cap. vt nostrum, hoc tit.* & sic Pichardus re-
soluit, *in manud. ad praxim p.* 4. §. 18. *num.* 2. *in
fine*, improbans contrariam opinionem dicen-
tium inhibitionem eo casu impedituram litis
prosequutionem in Articulis, cum ea non aliter
permittatur, quam si integrum negotium deuo-
lutum constet *cap. non solùm*, §. 1. *hoc Titulo,
lib.* 6.

Vnde Francus *hic*, *num.* 5. dicit vim facere 4
Iudicem Ecclesiasticum inhibendo Iudici, à quo
in tota causa, & in omnibus capitibus, à quibus
non fuit appellatum; Imò Lancelotus *de atten-
tatis p.* 1. *limit.* 2. *sub num.* 17. *p.* 2. *cap.* 12. quod si
inter partes litigetur super diuersis prætentio-
nibus, vel super diuersis pecuniarum summis ex
causa separata debitorum non committantur at-
tentata, nisi ex parte illius capituli, vel summæ,
à qua fuit appellatum.

Et hanc partem sequitur Ceuallos *suprà dicta 5
quæst.* 147. *in fine*, Scaccia *de appellationibus q.* 18.
limit. 47. *membro* 1. *num.* 27. dicentes Iudicem ap-
pellationis vim facere inhibendo in Articulo
deuoluto, & non appellato, nisi causæ sint
connexæ, & adiunctæ iuxta aliqua, quæ iam
suprà dixi de separatis, & connexis *sub tit. de
sent. & re indicata, in cap.* 17. *quæstione* 9. *ver-
sic. ad secundùm, & in hoc nostro Titulo, in Rubr.
& alibi.*

Itaque & si Rota *decis.* 1. *alias* 238. *de officio 6
delegati*, & *decis.* 65. *alias* 461. *hoc tit.* quas se-
quitur Lancelotus *dicto cap.* 12. *de attentatis*. *li-
mit.* 29. *num.* 2. dicant Iudicem, ad quem posse
suspendere iurisdictionem in tota causa, etiam
quoad Articulum separatum, in tantùm quod
processus à Iudice à quo causatus post dictam
inhibitionem sit ipso iure nullus, vt tenet etiam
Alex. *cons.* 89. *lib.* 1. *num.* 9. Tamen aduertes cum
eodem Scaccia prædictas decisiones Rotæ pro-
cedere tantùm in Articulis connexis, non sepa-
ratis, & ab id non debent admitti Decius *in di-
cto cap. ad hæc*, nec Butrius, & Imola hic dicen-
tes, tam in separatis eandem iurisdictionem esse,
quorum doctrinam vocat Pichardus infrà cita-
tus *sub num* 2. periculosam.

Ad secundam quæstionis partem, etiam ex 7
dictis

dictis respondetur; Nam ex nostro Textu à contrario sensu probant Doctores *infrà* referendi, vt ex appellatione interiecta à diffinitiua sententia, non censeatur in vniuersum iurisdictio Iudicis, à quo suspensa, & sic placere vt ea interposita in vno Articulo; non dabeat facere, vt Iudex inferior supersedeat in cæterorum cognitione Articulorum, & principalis causæ, facit etiam Textus *in cap. ad hæc el 1.* vbi communis *hoc tit.* tradit Pich. *in manud. ad praxim p. 4 §. 18. sub num. 1.* vbi id probat ex dictis Rotæ decision. & ex Alex. & Lanceloto in locis proximè adductis, & ex Petro Gregor. *Syntagm. cap. 2. n. 47.* Boërio *decis. 73.* Tuscho verbo *appellatio, conclus. 376. num. 8. & 9.* & resoluit contra Cujacium, & Vbamesium hic, vt suspensa in vno Articulo propter appellationem Iurisdictione, & in reliquis, & in causa principali Iurisdictio maneat: argumento Textus *in l. qua tamen de re-*
8 *ceptis arbitris.* † Sed hæc non sic indistincte amplectitur Pichardus *ibi, num. 2.* Sed iuxta relatam distinctionem separatorum, & connexorum de quibus sub dubio præcedenti; cum videbis cum pluribus ab eo relatis; Ob idque amplius non insisto.

9 Vnum tamen noto, quando etiam Iudicem in casu, de quo loquimur procedere, prohibitum censeri, veluti si interiecta in vno Articulo appellatione in aliis principalis causa ante eius Articuli decisionem terminari non possit: Ita Doctores ex Textu nostro, & docet *suprà* Pichardus *dicto §. 18. num. 2. in principio*, præter proxime relata.

10 Et si dubites, quando connexi, aut separati Articuli sint causæ, in qua lata proponitur sententia, respondeo cum Decio *cons. 33. num. 4. lib. 1.* & Lanceloto *de attent. p. 2. cap. 12. limit. 7.* Pichardo *dicto §. 18. sub num. 2.* causam annexam hac in parte esse, in qua lata sententia aliis Articulis pareret exceptionem rei iudicatæ, & si Menochius *de arbitrariis. casu 95.* post alios Iudicis arbitrio hoc relinquat.

11 Ex prædictis infero primò cum Abbate *hic, num. 2.* Franco *num. 1.* & Scaccia *hoc tit. quæst. 17. limit. 47. membro 2.* à principio, quod appellatio interlocutoria lata super Articulo, cum quo est connexa: suspendit in totum iurisdictionem Iudicis, à quo quod extendit etiam Scaccia *num. 2.* etiam ad appellationem ante litem contestatam, vt probat Glossa hic, verbo *appellationem*, idem
12 *ibi num 4.* † Et *n. 5.* idem Scaccia exemplificat in exceptionibus peremptoriis, quæ opponun-
13 tur post litem contestatam. † Imò & *n. 6.* exemplificat etiam in exceptione præscriptionis, & in qualibet alia simili peremptoria, sine qua ne-
14 gotium principale expediri non potest † Et idem etiam Scaccia *suprà num. 3.* vt refert hic Barbosa *num fin.* exemplificat, quando opponitur rescriptum esse subreptitium, vel Iudicem esse excommunicatum, quasi Iudex interloquendo grauet, possit appellari, & appellatio suspendet Iurisdictionem in tota causa. Hæc enim omnia ex prænotatis sub præmisso possunt ad Textum nostrum satis extendi.

15 Ad tertiam quæstionis partem, an appellans à futuro grauamine possit hic ex proposito agi cum Ioanne Andrea, & Innocentio in præsenti, negatiue respondentibus; Sed de hoc aliqua dixi *suprà*, & dico *infrà in cap. dilectos hoc tit.*

16 Ad alias quæstiones, an licita sit appellatio à simul cognoscente de principali, & exceptionibus præiudicialibus, vel lite nondum contestata Testes recipiente, dixi, *in cap. exhibita de Iudiciis quæst. 1.* & ad aliam *ibi q. 2.* & ad aliam *ibi q. 4.* vbi an appellatio sit legitima, vel debeat explodi eius, qui eum efferret suam exceptionem probare admissus à Iudice non fuit.

AD TEXTVM

In §. Si Autem, dicto capite X. hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Sententia exequitur, si appellatio ab ea extiterit friuola.*

1. HVivs §. verba, quæ sic se habent *si autem aduersa pars falsi suggestione in appellatione prorupit, non est sententia super hoc deferenda*; quibus superque posset agi de omnibus appellationibus, quæ cum friuolæ, & impertinentes sint, appellanti non succurritur; Imò potius in eum per Iudicem, à quo illico sententia executioni mandatur, vt de confessis, conuictis, notoriis, & aliis, iam sub Rubrica notaui: Notant Doctores per Textum, *in cap. cum appellationibus friuolis lib. 6.* de pluribus etiam dico *infrà, cap. sequenti*, quæ non obstante appellatione executioni mandatur, & si reuerà, quod ad effectum deuolutiuum admittatur appellatio.

AD TEXTVM

IN CAPITE XI.

De Appellat. hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio admittitur etiam à Sententiis minimarum causarum, & de ratione n. 2. & 3.*
2 *Appellationis causa non est quantitas litis, sed iniquitas Iudicis.*
3 *Modicum non differt à magno, quando illud non est fundamentum super quantitate rei, sed super iniustitia.*
4 *Regula de minimis non curat Prætor remissiuè.*
5 L. & in minoribus, Cod. de appellat.
6 *Causæ maiores, & minores differunt in ordine ad appellandum super eis ad maiores Iudices.*
7 *Minima causa in iure quæ dicatur, &* quæst. 1. a num. 1.
8 *Appellari licet in Criminali, ac in Ciuili causa*
9 *Appellari licet in Fiscalibus, sicut in priuatis causis, & in multis, sicut in pœnis.*

1. HVivs Textus est quædam generalis conclusio, nempe, vt admittatur appellatio, etiam à sententiis minimarum causarum,

ſarum, ſicut ſi interponeretur ſuper maioribus: Igitur quemadmodum locus iſte aptus eſt ad recenſendos caſus minimarum cauſarum, à quibus admittitur appellatio, ſic etiam, & ad numerandos caſus earundem cauſarum, in quibus denegatur appellationis admiſſio; Sic ſingulariter præter ſcribentes recenſet Riccius *collect. ad hunc Textum* 166. cum quo concordat Textus *in l. & in minoribus, Cod. hoc tit.*

2 Sed cum appellationis cauſa non ſit quantitas litis, ſed iniquitas Iudicis finis appellationis ſit; ita vt quod iniquè, aut malè iudicatum eſt emendetur, & corrigetur ex dictis ſuprà in Rubrica & alibi per Textum *in l.* 1. *ff. hoc Titulo*: Sequitur, vt cum Iudex queat peccare, etiam lædendo minimum magis, quam appellans à minimo appellando euenit ex hoc noſtro Textu, vt rectè appellatio, etiam in minimis admittatur: docent præter ordinarios hîc Rebuffus *tom.* 1. *ad leges Gallicas, tractatu de ſententiæ executione, art.* 4. *Gloſſa* 1. *num.* 5. Ruginel. *de appellat.* §. 2. *cap.* 3. *num.* 604. verbo *modicum.*

3 † Scaccia *de appellat. q.* 18. *limit.* 40. *à num.* 1. qui teſtatus eſt etiam *ibi, num.* 4 de relata ratione ad appellandum in minimis; eo quod modicum non differt à magno, quando illud non eſt fundamentum ſuper quantitate rei, ſed ſuper iniuſtitia. & iniquitate, vt tradit Gerardus *ſingul.* 19. *num.* 3.

4 Nec obſtat dicere iure noſtro de minimis curandum non eſſe, de qua Regula dixi *ſuprà, in cap. cum te* 33. *de re Iudicata, ſub quæſtione* 1. præcipuè ſub verſic. *ad ſecundam.*

5 Nec obſtat ſecundo Textus, *in dicta l. & in majoribus, Cod. hoc Titulo*: Vbi tantùm ſit mentio de maioribus, & minoribus cauſis; non inquam de minimis: ergò quemadmodùm de Ciuili iure de minimis cauſis licitè denegari debet appellatio, ſic & in noſtro Textu: Tamen reſpondeo, quod & ſi communiter à Doctoribus ea aſſignetur diſtinctio, vt noſtro iure Canonico appellatio etiam ſuper minimis admittatur; ſecus autem de Iure Ciuili, quo Iure contrarium admitteretur contra appellationis naturam, cum vt iam aſſignaui de minimis, non curet Prætor, adhuc exiſtimo cum Balboa *hîc, num.* 12. etiam Iure Ciuili in minimis appellationem admitti, quia ratio generalis noſtri Textus amplectitur minimas cauſas, in quibus Iudicis iniuſtitia inſpicitur, ſicut & Iure Canonico.

6 Solùm ergò in vſu appellationis verum eſt dicere minimas cauſas à maioribus ſeparari reſpectu Iudicum, ad quos prouocatur, vt in minimis maiores Iudices, & magiſtratus non appellentur, ſed inferiores tantùm ſecundùm ordinem à Iuſtiniano præſcriptum *in nouella* 23. §. *illud etiam, hoc tit.* & intra quæ tempora vt iam de nonnullis dixi *ſub cap. perſonas* 4. *hoc tit.* Etenim *nouella* §. *ſi tibi, Cod. de mandatis Princip.* vbi ſententia in exiguis ſine ſcripto profertur, quod ſtatuit in vilioribus cauſis minuendorum ſumptuum cauſa; ſecus in maioribus tradit Balboa *hîc, num fin in fine.* Sed an hoc verum omninò poſſit eſſe leges dicta *in Rubr. de Sententia & re Iudicata.*

7 Nunc verò iam dubitabis, quæ dicatur in iure cauſa minima. & Gloſſa hîc verbo *minimis*, dicit minimam cauſam, quæ non excedit duorum Aureorum ſummam, pro quo actio de dolo non datur, *l. ſi oleum*, § *fine ff. de dolo*, vel *decem aureorum.* vt *in l.* 3. §. *quamuis, ff. ſi cui plus quam per legem falcidiam*, vbi cauetur legatarios quibus ibi minuta alimenta relicta ſunt, præſtare cautionem non debere contra id, quod in aliis maioris momenti diſpoſuerat Conſultus, *in dicta l.* ob idque in cauſis minimarum quantitatum denegari appellationem dicunt communiter Doctores, tam prædicti, quam Theorici. Et ita poteris applicare, quæ dixi *ſuprà in cap. dilecti* 6. *de Iudic. quæſt. fin.* vbi *à num.* 14. egi de cauſa ſummaria, & quæ illa dicatur ad hoc vt ordo iuris poſſit omitti, ſeu non ſic punctualiter ſeruari; ſicut in rebus magnæ quantitatis.

Habetur ergo in conſideratione qualitas negotij, indeque euenit, vt liceat appellari in Criminali, atque Ciuili cauſa, *l. non tantum, ff. hoc tit. leg. eos,* §. *ſuper his .l. litigatoribus, Cod eodem, cap. licet, de officio ordinarij.* † Et ex eo in Fiſcalibus, ſicut in priuatis cauſis appellari licebit, *leg.* 1. *Cod. de pœna Iudicis, qui male Iudicauit*; & in mulctis, ſicut in pœnis appellari, *l. & in multis hoc tit.* quod vltimum reſolues iuxta diſtinctionem, de qua ſub *cap.* 4. *hoc tit. in fine quæſtionis* 3. ſub verſic. *ad tertiam*, vbi de differentia *pœnæ, & mulctæ.* 8 9

QVÆSTIO I.

An magna: vel parua cauſa, ſeu quantitas à qua appellatio admittitur, ſeu denegatur ſit de iure, vel pendeat ab arbitrio Iudicis: & quænam cauſæ admittant appellationem, quæ vero non: Et an vna cauſa ſufficiat ad appellandum, vel deſideretur concurſus plurium cauſarum?

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ quæ ſunt paruæ, aut magnæ quantitatis, ſunt in iure ſcriptæ, & inſinuantur, num. ſequent.*

2 *Cauſa minima dicitur, quæ ad ſumptus Iudiciales non ſufficit.*

3 *Appellatio ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis Romæ non admittitur in cauſis non excedentibus quinque Ducatos aurei de camera. & in cauſis à decem ſcutis ventilatis coram Senatore.*

4 *Signatura ex ſtylo recepto, & Pontificia conſtitutione, non committit appellationem cauſarum non excedentium valorem Ducatorum ſexdecim aurei de camera.*

8 *Cauſa minima in iure non ſcripta dependet ab arbitrio Iudicis iuxta perſonarum qualitatem & negotium.*

9 *Negotia ardua, quæ dicantur, ſi in iure non ſint ſcripta, dependet ab arbitrio Iudicis.*

10 *Appellatio in quibus caſibus admittatur, & in quibus non expenditur, num. ſequent. & à num.* 12.

11 *Appellatio regulariter eſt in iure fauorabilior ſententia.*

12 *Appellari poteſt à tenuta, à delegato Apoſtolico à ſententia miſſionis; num.* 13. 14.

15 *Appellari poteſt ab omiſſa condemnatione expenſarum, à reiectione probationum numero* 16.

à

sententia sequestrationis mulieris, num. 17.

18 *Appellari potest à sententia Arbitrorum à sententia super competentia, n. 19.*

20 *Appellari potest à præstatione iuramenti, & in causa finium regundorum, n. 21.*

22 *Appellari potest à Iudice reuocante sententiam, & à decreto de euacuando, & n. 23.*

24 *Appellari potest à sententia lata de Consilio peritorum, & de partium consensu, & à sententia legati de latere, num. 25.*

26 *Appellari potest à sententia instrumenti guarentigiati.*

27 *Appellari potest à sententia absolutoria ab obseruatione Iudicij.*

28 *Appellatio admittitur à Saluiano interdicto, & de aliis casibus remissiuè, num. 19.*

30 *Appellatio non admittitur à prouisionibus ciuilibus in causis Fiscalibus, in sententia reductionis ad arbitrium, num. 31.*

32 *Appellatio non admittitur à sententia declaratoria interlocutoria à sententia præstationis alimentorum, num. 31.*

34 *Appellatio non admittitur in causa dotis, & salarij in causa decimali, num. 35. & numero 41.*

36 *Appellatio non admittitur à sententia interdicti retinenda, nec à sententia exfractionis, num. 36.*

37 *Appellatio non admittitur à sententia peritorum.*

38 *Appellatio non admittitur à sententia per quam Iudex se competentem pronuntiat.*

39 *Appellatio non admittitur à sententia conseruatorum. nec in causa precedentia, n. 40.*

42 *Appellatio non admittitur à sententia exequente primam, nec à decretis in causis suspitiorum.*

43 *Appellatio non admittitur ab expulsione in anno militari, nec à dilata, nec à denegata iustitia, nec a taxatione expensarum.*

44 *Appellatio non datur à mandato de exequendo nec a reiectione appellationis num. 45.*

46 *Venditor non appellat a sententia lata contra Emptorem, nec is cuius nihil interest.*

47 *Appellatio negatur ei, qui acquieuit iudicato, item commisso, & confesso, n. 48.*

49 *Appellatio non admittitur à decretis affirmatiuis*

50 *Fiscus non appellat, licet habeat recursum.*

51 *Appellatio non admittatur à pronuntia causam esse in decisorio.*

52 *Appellatio vbicunque prohibita est de iure communi prohibetur etiam recursus, sed non ita si sit prohibita vigore priuilegij, vel praeminentia Tribunalis.*

53 *Officialis alicuius Iudicis pro gestis in efficio condemnatus non appellat: Item & in Sindicatu idem de condemnato pro debito publico, & aliis.*

52 *Appellatio introduci potest ex vna legitima causa si de se sufficiens sit.*

1 AD primam quæstionis partem videtur ex iam adductis dicendum scriptaa esse in iure causas, quæ sunt paruæ, aut magnæ, vt patet ex *dicta l. si eleum, §. fin ff. de dolo, & ex dicta lege 1. §. quamuis. ff. si cui plus, quam per legem falcidiam,* vbi consultus vocat minuta alimenta ea, quæ sunt aureorum decem, ea quæ de causa cautionem legatariia remitti. † Facit argumentum
2 Textus *in cap. anteriorem, §. illud 2. q. 6.* vbi causa *Fermosin. de Exceptionibus,* minima dicitur, quæ ad sumptus iudiciales non sufficit, & sic vt iam dixi *suprà in dicto cap 6. de Iudiciis, q. 17. fin. à num. 14.* causa summaria ad cognitionem Iudicialem dici eam, quæ spectat ad paruam quantitatem, & qualitatem secundum casus plures, quos ibi de iure expresse assignaui.

Et confirmatur quia ex dispositione statutorum vrbis Romæ *lib. 1. cap 96.* non admittitur appellatio, nec datur in causis non excedentibus quinque ducatos auri de Camera ventilatis coram Vicario eiusdem, docent Vestrius *in practica lib. 2. cap. 16. n. 5.* Ruginel. *de appellat. §. 2. cap. 2. n. 53.* Scaccia *in eodem tract. q. 17. limit. 41.* Item & in causis à decem scutis infrà ventilatis coram Senatore, & eius Collaretale, refere Barb. *hic, n. 3.* quod declarat Scaccia *limit. 42. à n. 1. & 2.* habere locum, non solùm in causia pauperum, & mirabilium personarum; sed etiam in causis diuitum, & personarum non miserabilium. 3

Confirmatur secundò; quia vt docent idem Scaccia *dicta q. 17. limit. 43.* Marchesan. *de commissionibus p. 1. in commis. anocat. caus. cap. 1. n. 7. in fine fol 68.* signatura ex stylo receptio, & Pontificia constitutione non committit appellationes causarum non excedentium valorem ducatorum sexdecim auri de Camera. 4

Item Neapoli ex dispositione ritus 257. in causis quæ non excedunt valorem duarum vnciarum, & sunt ciuiliter intentatæ, non datur appellatio, qui ritus, & si secũdum Marant. *in praxi p. 6. act. 2 hoc tit. limit. 21. in fine, sub n. 326.* verbo *& quando appellatur*, non sit in vsu: tamen Caran *in d. ritu sub n. 1.* testatur esse in viridi obseruantia. † Sicque referens Barb. in præsenti scribit *n. 8.* in Regno Lusitaniæ, vt non sit causa appellabilis ad Senatum, nisi excedat summam quatuor millium Regalium, non ex vno Senatu ad alium nisi excedat summam octoaginta millium Regalium. † Imo Seacc. *dicta q. 17. limit. 44. in fine.* Rugin. *d. §. 2. c. 3. sub n. 605.* versic. *de iure, & statutorum.* docent in ducatu Mediolanensi; non appellari à sententia lata absque Consilio Sapientis à libris decem infrà, & à libris viginti quinque infrà quando est lata cum Sapientis Consilio. 5 6 7

Et ego sic statuo vt in casibus, in quibus iure nostro determinatum est quæ sit magna causa quæ verò minima iuris dispositioni standum sit in aliis inquam vbi ius scriptum non reperitur; Tunc Iudicis arbitrio relinqui secundùm qualitatem personarum, negotiique varias circunstantias, vt Glossa notabilis ostendit *in. lege illicitas, §. ne tenuis, ff. de officio Præsidis, & Glossa in lege sed & si susceperit, ff. de Iudiciis,* vbi cum territorium donatum esset, quamuis magnum aliquantulum terræ donatum dicitur ea ratione; quia modicum erat respectu donantis personæ: tradit hic Balboa *num. 4.* ex Philippo Franco concludentes, & causa quæ à iure non expresse decisa, vt magna, vel parua hæc Iudicis relinquatur arbitrio: Nam magna causa, vel parua dicitur habito respectu ad qualitatem personarum, vt docuit Glossa *in capite finali de Iudiciis, libro 6.* & facit per argumentum Textus, *in capite & si quæstiones de Symonia.* Et iuxta hæc debet intelligi Glossa *in dicta lege illicitas, § ne tenuis,* quatenùs vocat causam magnam, quæ de re 8

 minima

minima eſt inter ruſticos, & pauperes perſonas.

9 Ex quo infertur quod vbi certatum ſit, quæ dicantur ardua negotia, dicant Ioannes Andreas *in cap. fin. de officio deleg.* Imola *in cap. fin. de donat.* Felin. *in cap ſi pro debilitate de officio deleg. n.* 5. ibi Decius *n.* 4. Palacios Rubios *in Rubr. de donat. inter*, § 11. *n.* 12. Marſil. *in l. quæſtionis modum n.* 421 *ff. de quæſt.* randem obtinuiſſe hoc Iudicis arbitrio relinquendum eſſe. Quam doctrinam ego intelligo, vbi aliter deciſum, aut ſcriptum non reperiatur, ob idque deſcendo ad ſecundam partem noſtræ quæſtionis, vbi ſummarim tibi refero caſus in quibus appellatio conceditur, qui poſſunt dici magnæ quantitatis, ſeu qualitatis, & ad eos quibus denegatur, qui poterunt dici paruæ.

10 Ad ſecundam quæſtionis partem, vt abſque faſtidio de pluribus queas informari pro latiori doctrina noſtri Textus, ſecundùm quæ ſcribit Riccius *dicta collect.* 266. ad noſtrum Textum accipies cum eo, & aliis per eum relatis caſus, in quibus admittitur appellatio, & caſus, in quibus denegatur præter alios referendos hîc in aliis quæſtionibus deputatis.

11 Et in primis cum iam ex noſtro Textu dixerim ſuprà in principio regulariter poſſit appellari à quacumque ſententia, & in quibuſcumque caſibus, ſiue Ciuilibus, ſiue Criminalibus, *cap. cum ſit Romana* 5. *hoc tit.* niſi inueniatur à iure prohibitum, Rebuffus *tract. de appellationibus in præfatione n.* 72. quia regulariter appellatio eſt magis fauorabilis, quam ſententia Gonzalez *in regul.* 7. *Cancell. in annotation. ad Gloſſam* 9. *contra nullitates, & attentata, n.* 25. & hoc cum diſcrimine inter Ius Ciuile, Canonicum, Tridentinum Concilium, & ſententiam diffinitiuam, & interlocutoriam ſecundùm aliqua quæ iam dixi *ſuprà ſub Rubr. q* 5. verſic *ad quartam*, vbi egi de quæſtione *an in proponenda appellatione ab interlocutoria ſeu diffinitiua, ſit in praxi forma diuerſa*, & ſingulariter ad propoſitum, de quo hîc benè Andreas Valenſis videndus *in Rubr. huius tit.* § 4. *à n.* 1. cum tribus ſequentibus, vnde iam caſus deciſos a quibus appellatur reſolutione aſſigno.

12 Primò enim appellatur à ſententia, in qua confirmatur tenuta: ſic Gratian. *in deciſ.* 9.

13 Secundò appellari poteſt à ſententia delegati Apoſtolici, idem Gratian. *deciſ.* 60.

14 Tertiò appellatur à ſententia miſſionis in poſſeſſionem, idem *deciſ.* 60

15 Quartò appellari poteſt ab omiſſa condemnatione expenſarum: Gama *in deciſ.* 65. Guid. Pap. *in deciſ.* 42. & applicabis quæ adduxi *ſuprà in cap. finem litibus de dolo, & contumacia q.* 6. *à num.* 1. vbi egi de quæſtione, an poſſit Victoria appellare ab omiſſa condemnatione expenſarum vel ab abſolutione expenſarum ibi *dicta q.* 6. verſic. *ad tertiam.*

16 Quintò appellatur à reiectione probationum, Surdus *in deciſ.* 39. applicabis quæſtiones, de quibus *ſuprà ante Rubricam n.* 2. *&* 5. *& n.* 7.

17 Sextò appellatur à ſententia ſequeſtrationis mulieris, Anna *in allegat.* 82.

18 Septimò a Sententia arbitrorum, Mynſinger. *cent* 3 *obſeruat* 33. de quo dixi *ſupra in Rubr. q.* 4. verſic *ad tertiam.*

19 Octauò à ſententia ſuper competentia; idem Mynſinger *cent* 3. *obſeruat.* 35.

20 Nonò appellari poteſt a præſtatione iuramenti, idem *in obſeruat.* 39. *cent.* 1. & ad hoc applicabis plura adducta *ſuprà in cap fin. de Iureiur. q.* 3. *&* 4. vbi an poſſit recuſari Iuramentum delatum & quod *ibi dict. quæſt.* adduxi, verſic. *ad quintam*, an poſſit appellari à ſententia Iureiurando cauſam decidentis.

Decimò appellatur in cauſa finium regundo- 21
dorum de Annatis *in deciſ.* 19. & de natura huius cauſæ & aliorum familiæ erciſcundæ, & communi diuidundo dixi *ſuprà in cap.* 5. *de probationibus.*

Vndecimò appellatur à ſententia Iudicis pro- 22
nuntiantis ſententiam eſſe reuocandam, idem de Amatis *in deciſ.* 75.

Duodecimò à decreto de euacuando, Seba- 23
ſtianus de Medicis *in deciſ.* 25.

Decimo tertio appellari poteſt à ſententia la- 24
ta de Conſilio electorum de partium conſenſu, & voluntate, Iaſtedus *in deciſ.* 453. & applicabis quod adduxi *ſuprà in cap.* 4. *de foro compet.* an recuſari poſſint iudices electi de partium conſenſu *ibi q.* 29. Applicabis dicta de Iudicio peritorum *in cap.* 4. *de prob.*

Decimo quarto appellari poteſt à ſententia 25
legati de latere, Franciſcus Marcus *in deciſ.* 345. & applicabis dictum *ſuprà in Rubrica, quæſt.* 4. de appellatione à ſententia Cardinalis, ſeu Præfecti Prætorij.

Decimo quinto appellari poteſt à ſententia 26
inſtrumenti guarentigiati, idem Franciſcus Marcus *in deciſ.* 392, de quibus inſtrumentis dixi plura ſub Textu *in cap.* 1. *de fide inſtrum.*

Decimo ſexto appellari poteſt à ſententia ab- 27
ſolutoria obſeruatione Iudicij, Creſcentios *deciſ.* 6. Applicabis plura de hac ſententia, quæ dixi *in cap. examinata de Iudiciis à quæſtione* 20. & ibi *quæſt.* 261. egi de quæſtione, *an appellatio admittatur à Iudice, qui interloquendo pronunciat Reum abſoluendum eſſe ab obſeruatione Iudicij, quia Actor non probauit ante diffinitiuam.*

Decimo ſeptimo dicit Ricc. *dicta collect.* 166. 28
in verſic. *ſic denique*, cum Gratiano *in deciſ.* 214. dari appellationem à Saluiano interdicto prout in caſu, de quo ſcribit idem Gratianus, de quo interdicto iam *ſuprà* dixi *ſub tit. de reſtit. ſpoliator.*, vbi plura de omnibus interdictis poſſeſſoriis.

Iſti enim ſunt caſus omnes deciſi, quos re- 29
ſtatur ipſe Riccius *vbi ſuprà*, qui de illis ex propoſito ad noſtrum Textum fecit prædictam collectaneam, quibus adiunges alios, de quibus ego iam dixi *ſuprà ſub Rubr. à quæſt.* 1. *& in cap.* 3. *hoc tit.* alios aſſigno ante ipſam Rubricam quos poteris applicare.

Econtrario caſus deciſos, de quibus teſtatur 30
ipſe Riccius *dicta collect.* 166. noſtri Textus à verſic. *caſus* autem ſequentes recolligit. Primus vt non appelletur à prouiſionibus ciuilibus in
cauſis Fiſcalibus, Maſtrillus *in deciſ.* 32. † Item 31
à ſententia lata per Iudicem in caſu reductionis ad arbitrium boni viri, Beninten. *in deciſione* 15.

Tertiò à declaratoria interlocutoriæ, Flamin. 32
Cort. *in deciſ.* 129. Etenim per Tridentinum non appellatur ab interlocutoria, niſi habente grauamen irreparabile, aut vim diffinitiuæ, de quo aliqua dixi *in Rubrica ſub quæſt.* 5. verſic. *ad quartam.*

Item à ſententia præſtationis alimentorum 33
quoad effectum ſuſpenſiuum (de quo dico *infrà* hîc, Verallus *in deciſ.* 39. *p.* 1. & Viuius *in deciſ.* 73.

34 *decis.*73. † Eodemque modo in casu dotis, &
salarij, Gratianus *in decis.*53. Rota diuers. *in de-*
*cis.*764. *p.*1. & Auna *singul.*52. de quo *quæst. fin.*
35 versic. *ad sextam.* † Sic & in causa decimali,
provt intelligit Gratianus *in decis.* 100. de quo
in cap. tua nobis de decimis; Item nec appellatur
à sententia interdicti retinendæ ad eundem ef-
fectum suspensiuum, Afflictis *in decisione* 169.
36 † Et sic nec à sententia exfractionis, Gram-
37 maticus *in decisione* 58. † Sic à sententia peri-
torum Rotæ Lucens. *in decis.* 38. applicabis di-
cta *suprà, in cap.* 4. *de probat.* vbi de peritis &
38 Matronis. † Item à sententia, per quam Iu-
dex se competentem pronuntiat, Grammaticus
*in decis.*159. de Amaris *in decis.*86. Sed hæ duæ
decisiones sunt contrariæ, vt leges apud Myn-
39 sing. *dict. cent.* 3. *obseruat.* 35. † Nec appella-
tur à sententia conseruatorum, Gratianus *in de-*
40 *cis.* 170 † Sic à sententia lata in causa præce-
41 dentiæ, idem Gratianus *in decis.* 132. † Et à
sententia lata in causa dotis; idem *in decis.* 72.
42 † Nec à sententia secunda exequente primam
appellatur, à qua non poterat appellari, idem
in decisione. 74. Sic à decretis in causis suspicio-
num Iudicis de Franchis *in decis.* 408. Nec ap-
pellatur ab expulsione manu militari, Cornaz
*in decis.*131. provt nec à delata, nec à dene-
gata iustitia Mynsinger *centuria* 3. *obseruat.* 57.
43 Nec à taxatione expensarum, Cam. in ver-
bo *appellatio*; Iterùm repetes quæ adduxi *suprà*
de Textu in dicto cap. finem litibus de dolo q. 6. *à*
44 *n.*1. & ibi in versic. *ad tertiam.* † Nec à man-
dato de exequendo, Verasius *in decis.*40. ad quod
adiunges dicta *suprà in Rubrica q.* 5. versic. *ad*
tertiam; an liceat appellare à sententia Iudicis,
qua pronuntiat sententiam exequendam esse.
Et quæ dixi *ibi q.* 3. versic. *ad quartam*, vbi de
quæstione, *an liceat appellare à mandato executo-*
45 *rio* † Item à reiectione appellationis, non ap-
pellatur; idem Gratianus *in decis.* 8. de quo
dixi *suprà in Rubrica sub quæst.* 2. versic. *ad sex-*
46 *tam.* † Nec venditor appellat à sententia lata
contra Emptorem, idem Grat. *decis.* 1567. Sicut
nec is, cuius nihil interest, Antonius Faber
*in decis.*5. *quorum appellation. non recipiuntur*, vt
probare poteris ex adductis *in cap.* 17. *de re in-*
dicata, & suprà sub hoc tit.
47 Nec is qui acquieuit iudicato; Idem Faber
in decis. 12. *eodem tit.* quod confirmabis ex ad-
ductis suprà *in cap.*15. *de sentent. & re Iudicata, &*
48 *ex dictis in cap* 4. *&* 5. *hoc tit.* † Nec conuictus,
& confessus appellat Iafredus *in decis.*40. de qui-
bus dixi iam *in Rubrica q.*4. versic. *ad secundam.*
49 † Item non appellatur à decretis affirmatiuis,
vt putà in alienatione prædij minoris, & simi-
50 libus, Afflictis *in decis.* 161 † Nec Fiscus ap-
pellat, licet habeat recursum Grammaticus *in*
*decis.*14. Minad. *in decis.*27. & Gratianus *decis.*51.
51 † Sed num appelletur à pronuncia causam esse
in decisorio videndus, & venit *in decis.* 40. vt
refert Riccius *suprà.*
52 Hæc sunt, quæ recolligit idem Riccius circa
denegatam appellationem, & concludit de ea
deseruire posse ad Textum nostrum, & ad Tex-
tum *in d.l & in maioribus per ampliationes. & li-*
mitationes & addit cum Mastrillo *in decis.* 157.
vbicumque est prohibita appellatio de iure com-
muni prohibetur etiam recursus, sed non ita si
sit prohibita vigore priuilegij, vel præmi-

nentiæ Tribunalis: quia tunc ait benè admitti.
† De aliis verè casibus dixi *suprà sub Rubrica.* & 53
addo etiam alios in quæstionibus sequentibus.
& breuiter addo sequentes primo, quod officia-
lis alicuius Iudicis condemnatus pro gestis in
officio à suo Iudice non appellat *l. nulli, Cod quo-*
rum appell. non recip. sicut, nec quilibet officia-
lis condemnatus in Syndicatu ad effectum re-
tardandæ executionis, Valensis *in Rubr. hic*, §. 4.
n. 11. qui *n.* 10. idem dicit de condemnato pro
debito publico, seu Fiscali, *l.4. l fin. Cod. eodem,*
cap. ei qui appellat, §. *quoties* 2. *q.*6. quod proce-
dit, quando Fiscus certat de damno vitando
non de lucro captando, & *n.* 13. quod quis non
appellat ab actu, quem probauit *l. ab eo, Cod.*
quom. & quando Iudex, nec in casibus commis-
sis *appellatione remota ibi, sub n.* 15. vide *suprà in*
*Rubrica q.*1. alios tradit Valensis *dicto* §. 4. alios
Barbosa *in cap.*59. *hoc tit. à num.* 14.

Ad vltimam quæstionis partem breuiter re- 54
spondeo, vt sufficiat ad appellandum vna sola
legitima causa; si de se sufficiens sit, itavt non
desideretur concursus, aut accumulatio plurium
causarum *l. appellari, ff. quis, & à quo appelletur*
tradit *hic* Balboa *sub n.* 6. *in fine.* & probatur sa-
tis ex longè adductis *in Rubr.* plura de concursu
actionum retuli *suprà sub cap.*15. *de Iudic.*

Qvæstio II.

An liceat appellari in causa momentanea possessionis, & generaliter in causis possessoriis, & an detur appellatio à remedio retinendæ & an à sententia, per quam hæres in possessionem bonorum hæreditatis mittitur, appellatio sit permissa, & an à Sententia possessory summarissimi vulgò del interim, *& an à sententia manutenendi capitulum Cathedralis Ecclesiæ contra Fiscum, & an licita sit appellatio & citatio ad Iudicium Dei in valle Iosaphat?*

Svmmarivm.

1 *Appellatio à sententia momentanea possessionis non admittitur Iure Ciuili intellige in possessorio momentaneo n.*4. *limita vt n.*3.
2 *Appellatio prohibita est in causis, quæ non recipiunt dilationem,*
3 *Supplicatio non admittitur in causis, quæ non recipiunt dilationem,*
6 *Restitutio in integrum admittitur à sententia in possessorio, num.*14.
7 *Appellatio regulariter admittitur à meris possessoriis de Iure Canonico.*
8 Cap fi 1. *versic.* de possess. 2.q 6.
9 *Decretum Iudicis in possessorio plenario habet vim diffinitiua. & in aliis interdictis,*
10 *Executio vt locum habeat Iure Canonico sententia duæ requiruntur de Iure Regio, quid n.*11.
12 *Sententia in possessorio potest argui de nullitate.*
13 *Nullitatis exceptio admittitur, & si non admittatur à mandato de exequendo appellationem.*
15 *Appell. in causis possessoriis generaliter admittitur, & si executio sententia non prohibeatur expe-*

ditur, num. 16. 17. 18, vbi quid in casu Egidianæ constitutionis.

19 *Appellatio num detur à remedio retinendæ, numero 20. 21.*

21 *Attentata non cadunt in remedio retinendæ possessionis, nec renocantur in data possessione hæreditatis, num. 14.*

22 *Appellatio num permittatur à sententia, per quam hæres in possessionem bonorum hæreditatis mittitur, & num. 23. vbi quid in praxi, & num. 25. 26.*

23 *Appellatio quoties à lege non admittitur, intelligitur de suspensiua, non autem de deuolutiua.*

25 *Appellationi locus non datur de Iure communi, & Regio à datione possessionis, quæ fit ex legis foria remedio: Item & Iure Canonico, num. 26.*

27 *Appellatio à Iudicio summarissimo vulgò* de el interim, *num ad aliquem effectum admittatur, num. 28. 29 30.*

31 *Manuteneri num possit Capitulum Cathedralis Ecclesiæ contra Fiscum, affirmatur numero 32. & 37.*

32 *Priuari nemo debet sua administratione, nisi causa cognita sit, & citato Possessore.*

33 *Missio in Possessorem non valet, facta etiam contra possidentem de facto, si non fuit citatus.*

34 *Rex, aut Cardinalis, si facit aliquid superioritatis Iure inferior non admittit sui iuris, quasi possessionem.*

35 *Regia manus non priuat aliquem sua possessione ecto quod eum de facto priuet.*

36 *Manus Regia, quæ ad commodum partium solet apponi, non debet in eorum detrimentum tendere.*

38 *Appellatio, & citatio ad Iudicium Dei in valle Iosaphat, non licita, vel prohibita.*

1 AD primam quæstionis partem; ad quam ex sequentibus dubiis latiùs respondetur generaliter respondeo Iure Ciuili attento non esse admittendam appellationem à sententia lata momentaneæ possessionis, vt sensit Glossa 1. *in capite 1. de causa possessionis, & proprietatis*; eo quod celeriter restitutio facienda est, & absque vlla commutatione, vt *in lege si Coloni, Codice de Agricolis, & censitis lib. 11. lege 1. Codice si per viam, vel alio modo*, videtur probari expressè *in lege vnica, Codice de moment. pos-*
2 *sess. cap. ei cui, §. de possessione 2. quæstione 6.* † Et procedit, quia regulariter cautum est, vt in causis, quæ alias non recipiunt dilationem prohibita sit appellatio, *leg. fin. ff. de appellat. recipiendis, leg. quisquis, Cod. quorum appellat. non recip. Glossa in cap. cum ad Sedem de restitutione spoliatorum*, verbo *interdictum*: Probant relati à Couarruu. *in practicis cap. 23. numero 8.* Antonius Gomezius *in lege 45. Tauri, numero fin.* Ceuallos *in practicis quæstione 15.* cum multis ab eo relatis *num. 1.* Gutierrez *Canon. capite 34. numero 86.* Felicianus *de censibus libro 3. capite 1.* Molina *de primogeniis libro 3. cap. 13. numero 9.* Gratianus *Regula 413.* vbi cum mul-
3 tis aliis agit de prædicta Regula. † Et in tantum verum est secundum prædictos, vt nec supplicatio admittatur à dicta sententia, vt est de mente Bartoli *in lege 2. ff. de appellationibus recipiendis* Abbatis *in dicto capite cum ad Sedem*, refert Ceuallos *dicta quæstione 15. numero 1.*

Et licet relata doctrina secundùm Ius Ciuile 4
generaliter loquatur in omni Iudicio possessorio; Sed verius est vt ea tantùm locum habeat in Iudicio possessorio momentaneo: Nam in hoc sensu loquuntur iura allegata secundùm mentem Balboæ *in capite 1. de causa possessionis & proprietatis, num. 11. in fine* dicentis cum Ripa *in cap. sæpe de restitutione spoliator.* & Socino *Regula 24.* in aliis Iudiciis procedere Regulam Textus *in lege & in maioribus, Codice hoc Titulo* de qua dixi *quæstione præcedenti.* Et Cyriacus cum multis *tom. 2. cont. 366.* ait vt non detur appellatio à sententia lata in summarissimo possessorio, nec ad effectum deuolutiuum, nec suspensiuum, siue sententia constituat vnum possessorium, siue confirmet sequestrationem factam à Iudice, auocando ad se possessionem sic eum Ruginel. Menoch. Contardo plenè, Ioseph. Bado. *in decis. perus. 20.*

Prædictam verò Regulam limitat Socinus 5
in Regula 18. quinque modis, & Iason *in lege 1. col. 2. Codice de bonorum possessione* secundùm Tabul. limitat aliis tribus modis, & Decius *ibi*, ponit sex limitationes. Et Bernard. Diez *in Regula 36.*, vbi Salcedo in additionibus limitat aliis quatuordecim modis, & Bartolus *in lege 1. ff. de appellationibus recipiendis*, quem sequitur Panormitanus *cons. 5. col. 1. limitatione 1.* duobus modis singularibus restringit, & Maranta *de ordine Iudiciorum, parte 6. versiculo appellatio, num. 294.* limitat vndecim modis, videbis benè Baldum *consilio 426. parte 2. & consil. 84. parte 1.* Ripam *in lege fin. à numero 8. ff. quorum bonor.* Guid. Pap. *in singul. 336. per totum, & in decisione Curiæ Parlamenti, quæstione 132.* Petrum Dueñas *Regula 44.* & vltra plures, quos refert Gratianus *dicta Regula 113. sub numero 1. versiculo hanc*, videbis Hieronymum Gratum *consil. 16. lib. 2. num. 14.* † Et notat Gratianus *numero 5.* cum Carolo Molin. *consilio 9. numero 2.* quod licet appellatio non admittatur à Sententia in possessorio; Admittitur tamen in integrum restitutio, de quo videbis Couarruuiam *in practicis quæstione 28. numero 8.* Gratum *consil. 110. lib. 2. numero 15. & cons. 163. per totum eodem lib.* Baldus *in lege exigendi circa finem, Cod. de Procurat.*

De Iure tamen Canonico regulariter à meris 7
possessoriis admittitur appellatio quoad vtrumque effectum deuolutiuum, & suspensiuum, Dueñas *Regula 94.* Couarruuias *pract. cap. 17. sub num. 7.* Maranta *suprà num. 295.* Lancelotus *de attentatis 2. parte, cap. 12. limitatione 15. numero 18.* Osascus *in decisione Pedmont. 25. numero 18. in fine* Ioseph. Ludouicus *Perusina decisione 20. numero 19. & 20.* Solis *de censibus libro 3. capite 1. sub numero 11.* Cæs. Contar. *in dicta lege vnica, Codice de moment. possession. numero 2. limitatione 3.* Pontanus *de spoliat. libro 4. capite 1. numero 41. versiculo verum*, Menochius *de adipiscend. remedio 4. quæstione 100. numero 840.* Achil. *personal. de adipiscend. versiculo & quamuis, numero 346. pagina 1269.* Marchesanus *de commission. pagina 142. num. 86.*
parte 1. † Nec obstat Textus *in capite fin. ver-* 7
sic. de possess. 2. q. 6 quia continet verba Gratiani, ac proinde non habet vim Canonis Contard. *in dicta l. vnica. in 2. ratione decidendi, num. 31.* Scaccia *de appellat. quæst. 17. limitat. 3. mem. 7. num. 2.*

numero 2. Salgado *de protectione Regia tom.* 1. *parte* 3. *capite* 12. *num.*76.

9 Quia decretum Iudicis in possessorio plenario habet vim diffinitiuæ, vt censuit Rota *decis.*217 *n.* 3. *p.* 1. de quo *infrà* Pichard. *infra* referendus §. 1. *p.*4 *manud. n.*6. vbi cum multis, vbi tradit procedere in interdictis omnibus, siue adipiscendæ, siue retinendæ, aut recuperandæ possessionis ex Guttierr *Canon. cap.* 35. *num.* 86. & 87. Alia addit ex *num.* 88. dictus Pichardus *dicto num.*6. *in fine*, alia videbis, quæ tradit Riccius *collect.* 167. & *collect.* 1530. ad Textum, & Glossam *in dicta l. vnica, Cod si de momentan. possessione appelletur*, de quibus dico nonnulla *infrà*, in versic. *ad quintam.*

10 Imò de hoc Iure Canonico ad hoc, vt executio locum habeat duas sententias esse necessarias, nec vnam tantùm exequi dixerunt plures per Clem. vnicam de sequestratione possess. & fructuum: tradit idem Gratianus *dicta Regula* 413. *sub n* 1. versic. *de iure tamen.*

11 De Iure autem Regio idem dicunt Doctores per Textum, *in leg.* 3. *tit.*7. *lib* 4. *recopilationis*: Ostendit benè Antonius Gomez. *in l.*45. *Tauri, in fine*, vbi & sex modis Regulam limitat Couarr. *in pract. q.* 23. *num.*8. Salcedus ad Bernard. Diez *dict. Reg.* 36. *in fine limit* Gratianus *dicta Reg.* 413. *sub num.* 1. & quod de Iure Regio, quoad vtrumque effectum suspensiuum, & deuolutiuum, habeat locum appellatio: docent etiam Guttierrez *in Canon. q.* 35. *à num.* 97. vbi vbi limitat, & declarat hanc conclusionem Ceuallos *in pract. dict. q.*15. *num.*7. *in fine*, Ioannes Garcia *de Hispan. nobilitate Glossa* 1. §.2. *num* 5. nouiter *dict. leg. vnicam*, *Cod. si de mon.* possessione interpretatur, tenentes quod sit impedienda executio sententiæ interposita appellatione ex *lege* 9. *tit.* 7. *lib.*5. *recopilat. quæ fuit pramat.* 42.

12 Notant verò Doctores, quod & si de Iure communi Ciuili à sententia in possessorio non possit appellari, posse tamen talem sententiam argui de nullitate secundum Curtium Iuniorem
13 *cons.* 163. *num.*9. † Et sic hodie ex *l.* 64. *Tauri*, licet non admittatur appellatio à mandato de exequendo, vt notant ibi Doctores, & Azeuedus *in l.*3. *tit.* 21. *lib.*4. *recop. num.* 2. Bernardus Diez *in Regula* 43. Tamen allegetur nullitas notoria, prout est defectus Iurisdictionis, vel quod persona, contra quam fit mandatum de exequendo non est contenta in obligatione: tunc licet non admittatur appellatio ad suspendendam executionem admittetur nullitatis exceptio, Couarr. *in pract.* Azeuedus *in dict. l.* 3. *tit.*21. *lib.*4. *recopil. num.*6. Gomezius *tom.*3. *variar cap* 12 *num* 8. *in fine* tradit cum aliis Gratianus *dict. Regul* 413. *num.*3. vbi etiam probat ex *lege* 8. & *ibi*, Montalb. *Glossa fin. tit.* 15 *lib.* 2. *fori*, bene Alex. *cons.* 2. *lib.* 5. *col. pen.* & circa prædictam quæstionem de possessione, & de nullitate adiunges quæ cum multis tradit Pichard. *in manud ad praxim p.*4. §.12. & *ibi num.*3.

14 † *Et* 4. vbi docet etiam quod restitutionis beneficium aduersùs sententiam, habet locum in causa possessionis, Tuschus, versic. *appellatio conclus.*407. *à num.*42.

15 Ad secundam quæstionis partem videtur satis respondendum ex adductis in proximo dubio de appellatione à Possessione momentanea & sic resolutiuè referam opiniones diuersas, vnam, quæ absolutè negat appellari posse, & huius sunt Bartol. Castrensis, & cæteri antiquiores, & Cæsar Contard *in dict. l. vnic. Cod. si de moment.* per verba Textus *ibi*, & ex eo, quia præiudicium, quod irrogatur per sententiam in possessorio latam potest reparari in Iudicio possessorio.

Secunda Sententia, & opinio distinguit, vt 16
suprà inter Ius Ciuile, & Canonicum; itavt hoc Iure admittatur appellatio permissa à sacris Canonicis. Et ex Textu *in dicto cap. cum ad Sedem de restit. spoliator.* vbi à sententia possessoria lata fuit appellatum ad Papam, & per eum reformata sententia. Tertio ex *cap. ex conquestione eiusdem Tituli*, & *ex capite significauerunt de Testibus*, vbi agebatur de causa possessoria, & præsupponi videtur appellari potuisse à sententia lata. Quartum ex *Clementina* 1. *de causa possessionis*, & *propriet.* ibi, *tam appellanti, quam appellato licere decernimus, ne dum petitorem, sed & possessorem intentare.* Vltimò *ex dicta Clem vnica de sequestr. possess. & fructuum*, vbi in eius specie videtur Pontifex indicare appellationem esse permissam in causis possessorij.

Tertiò docet, tam Iure Ciuili; quam Ca- 17
nonico licitam esse appellationem in causis possessoriis, sed non suspendi executionem rei iudicatæ, quod idem est, vt appellari liceat ad effectum deuolutiuum, non vero suspensiuum: sic docent Archidiaconus *in cap. ei qui* 1. *q.* 6. Bartolus *in lege* 2. *ff. de appellationibus recipiendis* Angelus *cons* 107. Couarruuias *lib.* 1. *controuers. cap.* 75. Nam ex dicto Iure Ciuili non dicit lex appellationem prohiberi, sed sententiam latam effectum sortiri, *in dict. lege* 1. *Cod. si de moment.* ibi, & *si appellatio interposita fuerit, tamen sententia lata sortitur effectum*, quam legem inseruit Gratianus *in dicto cap. ei qui*, §. *si quis ausus fuerit* 2. *q.*6. & ob id ait Faquineus aliquam desumi coniecturam, vt non sit discrimen inter vtrumque ius Ciuile, & Canonicum, eo quod nullo loco Iuris Canonici expressè caueatur appellationem esse permissam quoad effectum suspensiuum: Etenim Iura relata pro secunda opinione, tantùm ait euincere appellationem dari; sed non euincere, vt executio sententiæ appellatione suspendatur videndi sunt Lancelotus *de attentatis appell. pend. ampliat.* 7. Afflictis *in decis.* 98. & secundum hoc iam ad plures quæstiones poteris respondere. † De hoc 18
latè Balboa cum multis, *in dicto capite* 1. *de causa possessionis*, & *proprietatis à num.* 12. *vbi numero* 6. & 17. agit de differentia Iuris Canonici, & Ciuilis, probans *numero* 19. in Curia Romana, & in cæteris locis Sedi Apostolicæ subiectis non admitti appellationem à Sententia in possessione lata, nec quoad deuolutiuum effectum in casu Ægidianæ constitutionis confirmata à Paulo III. Et addo Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ parte* 2. *quæstione* 126. *numero* 14. vbi quando appellatur à Sententia lata in possessorio.

Ad tertiam quæstionis partem an detur ap- 19
pellatio à remedio retinendæ possessionis videtur dicendum quod sic sicut in aliis interdictis vt dixit Pichardus *suprà* citatus *in manudict. p* 4. §. 12. *sub num.* 6. & Gutierr. *Canon. cap.* 35 *n.* 76. & 87. hic tenentes, nisi vbi de retinenda pos-

sessione agitur notoriam, actoris possessionem
nullam allegatio peremptoria excludat, vt Iu-
20 dicatum affirmat, *num.* 88. † Et secundum hanc
limitationem existimo admitti contrariam ne-
gatiuam sententiam, quam refert, & sequitur
Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ p.* 2. *q.* 28.
dum dicit appellationem non admitti in interdi-
cto retinendæ possessionis, vbi *num.* 3. probat
dictum Guttierrez *Canon. cap.* 34. *num.* 88. qui lo-
quitur in debitore annui census, ex quo funda-
ta erat quædam Cappellania; & cum prima sen-
tentia fuisset executioni mandata, ab ea fuit ap-
pellatum, & processus ad Cancellariam hanc
remissiuè vbi iterum visa causa fuit; iterum
remissus ad Iudicem Ecclesiasticum executorem,
qui ambo referunt remissionis verba: faciunt
additio Cappellæ Tolos. *decisione fin.* versic. *quod
intellige*, Puteus *decisione* 287. *in p.* 2. *num.* 1. &
est optima decisio Iosephi Ludouici 69. *num.* 7.
21 † Vbi dicit, quod attentata non cadunt in re-
medio retinendæ possessionis, quod dicit no-
tandum cum sæpè de facto contingat.

22 Ad quartam quæstionis partem, an appel-
latio sit permissa à sententia per quam hæres
in possessionem bonorum hæreditaris mittitur:
de hac quæstione agunt relati. à Faquineo *lib.* 1.
controuers. cap. 76. & cum multis Ceuallos *de co-
gnitione per viam violentiæ*, *part.* 2. *quæst.* 12. vbi
agit de ea, an fiat vis, si exequatur sententia
missionis in possessionem, ex edicto Diui Adria-
ni, qui latè agens refert *à num.* 1. per Textum
in leg. fin. Cod. de edicto Diui Adriani tol. non
admitti appellationem à sententia interlocuto-
ria, vel diffinitiua lata fauore hæredis scripti
per quam mittitur in possessionem bonorum,
ex edicto Diui Adriani, vt cauetur *in l. vltim.
ff. de appellat. recip. leg. quisquis*, *Cod. quorum
appellationes non recipiantur*, in tantùm quo non
solùm, quo ad effectum suspensiuum, sed etiam
quoad deuolutiuum, prohibitam esse appella-
tionem scripserunt Augustinus Boërius *quæst.* 44.
Petrus Benrendus *decisione* 97. *num.* 7. Ioseph.
Ludouicus *decisione perus.* 20. *num* 50. quibus as-
sentitur Faquineus *suprà*, per Textum *in dicta l.
quisquis*, vbi facit tale argumentum ex illa lege:
nam & si appellanti, & Iudici appellationem
admittenti, pœna irrogetur nullo discrimine
adhibito, sequitur indistinctè appellationem
esse prohibitam, quia etsi permissa esset, quod
effectum deuolutiuum, nec appellans, nec
Iudex puniendus esset, liceret aliquo modo, &
appellare, & appellationi deferre, & ibi satis-
facit fundamentis contrariæ opinionis sub qua-
dam generali responsione, nempe vt non sit
alibi lex aliqua sicut præcedens, quæ tam de-
sertè appellationem prohibeat cum pœna.

23 Mihi tamen in praxi contraria sententia ve-
rior est, eo quod prædicta lex non excludit ap-
pellationem deuolutiuam, sed tantum suspen-
siuam executionis possessionis, quia quoties lex
disponit, quod appellatio non admittatur, in-
telligitur de suspensiua, & non deuolutiua: tra-
dunt, Menochius *de adipiscenda possess. rem.* 4.
num. 877. Scaccia *de appellationibus*, *quæst* 17.
limitat. 6. *membro* 4. *num.* 9. quod ampliat, *num.* 9.
etiam si petatur possessio ex testamento nuncu-
patiuo, & etiam ab intestato, quia non impe-
ditur executio possessionis per appellationem:
refert *suprà* Faquineus *dicto cap.* 76. *in princ.*
cum Menochio *suprà*, Salcedo ad Bernardum
Diez *regula* 36. versic. *sublimita*, & Ceuallos
de cognitione per viam violentiæ, *part.* 2. *dicta
quæst.* 12. *num.* 4. † Dicentes, quod in tribu-
nalibus Hispaniæ, vsu receptum est, vt non 24
fiat reuocatio attentatorum, appellatione pen-
dente, ab ea sententia, quæ lata fuit super im-
missione bonorum fauore hæredis iuxta *dicta
fin. Cod. de edicto Diui Adriani tol.*

Imo Patladorius *libro* 2. *rerum quotidian. ca-* 25
pite 5. *numero* 31. docet à possessionis datione
quæ fit ex remedio *dictæ leg. fin. Cod. de edicto
Diui Adriani tol. & legis foria*, non fore lo-
cum appellationi de Iure communi, nec Regio
ad effectum suspensiuum. latè Castillo, *libro* 3.
controuers. Iuris, *capite* 24. *numero* 109. Peregri-
nus *de fideicommiss. articulo* 48. latè agens Lan-
celotus *de attent.* 2. *parte capite* 12. *de appellat.
pend. capite* 25. *limitat.* 1. Spino *de testam. glos-
sa* 34. Simon de Pretis *vltimarum voluntat. li-
bro* 5. *interpretatione* 2. *dubitat.* 5. *num.* 35. Affli-
ctis *decis.* 154. & alij communiter, & Verallus
parte 1. *decis.* 223. dicit ita fuisse Iudicatum per
Rotam, tradit etiam Viuius *decis.* 409. *num. fin.*
† Et licet aliqui per nostrum Textum, & alios 26
existimauerint quoad vtrumque effectum in hoc
casu admitti appellationem de Iure Canonico
tamen hoc Iure idem dicendum esse existimo;
& ita Baldus *consilio* 203. docet procedere in
hoc Iudicio possessorio, ex edicto Diui Adria-
ni tol. sequitur: Couarruuias *pract. cap.* 38. *n.* 8.
Salcedus *dicta regula* 36. versic. *sublimita in fin.*
Hypolitus Reminaldus *consil.* 494. *num.* 3. *vo-
lum.* 5. vbi per totum consilium prosequitur ma-
teriam nostri dubij, Franciscus Viuius *decis.* 409.
lib. 3. *num.* 26. & dicit, quod est opinio Sanctis-
sima, *decis. Perus.* 20. Marcus Eugerius *cons.* 71.
Mandosius *ad consilium Romani* 324. & Mohedan.
decis. 5. *aliàs* 47. *de constitutionibus*, testatur sic
Iudicatum à Rota Romana: videbis Pichardum
in manud. part. 4. §. 12. *num.* 7. vbi cum aliis re-
soluit.

Ad quintam quæstionis partem an detur à sen- 27
tentia possessorij summarissimi vulgò *de el inte-
rim*, de hoc Iudicio, summarissimo, & de eius
effectibus iam dixerim *suprà in cap. licet.* 9. *de Pro-
bationibus*, *sub quæst.* 4. & sic breuiter circa pos-
sessionem huius interdicti reperio etiam dupli-
cem sententiam, vna quæ docet negari appella-
tionem, quoad vtrumque effectum, quia cum
possessio, quæ procedit ex hoc Iudicio summa-
rissimo non sit nociua; item sitque præambula
ad Iudicium possessorij ordinarij vt dixi *sub tit.
de causa possess. & prop.* de quo vt de facili queat
reformari; ideo denegatam esse appellationem.
Et in hoc sanè sensu videtur procedere, Couar-
ruuias *pract. cap.* 17. Sarmientus *lib.* 1. *select. cap.* 13.
num. 9. Antonius Gomez. *in l fin. Tauri*, *num. fin.*
Menochius *de retin. possess. rem. vltimo*, Molina
de primogeniis lib. 3. *cap.* 13. *num.* 70. *&* 71. Gut-
tierrez *Canon. dict. c.* 34. *à num.* 103. qui etiam di-
cit *n.* 112. nec supplicationem admitti in hoc sum-
marissimo interdicto: multis adductis Ceuallos
de cognitione per viam violentiæ, *p.* 2. *q.* 29. vbi di-
cit, quod si de iure Ecclesiastico in hoc inter-
dicto *de el interim*, interponatur appellatio, &
protestetur auxilium Regium, debet remitti
processus ad Iudicem causæ, quia cum res cele-
ritatem requirat, non est admittenda appella-
tio, vt probat textus, *in l. quisquis Cod. quorum
appellat. non recip.* Menoch. *suprà* *r.* 4. Parisius
cons. 39.

consil. 39. *n.* 3. vbi dicit quod appellatione pendente; potest quis continuare suam possessionem: nec ex hoc dicatur attentare, vel innouare, Rodriguez *de annuis redditibus*, *lib.* 1. *q.* 17. *à n.* 51. vbi refert practicam huius Senatus Vallisoletani: Videbis quæ cum multis adducit Ceuallos *in pract. p.* 4. *q.* 1. *à n* 942. vbi de praxi huius summarissimi interdicti: tradens *n* 944. ex Comitt. Menoch. & aliis, nec supplicationem in eo admitti, donec prima sententia super possessorio ordinario lata fuerit: legendus *à n.* 948. & Barbosa *in cap. vt debitus hoc tit. numero* 23. *&* 24.

28 Verum idem Rodriguez relatus docet quod appellatio ab interdicto *de el interim*, non suspendit, sed deuoluit causam id limitans in supplicatione: tamen idem Gutierrez, & Ceuall. *suprà*, cum aliis nullam in hoc casu præstant differentiæ rationem inter appellationem, & sic Riccius *dicta collect.* 7. in versic. *vt etiam*, & Beninten. *decis.* 79. dum dicunt de Iure Canonico in possessorio, seu summario, in quo sententia lata, dicitur interlocutoria, ab ea appellari non posse, saltem quoad effectum suspensiuum per textum, *in cap. fin. de possessione* a.

29 *quæst.* 6. † Igitur quoad deuolutiuum etiam in hoc *de el interim*, summarissimo appellationem admittunt: sed idem Riccius videndus *dicta collect.* 1530. agens de regula, quod licet à possessorio denegatur appellatio, admittatur autem restitutio in integrum; sed hoc non procedere in possessorio summarissimo, & extraordinario, in quod nedum appellatio verumetiam in integrum restitutio denegatur: sic Beninten. *suprà*, Capicius *in decis.* 13. *&* 55. vbi refert ita bis fuisse per sacrum consilium iudicatum, & tradunt rationem Riccius *suprà*, de Amatis *in decis. Rota Marchia* 77. *n.* 14. quoniam illud damnum, quod affertur ex illa sententia, dicitur modicum, & leue, quod explicat Mastrillus *in decis.* 134. dicens modicum esse præiudicium, quando sententia non parit præiudicium in via Iuris, sed in via facti, ne de facto procedatur,

30 inuita parte. † Et adjunges *infrà q.* 3. versic. *ad secundam*; quæ tamen sint causæ summariæ tradit Ripol. *variar. cap.* ... *à num.* 136. de quibus dixi, *in cap.* 6. *de Iudiciis*, *quæst. fin.* ea videbis, vt conducibilia ad nostrum textum, quia de plano solent decerni: & sic illico executioni mandari, & agens Pichardus de prædicto dubio cum multis, *in manud. p.* 4. §. 12. *n.* 8. referens controuersiores, docet nullo modo in possessorio, *del interim*, suspendi executionem per appellationem.

31 Ad vltimam quæstionis partem de, manutenendo capitulum Cathedralis Ecclesiæ contra fiscum, Valenzuela *part.* 1. *consil.* 58. qui plura ex multis congerens affirmat in casu, de quo lo-

32 quitur capitulum esse manutenendum. † Quia cum non debeat quis administratione priuari, nisi cum causæ cognitione ex *cap. qualiter*, *& quando &* 2. *cap. pen. de accus.* tradens cum Ioan. Ferrero *cons.* 184. *à num.* 25. quod capitulum Ecclesiæ Cathedralis, vel alius administrator hospitalis, non possit à pacifica possessione administrationis amoueri, nisi eo citato. & Iuris ordine seruato, *cap. licet Episcopus de preb.* vbi Doctores, *cap. in litteris de restitut. spoliator*, Lapus *allegatione* 130. Achiles de Grassis *decisione Rota* 32. *de appellation. n.* 4. Romanus *consil.* 69.

† Vbi dicit quod non valet missio in possessionem, facta etiam contra possidentem de facto, si non fuit citatus, *l. si deserta*, *Cod. si propter publicam pensitationem*, *juncto cap. in litteris de restit. spol.* 33

Et facit doctrina Bald. *in cap. dilectus*, per textum, *ibi n.* 3. de officio delegati, dicentis quod si Rex, vel Cardinalis aliquid facit Iure superioritatis, inferior non amittit sui Iuris quasi possessionem, quia non est actus derogatiuus, sed protogatiuus cuiusdam superioritatis. † Imò & voluit Cynus *in l. vnica*, *n.* 2. *Cod. de prohibit. sequestrat. pecun.* manum regiam, non priuare aliquem sua possessione, esto quod eum de facto priuet: & tenuerunt Henriq. Boyc. *in cap. examinata de Iudiciis*, Felinus *in cap. illud de præscript.* Cassaneus *cons.* 47. *n.* 5. & ex aliis sic probans suprà; idem Valenzuela *à n.* 23. asserens id firmum esse in forensi Iudicio, & inter pragmaticos. † Quia manus Regia quæ ad commodum partium opponi solet, non debet tendere in detrimentum eorum, ex *l. quod fauore de legibus.* † Ob idque *n* 25. in facti specie sibi proposita, tenuit decanum, & capitulum Ecclesiæ Guadixiensis manumittendos in sua possessione administrationis Hospitalis, superque fuit dubium ex *cap. querelam de electione*, *cap. consultationibus de Iurepatronatus*, Cassador. *decis.* 8. *in fine de restitutione spol & decis.* 10. *n.* 7. *in fine de rescripti.* Paulus Æmil. *decis. Rota* 320. *num.* 3. *&* 4. *p.* 1. 34 35 36 37

Pro coronide huius quæstionis principalis videtur licita appellatio seu citatio ad Iudicium Dei in Valle Iosaphat, eo quod vt exornat variis exemplis, Mathias Stephanus *de Iurisdictione tom.* 1. *p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *memb.* 2. *n.* 189. dicens inueniri appellatum à Iudicio maiorum Magistratuum & Regum à quibus alias lege humana prohibitum inuenimus, & prouocatum ad tribunal, & Iudicium Dei, qui est Rex Regum, & Dominus Dominantium. Et inter exempla refert à nobis Hispanis vnum quando Rex Ferdinandus IV. filius Sanctij IV. duos nobiles perduellionis Reos ex altissima turri præcipites dari iussisset illique constanter crimen negarent eóque confugerant, & dicerent se diuinum tribunal appellare proinde meminisse ad dies 30. Iudicio sistere, propterea que Ferdin. trigesimo die cum dormire crederetur infata concessit vt scribit Ricc. *de Regib. Hispan.* & Fulgos. *lib.* 1. *cap.* 6. negarioè tamen respoondetunt Boss. *in praxi crim. tit. de extract. crim. n.* 9. Menoch. *de arbit. Iud. cent.* 4. *casu* 388. Clarus *ff.* 5. *crim.* §. *fin q.* 33. *n.* 7. videndus, & licet affirment Cameratius de Ruis Carena; Sisenardus, relati à Diana *p.* 10. *tract.* 10. *Reg.* 9. qui sic resoluit vt si citatio, & appellatio fiat non odio & vindicta, sed bona fide vt innocentia appareat, & vt infamia à familia arceatur, tunc sit licita alias non item, & non dissonat Hermog *in discursu de appellat. n.* 167. & si dicat periculosum eius Sanctis talem citationem facere, leges Dianam *suprà*. 38

Quæstio III.

An si in sententia possessoria conjungatur proprietatis actus, detur appellatio ab executione: Et an ab ea, per quam confirmatur tenuta, & subastatio bonorum: Et an causa executiua in prima instantia, non executa mereatur executionem in secunda: Et an Ecclesiasticus exequi possit suam sententiam iniustam in Iudicio possessorio: Et an possit exequi appellatione remota in fructibus Iudicij possessorij?

Summarium.

1 *Appellatio admittitur à sententia lata in causa possessoria, si est connexa proprietatis causa.*

2 *Appellari potest, quoties dua sunt complicata causa. una appellabilis, alia non.*

3 *Appellatio num admittatur à sententia, per quam confirmatur tenuta, & subastatio bonorum, n.4.*

4 *Subastationis actus, & si tangat proprietatem est consequutiuus possessionis.*

5 *Possessionis actus in eius continuationem, non sunt attentati post appellationem, cum non innouet eam continuans.*

6 *Causa semel effecta ordinaria, ea semper talis erit.*

7 *Sententia secunda est exequibilis, si prima talis erat, n.10.*

8 *Sententia* de temate *reuocata in gradu appellationis, non reuocat effectum executionis.*

9 *Summaria causa in prima instantia talis est, vt executiua in secunda.*

11 *Sententia dua, quarum secunda est executio prima. si ab hac non appelletur, nec à prima.*

12 *Appellatio non admittitur in possessorio, etiam si causa fuerit facta appellabilis in prima instantia.*

13 *Appellari potest à sententia meri possessorij, si sit iniusta.*

14 *Appellatio nunquam censetur prohibita, data notoria iniquitate.*

15 *Appellatio datur ab ordinario processu, quoties Iudex procedit inordinate in possessorio Iudicio.*

16 *Appellare quis potest à condemnatione fructuum, num.17. secus à taxatione fructuum, num.18. & 19. quid in causa appellationis reuocatoria prima, n.20.*

19 *Taxatio, & liquidatio non est noua condemnatio, sed prioris condemnatio.*

1 AD primam quæstionis partem Franeus hic ait, quod sententia lata in causa possessoria, est connexa, quæ procedit ab eadem ratione; eo quod pars appellabilis trahit ad se in connexis partem non appellabilem. Vnde & si communiter ex dictis, & ex *dicta l. vnica. Cod. si de moment. appellat.* traditum fuerit sententiam in Iudicio possessionis tradi executioni, non obstante appellatione, vt tradunt etiam Caputaq. *decis.256. lib.1.* Gratianus *decis.55.* & ita in terminis quoties in possessoria causa, est etiam implicita causa proprietatis appellari posse, tradunt ipse Gratianus *in decis.136.* † Riccius 2 *collect.167.* versic. *fallit secundo*, vbi idem docet de possessorio, in quo agitur de amissione proprietatis, aut de pœna, vt in remedio *legis si quis tantùm, Cod. vnde vi*, Iafredus *in decis.576.* Et post multa, quæ congerit Ceuallos ex pluribus *de cognitione per viam violentia, quæst.114. part.2.* addit vt quoties duæ sunt simul complicatæ causæ quarum vna admittit appellationem, alia non, si sententia simul feratur, sub vtraque posse appellari, tam ab vna, quam ab altera: docent Baldus *cons.141. lib.5.* Menochius *de adipisc. possess. remedio 3. num.187. & de recuper. remedio 9. num.319.* Contrardus *in dicta l. vnica*, verbo *complicatio*, *num.10. & 16.* dicens quod duæ causæ complicatæ, habentur pro vna maximè quando respiciunt vnum, eundemque effectum, & quando aliqua causa connexa est adjecta, & non separata: alia refert videnda, Ceuallos *suprà*, in confirmationem, vbi tradit, *num.3.* quod non potest dici nudum possessorium, cum Iudex in sententia aliquid addit, vltrà possessionem, quia efficitur mixtum ratione alterius causæ; & faciunt tradita *in cap.3. de Iudiciis.*

Ad secundam quæstionis partem, vt respondeas adjunges dicta *suprà quæst.2.* versic. *ad quintam*, & per adductum in præcedenti dubio, plerique respondent, vt quando post latam sententiam in causis possessionis executiuis, alia sententia profertur, quibus mandantur bona sub astari, & plus offerenti concedi: tunc appellatio admittatur, quoad vtrumque effectum, quia in hoc casu, vt in præcedenti sunt duæ causæ complicatæ nempe possessionis emptoris, & dominij priuationem debitoris: & pro hac opinione tradit Contrardus *in dicta l. vnica, Cod. si de moment. limitat.2. num.45. in fine*, pluries fuisse, Iudicatum in Rota, Gratianus *in decisione Rota 9. num.1.* vbi dicit illud procedere maximè si detur expensarum condemnatio, cum in dubio appellationi sit deferendum, vt tradit Socinus *cons.39. lib.4.* 3

Alij contrariam sententiam docent; eo quod iste actus subastationis, & venditionis bonorum, licet tangat proprietatem, est consequutiuus possessionis; ita vt sine eo possessio esset frustratoria, & parui effectus, & fortasse damnosa. † Ob idque Quintilianus Mandosius 5 *in tit. de inhibition. quæst.22. à num.4. & 13.* refert plures decisiones, in quibus fuit Iudicatum actus possessorios factos in continuationem possessionis non esse attentatos post appellationem; & inhibitionem; & sic Ceuallos cum eo *de cognitione per viam viol. part.2. quæst 9. num 5.* ait recto Iure decisum esse, vt Iudex non attentet qui exequitur actum consequutiuum possessionis, & vt qui eam continuet non innouet; sed *num.7.* limitat si constaret ex propriis actis de iniquitate sententiæ cum Alexand. *cons.106. num.27. lib.3.* Menochius *de adipiscend. num.850. vers 4.* Et applicabis quæ tradit idem Ceuallos *quæst.61. à num.6.* 4

Ad tertiam quæstionis partem respondeo, aliis omissis breuiter, vt licet Go[illegible] *in regula 8. Cancell. glossa 6. num 202.* ex pluribus de[illegible]bus Rotæ dicat quod si aliquod [illegible] in 6
guate[illegible]

guatentigium fuit vulneratum ex imperitia Iu-
dicantis proferendo sententiam in via ordinaria
à qua fuit appellatum tunc semper causa rema-
neat ordinaria ex eo quod Ioseph.Ludouicus *de-*
cis. Perusina 121. *a num*.9. dicat causam semel ef-
fectum ordinatium per appellationem semper
7 remanere ordinariam. † Tamen verior est con-
traria sententia, docens secundam exequendam
si prima erat exequibilis : nam quoties prima ha-
bet executionem paratam non obstante appella-
tione, multò magis secunda confirmatoria pri-
8 mæ. † Vt in casu fortiori : tradit Pariadorius
lib.2.rerum quotid.p.5.§.15.num.3. versic. *sed illa*
difficilis, tenens quod licet prima sententia *de Ne-*
mare, reuocetur in gradu appellationis ; eius ve-
rò effectum executionis semper durare, vsque
9 per diffinitiuam terminetur. † Sicque videmus
in causa ; quæ est summaria in prima instantia,
pariter debeat esse executiua, & summaria in se-
cunda, vt eleganter resoluit Vincentius de Fran-
10 chis *decis*.136. à parte prima. † Dicens quod
statutum magnæ Curiæ dans executionem sen-
tentiis, quando sunt datæ super Iudicio assisten-
di non obstante appellatione ; quod si post ap-
pellationem deuolutiuam talis sententia, quæ
fuit executioni mandata, reuocetur in secunda
instantia, non obstante appellatione, sit exequen-
da secunda, sicut in prima probat Ceuallos *in*
11 *pract.p.4.quæst*.1.*num*.895. † Idem *dict.2.p.de co-*
gnit.per viam viol. quæst.116. ex ea ratione finali,
quia quando duæ sententiæ sic se habent, quod
secunda est executio primæ, si non appellatur à
prima nec à secunda, tanquam habente necessa-
riam consequentiam à prima Baldus post Glos-
sam *in l. cum exceptione*, §. *hac autem actio*, *ff.*
quod metus causa, Felinus *in cap.quoad consultatio-*
nem, *num* 8. *de re Iudicata*, *decis*.1. *num*.22. ver-
sic. *alia autem ratio*, & *decis*.34. *num* 2. Lancelo-
tus *de attentatis limit*.53. *n*.35.& 36.

12 Notat verò Riccius *collect*.177. *in fine*, ad Tex-
tum *in dicta l. vnica*, *Cod.si de moment. appellat.*
quod appellatio non admittitur in possessorio,
etiam si causa fuerit facta appellabilis in prima
instantia cum Gratiano *decis*.204.

13 Ad quartam quæstionis partem aliquid dixi
cum Riccio *in collect*.177. in versic. *fallit tertio*, su-
prà sub versic. *alij contrariam*, in fine, & vt ibi
iterum dico, quod & si ex latè dictis per Textum
in dicta l.vnica, *Cod.si de moment. appellatione*, sen-
tentia lata in Iudicio possessorio, sit exequenda,
appellatione remota : tamen prædictam regulam
fallere, si notorie sententia fuerit iniusta, quia
tunc potest appellari à sententia meri possessorij:
docent Ioannes Baptista, Pontanus *lib.4. cap.3.*
num.5. Contardus *in dicta l. vnica limit*.9. *num*.2.
dicentes nunquam prohibitam esse appellatio-
nem, respectu in Iustitiæ notoriæ.

14 Bartulus *in l.2.ff. de appellat. recip. num*.5. di-
cens, quod respectu notoriæ iniquitatis, nunquam
censetur appellatio prohibita ; & quod possum
appellare, si contra Iustitiam auferatur mihi
possessionis Ius, quia exclusio possessionis in pos-
sessorio Iudicio intelligitur de sententia iusta, &
non de iniqua, vt tradunt Scaccia *de appellat.*
quæst.18. *limit*.6. *membro* 7. *à num* 79. Ceuallos *de*
15 *cognitione per viam violentiæ*, *p*.1.*quæst*.132. † Qui
num.6, etiam dicit cum Menochio, Marquesano,
Grammatico, Couarruuias & aliis appellatio-
nem dari, ab inordinato processu, quoties Iudex
procedit inordinate in possessorio Iudicio, quia
grauamen inordinati processus non potest re-
parari per appellationem à diffinitiua super pos-
sessorio, Contardus *in dict. l. vnica limit*.18. *sub*
num.22. Scaccia *de appellat. quæst*.17. *membro* 7.
num.113.

Ad vltimam quæstionis partem, an possit exe- 16
qui sententia, appellatione remota lata in fructi-
bus Iudicij possessorij, & Afflictis *in decis*.77. *in*
fine, quem sequitur Riccius *dicta collect*. 177.
versic. *denique* docet quod licet in causa possesso-
rij non retardetur executio per appellationem
interpositam, adhuc non possit executio fieri
super fructibus; & licet etiam Sigismundus, Scac-
cia *de appellation. dicta quæst*.17. *limit*.6. *memb*.9.
num.3. hanc dicat practicandam, & eam doceat
Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ quæst*.154.
omnino Videndus, quia longè disputat, & eam
doceant ab eo relati *à num*. 1. inter quos Couar-
ruuias *in pract. cap*.23. *num*. 8. versic. *idem* Meno-
chius *de adipisc. rem.4.quæst*.100. *declarat*.7.*n*.869.
Tamen ipse Ceuallos multipliciter distinguit in-
ter fructus pendentes, aut collectos, & inter in-
dustriales, & naturales *ibi à num*.10. de quibus
dixi latissimè sub Textu *in cap.grauis de rest spolia-*
tor. † Et sic ego ne detur turbatio inter tot sub- 17
distinctiones, indistinctè teneo relatam senten-
tiam cum Bartol. *in l.fin. §.visis in fine*, *num*.4.*ff.*
de appellat. Baldo, qui loquitur in condemnato
ad interesse *in dicta l.vnica*, *Cod.si de moment*. *n*.9.
dicente quod si aliquis in Iudicio possessorio sit
condemnatus ad interesse, & ad fructus, quod
potest à condemnatione fructus appellare, tradit
Capell. Tholos. *in decis*.92. vbi Additionator.

Nec obstat contraria sententia dicentium non 18
admitti appellationem sicut nec in eius princi-
pali quem tenent, Butrius *in cap quintauallis*,
num.48 *de Iureiurando*, Contardus *in dicta l.vnica*,
Cod si de moment.num.24. Ruginel. *de appellat*.§.12.
glossa 2. *cap*.5. & alij relati à Ceuallos *suprà dicta*
quæst.154 *a num*.6. quia ea tantùm poterit habere
locum si appellaretur à taxatione fructuum, quia
ea appellatio illam taxationem non suspendit.
† Eo quod taxatio, & liquidatio, non sit noua 19
condemnatio, sed prioris declaratio, quæ fieri
potest, non obstante, vt docent Guido Pap. *in*
hoc tract. quæst.516.*num*.8. Idem Ceuallos, *num*.5.
qui *num*.21. tradit de praxi Curiæ Romanæ.

Dubium tamen est an procedat in sententia 20
lata in causa appellationis reuocatoria primæ, à
qua tamen iterum fuerit appellatum, tangit
Franchis *in decis*. 288. *in fine*, qui inclinat in par-
tem negatiuam, & Riccius *dicta collect* 177. *in fine*,
dicit vt possit fieri executio super fructibus, non
obstante appellatione, aduertens in hoc haberi
quæstionem tacite implicitam, vt sicut actori
obtinendi licet mandare sententiam executio-
ni, non obstante appellatione, sic & reo, qui
postea obtinuit, non obstante appellatione acto-
ris cum de Franchis *suprà & decis*.136.

Q V Æ S T I O IV.

An appellatio suspendat executionem sententiæ super alimentis latæ ; Et an super solutione pensionis : Et an super solutione excusati , & subsidy : An super congrua sustentatione : Et an suspendat eam , quæ fertur super solutione dimidiarum an natarum , & salariorum : An detur appellatio à mandato de exequendo : Et an appellantes ab ordinationibus Pontificiis , sint excommunicati per Bullam cœnæ : Et de aliis remissiuè ?

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio admittitur quoad effectum deuolutiuum à sententia lata super alimentis futuris , non sic de præteritis , vide n.4.*

2 *Alimentorum causa quit tractari diebus feriatis.*

3 L.fin.ff de appellat. recipiend.

5 *Inhibitio superioris non suspendit præstationem alimentorum.*

6 *Alimenta sunt præstanda etiam post delictum commissum , appellatione pendente.*

7 *Pensionis executor poterit procedere ad exequendas bullas Apostolicas pensionis , appellatione remota : limitatur, n.8,*

9 *Pensionis debitor est cogendus soluere eam , etiamsi pensionarius non sit in possessione exigendi adhuc opposito de nullitate.*

10 *Pensionis nullitas est proponenda coram ordinario Iudice , qui nequit inhiberi ab Apostolico.*

11 *Subsidij . & excusati solutio est facienda appellatione remota nec admittitur recursus per viam violentiæ . num.12. fallit in cessione, num.13.*

12 *Bullarum Cruciatæ solutio , fit appellatione remota , absque recursu per viam violentiæ , fallit si debita cedantur in fauorem aliorum, num.13.*

14 *Congrua substentatio debet solui rectori , à pensionario , appellatione , & exceptione remota, num.15.& 16.*

15 *Episcopus in assignatione congruæ, procedet iuxta suam conscientiam.*

15 *Congrua qualis debeat assignari , pendet ab arbitrio , inspecta qualitate loci , & personarum.*

17 *Annata ex fructibus beneficii vacantis , quæ dimidia pars est vnius anni soluitur appellatione remota , vbi de portionariis : Ecclesiæ Toletanæ , n.18.*

18 *Venter non patitur dilationem*

19 *Salaria famulorum , sunt soluenda , non obstante appellatione, n.20.& 21.*

22 *Appellatio à mandato de exequendo , num admittatur remissiuè.*

23 *Pontifex excommunicare appellantes à suis ordinationibus , etiam si sint promulgata ab eo, tamquam temporali Domino , num.24. 25. & 26.*

27 *Pontifex excommunicare potest subditos , quatenus est Dominus temporalis.*

28 *Appellari nequit pluribus in causis* , remissiuè, *num.30. & 34.*

34 *Appellari nequit à legis sententia , nec à pœna Iuris , nec à Iudice decernente pœnam Iuris.*

31 *Appellandi Ius , quoad vtrumque effectum aufertur spoliatori manifesto, quid de appellante super remedio* cap. reintegranda , n.32. remissiuè.

33 *Restitutio in integrum admittitur à sententia super possessorio , & in spolio , & in casibus, vbi prohibetur reclamari , supplicari , & recurri.*

AD primam quæstionis partem an in sententia alimentorum appellatio sit permissa , & 1
suppositis adductis *suprà in cap. 6. de Iudiciis, quæst. fin. à num.14* vbi annumeraui alimenta inter causas summarias , respondeo posse appellari , & si non quoad effectum suspensiuum , tamen quoad effectum deuolutiuum , tum ex iam adductis , tum ex nostro Textu , & *in dicta l. & in maioribus , Cod. hoc titulo* . docent Ioannes Andreas *in additionibus ad Speculatorem in Rubrica, de appellationibus , Nouell. de dote p.8. priuileg.7.* scilicet si de futuris alimentis agatur ; secus enim si de præteritis , vt iam alibi dixi , & tradunt Lancelotus *de attent. lite pend. limit.24. num.7.* Faquin. *lib.1. controuers. cap.77.* * Cum multis Surdus *de alimentis titulo 1. quæst.120. num.13.* qui etiam dicit diebus feriatis hæc causa possit terminari , vt dixi *suprà in cap.1. de feriis* , & probatur ex Textu *in l.2. ff. de feriis* , Bartol. & Doctores *in l. mela , ff. de alimentis , & cibariis legatis* , Ceuallos *de cognitione per viam viol. part.2. sub quæst.38.* Paquineus *supra in fine,* docet etiam Pichardus *in maund. part.4. §.14 à num.2.* cum Tuscho *in pract. Littera A , conclus.286. ex n 42. & conclus.402. ex num.17.* latè Surdus *de alimentis , titulo 8. priuileg.60. per totum* , Gutierrez *in pract. cap.106. ex num.2.* Et probat *l 6. tit.18. lib.4. recopilat.* quæ remouet apppellationem alimentorum præstandorum in causis pupillorum.

Nec prohibitam esse illam appellationem , probat Textus *in l. fin. ff. de appellationibus recipiendis* , quia loquitur de alia causa alimentorum videlicet ne frumentum in vsum militum annonæ subsidia contrahatur , & sic cum agitur de alimentis , quæ militibus debentur; est enim causa alimentorum , quæ moram , nec dilationem patitur , nedum ipsa appellationis causa pendet ; atque discutitur alimentarius fame moriatur.

Et iis tenendum , quando res dilationem 4
non recipit, & si Speculator aliter distinguant, Bartolus *ad dicta leg. fin ff. de appellat. recipien.* Speculator *suprà* , versiculo *octauo quando res dilationem non recipit* , dicentes , aut alimenta peti Iudicis officio ; & tunc à sententia Iudicis appellationem prohiberi , quia incidenter , & summatim cognoscit , *leg. si Iudex , ff. de his, qui sunt sui , vel alieni Iuris , leg. si quis à liberis , §. si lone , ff. de liberis agnoscendis , capite ex parte , & capite penultimo de accusat* , aut actionis Iure petuntur , & tunc appellationem permitti , quoniam Iudex procedit , vt fit in ordinariis Iudiciis : videbis etiam quæ ex multis repetit , Ceuallos *suprà quæst.38.* * Vbi ait

num.fin.

num. fin. cum Mandosio *de inhibit. quaest.* 110. quod inhibitio superioris non suspendit prae-
6 stationem alimentorum. † Et addit quod sunt praestanda alimenta, etiam post delictum commissum, appellatione pendente, Surdus *suprà tit.* 9. *quaest.* 32. *à num.* 6. Ceuallos *num.* 14. & 15. *dicta quaest.* 38.

7 Ad secundam quaestionis partem an non obstante appellatione, executioni mandetur sententia super solutione pensionis; vt distinctè respondeas leges quae adduxi *suprà in cap. quia v. de Iudiciis, quaest.* 16. & 20. nunc verò breuiter respondeo, quod poterit executor pensionis procedere ad exequendas Bullas Apostolicas pensionis, appellatione remota, taliter, vt ea non obstante exequatur eius sententia, & si deuolui possit causa ad superiorem, vt docen Gigas *de pensionibus, quaest.* 85. Flaminius Parisius *lib.* 10. *de resignatione part.* 2. *quaest.* 6. *à num.* 64. Flores de Mena *variarum, quaest. lib.* 1. *quaest.* 12. *à num.* 43. tradit Ceuallos *in practicis,*
8 *pars* 4. *quaest.* 1. *num.* 905. * Vbi *à num.* 907. ait cum eodem, Gigante *suprà decis* 333. hoc limitari, eamque sententiam non habere executionem paratam, quando ex Bullis pensionis sic opponatur exceptio incompetentiae, vel quia gratia est subreptitia, vel si probatur alia legitima exceptio, quae executionem impediat, vel quia oritur ex natura gratiae, quae est conditionalis; in his enim casibus appellationem habere locum quoad vtrumque effectum deuolutiuum, & suspensiuum.

9 Verùm, Franciscus Tondutus *tomo* 1. *part.* 2. *capite* 1. §. 4. *à num.* 6. ait tantam esse vim litterarum Apostolicarum in hac pensionum Ecclesiasticarum materia, vt quamuis pensionarius non esset in possessione exigendi pensionem, tamen debitor sit cogendus ad solutionem, non obstante exceptione nullitatis per eum opposita; imo & litteras Apostolicas, non obstante tali oppositione, esse executioni mandandas, etiam si talis exceptio resultat ex ventre ipsarum litterarum, & reddit rationem cum Rota *decisione* 301. *parte* 1. *diuersorum*, quia creditor pensionis multas potest habere replicationes, & rationes, aduersùs huiusmodi exceptiones; & sic interim propter honorem litterarum Apostolicarum esse decernendam executionem; taliter, vt non retardetur per illas exceptiones. Sed quia Nicolaus Garcia *de beneficijs, parte* 1. *sub capite* 5. *toto* § 4. *à num.* 442. agit latè de Iudicio prosequendo, circà solutionem pensionis, & qualiter exceptiones : au-
10 diantur; ideo nunc non longius ago. * Addit tamen Ceuallos *suprà dicta parte* 4. *quaest.* 1. quae in ordine est 897. *numero* 909. & 910. cum multis ab eo relatis, vt Iudex ordinarius non possit inhibere Iudici Apostolico, nec è conuerso Apostolicus Ecclesiastico, coram quo lis vertitur super nullitate pensionis; & quod pensionis nullitas est proponenda coram Iudice ordinario.

11 Ad tertiam quaestionis partem, an appellatio suspendat sententiam latam super solutione subsidij, & excusati: de hac agit, Ceuallos *in pract.* 4 *parte quaest.* 1. *à numero* 282. vbi *numero* 286. ad longum refert Schedulam Regiam circa solutionem subsidij, & excusati: vnde ego breuiter cum Rebuffo *de pensionibus, quaest.* 95. *numero* 3. Ruginellus *in tract. de appellat.* §. 2. *capite* 3. *numero* 278. & cum Scaccia *in hoc tractatu quaestione* 17. *numero* 6. & Ceuallos *de cognitione per viam violentiae, parte* 2. *quaestione* 133. teneo, quod solutio subsidij, & excusati, est facienda, appellatione remota.

Et sic patet ex predicta Schedula Regia lata 12
anno 1583. cuius litteram refert ad longum, Ceuallos *suprà dicta numero* 276. qui *sub numera* 287. dicit eius prouisionem non haberi prae manibus, nec sub eius *titulo* 10. *libro* 1. *recopilation.* vbi agitur de Bullis, & subsidiis, deprehenditur ideo tantum sequentia verba refero ad propositum conducentia ibi, *Por loquar no solo se excluyo apelaçion. pero no se puede lleuar el proceso por via de fuerça à ningun tribunal, y lo mismo es para la cobrança de la limosna de las Bullas de cruzada con inhibiçion de los demas tribunales, como se contiene en la dicha cedula, y an si los dichos Iuezes no haçen fuerça executando sus sentençias sen embargo de apelaçion.* * *Pero* 13
si la causa fuesse temporal, per ser deuda ciuil, y contra leges çediendo vn Ecclesiastico su deuda, no se deue en este caso entender la dicha çedula Real porq. redundaria la dicha çesion en ofensa de la Iurisdicçion Real, y de sus subditos. Et in his causis, cum essem Iudex, tam in Ecclesia Asturicensi, quam in hac Vallisoletana, sic vidi practicari, & obseruari, & *leg.* 8. *dicto titulo* 10. *libro* 1. *recopilationis*, praecipitur, vt Cancelleriarum, aut audientiarum regalium Iudices, non cognoscant de praedictis causis.

Ad quartam quaestionis partem dico necsuspendi executionem sententiae latae super alimentis congruae sustentationis Rectoris Ecclesiae, appellatione interposita, cum congrua sit assignanda Parocho ex fructibus beneficij onerati cum pensione ex Bulla Pij V. & ex Tridentino *capite* 16. *sessione* 7. vbi eius expositores, & est ratio, quia haec portio, quae ratione congruae assignatur, est de natura alimentorum, & in simili fuit resolutum per Rotam, vt tradit Lancelotus *de attentatis limitatione* 24. *numero* 6. & 7. sequitur Ceuallos *de cognitione per viam violentiae parte* 2. *capite* 162. eo quod venter non patitur dilationem, & quia nec Iuri, nec aequitati conuenit, vt pensionarius sine labore consequatur integram pensionem, Parochus verò pereat: videndi sunt Gratianus *disception. forens. capite* 399. *numero* 11. vbi declarat quandam decisionem Rotae, & resoluit in hac congruae assignatione, non comprehendi distributiones, quia non sunt certae, nec liquidae. Et praedictam resolutionem teneo; etiam si Flores de Mena *variarum quaestionum* 14. postquam respondetit pro nostra opinione, postea id relinquet arbitrio Iudicis, an nempe sententiae super congrua: videbis etiam Tridentinum *sessione* 15. *capite* 8. & *sessione* 24 *capite* 4. vbi appellatione remota designetur congrua, vt traditur *in Clementina* 1. *de Iure patronatus*, vt declarat, Lambertus 3. *parte lib.* 2 1 *quaestione* 10, *articulo* 9. & 10. Rebuffus *in tractat. de congrua capite* 4 * Vbi probatur quod Episco- 15
pus in assignatione congruae debet procedere secundùm conscientiam suam semotis omnibus exceptionibus, & allegationibus sic remota

remota appellatione, vt *in dicto capite 7. Trid. sessione 7.* ibi *appellationibus*, multa alia in comprobationem adducit Ceuallos videndus *in practicis parte 4. quæst.* 1. aliàs 897. *à n.* 91. *ad* 491.

56 Vnum tamen notabis, vt iam alibi dixi quod & si commune sit dicterium, vt Rectori assignentur centum ducata pro congrua de beneficio grauato pensione, dico hanc partem relinqui Iudicis arbitrio, qui considerata qualitate personarum, locorum, & temporum iudicabit, vt in simili scribit, *consilio* 35. *& in capite sicut de supplenda negligentia Prælatorum*, *& in capite* 1. *de præbendis*, *libro* 6. Menochius *de arbitrar. casu* 26. *numero* 12. Oieda *de beneficiis incompatibilib.* 1. *parte capite* 19. *à numero* 33. *vsque ad finem*, Ceuallos *de cognition. per viam violent. parte* 1. *resol.* 150. *numero* 27. *&* 28. subdens cum eudem Menochio iam relato, quod prudens Iudex, poterit iudicare illud beneficium esse tenuè, aut paruum, cuius redditus non sufficiunt pro necessario victu Clerici, suæque Familiæ, solereque de stylo Curiæ pro congrua sustentatione centum pro Rectore designari, qualiter præfatum dicterium intelligo à communiter accidentibus, & in quo consistat hæc sustentatio congrua, dico in dubio sequenti.

57 Ad quintam quæstionis partem an appellatione remota, & exequatur sententia lata super solutione dimidiarum annatarum: Et vt respondeam præmitto quod annata datur pro congrua sustentatione, & habet naturam alimentorum. Hæc enim subdeducitur ex fructibus cuiuslibet beneficij vacantis, expressè cauetur, quod ex quacumque vacatione beneficij, dignitatis, vel præbendæ soluatur annata, cuius litteram refert Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ*, *parte* 2. *quæstione* 136. omninò videndus, vbi dicit *à numero* 6. *&* 7. cum aliis sententiam latam in hoc casu exequi, appellatione remota.

58 Cum venter non admittat dilationem, vt tradit etiam Cabedus *in decisione* 66. *& numero* 7. Ceuallos idem dicit docens *numero* 25. quod congrua sustentatio consistit in dimidia annata, & quod annata est soluenda de omnibus fructibus beneficij, & quoties contingет beneficia vacare, nisi accideret bis in eodem anno, nec deberi ait *ibi*, *numero* 25. quando beneficium non excedit viginti quatuor ducata auri, *de Camera*, & *numero* 28. ait quod annata dicitur dimedietas beneficij deductis oneribus laudans, *numero* 29. consuetudinem eam soluendi, & *à numero* 30. ait annatam esse Ius reale consistens in fructibus beneficij, & quod eius solutio præfertur omnibus præstationibus, sicut decimæ: Alia quamplura addit, & de quibus non soluatur *ibi*, videnda, & ad propositum satis dictum est; Nam & si Ceuallos nominatim loquutus de hisce annatis debitis portionariis Ecclesiæ Toletanæ ex dicta Bulla Leonis III. & ex alia Nicolai Pontif. & ex alia Sixti Papæ ibi *oportuna remedia appellatione postposita*, quas refert idem Ceuallos, ego extendo ad alias dimidias annatas, quæ solent ex aliis Bullis; & inueterata consuetudine applicari fabricæ, aut mensæ Cathedralis Ecclesiæ, &c. quia hæ annatæ assignantur, & soluuntur pro congrua sustentatione Ministrorum ipsius.

59 Ad sextam quæstionis partem de sententia lata super salariis famulorum Aduocati Procuratoris, & aliorum præuisis, quæ adduxi de præscriptione aduersùs præfatos in dictis salariis *suprà in capite* 1. *de præscription. quæstione* 4. *per totam*, nunc breuiter respondeo generaliter à Doctoribus traditum prædictam solutionem faciendam, & exequendam esse absque retardatione, appellatione remota, eo quod causa petentis mercedem est pia, vt tradit Rota diuersor. *decisione* 764. *num.* 3. *parte* 1. refert, & sequitur Ruginel. *in hoc tractatu* §. 2. *capite* 3. *numero* 280. Ceuallos cum aliis *de cognition. per viam violentiæ*, *parte* 2. *quæstione* 134. & ampliat Sigismund. Scaccia *de appellation. quæstione* 17. *limitat.* 8. *numero* 9. etiamsi non constet de paupertate famuli; quia illud, non tam ex paupertate, quam ex seruitio procedit; Quia scriptum est de Iure Diuino, *non morabitur opus Mercenarij tui apud te vsque ad mane*, Rebuffus *in Articulo* 3. *Glossa* 7. *numero* 1. *&* 2. qui dicit non habendam esse considerationem, an indigeant mercede ad se alendum, docent in terminis etiam Gratianus *discept. forens. capite* 257. *numero* 44. vbi eleganter, & magistraliter hanc materiam declarat: Videbis Flores de Mena latè dictis salariis agentem *libro* 1. *variarum quæst.* 8. *per totam* Mandosius *in tract. de Monitoriis quæst.* 56.

60 Tamen Rodriguez *de executione capite* 1. *Articulo* 3. *numero* 55. quem potiùs amplectitur Ceuallos *vbi suprà*, dicit quod respectu appellationis, de qua hic est consideranda qualitas petita, & qualitas petentis; Ob idque relinquere hoc iudicio is arbitrio, dum petitio non excedat triennium ex *lege* 9. *titulo* 15. *libro* 4. *recopilationis.*

61 Sed mihi prima vberior, & practicabilior videtur. præcipuè in famulorum salariis, si antecedenter super eis sit concordatum cum Dominis, & confirmatur; quia hæc est laboris, & alimentorum, seu vestium assignatio: cuius solutio, vt tradit Gratianus *supra dicto capite* 257. *numero* 26. debet omnibus præferri; Et ita practicatur Paz *in praxi*, *parte* 4. *tom.* 1. *cap.* 1. *num.* 56. & aliis communiter.

62 Ad septimam quæstionis partem, an admittatur apellatio à mandato de exequendo, vt respondeas applicabis *dicta suprà in cap* 15. *de sententia*, *& re iudicata quæst.* 3. versiculo *ad tertiam*, vbi egi de quæstione an admittatur appellatio à mandato de soluendo, & sub *d. cap.* egi de aliis casibus exequendis, & *ibi sub quæstione* 4. in versic. *ad quartam*, vbi egi de quæstione, an liceat appellari à sententia Iudicis, qua pronuntiat sententiam esse exequendam, & de aliis *ibi quæstione* 5. & in Rubrica hoc Titulo *sub quæstione* 2. versic. *ad tertiam*, egi de dubio an à decreto torturæ liceat appellari. Et sub *quæst.* 3. versic. *ad quartam*; de dubio an à mandato executorio liceat cuilibet appellare pro paupertate, sicque remissiuè ad plures declarationes, & limitationes; leges Scacc. *hoc tit. q.* 17. *limit.* 10. vbi colliges huius dubij veram practicam:

63 Ad octauam quæstionis partem, an appellantes ab ordinationibus Pontificiis, sint per Bullam in cœna Domini excommunicati; & sic hæc quæstio posset tractari conuenientiùs *infrà sub capite Pastoralis*, §. *verum hoc Titulo.* Tamen hic agimus de suspendenda executione sententiæ

tentiæ, media appellatione, & ordinationum promulgatio, ad idem tendat; ideo libuit de hoc dubio hic scribere, & respondeo de appellationibus ab ordinationibus pontificiis, quatenus decretis à Pontifice, vt in spiritualibus Domino nemini dubium erit incurrere in prædictam excommunicationem, quia Pontifex potest excommunicare appellantes à suis mandatis, vel ordinationibus, quatenus Pontificis sunt, vt omnes fatentur, dubium verò est an idem procedat, quatenus est Dominus temporalis.

24 Et in hoc vltimo dixerunt Reginaldus *tomo 1. lib. 9. num. 263.* & Castrus Palaus *tom. 6. disput. 3. puncto 3. num. 5.* sic à talibus ordinationibus appellante a non incurrere in prædictam excommunicationem; quia etsi ita appellantes à mandatis pontificiis iniuriam irrogent si ipse in illis causis supremus Pontifex sit sed cum id ex Pontificis munere, non infertur, necessario; si quidem potest in illis causis, alij Principi subiectus esse; vt pote, qui sub ea conditione dominium temporale concessit; non inquam videtur, vt Pontifex in Bulla cœnæ comprehenderet prædictos appellantes, cum sibi iniuriam tantum per accidens inferant.

25 At existimo etiam incurrere prædictam excommunicationem, quia Pontifex ob iniuriam sibi factam in hac appellatione excommunicationem profert; sed hæc iniuria Pontifici irrogatur per appellationem à quocumque

26 illius mandato: ergo. † Tum quia Pontifex potest etiam excommunicare subditos, quatenus est Dominus temporalis, sicut excommunicat Piratas in suo mari Pontificio discurrentes; tum quia id cedit in eius fauorem; denique quia excommunicatio in prædicta Bulla fertur contra appellantes; absque vlla limitatione: ergo cum Pontifex vti queat omni sua iurisdictione, siue temporali; siue spirituali; in pœnis imponendis: sequitur, vt sic appellantes excommunicati censeantur, per prædictam Bullam cœnæ: docent, Bonacina *tom 1. disput. 1. quæst 3. puncto 2. num. 3.* Diana *p. 9. tract. 7. misc. resol. 66.* versic. *sed maior*, & in versic. *hic.*

27 Ad plures alias difficultates eiusdem mat̃ri, respondebis ex iam adductis interim videbis, Ceuallos *de cognitione per viam violentia tota 2. parte*, vbi de pluribus dubiis concernentibus; & abunde, Salgadus *in suo tractat. de protectio-*

28 *ne Regia.* † Et quod appellari à legis sententia, non liceat; docent Doctores per Textum, *in cap. reprehensibilis, hoc titulo*, Nec appellari à pœna Iuris; etsi appellare liceat à Iudice, qui decernit locum habere pœnam legis; item & appellari posse, à molestia, de quo tradit, Pichardus *in manud. p. 4. §. 14. à num. 4.* vbi, *numero 6.* ait, vt liceat appellari à Iudice, qui sententiam, siue pœnam legis excedit; & adiunges quæ adduxi, *suprà in cap. 3. quæst. 7. in fine*, de hac appellatione, & de differentia pœnæ,

29 mulctæ. † Et de pluribus aliis casibus leges, Marantam *de ordine iudicior. p. 6. tit. de appellation. à num. 169.* Couarruuias cum aliis, *pract. cap. 23. num. 5.* Petrum Gregorium *Syntagmat. iuris, cap. 2. num. 11.* Farinac. *in praxi, q. 101, per totam*, Tuschum *littera. A. conclus. 401. 403.* Caldas *in l. si curatorem*, versic. *per quos pristinum*, Fermosin. de Exceptionibus.

num. 31. Reboffum *in constit. regal. tom 3. art. 8.* *Glossa 2.* & allegant alios, Pichardus *in manud. dict. p. 4. §. 1. num. 5.* Bernard. Diaz *reg. 154* *& 38.* Anton. Gomez. *3. tom. variar. cap. 3. numero 31.* Paz, *in praxi, tom. 1. p 6. in proœmio, num. 17.* Donellus *lib. 28. commentariorum, c. 6.* Speculator *de appellat. §. in quibus*, & aliis commoniter.

Notabis inquam quod Ios appellandi, quo- 30
ad vtrumque effectum aufertur spoliatori manifesto, *cap. Romana; § præterea de appellation.* sequitur per eum, Romanus *cons 314. num. 13.* Pichardus *in manud. p 4 §. 12. num. 6 in fine*; & probatur ex his, quæ longe dixi, *in toto tit. de restit. spoliat.*

Et an appellari liceat à lata sententia super 31
remedio, *cap. reintegranda 3. quæst 1.* dixi. *suprà in cap. sæpe de restitutione spoliatorum, quæst. 4.* versic. *ad secundam.*

Et Riccios *collect. 1530.* ad Glossam, io lam 32
sæpius relata, *l. 1. Cod si de moment.* tradit regulam, quod licet à possessorio denegetur appellatio: tamen admitti in integrum restitutionem: sicque testatur decisum in Rota Romana Cardinalis Puteus *in decis. 31. lib. 1* plenissime Capella Tholosana, vbi bona additio, *in decis. 106.* Et ampliatur, vt detur in spolio, sicut datur appellatio; Afflictis *in decis. 169.* Caualcanus *in decisione 44. p. 1.* & concedimt etiam in casibus, vbi prohibetur reclamari, supplicari; & recurri: refert decisum Cæsar Bitz, *in decis. Bonon. 74.* Riccius supra limitat in possessorio sommarissimo, de quo, *suprà sub quæst. 3. in fine*, & quando possessorium infertet plenè damnum; secus si enormissimum ibi eum videbis cum aliis.

Alios casus, à quibus appellare non licet con- 33
gerit Andreas valensis *in Rubr. hic toto, §. 4.* de quibus, *suprà, & infra sub hoc tit.* de aliis dico, *infra sub cap. 17.* versic. *& confirmatur, 1.* & versic, *confirmatur secundo.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XII.
Super Eo, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Appellari potest secundùm canones ante, & post litem contestatam, & in prolatione sententia, & post.*
2 *Recusatio, & appellatio æquiparantur, remissiuè.*
3 *Terminus assignatus ad causam decidendam, incipit à præsentatione rescripti.*
4 *Dies interposita appellationis non computatur in tempore statuto ad eam prosequendam.*
5 *Iurisdictio Iudici acquiritur per præsentationem rescripti, aut priuilegij, nec datur in actu ante exceptionem, numero 7. & 8.*
6 *De legatus nullius causa habet potestatem, ante litterarum præstationem.*

Tt 8 Littera

8 *Litterarum originalium præsentatio, debet fieri, vel alias authenticarum; ita vt transumptum non sufficiat.*

1 HVIVS Textus littera claudit tres conclusiones. Prima quod secundum Canones appellari potest ante, & post litis contestationem, & in prolatione sententiæ & post. Occasione huius potest longè agi de appellatione ab interlocutoria sentētia seu grauaminibus, qualia sunt tortura Iudicis incompetētia,& alia, quæ licet colligere ex *l. intra, & l. 39. ff. de minoribus, l. arbitrio, ff. qui satisdare cogantur, l. 2. Cod. vt lite pend.* ex Rebuffo *in tract. de sent. & re Iudic. Glossa 1. à num.* 10. Dueñas *reg.*42. Maranta *in praxi sub hoc tit. p. 6. à num.* 269. Lanceloto *de attent. 2. p. cap. 12. limit. 1. num.* 57. Mynsing. *cent. obseruat.* 5. Remin. *consi.*68. *lib* 5. *& consi. 1. num. 4. lib. 4.* Rota *decis.*419. *in nouis.* Menochius *de retinenda rem. 4. à num.* 810. *vsque ad* 826. sed quia latè dixerim, *sub cap. exhibita* 19. *& cap. venerabilis* 20. *de iudiciis*, de differentia inter Ius ciuile, & Canonicum, & quid in praxi, & per Tridentinum sit statutum & nonnulla hic scribat Balboa, & latè, *in cap. vt debitus honor, hoc tit.* ideo amplius non insisto in explanatione prædictæ conclusionis. Et quænam sit de Iure differentia in proponenda appellatione ab interlocutoria, & à diffinitiua, cum multis retuli, *suprà sub Rubrica huius tituli, quæst.* 5. versiculo, *ad quartam*, quæ omnia conducunt pro enodatione prædictæ primæ conclusionis.

2 Secunda verò conclusio deducitur, ex versic. *in causis*, vbi videtur, vt recusatio, & appellatio æquiparantur; sed quia de hac æquiparatione iam dixerim, *suprà, in cap. 4. de foro competenti, quæst.* 41. & de tota materia recusationis, *ibi, à quæstione* 1. ideo non insisto.

3 Tertia autem conclusio est, quod terminus seu tempus assignatum ad causam decidendam, incipit currere à tempore præsentationis rescripti: sic colligitur, ex versic. *si autem*, ex quo de tribus inquiri potest. Primum de tempore intra quod debet procedi in causa appellationis; & sic repetes dicta *suprà in cap. 4. cap. 5. & cap. 8. hoc tit.* Secundum de illo dubio, an dies termini, an computetur in terminum; de quo dubio Barbosa *hic num.*7. vbi affirmat non computari, de quo iam ego latè dixi, *in cap. 1. de dilationibus, quæst.* 10. & *ibi*, in versic. *ad tertiam*, egi tempus dilationis concessæ à Iudice,
4 vel ab homine, à quo tempore currat. † Itaque ex ibi, adductis ad propositum nostri Textus, dico quod dies interpositæ appellationis, non computatur in tempore statuto ad eam prosequendam, Tiraquell. *in tractat. cessante causa, num.* 82. Gutierrez *pract. lib. 1. quæst.* 108. Guido Papæ *decis.* 436. *num.* 3. Socinus *reg.* 127.
5 versic *septimo fallit*, Barbosa *hic num. fin.* † Tertium, & vltimum agi poterit de eo dubio, an rescriptum valeat à tempore præsentationis, tempore eius datæ, cuius occasione applicabis materiam Textus, *in cap. cæterum, cap. capitulum sanctæ Crucis de rescriptis. cap. 2. de officio de leg.* Et sic Barbosa *hic num. 4. 5. & 6.* dixit quod Iurisdictio est acquisita Iudici per præsentationem rescripti, aut priuilegij. † Et quod delegatus
6 nullius causæ habet potestatem, aut exercitium ante litterarum præsentationem. † Nec 7
Iurisdictionem in actu ante expeditionem: videbis quæ congerunt Nicolaus Garcia *de benef. p. 6. cap. 2. à num. 7. & 61.* Molina *de iustitia tomo 3. disput.* 599. *num.* Salgadus latè *de protectione regia tom. 1. p. 4. cap. 6. ex num. 45. & numero 6.* vbi per totum caput leges, multa de executore carente Iurisdictione, addens idem procedere in quolibet delegato, vt ante præsentatas litteras delegatorias non habeat exercitium Iurisdictionis, probat, *à num.* 61. cum infinitis: † Et quod debeat fieri præsentatio 8
litterarum originalium, vel alias authenticarum, nec sufficiat transumptum factum à Notorio, seu subscripta, expendit Garcia *dict. 6. p. cap. 2. à num.* 16. de quo ago dixi latè in quadam allegatione Iuridica, pro Ecclesia Asturicens. cum essem ibi, Canonicus Doctoralis; ne reciperetur D. Didacus Salcedo Beancos in gubernium, & administrationem Episcopatus, etiam cum schedula, & prouisione Regia Regis Philippi IV. & eius consilij de camera anno 1640. testificante de expeditione litterarum Episcopatus illius, ad quem ipse Don Didacus fuit electus; & sic donec se ad capitulum præsentauit cum litteris originalibus, non fuit admisus ad exercitium Iurisdictionis: Et applicabis dicta, *infra in cap. vt nostrum* 56. *quæstion.* 3. versiculo, *ad secundam*: Et quæ notæ, *sub cap. 9. & 15.* de electione.

AD TEXTVM IN CAPITE XIII.

Peruenit, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

DE huius Textus intellectu cum, §. *verum, cap. pastoralis, hoc titulo*, ibi dico quatenus agitur de effectibus appellationis interpositæ ab occulto seu publico excommunicato, propter iniuriam, & manus violentas iniectas in Clericum conuento in Iudicium; & interim applicabis quod dixi, *suprà in Rubrica hoc tit. quæst.* 1. versic. *ad secundam*, vbi egi de dubio, an liceat excommunicato appellare. Et applicabis pleraque dicta, *suprà in cap. intelleximus 6. de Iudiciis, & in cap. ad probandum 24. de sent. & re Iudicata*, quæ proportionabiliter faciunt: Et vide *infra c. seq.* vbi de Notorio.

AD

AD TEXTVM IN CAPITE XIV. Consuluit, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur in notoriis fallit in deuolutiuo effectu, n. 4. in nonnullis aliis, in quibus admittitur, n. 5 6. 7. 8. 10.*

3 *Notorium quid, & de quæstionibus super Notorio,* remissiuè.

9 *Appellatio admittitur in manifestis.*

10 *Appellatio non admittitur in Notorio præsumptoiuris, & fictionis, prout surgita facto Notorio, & n. 11.*

11 *Condemnatus ex præsumptione iuris. & de iure appellat, non si ex sola præsumptione iuris.*

12 *Notorius delinquens dicitur captus in flagranti delicto; & non potest appellare.*

13 *Citari debet pars, quando profertur sententia declaratoria pœna incursa, nisi timeatur de fuga num. 15.*

14 *Excommunicatio lata sine citatione, & sine monitione tenet, sed non eius declaratoria sententia, nisi sit super Notorio.*

1 LITTERA huius Textus, quatenus consimilem habet resolutionem de excommunicato appellante, exornabis, vt *in c. 13. præcedenti*; de intellectu huius Textus dixi, *in cap de causa possessionis, & propriet. quæstion 1. num. 24.*

2 Et quia ibi. in versic. *Sed cum multa dicantur Notoria, quæ non possunt, prohibere debes, ne quòd dubium est pro Notorio videaris habere* : Quare præter plura, quæ tradit, *hic* Barbosa cum multis, *à num. 2. ad 8.* vbi ponit conclusionem, quod in Notoriis non datur appellatio, de quo latissimè Salgadus *de protectione Regia p. 3. tom 1. cap. 14 à num. 54.* Sigism. Scaccia *de iudiciis causar lib. 1. cap. 97. num. 119 & hoc tract. de appellationibus. quæst. 17 limit. 1. à num. 1.* Dueñas *reg. 32. num. 12. limit. 2.* Antonius Gregorius *tom 3. variarum cap. 1. num. 47.* Clerus *in praxi, §. fin. num 94. versic. solet etiam dici*, Lancelotus *de attentat. p. 2. cap. 12. limit. 9 num 1.* Maranta *de orden indic. p. 3. part. 6 princ. quæst. 2 num. 125.* Ca-3 pr. *in tract. de Notorio membro 4. à n. 95.* † Ad quæstionem de Notorio Gratianus *reg. 19 & 63. num. 7. & 8. num. 5.* Et de Notorio excommunicato, an vitando absque denunciatione, Couarruuias *in c. alma mater p. 1. §. 2. à num 8. versic. quinto*, in mediu, & ad aliud, *ibi dict. §. 1. à num. 8. versic. quinto*, vbi etiam de Notorio excommunicato vitando in principio: & de Notoriis videbis quæ congero, *in c. vestra de cohabitatione Clericorum* : Item ad propositum applicabis dicta, *sup in Rubr. quæst. 4. à num. 1.* & versiculo, *ad secundam*, vbi an contumax audiatur appellans; item an admittatur appellatio à reo conuicto, & confesso (In quibus adest Notorium.)

4 Tamen prædictam regulam limitant relati, vt non procedat quoad effectum deuolutiuum, in quo appellatio procedet: sic Lancelotus *suprà num. 3. in fine*, Scaccia *num. 9.* 5 † Dicentes etiam, *num 1. & 65.* & Salgado *suprà num. 65.* vt etiam possit appellari à declaratione Notorij. 6 † Et item si in appellatione exprimatur causa, quæ habeat offuscare rationabiliter Notorium, Scaccia *num. 93.* Salgado *num. 60* Farinacius, *quæst. 101. in praxi, num. 64.* idem docet Valensis *in Rubr. hic num. 8.* ex hoc nostro Textu ex Glossa *in c. Romana 3. §. sin autem, hoc tit lib. 6.* quia constat reum condemnatum de crimine Notorio, si appellet tantùm appellare differendæ pœnæ causa, quod admitti non debet, cum dicat Pontifex *in c. cum speciali 6 §. porro, hoc tit.* appellationem non esse remedium ad iniquitatis defensionem, sed ad præsidium innocentiæ, vt iam in Rubrica dixi. 7 † Dicunt etiam posse appellari ab excessu pœnæ, etiam in notoriis, Salgado *dicto c 14. num. 62.* Farinac. *numero 110. versic sublimita 4.* Scaccia *dict. limitatione 4 num 96.* 8 † Item quod appellans audiens in notorio probationis, & in notorio Iuris, & in notorio per famam, Barbosa *hic num. 7.* cum Lanceloto, Ruta, Farinacio, & aliis, *vbi suprà* 9 † Item docet, *num 8.* dari appellationem in manifestis, cum sit aliud Notorium, aliud manifestum, vt tradunt. Scaccia *dict. limit 4. num. 10* Salgado *dict. c. 14. num 64* Ruginel *de appellation. §. 2. cap. 3.* in verbo, *manifestum, num. 198.*

10 Aliqua notaui ad Textum nostrum, *in c. 5. § præterea*, vbi quod latrones, & publici criminosi appellantes non audiantur: & Scaccia *de appellation. dict. quæstion. 17. limit. 4. numero 86.* resoluit quod in notorio præsumptionis, & fictionis; prout surgit à facto notorio, non admittitur appellatio. 11 † Item, *numero 87.* tenet quod condemnatus præsumptione Iuris, & de Iure appellat; non autem si sit condemnatus ex sola præsumptione Iuris sic Farinacius *in praxi dict. quæst. 101. num. 124.* Menochius *de præsumptionibus, lib. 1. præsumptione 76. num. 1. & 2.* Ruginel *in hoc tit. §. 2. cap. 3.* verbo; *præsumptio, n. 829* & de differentia harum præsumptionum dixi, *in c. 1. & 2. suprà de præsumpt.*

12 Cumque captus in fraganti delicto dicatur notorius delinquens, ideo illum appellare non posse docent Cornaz *decision. lucens. 193. sub, numero quarto*, versiculo, *tertio*, Marchesanus *de commiss. in commiss. appell. pend. p. 2. cap. 2. sub numero 33.* Scaccia *dict. limit. 4. numero 88.* & probatur ex *dicto §. præterea, cap. 5. hoc titulo*, & ex his, quæ adduxi, *in Rubricā, quæstione quarta*, sub versiculo, *ad secundam*, sub verbo *tertio*, vbi numeraui personas, quæ ratione delictorum appellare nequeunt.

13 Item applicabis ad hos Textus quæstionem, de qua, *supra in Rubrica quæstione secunda, à numero 1.* an liceat appellare à sententia lata secundùm opinionem probabilem: Et aliam quæstionem, an liceat appellare in casu dubio, de qua dixi. Item applicabis quæ tradit, Riccius *collect. 869* vbi probat ex Glossa celebri, *in clementina præsenti de censibus*; quod debet

pars citari, quando profertur ſententia declaratoria pœna incurſæ.
14 † Ad eo vt etſi excommunicatio lata ſine citatione, & ſine monitione, vel Iuris ordine, teneat, quamuis iniuſta, *cap. 1. cauſa 11. quæſt. 3.* tamen ſi non præceſſit partis citatio, erit nulla ipſa ſententia declaratoria excommunicationis à Iure lata, niſi declaratoria excommunicationis fiat ſuper exceſſu Notorio, quia tunc non erit opus citare excommunicatum, Balbus *in deciſ. 39.* quam notat Riccius ad Textum, *in cap. prouenit.* proxime præcedenti, cuius deciſio eſt ſimilis deciſioni noſtræ.
15 † Et addit etiam Riccius procedere concluſionem, niſi ſit dubium de fuga citandi, quia tunc poteſt declarari incurriſſe pœnam omiſſa citatione, ipſe, *in deciſ. curiæ Archiepiſc. Neap. 122.* quam reponit ad originale dictum Panormit. *in cap. eum non ab homine de iudiciis in 12. columna*, & hæc ego addo pro ampliatione, an appellatio permittatur à pœna legali, ſeu à mulcta, vel à declaratione illius incurſus ſecundùm dicta, *ſuprà in dicto cap. 3. hoc tit.* verſiculo, *ad tertiam*, & in verſiculo, *ad vltimam.*

16 Et ad Textum noſtrum, in verſic. *illos autem, qui appellant à præſentia tua cogere debes intra tempus conueniens appellationem proſequi, &c.* applicabis quæ late dixi; *in c. 4. c. 5. c. 8.* de tempore, intra quod appellans debeat proſequi; & finire cauſam.

AD TEXTVM IN CAPITE XV. Sugeſtum, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

2 *Friuolæ appellationes, & calumnioſæ, non admittuntur; imo regulariter à iudice poſſunt reyci, & ad vlteriora progredi, abſque vitio attentatorum.*

1 IN Textu iſto agunt Doctores de appellatione per iter arripientes ad Papam, de quo dico late, *infrà in c. vnico de clericis peregrinantibus.* Per verba huius Textus agi queit de inſtitutione, & natura appellationis; & quod præſidium innocentiæ eſt ſtabilita, de quo in principio Rubricæ huius tituli, & alibi, & cum multis mouet, *hic* Barboſa *n. 3. & 4.* in verbo *ad præſidium.*

2 Et in verſic. *aduerſary eius*, de comprimenda malitia eorum, qui impediunt appellantes: poteſt per hunc verſiculum diſputari, de quo alibi, & Doctores per Textum *in c. cum de appellationibus 5. hoc tit.* per quem appellationes friuolæ, & calumnioſæ non admittuntur, imo regulariter à Iudice poſſunt rejici, & ad vlteriora procedi, abſque vitio attentatorum, Oſcaſus *de ciſion. 5. num. 8.* Farinacius *in praxi criminal. quæſt. 38. num. 23.* Maſcardus *de probationibus concluſione 148. numero 31.* Et applicabis quæſtionem, de qua, *ſuprà*, in Rubrica an appellans probare debeat ſe iuſtè appellaſſe, & perperam fuiſſe Iudicatam, *ibi, quæſt. 1.* verſic. *ad ſecundam.*

Et in verſic. *in vocem*, Gloſſa ibi notat, quod regulariter appellatio proponitur coram Iudice à quo; ita vt ſi coram eo, non ſit interpoſita, appellatio ſit nulla de hoc plura dixi in principio Rubricæ, & *ſub c. 4. 5. & 8. hoc tit.* docent Guttierrez *lib. 1. pract. quæſt. 102. num. 1.* Scaccia *de appell. q. 6. n. 6.* cum aliis Barboſa *hic n. fin. & infrà, c. vt debitus.* 3

Quo tempore appellans, debeat ſe præſentare ad Iudicem, ad quem appellat, etiam idem Guttierrez, *quæſt. 103.* ad aliam, *quæſtion. 104.* de quibus dixi ſub dictis Iuribus, & in Rubrica, *quæſt. 5.* vbi de libellis dimiſſoriis, & quando apppellans, debeat ſe præſentare cum Apoſtolis, hoc eſt teſtimonio appellationis, & numquid ſi ſe non præſentet, dicatur appellatio deſerta; idem Guttierrez *dict. quæ quæſtion. 104.* de quo etiam in locis adductis. 4

QVÆSTIO L.

An appellatio poſſit interponi Iudice à quo abſente: Et an friuolè appellans puniatur, & à quo Iudice: Quid in criminalibus?

SVMMARIVM.

1 *Appellatio debet proponi coram iudice à quo, ne vlterius procedat; alias ab eo facta, vt attentata reuocentur: Et quid amplius proponatur, n. 1. fallit iudice abſente, num. 3.*

3 *Appellatio iudice à quo abſente, rectè coram honeſtis perſonis proponitur, & coram iudice ad quem, iudici, & parti intimandam, num. 4.*

5 *Abſens, vt dicatur iudex ad appellandum ſatis eſt vt requiratur in loco publico.*

6 *Appellatio incipit effectum habere à tempore, quo iudici à quo eſt intimata.*

7 *Appellatio valet, iudice abſente, quando quis ob eius motum, non auderet in eius appellare præſentia; & tunc iudici, non eſt neceſſe intimari.*

8 *Appellatio extraiudicialis in abſentia aduerſarij debet intra menſem ei, vel eius procuratori intimari.*

9 *Appellatio à ſententia lata à pluribus iudicibus debet omnibus intimari, aut eorum maiori parti, quod ſi nequeat haberi aliter fiet, numero 10. 11. 12.*

13 *Appellatio non ſufficit porrigi in Tribunali, ſine iudicis præſentia.*

14 *Friuole ac temere, ſeu calumnioſè non auditur, appellans imo punitur, & qualiter antiquitus & hodie, n. 15. 16. 17.*

16 L. ab executione, §. fine, Codice quorum appellat. non recipiantur.

17 *Appellans temere, à quo iudice puniatur, numero 19. & punitur extra ordinem à iudice à*

à quo. num. 22. & potest à indice ad quem, num 13.

19 *Appellandum est cum reuerentia iudicis à quo num 20.*

20 *Honor debitus Iudicibus, est exhibendus.*

21 *Iniuria iudicis, est ab eo recedere.*

24 *Appellans iniustè, & cum conuitio iudicis, vltra pœnam illata iniuria æstimandam secundum qualitatem iudicis: venit puniendus pœna decem marapetinorum aureorum; id est sexcentorum, numero 28.*

25 *Marapetinus aureus, valebat sex, tempore Regis Alfonsi, decimi hodie, decem, n. 26. & in praxi quilibet valet sexaginta, numero 27.*

L. fin. in fine, Cod. quando prouocare non est necesse, n. 19.

29 *Iudex à quo iniustè appellatum est, habet aduersus appellantem actionem iniuriarum.*

30 *Appellans friuolè in criminalibus, num puniatur vt in ciuilibus.*

1 AD primam quæstionis partem, de qua solent dubitare Doctores per Textum *in cap. vt debitus honor 49. hoc tit.* vbi Balboa *n. 37.* per Textum nostrum, *num 37.* vt respondeam aduerto, vt iam; *supra in Rubrica*, dixi. & *sub cap. 4. & 5 hoc tit.* appellationem esse proponendam ab appellante coram Iudice à quo appellat, & coram eo, qui sententiam tulit, quia illi debet innotescere appellatio, ad hoc, vt vlterius non procedat, etsi processerit reuocentur per eum acta, tamquam attentata: docent Andreas Valensis *in Rubrica hic §. 5 num. 1.* Mandosius *in additionibus ad Lapum, allegatione* 38. in verbo *in præsentia*, Rota in vna salarnitana contributionis 14. Nouembris 1614. coram Dirno Zerto, apud Farinacium *decis. 594. num. 2. p. 2. recent. praxis Episcop p. 1.* verbo, *appellatio*, *§. 3. pag.* 20. vbi etiam per Textum, *in cap. dilecti el. 2. hoc tit.* dicit sufficere appellare de facto; id est per arreptionem itineris ad superiorem; & ita se vidisse practicari in multis curiis metropolitanis. Sed tutius esse practicari Textum *in d. c. vt debitus.*

2 Per quem dicit Maranta *de ordine Iudicior. p. 6. hoc tit. num.* 153. non solùm appellationem debere opponi coram Iudice à quo, sed causas grauaminis, specialiter idem Maranta *num.* 133. Lancelot. *de attent. p. 2. cap. 12. de attentatis, & innouatis appellat. pendente, ampliat. 15. princip. 1. & limit. 50. num.* 184. versic. *tertia causa*, Ioannes Ferratus *in hoc tit. lib. 2. cap. 3. numero* 130. *vers. fin.* Sigismund. Scaccia *eodem tit. quæst. 6. à princ.* Vestrius *in praxi, lib. 7. cap. 3. num.* 27. vbi Grauat. *in additionibus, num.* 57. Nicel *in concordantiis Gloss. concord. 6. fallent. 54. num.* 85. Et prædicta conclusio comprobatur etiam ex Textu *in cap. biduum 29. 2. quæst. 6. & in clement. 1. hoc tit.* & resoluunt præter ordinarios, *ibi decem*, & in nostro, Textu Capella Tholosana *decis* 428. Pax *in praxi 6. p. tom. 1. in procemio, num.* 53. & relati à Guttierrez *in pract. lib. 1. quæst* 101. & probatur ex *l. 22. tit. 23. p. 3.* ibi; ibi, *e quando diere el escrito debele le erante el Iuez.*

3 Tamen prædicta conclusio limitatur, in casu, quo Iudex ipse haberi non possit; nam tunc bene Iuxta propositum in quæstione, Iudice à quo absente, poterit ab appellante grauato, seu condemnato appellatio proponi: docent relati, & præter illos Guid. Papæ *in decis.* 436. Mandosius *dicta allegatione* 38. in versiculo, *si quis*, Andreas Valensis *in dict. §. 5. num. 2.* Grauat. ad Vestrium *lib. 7. in praxi, cap. 3. num.* 58. in versic. *cæterum:* latè Sigism. Scaccia *suprà, hoc titulo, dicta quæstione 6. numero* 18. Barbosa *in dicto cap vt debitus honor numero 5. post medium*, Balboa *ibi, dict. num.* 38. versiculo, *qua Doctrina*, vbi dicit eo casu Iudice absente coram honestis personis rectè appellationem proponi posse, vt *in dicto cap. biduum 2 quæstione 6. l. 1. § si quis ipsius, ff. quando appellandum sit*, Glossa celebris *in clement. 1. hoc titulo*, verbo, *appellandum*, & verbo, *maiori*, & relati à Paz, *suprà, numero* 53.

Et addunt, Scaccia *dicta quæstione 6. à nu-* 4
mero 31. idem Valensis *dicto numero* 2. posse etiam eam appellationem coram superiore Iudice, ad quem proponi vtrique, & Iudici, & parti intimandam ad hoc, vt suspendatur Iurisdictio Iudicis, à quo nisi aliter ad eorum notitiam peruenerit, vt latè prosequitur Idem,
Scaccia *suprà.* † Qui etiam *dicta quæstione 6.* 5
numero 19. addit quod, vt dicatur Iudicis, præsentiam haberi non posse, non sit requirendus Iudex in horto, vel in villa, sed satis esse, quod perquiratur in loco publico.

Limitatur eadem prædicta conclusio, etiam 6
quando appellatio, absente iudice interposita, postea eidem intimatur ex dictis: argumento, Textus nostri in illis verbis, *appellationi eius non deferas*, & *ibi*, Decius *num* 4 Balboa *in dicto cap. vt debitus dict. num.* 38 versiculo, *secundo*, vbi ait hanc appellationem ex tunc incipere effectum habere, ex quo Iudici à quo sit intimata, vt ostendunt Francus *in cap. fin. hoc tit.* Buttrius *hic num* 3. Lapus *dicta alleg.* 38.

Tertio limitatur prædicta conclusio, quan- 7
do scillcet propter metum Iudicis, non auderet quis in ipsius præsentia appellare, iuxta Textum *in cap. fin. hoc tit.* de qua, *ibi*, dico quia tunc absente iudice, valet appellatio, vt probant iura, ibi referenda, vt docent Balboa *in dict. cap. vt debitus dict. n. 38. in fine, vers. 3.* Valensis *qui dict. §. 5. in Rubrica numero 2. in fine*, ait quod talis appellatio non est necesse, vt in tali casu Iudici absenti intimetur.

Sed similiter addit, *ex clement causam 3.* 8
de electione, vt appelletur extraiudicialiter in absentia aduersarij, debet intra mensem ei, vel eius procuratori intimari.

Vnde pro ampliatione prædictæ assertio- 9
nis quid faciendum, quando plures iudices de causa cognouerint, & sententiam dixerint; ad quod respondeo, vt debeat appellans coram omnibus simul collectis, vel si omnium copia haberi non possit coram singulis, vel maiori parte ipsorum separatim appellari, *dict. clement. 1. hoc titulo*, vbi cum pluribus, Barbosa, Scaccia *hoc titulo, dicta quæstione 6. numero* 2. Valensis *in Ru-*
brica dicto §. 5. sub numero 1. † Vbi addit 10

 quod

quod si nequidem maioris partis copia nequeat
haberi, sufficiat appellare coram eo, vel iis
quorum, vel cuius copia haberi potest, adie-
11 cta protestatione. † Verùm si denique nullius
copia haberi nequeat, aut etiam coram Iudice
à quo, ob iustum metum appellare non audeat
tunc protestatione super hoc interposita, &
causis appellationis in genere expressis coram
probis viris, vel coram Notario, & testibus,
etiam extraiudicialiter appellare posse ait ex *d.c.*
12 *fin.*& *ibi*, Glossa, & Franco, *hoc tit.* † Vel adire Iu-
dicem ad quem porrigendo ei appellationem
suam.

13 Imo relatam conclusionem declarat, Scaccia
dict. quæst. 6. *hoc tit. num.* 4. vt non sufficiat por-
rigere, seu interponere appellationem, in Tri-
bunali Iudicis, sine præsentia ipsius Iudicis: tra-
dit ex eo Barbosa *in dict. cap. vt debitus*, *sub
dict. num.* 5. versiculo, *extendit secundo.*

14 Ad secundam quæstionis partem, quæ col-
ligitur ex dicto versiculo, *aduersarij*, an friuolè
appellans puniatur, vt exactius tractes adiun-
ges quæ solent Doctores docere de pœna teme-
re litigantium, de quo aliquid dixi, *suprà in
cap.* 3. & 4. *de Iuramento calumnia*, *quæst.* 6. vbi
videbis: quo supposito; iam in terminis ad du-
bium respondeo, vt non solum malitiose, siue
friuole, aut temere, atque calumniose, appel-
lans, non audiatur. Verùm quod plectatur,
& comprimatur ostenditur, siquidem Iure Ciuili
variis pænis distinctione temporis temere appel-
lantes affecit; olim verò eos vrgebat ad solutio-
nem, quam se soluturos tempore appellationis
expondebant, constat ex Paulo V. *sentent. tit.* 33.
15 † Post modum eo Iure antiquato Diocletia-
nus leuiori pœna plecti iusserunt, *in l. eos*, § *ne
temere*, *Cod hoc tit.* quam proinde arbitrariam
cum Accursio rectè crediderunt omnes, *ibi.*
16 † Et ad 50. auri libras extendendam putauc-
runt, Ferrat. *tractat. de appellat. lib* 2. *cap.* 2.
Montalb. *de except. art.* 24. *num.* 2. huc pertine-
re existimantes, Textum *in l ab executione*, §. *fin.*
Cod. quorum appellat. in qua sententia perstitit,
Petrus Gregorius *syntagm. cap.* 2. *lib.* 50. verùm
Pichardus *in manud. ad praxim*, *p.* 4. §. 25. *fin.*
Vbames *in cap.* 2. *hoc tit. num.* 8. Menochius *de
arbitrariis casu* 449. *num.* 4. & 5. prædictam le-
gem non procedere vltra speciem ibi propositam
dicunt.

17 De Iure autem nostro Canonico, & Regio,
solùm in expensis carpitur, & comprimitur
appellantis malitiosa appellatio, *cap. repreben-
sibilis dicto cap. vt debitus honor*, *hoc tit.* Docto-
res; quod idem est de nostro Iure Regio ex *l.* 9.
tit. 16. *lib.* 3. *ordinam. l.* 7. *tit.* 17. *lib.* 1. *tit.* 12.
lib. 4. *recopilationis*, siue in exordio litis, siue
post facto malitiose se gerat appellans: tradunt
Axeuedus *in prædictis locis*, Pichardus cum mul-
tis, *vbi suprà*, Videndus, & etiam videbis quæ
ego adduxi, *suprà in cap. finem litibus de dolo
& contumacia*, vbi de aliqua, quando quis pos-
sit appellare à facta condemnatione expensa-
rum, & quando victor appellare queat à Iudi-
ce victum in expensis non condemnate, vel ab
expensis absoluente: aliqua notaui inter quæ-
stiones ante principum Rubricæ huius tituli
signatas: videbis nonnulla, *infrà*, in versiculo,
ad quartam, & videbis Scacciam *de appellat. q.* 2.
num. 52. versic. *at appellatio*, & in versic. *se quid-
quid.*

Ad tertiam quæstionis partem, à quo Iudi- 18
ce temere appellans sit plectendus, & Respon-
deo, ex latè adductis, *suprà in cap.* 4. & 5. ab
ipso Iudice, à quo temere appellauit, posse pu-
niri, quia ei irrogauit iniuriam & à Iudice ad
quem, qui cognoscit de apppellatione.

Et confirmatur ex Doctrina Textus *in dict.* 19
cap. vt debitus 59. *hoc tit. in princip.* ex quo infer-
tur esse appellandm cum reuerentia Iudicis à
quo, *l. illud* 8 *ff. hoc tit. l. Iudici* 42. *ff. de iniu-
riis*, *l.* 26. *p.* 3. & *ibi*, Gregorius *Glossa* 1. *l.* 12.
tit. 16. *lib* 3. *ordinamenti*, *l.* 12. *tit.* 18. *libro* 4.
compilat. vbi Axeud. Pax *in praxi p.* 6. *tom.* 1. *in
proœmio*, *num* 45. † Cumque Iudicibus debi- 20
tus honor sit exhibendus; ita, vt ab eis proces-
sus sine expressione Iustæ, & rationabilis cau-
sæ non auferatur, quia si adhuc friuola, & in-
Iusta appellatio sufficeret frustra Iurisdictio in-
iuria afficeretur Iudex, nec ipsi debitus serua-
retur honor ex *l. fin. in fine*, *Cod. quando prouo-
care non est necesse.* † Et quod à Iudice recedere 21
sit reperta illius iniuria ex nostro Textu, & ex
l. litigatores 11. *in princip. ff de receptis arbitris.*
† Ergo si appellans Iudici à quo appellauit de- 22
bitum honorem non seruauit, seu detulerit in-
iustè, aut friuolè appellando, debet extra or-
dinem puniri secundum Bartol. *in l. illud*, *ff.
hoc tit.* Gregorius Lopez, *in l.* 16. *tit.* 23. *p.* 3.
Glossa 1. imo eo casu ex sententia Angeli, *in d. l.
illud*, poterit appellans puniri à Iudice à quo,
quasi eo casu contra illum procedat ex noua
causa cum iniuria ei facta in Iudicio iniustè ap-
pellando sit notoria, *cap.* 1. *de pœnis*, *lib.* 6.
Baldus *in l unica*, *num.* 2. *Cod. ne quis in propria
causa*, Auendaños *de exequend.* 1. *p. cap.* 1. *n.* 14.
Balboa *in dict. cap. vt debitus*, *num.* & 3. vbi
etiam dicit à Iudice ad quem appellauit, posse
appellantem puniri: videbis quæ congerit,
Barbosa *in dict. cap. vt debitus*, *n.* 2. & 3.

Ita iniustè appellans de Iure antiquo punie- 23
batur; nunc verò secundùm praxim aliter ob-
seruatur; si quidem appellans cum iniuria, &
conuicio Iudicis, vltra pœnam extraordina-
riam illatæ iniuriæ, secundùm qualitatem Iudi-
cis æstimandam, puniendus venit pœna decem
marapetinorum ex verbis Textus *in l.* 12. *tit.* 18.
lib. 4. *recopilat.* ibi, *peche al Alcalde dies mara-
ne por la osadia*, ad idem aurea, *in l.* 15. *lib.* 2.
fori, quod venit intelligendum de aureis mara-
petinis. † Quorum plerumque fit mentio in 24
veteribus constitutionibus huius Regni, quo-
rum quilibet sex valebat marapetinos monetæ
currentis tempore Regis Alfonsi decimi: sic fa-
cere videtur Textus *in l.* 114. *styli*, In verbis ibi,
*e ficolos pesar con su moneda, y por peso fallaron que
los seis maravedis de la moneda de el Rey que pesa-
uan vn maravedi de oro.*

Quilibet tamen marapetinus Alfonsi Regis 25
illorum qui dicebantur boni pro decem vale-
bat eorum, quibus his temporibus vtimur, vt
probatur ex *l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 4. *ordinam.* ibi, *seis-
cientos maravedis de los buenos que son seis mil mara-
uedis de esta moneda*, quæ hodie est, *lex* 1. *tit.* 10.
lib. 4. *compilationis.* † Sed nunc constat quem- 26
libet aureum marapetinum illius antiquæ mo-
netæ, de quibus loquitur, *dict. l. fori*, corres-
pondere sexaginta marapetinis, quibus nunc
vtimur ex ære, vt ostendunt, Couar. *lib.* 1. *var. c.* 11.
n. 4 & *de veterum numismatum*, *c.* 5. *n.* 4. Pax plura
adducens ad leges styli, *in d. l.* 114. *per totam.*

Vnde

27 Vnde ad nostrum propositum, cum Balboa *in dict. cap. vt debitus* 59. *hoc tit. num.* 4. *in fine*, dico quod decem relati marapetini, quibus puniendus venit appellans, cum conuicio Iudicis, debent hodie æstimari secundùm valorem sexcentorum marapetinorum nostri temporis, quæ condemnatio procedit ex iniusta appellatione, ex qua non leuis iniuria Iudici irrogatur, ex *l. fin. in fine, Cod. quando prouocare non est necesse*; adeo vt Maranta existimet, *in praxi, p.* 6. *actu* 2.
28 *num.* 328. † Et ante eum Accursius *in dict. l. fin.* Iudicem à quo iniustè appellatum est habere aduersùs appellantem actionem iniuriarum. Nec aliud colligitur ex Textu *in l. & in maioribus, Cod. hoc tit.* dum videtur ex ea probari non oportere, vt Iudex existimet iniuriam sibi fieri eo quod litigator ad prouocationis auxilium conuolauerit, quia Textus ille loquitur iniusta appellatione, secundùm quæ longe adduxi de eius intellectu, *in c.* 11. *hoc tit.* & secundùm Textum *in l.* 1. *ff. hoc tit. l. præfecti pætorio, ff. de minor.*
29 Ad quartam quæstionis partem, numquid appellans friuolè; & calumniosè in criminalibus, etiam puniatur sicut in ciuilibus causis; in quo dubio præmissis quæ adduxi, *suprà*, in versiculo, *ad secundam*. & in terminis nostri dubij docet, Franch. *in cap. vt debitus, hoc tit. num.* 43. *versus finem*, versiculo, *in Glossa*, verbo, *in expensis*, quod si appareat in causa criminali fuisse appellationem interpositam; nunc appellans perdat litem: refert Scaccia *de appellat. quæst.* 2. *num.* 2. *num.* 52. versic. *at appellatio* qui verò, in versic. *sed quidquid sit de Iure Ciuili*, ait vt calumniosè, vel temerè appellans de Iure Canonico solùm puniatur in expensis, vt docuit Franchus *in dict. cap. vt debitus honor*, *n.* 43. *in fine*. Et consue udine ita videri seruatum dixit idem Scaccia, quod ego sic quotidie video practicari, etiam in criminalibus causis.

AD TEXTVM
IN CAPITE XVI.
Ad Præsentiam, hoc Tit.
PRÆMISSVM.

I. AD materiam huius Textus, quatenus pertinet ad eam, quæ est de attentatis dico late *infra in cap. bona* 51. *hoc tit.* II. Et quatenus agit de excommunicato absoluendo, pendente cognitione appellationis, applicabis quæ longe dico, *infra in c. pastor. §. verum, hoc tit.*

III. Et in versic. ibi, *Licet non esset excommunicatus de Iure; de facto tamen fecerunt eum absolui*: per hæc verba agunt Doctores de absolutione censuræ, & excommunicationis ad cautelam, de quo, *alibi*, & *sub tit. de sententia excommunicationis.*

IV. Et ibi, *Quod post excommunicationem contra appellationem factam diuina cantauit nullatenus inquietis*: per hæc verba posset de pluribus inquiri; quæ sunt prohibitis agi ab excommunicatis circa spiritualia, de quibus *sub tit. de sent. excomm.* aliqua, *in c. ad probandum de re Iud.*

V. Et ibi, *Nullatenus inquietes, sed ad eum statum reducas omnia, in quo erant appellationis emissæ tempore*: per hæc agi valeat de reuocandis attentatis, appellatione pendente, de quo dico, *in dict. cap. bona* 51. *hoc tit.* plura notaui, *suprà in c.* 1. *hoc tit.* De hoc Textu dixit Balboa *sub d. c.* 1. *hoc tit.* & *in cap. præterea* 40. alia notat, Barbosa; quæ latiori calamo diluuntur in locis iam dictis.

AD TEXTVM
IN CAPITE XVII.
Cum Teneamur, hoc Tit.
PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 L. nulli, Cod. de Iudiciis, *remissiuè*, numero 3. & 4.

PRæcipua etiam, & principalis conclusio 1 pertinet ad reformationem attentatorum, appellatione pendente, de quibus notaui, *suprà in cap.* 1. *hoc tit.* & ex proposito dico, *infra in cap. bona* 51. *hoc tit.* expendit Balboa *in dict. c.* 1 *à n.* 52. & *in c.* 1 *de causa possessionis, & prop. n.* 58.

Et quia Doctores solent per hunc Textum 2 agere de reformanda possessione turbata à Iudice ad quem facit dubium regula, *l. nulli, Cod. de Iudiciis*, vt continentia causæ non diuidatur, de qua dixi latissimè, *sub cap. fin. de Iudiciis, quæstione* 1. Et ad plures casus huius regulæ leges Riccium *collect.* 368. ad Textum, *in dict. l. nulli.* † Eum etiam videbis, & applicabis, 3 *in collect.* 991. *super cap.* 1. *de foro compet. lib.* 6. quatenus docet, quod Iudex appellationis, non potest articulum omittere, & causam principalem cognoscere, vbi ad plures alios casus, & ad Textum nostrum, *infrà in cap.* 17. † De 4 turbatis, seu spoliatis in sua possessione restituendis, aut protegendis dixi plura, *sub tit. de rest. spoliat* quæ hic applicari valent, conducunt *d. in c.* 11. *hoc tit.* vt *infra*, apparet, à versic. *vnde iam*, ex dictis.

QVÆSTIO I.

Quare Iudex à quo possit reformare possessionem turbatam, super qua appellatum est, cum iam appellatione pendente Iudex esse desierit, & causa appellata pertineret ad Iudicem ad quem: Et an Iudex ad quem possit inhibere Iudici à quo in Iudicio possessorio: Et an ex eo quod appellans petat à Iudice à quo, vt reformet possessionem turbatam, appellatione pendente, censeatur appellationi renunciasse: Et an Iudex ad quem possit omittere aliquid circa quod fuit appellatum: Et an terminus inutiliter detur pendente appellatione ab interlocutoria super articulo præiudiciali lata?

SVMMARIVM.

1 *Argumenta proponuntur, n.* 2. 3. & 4. *diluuntur, n.* 39. 40.

5 *Intellectus plures reformantur ad Textum nostrum*, n. seq. *primus.*

6 *Ordinarius iudex potest in articulis separatis procedere non obstante appellatione, & num.* 7.

7 *Intellectus secundus, & impugnatur, numero* 8.

9 *Intellectus impugnatur, n.* 10.

Iudex à quo potest omnia, quæ tendunt ad faciliorem exitum facere, absque periculo attentati, n. 12. 27. 29.

11 *Intellectus quartus Hostiensis.*

12 *Intellectus quartus Baldi improbatur, numero* 13.

Iudex à quo respectu tertij turbantis potest reformare possessionem turbatam, n. 15.

14 *Intellectus quintus vbamisij improbatus.*

15 *Intellectus sextus improbatur, n.* 16.

17 *Intellectus septimus Balboæ.*

18 *Intellectus octauus improbatur, n.* 19.

20 *Intellectus nonus Balboæ impugnatus.*

21 *Intellectus decimus Panormitani.*

22 *Intellectus vndecimus.*

23 *Præmissa aliqua ad verum intellectum, n.* 24. 25 26. 27 28.

24 *Iudex debet procedere sine mora in reformatione turbatæ possessionis, & non obstante appellatione in causis, quæ celeritatem desiderant, n.* 25. 26.

26 *Excommunicatio propter periculum transitus ad secundas nuptias, tenet etiam pendente appellatione.*

28 *Iudex à quo potest cognoscere, an sit deferendum, vel non appellationi, etiamsi canonicè fuisset inhibitus.*

29 *Iudex à quo tanquam magis instructus potest turbatam possessionem reformare, si Iudex ad quem eam æquæ de facili nequeat reformare, num.* 38. 54.

30 *Sequestratio fructuum rei possessæ tenet non obstante appellatione*

31 *Prælatus queit non obstante appellatione compellere ad residentiam, & constituere vicarium substitutum, absoluere excommunicatos, & vt impensæ funeralium soluantur; exequitur visitationis præcepta, prouidet Ecclesiæ habentes curam animarum, & alia, n.* 32. 33.

32 *Iudex à quo potest mandare, vt appellans caueat de damno infecto, vt testes valitudinarij recipiuntur, vt mortui sepeliantur, prouidet minori de tutore, iubet inuentarium fieri.*

33 *Iudex à quo auffert à prodigo bonorum administrationem, & seni decrepito, reficit pontes, & itinera, & capit debitorem suspectum, præstat famulis salaria, & facit alia*, remissiuè, *n.* 34.

35 *Iudex à quo ad reformandam possessionem turbatam, habet plenam iurisdictionem procedendo ordine summario, n.* 36. *expenditur, num.* 37.

36 *Intellectus ad Textum nostrum.*

37 *Summarissimum iudicium vocatum del interim certum ordinem exposcit.*

39 *Possessio turbata aliquo modo defert à causa appellata, nec comprehenditur in appellationis iudicio, n.* 40.

41 *Inhibere potest iudex ad quem iudici à quo: fallit, num.* 43. *vbi de facilitatete inhibendi in Roma.*

42 *Appellatio in iudicio possessorio admittitur, quando appellandi ratio est in promptu.*

43 *Appellatio, quæ legitima non est ex contentis in in ipso processu, non retardat executionem.*

44 *Appellans petens coram iudice ad quem turbatam possessionem, reformari non censetur appellationi renunciare, numero* 45. 46.

45 *Renunciatio appellationis non inducitur ex petita reformatione possessionis turbatæ coram iudice à quo.*

46 *Factum ad vnum finem, non debet contrarium effectum operari.*

47 *Permissum fauore appellantis, non debet retorqueri in odium.*

48 *Iudex appellationis non debet eius articulum omittere, nec causam delegare, num.* 49. *nec de causa principali cognoscere, num.* 51. 52. 53.

50 *Iudex appellationis si appellatum est à sententia super possessorio, petitorio suspenso, nequit super vtroque pronunciare.*

54 *Iudex grauaminis, quando non obstante appellatione cognoscat de eo, & de causa & num.* 55.

56 *Iudex inferior, quid causa appellationis habet ius cognoscendi, non potest vigore appellationis ab interlocutoria retinere cognitionem principalis negocij, nec de eo tractare.*

57 *Terminus nulliter datur pendente appellationem articulo præiudiciali vero nisi pars non instet tunc enim iudex valide procedet ad vlteriora in causa principali vel si articulum despiciat, n.* 58.

58 *Appellatio ab interlocutoria in articulo præiudiciali non ligat manus.*

AD primam, dubium faciunt sequentes considerationes; prima quia Iudex à quo, nihil 1
potest appellatione pendente innouare, ampliusve de causa cognoscere, *l.* 1. *& toto tit. ff. nihil nouari appell. pendente, c. non solum, hoc tit. lib.* 6. † Secunda quia si Iudex à quo detulit appellationi suspensa, & quasi abdicata manet eius Iurisdictio, *cap. cum appellationibus friuolis, cap si à iudice, hoc tit. lib.* 6. *cap. pastoralis* 28. *§. præterea, cap. super quæstionum* 27. *§. fin. de officio delegati.* 2
† Tertia quia totius causæ cognitio Iudici ad quem appellatum est, deuoluitur, *cap. vt debitus honor, hoc tit. dict. c. cum de appell.* † Quarta quia si post receptam appellationem aliquid aliud in causa impedimento factum fuerit, cum adire Iudicem oportebit; quem appellare quis debet, vt docet Vlpianus à parte, *in l. ei* 5. versic. *sed et si, ff. hoc tit.* ergo si ad Iudicem ad quem spectat cognitio super negocio principali, item super turbata eius rei possessione, alias diuideretur causæ continentia, contra manifestas regulas Iuris, de quibus latè dixi, *in c. fin. quæ.* 1. *de iudiciis.* 3 4

His, & aliis redditur nimis difficilis nostri Textus decisio: quare in eius declarationem referam nonnullos intellectus à Doctoribus scriptos, & authumatos, fit primus Iuxta Glossam hic, quæ existimat Textum nostrum loqui de articulis separatis, & distinctis ab appellatione. 5
†In quibus potest ordinarius à quo, non obstante appellatione 6

appellatione procedere, cum in eis, non sit eius Iurisdictio suspensa, iuxta Textum, *c. ad hac 6. hoc tit. c. praeterea 12. c. peruenit 24. eodem*, & cum articulus de possessione turbata, de quo hic fuisset distinctus à causa proprietatis, de qua in appellationis Iudicio agebatur, *l. naturaliter, § nihil commune, ff de acquirenda possessione*, de quo plura, *in d. c. fin. de iudiciis*, & *sub Rubr. & tit. de causa possessionis, & prop.* sequitur vt pro turbatione possessionis praedictae, potuisset adiri Iudex à quo; Iuxta quem intellectum veniunt ponderanda verba hic, *ea, de quo appellatio interposita est praetermisso*, quibus videtur fuisse distinctum, & separatum articulum; itaque si haec est vera declaratio, satis confirmabitur ex his, quae ad luxi, *sup. in Rubr. quaest. 6.* sub versic. *ad quartam*, & *in c. 7. hoc tit. q. 2. versic. ad vltimam*, vbi dixi de Iudice qui cognoscit super articulis, à quibus non fuit appellatum.

7 Et secundam praedictum intellectum video, *hic* Barbosam *sub num. 4. versic. sed facilius*, cum Scaccia *de appell. quaest. 11. num. 17. & 19.* variis casibus exemplificante illum praestare, & cum Decio *n. 1. in fine*, hic eo quod resoluatur difficultas relata ex illo, in quam principio, vt per appellationem tantùm suspendatur inferioris Iudicis Iurisdictio; & ad superiorem deuoluatur; quoad causam, & articulum super quo appellatum est, non ad alios articulos, vel causam diuersam; eo quod hic fuerit appellatio proposita super proprietate, tantùm, diuersusque fuerit articulus turbatae possessionis, super quo nec Iudex inferior pronunciauerat, nec ad superiorem de eo sit appellatum.

8 Ab hac tamen declaratione, etsi communi, & secundùm regulas Iuris recedunt communiter Doctores; tum quia diuinatoria est; tum quia non constat fuisse definitum tantùm super proprietate, & à tali prononciatione appellatum; tum quia probabilius est de vtroque possessorio, & petitorio actum fuisse; & ob id appellatum fuisse super eis, & tota causa, quae vertebatur, tum quia ex iam adducta regula generali, *l. nulli Cod. de iudiciis, c. 1. de causa possessionis, & propiet.* Iudex ad quem, qui iam de proprietate cognoscebat; debebat etiam de possessionis turbatae reformationis cognoscere, nec continentia causae diuideretur.

9 Alij inquam dixerunt, quod quoties appellatus, aliquid in praeiudicium appellantis attentat, v. g. si illum in sua possessione turbasset Iudex à quo absque periculo attentati, possit reformare possessionem ex regula Textus nostri; eo quod Iudex à quo potest omnia, quae tendunt ad faciliorem appellationis exitum facere sine periculo attenti, Maranta *in speculo p. 3. part. 6. princip. quaest. 8. num. 183.* Duenas *regula 41. num. 16.* Lancelotos *de attent. c. 12. limit. 4. per tot.* quia ve etiam dicit cum pluribus Salgado *de protectione Reg. p. 1. c. 4. n. 257.* Duenas *sup. limit. 17.* asserentes id necesse attrutatum nec vt tale reuocari.

10 Ab hac tamen communi sententia recedunt multi; quos refert Vbamesius hic existimans, vt in nostro Textu nullum Ius singulare versetur. Et quia, vt iam dixi per appellationem suspenditur Iurisdictio inferioris in totum, & ad superiorem deuoluitur ex *c. si à iudice cum vulgatis, hoc tit. lib. 6.* ob idque Decius *hic dict. n. 2.* validè hanc impugnat, eo quod Textus hic minime considerat faciliorem appellationis expeditionem, quia per reformationem possessionis priuatae, appellatione pendente; non ideo facilius articulus ipse appellationis expeditur, vt contingit, *in c. 2. de matr. contracto contra interdictum Ecclesiae*, de quo Sahagun *in c. 1. de sequestr. possess. & fruct. n. 114.*

Hostiensis autem, quem refert Vbamesius *hic* 11 dixit turbatam appellantis possessionem, non esse à Iudice à quo reformandam, sed à Iudice ad quem; & sic ex particulari ratione hic reformatam fuisse à Iudice à quo videlicet ex conditione illius, ad quem illa decretalis Epistola dirigitur, quasi Iure singulari haec potestas reformandi turbatam possessionem, appellatione pendente, ex Pontificis indulgentia esset concessa generaliter Archiepiscopo Cantuariensi, vt cum longa esset ex Anglia ad sedem Apostolicam via appellantibus ad illam Archiepiscopus ipse posset succurrere, si aliquid in contemptum appellationis innouatum esset, quasi posset id facere Archiepiscopus ex delegatione Pontificis. Hanc autem interpretationem, quam securam possemus dicere, Doctores communiter non admittunt, cum extrictius interpretentur verba Textus nostri, quam ipsa patiuntur.

Baldus verò hic existimauit Textum nostrum 12 loqui de tertio turbante possessionem appellantis, non de Iudice, vel appellato: nam tunc poterit Iudex à quo turbatam possessionem reformare, quia appellatio respectu tertij, qui in causa non litigauit, non suspendit eius Iurisdictionem argumento Textus *in l. creditor 60. in principio, ff mandati, c. super eo 15. de officio deleg. c. constitutus 30. de testibus, c. Romana, § in alium, hoc tit. lib. 6.* argumento eorum, quae dixi latè, *in c. 17. & c. penult. de sent. & re iudic.* † Sed 13 hanc interpretationem ad intellectum nostri Textus improbant communiter etiam Doctores, quia hic non apparet tertium possessorem turbasse; et si de tertio esset intelligendus, superflua essent relata verba, *ibi eo de quo appellatio interposita est praetermisso*, cum articulus appellationis tertium non tangat, quia nec litigauit, nec appellauit.

Et Vbamesius *hic*, quem sequitur Balboa *in* 14 *dict. c. 1. hoc tit. num. 53. in fine*, dicit necessum esse, vt Textus noster intelligatur de possessione appellantis ab appellato turbata; quoniam nec verba patiuntur, vt intelligantur de possessione ab ipso appellante turbata, cum eo casu maius esset appellantis periculum, si non deferret propriè appellationi, *c. constitutus 46. hoc titulo.*

Alij etiam existimant, vt cum necessum sit 15 nostrum Textum intelligi inter appellantem turbatum, & cum contra quem appellatur turbantem, debet noster Textus intelligi de turbata possessione, non eius rei, de qua in appellationis Iudicio quaestio erat, sed de alia quasi propter connexitatem causae difficilius posset de ea cognosci, praetermisso appellationis articulo.

† Tamen hoc etiam intelligi non potest, nam 16 sicut verum est, quod appellans, non eximitur à Iurisdictione Iudicis à quo, nisi in causa, in qua appellatum est, sic etiam, & est verum, quod poterit aduersarium coram eodem Iudice ex ordinaria Iurisdictione de alia re conuenire. † Ob idque Balboa *supra in dict. c. 1. hoc tit. num. 54.* intel- 17 ligit

ligit Textum nostrum, cum communi, vt loquatur de possessione turbata appellantis ab appellato eiusdem rei, de qua tum in possessorio, tum in petitorio Iudicio in causa appellationis quæstio agebatur.

18 Alij etiam voluerunt Textum nostrum intelligere, videlicet, vt Iudex à quo potuisse reformare possessionem turbatam, quia cum de proprietate cognouisset, debuerat etiam cognoscere de possessione, ne continentia causæ

19 diuideretur ex iam adductis. † Sed hæc interpretatio communiter repellitur ex eo quia diuinatoria est, cum ex Textu nostro non constet, an fuerit appellatum super possessione, vel super proprietate; & quia si Iudex ad quem de proprietatis causa cognoscebat, debuit etiam de reformatione possessionis cognoscere ex eadem ratione, ne continentia causæ diuideretur.

20 Balboa inquam, *in dict. cap. 1. hoc tit. dict. num. 54. in fine*, resoluit ex communi, vt quamuis Iudici, ad quem pertineat attentatorum reuocatio, vt *in cap. non solum, hoc tit. libro 6.* nihil vero repugnare rationi, si Iudici à quo permittatur eiusdem turbatæ possessionis reuocatio: nam, etsi lata semel sententia functus sit officio suo, *l. iudex postea quam, ff. de re Iudic.* eiusque Iurisdictio interposita appellatione suspendatur, *l. 1. ff. nihil nouari appellatione pendente*; adeo vt nec possit compellere litigantes, vt post appellationem coram ipso compareant, *c. si à iudice, hoc tit. lib. 6.* nihil autem vetare, quominus, si velit quasi renunciando Iuri suo ad eum, à quo appellauit reuertere, petendo absque periculo desertæ appellationis, vt sibi per aduersarium turbata possessio reformetur, si malit, quod hæc reuocatio à Iudice ad quem fiat, vt nec in tali casu Iudici à quo id permittatur: ita ille. Hæc etiam interpretatio vt multùm etiam laborat ex iam consideratis.

21 Sed Panormitanus *hic numero 4.* Philippus Francus *num. 2.* Maranta *de ordine iudicior. 6. p. num. 185.* Herculanus *de attentatis, c. 30.* Couarruuias *in pract. cap. 23. num. 2.* Guido Pap. *cons. 4. num. 6. & cons. 124. num. 3.* Afflictis *decis. 98. & decis. 352.* & relati à Menochio *de recuperanda remed. 17. num. 37.* dicunt vt hic attentatorum hodie æquitas pontificia possessionis reformationem ordinario commiserit, qui ad hoc potentior est; ita tanquam pinguius remedium ei concedatur, qui pendente appellationis remedio in possessione turbatur: Hæc tamen videtur habere singularitatem, cum attentatorum reuocatio ex *dicto cap. non solum, hoc titulo, lib. 6.* pertineat de Iure Iudici appellationis.

22 Abbas verò *hic numero 5. & 6.* istos intelle-

23 ctus retulit ad Textum nostrum. † Sed vt ego eius decisionem imperatam de Iure videam, imo quasi constituentem regulam generalem duxi ad verum eius intellectum nonnulla prælibare. Primo inanem esse inter Iuris interpretes disputationem, an super possessione, vel proprietate in Textu nostro fuisset appellatio interposita, quia etiam si super possessione, adhuc ex Textu nostro posset Iudex à quo eam reformare, vt *infra*, dico.

24 Secundo quod in reformatione possessionis turbatæ, debet Iudex procedere sine mora, aut vlla cunctione breuiter, & summarie, quia causa turbatæ, vel amissæ possessionis celeritatem desiderat, ad hoc vt turbatus, & spoliatus statim restituatur, aut desinat inquietari in tali possessione ex longe adductis, *in cap. in litteris 5. cap. conquerente cum aliis de restit. spoliator. cap. fin. de ordine cognit. l. momentariæ, Cod. vnde vi, l. si quis, Cod. ad legem Iuliam de vi.*

Tertio quod in causis, quæ celeritatem desiderant, potest Iudex procedere, non obstante appellatione, vt patet ex longe adductis, *supra in Rubrica, & in c. 11. hoc tit.* † Facit, 25 26 Textus *in dicto c. secundo de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ*, vbi propter periculum transitus ad secundas nuptias tenet excommunicatio, etiam pendente appellatione, quia breue remedium hoc in casu desideratur: argumento eorum quæ dixi, *suprà in cap. litteras de restit. spoliat.* & quæ adduxi, *suprà in cap 6. de iudiciis, quæst. fin.* vbi de ordine procedendi in causis summariis.

Quarto quod Iudex à quo potest facere ea 27 omnia, quæ tendunt ad faciliorem exitum appellationis; ita vt ad hoc non censeatur eius Iurisdictio suspensa per appellationem, vt tenet Glossa hic; obidque poterit appellanti præfigere terminum ad prosequendam appellationem, vt latè iam dixi, *in c. 4. cap. 5. & cap. 8. hoc titulo.*

Quinto Iudex a quo potest cognoscere, an 28 sit, vel non sit deferendum appellationi ex dictis, *suprà in Rubrica, & in dicto cap. 11. hoc tit.* Francus *hic num. 18.* quod procedit etiam si Iudex à quo Canonicè fuisset inhibitus per Iudicem ad quem, quia potest Iudex à quo post prædictam inhibitionem facere ea, quæ tendunt ad faciliorem exitum Octauianus Vestrius *in praxi, lib. 8. cap. 4. num. 7.* Lancelotus *de attentatis, cap. 12. limit. 4. num. 19.* Et ex eadem ratione poterit reuocare interlocutoriam sententiam etiam post appellationem, *cap. vt debitus honor, cap. cessante, hoc titulo*, & alia plæraque.

Vnde iam ex dictis existimo animum Ponti- 29 ficis Alex. III. hic fuisse solum intendere, vt Iudex à quo tanquam magis instructus, posset turbatam possessionem, quasi remedio attentatorum reformare; eo quod prædicta reformatio negotium non tangeret principale; imo tenderet in faciliorem exitum causæ appellationis, quod celerem reformationem requirebat, cum scandalum, vel periculum in mora timeatur, & non facilis sit ad superiorem recursus: pro qua interpretatione loquuntur Abbas, & Decius *hic*, Francus *num. 7.* Præpositus *num. 19.* Octauius *in praxi Curiæ Romanæ, lib. 8. cap. 4. num. 3.* Couarruuias *pract. dicto cap. cap. 23. num. 1. in fine*, Nauarr. *in cap. cum contingat de rescriptis, rem. 4. num. 3. & rem. 5. in princ.* Maranta *de ordine Iudicior. 6. p actu 2. num 196.* Menochius *de recup. remedio vltimo, num. 37.* Cuiacius *in scholis huius Textus in operibus posthumis*, faciunt decisiones Iurium, *in dicto cap. 2. de Matrimon. contracto contra interdictum Ecclesiæ ex dicto cap. 5. hoc titulo, cap. peruenit el 2. capit. cum cessante eodem, capit. venientes de Iureiurando.*

Et

30 Et confirmatur primo ex Lanceloti Doctrina, *dict. cap.* 12. *num.* 15. *de attentatis, appellatione pendente, num.* 1. dicentis ex eadem ratione teneri sequestrationem fructuum rei possessæ, non obstante appellatione, si fructus dissipentur vel adsit timor dissipationis, quia talis causa celeritatem desiderat.

31 Secundò confirmatur: nam potest prælatus, non obstante appellatione compellere Clericos ad residentiam, *cap. ex parte, cap. qualiter, cap fin. de Clericis non residentibus.* Item constituit vicarium substitutum in Ecclesia propter non residentiam Clerici, *cap. peruenit* 28. *hoc tit.* Item absoluit excommunicatos, præcipuè in mortis articulo, *cap. qua fronte, hoc tit.* vbi Francus *num.* 18. & cum multis Barbosa. Facit etiam, vt impensæ funeralium soluantur, *l. sunt personæ, l. nec corpora, ff. de religiosis domibus, l. fin. ff. de mortuo inferendo.* Facit etiam vt testamenta aperiantur, *l. fin. ff. de appellationibus recipiendis.* Exequitur etiam visitationis præcepta pro morum correctione, vt dixi, *suprà in cap.* 3. Prouidet Ecclesias curam animarum habentes per motum proprium Pij V. incipit, *in conferendis,* docet Garcia *de beneficiis tom.* 2. *p.* 9. *cap.* 2. *numero* 139. Hæc sunt exempla de his, quæ appellatione pendente potest præcipere Ecclesiasticus Iudex à quo appellatur.

32 Imo ipse, seu Iudex laicus, appellatione pendente, potest, ea non obstante, ex causa celeritatis, seu periculi multa facere, & exequi quia oportet, vt in eorum cognitione, sine vlla mora procedat, veluti apparet ex pluribus exemplis adductis, *sub Rubrica huius tituli, & in dict. cap.* 11. *hoc tit.* vbi de multis scripsi præterquæ leges relata & quæ subsequuntur. Nam primò potest mandare Iudex à quo, vt appellans caueat, *de damno infecto ex l.* 1. *ff. de damno infecto.* Secundò vt testes valitudinarij recipiantur, & senes ex dictis, *in supra in cap. quoniam frequenter, vt lite non contestata,* Maranta *de ordine Iudiciorum. p.* 3. *sextæ partis princ. q.* 2. *num.* 195. Dueñas *reg.* 24. *num.* 23. Tertio præcipit, vt mortui humi tradantur, *decisio Rotæ* 8. *in antiquis, vt lite pendente.* Quarto prouidet minori de tutore, *l.* 1. *ff. quando appellat.* Quinto iubet inuentarium fieri, *Authentico de*
33 *hæredib. & falcid.* §. *huic nobis collatione.* † Aufert prodigo bonorum administrationem, *l. Iulianus, ff. de curatore furiosi,* & item furioso frenetico amanti, *l.* 1. *Cod. eodem.* Et seni deliro, seu decrepito, Rota *decis.* 866. *in antiquo, dicto tit.* Reficit pontes, & itinera; *argumento leg. de pupillo,* §. *si quis riuos, ff. de noui operis nunciatione.* Capit debitorem suspectum de fuga, *argumento leg. ait prætor,* §. *si debitorem, ff. quæ in fraudem credit.* Præstat famulis salaria, vt dixi, *in dict. cap.* 11. & operariis mercedem, ex illo Leuitici, *cap.* 19. Deuteronom. *cap.* 24. Tobiæ,
34 *cap.* 4. † Alios plures casus congerunt Rebuffus *tractat. de sententiam passis in prælatione, à num.* 39. *ad* 60. & in sententiis prouisionalibus fere per totum Maranta, & Petrus Dueñas *vbi suprà,* Lancelotus *de attentatis* 2. *p. in limitationibus dict. cap.* 12. Scaccia *hoc tit in limitationibus* 17. *quæstion.* & alij iam adducti, *sub dicto cap.* 11.

35 Verùm hæc, & alia exempla, non videntur propria, aut confirmatoria nostræ decisionis cum relata à Iudice à quo exequantur ex natura cognitionis, & suæ primæ instantiæ, virtute cuius habet in relatis causis, non obstante appellatione, à grauato interposita cognoscere, potest quæ ad executionem suæ sententiæ procedere; imò & in aliquibus causis non deferre appellationi, etiam quoad effectum deuolutiuum, vt iam, *sua dict. Rubric. quæst.* 5. versiculo, *ad quantam,* & *sub dicto cap.* 11. *hoc titulo,* assignaui, in quo iam aliquis ordo Iudiciarius non exigitur in dicto Iudice à quo. Sed cum in Textu nostro ibi, *ordine Iudiciario tibi licebit,* deprehendatur, vt ad reformandam turbatam possessionem, de qua *hic,* ordo Iudiciarius seruandus: sequitur dicendum in ea reformanda habere, atque retinere Iudicem à quo, nonobstante appellatione, plenam Iurisdictionem, iuxta ea, quæ dixi, *in cap. dilecti de Iudiciis, & ibi.*

Tamen respondetur præfata nostri Textus verba, non esse intelligenda de ordine Iudiciario, qui in causis ordinariis obseruari debet, iuxta quæ latè dixi, *à tit. de libelli oblatione cum alias, & in dicto cap. dilecti de Iudic. à quæstion* 7. sed tantum de alio ordine summario, & extraordinario, qui assuescit in causis, quæ breuiter, celeriter, & de plano solent disceri, qualiter adduxi; & exposui, *in dicto cap. dilecti de Iudiciis, quæstion.* 16. *& quæstione* 17. *fin,* vt scilicet, vt ibi, sic & hic ad reuocationem attentorum, hoc est ad reformandam possessionem turbatam appellantis, citatur coram Iudice à quo appellatus turbans; & quod attentata & innouata breui termino probatur, & verificatur, & alia præcedant, quæ solent ad expeditionem causæ summariæ, iuxta tradita à Lanceloto *de attentatis* 3. *p. fere per totam.* † Et iuxta ea, quæ ego dixi de manu tenendo quem in possessionem summarissimam, quæ vocatur, *de el interin,* vbi, etsi in ea procedatur summarissimè, & de plano, admodum tamen desideratur, vt in illius Iudicij prosecutione, vt aliquis ordo Iudiciarius obseruetur, iuxta ea, quæ adduxi de illo Iudicio, *sub cap. licet, quæstion.* 4. *de probationibus, & alibi,* cum Couarruuias *practic. cap.* 17. Postio, Alexandro, Ludouisio, & Beltramino diuersis in locis, & ea, quæ adduxi, *in toto titulo de restitutione spoliatorum,* vbi dixi de celeritate, qua turbatus in possessione, seu ab ea spoliatus, debet manu teneri, seu restitui. 36 37

Sed hæc omnia ad declarationem nostri Textus, & ne vulnerentur regulæ generales, *suprà in principio,* in contrarium adductæ ex visceribus nostri Iuris existimo dispositionem nostri Textus procedere quoties non sic æque facilis, adsit recursus appellantis in possessione turbati ad Iudicem, ad quem appellauit, vt eam turbatam reformaret, nam si à Iudice ad quem ita de facili, & celeriter posset reformari, existimo fallere Textus nostri regulam, per ea, quæ in contrarium adduxi, *numero primo,* tunc enim à causa cessante debuit effectus Textus nostri cessare ex regula, *legis adigere,* §. *quamuis de Iure patronat. dict. cap. cum cessante, hoc titulo, & sic dicta suprà,* in versiculo, *Hostiensis,* in se vera sunt 38

sunt ad declarationem Textus nostri, quem etiam non sic strictè, vt Hostiensis existimauit ego practicarem; imo etiamsi contingeret, quod Iudex ad quem appellatur; eo quod non sit in eodem loco, nec manualiter posset possessionem turbatam reformare absque laboribus, & expensis appellanti turbati, sicut Iudex à quo appellatum est, qui tunc ad faciliorem exitum causæ principalis, poterit turbatum manu tenere; eius possessionem ab appellato turbatam reformandam.

39 Nec obstant in contrarium considerata, quibus satisfit ex proximè adductis pro vera nostri Textus decisione, & declaratione; possumus enim aliquo modo existimare causam turbatæ possessionis ab appellato, appellatione pendente, esse separatam, distinctam, & nouam, & ob id potuisse ex prædictis rationibus secundùm regulas Iudicis adiri Iudex à quo vt eam reformaret, vt circuitus, & sumptus, dilationes, atque dispendia mederentur appellantia turbati.

40 Et confirmatur, quia, etsi voluisses impugnare dicendo sic appellantem compatendo pro reformanda sua possessione turbata, videri ab appellatione destitisse, eique renunciasse, siue tacite, siue expressè, iuxta dicta in vltimo dubio huius quæstionis: tamen respondeo, vt ibi, scilicet articulum turbatæ possessionis non comprehendi in appellationis iudicio.

41 Ad secundam quæstionis partem, an Rex ad quem possit, *Inhibere iudici à quo in iudicio possessorio*, breuiter respondeo cum distinctione, quia, aut inhibitione exprimitur aliqua iusta causa appellandi, quæ constat ex actis, & tunc appellatio debet admitti, quoad effectum suspensiuum, & deuolutiuum; ob idque inhibitionem facto iure procedere, docent Bartolus *in l. fin. num.* 2. versiculo, *sequitur*, *ff. hoc titulo*, Baldus *in l. quisquis*, *numero* 1. *in fine*, *Cod. quorum appell. non recipiantur.*

42 Et quod appellatio admittatur in iudicio possessorio, quando ratio appellandi est in promptu: tradit Contard. *in l. vnica*, *Cod. si de moment. quæst.* 1. *num.* 8. Et secundùm hoc debent intelligi Aufrerius ad Cappell. Tholosanam *decis. fin. numero* 5. Lancelotus *de attentatis* 2. *p. cap.* 12. *limit.* 25. *numero* 16. & 17. dicentes, vt debeat in casu quæstionis propositæ Iudex à quo retardare executionem.

43 Quod si appellatio non sit legitima ex causis contentis in ipso processu: tunc executio non retardabitur; imo Iudex ad quem male faciet Inhibendo Iudici à quo, vt tradunt, Contardus *dict. quæst.* 1. *numero* 37. Sigismundus Scaccia *hoc titulo*, *quæst.* 17. *limit.* 6. *membro* 7. *numero* 103. & in versiculo, *infirer*, singulariter id tradens, *para las inhibitorias que sin vista de el processo da la Rota, y el auditor de la camara*, quæ non sunt parendæ, nisi prius eis constiterit de meritis Iudicij possessorij, viso processu, quod dicit; Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ*, *p.* 2. *quæst.* 145. se habuisse de facto, & obtinuisse, quia, vt refert ex eodem Scaccia *quæst.* 10. *art.* 4. versiculo, *imo*, tanta est inducitur facilitas inhibendi in Roma, vt Notarij in suis Iudicibus ponant decretum, *quod Iudex inhibuit*, & quod volunt ex hoc appellantes introducere stylum.

Ad tertiam quæstionis partem, an petens, 44 qui appellauit in specie nostri Textus, vt Iudex à quo reformaret possessionem turbatam, censeatur appellationi renunciasse. Et vt hoc vberius explices, adiunges quæ *suprà*, dixi, *in Rubric. quæst.* 4. versiculo, *ad secundam*, an appellationi possit renunciari, vbi adduxi casus, quibus etiam tacite appellatio renunciari quæte quibus satis expediuntur, quidam quæ repetuntur hic à quodam interprete distinguente inter renunciationem expressam, & tacitam inter quos ponit compationem appellantis super negocio appellato coram Iudice à quo appellauit, qui etiam dicit in casu nostri Textus non induci renunciationem tacitam, cum vt, iam dixi; articulus turbatæ possessionis non comprehendebatur in appellationis iudicio, ex quo nullum præiudicium sequebatur appellationi, sed in suo statu permanebat, ob idque nullam induci eius renunciationem per petitionem reformationis, coram Iudice à quo factam: vide ad alia quæstionem, *suprà in cap.* 4. *hoc tit. quæst.* 2. *à numero* 1. vbi egi de quæstione, an ex eo quod fit appellationi renunciatum possit illico exequi sententia: Et adiunges dicta, *infra in cap. solicitudinem* 54. *hoc titulo.*

Et confirmatur, nam quotiescumque po- 45 test capi alia coniectura, quam renunciationis ea sumenda est, Decius *in cap. gratum*, *numero quarto*, *de officio delegat.* quia in dubiis non præsumitur velle quemlibet Iuri suo renunciare, Butrius *in cap. accedentibus de priuilegiis*, Surdus *tom.* 1. *consil.* 35. *per totum*, & quod appellans facit circa possessionis reformationem, cum non respiciat ad appellationem, non debeat inducere eius renunciationem, quia aduersis non fit illatio, *l. Papinianus exuli*, *ff. de minoribus*, & actus agentis non debet operari, vltra eius intentionem, *l. omnis*, *ff. si certum petatur.*

Et quod sit ad vnum finem, non de- 46 bet contrarium effectum operari, *l. legata inutiliter*, *ff. de legat.* 3. † Et quod fauo- 47 re appellatis permittitur, non debet in eius odium retorqueri, *l. quod fauore*, *Codice de legibus*: ergo cum hic appellans ad superiorem grauamen sentiret super negocio, à quo appellauit, si interim pendente appellatione appellata pars appellantem in sua possessione turbauit, quàm iste voluit, vt Iudex à quo reformaret restituendo eum, aut manu tenendo in eo statu, in quo ante appellationem erat, clare constat noluisse ab appellatione interposita desistere, nec ei renunciare, imo potius in ea persistendo taorum voluisse, vt absque circuitu mederetur in possessione turbata.

Ad quartam quæstionis partem, quæ 48 spectat ad veram materiam Textus *in cap.* 1. *de foro comp. libro sexto*, de quo, alibi, vbi

vbi Barbosa *n.1.2. & 3.* cum pluribus ab eo relatis breuiter ego sequentes casus adducn, primum, quod Iudex appellationis, non potest articulum appellationis omittere, & causam principalem
49 cognoscere. † Et hinc euenire, vt non possit ipse appellationis Iudex causam delegare, Bellamera *decis.24.* quia solùm cognosceet super deuolutis per appellationem, Paponius *lib.19. tit.1. arresto 5.* quam notat Riccius *collect.992. ad Clement. appel-*
50 *lanti hoc tit.* † Secundo quod si fuerit appellatum à sententia lata super possessorio, petitorio, suspenso non possit Iudex appellationis super vtroque pronunciare, Rota *in decis.15. de re Iud. in antiquis,* quia primo est pronunciandum super causa appellationis, quam super principali. Boërius *de-*
51 *cis.257.* † Tertio quod Iudex appellationis ab interlocutoria, non debet omisso appellationis articulo de causa principali cognoscere, vt est deci-
52 sum apud Laurent. Auinion. *decis.102.* † Et hoc quamuis verba rescripti includerent etiam cognitionem negotij principalis, Bell. *in decis.419.*
53 † Imo & simile commissiones emanarent super negotio principali quia non censetur commissum nisi Rota *in decis.67. hoc tit.* Quæ sunt vera nam censetur grauare Iudex, quia articulos partis aduersæ tacitè rejecit procedendo in causa principali, vt voluerunt Rota Perus *decis.38.* Rota Bonon. *decis.7.* Senat. Pedemont *decis.26.* Auinon. *dec. 102.* Et an Iudex appellationis faciat vim si cognoscat super capitulis super quibus non est appellatum, dixi *suprà in cap.7. hoc tit. q.2. versic. ad vltim.*
54 Hæc tamen assertio limitatur primo, nam Iudex grauaminis, coram quo etiam de negotio principali, actum fuit debet de grauamine prius, seu de toto negotio principali cognoscere. Et sic videtur contra nostrum Textum dicendum ipsum debuisse de grauamine turbatæ possessionis cognoscere, quod est verum, vt iam dixi, quando vterque Iudex appellatus, & appellationis essent eiusdem loci, seu esset facilis ad Iudicem ad quem recursùs, relatam limitationem probant, decisio Triuels 6 & Riccius, *sub dicta collect. 992.*
55 † Secundo limitatur, nam commissio appellationis tribuit Iurisdictionem, vt possit pronunciari, tanquam in prima instantia, omissa appellatione, quando habet clausulam, & *totius negotij principalis*, voluit Burgin. Ceuall. *in decis. 7.* & Guido Pap. *decis.36.* dixit pro limitatione doctrinæ adductæ *suprà*, vt Iudex appellationis habeat Iurisdictionem in territorio ordinarij.
56 Vnum tamen notabis pro complemento, quod Iudex inferior, qui de causa appellationis habet Ius cognoscendi, non potest vigore appellationis ab interlocutoria, nisi ab ea fuerit appellatum; retinere cognitionem negotij principalis, nec de eo tractare, etiam ex consensu litigantium, Couarruuias *practic. cap.9. num.6.* Scaccia *hoc titulo 17. limitat.47. memb.2. n.9. & 11.*
57 Ad tertiam quæstionis partem, an terminus nulliter detur pendente appellatione ab interlocutoria super articulo præjudiciali lata, & dari Doctores tenent quia articulus si appellatio debebat admitti velut præjudicialis est quo pendente non potest procedi in causa principali nisi nulliter Magondeus 37. Lancelotus *de attent. appellat. pend. ampliat. 19.* Giurb. *decis.30. num.13. & decis.31. res. amat res.19.* aut dicens interim supersedendum esse in causa principali vsque quo articulus decidatur quod procedit si pars instet vt pronuncietur super illo præjudiciali ad ea quæ adduxi latè *in cap. tuam de ordine cognit.* alias si non instet certum est posse Iudicem ad vlteriora procedere non obstante præjudiciali articulo nam quando pars non instat quod apponatur littera P, quæ aliud non denotat nisi quod pendet causa vel si Iudex habet illum articulum pro non releuanti, & pro calumnioso, & non apto impedire processum tunc enim Iudex & si pars protestata sit decidi in scriptis, potest nihilominus procedere ad vlteriora, Innocent. *in cap. post. de conces. prab.* Mistril. *decis.120. numero 15. & 16.* Intrigol. *singul. 83. libro 2.* Giurba *decisione 36. à numero 14.* idem Amato *Reg. 91. numero 9. & 10.* qui *à numero 1.* cum multis probat dicens cum infinitis *à numero 5.* quod appellatio ab interlocutoria in articulo præjudiciali non ligat manus Iudicis à quo vt non progrediatur ad vlteriora in causa principali nisi post Canonicam inhibitionem Iudicis ad quem sic vt interim gesta non reuocentur tanquam attentata ex Doctrina *capite non solum hoc titulo, in 6. Clementina 1. de sequest. posses Clementina 1. de Iudiciis*, vbi Doctores pro qui faciunt dicta hic & quæ dico *infrà in cap. 51.*

AD TEXTVM

IN CAPITE XVIII.

Consuluit, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

3 *Appellari non potest à futuro grauaminè, nisi esset irreparabile, vel quando trahit originem à grauamine iam illato, vel si esset comminatum per Iudicem, & in appellatione extraiudiciali, num.4.5. & 6.*

TExtvs iste agit de appellatione vaga, & 1
generali, admittenda, vel non ad quod applicabis quæ dixi *suprà in cap.1. de libelli oblatione, quæst.2. versic. ad secundam.* Et de hoc dixi remissiuè *suprà in cap... hoc tit.* & an valeat appellatio alternatiua *in cap.7. hoc tit. q.1. versic. ad vltim.* & applicabis plura dicta in toto illo Textu, quæ conducunt ad appellationem generalem vagam, alternatiuam, & quæ fit omisso medio.

Et quatenus ex hoc Textu agit Balboa *in c. vt* 2
debitus honor hoc tit. n.1. & 30. de quæstione an sit necessaria causæ expressio ad appellandum ab interlocutoria: applicabis quæ dixi *suprà in Rub. hoc tit. q.5. versic. ad quartam*, vbi egi de dubio, an in proponenda appellatione ab interlocutoria, seu diffinitiua, sit in praxi forma diuersa.

In verbis ibi *ab omni grauamine*: notant hic 3
Doctores, quod à futuro grauamine appellari non potest, probant Barbosa *hic num 1.* cum Scaccia *hoc titulo quæstione 1. num.43. & quæst.5. num.101.* de quo dixi *suprà in cap. 10. hoc titulo,* vbi *num.110. limitat.* vt non procedat in casu quo grauamen esset irreparabile, per appellationem subsequentem. † Et *num.111.* li- 4
mitat, quando futurum grauamen trahit ori-

ginem à grauamine, iam illato, & appellatio
5 interponitur ratione vtriusque. † Et *num.* 114.
pariter limitat, quando futurum grauamen esset comminatum per Iudicem, quia tunc à futu-
6 ro huiusmodi grauamine posset appellari. † Et limitat denique, vt non procedat in appellatione extrajudiciali.

AD TEXTVM
IN CAPITE XIX.
Cum Parati, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

4 *Rex num queat punire Episcopos, non venientes ad suum rogitum*, remissiuè.

1 NONNVLLA, quæ ad appellationem friuolam spectant dixi *suprà in cap. cap. suge-*
2 *stum* 15. *hoc titulo*, *quæst.* 1. † Et quatenus prima nostri Textus verba denotant, quod Iudex à quo, non obstante appellatione friuola teneatur obedire superiori; ideo applicabis quæ dixi *supra in cap. sugestum* 15. *in principio*, *& quæstione* 1. vbi dixi, quod citatus, vt litiget coram Iudice non suo, aut in competenti, tenetur comparere, saltim ad allegandam incompetentiam, possunt applicari nonnulla quæ dixi *supra in cap.*7.*hoc titulo.* Et applicabis ad quæstionem *in cap.*1. *de Iudiciis*, *quæstione* 14. an Iusta causa de non comparendo excuset citatum à contumacia, & alibi.

3 Et in versiculo ibi *cumque*, & ibi *quod in legatione Regis esses*; *& ideo non potuisses ad vocationem prædicti Cardinalis accedere*: per hæc verba applicabis plura dicta *suprà sub cap. penultimo*, *& fin. de foro competenti*, quatenus in legatione occupatus, durante, non teneatur comparere in Iudicio vocatus, & *in dicto capite fin. à quæstione* 20. plura de priuilegio legati, quo ad forum Iudiciale.

4 Et in versiculo ibi *te suus Nuncius inuenisset*, qualiter nuncio asserenti, seu restificanti se aliquem citasse, aut vocasse, credatur dixi latè *supra in capite* 7. *de Probationibus*. *& in cap.*11. *eodem quæstione* 4. *à numero* 1. & *à numero* 9. & tradunt Balboa *in cap.*4. *de probation. à numero* 10. & an cursori credatur, Menochius *de arbitrariis, libro* 2. *cent.*2.*casu* 112. notat ex pluribus Barbosa *hic* videndus, congerit Riccius plura *collect.*1169. vbi ponit etiam limitationis septem, & duos casus notabiles.

5 Et quia Glossa *in legatione Regis*, ibi *tunc Regi obtemperandum & si ab eo obtineat regalia*: per hanc Doctores agunt de dubio, an si Reges vocauerint, ad se Episcopos teneantur ei obtemperare, & præter congesta à Barbosa *hic numero fin.* adjunges quæ ego dixi *suprà in cap.*2. *de Iudiciis*; vbi egi de quæstione an si Reges vocauerint ad suum rogitum Prælatos Ecclesiasticos, si non compareant, possint eos punire: & quid si eodem tempore vocentur à Papa, vel ab Archiepiscopo, cui prius debeant obedire *ibi à num* 9.& applicabis dicta *ibi quæst.*17.

AD TEXTVM
IN CAPITE XX.
Ad hæc, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Appellationem possit qui promisit cum Iuramento stare sententiæ à Iudice latæ. vel ferendæ.*

AD Textum hunc applicabis quæ latè 1
dixi *in capite* 16. *&* 17. *dè Iureiurando*, quatenus agunt de promittente stare Iudicio Ecclesiæ sub Iuramento, & quatenus existat obligatus: alia conducibilia dixi *ibi in capite* 7. *& in capite cum contingat*, *& in capite penultimo*, *eodem titulo.* † Et ad ma- 2
teriam nostri Textus, an appellare possit; qui promisit cum Iuramento, vel qui promisit stare sententiæ à Iudice latæ, aut ferendæ: de hoc cum pluribus agit Barbosa *à numero* 2. ad quod applicabis quæ dixi *suprà* de illo, qui pacto appellationi renunciauit *sub Rubrica quæstione* 4. versiculo *ad secundam in capite præcedenti*, versiculo *ad tertiam*, & *in capite* 4. *hoc titulo quæstione* 2. *à numero* 1. & faciunt adducta *in Rubrica*, *quæstione* 1. *à numero* 1. viderut enim, quod & si appellatio publicè sit introducta, possit appellaturus ei renunciare. Et pro intellectu huius Textus dixi *in dicto cap.*17. *breui*, *de Iureiurando*, *quæstione* 1. *num.*3.

AD TEXTVM
IN CAPITE XXI.
Quæstioni, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. HVIVS Textus materia satis expenditur per notata *in capite præcedenti.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XXII.
Præterea, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. HVIVS Textus materiam explanabis satis per notata *sup. in cap.*6.*hoc tit.*& per notata *in capite cum teneamur* 17. *suprà hoc titulo.* Et faciunt dicta *in cap.*1. *&* 2. *de foro competenti*, quæ ad propositum applicabis, & *infrà in cap.*24.

AD

AD TEXTVM
IN CAPITE XXIII.
Constituti, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. AD textum istum quatenus in versiculo illo *ideoque*, & ibi *Archidiaconus post appellationem, & denunciationem excommunicationis ad nominationem sæpè dicti*, &c. Ad hæc verba adiunges, *infrà dicta in cap. pastoralis, §. verum hoc titulo*, vbi qualiter appellatio suspendat effectus censuræ & exenmmunicationis. Alia ptæter antiqoos notat bic Barbosa. II. Et ego ad Glossam hic de eligendo digniori ad beneficia dico *infrà in cap. graue de preb.* de quo dubio agit præter alios, Couartuuias *in regula peccatum 2. parte §. 7. numero 3.* pet nostrum Textum.

AD TEXTVM
IN CAPITE XXIV.
Proposuit, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

3 *Iudex in delictis notoriis non recusatur*, temissiuè.

1 HVIVS Textus materia quatenus agit de Iudice ordinario appellato adhuc cognoscente contra appellaotem de aliis causis præteritis, siue futuris, & de nouo ortis, non deductis in Iudicio notabis dicta *in cap. 6. & in cap. 22. hoc titulo*, videbis Lanceloтum *de attentatis part. 2. cap. 12. de attentatis appellatione pendente in præfatione, num. 109.* Scacciam *hoc titulo, quæst. 3. num. 46.*

2 Et in versicnlo *Iudex tamen à quo appellatur, quia illi omnino suspectus est, cum non debet ad respondendum, super aliis compellere, nisi pro crimine ad eo graui, & manifesto, quo ipse actu merito sit damnandus*: per hæc verba de dnobus inquiri valet primò de Iudice recusato, & suspecto, de qoo latissimè dixi *in cap. 4. de foro competenti.*
3 † Item quod in delictis notoriis, & manifestis Iudex non tecusatur: ad quod applicabis dicta *suprà in Rubrica, quæst. 4. in princ.* de quo dixi *in dicto cap. 4. quæst. 10.* & norantcr docent Barbosa *hic num. fin.* Farinacius *in praxi quæst. 21. num. 126.* Antonius Gomezios *3. tomo variarum, capite 1. num. 47.* aliqua de ootorio dixi *suprà in cap. 14.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XXV.
Qua Fronte, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

3 *Absoluendus ne sit reus antequam audiatur qui citatus ab actore, venit in Iudicium*, temissiuè.

AD materiam hoius textus applicabis qoæ 1
notaui *suprà in cap. peruenit 53. hoc tit.* de hoc Textu egit Balboa *in cap. 1. hoc tit.* cum tractauit attentatorum materiam, & præter ea, quæ notat *hîc* Barbosa addo ea quæ noto *in cap. præterea 40. hoc titulo, & in cap. pastoralis, §. verùm eodem*, & de attentatis ago latè *infrà in cap. bona 51. hoc titulo.*

Et in versic. ibi *sanè*, applicabis qood adduxi a
suprà in cap. 1. de Iudiciis, quæst. 29. & 30. vbi de
satisfactione præstanda ab excommonicato, vt
absoluatur. Et an si nullam præstiterit, valeat
absolutio † Et applicabis alia dicta *sub cap. intel-* 3
leximus de Iudiciis, & præcipuè ibi *quæst. 24.* vbi
egi de dubio, an reus excommnnicatus, qui citatus venit ab actore in Iudiciom, sit absoluendus, antequam audiatur. Et per hunc Textum qoaliter absolutio excommonicato sit danda, benè Coartuuias *in cap. alma mater de sentent. excommunic. §. 9. 1. p. §. 11. à num. 11.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XXVI.
Reprehensibilis, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicare Prælatus nequit subditos, nisi monitione præmissa*, temissiuè, *num. 2. 3. & 4.*

TEXTVS huius littera diuersam continet 1
materiam, quam sigillatim, temissiuè tanquam, vt pote alibi lungè agitatam; igitur in primis verbis Textus continetur ea generalis conclusio, vt Prælatos subditom suspendere, vel excommunicare non debeat, nisi monitione præmissa, & præter quam quod ex multis *hic* Barbosa *à num. 3.* tractat de monitione, an vna, siue trina; adjunges quæ dixi *suprà in cap. 1. de Iudiciis, à quæst. 22. ad 27.* de qua etiam dixi *in cap. 7. eodem, & in cap. ad probandum de re Iudicata*: adjunges dicta *in cap. pastoralis, §. verùm hoc titulo.*

Et ibi in versic. *Non subiecti contra disciplinam* 2
regularem in vocem appellationis: & ibi *præcipuè in religiosis volumus*, &c. per hæc verba agitur de alia cuoclusione quod religiosi nequeunt

queunt appellate à correctione ad quem videbis quæ latè adduxi *supra in capite* 3. *hoc titulo*.

3 Et in versiculo ibi, *si vero quispiam*, agitur de alia generali conclusione, nempe quod Iudex à quo præfigit terminum ad appellationem prosequendam, qua non prosequuta, Iudex a quo procedet in negotio, ad quam videbis quæ latè scripsi *supra in cap.4. cap.5. & cap.8. hoc titulo.*

4 Et in versic. ibi *si autem in quocunque negotio*, deciditur quod si appellans, non comparet ad prosequendam appellationem,& appellatus comparuit, sit condemnandus appellans in expensis, vt timore pertertitus, non facilè quis appellat in grauamen alterius de quo etiam dixi *supra dicto cap.4. & 5.* item & *alibi sub hoc titulo*.

AD TEXTVM
IN CAPITE XXVII.
Ad hæc, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Recusatio Iudicis suspecti*, remissiuè.

1 LITTERA huius Textus duas materias comprehendit, in prima parte quod Iudex à quo cognoscit de causa si appellans non prosequitur appellationem; iuxta dicta *in cap.4. cap.5. & cap.8. hoc titulo*. Applica dicta *in cap. cum teneamur* 17. *hoc tit.* videbis ad quæstiones à quo Iudice sententia est exequenda *infrà in cap. ad aures*, de quibus Riccius ex nostro Textu agit *collect.* 1809.

2 Et in versic.ibi, *aut si alterutra partium te suspectum habuerit te insistente Iudicem eligant*, &c. occasione huius versiculi agi potest de integra materia recusationis Iudicis suspecti, de qua dixi latè *in cap.4. de foro competenti*, Sed quis, aut qui loco Iudicis recusati, debeant in Iudices eligi, & an interueutione, ad instantiam ipsius Iudicis recusati, dixi latè *ibi sub dicto cap.4.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XXVIII.
Peruenit, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Non prosequens appellationem Canonicus, qualiter priuetur præbenda*. remissiuè.

2 *Residentiam monitus non faciens qualiter priuetur beneficio, & præbenda*, remissiuè.

3 *Canonico appellanti, num prouideatur Vicarius vt pro eo seruiat de fructibus beneficij*, remissiuè.

AD Textum istum, quatenus agit de statuendo termino, vt Canonicus, de quo hic appellationem prosequatur; ita vt si appellationem non prosequatur, priuetur præbenda, propter non residentiam: adjunges dicta *supra in capite* 4. *capite* 5. *& capite* 8. *hoc titulo*. 1

Et de monito ad residendum in beneficio, seu Episcopatu puniendo, & priuando, dico latè *in cap. conquerente 6. de Clericis non residentibus*, & de praxi procedendi in Iudicio, aduersus eos dixi *suprà in cap. fin. de libelli oblatione*, *quæst.*4. §. 23. 2

Ad aliam partem, quæ agit de attentatis, nempe vt non obstante appellatione à Canonico interposita adhuc Iudex à quo possit prouidere, vt fructibus præbendæ nominetur Vicarius, qui in eo seruiat; & qua ratione hoc contingat, dico *infrà in cap. bone 51. hoc titulo*, vbi ago de attentatis reuocandis, aut non. 3

AD TEXTVM
IN CAPITE XXIX.
Consuluit, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Appellari nequit à sententia lata, secundum Canones, leges, aut statuta generalia.*

3 *Appellari potest à sententia declaratoria, quod statutum sit in viridi.*

AT Textum hunc abunde explices quatenus agit de non appellando a Iudice iurisdictionem exequente: applicabis quæ longè dixi *supra in cap.1. cap. de cætero 5. cap. quoad consultationem de sententia, & re Iudicata*, quatenus *ibi*, latè dixi de executore ad sententiam: an ab eo appelletur, & ab eius executione nonnulla dixi *suprà in Rubrica quæstione* 4. versiculo *ad quartam*, & ibi in versiculo *notabis*, & *in capite* 11. *quæst.*4. versiculo *ad septimam*. 1

Et ibi in versiculo *non conuenit*, disputant *hic* à Barbosa traditi, *numero* 2. 3. & 4. de quæstione appellationis factæ contra leges, Canones vel statuta, & decreta, ad quod videbis quæ adduxi *suprà in cap.11. hoc titulo*, vbi egi de dubio, *An sint excommunicati appellantes ab ordinationibus Pontificiis*, *quæstione* 4. versiculo *ad octauam*. Itaque breuiter respondebis vt cum Ius neminem grauet, nequeat appellari à sententia lata secundùm leges, Canones, statuta generalia, & decreta Iuris, iuxta ea, quæ latè tradunt, Salgadus *de Regia protectione tome 1. parte 3. capite 6. à numero 1.* Farinaceius *in praxi quæstione* 101. *limitatione* 12. *numero* 65. Scaccia *hoc titulo quæstione* 17. *limitat* 13. nec à Iudice exequente. 2

Idem tamen Scaccia *limit.*20. *num.*13. Roginel. *hoc tit. num.*89. *cap.*3. limitant dicendo posse appellari à sententia declaratoria, quod statutum sit in viridi obseruantia. Sed quia hic dubitant 3

dubitant Doctores, an à pœna legis possit appellari, applicabis quæ dixi, *supra in cap.3. hoc titulo, quæst.3.* versic. *ad tertiam.* Item adjunges quæstionem de qua *supra in Rubrica, quæst. 2. à numero 1.* an liceat appellari à sententia lata secundum opinionem probabilem.

AD TEXTVM IN CAPITE XXX.

Ad hæc, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio num citatione radicetur*, remissiuè.

1 DVo præcipua continere videtur littera nostri textus disputatione digna. Primum an citatione radicetur Iurisdictio, de quo dixi latissimè, *in cap. penultimo de foro compet. à quæstione 1.* Doctores, *in cap. gratum, & relatum, de officio, & potest Iudicis delegati*; quæ disquisitio suadetur ex verbis textus nostri, ibi *respondemus, si ei constiterit appellantem, antequam partes essent citatæ, vel delegatio causæ peruenisset ad ipsum.* &c.

2 Secundum, nempe de appellatione ad Papam per nuntium, aut itineris arreptionem: de hac dico *in cap. vnico de Clericis peregrinantibus*; & videbis notata *supra in cap. meminimus 10.* & *in cap. suggestum 15. hoc tit.*

AD TEXTVM IN CAPITE XXXI.

De priore, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. PEr textum hunc poteris agere de appellatione; quæ interponitur ad Papam; cui Iudex à quo tenetur deferre; & sic applicabis nonnulla de his, quæ adduxi, *supra in cap.7. hoc tit.*

II. Item quatenus hic Doctores mouent tractationem per vltima verba textus ibi, *de tanto excessu satisfacturum*; nempe qua pœna plectantur non deferentes appellationi interpositæ, & iuxta Glossam hic, quam notabiliter exornat Barbosa *num. fin.* adjunges quæ solent adduci de pœnis, quibus plectuntur attentantes post appellationem interpositam, de quibus dico infrà *in cap. bonæ 51. hoc tit.* Aliqua etiam adjunges ex dictis *supra in cap.17.*

III. Et in versic. *contempsit*, occasio cuius Glossa affirmat; quod si Prælatus modum excedat in correctione, benè admittatur appellatio à correctione præter plures, quos hic adducit Barbosa: adiunges quæ laté adduxi *in cap. 3. hoc Titulo.*

AD TEXTVM IN CAPITE XXXII.

Quia nos, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. DE huius Textu materia satis dixi *in cap. 3. hoc tit.* & ad quæstionem *ibi, q. 3.* versic. *ad tertiam*, vbi de appellatione à lege, vel à statuto pœnali aliqua notanter dixi *suprà in cap. consuluit 29. hoc tit.*

AD TEXTVM IN CAPITE XXXIII.

Ad aures, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. QVod Iudex à quo possit præfigere terminum appellanti ad prosequendam appellationem, quo lapso reassumit iurisdictionem, vt hic probatur satis patet ex his quæ latissimè scripsi *suprà in cap.4. cap. 5. cap. 8. hoc tit.* vbi videbis, probat Riccius *in collect. ad Textum in cap. ad hæc 17. hoc tit. sub collect.* 1809. cuius occasione agit de nonnullis dubiis, quæ subsequuntur in quæstione sequenti.

QVÆSTIO I.

An Sententia lata, à qua appellatum fuit exequatur præiudicium à quo, vel per Iudicem ad quem?

SVMMARIVM.

1 *Executio sententiæ à qua appellatum est quandò fiat à Iudice à quo, aut à Iudice ad quem n.2. 3. & 4. vbi sub distinctione.*

5 *Iudex à quo exequitur sententiam, si scriptura non sint introducta coram Iudice ad quem.*

6 *Executio sententiæ quæ fuerit cœpta infra annum, potest fieri post annum infra triginta annos.*

HÆc inquisitio deducitur ex necessaria consequentia à dispositione prædictorum iurium, nam quoties à sententia lata interponitur appellatio quæ in secunda instantia prosequitur si in ea prima confirmetur sententia, dubium est à quo Iudice executioni mandetur, in quo dubio breuiter, & sub distinctione existimo respondendum. Primo nam aut sententia est expresse confirmata per Iudicem appellationis, & tunc ipse appellationis Iudex exequitur, quia agitur ex confirmante. 1

2 Aut ipsa sententia fuit tacitè confirmata, puta per lapsum instantiæ, aut aliam solemnitatem omissam, iuxta ea, quæ notaui, *in cap. venerabilis pen. de Iudiciis, & in dicto cap.4. 5. & 8. hoc titulo*, & tunc Iudex competens erit primus,

primus, qui ipsam sententiam primo tulit, Iudex scilicet à quo: tradit Mynsinger. *Cent. 5. decisione 94.* sequitur Riccius *dicta collect.* 1809.

3 Secundo dico quod, vel appellans recedit sponte ab ipsa appellatione, vel per viam pacti, & conuentionis partium, iuxta ea, quæ adduxi *suprà in Rubrica quæstione 2.* versiculo *ad secundam*, & *in cap. cum teneamur* 17. *hoc tit.* versiculo *ad tertiam*, & tunc etiam sub distinctione procedit; nam aut petitur executio sententiæ in vim pacti; & tunc exequetur ille, coram quo pactum est factum; ita Copin. *in decisione* 23. & Riccius *suprà* versiculo *aut vero*, aduertit quod pactum istud debet ordinari ad tollendam appellationem, & confirmandam sententiam; secus autem, si ad appellationem tollendam tantùm, quia tunc primus Iudex exequetur: siccum del Castillo *in decis. Rotæ Siciliæ* 84.

4 Vel tertio petitur executio sententiæ; & tunc dicunt Riccius *suprà*, & de Franchis *in decis.* 335. *&* 510. quod quilibet potest, primus scilicet, quia prima sententia manet firma, & ex ea oritur actio: tamen Rota Genuens. vt testatur Cartarius *in decisione* 70. decidit exequendam esse per Iudicem ad quem, qui potest aliquid supplere, si fuerit omissum per Iudicem à quo, quando sententia continet capitula separata, vt ait de Franchis *decisione* 467. & faciunt dicta *suprà q. 6. ad Rub. sub* versic. & *in cap. 7. quæst. 1.* versic. *ad vltimam.*

5 Notat verò del Castillo, *decisione* 83. Riccius *vbi suprà dicta decis.* 1809. *in fine*, quod Iudex à quo exequitur sententiam; si Scripturæ non sint introductæ coram Iudice ad quem, etiam quod non fuerit decisum super desertione appellationis, quamuis vt sententia faciat transitum in rem iudicatam, sit necessaria pronuntia super desertione appellationis, latè Magon. Rotæ Florent. *in decis.* 55. *n. 9. &* 10. itavt debeat etiam citari aduersarius ad dicendum causam *quare, &c.* tradit etiam idem Riccius *in decisione* 93. *Curiæ Archiepiscop. Neapoli.* † Et addit, *dicta collect.* 1809. *in fine*, cum del Castillo *in decis.* 85. quod executio sententiæ, quæ fuerit cœpta infra annum possit etiam post annum, & infrà 30. annos exequi.

6

AD TEXTVM IN CAPITE XXXIV. Ad audientiam, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio præsumptiua, seu tacita qualiter contingat* remissiuè.

2 *Litis contestatio quibus actibus contingat* remissiuè.

3 *Prolatio sententiæ, num requirat à Iudice, vt vtatur condemnationis verbo*, remissiuè.

4 *Consensus tacitus. vt præsumatur consentire Episcopus, vt partes in alium Iudicem consentiant*, item ssi è.

5 *Verbum tenere quando latam condemnationem contineat.*

6 *Regia protectio, vbi tractetur*, remissiuè.

8 *Submittens se Iurisdictioni superioris, quando pro appellante habeatur*, remissiuè.

QVatenus hic in textu nostro git ur de appellatione præsumptiua, quæ non interponitur verbis expressis, sed tantùm inducitur ab ipso actu, subjicientis se protectioni superioris, vt patet ex verbis ibi, *quia tamen postquam, & sua nostra protectioni subiecerat*; ideo possemus hic exemplificae, qualiter hæc tacita appellatio contingat; ad quod faciunt notata, *suprà in cap.* 10. & *in cap.* 15. *& alibi de arripientibus iter ad Apostolicam Sedem, seu ad superiorem*, iuxta ea quæ dico *infra in cap. 1. de Clericis peregrinantibus.* 1

Vnde applicabis ad materiam, quæ adduxi *supra in Rubrica de litis contestatione à quæst. 7. cum sequentibus*, vbi dixi de actis, quibus inducitur litis contestatio. † Item quod adduxi *supra in cap. 1. de Iudiciis, quæst. 28.* vbi dixi de dubio an Iudex in prolatione sententiæ, debeat vti condemnationis verbo; aut satisfit, si vtatur aliis verbis æquipollentibus, seu demonstratione sententiam significante. † Item applicabis quæ adduxi *supra in cap. 1. de foro compet. q. 5.* quatenus ibi dixi de tacito consensu, quo Episcopus præsumitur consentire, vt partes in alium Iudicem consentiant: expendit textum nostrum Scaccia *hoc tit.* † Et quod verbum *tenere*, de quo vtitur Pontifex hic, de sui natura, si præcedat negatio Vniuersalis latam sententiam contineat: tradit ex Tyraquello, & Sairo, Barbosa *hic num. fin.* Farinacius *in fragm. crimin. p. 2.* verbo *lex num.* 44. 2 3 4 5

Et quia etiam hic posset adjungi tractatus de protectione, qua in his Regnis, & aliis practicatur oppressis à Iudicibus Ecclesiasticis; ideo adjunges quæ adduxi, *supra in cap. 2. de Iudiciis, q. 19.* cum aliis. 6

Item quia occasione huius textus potest agi de materia attentatorum per verba ibi, *non debuit. Sine causæ cognitione*, & ibi, *sententiam quam præfatus Episcopus in eundem Presbyterum tulit denuncies non tenere*; ob quod Balboa *sub c. 1. hoc tit.* hunc textum expendit; ideo recurres ad ea, quæ *infra* dico *in cap. bonæ* 51. *hoc tit.* vbi ago de reformandis attentatis, appellatione pendente. 7

Et quatenus resumptio textus nostri est illa, quod si præcedente grauamine quis submmittit se protectioni superioris, habeatur pro appellante, dummodo, seruauerit ea, quæ in appellatione sunt necessaria; id est expresserit, cum non satis sit se, & sua bona submittere protectioni Papæ, sed debeant omnia alia necessaria adhiberi, vt expendit idem Scaccia *d. quæst. 4. n. 22.* cum Franch. *hic n. 2. notab. vlt.* Ideo quæ ista sint perpendes ex adductis *sup. in Rub. q. 3. an. 2.* vbi dixi, an in causa appellationis liceat deducere id omne, quod in prima instantia, & proprius quod dixi, *ibi q. 5.* versic. *ad quartam*, vbi de proponenda appellatione ab interlocutoria, & à diffinitiua, & quæ debeant exprimi; item *ibi*, & in versic. *ad quintam*, vbi dixi de diligentiis, quas debet appellans præmittere, vt eius appellatio subsistat, & exinde poteris applicare dicta *supra in cap. 4. cap. 5. & cap. 8. hoc tit.* 8

AD

AD TEXTVM IN CAPITE XXXV.

Accepta, Hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. QVATENVS ait Textus noster, vt causa non sit à Iudice à quo remittenda appellatione adhuc non iustificata, nisi de partium consensu, applicabis quæ adduxi *suprà in Rubr.* quatenùs dixi de pluribus casibus, in quibus appellationi non defert Iudex à quo ad idem, & latissimè *in cap. 11. hoc tit.* Et applicabis dicta *suprà in eadem Rubrica q. 5.* versic. *ad quartam*, & versic. *ad quintam*, vbi de his, quæ debent exprimi; & fieri ad hoc, vt appellatio iustificetur notaui *in cap. præcedenti.*

II. Iste Textus etiam potest introduci in attentorum materia, quatenùs Iudex à quo non deferens appellationi interpositæ videatur posse inuocare, & attentare, & sic Balboa expendit *sub cap. 1. hoc Tit.* vbi agit de attentatis reuocandis, vel non, quare adiunges notata *suprà in capite 2.* & quæ latè dico *in cap. bona 51. hoc Titulo.*

III. Et quatenùs Barbosa hîc, *num. 2.* cum Gratiano *disceptationum forensium cap. 4. num. 21.* & ex Surdo *cons. 465. num. 10.* dicit ex hoc Textu quod Iudex causæ principalis non possit iudicare in causa appellationis, nisi partes consentiant saltim tacitè; ideò applicabis quæ adduxi dè appellationi renuntiando suprà *in Rubrica, quæst. 1.* versic. *ad secundam*, & *in cap. cum teneamur 17. hoc Titulo, quæstione 1.* versiculo ad *tertiam.*

AD TEXTVM IN CAPITE XXXVI.

Postremo, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Recusatio Iudicum, & consanguineorum qualiter contingat* remissiuè.

2 *Appellatio, & recusatio, num æquiparentur* remissiuè.

1 TEXTVS iste claudit recusationis materiam & quia egi de ea latissimè suprà *in cap. 4. de foro competenti*, Ideò recurres ad ibi dicta, & propriè de recusando Iudice delegato, seu alio Iudice commissionis *ibi sub quæst. 9. & 15. & 27.* item de recusandis Iudicibus consanguineis, & de aliis recusationis causis latè ibi, *quæst. 30. & quæstione 38.*

2 Et ibi *quamuis appellatione remota fuerit ei negotium delegatum* de vi huius clausulæ dixi ibi, *in dicto cap. 4. q. 41.* vbi de quæstione, an ita æquiparentur appellatio, & recusatio *quod delegata causa appellatione remota*, intelligatur virtute huius clausulæ, etiam sublata recusatio, & quando vtraque verificetur: aliquid dixi *suprà in Rubrica quæst. 1.* versic. *ad primam*, vbi egi an Princeps queat remedium appellationis auferre & ibi *q. 5.* versic. *ad sextam*, an possit Princeps appellatione remota causam remittere. De recusatione Aduocati, qui aduocauit in negotio, ne Iudex esse possit, dixi *in dicto cap. 4. sub q. 11.* & alibi ibi.

QVÆSTIO I.

An quando causa mandatur Cardinali cum clausula appellatione remota *censeatur exclusa appellatio iusta.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula* appellatione remota *solet in rescriptis poni magis de stylo generali, & intelligitur solùm de friuola num. 2. & 4. fallit si causa mandatur Cardinali cognoscenda, & num. 3.*

5 *Cardinali semel causa decisa, & ab eo non decisa, non committitur alij, & qua clausula Papa* vtatur, num. 6.

7 *Cardinales Iudices num recusentur* remissiuè.

VT hanc quæstionem expendas, leges quæ adduxi *suprà in Rubrica, q. 5.* sub versic. *ad sextam*, verbo *vnum*, quibus suppositis addo notata *suprà* per Doctores *in cap. de rescriptis*, & suppono etiam in rescriptis dictam clausulam apponi potius de stylo generali, quam de ministerio specialis; sonat enim potius in quandam monitionem, videlicet vt non deferatur appellationi frustratoriæ, quam quod in aliquo deroget iuri communi. † Vnde Zenedus cum multis *in practicis quæstion. q. 45. num. 43.* Lancelotus *de attentatis p. 2. cap. 12. limit. 8. num. 39. & 40* digerunt quod clausula suprà dicta appellatione remota intelligitur solùm de friuola; non autem de vera; & reali; quia talis clausula tollit tantùm friuolas, non autem appellationes legitimas: sequitur Ripol. *variar. resolut. cap. 2. de recusatione omnium Iudicum, n. 222* 1 2

Ad difficultatem iam respondebis, quod prædicta generalitate non obstante, vt quando Cardinali mandatur causa *appellatione remota*, non friuola tantum, sed quæcumque alia appellatio censeatur vetita iusta: vel iniusta, docent Farinac. *in frag. crimin. p. 2.* verbo *Iudex, num. 963.* Tuschus *conclus. 400. num. 11.* Barbosa *clausula 9. num. 17.* Zechius *de Republica Christiana tit. 3. de Cardinalibus num. 9.* Iacobatius *de conciliis lib. 1. fol. 38. col. 1. lit. B*, Lorich. *de Thesauro*, verbo *Cardinalis*, §. 7. *priuileg. 9.* Manfredus *de Cardinalibus decis. 156.* Albanus *de Cardinalibus q. 42. priuileg. 4.* † Vbi sic ait clausula *appellatione remota* in commissionibus apposita, friuolas tantum appellationes reiicere videtur; secus tamen esse quando in commissione Cardinali apposita esset, quod dicit Ceuallos *in pract. q. 897. num. 938.* hoc magis procedere ex priuilegio Cardinalium, quam de Iure. 3 4

Solent ergò pro complemento huius dubij notare Doctores pro præstantia dignitatis Cardinalitiæ, quod causa semel commissa Cardinali, 5

& ab eu nuu decisa, nuu committitur alteri infetiuri à Catdinali ptuptet illius honurem: sic Manfredus *dicta decis. Cardinal. decis.* 179. Iacubat. *de Conciliis dicto lib.* 1. *fol.* 38. *col.* 1. *littera B*, tradit Diana *p.* 5. *tract. de potest Cardinal.*
6 *res.* 37. *in fine.* † Vbi addit cnm Zech. *de Republica Christiana tit.* 3. *de Cardinali num.* 9. *priuileg.* 11. Chuchu *Instit. Canonic. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 77. in sit gnaturis, & Indiciis cum Papa eis causas delegat, non suleat opponere clausulam, *vt iustitiam faciant*, sed tantum *vt audiant, & decidant* ne eis cum his vetbis iniuriam inferre videatur.

7 Occasiune præfati dubij poteris applicare quæstionem, de qna *in dicto cap.* 4. *de foro competenti, quæstione* 8. An Cardinales Iudices recusari pussint.

AD TEXTVM
IN CAPITE XXXVII.
Ad hæc, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. DE materia huius Texius ago *infrà in c. Pastoralis*, §. *verum hoc Tit.* videbis nutata *in cap. præterea* 40. *eodem*, & applicabis quæ dixi de interdictu Ecclesiasticu *suprà in cap.* 9. *de Iureiur. quæst. fin.* ad quæstionea an cessatiu à Diuinis suspendatur appellatiune, dicit per hunc Textum Cuuarr. *in cap. Alma mater* 2. *p.* §. 2. *à num.* 1. & ad Glossam *hîc ibi agit à num.* 4. de alia quæstione, an censura per appellationem interim suspendatur, uec celebrans iudicetur Irregularis: de his ago etiam sub dicto versic. *verum*. *dicto cap. pastoralis infrà hoc Titulo.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XXXVIII.
Cum Ecclesia, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ad quem remittit Iudici, à quo friuolè appellantem* remissiuè n. 2. 3. 4.

1 QVATENVS ex huc Textu prubatnr quod Iudex ad qnem si sibi constiterit de iniusta appellantis prouocationa debeat eum remittere ad Iudicem, à quo appellauit, adiunges quæ dixi *suprà de friuolis appellationibus reijciendis*, *in cap. cum parati* 19. *hoc tit.* item applicabis plura quæ adduxi *sub Rubrica & in cap.* 11. *hoc tit.* vbi dixi de pluribus casibus, in quibus nou ubstante appellatiune Iudex à qno exequitur suam sententiam, & inde descendere vt si Iudex ad quem videat iniustam esse appellationem, debeat remittere iniustè
2 appellantem Iudici, à quo appellauit. † Et
adiunges quæstiunem secundam, de qua *in cap.*
exhibita 19. *de Iudiciis*, vbi egi de quæstiune an
si appellatio pronuntietur iniusta, debeat causæ
cognitio redire ad Iudices, de quo ibi.

Textnm hunc expendit Balbua sub *cap.* 1. *hoc* 3
tit. vbi egit de reuocatione attentatorum, & in
quibus appellatiune attentata non reuocentur
quæ possunt deseruire pro intellectu Textus
nostri, quatenùs cx eo benè infertur vt si in specie hac quoties iniustè appellatur Iudex aqpellationis aliqnid faceret nun reuucaretut attentatorum prætextu, cum semper Iudex fuerit de causa, etiam appellata; argumento eorum, quæ adduxi *suprà in cap. cum teneamur* 17 *hoc tit.*

Et ad vberiorem tractationem huius Textus 4
poteris adiungere quod dixi *supra in Rubrica quæstione* 2. versic. *ad sextam*, vbi dixi de dubio an detur appellatiu à reiectiune appellationis.

AD TEXTVM
IN CAPITE XXXIX.
Directè nobis, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo quando non prosequuta appellationè procedat in causa* remissiuè.

2 *Appellationum permittatur à Iudice cognoscente de principali, & exceptionibus, quod ibi opponitur consanguinitas*, *num.* 3.

4 *Testes ad consanguinitatem probandam* remissiuè.

7 *Appellari quis de Iure Canonico septuagesies, & amplius* remissiuè.

8 *Renuntiare non intelligitur appellationi futurè, qui cum appellauit comparuit coram Iudice à quo, nec qui appellauit à grauamine vult appellare à diffinitiua*, *num.* 9.

10 *Renuntians appellare à sententia lata super diuortio adhuc appellare quis.*

MATERIA præcipua huius Textus 1
est ea, de qua iam latè dixi *in cap.* 4.
capite 5. *cap.* 8. *suprà*, nempè, vt si appellans, præfixu terminu appellationem suam nuu sit prosequutus Iudex, à quo in causa procedat, qui primò de ea cugnoscere cepit, quod contingit, vel transacto terminu assignato ad appellandum, vt dixi *in dicto cap.* 4. vel ad prosequendam appellatiunem, vt adduxi, & expendi *in dicto cap.* 5. & 8. vel si fiat recedente parte appellante ab appellatiune, vel ea renuntiante tacitè, siue expressè iuxta ea quæ adduxi *suprà in Rubrica q.* 2. versic. *ad secundam*, & *in cap.* 17. *q.* 1. versic. *ad tertiam*, & ad alia videbis *in cap.* 54. *hoc Titulo.*

Et ibi in versic. *post modum*, & ibi *tu in causa* 2
cognitione procedens de parentela testimonia recepisti ex huc versiculo putest dici primam appellatiunem, de qua hic vel fuisse interpositam à futuro grauamine, vel à sententia interlocutoria continente grauan irreparabile, seu habente vim diffinitiuæ, vt denotant prima Textus nostri verba *quod cum in una præsentia causa cuiusdam*

Matrimonij

Matrimonij tractaretur, in qua pars viri consanguinitatis vinculum opponebat, & pars mulieris ad sedem Apostolicam appellasset · Ideò adiunges quæ latè adduxi *suprà in cap. exhibita 19. de Iudicijs ibi sub quæst. 1,* vbi egi de quæstione *an licitè appelletur de Iudice cognoscente de principali, & exceptionibus præiudicialibus, vel lite nondum contestata Testes recipiente.*

3 Quid quæso ad litem notam super Matrimonio contrahendo sit magis præiudiciale; quam oppositio consanguinitatis inter ipsos contrahentes; & quod namque Matrimonio contrahendo plus præiudicij afferat iuxta ea, quæ dico *sub titulo de consanguinitate, & affinitate*; Ad quod applicabis nonnulla vtilia quæ adduxi *in cap. litteras de restitut. spoliatorum, & in cap. tuam de ordine cognitionum,* vbi nonnulla de exceptionibus præiudicialibus, quid offi-

4 ciant causæ principali. † Et de testibus ad consanguinitatem probandam, & qualiter, vt probent Testes de auditu super ea procedatur: Adiunges quæ adduxi *suprà in cap. super eo 27. & cap. licet ex quadam 47. de Testibus.*

5 Et quod appellatio interponatur à futuro grauamine, & à sententia interlocutoria, modo dicto, adiunges quæ latè dixi *in dicto cap. exhibita 19. de Iudicijs sub dicta quæst. 1.* & vberius *in cap. venerabilis 20. eiusdem Tituli, quæst. 1.*

6 *à num. 15. 17.* cum aliis. † Item quæ adduxi *suprà in Rubrica q. 6.* versic. *ad quartam,* vbi de differentia proponendæ appellationis à diffinitiua, vel interlocutoria.

7 Et in versic. *tamen quia iterùm appellauit* (cum secundum iura ei licuit in eadem causa bis appellare) *se à iurisdictione sua fecit exemptum.* Horum verborum prætextu de duobus valet inquiri. Primum quoties in vna, eademque causa valeat prouocari, de quo dico *infrà in cap. sua nobis 65. hoc tit.* vbi ago de dubio, an ter liceat prouocare in vna, eademque causa: aliquid dixi ex Rebuffo *suprà in dicto cap. venerabilis 20. hoc tit. q. 1. num. 15.* vbi quod de Iure Canonico

8 septuagesies, & amplius appellari quit. † Secundum quod, etsi semel appellauerit pars iterum à sententia diffinitiua, & ab eodem Iudice, à quo super eodem negotio, potuit grauatus appellare; quia & si quis comparendo coram Iudice, à quo censeatur regulariter renuntiasse appellationi interpositæ; vt iam adduxi in locis citatis, sed non renuntiasse appellationi interponendæ, id est iuri appellandi: Sic Felinus *in cap. gratum. 20. sub num. 20. de officio delegati n. 6.* Gabriel. *lib. 2. comm opinion. de appellat. concl. 2. limit. 1 n. 5.* & 6. Scaccia *de appell. q. 17. limit. 2. num. 26.* vbi refert alios contrarium sentientes, quos ego intelligerem de appellante à diffinitiua, non à grauamine futuro, seu ab interlocu-

9 toria. † Quia vt iam expedi ex hac littera prima appellatio fuit à grauamine, cuius desertio, seu renuntiatio, non aufert ius appellandi à diffinitiua postea lata super eodem negotio; quia huic nunquam videtur renuntiatum, nec aliud probat Textus noster; potuerunt ergo hic duæ interponi appellationes, vna à grauamine irreparabile, alia ad diffinitiua.

10 Et in versic. ibi *præsertim cum hic ad separationem Matrimonij, quod est res fauorabilis*: Ex his verbis existimo nullam specialitatem induci ratione causæ Matrimonialis; Nam & si vt latissimè dixi *in cap. consanguinei 11. de sententia, & re iudicata,* sententia lata super diuortio non transeat in rem iudicatam; Imò semper impugnari posse ex ibi dictis propter specialitatem, de qua ibi quæ rectè hic applicari valet, ad hoc vt non obstante renuntiatione appellationis interpositæ adhuc valeret grauatus iterùm appellare: Tamen hic secundùm latam iam explicationem constituitur quædam regula generalis ad alias etiam causas extra Matrimonium: alia notat *hic* Barbosa *num. 3. de fauore Matrimonij,* de quo dixi aliquid *suprà in cap. fin. de sententia, & re Iudicata.*

AD TEXTVM

IN CAPITE XL.

Præterea, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Fictionis materia* remissiuè.

3 *Debitor, cui Creditor distulit solutionem in tempus prolixius non incidat in excommunicationem* remissiuè.

4 *Absolutio ad rei incidentiam* remissiuè.

HVius Textus materia quatenus probat 1 quod appellatio interposita ante conditionis euentum à sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti lata sub conditione suspendat effectum censuræ latè dico *infrà in cap. Pastoralis, §. verum hoc tit.* nam occasione illius, §. ago de intellectu Textus nostri quatenus ad prædictum.

Et quia *hic* Balboa latè fictionis materiam tra- 2
ctauit ex *num. 28.* eam inducens occasione materiæ Textus nostri tu vt benè expendas leges quæ adduxi *suprà in Rubrica de præsumptionibus q. 1.* versic. *ad quintam,* vbi dixi de quæstione an fictiones legum habeant locum in foro conscientiæ, & quando admittantur de fictione legis Corneliæ, & postliminij: Videbis quæ scribit Balboa *hic,* & latè *in cap. 8. de præscript. à n. 19.* Et de fictione translatiua egit ipse *in cap. penult. de foro compet. à num. 77.* de qua ego dixi *ibi q. 9. num. 5.* vbi quod hæc fictio desiderat extremum à quo habilè, verè, & realiter, & extremum ad quod desiderat in potentia. Et quod fictio in censuris non admittatur ad Textum *hic, & in dicto §. verum,* dixi suprà *in cap. 1. de Iudic. q. 29. n. 2. & 3.* vbi *à num. 1.* quis dicatur fictus contumax: quis vero fictus dixi latè sub Rubrica *de litis contest. q. 12.* versic. *ad tertiam,* quod fictio naturam imitetur, dixit Gratianus cum multis *Reg. 196.* vbi de ampliationibus, & limitationibus, quem videbis.

Et hic ex versic. *nisi Sempronio intra 30. dies* 3
satisfecerit, & ibi *ad diem statutum minime satisfecerit,* aliqua dixi *in cap. 17. de foro; & in cap. si cautio de fide instrum.* item *hic* Barbosa *num. 5.* cum Scaccia *de emptione, & vendit. cap. 23. n. 66.* ait quod debitor, cui Creditor in tempus prolixius terminum solutioni præstitum prorogauit, & distulit dilatione priore pendente in excommunicationis sententiam non incidit, à qua

fuerat

fuerat prius cum reincidentia absolutus à Iudice Ecclesiastico. † Ob idque si velis aliqua hîc adiungere de hac absolutione ad reincidentiam, seu ad cautelam: Notabis quæ iam notaui *in cap. Apostolicæ 9. de exceptionibus à num. 3.* & quod ibi dixi *in cap. venerabilis 6. q. 4. à num. 1.* & in versic. *ad secundam*, de quibus ago *in cap. per tuas 40. de sententia excommunic.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XLI.
Secundò requiris, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum in quo committuntur plures Articuli connexi appellatione remota in vno num intelligatur remota in aliis* remissiuè.

2 *Animi interna ex verbis intelliguntur* remissiuè.

1 Ex contextura litteræ huius Textus deducitur quod si per rescriptum committantur plures Articuli connexi: & in vno remoueatur appellatio, intelligatur etiam in aliis remota. Ad hanc conclusionem expendendam adiunges quæ *suprà* adduxi *in Rubrica q.6.* versic. *ad quartam*, & ibi verbo *Articuli*, vbi egi de quæstione an si in vno Articulo sit appellatio interposita, possit nihilominùs Iudex inferior procedere in principali negotio, siue in aliis articulis non appellatis, vbi de capitulis connexis, aut separatis, & iterùm applicabis ad idem quæ dixi *suprà in cap.7. q. 2.* versic. *ad vltimam*, vbi egi de dubio an Iudex appellationis faciat vim si cognoscat de capitulis, super quibus non est appellatum.

2 Et in versic. ibi *Inquisitioni*, & ibi *verba intentioni deseruiant.*, quod animi interna ex verbis intelliguntur, docent communiter *hîc* Doctores *& in cap. intelligentia 6. de verb. significat.* tradit hîc Barbosa *num.2.* ex Tiraquello *in lege si vnquam*, verbo *libertis num. 18. Cod. de donat.* latè ipse *in dicto cap. intelligentia*: Et applicabis quæ dixi *suprà de præsumption. in cap.6. & in cap.9.* vbi quod ex præteritis præsumitur circa futura; & ibi dicta *in cap. cum in iuuentute*, vbi quod talis quis præsumatur, qualis fuerit: Applicabis etiam quæ dixi de verbis enuntiatiuis, an probent *in cap. illud de præsumpt. q. 3.*

3 Et in versic. *nihil enim interest, an iubeatur primo, an secundo medio, an fine cum ea, quæ in principio ad medium, & ad finem; Illa verò, quæ in medio ad finem, atque principium sæpe referri soleat* Ex his communiter docent Doctores adducti *hîc* à Barbosa *num. 3.* quod clausula in fine posita refertur ad præcedentia, & etiam quod clausula in medio posita possit seruire præcedentibus, & sequentibus, quod intelligit Tuscus *tom.1. littera C, conclus.190.* & ibi *num.5.* quando est posita inter plures Articulos connexos, & dependentes ab vno principali: sic & alij relati per istos Brun. *à Sole de locis communibus*, verbo *clausula num. 9.* Marc. Alterius *decens tom. 1. disp.13. lib.5. cbp.3. littera E*, Ioannes Garcia *de nobilitate Glossa 2. num. 2. & 11.* Burgos de Paz *in l.3. Tauri p.1. conclus.2. n.67.* Matienc. *ad dict. l.2. Glossa 2. tit.4. lib.5. recopilationis*: de his, & aliis dico infrà *in cap. Inquisitioni 71. hoc tit.*

Ordo Scripturæ num attendatur, dixi *sub tit. de fide instrumentorum*, & applicabis dictum *suprà de Iudiciis in cap. exhibita 19. q. 7. num. 5.* vbi quod si omittatur Ordo vnius causæ, ad seipsam vitiatur processus. 4

AD TEXTVM
In §. Tertio postulas eiusdem cap. X L I. hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Recusatio quo tempore, & coram quo Iudice* remissiuè.

Per Textum hunc solent Doctores plenè agere de materia recusationis Iudicum, Sed quia de ea latissimè dixi *suprà in cap. 4. de foro compet.* Ideò ad ibi dicta te remitto, tam vt scias coram quo Iudice proponenda sit recusatio, *à q. 1.* de tempore quando proponi debeat *ibi q.28. à num.1.* 1

Et in versic. ibi, *sed partes in aliquos valdè remotos conueniant*, applicabis quæ adduxi *in dicto cap.4. q. 18.* vbi egi de quæstione, an Iudices electi de partium consensu, possint illicò recusari. 2

Et in versic. *quia suspecti, & inimici*, per hæc verba poteris disputare de diuersis causis recusationis, quas retuli *suprà in dicto cap.4. 30. & q.36.* vbi etiam de inimicitia. 3

Et in versic. ibi, *coram quibus si causa suspicionis intra terminum competentem probata non fuerit: tunc demum authoritate sua Iudex vtetur.* Occasione horum verborum adiunges dicta *suprà in cap. 4. 5. & 8.* vbi quod elapso termino ad appellandum, vel ad prosequendam appellationem, Iudex à quo procedit in causa; Et sic etiam procedet Iudex recusatus, si causa aduersùs eum suspicionis oppositæ, non probetur in termino; & de aliis ibi inuenies; Interim adiunges quæ ex multis *hîc* refert Barbosa *à n.4.* 4

AD TEXTVM
IN CAPITE XLII.
An sit, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Appellationi ab alio interpositæ non deferens, non gaudet beneficio appellandi, nisi appellatus prosequatur, num.4.*

Appella

3 *Appellationi illius, qui ea interposita alium spoliauit, non defertur.*

5 *Appellatus debet incontinenti probare molestiam ab Aduersario sibi illatam, clausula* incontinenti, *quos effectus habeat* remissiuè.

6 *Renuntiare videtur appellationi, qui post appellationem interpositam aliquid attentauit.*

7 *Priuilegiatus actum contrarium faciens censetur renuntiare suo priuilegio.*

1 HVius Textus materiam, vt spectantem ad materiam attentatorum expendit Balboa *sub cap. 1. hoc tit.* vbi videbis, & ad ipsam tractationem dico longè *infrà sub cap. bona 51. hoc Titulo.*

2 Et quatenùs generalis assertio Textus nostri est, vt appellationi ab eo interpositæ, non deferens, non gaudeat beneficio appellandi; ob idque puniatur in eo quod delinquit; Ideò vice versa applicabis quod adduxi *suprà in Rubrica q.6.* versic. *ad tertiam*, vbi egi de quæstione, an appellatio vnius prosit consocio, & applicabis aliam, de qua dixi *in cap. quoad consultationem 15. de sentent. & re iudicata quæst. 5.* vbi an sententia mereatur executionem contra vnum ex Correis qui non appellauit, si ab aliis fuit appellatum: Adiunges hic Textum *suprà in cap 25.* Et applicabis quod dixi *supra in Rubrica q. 2.* versic. *ad sextam*, an à reiectione appellationis detur appellatio.

3 Et quatenùs Barbosa *hic, num 2.* colligit ex multis non esse deferendum appellationi illius qui illa interposita appellatum spoliauit ex Menochio *de arbitrariis q. 16.* Couarruuias *cap. 25. pract. à num. 1.* Lanceloto *de attent. p. 3. cap. 3. à num. 217. & 253.* Scaccia *de appellat q. 5. art. 1. num. 75.* Ideò applicabis quæ dico *infrà in dicto cap. bone 51. de reuocandis attentatis*, & quæ dixi *in cap. 1. cap. in litteris cum aliis de restit. spoliator.* applica *dicta in cap. 17. hoc Titulo*, & de ratione *infrà in cap. 54. hoc Titulo* sub versic. *sed ad propositum.*

4 Et quatenùs ex Rebuffo dicit, quod licet appellans appellationi non possit eam prosequi; Si tamen appellatus prosequatur, possit vti appellans, & fauore appellati: applicabis etiam dictum *suprà in Rubrica q. 3.* versic. *ad secundam.* Et quod appellatio vnius ex litigantibus prosit Aduersario suo, quoad capitula, in quibus appellatus grauatus existit, dixi iam *suprà sub hoc Titulo, & Rubrica.*

5 Et in versic. *paratus est incontinenti conuincere* probat ex hoc versiculo Barbosa cum Menochio *de arbitrariis dicto casu 16. num 3.* & Mascardo *de probationibus, conclus. 1065. à num. 2.* quod appellatus debet incontinenti probare molestiam ab Aduersario sibi illatam, & de effectibus clausulæ *incontinenti*, de qua latè Barbosa *de diction. & clausul. dictione 133. alias 125.* secundùm Lugdun. impressionem: Applicabis quæ latè dixi, notant *sub cap. litteras de rest. spoliat.*

6 Et ad hunc Textum notabis quod si appellans aliquid post appellationem attentauerit, v. g. spoliando Aduersarium ex Regula Textus nostri videtur appellationi renuntiasse ex Glossa magna *in cap. non solùm hoc Tit.* Francus *hic, n. 8.* Decius *consil. 103.* Angelus *in l. fin. Cod. de tempor. appellat.* Mathesilan. *singulari 28.* Bellonus consil. 18 & relati à Menochio *de recuperand remed. 17. num. 39.* Balboa *in cap. 1. hoc tit. num. 41. in fine.* † Vbi dicit optima ratione procedere 7 nam Priuilegiatus actum contrarium faciens suo Priuilegio censetur illi renuntiare, vt notant Doctores *in l. 2. Cod. de iure Dominy impetrando*, & notabis adducta *in cap. pen. de præscript. & suprà in Rubrica quæst. 2.* versic. *ad secundam*, & *cap. 17. q. 1.* versic. *ad tertiam*, & facit hic Textus quatenùs inquit, vt in eo quis puniatur, in quo deliquit.

AD TEXTVM

IN CAPITE XLIII.

Nouit, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* nouit, qui nihil ignorat, *quid velit* remissiuè.

4 *Recusari num valeat merus Executor, seu appellans recusare Iudicem, à quo appellauit* remissiuè.

TExtus iste quatenùs ad verbum ibi *nouit ille qui nihil ignorat*, quid sibi velit intelliges ex his quæ dixi *supra in cap. nouit in princ. de Iudiciis.* 1

Et quatenùs agit de mero Executore, aut mixto, adiunges plura, quæ adduxi suprà tradidi, & notaui *in cap. de cætero 5. de Sententia, & re iudicata.* 2

Et ibi *vnde cum secundùm ius ab Executoribus appellari non possint, nisi forsan modum excederent in exequendo*; Ideò adiunges quæ scripsi *suprà in Rubrica quæst. 3.* versic. *ad quartam*, vbi egi de dubio an *à mandato executoris liceat cuilibet appellare*, & *ibi quæst. 4.* versic. *ad quartam, an aduersùs sententiam mixti Executoris*, & videbis quæ adduxi *in cap. exhibita de Iudiciis q. 3.* alia adiunges ex dictis *suprà sub cap. 11.* ad quæstiones an à Sententia Iudicis de exequendo possit appellari, dixi *suprà cap. 15. de re iudicata q. 4. in fine.* aliqua notaui *suprà in cap. 29.* interim videndus Ceuallos enim multis ab eo relatis *q. 190. in pract.* vbi per hunc Textum aliqua dico *infrà in hoc Textu quæstione 1.* 3

Et ibi à versic. *de suspicione autem obiecta*, agitur de materia recusationis, ad quam videbis quæ dixi *suprà in cap. 4. de foro compet.* & ad quæstionem, de qua *hic* an merus Executor recusari valeat dixi *ibi* aliquid *sub q. 1. n. 17. & ibi q. 27.* vbi de Iudicibus, seu compulsorialibus. Et ad aliam quæstionem propriam per verba ibi, *& si fuisset per appellationem interpositam*, egi *in cap. 4. de foro compet q. 36.* vbi an appellans possit prætextu appellationis interpositæ recusare Iudicem à quo appellauit. 4

QVÆST.

QVÆSTIO I.

An ab executione sententiæ facta per merum Executorem possit appellari, si excesserit in exequendi modo, & quando dicatur quod excedit modum, & an ab Executore Bullarum Apostolicarum possit appellari, & quibus cognoscatur, quod quis est merus, aut mixtus Executor?

SVMMARIVM.

1 *Appellatio nequit à pronuntia sententia de exequendo, nec à sententia Iudicis de exequendo num, 1.*

3 *Appellari potest à mero executore, quoties excedit exequendi modum, & ab executione excessiua, num. 4. & ad quem effectum, numero 5, & 6.*

7 *Appellatio, quæ remouetur, conceditur ratione excessus, si de eo constet, num. 8. & qualis debeat esse num. 33..*

7 *Appellans habet contra se præsumptionem, & sic tenetur exprimere causam.*

9 *Appellari non licet ab actione comprehensa virtualiter in via executiua, & sine qua sententia, vel contractus exequi non possint.*

10 *Appellatio deuolutiua in via executiua, liquida, eris deuolutiua, & non suspensiua, nisi detur excessus, vel grauamen.*

11 *Appellari non licet ex declaratione qualitatum, & circunstantiarum in re iudicata.*

12 *Appellatio suspensiua non admittitur à sententia, quæ non auget, nec minuit circunstantiam, nec qualitatem sententiæ principalis.*

13 *Appellatio suspendit negotium, si sententia contineat grauamen, vt in decreto executorialium, nisi committatur Cardinali*, appellatione remota.

15 *Appellatio ab Executore Bullarum Apostolicarum, qualis, & num denegetur numero 16. 17. & 18.*

17 *Executor Apostolicus cum clausula* in forma dignum, *non exequitur suam sententiam, appellatione remota: intelligitur de mixto.*

28 *Processus meri Executoris remissus ad Curiam Regis, iterum reuertit ad ipsum, nisi modum excedat.*

19 *Executor merus, seu mixtus, in quibus cognoscatur, num. sequent.*

30 *Clausula* vocatis vocandis *operatur vt merus Executor efficiatur mixtus, & subintelligitur, quando alius est in possessione beneficij num. 21.*

22 *Delegatus Aduersario possidente, tenetur assumere partes Iudicis citando, & alia faciendo, num. 29.*

23 *Executor datus ad prouidendum in forma dignum, est mixtus, & quando intelligatur hæc forma, num. 24.*

25 *Commissarius ad prouidendum delegare quit vices suas alteri.*

26 *Executor si datus est ad conferendum in forma Iuris, dicitur mixtus, vel cum clausula* & amaio illicito de tentatote, n 27.

28 *Executor mixtus dicitur, si datus fuerit super impetratione.*

29 *Executor mixtus dicitur ille, cui executio rei iudicatæ super negotio principali, & executorialium ab eo emanatorum committitur nulla præcedente, nec facta causa super ea, nec discussis exceptionibus, aut aliis qui proprius merus dicitur, num. 30.*

30 *Executor qualis dicatur, quando quis conquestus de spolio fuit facta commissio.*

31 *Executor non dicitur mixtus per verba illa* conscientiam tuam oneramus.

32 *Executor debet admittere exceptiones, quæ deducuntur ante collationem impediendam, & tenetur citare possessorem stante clausula si* constiterit.

33 *Excessus, cuius occasione ab Executore possit appellari, ex quibus cognoscatur, & n. 34. vbi de multis modis.*

34 *Appellatio qua interponitur ab Executore modum excedente, potius dicitur recursus,*

35 *Appellari potest ab Executore non excedente modum in pronuntiatione de exequendo instrumento, vel si in appellatione causa exprimatur, & in pronuntiatione negatiua de non exequendo, vel in executione peruersa.*

PEr Textum nostrum disputant dispersim Doctores de his dubiis, & quoad primam difficultatis partem, suppositis quæ suprà in præmisso noto, & quæ ex multia diuerso modo sentientibus, refert Ceuallos *in practicis quæst.* 190. adducens Doctores sentientes quod à pronuntia sententiæ de exequendo nequeat appellari per Textum *in l. ab Executoro, ff. quorum appellat. non recipiantur, l. ab executione, Cod eodem* iuxta Glossam *si cum exceptione, §. in hac actione, ff. quod metus causa.* † Quæ etiam tenuit, vt nec appelletur à sententia Iudicis de exequendo, quod de Iure Regio, vt vetius confirmatur *in leg.* 52. *tit.* 18. *p.* 3. *& l.* 161. *styli*, & alios ibi, *num.* 2. contra sentientes *num.* 2. per Glossam *in dicta l. ab executione*, dicentes posse appellari à pronuntiatione de exequendo, de quo iam *sub Rubrica* adduxi, & sub *dicto cap.* 15. *de re iudicata sub quæstione* 4. 1 2

Tamen respondeo, vt quoties à mero Executore, modus executionis exceditur: Tunc possit ab eo appellari iuxta nostrum Textum, vt docent Doctores hîc: Sic cum multis, docet Barbosa *hic num.* 2. qui *num.* 3. id intelligit in mero Executore, qui nullam habet cognitionem, sed tantùm executionem ex ea ratione, quia is qui mandatum Iudicis exequitur nullum grauamen infert, vbi *n* 4. subdit quis merus, quis mixtus Executor dicatur, de quo ego dixi *suprà in dicto cap. de cætero suprà de re iudicata*, & ad hanc conclusionem probandam, præter adductos hîc à Barbosa, inter quos Lancellot. Ruginel. Parladot. Suarez, Scaccia *de appellat. q.* 17. *limit.* 10. *num.* 1. & alios; addo Dueñ. *Regula* 41. *limit.* 1. qui tradit ad supradictam Regulam alias septem limitationes, vltra quinque traditas per Socinum *Regula* 26 & in quæstione principali duas communes, tradit Antonius Gabriel *comm. tit. de appellat. conclus.* 4. Bernardus Diez *Regula* 43. Ceuallos, & cum aliis multis *dicta quæstione* 190. *à num.* 3. qui dicit hanc opinionem esse magis communem, & seruandam esse in iudicando, & consulendo † Vide quæ ex multis docet *hic* Barbosa *à num.* 7. vbi *num.* 8. dicit quod etiam appellari potest ab executione 3 4

tione excessiua : sic probans cum multis alios refert Scaccia *de appellationibus*, *quæstione* 17. *limitat*. 10. *numero* 28. vbi *numero* 29. extendit, in eo, qui iurauit non appellare, & ex quibus deprehendatur excessus, dico *infrà* in fine.

5 Sed hæc videtur subintelligi, quoad effectum suspensiuum, secus quoad deuolutiuum, iuxta casus, quos congessi, *suprà in capite* 11. *hoc titulo*, & in terminis docent Antonius de Canatio *de executione instrumenti*, *quæstione* 46. *&* 47. Guttierrez *in lege nemo potest*, *numero* 447. *de legat*. 1. Parladorius *rerum quotidianarum*, *libro* 2. *capite fin. parte* 5. §.2. *numero* 12. Azeuedus *in leg. final. titulo* 21. *numero* 129. *libro* 4. *recopilatione*, Ceuallos *suprà num. final*. qui ducet ab hac obseruantia non esse recedendum in iudicando, & consulendo, quia via executiua efficeretur longior ordinariâ, & lites fierent immortales, contra communissima iura, tradita, *suprà in cap. finem litibus de dolo*, & contumacia & probatur ex *l* 4. *titulo* 21. *libro* 4. *recopilatione*, ibi, *que dandose la sentencia en su fuerza y vigor, asta que se de sentencia en Reuista*.

6 Sed idem Ceuallos *in practicis*, *parte* 4 videndus, *quæstione* 1. *in ordine* 197. *à num* 925. agens de dubio secundo, quando dicatur quod executor modum excedat in exequendo, probans etiam, cum Thomas Decio *consil*. 71. *numero* 19. Simon de Prætis *cons*.116. *numero* 5. Capiecio *decisione* 34. *numero* 1. & aliis, vt si executor modum excedat in exequendo admittatur appellatio quoad vtrúmque effectum, quia in casu excessus, appellatio est legitima, & non friuola, vt in terminis Tridentin. Concilij *capite* 1. *sessione* 13. & *capite* 8. *Sessione* 21. quatenus, etsi à visitationis sententia, non sit locus appellationi, vt iam adduxi, *sub capite* 3. *hoc titulo*, tamen si visitator modum excedat ipsa lo-
7 cum habeat, quoad vtrumque effectum. † Sic Nauarros *consil*. 2. *sub hoc titulo*, à Costa *de Iudiciis capite* 1. *numero* 211. Lancellotus *de attentatis lite pendent. limitatione* 8. *numero* 40. & alij plures relati ab eodem Ceuallos, dicentes, vt quoties remouetur appellatio, conceditur ea ratione excessus : sic Doctores *in dicta lege ab executore*, *Digestis*, *quorum appellat. in recip*. Et sic Rota Romana *in decisione* 100. *parte* 1. *numero* 8. tradit decisum, quod etiam in summariis, & executiuis, vbi datur excessus ibi appellari liceat : sicque quando executor modum excedit, licitam esse appellationem, iuxta eandem Rotam *hoc titulo*, *decisione* 45. *in nouiss. alias* 346. ex eo, quia in excessu grauatur pars, & non est Iudex, vt *in dicta decis*.100. *num*, 17.

8 Et debet euidenter constare de excessu, & grauamine, & non probabiliter, & verisimiliter, vt tradunt Innocentius *in capite in nostra numero* 5. *&* 6. de procuratoribus Beliamera *in capite constitutis* 1. *hoc Titulo*, *numero* 31. Imola *in capite bona*. *numero* 15. Decius *à numero* 9. *&* 24. *hoc titulo*, exceptione, quia appellans habet contra se præsumptionem ; & sic tenetur exprimere causam, sed data identitate rationis, & negotij principalis, & incidentis, clausula enim *appellatione remota*, operatur in omnibus : alij ex multis refert Ceuallos *dicta quæstione* 897. *numero* 933. † Vbi *à numero* 934 dicit, vt non 9
liceat appellari, datione comprehensa, virtualiter in via executiua. & sine qua sententia, vel contractus executioni mandari non
potest. † Et sic appellatio in via executiua 10
est deuolutiua, & non suspensiua : similiter appellatio liquida, erit deuolutiua, & non suspensiua, nisi detur excessus, vel grauamen, vt fuit resolutum, *in dicta decisione Rota Romana* 100. *num*.3.

Ex his infero, vt non liceat appellari à de- 11
claratione qualitatum, & circumstantiarum in re iudicata comprehensarum, docet *dicta decisione Romana* 100. *numero* 32. *hoc titulo*.
† Et sic nec admittitur appellatio suspensiua 12
à sententia, quæ non auget, nec minuit circunstantiam, nec qualitatem sententiæ principalis. vt tradit Roman. *in cons*. 45. *numero* 2. vbi bona additio est decisio *Rota Romana* 271. *numero* 2. in prima parte, quæ loquitur in sen-
tentia liquidatoria. † Quod si sententia con- 13
tineat grauamen, suspendit negotium appellatio, vt in decreto executorialium tradit Rota Romana *decisione* 208. *parte* 3. *numero* 1. & *in decisione* 197. *libro* 2. *numero* 1. & *decisione* 218. *libro* 3. *numero* 5. & *decisione* 204. *eodem libro* 3. *numero* 2. Ceuallos *vbi suprà*, *numero* 938. vbi commendat videndum Antonium Chuchum *libro* 1. *Institutione Moral*. *titulo* 4. *numero* 103. vbi hoc limitat, quando hoc committitur Cardinali, appellatione remota, quia etiam iusta appellatio ratione excessus, non admittitur, quod dicit Ceuallos magis procedere ex priuilegio illorum, quam de iure, vt iam dixi, *suprà cap postremo* 36. *quæst* 1.

Ad secundam difficultatis partem iam dixi 14
in primo dubio à versiculo *sed idem Ceuallos*.

Ad tertiam quæstionis partem, an ab execu- 15
tore Bullarum Apostolicarum, detur appellatio; sed quia ad resolutionem huius dubij operæpretium erat etiam repetere iam dicta, vt idem Ceuall. existimat, seu indicat de cognitione per viam violentiæ, *parte* 2. *quæstione* 6. *num*.1. & probet *ibi* ex nostro texto ; quod merus executor, possit exequi suam sententiam appellatione
remota ex textu nostro. † Ob idque Flaminius 19
Parisius *de resignationi benefic. parte* 2. *lib*.10.*q*.6. *parte* 6. *num fin*. dixerit ab executore exequente litteras Apostolicas, non dari appellationem: sicque fuisse iudicatum referat anno 1588. sequitur Garcia *de beneficiis*, *parte* 6. *capite* 2. *à numero* 133. vbi *à numero* 40. refert quinque notabiles limitationes, Berois *cons* 4. *num*.1. *volum*. 1. quia talis appellatio non habet effectum suspensiuum, sed deuolutiuum, vt refert Hieronymus Gonzalez *in regula* 8. *Cancellaria*, *glossa* 9. in annotationibus, *a num*.220. & docet *vbi supra*, Ceuallos *num*.7. contrariam expendens opinionem.

Nec obstat decisio Rotæ 807. apud Seraphi- 17
num *in volum*.1. *decision*. vbi dicitur quod executor Apostolicus cum clausula *in forma dignum*, non potest exequi suam sententia, appellatione remota, quia respondetur illum esse mixtum executorem, cum illa clausula, sed in nostro casu non item, cum loquamur in mero executore, qui non habet causæ cognitioné cum clausula,

deiecto aliquolibet detentatore: Sicque appellari à mixto, vt iam expendi locis annotatis in præmisso, & resoluit Rota apud Seraphinum *in decisione* 1471. *numero* 2. qui loquitur in possessione Canonicatus capta post appellationem, & Ceuallos sequitur *suprà numero finali*, commendans menti tenendum; quia sæpè de facto contingit.

18 Et docet cum eodem Garcia *vbi suprà dicto numero* 40. *ibi à num.*4. quod licet appellatio interponatur à sententia Executoris, & processus remittatur ad Curiam Regis per viam violentiæ, & recursus debet iterum remitti ad dictum Executorem declarando quod non facit vim exequendo suam sententiam postposita appellatione, nisi constiterit, quod excedat modum, quia in excessu non est Index, vt iam ex nostro Textu *à num.*1. probaui.

19 Ad quartam quæstionis partem in quibus nempè cognoscatur quod quis est merus, seu mixtus Executor præter exempla iam tradita & quæ refero *in dicto capite de cætero, de sententia, & re iudicata.*

20 † Dico primò quod tunc cognoscitur an quis fuerit merus, vel mixtus Executor efficiatur, ex clausula *vocatis vocandis*, quæ operatur vt merus Executor efficiatur mixtus, Rota *in decisione* 56. de concessione præbendæ in antiquis, & præterea fieri: vt meri Executoris efficiantur veri Iudices: itavt teneantur procedere cum causæ cognitione, vt per eandem Rotam *in decisione* 32. de rescriptis in antiquis.

21 Quæ clausula subintelligitur, quando alius est in possessione beneficij: Sequitur Riccius *in collect.* 1304. ad Textum nostrum, & *decisione* 13. Curiæ Archiep. Neapol. ex Textu, *in*

22 *cap. licet de præbendis.* † Deducens hinc fuisse resolutum per Rotam Romanam, quod Aduersario possidente tenetur delegatus assumere partes Iudicis, citare possessorem, & illum audire, vt pluries Rota tenuit: & signanter in vna Neapolit. S. Andreæ 14. Februarij 1569. coram Fiteto.

23 Secundò dignosci mixtum Executorem si fuerit datus ad prouidendum in forma dignum, vt fuit decisum per Rotam Romanam in vna nullius Capellaniæ 1578. coram Aldobrandino postea Clem. VIII. & patet ex dictis sub versiculo *ad tertiam*, in verbo *nec obstat*; Tradit etiam Riccius *dicta collect.* 1305. versiculo

24 *dignoscitur.* † Vbi addit tunc dici in forma dignum: quando fit gratia, & committitur si inuentus fuerit idoneus ex Rota *in decisione* 53. *de concessione præbendæ in antiquis*: expendit latè, & cum multis idem Garcia *dicta 6. parte benefic. capite* 2,

25 Sed an talis commissarius possit vices suas alteri demandare, affirmauit Rota *in decis.* 63. *eodem in antiquis*, & Gratian. *in decis.*157.

26 Tertiò dignoscitur si fuerit datus ad conferendum in forma iuris per vacationem contractam per Simoniam, Rota in vna Auersana 5. Iulij 1595. coram Seraphino, vt patet in *eius deisione* 1045.

27 Quartò etiam cognoscitur, si fuerit datus cum clausula *& amoto illicito detentore*; Et quod verificato valore expresso conferat beneficium: Nam talis tanquam mixtus Executor tenetur assumere partes Iudicis; Bal. *in decis.*29. & fuit in Rota decisum in vna asserens atientatorum vigesimo Decembris 1593. coram Seraphino, vt patet *in eius decisione* 1056.

Quintò dignoscitur mixtus, eo quod quis fuerit datus super impetratione certo modo, præsertim si adiicitur clausula suprà posita, scilicet *amoto quolibet illicito detentore*; Idem Seraphinus suprà *decisione* 1471. & denique Scaccia *hoc titulo quæstione* 17. *limitatione* 11. *numero* 1. dixit mixtum esse Executorem, ab eoque posse appellari illum dici, qui citat, aliaque facit ex necessitate actus, vel quia est datus cum clausula vocatis vocandis, qui debet adhibere causæ cognitionem. 28

Et Bobadilla *in sua Politica lib.* 2. *capite* 20. *numero* 48. subdit mixtos Executores dici illos quibus executio rei iudicatæ super negotio principali, & executorialium ab eo emanatorum committitur, nulla præcedente; nec facta causæ cognitione super ea, nec discussis exceptionibus; aliisve, quæ in executionis discursu accidere solent, ac sint in ea admittenda in processu, ac via executiua, ex quo colligit Barbosa hic cum aliis *numero* 5. à mixto Executore appellari posse. 29

Sed ego prædictum modum Bobadillæ potius ad merum Executorem applico, à quo non appellatur, vt dixi *in dicto capite de cætero.* Nec implicat ipse Bobadilla, quia potius *dicto numero* 48. dat ei causæ cognitionem cum illo exemplo, veluti quando quis conquestus de spolio fuit facta commissio; Si ita est eum restituas, aut quando, vt dixi datur cum clausula *vocatis vocandis*, & in aliis casibus, in quibus ab auditoribus Regiis; seu aliis Iudicibus committuntur sententiarum executiones, qui solùm possunt admittere exceptiones vulgò *de paga ò quita* iuxta *legem* 1. *&* 2. *Titulo* 21. *libro* 4. *recopilationis*, & de his mixtis, seu meris Executoribus ad praxim videbis dicta per eum ibi *à num.*45. 30

Vnde infero primò quod verba illa *conscientiam tuam oneramus* directa Executori non faciunt illum esse mixtum; quia referuntur tantum ad idoneitatem prouisi Apostoli, vt fuit dictum latè in vna auersaria 5. Iulij 1583. coram Seraphino, Riccius *dicta collectanea* 1305. versiculo *verba*. 31

Vbi ad materiam executionis animaduertit quod Executor admittere debet exceptiones quæ deducuntur ante collationem impediendam, vt fuit resolutum in vna Florentina Parochialis 2. Nouembr. 1569. coram Seraphino, vt *in decisione eiusdem* 85. itavt teneatur citare possessorem stante clausula *si constiterit*, Seraphinus *in decis.*1041. 32

Pro complemento ad Textum nostrum notabis excessum, cuius occasione ab Executore mero possit appellari ex pluribus dignosci nam potest contingere tot modis, quot potest aliquid dici plus: argumento eorum quæ adduxi suprà *in cap. vnico de plus petitionibus* exempla sint, veluti quando immissio fit in possessionem rei magnæ, cum sufficeret immissio in possessionem rei modicæ, vel quando exequitur in alia re, quam fuerit iudicata, vel quando executio fiat ante tempus, vel quando exequitur contra personam, quæ non tenetur in plusquam facere potest ex eo quia Executor in eo quod excedit definit esse Executor Petrus Gregor. *de appell. lib.* 2. *cap.* 11. *num.*2. 33

num. x. versiculo *quod maximè*, Scaccia *dicta quaestione* 17. *limit.* 11. *sub numero* 6. videndus *limit.* 10. *à numero* 30. Salgad. *de protectione Regia tom.* 1. *parte* 4. *capite* 3. *numero* 62. & quod in excessu careat iurisdictione, & desinat esse Iudex: Tenuit Rota *decisione* 100. *numero* 17. *p.* 1. *diuers.* Ceuallos *in pract. quaestione* 896. *sub numero* 931. caretque potestate Menochius *remedio* 8. *recuper. numero* 13. *&* 17. *& consilio* 69. *ex numero* 75. Sanchez *de Matrim. lib.* 2. *disp.* 40. *numero* 17. aliis adductis Barbosa hîc, *sub numero* 7. *&* 8.

34 Iterùm notabis appellationem quae interponitur ab Executore modum excedente, potiùs dici recursum ad Superiorem, quam appellationem: tradit ipse Barbosa *sub dicto numero* 7. & Scaccia *hoc Titulo dicta quaestione* 17. *limitatione* 11. *à numero* 8. vbi etiam dicit tunc executorem excedere modum quando aliquid dolosè egerit, vel quando pars dolo Sententiam obtinuerit, vel quando Executor aliquid iniuriosè agit: putà si lectos captos, vel dolia capta executionis causa malitiosè fregerit, vel quando faceret executionem in rebus prohibitis, vt putà in libris Breuiario, & similibus, & quibus aliis modis iste excessus committatur: tradit Salgadus *dicto tom.* 1. *de protectione Regia p.* 4. *cap.* 3. *à n.* 72. vbi videbis.

35 Denique notabis quod & si à mero Executore extra excessum non appelletur, limitat Scaccia etiam *dicta quaestione* 17. *hoc titulo limitatione* 10. *numero* 8. in pronuntiatione de exequendo instrumentum, qui contrarium ibi sequitur, & ibi *numero* 20. limitat etiam quando in appellatione exprimit causam iustam appellandi, & *numero* 21. limitat etiam in pronuntiatione negatiua de non exequendo, & *numero* 23. limitat etiam in executione peruersa, alia deduces ex iactis suprà *in dicto capite exhibita de Iudiciis* & *in dicto cap. de caetero*, *dicto capite quoad consultationem* 15. *de re Iudicata.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XLIV.
Saepè, hoc Titulo.

PRAEMISSVM.

SVMMARIVM.

2 *Excommunicari num possit Dominus contumacia sui Procuratoris* remissiuè.

1 TEXTVS iste satis expenditur per ea, quae adduxi de termino praefixo, ad hoc vt appellans teneatur definitiuè prosequi appellationem; Sin autem Iudex à quo exequatur sententiam à qua appellatum est *in capite* 4. *capite* 5. *& capite* 8. *hoc titulo*, & alibi *sub hoc Titulo* vbi etiam videbis quod Iudex à quo praefigit terminum appellantibus secundum quod probat *hîc*, *numero* 2. Barbosa cum Scaccia, Azeuedo, & Didaco *in lege* 2. *per Textum ibi*, *in lege* 2. *Glossa* 1. *Titulo* 16. *lib.* 3. *ordinam. & l.* 8. *Glossa* 2. *eodem tit.*

Pluta ad litteram huius Textus monet, & agitat Glossa hic, & ad quaestionem in verbo *rata manet*, dico infrà *in cap. pastoralis*, §. *verum hoc titulo*, & ad bonam dixi *in capite* 1. *vt lite non contestata* q 6. An Procuratoris contumacia ita Domino noceat, vt possit excommunicari. 2

QVAESTIO I.

An citatus, qui misit Procuratorem non comparentem in Iudicio, contumax reputetur, & an terminus praefixus ad prosequendam appellationem, reputetur peremptorius: An appellationi renuntians, quando fuit iniustè condemnatus possit agere iustè contra Iudicem in Sindicatu?

SVMMARIVM.

1 *Citatus qui misit Procuratorem non competentem contumax reputatur, & non Procurator nisi citatus sit ad audiendam sententiam, quam Procurator fuit prosequutus, num.* 2. *&* 3.

4 *Contumax fictus est tantum Dominus citatus eius Procuratore misso, non comparente.*

5 *Clausula* quantum de iure poterimus, *habet vim peremptorij.*

6 *Renuntians appellationi, quando fuit iniustè condemnatus, nequit petere contra Iudicem in Sindicatu, numero* 7. *secus si tacitè dicatur renuntiasse; num.* 8. *&* 9.

9 *Agere potest in Syndicatu contra Iudicem, qui non appellauit à sententia iniusta.*

AD primam quaestionis partem, de qua legitimè inquiritur per verba Textus nostri *ibi propter defectum partis alterius, &c.* communiter respondetur quod citatus, qui misit Procuratorem non comparentem in Iudicio, contumax reputatur, & non Procurator: docent in terminis Bartol. *in l. cum filius*, §. *in hac*, *ff. de verb. oblig.* per Textum ibi, *in l. si Procuratorem*, §. *si Tutores*. *ff. mandati*, Iason *in l. sancimus*, *Cod. de Iudiciis num.* 7. sequitur, & alia singularia adducit in materia Petrus Rebuff. ad leges Gallicas *tract. de contum. & defect. in praefatione num.* 20. *pag.* 95. *tom.* 3. *const. Francia*, Bartolus & Iason *in l.* 1. §. *si Procurator*, *ff. si quis ius dicenti n.* 1. Alex. *cons.* 115. *lib.* 1. Panormitanus aliqua bona in materia tradens *in cap.* 1. *vt lite non contestata à num.* 17. & ibi Felinus *n.* 8. & faciunt nonnulla quae adduxi sub *cap.* 9. *de Iudic. à quaest.* 3. tradit Gratianus *Reg.* 71. qui *n.* 1. ampliat praedictum cum Bartol. per Textum ibi *in l. si quando*, *Cod. de dilat.* & cum Panormit. *in cap. coram de restit. in integrum n.* 3. etiamsi Procurator compareat; dum tamen comparauerit extra terminum citationis. 1

Verùm in nostro Textu Abbas *numero* 2. ait quod si causa agitata per Procuratorem, Dominus citetur ad audiendam Sententiam, si non compareat, non dicetur contumax, ex eo quod per Procuratorem liti- 2

gauit, & is erat citandus; Sic Bartolus *in lege finali numero* 3. *Digestis de in integrum restitutione.*

3 Imò & idem Abbas *dict.* 3. limitat suprà relatam Regulam quando per Procuratorem esset lis contestata: Quia tunc si Procurator citatur ipse contumax censetur, & non Dominus: Sic dixit Baldus vtrumque casum referens, & alia singularia scribens *in Margarita sua in reportorio, in non verbo Procurator quæstione* 10. † Qui

4 etiam *in Authentica hodie in fine* 1. *col. Codice hoc Titulo*, ait quod licet verum sit in casu prædictæ Regulæ Dominum esse contumacem, sed non vt verus contumax dicatur, sed fictus contumax reputetur: Ad quod adiunges nonnulla, quæ dixi suprà.

Etenim prædictam Regulam aliis quatuor modis limitant Zepola *cautela* 57. *numero* 2. quem referunt Ioannes Orosciusin *dicta lege* 1. §. *penultimo*, *ff. si quis ius dicen. non collat.* 16. Gratianus *dicta Regula* 71. *sub dicto numero* 1. versiculo *limita Regulam*, nihil aliud afferendo.

5 Ad secundam quæstionis partem, an terminus præfixus ad prosequendam appellationem dicatur peremptorius: Respondebis ex adductis suprà *in dicto cap.* 4. 5. *&* 8 *hoc Titulo*, vbi de hoc termino, & fatalibus. Et sic tantum addo cum Antonio *hic*, *col.* 8. & cum Felino alios referente *in capite causam quæ de rescriptis*, *num.*6. nempe vt clausula *quantum de Iure poterimus*, non habeat vim peremptorij: Probat cum multis Gratianus *Regula* 351. sed idem Felinus suprà, & Apostilla ad Abbatem *numero* 4 *littera* C, Specualor *Titulo de disput. & allegation.* § *prius*, versiculo *vel illud est*, Cardinalis *in Clementina* 1. §. 1. *de priuileg.* Ioannes de Imola *in capite cum dilecti* verbo *& nota quod in peremptorio*, & verbo *an autem facta citatione super tota causa* de dolo, & contumacia Salicetus *in lege si ea penult. col. Codice qui accusare non possunt* Matth. Matenot 8. Felinus *in cap. consuluit de officio delegati*, *numero* 15. tripliciter limitant Regulam prædictam, & semel tantùm limitat Iaf. Balb. *in decisione* 181. ad quod applicabis nonnulla quæ dixi *sub capite penultimo de foro competenti*, & *sub capite* 1. *de causa possessionis*, vbi quando dicatur citatio peremptoria.

6 Ad tertiam partem quæstionis, suppositis quæ adduxi de renunciante appellationi suprà *in Rubrica sub quæstione* 2. versiculo *ad secundam*, *& in capite* 17. *hoc Titulo* versiculo *ad tertiam.* Ad propositum inuenio duas oppositas opiniones; quando expressè appellans renuntiauit appellationi. Prima nempe Baldi *in lege finali*, §. *sin autem*, *numero* 2. *Codice de tempore appellation.* & hîc in nostro Textu Angelus *in lege* 1. *ff. hoc Titulo*, asserentium Iudicem in casu nostri dubij posse à grauato in Sindicatu conueniri pro iniusta condemnatione; & hanc opinionem dxit communem Barbatia *conf.* 12. *col.* 3. *volum.* 4.

7 Tamen verior est contraria sententia, quam tuetur Balbus (sibi contrarius, seu immemor sui) *in* §. *Iudices cap.* 1. *col. penultima de pace iuramento firmanda*, Alexander dicens hanc magis communem *in lege* 4. §. *finali*, *ff. de damno infecto*; sequitur Ceuallos *in practicis quæstione* 154. *numero* 3. ex eo quia propter expressam renuntiationem censetur Iuri suo renuntiasse *lege postquam liti*, vbi Iason. *Codice de pactis*, *lege quæro*, §. *remittentibus*, *ff. de edilitio edicto*: Sequitur Auendañus *resp.* 11. *numero* 2. Abiles *in capitibus Prætor capite* 1. *numero* 19. vbi allegat Regiam pragmaticam pro hac opinione.

Sed si quis appellauit, & postea appellationem deseruerit, quod est tacitè renuntiare, vt apertè probatur ex iam adductis, & melius iuxta nostrum Textum, *& ex doctrina dict. capit.* 4. 5. *&* 8. *hoc Titulo.* Vbi si appellans non sit prosequutus appellationem in termino assignato, videtur tacitè suæ appellationi renuntiasse: Et sic reputari, ac si non appellasset: docent Abbas *hic numero* 47. Decius *numero* 7. Innocentius, & Præpositus *numero* 47. quod si quis appellauerit, & appellationem deseruerit possit contra Iudicem agere in Sindicatu; quando fuit iniustè à Iudice condemnatus. 8

Et probant ex eo etiam, quia non appellans à Sententia Iudicis iusta, vel iniqua potest contra Iudicem agere in Sindicatu, vt docet Glossa verbo *noui Iuris* in versiculo *quid autem in lege* 1. *ff. quod quisque Iuris*, per quam idem tenent Bartolus ibi, *numero* 9. *& in lege item si res numero* 3., *ff. de alienatione Iudicij*, causa facta, *& in lege* 1. *ff. hoc Titulo*, multis aliis adductis ex antiquis Ceuallos, *dicta quæstione* 153. *numero* 3. Benardus Diez *Regula* 363. Couarruuias *in* 4. *parte* 2. *capite* 8. §. 12. *numero* 18. 9

AD TEXTVM
IN CAPITE XLV.
Constitutus, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere, siue Cardinalis possunt se intromittere de appellatione interposita Iudici inferiori ad Papam, qui eam, nequit committere expresso nomine proprio, n.* 2. *&* 3.

HVIVS Textus præcipuè materia expenditur *sub capite* 4. 5. *&* 8. huius Tituli, vbi quod Iudex à quo ob non prosequutam appellationem per negligentiam appellantis cognoscit de causa, & in casibus in quibus eius officium exuberat, vt in electione, de qua hic, & præter antiquos videbis quæ mouet Glossa hic: Nonnulla refert Barbosa; Nam *numero* 2. dicit quod legatus de latere, siue Cardinalis legatus potest se intromittere de appellatione interposita inferiori ordinario ad Papam, & causam instructiorem ad eum mittat: Videbis quæ etiam congerit Seaccia *hoc Titulo*, *quæstione* 7. *numero* 60. *&* 61. Et ad hoc applicabis plura, quæ adduxi *in capite* 7. *hoc Titulo de appellatione* omisso medio. † Vnum tamen notat Nauarrus *de foro competenti*, *consil.* 1. *num.* 6. ex Ioanne Monacho, quod instru- 1 2

ctio

ctio, quam in hoc Textu facit ille legatus de latere fuit facta de facto, & non de iure, vel de consensu partium; Etenim vt ait Scaccia *dicto num.* 61. eis consentientibus poterit de
3 illa cognoscere legatus. † Addit etiam Barbosa *num.*4. ex Velasco *Consult.*62. *num.*2. & 7. quod si appellatio sit interposita ad Summum Pontificem, expresso nomine proprio legatus non possit causam committere, nisi qualitas causæ, & personarum id postulet.

AD TEXTVM
IN CAPITE XLVI.
Constitutis, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. HVIVS Textus materia pertinet ad eam quæ de attentatis dico *infr. in c. bona* 51. *hoc tit.* & ad eius intellectũ debet distingui inter appellationẽ iudicialem, & extraiudicialẽ secundum quam non reuocantur attentata, vt ibi dico, alia mouent hic videnda Glossa Doctores antiqui, & Barbosa quæ non pertinent ad rigorem conclusionis huius decisionis.

II. Et ibi in versic. *quem Ecclesia magis vtilem, & idoneum reputauerint.* De eligendo digniori ad beneficia, seu officia dico *infra in cap.* 29. *de præb.* Et cum pluribus hic Barbosa *num.* 2.

III. Ad quæstionem debentis impedimentum probare, dicit Balboa *in cap.*10. *de præscript.* de quo plura dixi ibi, & *in cap.* 8. agens de impedito in materia præscriptionis.

AD TEXTVM
IN CAPITE XLVII.
Ex Parte, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Citatus ad locum non tutum comparere non tenetur* remissiuè, *& de exceptione loci non tuti, num.*2.

3 *Protestatio vnica num sufficiat vt stare dicatur per Iudicem, quominus causam expediat.*

4 *Reus promittens sub certa pœna stare intra certum tempus, num ee transacto incidat in eam* remissiuè.

5 *Appellari num possit semper iniustè captus, & detentus* remissiuè.

1 PEr hunc Textum agunt Doctores de appellatione propter locum non tutum, quod citatus ad locum non tutum accedere, seu comparere non teneatur dixi latè *in cap.* 4. vt lite non contestata, vbi de exceptione loci non tuti, & sic Gratianus cum multis egit Regula 493. De illa, & Paz *in praxi tomo* 1. *tempore* 5. *num.* 61. & 62. egit de tempore, quando possit opponi *Fermosin. de Exceptionibus.* exceptio loci non tuti: Videbis Balboam *in cap. exceptionem, de exceptionibus, num.*33. 34. & 35.
† Et quatenùs hæc exceptio dicatur emergens: agit Faquineus de illa generali, an Iudex de emergenti debeat pronuntiare *lib.* 1. *controuers. cap.* 33. de quo latè dixi *in cap.* 3. *de ordine cognitionum.* 2

Ad quæstiones cum Abbate hic egit Chachetranus *decisione* 12. de illa, an protestatio seu interpellatio vnica sufficiat, vt dicatur stare per Iudicem quominus causam expediat, † Et an si Reus promittit sub pœna certa se præsentare infra certum tempus, transacto illo tempore incidat in prædictam pœnam si non sit præsentatus: tractat cum multis Gomezius *lib.* 3. *variar. cap.* 9. *num.* 9. applica dicta *in cap. cum dilecti de dolo, & contumacia.* † Et an iniustè captus, & detentus possit semper appellare, etiam post decem dies, Abbas, & alij Doctores hic cum aliis Gomezius suprà *dicto cap.* 9. *lib.* 3. *variar. num.* 10. aliqua dixi sub *cap.* 4. *hoc tit.* dico infrà *in cap fin. q.*2. quis dicatur locus non tutus dixi *in dicto cap.*4. Barbosa *hic, num.* 3. & de metu dico *infra in capite fin.* aliquid Barbosa *hic numero* 4. 3 4 5

AD TEXTVM
IN CAPITE XLVIII.
Significauit nobis, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ sigillata quam authoritatem habeant* remissiuè, *quid de litteris Episcopi, numero* 2.

3 *Iudici quando credatur* remissiuè.

4 *Sigillo vt credatur debet esse destinatum ad illum vsum, ad quem adducitur, & quid per ipsum probetur.*

LITTERA huius Textus in se pertinet ad reuocationem attentatorum, appellatione pendente, vt indicant verba finalia ibi *reuocate in irritam quidquid post appellationem huiusmodi noueritis esse factum.* 1

Et ibi in versic. *in quarum Sigillo continebatur Sigillum* de authoritate litterarum sigillatum, & an eis credatur dixi suprà *in cap.* 3. *de fide instrumentorum quæst.* 2. versic. *ad septimam a num* 30. † Et *in cap.* 7. *de probat. quæstione* 5. versiculo *ad vltimam, num.* 6. litteræ Episcopi in spectantibus ad eius officium in actu extraiudiciali. Et *ibi dicto cap.*7. *q.* 2. *à num.* 1. an litteris Episcopi cum eius Sigillo credatur quando contra Episcopum adest præsumptio fraudis. † Et ibi *numero* 2. quid de Epistolis, vnde quatenùs Barbosa hic dicit versiculo *Iudices*, quod præsumitur pro Iudice in his, quæ spectant ad eius officium; Sic probans cum multis; Ideò adiunges dicta suprà *in cap* 18. *de Testibus*, tradit etiam Barb. *num.* 2. & *fin.* † Quod vt Sigillo credatur, debet esse destinatum ad illum vsum, ad quem adducitur; Item quod per 2 3 4 5

Sigillum probatur cognitio citationis, vel alterius actus: Item applicabis quæstionem an Signum Tabellionis sit de substantia Scripturæ, de qua *in cap. 1. de fide instrumentorum, quæstione* 10. *à num.* 1.

6 Et ibi in versic. *quendam constituebat Actorem* per hæc verba, & antecedentia agi potest de sufficienti mandato procuratorio ad agendum pro alio in Iudicio, de quo aliquid *sub Rubr. de Iudiciis, & in cap. 9. à quæstione* 3. *& sub cap.* 14. & alibi.

7 Et ibi in versic. *quod authoritate litterarum*, & *ibi non debuit per litteras posteriores : in quibus nulla fuerat mentio de prioribus conueniri* : Per hæc verba adiunges materiam Textus *cap. caterum* 4. *de rescriptis*; & alia alibi dicta *in cap. 3. de fide instrument.* & in aliis locis.

AD TEXTVM
IN CAPITE XLIX.
Significantibus, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. TExtvs huius materia, seu littera eadem est cum ea, quæ habetur suprà *in cap. 2. de libelli oblatione*; quare ad tractationem ibi positam te remitto, & de hoc Textu ibi dixi, & Balboa *in cap. 1. eodem à num.* 9. applicabis notata suprà *de appellatione vaga, & generali in cap. 2. & cap. 18. hoc tit. & in cap. bona* 51. *hoc Titulo.*

AD TEXTVM
IN CAPITE L.
Ex insinuatione, hoc titulo.

PRÆMISSVM.

I. DE Materia huius Textus dixi vbertimè, *in cap. 4. cap. 5. & cap. 8. hoc Tit.* vbi de termino ad prosequendam appellationem, & quis Iudex illum assignet, an ad totam causæ prosecutionem; An ad hoc, vt appellans se præsentet coram Iudice ad quem.

AD TEXTVM
IN CAPITE LI.
Bonæ Memoriæ, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

6 *Attentatum non reuocatur restitutione petita.*

5 *Causæ proprietatis, & possessionis quam communionem habeant, & qualiter ter nuncuentur* remissiuè.

REseruari suprà *in cap. 1.* agere hîc de attentatorum reuocatione, lite pendente, & quando locum habeat, interim adiunges ad hanc materiam notabilia quæ hîc signaui ex multis bonis Authoribus; nunc verò ante eius tractationem accipies ad litteram Textus nostri sequentem paraphrasim. 1

In versic. *ibi nequis eum super possessione Ecclesiæ præsumeret molestare* : Per hæc verba potest adiungi quidquid dixi *suprà de restitutione spoliatorum, de interdicto retinendæ, in cap. acceptâ* 4. & alibi aliqua *in cap. 9. de probat.* 2

Et ibi *cumque aliquandiu prædictam Ecclesiam pacificè possedisset quidam laici Cantuariensis Diœcesis ipsum Abbatem, & Monachos de possessione ipsius Ecclesiæ per violentiam eiecerunt*, per hæc verba, & alia possunt adiungi plura quæ adduxi *suprà in cap. 1. cap. in litteris* cum aliis pluribus eodem Titulo vbi de interdicto recuperandæ possessionis 3

Et ibi *ac fructus medij temporis præscriptos censuimus partier assignandos eidem* : Per hæc verba adiunges multa quæ dixi *suprà in cap. grauis eodem Titulo de restit. Spoliator.* vbi egi *de restitutione facienda à Possessore malæ fidei*, & adiunges nonnulla *ibi dicta q. 7.* versic. *ex his.* 4

Et in verbis ibi *præmissis, &c.* & ibi *proprietatis parti vtrilibet saluo iure* : Per hæc verba potest agi de nonnullis quæ adduxi suprà *in cap. fin. de Iudic. præcipuè q.* 1. vbi de communione quam habet causa possessionis cum causa proprietatis. Et ad propositum nostri Textus vberius, videbis quæ adduxi suprà *de causis possessionis, & proprietatis in Rubrica, & in cap 1. 2. 3. cap. pastoralis 5. cap. cum dilectus* 6. in quibus iuribus latè dixi quando possessorium, & petitorium queant terminari, & quando priùs pronuntietur super possessorio, suspenso. petitorio; Ad quæ respiciunt verba relata *proprietatis parti vtrilibet (saluo Iure.)* 5

Ad Textum nostrum in vltimo notabili plura congerit Riccius *collect.* 1330. de quo dixi *in cap. grauis de restit. spoliat. q. 7. à num. 9.* vbi in quibus fructibus condemnetur attentans vide infrà *q. fin.* versic. *ad secundam* quando attentata veniant reuocanda, dico infrà, & videbis Valent. Velasq. *p. 1. conf.* 45. *in fine, & conf.* 85. Aliqua remissiuè Cyriacus *tom. 3. sub contr.* 481. vbi *à num.* 6. quod attentatum dici non potest factum post petitam restitutionem in integrum quando illa est permissa à lege : Alia ibi expendens, quæ ex sequentibus patent, vbi enumerat casus, in quibus non reuocantur attentata. 6

QVÆST.

QVÆSTIO I.

An non solùm attentata, & innouata appellatione pendente Iudiciali debeant reuocari; Sed etiam pendente appellatione extraiudiciali, Et an hæc Regula vtique vera sit: non solùm in innouatis, seu attentatis circa possessionem: vt hic; Sed etiam circa causas beneficiales: matrimoniales, aliasve seculares, aut Ecclesiasticas: Et in quibus consistant attentatorum priuilegia, qualiterque super eorum cognitione procedatur?

SVMMARIVM.

1 *Attentatum non dicitur, nisi lite pendente, aut appellatione pendente, & cessat eà cessante, num. 2.*

3 *Attentatum non dicitur quando appellatio fuit nulla, nec vbi lex non est, num. 4. & quando quis possidet ante litem motam, num. 5. nec habet locum in Iudicio summarissimo retinendæ num. 6. & nisi post litem contestatam, num. 7.*

8 *Attentare non dicitur, qui vtitur possessione, qua anteà vtebatur, nec continuans possessionem, &* q. 2. sub num. 14.

9 *Attentati reuocatio cessat, vbi constat spoliatum ius non habere, & in aliis casibus remissiuè.*

10 *Attentata non æque reuocantur in appellatione extraiudiciali, ac iudiciali num. 11. & 12. impugnatur, n. 13. & 14. & num. 16.*

11 *Appellatio extraiudicialis non suspendit iurisdictionem, ex quo extraiudicialiter procedatur.*

12 *Appellatio extraiudicialis, est quædam prouocatio ad causam inchoandam.*

14 *Appellatio ab vno Articulo non suspendit iurisdictionem in alio.*

16 *Collationes factæ post appellationem reuocantur vt attentata, & quid de beneficialibus numero 19. & 23.*

17 *Attentata appellatione pendente extraiudiciali non reuocantur ante omnia, sed dependent à futuro euentu.*

19 *Innouatum appellatione pendente, reuocatur quoad possessionem, & fructus interim perceptos,*

19 Cap. Pastoralis 19. de iurepatron. 24. 16. & q. 2. num. 15. 16.

20 Cap. constitutis 46. hoc Tit. n 24. & 55.

21 *Appellatio à prouisionibus beneficij factis per Episcopum non causat attentata.*

22 Cap. peruenit 28. hoc tit. num. 34.

23 *Attentata in causis beneficialibus, appellatione pendente sunt reuocanda, si procedatur Iudicialiter.*

25 *Electio contra appellationem facta reuocatur.*

26 *Appellans ab institutione ab Episcopo denegata non inducit attentatum, nisi alius institueretur in beneficio sibi præsentato vide* q. 2. n. 5. 6. & 7.

27 *Appellari & si possit ab electione facta, aut facienda, & à confirmatione electionis, sed non sic post factam electionem à traditione futuræ possessionis, seu inuestituræ, expenditur num. 28.*

28 *Appellatio extraiudicialis, quæ non suspendit actum præcedentem, sic nec subsequentem,*

29 *Attentatum non datur, si appellatione pendente taxentur expensæ, aut fructus sequestrentur, n. 30. & de aliis n. 31. 32. & 33.*

31 *Iudex à quo potest prouidere de alimentis appellatione pendente, & ne animalia pereant in stabulo, & de aliis num. 32.*

34 *Attentatum non dicitur mandatum ab Episcopo, vt Canonicus resideat, nisi habeat priuilegium contrarium, num. 35.*

36 *Innouata appellatione pendente à visitatione Episcopi non reuocantur, nec in aliis, vt attentata, vbi appellatio locum non habet, num. 37.*

38 *Attentatorum priuilegia in quibus consistant num. sequent. & quo ordine procedatur in eis num. 47. 48. 49. 50. 51. & 52.*

39 *Exceptio nulla proprietatis, aut potioris iuris nequit opponi agenti, vt attentata reuocentur nec Excommunicationis exceptio, n. 40.*

40 *Attentati reuocandi Iudicium, vt magis priuilegiatum, quam simplex spolij, & habet triplicem inspectionem, num. 42.*

41 *Attentata reuocari petenti tria incumbit probare.*

43 *Attentatorum remedium est extraordinarium.*

44 *Sententia super attentatis lata quodam modò sapit naturam meri possessorij. & qualiter.*

45 *Attentatorum reuocatio potest peti in qualibet parte Iudicij si sint attentata ante conclusionem, quid si post, num. 46.*

47 Cap. non solùm hoc tit. lib. 6. & sub quæstione 5 à num 1.

48 *Iudex celeriter debet rescindere attentata, aliter peccat, num. 49. quid probari debeat, in Iudicio extraordinario, n. 50. 51.*

53 *Appellatione pendente qualiter queunt partes non proposita proponere, & non probata probare, seu exceptiones opponere.*

54 *Attentata, vt reuocentur, non requirunt Tituli probationem, nec possessionis, benè tamen detentationis.*

55 *Electio, collatio, institutio, præsentatio, confirmatio quando sint actus iudiciales, vel extraiudiciales.*

AD primam difficultatis partem, & ad cæteras huius materiæ, vt facilius respondeam præmitto nonnulla generalia huius tractationis, nempe quod attentatum non dicitur, 1
nisi lite pendente iuxta ea, quæ adduxi suprà in Titulo vt lite pendente nihil innouetur hîc proportionabiliter applicanda; item nisi appellatione pendente de quo nunc sub hac tractatione inquirimus. † Quod cessat vbi appellatio interposita est in casibus, in quibus non licet appellare, quia attentata cessant appellatione cessante iuxta casus plures quos adduxi *in Rubrica, & in cap.* 11. *& cap.* 17. *hoc tit.* in terminis Lancelotus *de attentatis p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 25. *à num.* 1. Rolandus *cons.* 77. *num.* 20. *lib.* 2. Rota Bononien. *decis.* 76. *num.* 1. *diuers.* Surdus *decis.* 160. *num.* 54. Rota Romana *decis.* 183. *sub num.* 3. *in fine p.* 2. *Recensior,* Valascus *cons.* 91. *in princ.* Cabed. *in decisione* 120. *n.* 5. & alij communiter. 2

Secundò non dicitur attentatum, quando appellatio fuit nulla, Rota *decis.* 75. *hoc tit. in antiquis.* † Tertiò nec vbi lis non est, vt per Rotam 3 4

apud Farinacium *decisione* 693. *num.* 1. *in prima*
5 *collect. nouis.* † Quarto nec quando quis possidet ante litem motam, vt hic in textu nostro, respectu Abbatis, qui hic turbatus est, seu spoliatus: videndus Lancellotus *de attentatis, lite pendente, cap.* 4. *declaratione* 4. *num.* 55. *& limit.* 1.
6 *num.* 11. *alias* 78. † Quinto etiam docet Antonius Menochius *decis. bonon.* 30. *num.* 22. quod remedium attenratorum, non habet locum, nec datur in Iudicio summarissimo possessorio retinendæ; ad quod applicabis aliqua, quæ dixi de hoc remedio, *sub dicto cap.* 17. *hoc titulo, &*
7 *vberius sub cap. licet* 9. *de probat.* † Item dicit quod hoc remedium attentatorum non habet locum, nisi post litem contestatam fuerit innouatum; idem Antonius Menoch. *dicta decisione* 40. *numero* 23. ad quod faciunt relata, *sub*
8 *dicto titulo, vt lite pendente.* † Septimo nec dicitur attentare ille, qui vtitur possessione, qua antea vtebatur, Lancellotus *de attentatis, part.* 2. *cap.* 4. *limitat.* 1. *à numero* 1. Flaminius *de resignat. libro* 2. *quæstione* 3. *numero* 72. *&* 29. Velascus *consultat.* 156. *numero* 6. Menochius *rem.* 17. *recuper. numero* 49. *&* 50. Continuans enim possessionem, non videtur attentare, Lancelotus *dicta* 2. *parte in præfatione à numero* 48. *& limit.* 26. *& parte* 3. *cap.* 14. *quæstione* 20. Flores de Mena *variarum libro* 1. *quæstione* 10. *numero* 67. Flamin. *dicta quæstione* 3. *numero* 29. Mascardus *de Probat. conclusione* 148. Surdus *decisione* 16. *num.* 13. & *decisione* 45. *numero* 79. Antonius Menoch. *dicta decisione* 30. *numero* 79. Burattus 424. *num.* 1.
9 Marcus Antonius *decisione* 30. *numero* 12. † Octauo etiam cessat attentati reuocatio, vbi notoriè constat spoliatum Ius non habere Cabedus *Lusitan. parte* 2. *decisione* 15. *numero* 18. Et ita vbi notoriè constat de bono Iure attentantis per confessionem partis, vel per rem iudicatam attentatorum purgationi locum non esse censuit Rota apud Farinacium *decisione* 682. *parte* 3. *recent. numero* 3. alios plures casus recenset Glossa *in cap. non solum*, verbo *casibus hoc titulo libro* 6. quatenus ex ea probatur reuocationem attentatorum in multis casibus locum non habere, videlicet in omnibus, in quibus appellatio non admittitur, quorum plures refert hic Barbosa *à numero* 30. quos non repeto, cum iam latè de pluribus dixerim, *sub Rubric. & in dicto cap.* 11. *& cap.* 17. *hoc titulo*, vbi videbis, de aliis vero notabilibus ad veram materiæ attentatorum expeditionem infra dico sub quæstionibus sequentibus, & sub hac quæstione.

10 Igitur vt supra dixi in Rubricæ principio, duplex est appellatio, vna iudicialis; alia vero extraiudicialis, vbi scripsi quæ vtraque sit, seu exemplificetur; quo supposito quoad reuocationem attentatorum, solent Doctores distinguere inter vtramque appellationem, dicentes quod in iudiciali reuocantur omnia innouata, attentata; licet non sint directè contra appellationem; sed in extraiudiciali ea dumtaxat quæ sunt directè contra appellationem, & non alia, ex ea ratione quod appellatio iudicialis, etiam in vno articulo, siue habeat connexitatem cum tota causa, siue non in totum, & quoad totam causam suspendit iurisdictionem Iudicis.
11 † Sed quia appellatio extraiudicialis non suspendit iurisdictionem, ex quo extraiudicialiter proceditur; ideo effici vt reuocetur, dumtaxat quod est in grauamen appellationis, seu contra appellationem: docent Maranta *de ordine iudicior.* 6. *parte, actu* 2. *numero* 4. Valensis *in Rubrica hic*, §. 15. *numero* 5. † Est enim hæc ap- 12
pellatio extraiudicialis quædam prouocatio ad causam inchoandam, quæ non suspendit iurisdictionem eius, à quo interponitur, sed tantum eo articulo, de quo specialiter est appellatum, iuxta textum, *in cap. cum sit Romana*, §. *verò hoc titulo*, Lancellotus *libro* 3. *de attent. cap.* 12. *limitat.* 3. *numero* 6. *&* 9. Couarruuias *in practic. cap.* 24. *numero* 5. Graña *hic sub numero* 3. & ante eum cum multis optimè loquitur hic Balboa *à numero* 27.

Quæ doctrina labefactari videtur, tam in ap- 13
pellatione iudiciali, quam extraiudiciali in iudiciali, quia vt iam dixi, *in Rubrica quæstione* 6. sub versic. *ad quartam, & in cap.* 7. *quæst.* 2. versic. *ad vltimam*, constituitur differentia inter connexa, & separata, ad hoc vt appellatio in vno articulo deuoluat totam causam, vel tantum articulum appellatum de Iudice à quo ad Iudicem ad quem. Ergo cum ibi Iudex à quo possit cognoscere super articulis separatis, non appellatis, & si causa respectu articuli appellati pendeat, sequitur vt innouata, seu attentata à Iudice à quo circa articulos non appellatos, non reuocentur, quia super his nullam habet iurisdictionem Iudex ad quem, qui solet attentata reuocare. † Quare & si Glossa, & Abbas 14
in cap. super eo 10. *hoc tit.* secundum, praxim quam sequitur Andreas Valensis *in dicta Rubrica hic*, §. 15. *numero* 5. versiculo *dixi*, ea appellatio iudicialis omnino suspendit, siue sit connexus articulus, siue non ex ea oratione, in arbitrio Iudicis relinquatur quæ sint connexa, quæ non; & sic facile inclinetur ad iudicandum pro connexitate, vt sic totam causam ad se trahat, vbi commendat videndum Scacciam *hoc titulo, quæstione* 17. *limitat.* 47. *membro* 2. *numero* 12. Tamen quia supradictum secundum Ius legitimè procedit, nempe vt appellatio ab vno articulo non suspendat iurisdictionem, nisi respectu illius articuli tantum: sequitur, vt attentata super articulis separatis, & non appellatis, nec debeant, nec possint reuocari, quia cum hæc reuocatio sit facienda per Iudicem ad quem, *ex dicto cap. non solum hoc titulo, libro* 6. & iste nullam iurisdictionem habeat super non appellatis: euenit veram esse doctrinam, quam sequimur, contra iam relatos Doctores.

In secundo vero casu de appellatione extra- 15
iudiciali, etiam labefactari videtur relata doctrina in versiculo *igitur*, ex textu *in cap.* 1. *hoc titulo*, nam cum ea interponatur in actibus, de quibus dixi in principio Rubricæ, veluti in possessionibus, electionibus, præsentationibus, seu aliis actibus extraiudicialibus, vt exemplificant decisiones Pontificiæ, *in cap. constitutis* 33. *hoc titulo, in cap. concertationi hoc titulo, libro* 6. euenit, vt cum omnes textum, *in dicto cap.* 1. *hoc titulo*, intelligant loqui de appellatione ab actu extraiudiciali, quod hæc appellatio extraiudicialis non efficiat attenta reuocatione digna.

Sed retenta relata doctrina respondetur in 16
specie, *dicti cap.* 1. *hoc titulo*, appellationem fuisse interpositam, ne collationes beneficiorum ab Archiepiscopo Euoracence fierent in præiudicium

dicium appellantis: quare collationes postea factæ non solum post appellationem, sed contra appellationem innouatæ dicuntur, & consequenter remedio attentatorum esse reuocandas: sic Graña *hîc sub dicto numero* 3. Balboa *hîc num.* 29. *&* 45.

17 Tamen notabis quod attentata appellatione extrajudiciali pendente, non reuocantur ante omnia, sed pendent ex futuro euentu, quia reuocantur cum probata fuerit vera appellandi causa: sic docent, Couarruuias *in practicis capite* 4. *numero* 25. *in principio*, vbi dicit quod in præsenti probatus fuit veritas causæ appellandi, ad reuocationem attentatorum, quamuis ad appellationem ipsam iustificandam satis esset probare appellationem ex causa verisimili, & probabili propositam fuisse: tenet etiam hic Barbosa *numero* 3.

18 Ad secundam quæstionis partem per verba Textus nostri ibi *in eum statum ist quo tempore appellationis*, dico quod innouatio appellatione pendente, non solum retractatur ad quæ reuocatur quoad appellationem, Sed etiam quoad fructus interim perceptos iuxta ea, quæ dixi *in dicto capite grauis de restitutione spoliatorum*, *& in terminis hîc*, Barbosa *numero* 2. Lancelotus *de attentatis parte* 3. *capite* 31. *de pœnis attentator. à numero* 10. Vibius *tomo* 2. *commun. opinion. libro* 7. *capite* 21. *numero* 281. versiculo *& hinc est pagina* 314. & adjunges quæ benè aduertit Riccius *collect.* 1330. ad Textum nostrum in vltimo notabili, quem videbis.

19 Et quod idem dici debeat, etiam circa causas beneficiales probatur ex Textu *in dicto capite* 1. *hoc titulo*, *cum concordatis*; sed videtur obstare Textus *in capite pastoralis* 29. *de Iure patronatus*, vbi cum Episcopus noluisset admittere ad Ecclesiæ vacantem quemdam à patrono præsentatum, ipse præsentatus eppellauit antequam alius ab eodem patrono præsentatus institueretur per eundem Episcopum, cui facta fuit præbendæ, seu beneficij collatio, & institutio, non obstante appellatione primi præsentati, quæ reuocata non fuit: igitur in beneficialibus Ius attentatorum non debet practicari sicut nec in aliis casibus practicari debet, vt iam dixi.

20 Et confirmatur ex doctrina Textus *in capite constitutis*. 46. *hoc titulo*, per quem nouissimè, Fanciscus Tondutus *parte* 1. *quæstione*, *& resolutione benefic. capite* 7. cum Caualc. *decisione* 26. *numero* 56. *parte* 3. Marescotus *libro* 2, *variarum resolutionum*, *capite* 64. *numero* 10. Lancelotus *de attentatis capite* 12. *limitation.* 49. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancel-*

21 *lar.* §. 9. *in annotat. numero* 27. *&* 39. † Qui probant quod appellatio à prouisionibus beneficij factis per Episcopum non causat attentata, cum dicatur extrajudicialis. Et sic Barbosa *in dicto capite constitutis*, *numero fin.* Salgadus *de protectione Regia tomo* 1. *capite* 5. *numero* 105. *& parte* 3. *capite* 11. *numero* 32. idem Lancelotus *parte* 2. *capite* 17. *limitat.* 39. *numero* 4. *&* 5. *& limitat.* 40. *numero* 6. *&* 7. *& limitatione* 49. *numero* 5. Garcia *de beneficiis*, *parte* 9. *capite* 4. *numero* 9. dixerunt quod quando proceditur extrajudicialiter, appellatio ex aduerso interposita, non suspendit collationem, nec possessionis traditionem.

22 Item ex Textu *in capite peruenit* 28. vbi appellatione interposita à monitione de residendo, potest Iudex à quo vlterius monere Clericum, vt vel resideat, vel appellationem prosequatur; & si negligat alium ei ad tempus substituere, qui eius vicem suppleat.

23 His tamen non obstantibus verum est dicere in causis beneficialibus etiam reuocanda esse attentata, appellatione pendente, cum proceditur Iudicialiter, & per viam contentiosæ Iurisdictionis, vt tradit Tondutus, vbi *suprà dicto capite* 7. *numero* 2. ipsum videbis plura dicentem *in tractatu de prævientione Iudiciali*, *capite* 32. *à numero* 14. tamen si tantum procedat tanquam collator ordinarius, dixit Gonzalez *vbi suprà*, *regula* 8. §. 9. *numero* 36. vt non debeat admitti appellatio, quæ suspendat executionem, & causet attentate, quia tunc procedit dumtaxat vti collator, non vti Iudex.

24 Nec obstat Textus *in dicto capite pastoralis*, *adductus suprà* in versiculo *& quod idem*, quia, & si ei variè respondeant, Beroius *in capite* 1. *hoc titulo*, *numero* 27. Lambertinus *de Iure patronatus* 2. *parte libro* 2. *quæstione* 7. *articulo* 10. & sit receptissimus intellectus Abbatis *ibi numero* 5. dicentis, ideo *in dicto capite pastoralis*, attentatum institutionem, & collationem non reuocari, quia non tendebat ad negandam collatoris potestatem, vt ex eius litteta constat secus *in dicto capite* 1. *hoc titulo*, in quo fuit interposita appellatio, ad negandam potestatem Iudicis collatoris; & tunc collationem factam post, & contra appellationem non reuocari. † Tamen iste intellectus impugnatur aperte *ex capite cum à nobis de electione*, vbi appellatio proposita fuit ad negandam eligentium potestatem; & nihilominus fuit reuocata electio post, & contra appellationem facta. 25

26 Quare existimo verius dicendum collationem beneficij, de qua loquitur Textus *in dicto capite pastoralis*, factam fuisse post appellationem, non tamen contra appellationem, quia primo præsentatus à patrono laico, & ab Episcopo non institutus solum appellauit à denegatione institutionis, non inquam petiit ab Episcopo, quod alius non institueretur, etiam si de nouo alius præsentatus fuisset interponendo appellationem, ex tunc si contrarium factum fuisset, quo casu dicendum esset præsentationem, & collationem factam secundo præsentato post, & contra appellationem factam esse, & inde remedio attentatorum esse reuocandam: ita Balboa *in dicto capite* 1. *hoc titulo*, *numero* 46. de cuius intellectu præter ordinarios ibi videbis quæ scribit Salgadus *de protectione Regia parte* 2. *capite* 13. *numero* 1. ad alia conducibilia pro doctrina *dicti capitis pastoralis*, videbis *infrà*, *quæstione* 2. versiculo *ad secundam*, & versiculo *ad quartam*, ibi *& similiter*.

27 Vnde non obstat confirmatio ex Textu *in dicto capite constitutis* 46. *hoc titulo*, de cuius intellectu Graña *in dicto capite* 1. *numero* 8. dicit quod, & si ab electione facta aut facienda

cienda , & à confitmatione electionia appel-
lari possit ex dicto capite cum nobis de electione
capito concertationi hoc titulo , libro 6. Tamen
post factam electionem , aut confitmxtionem,
non posse appelixtionem interponi à fututa
possessionis , seu inuestitutæ traditione ita vt
operetur attentatorum effectum ,ex dicto capite
constitutus , ne dignitas dici vacare videatur
contra regulam Textus in capite vt circa de
electione : sic de Iure singulari , & cummuni pto-
bat alia dicens.
28 Sed Balboa in dicto capite 1. numero 47. ali-
ter , & Clariua intelligit illum Textum ex
adductis per Lancelotum 2. partes capite 12. li-
mitat. 40. à numero 1. argumento Textus in le-
ge 1. ff. de Iurisdiction. omn. Iudicum leg. 6. ti-
tulo 31. parte 3. nempe vt quemadmodum ex-
trajudicialis appellatio non suspendit actum
præcedentem ex dicto capito cum à nobis de ele-
ctione , ita similiter nun suspendxt , nec effi-
ciat atteutatum actum subsequentem conse-
cutiuum , & connexum , sine quo actus præ-
cedens non haberet effectum : qualis est traditio
possessiunis , & inuestitnræ , post confitmxtam
electionem.
29 Er ob id existimo non dari attentatum , si
appellatione pendente taxentur expensæ , Ca-
pellx Tholosana decisione 465. vnde Anna sin-
gulari 81. dicit , quod in anno 1551. in Sacto
consilio fuit decisum quod poterat Iudex Ca-
uensis taxate expensxs xbsque grauaminis re-
putatione , & de aliis casibus dico infrà.
30 † Item quod appellatione peudente potest
fructus rei petitæ sequestrari , Riccius col-
lect. 646. in fine , notans id ad Taxtum in leg.
31 Imperatores , ff. hoc titulo. † Item quod ap-
pellatiune pendente potest Iudex à quo pro-
nidere de alimentis , & ne animalia pereant
in stabulo , quia hæc sunt accessoria , Mxy-
nardus in decisione 91. libro 3. imo & Rota in
decesione 17. hoc titulo , in antiquis decidit , vt
appellxtione pendente possit Iudex testes ad
futuros recipere , alium casum refert Guido
32 Pap. in decisione 164. † Et aliis omissis dico
generaliter posse Iudicem à quo , pendente ap-
pellatione omnia illa facete , quæ tendunt ad
faciliotem exitum causæ appellationis , dum-
modo se non imminuisset appellationis dum-
modo se non immisceat appelixtioni , vt in
prædictis exemplis ; non enim expensas in con-
tinenti declatando xliquid innouat , nec in-
terloquitur , sed pronunciatx declarat , potest
etiam sppelianti statuete certum terminum ad
recipiendos Apostolos : & ad alia secundum
adducta in Rubrica sub quæstione 5. & in capi-
te 4. & 8. hoc titulo , tradit Valensis in Ru-
33 brica hic , §.17. numero fin. † Et licet quud
dictum est de taxatione expensatum in pra-
xi , difficile fateatur Balboa in capite 1. hoc
titulo , tamen nostrum dictum defendit cum
multis ab eo relatis in capite 1. hoc titulo, sub nu-
mero 32.
34 Nec afficit Textus in dicto capite peruenit 28.
hoc titulo , adductus suprà in versiculo item
ex Textu , quia regulas , de qua ioquimur.
fallit in specie illa de qua in dicto capite per-
uenit , nempe quoties interponitur a Cano-
nico , alio vi Clerico , appellatio à mauda-
dato de residendo facto per ordinarium lo-
ci , quo casu interim dum appellatio pender,
potest Episcopus Vicarium ponete , aliàs
alendum ex fructibus beneficij ex ea ratione
quia ibi cum fuisset posita appellatio causa
dilationis txntum frustratotiè posita dicitur ,
& eo etiam quia vlterius fauor Ecclesiæ , &
cultus dinini consideratur : explicxnt Marantx
in speculo 3. parte sextæ partis principalis , quæ-
stione 2. numero 184. Dueñas regul. 42. nume-
ro 19. Menuchius de arbitrariis libro 2. centu-
rià 1. casu 69. numero 11. Pauin. in tractatu de
visitat. parte 1. quæstione 10. numero 7. Cardinx-
lia in Clementina vnica de notab. 9. hoc titulo ,
Balboa in dicto capite 1. hoc titulo , numero 51.
vt id extendit ad alios similes casus , & ad
idem tendit intellectus , Grxñæ in dicto ca-
pite 1. hoc titulo , numero 6. non enim de-
buit Ecclesia fraudari seruitio iuxta notissima
Iura.
Verum si aliàs appellans docuisset de pri- 35
nilegio exemptionis , tunc reuerà quod fa-
ctum fuit in dicto capite peruenit , esset at-
tentatum reuocatione dignum , vt expendit
Lancellotus de attentatis 2. parte capite 12. li-
mitat. 18. numero 3. affitmxns sic intelligi il-
lum Textum , praxi quæ seruatum in Rota
dicit communem Antonius Gabriel libro 3. com-
mun. sub titulo , de acquirenda possess. conclusion. 5.
limitat. 1.
Hinc prouenit non esse appeliandum à visi- 36
tatione Episcopi iuxta notata in capite 3. hoc ti-
tulo , & sic resoluit Oldtxdus in consilio 89. non
reuocari innouata in illo casu , appeliatione
pendente , & ptobatut ex Tridentino capite 10.
sessione 24.
Vnde prouenit . vt cum suprà in Rubrica, 37
& vberius in capite 11. hoc titulo , congesse-
rim plures casus , in quibus etiam appellatio
non admittitur non solum in rebus profanis,
sed etiam Ecclesiasticis , veluti matrimoniali-
bus , decimalibus , & aliis . attentatum non
dicatur , nisi vbi appellatio locum habens ,
ea peudente , aliquid sit innouatum iuxtx re-
gulxm Textus in dicto capite non solùm hoc ti-
tulo , libro 6. qnia ex quo ea nullum habet
effectum , non dat Iudici ad quem Iurisdi-
ctionem , respectu cuiua , vt iam dixi dici-
tur attentatum : quare euenit , vt quoties ap-
pelixtio prohibetur , nullus sit locus attentato-
rum materiæ.
Ad tertiam quæstionis partem , in quibus 38
consistant attentatorum priuilegia , dico pri-
mò hoc remedium frui potiori priuilegio,
esseque longè promptius remedium spoliato,
seu turbato in sux possessione , quam inter-
dictum vnde vi , quia & si spoliatus , vt
iam dixi in capite 1. capite in litteris , & aliis
de restitutione spoliat. ante omnia sit restitnen-
dus ; ita vt attentata , & innouatx ante om-
nia sint reuocanda ex dicto capite non solùm
hoc titulo libro 6. vt ibi cum multis probat
Balbosa numero 1. † Tamen agenti , vt at- 39
tentata reuocentur , non potest opponi vlla
exceptio proprietatis , aut potioris Iuris Af-
flictis decisione 351. sed sufficere , vt constet
quoquomodo aduersus attentatum , & inno-
uxtum fuisse , expendit Panormitxnos hic . &
ad alia plura Andreas Valensis in Rubrica hic,
omnino videndus §. 16. à numero 1. vbi à
numero 1.

numero 2. ait ad procedendum in hoc remedio nullam requiri prioris status Iustitiam,
40 nec ordinem Iudiciarium. † Ita vt agenti remedio attentatorum, nec possit opponi exceptio excommunicationis, imo & hoc remedium dari dicit aduersus quemcumque possessorem; quæ omnia non sic procedunt in prædicto interdicto, vt abunde adduxi *suprà in titulo de restitutione spoliatorum*, & Rota in versiculo *secus decisione* 2. *de restitutione spoliatorum in nouis*, quam sequitur Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ*, *parte* 2. *quæstione* 81. *numero* 4. Decius *consilio* 200. *numero* 2. dixerunt quod hoc Iudicium est magis priuilegiatum, quam simplex Iudicium spolij.

41 Tamen adhuc petenti attentata reuocari incumbit tria probari, nempe fuisse sententiam seu definitiuam, & appellatum, & fuisse attentatum, Mascardus *de probationibus conclusione* 1278. *numero* 1. Barbosa *in dicto capite non*
42 *solùm numero* 9. † Imo etiam hoc remedium habet triplicem inspectionem, primam Iudicij summarissimi, eo quod in eo summarie proceditur, Egidius *decisione* 101. Afflictis *decisione* 351. Lancellotus *de attentatis* 3. *parte*
43 *capite* 15. *numero* 27. † Secundam Iudicij extraordinarij ex Afflictis *dicta decisione* 351. nam quotiescumque in Iudicio proceditur implorando Iudicis officium, vt in remedio attentatorum appellatur Iudicium extraordinarium *lege* 1. *ff. de variis*, *& extraordinariis cognitioni-*
44 *bus*, *leg. quintus*, *ff. de annuis legatis*. † Tertiam Iudicij possessorij saltim indirectè, non verò principaliter propositi; adeo vt sententia super attentatis lata, quodammodo sapiat naturam meri possessorij Rota *in antiquis decisione* 13. *&* 113. Egidius *decisione* 72. Balboa *in dicto capite* 1. *numero* 17. vbi dicit hoc intelligendum, quando remedio attentatorum agitur pro recuperatione possessionis, appellatione pendente, occupatæ, secus vero in aliis actibus possessionem non respicientibus: videbis Marantam probantem secundam inspectionem Iudicij extraordinarij *in speculo* 4. *p. princip. distinctione* 10.

45 Reuocatio namque attentatorum potest peti in quacumque parte Iudicij vsque ad conclusionem in causa, non vltra Maranta *de ordine Iudiciorum parte* 6. *actu* 2. *numero* 6. Gailius *libro* 1. *obseruat.* 146. *numero* 10. Rota *decisione* 17. *licet pars in nouis hoc titulo*, Andreas Valensis *in Rubrica*, §. 15. *numero* 7. vbi hoc intelligit quoad attentata ante conclusionem, secus autem in commissis post conclusionem. Et sic est intelligendus Afflictis *decisione* 352. dum dixit attentata posse reuocari post conclusum in causa.

46 Et de tempore petendi reuocationem attentatorum, cum multis Balboa *in dicto capite* 1. *hoc titulo*, *numero* 13. Et quamuis secundum aliquos dicat in secunda instantia id petendum antequam lis contestetur ex doctrina, Couarruuias *in practic. capite* 23. *numero* 3. Sed verius dicitur posse peti, vsque ad causæ conclusionem, probat cum multis & melius esse ait si appellans in libello grauaminum petat reuocari attentata.

47 Num vero causa attentatorum taliter sit priuilegiata, vt in ea non sit seruandi termini in causis ordinariis, negat Gratianus *decisione* 70. videbis Rotam *decisione* 78. *hoc titulo in antiquis*, sed cum Bella *comm. tomo* 2. *comm. opinionum*, *libro* 7. *titulo* 21. *numero* 183. *pagina* 315. & Michaël Graffis ibidem *numero* 192. *pagina* 316. dicant attentata ante omnia esse reuocanda in casibus, in quibus appellatio Iure non est admittenda: sequitur, vt absque vlla dilatione fieri attentatorum reuocationem præcipiatur *in dicto capite non solum hoc titulo*. † Nam ad offi- 48
cium Iudicis pertinet, vt celeriter attentata rescindat, obseruant Afflictis *decisione* 98. *numero* 3. Petrus Gregorius *libro* 7. *syntagmat. capite* 9. *numero* 3. Vvamesius *in capite ex parte* 67. *numero* 7. *hoc titulo*, expendit Balboa *in dicto capite* 1. *hoc titulo*, vbi explicat Textum *in leg. cum ex causa* 11. *ff. hoc titulo*.
† Et addit *numero* 27. cum multis ex do- 49
ctrina *dicti capitis non solùm*, vt Iudex ad quem non reuocans celeriter, & ante omnia attentata peccet mortaliter, propter iniuriam parti appellanti illatam. Et hoc procedere secundum distinctionem appellationis interpositæ à diffinitiua, seu ab interlocutoria, vt dixi cum in reuocatione attentatorum post appellationem ab interlocutoria, debeat prius probari vera appellandi causa, Couarruuias *in practicis dicto capite* 24. *à principio*, Riccius *in collect. decisione parte* 5. *collect.* 1745. Barbosa *in dicto capite non solùm*, *numero* 7. quod vt abundè expendas leges Balboam *in dicto capite* 1. *hoc titulo*, *à numero* 68. *ad* 70. vbi benè hoc intelligit, & explicat expendens illum Textum, cum *dicto capite non solùm*, quatenus ibi loquitur de sententia interlocutoria extrajudiciali; Textum verò *in dicto capite non solùm de interlocutoria Iudiciali*, in qua causæ probatio est necessaria, non sic in extrajudiciali.

Et adducunt Doctores rationem, nam 50
quando Iudex Iudicialiter procedat, debet seruare Iudicij ordinem, & partium audire exceptiones. ideoque præsumi iustè processisse, indeque oriri, vt qui ab interlocutoria appellat, iustificare debeat suam appellationem, & veritatem causæ expressæ, coram superiore probare, vt *in dicto capite non solùm*: tamen si Iudex extrajudicialiter procedat, quasi quidam priuatus, non tenebatur partium exceptiones audire, nec Iuris ordinem seruare; quando enim appellatur ab interlocutoria Iudici iniuria irrogatur, secus autem quando appellatur ab actu extrajudiciali, respectu cuius etiam Iudex censetur priuatur.

Et secundùm hanc distinctionem existimo 51
metiri quæ de ordinando Iudicio in eis reuocandis subsequuntur; nempe vt ex Rotæ *decisione* 18. *hoc titulo in antiquis*, in reuocatione attentatorum pars citanda est. Secundò quod, vt attentata in Iudiciali appellatione reuocentur necesse sit quod appellatio fuerit intimata Iudici, & parti: nam alias Iudex, & partis ignorantes appellationem; possunt de Iure procedere in causa, nec reuocabuntur: tunc per attentata Maranta *dicta*

6. parte

6. *parte numero* 4. secus in extrajudiciali, in qua non reuocantur licet non fuerit intimata appellatio, vt ibidem tradit *numero* 403. verum Afflictis *in decisione* 351. quem sequitur Riccius videndus *collect.* 336. *ad Rubricam nihil nouandum appellatione pendente*, dicit quod repulsa testium non habet locum in causa attentatorum.

52 Deinde etiam & si pendente appellatione nihil nouandum sit ex dictis: tamen vtrique parti licebit non proposita proponere, & non probata probare, atque exceptiones opponere, modo tamen actionem, & causam coram Iudice à quo propositum respiciant, & ei connexa sint *leg. per hanc, Cod. de tempore appellat.* Valensis *in Rubrica hic dicto* §. 17. *numero* 1. alia tradit omninò videnda *ibi à numero* 2.

53 Quod in reuocandis attentatis non requiratur tituli probatio, dixit Rota *decisione* 14. *de restitutione spoliatorum in nouis*, nec etiam requiri probationem possessionis, Rota *in decisione* 56. *de causa possession. & proprietat. in antiquis*, licet requiratur probatio detentationis, & status, in quo quis erat tempore attentationis Bellam. *decisione* 101. Gratianus *decisione* 91. Riccius *dicta collect.* 336. *in principio*, ad alios plures casus tàm appellatione, quàm inhibitione pendente, in nouatis videbis *infrà hic*, & *in capite vt nostrum* 56. *hoc titulo*.

54 Pro complemento dubitabis, quando confirmatio, electio, collatio, institutio, & præsentatio, sint actus Iudiciales, aut extraiudiciales, ad quod respondeo, vt quando prædicta præcedunt cum oppositore in Iudicio contradictorio cum causæ cognitione, tunc sint actus Iudiciales; vt de confirmatione electionis, probatur *in capite fin. de electione libro* 6. si verò simpliciter fiant, & absque aliqua contradictione Iudiciali, erunt actus extrajudiciales, vt exemplo præfati exempli, de quo Doctores *in dicto capite fin.* Ioannes Andreas *in capite auaritia de electione libro* 6. Abbas *in capite constitutis* 46. *hoc titulo*, *numero* 14. Francus *numero* 9. Balboa *in dicto capite* 1. *hoc titulo*, *sub numero* 47. dicentes quod electionis confirmatio, de qua loquitur Textus, *in dicto cap. constitutis*, fuit actus extrajudicialis, & quoad cætera de collatione, institutione, & aliis satis probatur *in dicto cap.* 1. *hoc titulo*.

QVÆSTIO II.

An durante competentia reuocentur attentata: An possessio post appellationem ab institutione sit attentata: Et an innouatio fieri possit contra tertium: Et an quæ poterant fieri, & innouari pendente causa principali dicantur attentari, & innouari pendente appellatione?

SVMMARIVM.

1 *Attentata durante competentia reuocantur, siue sit inter laicum, & Ecclesiasticum, siue istum, & conseruatorem, n.*4.

2 *Attentata non dicuntur quæ fiunt Iudice nulliter procedente, & nulliter inhibente.*

3 *Citatio Clerici coram Iudice laico nunquid sit nulla, & censetur contumacia.*

5 *Possessio post appellationem ab institutione facta est attentata.*

6 *Institutio facta post appellationem est ipso Iure nulla, & attentata, n.*7.

8 *Attentatum non dicitur factum à tertio, appellatione pendente, nec si fiat per partem vna cum tertio, n.*9. *nisi habeat causam à tertio, n.*11.

10 *Innouatio contra tertium quando fiat.*

12 *Attentari, & innouari possunt pendente appellatione quæ possunt fieri pendente causa principali.*

13 *Possessor appellatione pendente, fruitur commodo possessionis, nemo enim propter contradictionem alterius debet carere fructu possessionis, n.*14.

15 *Patronus, cui competit plures præsentare, vno præsentato, & appellante, poterit nihilominus præsentare, n.*16.

AD primam quæstionis partem, an durante competentia, reuocentur attentata, vt latè expendas adjunges plura, quæ adduxi de competentia Iurisdictionis *in Rubrica de foro competenti*, & *in illo titulo*, item & *in capite at si Clerici*, & *alibi de Iudiciis*, & in terminis Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ parte* 2. *quæstione* 80. agens de ea quæstione, an Ecclesiasticus faciat vim procedendo ad vlteriora in casibus competentiæ Iurisdictionis; & nunquid attentata statim sint reuocanda cum causa, deuoluitur ad Iudicem sæcularem, duas contrarias opiniones refert. Prima vt si dum tractatur de remissione causæ ad sæcularem, dum durat competentia cum Ecclesiastico Iudice, ipse Ecclesiasticus aliquid attentauerit ante omnia sic attentatum esse reuocandum per eundem Iudicem, quando causa venit remittenda, dixit Guillermus Benedictus *in capite Raynutius*, versiculo *& vxorem el* 2. *num.*141. quia attentata debent reuocari solo Iudicis officio, Glossa *in capite cupientes*, verbo *gratia de collect. libro* 6. Glossa *in capite non solùm de appellat. hoc titulo libro* 6. 1

Sed contra hanc opinionem est Marta *de Iurisdictione* 2

risdictione 4. p. cent. 2. casu 157. *num.* 5. versiculo, *sed Doctrina Guillermi*, vbi dicit quod attentata non causantur, quando Iudex nulliter procedit; & sic quod attentata appellatione pendente, quæ nulla est non sint reuocanda, etiamsi inhibitio præcedat, quia Iurisdictio non deuoluitur, quando nulliter appellatur, Iuxta ea, quæ dixi, *in cap.* 21. *hoc tit.* & vbi nulliter inhibetur, non operatur reuocationem attentatorum appellatio ex Bellamera *decis.* 22. Rota *decis.* 45. *hoc tit. in nouis. & in* 43. *&* 54. *eodem tit.* Vantius *de null. tit. quando, & intraque tempora, n.* 48.

3 Ex quibus infert quod quando Clericus citatur coram Iudice seculari, vel Iudex Ecclesiasticus inhibetur quod non potest dici contumax cum citatio sit ipso Iure nulla, ac propterea non dicatur Iudex attentare si vlterius procedat, & ad alia adducens Matta resoluit, *numero* 15. contra laicum non procedere Iudicium attentatorum, pendente remissione, quia Iudex sæcularis, respectu Clerici habetur vt priuatus, & sic facta per Iudicem Ecclesiasticum post eius citationem, & inhibitionem non posse dici attentata, lite pendente, imo addit quod non sunt reuocanda à Iudice Ecclesiastico nec sæculari.

4 Sed Aloisius Riccius *collect.* 1469. Ludouicus Peguera *decis. ciuil.* 189. & Ceuallos *dicta* 2. *p. de cognitione per viam violentiæ, p.* 2. *quæst.* 8. *à num.* 13. primam relatam sententiam docent Peguera, dicendo ita Iudicatum fuisse in regali audientia ab anno 1592. & Ceuallos probat ex verbis, Trident. *cap.* 4. *sess.* 14. vbi data competentia Iurisdictionis inter Iudicem Ecclesiasticum; & conseruatorem ait nihil esse innouandum per verba, *ibi si qua inter ipsos Iudices conseruatorem, & ordinarium, contentio super competentia Iurisdictionis fuerit orta, nequaquam in causa procedatur, donec super suspicione, aut Iurisdictione competentia fuerit Iudicatum.* Vnde ex identitate rationis idem dicendum ait Ceuallos quando inter Ecclesiasticum, & secularem fuerit competentia, dicens hoc esse Iuri, & rationi consonum, & alias quilibet esset Iudex in propria causa contra, *leg.* 1. *Cod. ne quis in sua causa ius sibi dicat*, addens etiam quod actus illud verbum, *nequaquam*, Trident. inducit nullitatem, si contrarium attentatum fuerit ex *l. etiam*, §. *si quis absentis, ff. de petitione hæreditatis, l. Iulia*, §. *sed cum in facto, ff. de actionibus empti*, imo impugnans sententiam Mattæ dicit, *sub num.* 12. quod si illa esset vera, consisteret semper in manu Iudicis Ecclesiastici allegare nullitatem inhibitionis, vt ipse libere posset in causa procedere, & sic nunquam daretur casus competentiæ inter Iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem, nec reuocatio attentatorum procederet, quia semper Iudex Ecclesiasticus diceret causam ad se pertinere, & citationem esse nullam, quæ comprobari videntur ex adductis *suprà in cap. cum sit generale* 8. *& in cap.* 5. *de foro compet.* vbi de causis mixtis ad vtrumque Iudicem spectantibus.

5 Ad secundam quæstionis partem, an possessio post appellationem ab institutione facta sit attentata, & adiungendo, *hic*, quæ adduxi, *suprà quæstione* 1. sub versiculo, *ad primam*, pro intellectu, *cap. pastoralis* 29. *de iure patron. cum cap.* 1. *hoc titulo*, versiculo, *& quod idem*, & in versiculo, *his tamen*, iam breuiter dicendum est, vt talis possessio sit attentata secundùm Rotam diuers. *decis.* 6. *p.* 2 ex eo quia regula Textus, *in cap. non solum, hoc titulo, libro* 6. locum habet etiam in institutione præsentati, Sarnens. *in decis.* 31. Guido Bononiens. *in decis.* 104. ex quo cum eodem infert, Riccius *collect.* 1814. quod possessio capta ab instituto est attentata referens sæpius in pluribus casibus per Rotam fuisse Iudicatum, & signanter in vna calagurritana beneficij 7. Maij 1577. coram Blanquero, & in terminis possessionem captam ab instituto, pendente appellatione interposita ab institutione attentatam esse, refert tentum à Dominis in vna Neapol. Capellaniæ 3. Decembris 1562. coram Oradino.

Infertur deinde prædictam institutionem esse nullam ipso Iure ex regula attentatorum, vt dicit in terminis Bellamera *in decis.* 84. *& in decis.* 673. *& in decis.* 707. & sic procedere istud in omnibus contingentibus articulum à quo est appellatum, quia quoad omnia dicuntur attentata, Achilles de Grassis *in decis.* 30. *& in decis.* 31. *de attentatis.* † Ob idque eueniret, vt præfata institutio habeatur, vti attentata, etiam si appellatio esset deserta, Rota *in decis.* 1. *hoc titulo, in nouis.* Crescent. *in decision.* 194. Chisanen. *in decision.* 181. quamuis regulariter in dubio præsumatur pro non desertione appellationis, vt fuit pluries per Rotam resolutum, & signanter in vna Barcharens. Monasterij 14. Maij 1558. coram Iusto, & in vna Calagurrit. beneficij 7. Maij 1577. coram Seraphino: vide *infra*, versiculo, *ad quartam*, ibi, *& similiter.* 6 7

Ad tertiam quæstionis partem, quod tertius non dicatur attentare, nec possit contra eum remedio attentatorum vti, tenuerunt, Lancelot. *de attent. p.* 2. *cap.* 3. *à num.* 4. Menochius *de recuper remedio* 17. *num.* 44. Puteus *decis.* 74. *p.* 2. *in antiquis*, Flamin. Paris. *de resignat. lib.* 1. *quæst.* 16. *num.* 44. Seraphinus *decis.* 582. *num.* 2. Mantica *decis.* 312. *num.* 15. Barbosa cum aliis, *in cap. fin. hoc titulo, num* 35. vbi hoc limitat quando tertius habet causam ab attentante, quia tunc & ipse dicitur attentare, Cæsar. Grassis *decis.* 6. *num.* 9. *&* 22. *de causa possess. & propriet.* Afflictis *decis.* 154. *num.* 21. & fuit dictum in Camerin. Iuris Patronat. 15. Nouemb. 1599. coram Cardinali Sacrato, & in Placentina Cappel. 31. Maij 1601. coram Cardinali Pamphilo: tradit Butat. *decis.* 406. *num.* 2. Achilles de Grassis *decis.* 30. *hoc titulo.* † Riccius *collectanea* 277. *ad Textum in cap. non solum, hoc titulo*, versiculo, *tertio*, & addit idem procedere in attentatis per partem vna cum tertio quia non veniunt per modum attentatorum reuocanda, *d. collect.* in versic. *item limita*, Bisegnet. *decis.* 3. *eodem.* 8 9

Sed quod possit innouatio fieri contra tertium, etiam super eadem re si nihil intersit appellantis eam innouationem: tradit Andreas Valensis *in Rubrica hic* §. *numero* 17. 2. exemplificans, vt si ex duobus reis debendi insolidum, vnus conuentus, & condemnatus appellauerit, non obstante ea appellatione alium conuenire, 10

conueniri, & aduersùs eum æque à Iudice posse procedi scribit per Textum, *in l. creditor*, *in princ. ff. mandati*, quia res inter alios acta aliis non præiudicat, *cap. Romana*, §. *in aliis*, *hoc titulo*, *lib. 6.* Gail. *lib.* 1. *obseru.* 114. ad quam regulam applicabis dicta, *in cap.* 17. *& in cap. penult. de sentent. & re Iudicata*, & sicut exceptio spolij, ita & attentatorum alicui tertio opponi non poterit, Glossa *in dict. l. creditor.* in versiculo, *posse*, in fine, modo non habeat causam ab ipso spoliante, vel attentante, vt dictum
11 est. † Verùm si tertius habeat causam à parte quidquid attentet, debet ante omnia reuocari, Afflictis *in dec.* 354. Riccius *collect.* 1414. in versic. *amplia secundo.*

12 Ad quartam quæstionis partem breuiter respondeo, vt ea possint attentari, & innouari, pendente appellatione, quæ poterant fieri, & innouari pendente causa principali, quale est compellere litigantem ad cauendum, vt *in l. post quam hæres*, *Imperator.* & *ibi*, Bartolus, *ff. vt legat. & fideicomm. nomine caueatur.*

13 Hinc prouenit vt possessor, pendente appellatione, fruatur commodo possessionis, recteque continuet suam possessionem, non enim qui continuat suam possessionem, lite pendente, dicitur attentare, Capicius *decis.* 72. Riccius *collect.* 336. *ad Rub. nihil, nou. appell. pend.* in versic. *num. continuans*, Ioannes Monachus *in clem. cupientes de elect. lib. 6. n.* 138.

14 Vbi dicit vt nemo ob contradictionem, vel appellationem alterius debeat carere fructu possessionis suæ; & Valensis *in Rubric. hic dict.* §. 17. *numero* 3. ait non attentare illum, qui Ius suum prosequitur continuando possessionem suam, fructusque percipiendo, cum possit Iure veteri vti, ex *cap.* 1. *vt lite pend.* tradit, Gail. *lib.* 1. *obseruat. cap.* 147. & hanc conclusionem probant etiam multi, quos refert, Barbosa *in cap. non solùm*, *hoc titulo*, *libro* 6. *num.* 14.

15 Et similiter etiam patronus; cui competit Ius præsentandi plures ad beneficium vacans præsentato vno poterit secundum præsentare, non obstante appellatione, quia ante appellationem, erat ei licita huiusmodi præsentatio, non enim debuit ipse priuari ea facultate per appellationem prius præsentati: tradit, *sup.* Valensis *d. n.* 3.

16 Nec obstat Doctrina Textus, *cap. pastoralis*, de quo, *suprà quæst.* 1. in loco relato hac in quæstione, versic. *ad secundam*, quia ibi est alius casus.

QVÆSTIO III.

An sequestratio facta post appellationem interpositam, dicatur attentata: An procurator attentare dicatur, seu possit attentata purgare: An appellatione pendente, à censura possit denunciari excommunicatus seu priuari fructibus beneficij: Et innouata post appellationem dicantur attentata quando periculum esset in mora: Et an videatur attentatis renunciasse qui passus est pronunciari super iustitia sententiæ?

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio num dicantur attentata facta appellatione pendente*, remissiuè.
2 *Innouata per procuratorem non habentem mandatum, non reuocantur attentatorum remedio, non enim causat attentata.*
3 *Mandatum quale dicatur, sufficiens vt procurator innouans, causet attentata.*
4 *Procurator absque mandato, nequit purgare attentata.*
5 *Denunciari num possit excommunicatus, seu priuari beneficij fructibus absque periculo attentati.*
6 *Attentata non dicuntur post appellationem quando periculum est in mora, vt si Iudex à quo absoluat excommunicatum constitutum in periculo mortis*, n. 7. 8. 9. 10.
7 *Iudex à quo non obstante appellatione, potest excommunicare testes valetudinarios, aut senes absque periculo attentati.*
8 *Probationes tempore perituræ receptæ non reuocantur, vt attentata.*
9 *Debitor à condemnatione appellans, si sit periculum non soluendi, potest compelli non obstante appellatione; idem & in alimentorum causa &* n. 10.
11 *Attentatis renunciare videtur, qui passus est pronunciari super iustitia principali*, numero 12. & 13.
12 *Renunciasse videtur attentatis, qui passus est transire sententiam in rem Iudicatam.*
13 *Attentata non censentur renunciata desertione appellationis.*

AD primam quæstionis partem, responde bis ex latè dictis, *suprà in Rubr. de sequestr. possess. & fruct. quæst.* 2. aliquid *supra quæst.* 1. *num.* 30. 1

Ad secundam quæstionis partem, an procurator attentare dicatur; est igitur verùm, vt innouata per procuratorem, non habentem speciale mandatum, non sint reuocanda attentatorum remedio, Capuraquen. *decis.* 53. *p.* 3. Riccius *collect.* 173. versiculo, *limita primo*, Rota *decision.* 705. *num.* 4. apud Farinacium *p.* 1. *recent. & decis.* 561. *numero* 3. *p.* 2. *etiam recentior.* vbi dicit, quod procurator absque tali mandato non potest causare attentata. † Et vt mandatum dicatur sufficiens, debet esse speciale quod dicitur tale quando est ad reuocandum attentatis, nec esse necessarium ad renunciandum talibus attentantibus, dixit Rota in paduana sedilium 28. Aprilis 1617. coram Cardinali Sacraro. 2 3

Vnde euenit vt procurator absque illo mandato, nequeat purgare attentata, nam ad hoc desideratur, vt mandatum sit legitimum, & sufficiens, Lancelotus *de attent. capit.* 29. *numero* 30. Gregorius XV. vbi Beltram. *decision.* 486. *numero* 19. Barbosa *in cap. fin. hoc titulo*, *sub numero* 36. Rota *decision.* 723. *ad finem*, *lib.* 3. *diuers. p.* 3. quod probatur ex generali Doctrina, de qua, *supra in cap.* 9. *de Iudiciis*, *à quæstione* 5. *& sub cap.* 14. *eodem.* 4

Ad

5 Ad tertiam quæstionis partem, an appellatione pendente à censura possit denunciari excommunicatus, seu priuari fructibus beneficij absque periculo attentati, dico latè, *infrà in c. pastor. §. verum, hoc tit.*

6 Ad qartam quæstionis partem, an innonata post appellationem dicantur attentata quando periculum est in mora, & non dici attentata, taliter, vt egeant reuocatione, resoluunt Ripa *in l. admonendi, num.* 193. *ff. de Iureiurando*, Asinius *in praxi*, §. 31. *cap.* 2. *limit.* 1. *num.* 7. nam si, v. g. Iudex à quo in mortis articulo absoluerit excommunicatum constitutum in mortis articulo, pendente appellatione, nihil attentat, vt testatur Francus *in cap. qua fronte, num.* 18. *hoc titulo*, quia periculum esset in mora, si dilata fuisset absolutio, Balboa *in cap* 1. *hoc tit. n.* 33.

7 Inde fit, vt absque periculo attentati, possit Iudex à quo, non obstante appellatione testes valetudinarios, & senes examinare, absque periculo attentati, per latè dicta *in cap. quoniam frequenter, vt lite pendente, non procedatur ad test. recept.* & in terminis resoluunt Dueñas *regula* 42. *num.* 23. Afflictis *constitut. lib.* 2. *cap.* 32. Rolandus *cons.* 23. *num.* 19. *lib.* 3. eo quod periculum est in mora.

8 Non enim probationes tempore periruræ receptæ, appellatione interposita, reuocantur attentatorum remedio, Marsilius *singulari* 87. *&* 258. de qua re plura copiosè Menochius *de recuperanda possess. remedio* 17. *num.* 46. Boërius *decis.* 153. *num.* 3. *& decis.* 259. *num.* 5.

9 Et ex eodem fronte oritur, vt si debitor, v. g. conuentus esset, & ad collectæ solutionem condemnatus, quæ si celeriter non exigeretur esset in mora periculum, vtique etiam pendente appellatione, ad solutionem illius collectæ cogendus venit, resoluit eleganter Osascus *in pedemont. decisione* 86. *per totam*, Balboa *in dicto cap.* 1. *hoc titulo, num.* 33. *in fine.*

10 Vbi *num.* 34. etiam hoc exemplificat in alimentorum causa, quin vt iam dixi *sub cap.* 11. *hoc titulo*, hoc non patitur dilationem, ne alimentandus fame pereat, dum ipsa causa super alimentis pendet; Iuxta rationem textus *in l.* 2. *ff. de feriis*, resoluit Faquinetus *lib.* 1. *controuers. cap.* 77. eruditè Surdus *de alimentis, tit.* 8. *priuilegio* 60. *per totum*, Tuschus *in practicis littera A, conclus.* 286. *à num* 2. *& conclus.* 402. *à num.* 17. facit Textus *in l. fin. ff. hoc tit.*

11 Ad quintam quæstionis partem, an videatur attentatis renunciasse qui passus est pronunciari super iustitia sententiæ, & præmissis quæ dixi de renunciatione appellatione tacita, siue expressa *quæstione* 2. versiculo *ad secundam, in Rubrica huius tituli, & in cap. cum teneamur* 17. *quæstione* 1. versiculo *ad tertiam*, affirmandum esse docet Rota apud Farinacium, *decis.* 586. *parte* 4. *recent.* qui intelligit procedere vbi quis prius opposuit de attentatis, & passus est cognosci de bono Iure, & *ibi, decisione* 562. *num.* 4. *& decis.* 79. *num.* 2. ait quod attentatorum priuilegio renunciatum censetur, quando attentans fuit admissus ad probandum bonum, & illud probauit, intelligendo prout ibi.

12 Et sic dicendum est, vt qui passus est sententiam transire in rem indicatam, videatur attentatis renunciasse, Crescent. *decis.* 140. Riccius *collect.* 327. versiculo *limita quarto*, vbi dixit etiam cum Rota *decisione* 1. *hoc titulo in nouis*, vt attentata non veniant reuocanda, quando sententia transiuit in rem iudicatam.

13 Sed dubium est, an per desertionem appellationis attentata videantur renunciata, & suppositis etiam quæ adduxi *suprà in dicta Rubrica hoc titulo, quæstione* 2. & alibi, Mascardus dixit *de probat. conclus.* 148. *num.* 18. non præsumi Iuri attentatorum renunciatum, per desertionem refert Barbosa *in dicto cap fin. hoc titulo, num.* 42. *in fine.* Et Cæsar Grassis, *decis.* 2. *hoc tit.* Riccius *dicta collect.* 227. versiculo *limita quinto*, dixerunt attentata non reuocari appellatione deserta: vide *infra q.* 5. *n.* 14.

QVÆSTIO IV.

An Remedium attentatorum fundetur in Iure naturali, qualiter difiniatur: Et an innouata in causis criminalibus sint, reuocanda, vt attentata: Et an sicut reuocantur, pendente appellatione, ita etiam causa pendente, vel tempore ad appellandum: Et qua actione attentatum reuocari petatur: Et qualiter Iudex in eorum reuocatione se gerat: vbi de nonnullis remissiuè?

SVMMARIVM.

1 *Attentatum non dicitur factum à Principe, vel authoritate Apostolica appellatione pendente.*

2 *Attentatorum remedium est inuentum Ciuili Iure dictante naturali ratione.*

3 *Princeps potest tollere substantiam, & essentiam attentati confirmando actum qui aliàs prætenditur attentatus.*

4 *Attentatum, & innouatum dicitur, quod fit pendente lite, vel appellatione.*

5 *Attentata reuocantur etiam in criminalibus, fallit in notoriis, num.* 6. *&* 7.

6 Leg. 2. Cod. quorum appellatione non recip. cap. ei qui 41. *versiculo*, nullas 2. quæstione 6. leg. 16. titulo 23. parte 3. qui à leg. latronibus, §. fin. de testam. leg. 15. ff titulo 1. parte 3. & num. 7.

7 *Condemnati appellatio in delictis notoriis non suspendit executionem sententiæ.*

8 *Attentata reuocantur in delictis, in quibus extra notorietatem, appellatione suspenditur eorum executio quoad pœnam, seu mulctam, & etiam si constet friuolè appellasse, n* 9.

10 *Attentata tempore ad appellandum à sententia lata, reuocantur, ac reuocantur appellatione iam interposita, num.* 12. *fallit si appellatio non sit interposita, sed reuocantur iure nullitatis, n.* 11.

12 *Auferri spes ad Ius nequid sicut, nec ipsum Ius quæsitum.*

13 *Attentata reuocari valent, vel Iure appellationis, vel Iudicis officio illius nempe cuius maiestas fuit læsa.*

14 *Attentatorum remedium pinguius est, quam appellationis.*

15 *Attentata ſunt reuocanda per iudicem ad quem exceptis caſibus ſignatis, ſub numere 16.*

17 *Attentatum non reuocatur, niſi ab aliquo ex litigatoribus petatur: quid ſi habeat titulum coloratum, aut de ſuo Iure non conſtet, num.19.*

18 *Decretum irritans, tunc nullitatem actus operatur ſi à parte petatur.*

20 *Attentatum, aliter reuocatur, ſi ſit ab appellante, ac ſi fiat ab appellato, & n.21.*

22 *Exceptio excommunicationis eb recurſus ad iudices laicos, non obſtat petenti attentatorum reuocationem, vbi de caſu Rota.*

23 *Attentata Notoria reuocantur iudicis officio ſola citatione, & de plano, aliis ſolemnibus omiſſis.*

24 *Attentata plus ledunt Iudicem, quam partem.*

25 *Attentata quando committantur, vel non exemplificatur, num.26.27.28 & à n.33.*

30 *Attentata non reuocantur, ſi nequeunt reuocari citra euidentem iniuriam, nec talia dicuntur ab ignorantibus.*

32 *Attentata reuocantur ante omnia, pendente nullitatis cauſa.*

37 *Attentata non probantur per remiſſionem ad partes.*

38 *Sententia declarans attentata eſſe reuocandâ, eſt interlocutoria.*

39 *Attentatum dicitur feudum datum, lite pendente; quid in attentatis ſuper remedio retinenda, num 40.*

41 *Attentatum ſi fuerit in cauſa recuperanda interim ſuper attentata non proceditur, ſed capitur informatio.*

42 *Attentata taliter reuocantur ante omniã vt precedat, etiam ſi reuocatio ſit commiſſa Rota arbitrio.*

43 *Attentata non dicuntur purgata, niſi etiam reficiantur damna, & expenſa.*

44 *Attentata cenſentur purgata per ceſſionem in iudicio factam, & per renunciationem Iudicialem liberam, n.45.*

46 *Nunciatus de nouo opere procedens in eo attentat.*

1 AD primam quæſtionis partem, vt longe
reſpondeas, adiunges notata, *ſuprà in Rubrica quaſt.* 1. *à num.* 1. an Princeps poſſit auferre appellationem, cumque ad noſtrum propoſitum communiter dicatur, vt nunquam Princeps attentare dicatur, Rota *deciſ.* 293. *num.* 11. *p.* 1. *recent.* nec attentatum dicatur quod fuit factum, lite, vel appellatione pendente Authoritate Apoſtolica, eadem Rota *in deciſ.* 411. *numero* 2. apud Farinacium *p.* 2. *recentior.* Barboſa
2 *in cap. fin. hoc tit. num.* 37. † Sequitur, vt poſt varios Doctorum dicendi modos; verius ſit dicere hoc remedium Iure Ciuili introductum fuiſſe, dictante ratione naturali, nam cum pertineant ad defenſionem oppreſſi, Ius naturale reſpicere videtur, ſicut etiam apparet in recuſatione, cuius forma: & modus Iuris Ciuilis eſt, *l. apertiſſimi, Cod. de Iudiciis*, & cum defenſionem contineat ad Ius naturale pertinere dici debet, ex *clem. paſtoralis de re Iudicata*, dicta ratione naturali inducta, *cap. ſecundo requiris*, §. 1. *hoc tit.* reſoluunt, Rebuffus *de recuſat. quaſt.* 2. & 3. *num.* 5. Balboa *in cap.* 1. *hoc*
3 *tit.* † Vbi *num.* 16. id comprobat ex dicto de Principe, qui poteſt tollere ſubſtantiam, & eſſentiam attentati confirmando actum, qui alias attentatus prætenditur quod facere non poſſet, ſi attentatorum remedium pertineret ad Ius naturale principaliter, de quo plura congerit, Lancelotus *de attentatis in præfatione, p.* 1. *à numero* 62. Et adiunges etiam quæ dixi, *in Rubrica, quaſt.* 5. verſiculo, *ad ſextam*, vbi egi de dubio, an poſſit Princeps committere cauſam, apppellatione remota.

Vnde iam de facili videre poteris quid ſit 4
attentare, ſeu attentatum in propoſito de quo loquimur; igitur, *attentare*, dicitur id; quod de nouo lite pendente fit; Iuxta adducta, *in tit. vt lite pendente*, vel quod innouatur pendente appellatione in contemptum Iudicis, & & partis præiudicium: tradit Balboa *in dict. cap.* 1. *hoc tit. num.* 15. vbi refert alias ſignificationes Iuridicas definiens attentatum, & explicans ſingula difinitionis verba quæ ſatis declarantur ex iam *ſupra*, adductis.

Ad ſecundam quæſtis partem, an attenta- 5
ta in cauſis criminalibus, ſint reuocanda, & reuera eadem, quæ de ciuilibus etiam in criminalibus procedunt, ex *l. non tantum. ff. hoc titulo, l. vnica*, verſiculo, *ſi quis ergo, ff. nil nouari appellatione pendente*, vbi communiter
Doctores ducent. † Nec obſtant Iura, *in l.* 2. 6
Cod. quorum appellat. non recipiantur, cap. ei qui 41. verſiculo *nullus* 2. *quaſt.* 6. *l.* 16. *titulo* 23. *p.* 3. vbi damnati ob maleficium, homicidium, adulterium, aut violentiam manifeſtam, quibus probatur irrogandam eſſe pœnam ſic delinquentibus, non obſtante appellatione interpoſita audiuntur. Et ſic non dari locum reuocationi attentatorum, lite, ſeu appellatione pendente: Et Balboa *in dicto cap.* 1. *hoc titulo, numero* 21. expendit Textum, *in l. quià latronibus*, §. *fin ff. de teſtamentis*, & *l.* 15. *titulo* 1. *p.* 3. vbi validum dicitur teſtamentum illius, qui damnatus ad mortem ciuilem, vel naturalem appellauit, aut deceſſerit in tempore ad appellandum, & hodie videbis, *l.* 4. *Tauri*, & *l.* 3. *tit.* 4. *lib.* 5. *recopilationis*, & *ibi*, expoſitores.

Sed quia hæc Iura ſunt intelligenda de 7
Notoriis delictis, in quibus appellatio condemnati, non ſuſpendit executionem ſententiæ in eis prolatæ, Iuxta ea, quæ adduxi, *ſuprà in Rubrica, hoc titulo, quaſtione* 4. in verſiculo, *ad ſecundam*, vbi egi de quæſtione, an admittatur appellatio à reo conuicto, & confeſſo, & *ibi à num.* 1. vbi de contumaci, & melius de publicis, & Notoriis delictis, *ibi in dicta Rubrica, quaſtione* 6. *ſub*, verſicolo, *ad ſecundam*, nam dum, *ibi*, egi an quilibet poſſit appellare; deinde, in verſiculo, *tertio*, aſſignaui crimina in quibus appellatio, interpoſita, non impedit, vt Iudex à quo ad vlteriora procedat abſque metu attentatorum, de quo etiam notaui, *in cap.* 5. *hoc titulo, ſub* §. 1. Vnde cum in Notoriis delictis fruſtratoria dicatur appellatio ratione Notorietatis; contumaciæ, aut confeſſione delinquentis, vt *ibi*, dixi, & notant, Lancelotus *de attentatis* 2. *p. cap.* 22. *limitat.* 9. Sigiſmundus Scaccia *de appellat. quaſt.* 3. *articulo* 2. Oſualdus ad Duoellum, *libro* 28. *commentar. cap.* 6. *littera, K*, & 7. † Se- 8
quitur dicendum extra notorietatem enim

in

in delictis in quibus eorum executio quoad pœnam, seu mulctum suxspenditur per appellationem, ita ea interposita debeant reuocari attenta ex dictis Iuribus *l. non tantum*, *& l. vnica cum vulgatis*, sic docent communiter Doctores, & tradit Graña *in c.1. hoc tit.num.*18.

9 Et ex hac distinctione intelliguntur Barbosa *in l. si deni*, *num.* 144. *ff. de Iudiciis*, quatenus dixit reuocationem attentatorum procedere etiam si Notorium sit friuolè, & iniustè appellasse; & Caued. *lusit. decis.* 15. *num.* 18. *p.* 2. dicens prædictum cessare, vbi constat spoliatum non habere Ius, refert Barbosa *in cap. non solum hoc titulo, numero secundo, in fine*.

10 Ad tertiam quæstionis partem, respondeo attentata appellationis tempore, ad appellandum pendente, Iuxta ea, quæ adduxi, *supra in cap. quoad consultationem de sement. & re iudic. & in cap.* 4. *hoc tit.* reuocanda esse, quemadmodum reuocantur, ea iam interposita, docent, Couarruuias *in pract. cap.* 23. *num.* 2. Petrus Gregorius *lib.* 7. *syntagmat. cap.* 4. *num.* 12. Pichardus *in manud. ad praxim*, *p.* 4. §. 16. *numero* 12. quem videbis cum multis agentibus de hac attentatorum materia, *in toto illo*, §. expendit etiam, Balboa *in cap.* 1. *hoc tit. num.* 20. ex ea ratione, quia cum Iuris beneficio illud tempus, nempe dierum 10. inter Ecclesiasticos, & quinque in sæcularibus concessum sit ad interponendam appellationem, vt iam dixi in locis relatis, euenit, vt eo tempore pendente nihil debeat nouari ne beneficium à Iure indultum illis damnosum sit aut penitus superfluum, *cap. indultum de regulis iuris, libro sexto*.

11 Et Barbosa *in cap. non solum, hoc titulo, libro sexto, sub num.* 41. in fine dicit cum multis quod quamuis regulariter gesta pendente termino ad appellandum, sint attenta, ac proinde reuocanda; quando tamen appellatio non interponitur intra eundem terminum, non dicuntur attentata; & licet non reuocentur priuilegio attentatorum, reuocari tamen saltim per viam nullitatis, Gregorius XV. *decision.* 92. *numero* 8. Lancelotus *p.* 2. *capit.* 11. *numero* 42.

12 Et confirmatur ex eo, nam sicut alicui Ius aliquod competens, seu quæsitum auferri non potest, ita nec auferri queat spes ad illud Ius ex Textu, *in l. si vsusfructus* 9. *in princ. ff. vsufructuar quemadmodum caueat*, *l. si vxor* 13. versic. *Diui seruus, & Antonius, ff. ad legem Iuliam de adulter.* ita similiter in nostro casu; nam cum regula generalis sit, vt attentata appellatione pendente, veniant reuocanda, sic etiam attentata, dum pendet spes ad appellandum: late prosequitur, Lancelotus *de attentatis* 2. *p. capit.* 10. *per totum.* Et ita docent, Bellacomb. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 7. *tit.* 21. *num.* 182. *pag.* 313. *& num.* 187. *pagina* 315. Osascus *decis.* 5. *num.* 1. Riccius *p.* 2. *collect.* 777. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancel. Glossa* 9. §. *in annot à numero* 103. cum multis aliis, Barbosa *in cap. non solum, hoc titulo, libro sexto, sub numero* 2.

13 Ad quartam quæstionis partem qua actione veniant attentata reuocanda, breuiter dico duplici Iure ad ea reuocanda procedi posse, vel Iure appellationis, vel Iure attentatorum, implorato Iudicis officio, vt resoluunt Petrus Gregorius *lib.* 7. *sintagmat. cap.* 2. *num.* 41. Balboa *in dict. cap.* 1. *hoc titulo*, *num.* 24. probans ex Textu *in l. minime, Cod. hoc titulo*, quare dixit, Rota *p.* 1. *decis.* 329. *num.* 2. Barbosa *in cap. fin. hoc titulo, numero* 40. attentata quandoque reuocari posse remedio ordinario, quandoque extraordinario Iudicis officio, illius scilicet, cuius maiestas, læsa fuit, ob spretum inhibitionis; eadem Rota *p.* 1. *decis.* 264. *num.* 3. *in fine*, videbis Valensem *in Rubrica hic* §. 15. *num.* 8. vbi expendit: tunc remedio appellationis rescindi scilicet prosequendo eam, dicens eo in casu reuocari posse ante sententiam diffinitiuam, quamuis super libello attentatorum fuerit lis contestata, nisi talia sint, vt non possint rescindi, nisi per sententiam, quæ est spectanda, vt *in l. Chirographus*, §. 1. *ff. de administ tutor.* Gail. *obseru.* 148.

Nec obstat dicere attentatorum extraordinarium remedium, non posse concurrere cum ordinario appellationis auxilio, ex vulgatis regulis, & argumento eorum, quæ adduxi, *suprà sub cap.* 15. *de Iudiciis*, vbi late de concursu actionum; sed respondeo attentatorum remedium pinguius esse, quam sit remedium appellationis, cum in eo non seruetur Iuris ordo, habeatque alia vbertima priuilegia, quæ expendit Vbamesius, *hic*, & Lancelotus *de attent. in præfatione, à num.* 79. *& percipies ex dictis, suprà sub quæstione* 1. in versiculo, *ad tertiam*, Pichardus *in manud. ad praxim*, *p.* 4. §. 16. *num.* 9. 14

Ad quintam quæstionis partem, à quo Iudice ea reuocentur, & qualiter se gerat respondeo ad primum attentata generaliter reuocanda esse per Iudicem ad quem, & coram eo esse per Iudicem ad quem, & coram eo esse petendum super eorum reuocatione, ita vt nec per alium fieri possit, etiam stante commissione cum facultate reuocandi attentata, quia intelligitur, provt de Iure, & sic non nisi per Iudicem appellationis: sic Rota *p.* 2. *recent. decis.* 592. *num.* 2. *&* 3. Barbosa *in dict. cap. fin. hoc titulo*, *num.* 41. Dueñas *regula* 42. Afflictis *decis.* 98. Couarruuias *in practicis*, *cap.* 23. *num.* 1. Barbosa *in dict. cap. non solum, hoc titulo, num.* 1. *&* 2. cum multis per Textum, *ibi*. 15

Tamen Iuxta Doctrinam Textus, *in cap. cum teneamur* 17. *hoc tit.* & quæ, *ibi*, dixi: fallit prædictum in casibus, vbi appellatione pendente potest Iudex à quo aliqoid facere, quia & itidem poterit ad faciliorem exitum causæ innouata rescindere: sic Couarruuias *in practicis*, *cap.* 23. *num.* 1. Balboa *in dicto cap* 1. *hoc titulo*, *num.* 25. Pichardus *vbi suprà dict.* §. 16. *numero* 10 *&* 11. 16

Vnde præter dicta, *sub quæst.* 1. de nonnullis Iudicarij ordinis circa reuocationem attentatorum infero primo non aliter fieri reuocationem attentati per Iudicem, quam si ab aliquo ex litigantibus petatur, vt tradit ex multis Gonzalez *in regula* 8. *Cancel. Glossa* 56. *à n* 63. Balboa *in dicto cap.* 1. *hoc titulo, numero* 22. † Nam etsi decretum irritans actus nullitatem operetur, id tamen intelligitur parte petente, & opponente, vt copiose tradit Gomezius *in regula de triennali* 17 18

*triennali poſſeſſ quaſt.*49. Puteus 340. *num.*4.*lib.*1.
Mandoſius *in regul.*7.*quaſt.*4 *n.*6.nam ex eo quod
pars nihil petit,videtur Iuri ſuo renunciaſſe, &
conſequenter facile actum ſuſtineri, expendunt
exemplis, Balboa *ſuprà*, & Gonzalex *dict. Gloſ-
ſa* 56. *à num.* 63. *vſque ad* 109. Lancelotus *de at-
tent. p.* 3. *cap. fin. ex num.* 100. Pichardus *in ma-*
19 *nud. ad praxim* 4. *p. dict.* §. 17. *num.* 2. † Imo
Achiles de Graſſis *deciſ.* 25. *hoc tit.* & Riccius
collect. 336. verſic. *num attentata*, dicunt atten-
tata reuocari inſtante eo, qui non habet titu-
tum coloratum: Sed idem Riccius *collect.* 277.
verſic. *limita octaue*, dicit ea non reuocari ad
inſtantiam illius, de cuius iure clarè non con-
ſtat: Item & vbi conſtat de non Iure pe-
tentis, idem Riccius *in dict. collect.* 277. *in fine*,
de Laurent. *deciſ.* 8. vel vbi conſtat de nullitate
appellationis, & non intereſſe partis, Rota *de-
ciſ.*75.*in antiquis,hoc tit.* Riccius *dict. collect.*277.
verſic *limita ſeptimo.*

20 Infero ſecundò vt cum attentata fiant aut per
partem, aut per Iudicem, & vtroque caſu ante
omnia ſint reuocanda, prout late tradit Mona-
chus *in cap. cupientes, à num.* 132. *de electione,
lib.*6. multùm intererit vtrum appellans, an
appellatus attentet, quia ſi appellans aliquid
attentet, quod fit contra propriam appellatio-
nem, veluti ſi appellatione pendente aduerſa-
rium ſua poſſeſſione, quæ controuertitur, ſpo-
lietur, eo ipſo tanquam ſibi contrarius cenſebi-
tur, non deferre propriæ appellationi, & Ius
ſibi ipſi dicendo Iudicem contemnere, ſicque
indignum ſe facere appellationis beneficio,
cum fruſtra legis imploret auxilium, qui con-
tra legis nititur voluntatem, *cap. bonæ memoriæ
de electione*. *l, auxilium*, §. *fin. ff. de minoribus*,
ac proinde ſententiam, à qua ſtatutum tranſi-
re in rem Iudicatam, eamque Iudicem à quo
poſſe ſtatim executioni mandare, perinde, ac
ſi nunquam fuiſſet appellatum, *cap. conſtat. hoc
tit.* tradit Andreas Vaienſis *in Rubr. hic* §. 15.
21 *num.* 9. † Vbi dicit ſecus eſſe ſi attentata non
ſint contraria appellationi, quia eo caſu reuo-
cari debent: tradit Gailius Videndus *obſeru.*146.
vbi tradit quo pacto pronunciari debeat, quan-
do appellatus, vel Iudex à quo pendente appel-
latione attentat.

22 Infero tertiò quod exceptio excommunica-
tionis ob recurſus ad Iudices laicos non obſtat
petenti reuocationem attentatorum; Lancelo-
tus *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 13. *& p.* 3.
cap. 24. *quaſtion.* 3.*num.* 10. Magon. Lucenſ.*de-
ciſ.* 71. *in principio*, Gonzalex *ad regul.* 8. *Can-
cel.* §. 7. *proœm. num.*239. Ricciulus *de iure per-
ſonar. extra grem. Eccleſiæ exiſtentium, lib* 4. *c.*32.
num 21. *&* 22. vbi ſuddit quod cum hæc mate-
ria in facti contingentia, fuiſſet in Rota venti-
lata in vna Chonchenſ. Archipræsbiteratus 14.
Nouemb. 1605. coram bonæ memoriæ Penia
reſolutum fuerit attentata reuocanda eſſe ad in-
ſtantiam excommunicati, non quidem Iure
actionis, ſed iudicis officio, quod ego aperte
confirmari exiſtimo ex multis, quæ addu-
xi, *ſuprà, in cap. intelleximus de Iudiciis.*

23 Item infero quod in reuocatione attentato-
rum, ſi Notoria ſunt, non requiritur ordo in-
diciarius, nec ſit opus litis conteſtatione, ſed
implorato Iudicis officio mercenario, de plano
procedi cum ſola citatione, & cauſæ cognitio-
ne; aliis ſolemnibus omiſſis ex *cap. fin. de ordine
cognit. cap.* 1. *vt lite pendente, lib.* 6 Gaillus *li-
bro* 1. *obſeruat.* 146. quoties enim Iudicis officio
mercenario aliquid explicatur, non eſt opus li-
bello, ſed de plano proceditur, Doctores *ad
Rubricam de interrogator. actionibus*; imo Iudex
ex officio tunc, & parte non petente. † Et ſic 24
non iure actionis poterit talia attentata reuoca-
re, quia per attentata plus Iudex, quàm pars
læditur, & lex prohibens, lite pendente ali-
quid innouari contemnitur, Gailius *dicto loco*,
& Andreas Valenſis *in dict. Rubr. hic* §. 16. *ſub
num* 3. idem, *ibi*, *n. fin.* §. 5 vbi probat atten-
tatum grauius eſſe, quàm ſpoliatum ex prædi-
cta cauſa, etiam ſi ſine ſpecie delicti fieri
poſſit.

Infero quintò remiſſiue ad plures alios caſus 25
in hac materia contingentes & Afflictis *deci-
ſion.* 131. negat cauſam attentatorum impedire,
quominus procedatur in cauſa principali.
† Item Rota *deciſ.* 234. *hoc tit. in nouiſ.* negat, 26
vt dicatur attentate, is qui exequitur contra
appellantem, cui Ius Commune reſiſtit, Ve-
rallus *deciſ.* 25. † Et num impetrans monito- 27
rium in beneficialibus, negat Achiles de Graſſis
*in deciſ.*24. *hoc tit* & quo dicantur attentata poſt
citationem ad dicendum affirmat idem Achi-
les *in deciſ.* 27. *&* 29 vbi dicit de ſtylo Rotæ
omnia eſſe attentata, facta poſt inhibitionem.
† Et quod attentata non præſumantur in du- 28
bio, dixit Creſcent. *deciſ.* 1. *de cauſa poſſeſſ. &
propriet.*

Nec dicitur attentatum quod factum fuerit 29
ob aliam rem, quam de qua lis pendet, Anto-
nius Faber *deciſ.* 8. *vt lite pendente*, nec in diuer-
ſis, Verallus *deciſ.* 59. *p.* 1. † Imo attentata 30
non ſunt reuocanda ſi circa euidentem iniuriam
reuocari nequeant; idem Faber *in deciſ.*16. Ric-
cius *ſuprà*. † Qui cum Camera imperiali, in 31
verſic. *attentata*, reſoluit non dici attentata ab
ignorantibus. † Sed dicit, *ibi*, cum Ioſepho, 32
Ludouico *deciſ. lucenſ.* 59. ante omnia reuocari
attentata, pendente nullitatis cauſa: alia tradit,
ibi, in verſic. *limita ſecundo*, de attentatis poſt
ſententiam interlocutoriam, vel poſt appellatio-
nem extraiudicialem, vel à grauamine, de qui-
bus, *ſub q.*1.

Sed quæ concurrere debent, vt dicatur at- 33
tentatum, tradit Valaſcus *deciſ.* 91. de quo iam
aliquid dixi. † Et quando reuocationi atten- 34
tatorum obſtet exceptio poſſeſſionis nullæ, Gra-
tianus *in dec.*50.

Et num dicatur attentare is, qui exequitur 35
contra appellantem cui Ius commune reſiſtit
negatiuè reſpondet, Rota *in deciſ.* 234. *de ap-
pellat. in nouiſ.* Verallus *deciſ.* 25. *p.* 1. † Nec 36
dicitur attentare, nec attentat in caſatione fa-
cta Bullæ de mandato expeditorum de regiſtro
† Sed num attentata probantur per remiſſio- 37
nem ad partes negat, Rota, *deciſ.* 7. *de probatio-
nibus in antiquis*, Riccius *dict. collect.* 336. *in
fine.* † Qui cum Achilles de Graſſis *deciſ.* 31. 38
hoc tit. Rota *in deciſ.* 80. *hoc tit. in antiquis*, dicit
quod eſt interlocutoria ſententia ea, quæ decla-
rat attentata eſſe reuocanda.

Infero etiam, & ſextò, adeo attentata, ante 39
omnia eſſe reuocanda, pendente appellatione;
quod ſi lite pendente fuerit conceſſum feudum
alicui, qui ſe conſtitueret, precario nomine
poſſidere, & lite pendente reuocauerit præ-
carum poſſeſſionem capiendo, hoc ſit, vt at-
tentatum

tentatum reuocandum, vt probat decisum Af-
40 flictis *in dec.* 131. Riecius *collect.* 1414. † sed li-
mitat in attentatis, lite pendente super reme-
dio retinendæ possessionis, vt docent Capicius
decis 72. Vrsilis *decis.* 156. Iosephus Lodouicus
in decis. perusina 69. ex ea ratione, quia huius-
modi interdictum retinendæ possessionis, est
talis naturæ remedium, vt is qui possidet, vt
vincat qui tempore litis contestatæ possidet,
Cauale. *decis. fruï* 23 *p.* 2. & faciunt nonnulla, *su-
prà*, dicta, & quæ adduxi per Textum, *ibi in c.* 17.
hoc tit.

41 Circa quod dices quod si fuerit attentatum in
causa recuperandæ, interim super attentatis,
non est procedendum, sed est capienda infor-
matio, super Iudicio summario, omisso Iudi-
cio ordinario possessorij: sic Pisanel, ad Affli-
ctis *decis.* 156. vbi probat sic fuisse dictum,
refert, Riccius *dicta decisione* 1414. *in fine.*

42 Infero etiam septimo taliter esse attentata
ante omnia reuocanda, vt procedat etiam co-
rum renocatio, etiam si sit commissa arbitrio
Rotæ, n. si ex causa, Rota *decis.* 235. *num.* 1.
p. 1. *recent*, Barbosa *in cap. non solum. hoc tit. li-*
43 *bro* 6. *à num* 38 † Vbi addit non dici purga-
ta attentata, nisi etiam reficiantur damna, &
interesse: sic cum eadem Rota *dict. p.* 1. *decis.* 723.
num. 2.

44 Sed an attentata censeantur purgata per con-
cessionem in Iudicio factam affirmant Achiles
de Grassis *decis.* 23. *hoc tit* Riccius *sub dict. col-
lect.* 336. versic. *attentata, an purgata*, Seraphi-
nos *decis.* 864. Caualer. *decis.* 138. *num.* 1. Rota
Barchinonens. parrochialis 27. Martij 1612. co-
45 ram Cardinali Sacrato. † Dicentes idem esse
per renunciationem Iudicialem, quod est ve-
rum, dummodo cessio sit libera, non autem
conditionalis, quia aliàs non censentur plene
purgata, Lancelot. *de attent. p.* 3. *c.* 29 *n.* 11. Gre-
gor. 15 *decis.* 486 *n.* 14. & 15. Rota *decis.* 371. *n.* 1.
coram Reuerendissimo Coccino.

46 Notabis quod si nunciatus procedit in opere
post præceptum Iudicis nulliter agit, omnia-
que hoc priuilegio attentatorum, sint reuocan-
da, Gratian. *discept forens. c.* 84. *n.* 4.

QVÆSTIO V.

An vt attentata reuocentur sit necessum, vt inhibitio præcedat, vbi multa de attentatis inhibitione pendente: Et an attentantes, vltra fructuum restitutionem, puniantur aliis nonnullis pœnis in iure, & in praxi: vbi quid de iudice attentante?

SVMMARIVM.

1 *Attentata post appellationem, veniunt reuocanda, si inhibitio præcesserit, & fuerit actualiter præsentata, non si decreta: numero* 2. *etiam obtenta vigore appellationis nulla, numero* 15. *& etiam si aliàs actus ante fuisset licitus*, num. 16. & num. sequent. *vbi quid amplius requiratur.*

3 *Citatio tantùm decreta, non officit, nisi etiam sit notificata, & executa.*

4 Cap. dilectæ 10. de exception. & cap. non solum, hoc titulo, libro 6. & num. 5.

5 *Inhibitio emanata cum clausula*, sine præiudicio literarum apostolicarum, *facit vt innouata non dicantur attentata, nec causat attentata circa ea, vbi ius non est: vbi quæ requirantur, numero* 6.

7 *Executio facta post inhibitionem reuocatur, nisi sit facta vigore obligationis Cameralis.*

8 *Attentare non dicitur qui post inhibitionem continuat possidere, etiam si sit inhibitus, n.* 9 *fallit, n.* 10.

11 *Inhibitio non est moderanda, vbi iam cœptum est cognosci.*

12 *Inhibitiones emanata in causa matrimonij moderari non debent, nisi.*

13 *Attentata excludunt consensus partis.*

14 *Gesta post appellationem, & præsentationem inhibitionis queunt reuocari Iudicis officio, etiam si pars renunciet appellationi.*

17 *Inhibitio obtenta per assertum procuratorem vel per non procuratorem, vel si executio facta fuisset vigore literarum apostolicarum, num pereat attentata, num.* 18, *&* 19.

20 *Processus non validatur post inhibitionem, etiamsi per iudicem ad quem, qui inhibuerat pronuncietur male appellatum.*

21 *Inhibitio facit attentata, etiam si essemus in gestis pendente recursu, & etiam respectu alium, numero* 22. *& etiam si parte fuisset inhibita, n* 23.

24 *Inhibitio facit attentata, etiamsi emanasset vigore commissionis conditionalis, & habentis clausulam*, constito quod pensio sit conditionalis, *& procedit in criminalibus, n.* 25.

26 *Inhibitio parit attentata, etiam si instrumentum inhibitionis careat die, anno, & Pontificatu, & etiam si esset oretenus, sine scriptura, etsi emanauerit vigore commissionis appellationis, num.* 27. *&* 28. *etiam si non fuerit iustificata, numero* 29, *etsi emanauerit ad instantiam instrusi, num.* 30.

31 *Inhibitio parit attentata, etsi præsumatur peruenisse post actum.*

32 *Excommunicatus, qui attentauit contra formam inhibitionis, non absoluitur, nisi* [illegible]*gatis attentatis.*

33 *Clausula appelatione postposita compescenda, quid operetur.*

34 *Attentans lite pendente, debet in fructibus condemnari, & in condemnatione expensarum, num.* 36. *& ad omne, quod interest appellanti, nihil fuisse nouatum, numero* 37. *& in eo quod nulliter facit*, numero 40. & in aliis, vsque ad 44.

35 *Appellans si innouet aliquid appellatione pendente, priuatur beneficio appellationis.*

37 *Spoliator ad omnem causam tenetur; & numero* 39.

38 *Attentans offendit eodem tempore Ius, iudicem & partem.*

39 *Fructus & omne, id quod interest, continetur in iudiciis restitutoriis.*

40 *Contractus super litigiosa re facti, nullius sunt momenti.*

41 *Nullitas actus agentis, respicit quodam modo pœnam, si fiat in odium partis secus si resultet ex aliquo defectu processus.*

42 *Attentans spoliatur possessione adeptâ ex attentato.*

43 *Possessio attentata restitutionem non meretur.*

44 *Attentans, si iudicio pendente finium regundorum rem super qua litigatur attentando inuaserit, tenetur eam restituere, & tantundem attentandum restituere passo attentatum de suo.*

45 *Attentans Iudex si male agit punitur seuerius in criminalibus, & exemplificatur, de Iure ciuili, non sic punitur de Iure Canonico, num. 46. qualiter in ciuilibus, num. 47.*

47 *Iudex attentans in ciuili, qualiter puniatur, qui si pendente inhibitione innouet, punietur pœnis in inhibitione contentis, num. 48.*

1 AD primum, vt & pro intellectu Textus, *in cap. non solum de appellation. lib. 6.* adiunges quæ hic subsequuntur. Est igitur in hac materia attentatorum, alia etiam regula generalis, vt nouata post appellationem: tunc veniant reuocanda scilicet, si inhibitio præcesserit; id est si attentata fuerint post inhibitionem, per Textum, *in dicto cap. non solum:* sic Balboa *in cap. 10. de exceptionibus, à num.* 10. quo hoc declarat, *ibi, à num.* 12. de appellatione ab interlocutoria sententia: videbis, Balbum *in decision.* 171. Riccium *collect.* 1745. *ad Textum in l.*
2 *appellatione, Cod. hoc tit.* † Qui addit cum Seraphino *in decis. Rotæ Romanæ* 1046. insuper esse necessum, vt ipsa inhibitio fuerit actualiter præsentata, & executioni mandata, nec sufficere esse decreta. Et addit Seraphinus hoc etiam procedere, datâ notitiâ decreti, & relaxationis, inhibitionis, secundùm Lanfrancum
3 *in decis.* 122. † Pro vt dicitur de citatione, quæ tunc quantum ad citandum, inducit litem, si fuerit executa etiam, quod citandus habuerit decreti notitiam Rota in vna Albaracinensis portionis 17. Decembris 1574. coram Lauretano. Quod etiam procedit pariter in vniuersitate, quæ legitime est citanda, Rota diuers. *in decis.* 530. *p.* 3. *lib.* 3. & hoc notabis ad tradita, *suprà in cap. penult. de foro comp.* iterum videbis Riccium *collect.* 1469. ad Textum *in dicto cap. non solum*, & melius, *sub collect.* 1818. *ad Rubr. vt lite pendente.*

4 Huic tamen regulæ obstare videtur Textus, *in cap. dilecta* 10. *de exceptionibus*, in eo distinctè reuocatur excommunicatio lata post appellationem ab interlocutoria, vt colligitur ex verbis ex finalibus illius Textus: Sed respondetur vltra plura, quæ scripserunt Innocentius, & Panormitanus *ibi*, & alij relati à Balboa, *ibi, num.* 11. dicendo regulariter constitutionem, *dicti cap. non solum*, obseruandam esse, ad reuocanda attentata post appellationem ab interlocutoria, videlicet inspiciendum esse tempus inhibitionis; sed eam constitutionem restringi, quoties in rescripto Pontificis contraria præscribitur forma quæ proculdubio erit obseruanda, non obstante constitutione dicti capituli non solùm, vt in specie, *dicti cap. dilecti de exceptionibus*, in quo non attenditur tempus inhibitionis, sed appellationis, vt ibi expressum est & constat ex littera Textus ibi, *appellatum fuisse, ab interlocutoria, & a sufficienti grauamine:* ita Balboa intelligit, *dict. num.* 12. vbi alia, *num.* 13. *&* 14. tradit, & colligit ex mente Couarruuias *in practicis, cap.* 23. *& cap.* 24. Rolandi *cons.* 772. *volum.* 8. Osasci *in pedemont. decis.* 5. *& decis.* 25. Menochij *de recuper. remedio vltimo*, Bologneti *in l.* 1. *à num.* 48. *ff. de noui operis nunciatione*, Riminaldi *in l.* 1. *p.* 1. *à numero* 138. *ff. quod cuiusque vniuersitatis.*

Et sic ex *suprà* relato intellectu Textus *in dicto cap. dilecti* 10. *de exceptionibus*, cum, *dicto cap. non solùm*, infero ad alias limitationes prædictæ regulæ generalis. Primo si inhibitio esset emanata, cum clausula, *Sine præiudicio litterarum apostolicarum*, quia præfata clausula operatur, vt innouata post appellationem, & inhibitionem, non dicantur attentata, Seraphinus *decision.* 1003. *p.* 2. Puteus *decision.* 323. *libro* 3. 5

Deinde secundo dico quod inhibitio non causat attentata circa ea, in quibus non est lis Bellamera *in decis.* 55. Vnde Rota Romana, *in decis.* 40. dixit duo requiri, vt sit attentatum, nempe quod sit innouatum, & quod lis pendeat. Et propter ea dicebat, Cassador *in decis.* 4. *de restitution. spoliator.* attentata non dari absque litis pendentia, vt voluit, Seraphinus *dicta decis.* 1003. 6

Tertio in casu, Seraphini *decis.* 385. vbi fuit dictum executionem factam post inhibitionem esse attentatam, & reuocari debere, nisi esset facta vigore obligationis cameralis, propter priuilegium Auditoris Cameræ: tradit Riccius *dicta collect.* 1745. versiculo, *limita quinto.* 7

Quarto ex eodem fonte prouenit, vt non dicatur attentare is qui post inhibitionem, suam possessionem continuat, Mandos *de inhibitionibus, quæst.* 9. *sub num.* 3. *& quæstion.* 23. Hieronimus Gabriel *cons.* 57. *lib.* 1. *num.* 17. 8
† Nec ille qui inhibitus suam possessionem continuat lite pendente, Lancelot. *de attentatis p.* 2. *cap.* 4. *limit.* 2. *num.* 2. Menochius *rem.* 17. *recuper, quæst.* 17. *num.* 49. cum aliis Barbosa *in dicto cap. non solum, num.* 15. *&* 16. † Verùm si contraueniens inhibitioni vtatur sua possessione, non eo modo, quo vtebatur ante litem sed diuerso, non excusabitur eo quod dicat se suam possessionem continuare: docent Lancelotus *p.* 2. *de attent. cap.* 4. *limitatione* 1. *num.* 70. Beroius *cons.* 118. *à num.* 7. *& num.* 24. *lib.* 3. 9 10

Quinto limitatur regula, nempe quod inhibitio, non sit moderanda, vbi iam cœptum fuit cognosci in causa, super qua fuit inhibitum, vt voluit Rota in vna Cæsaraugustana Iuris eligendi 28. Nouembris 1567. *n.* 1. 11

Sexto limitat Riccius *dict. collect.* 1745. dicens vt inhibitiones moderari non debeant, emanatæ in causa matrimonij, nisi causa à Iudice sæculari ad Ecclesiasticum prius transmissa, iuxta formam Textus *in cap. lator qui filij sint legitimi*, Seraphinus *in decision.* 903. aliqua dixi, *suprà in cap. tuam, de ordine cognit.* 12

Septimo limitatur regula in casu, quo adesset consensus partis in contrarium, quia tunc præfatus consensus excludit attentata, 13
Crescent.

Crescent. *decis.* 17. Et inde Riccius infert cum
Seraphino *dicta decis.* 1003. quod per ratifi-
cationem partis exciuduntur attentata, & hæc
confirmantur ex aliis dictis, *suprà de attentatis*
appellatione pendente.

14 His ergo sic adductis pro limitatione præ-
dictæ regulæ; nunc ergo pro eius ampliatio-
ne, & vera intelligentia circa attentata, post
inhibitionem reuocatione digna, videbis quæ
subsequuntur, nam gesta post appellationem,
& inhibitionis præsentationem, taliter vt at-
tentata veniant reuocanda, quod hoc fiat vel
& alia per Iudicem ex officio reuocari possint;
licet pars appellationi expressè, vel tacitè re-
nunciauerit: docet Rota *decis.* 235.*num.*7.*p.*1.
& decis. 79.*num.*2.*p.recentior.* & in Barcinonen.
beneficij sanctæ Mariæ 15. Maij 1610. coram
bonæ memoriæ Patriarcha Mancando, in qua
attentata fuit, & declarata sententia lata post
præsentatam Iudici inhibitionem; licet pars
postea coram eodem Iudice comparuerit,
quo casu tacitè appellationi, & inhibitioni
renonciasse videtur, Antonins Gabriel, *comm.*
titulo de appellat. conclusione 2. *numero* 1.
Scaccia *in tractatu de appellation. quæst.* 17. *limi-*
tat. 2. *num.* 14. Barbosa *in dict. cap. non solum,*
hoc titulo, lib. 6. vbi refert sic decisum in fer-
rarien decimatum 28. Iulij 1921. coram bonæ
memoriæ Vbaldo, seu, vti colligit, ex Terenr.
in annotation. ad decis. 406. Butati *littera, A*, Et
Riccius *collect.* 1469. versiculo, *amplia secundo*,
dicit procedere etiam, si appellationi, cuius
vigore emanauerat, inhibitio fuerit per ap-
pellantem tacite, vel expressè renunciatum ex
Rota *in decis.* 131. *hoc titulo in nouis.* Boërius *in*
decis. 256. Bellamera *in decis.* 624. & eo-
dem, Rota *decisione* 3. *hoc titulo, in nouissim.*
& Riccius *dicta collect.* 1469. versiculo, *am-*
plia quinto, vide, *suprà quæstion.* 3. versiculo,
ad quintam.

15 Et quod vltra appellationem ad causan-
dum attentata; sit inhibitio necessaria, adeo
verum dicitur ex prædicta regula, quod proce-
dit etiamsi fuisset obtenta vigore appellationis
nullæ Maceraten. *in decis.* 14. *lib.* 1. cuius
appellationis nullæ exemplum referunt, Rota
in decis. 225. *in nouis.* Guido Papa *in decis.* 13.
78. & 436. Riccius *in dicta collect.* 1745. ver-
siculo, *amplia.* vt, si iam interpositæ non inhæ-
serit infra decem dies, licet appellatus possit
præuenire appellantem obtinendo, causam
committi, & inhiberi, iuxta terminos Tex-
tus, *in capit. oblata*, vbi omnes, *hoc titulo*,
de quo dixi, *sub cap.* 5. & docet, Rota *in de-*
cision. 104. *dicto titulo, de appellation. in nouis.*

16 Ampliatur secundo vt procedat etiam, si
actus, qui diceretur gestus post inhibitionem,
fuisset aliàs antequam inhiberetur licitus fa-
cienti; inhibitio enim facit illicitum, Guido
17 Papa *decis.* 213. Riccius *dict. collect.* 1469. † Vbi
ampliat tertio procedere etiam in inhibitione
obtenta per assertum procuratorem, cum cau-
tione de rato, Puteus *decis.* 24. *vt lite pendente,*
Verallus *decis.* 43. *p.* 2. Achilles de Grassis *de-*
cis. 5. *de attent.* Et ita censuit pluties Rota, &
signanter in vna Senogallien. parrochialis 1559.
18 coram Oradino 9. Iunij. † Et ampliatur
quarto etiam si sententia transisset in rem Iu-
dicatam, Rota *decis* 51. *hoc tit. in nouis.* Am-
pliatur quinto, vt quoad præfatum effectum
reuocandi attentata intimatio non habeat vim
inhibitionis, maxime si fieret per non procu-
ratorem, Bellamera *in decis.* 422. & 19 vel
per eum, de cuius mandato non constaret,
idem, *decis* 58. Riccius *dict. collect.* 1741.

Ampliatur sexto, etiamsi executio facta fuis- 19
set vigore litterarum executorialium, & bra-
chij sæcularis legitimè obtenti: nam dicitur at-
tentata, si fiat post inhibitionem, vt fuit di-
ctum in vna Portugallen. Parrochialis 19.
Octobris 1565. coram Oradino, quod sub-
ampliatur etiamsi executoriales, emanassent
vigore trium conformium, vt fuit dictum in
vna Toletan. Matrimonij 24. Ianuarij 1555. co-
ram eodem.

Septimo ampliatur etiam si per Iudicem ad 20
quem, qui inhibuerat pronuncietur male ap-
pellatum, & benè per Iudicem à quo pro-
cessum, quoniam per talem pronunciationem,
non validatur processus factus post inhibitio-
nem, Rota *in decis.* 58. *de appellat. in nouis.* se-
quitur Riccius *dicta collect.* 1469. † Vbi am- 21
pliat octauo cum Magon. in Rota Lucen. 23.
dicens vt inhibitio faciat attentata, etiam si esse-
mus in gestis pendente recursu, quæ regulariter
non dicuntur attentata.

Nono regula procedit taliter, vt inhibitio 22
non solùm faciat attentata respectu appellan-
tis, verùm etiam respectu aliorum, Gallius
obseruatione 126. *lib.* 3. *per totam.* † Et itidem 23
decimo procedere, etiamsi non Iudex, sed
pars fuisset inhibita Rota diuers. *in decis.* 375.
lib. 3. † Vndecimò procedere etiam si inhi- 24
bitio manasset vigore commissionis conditio-
nalis, & habentis clausulam, *constito quod pen-*
sio sit conditionalis, quoniam de rigore talis
inhibitio afficit, Puteus *decis.* 12. † Imo & præ- 25
dicta regula procedit duodecimo, etiam in cri-
minalibus, Guido Pap. *decis.* 74. Cappell. Tol.
in dec. 176.

Decimo tertio ampliatur etiamsi instrumen- 26
tum inhibitionis careat die, anno, & Pontifi-
catu, vt fuit dictum in vna metend. Parrochia-
lis 18. Iunij 1555. coram Chisanen. † Et de- 27
cimoquartò etiam si inhibitio oretenus sine
scriptura esset facta, Cassador. *in decis.* 2. *de*
pension. † Et etiam decimoquintò si inhibitio 28
emanauerit vigore commissionis appellationis,
quæ ob non redditionem pro Apostolis præ-
tenderetur deserta, vt fuit dictum in vna nu-
cerim attentatorum 16. Maj 1568 coram Lan-
celoto.

Decimsextò ampliatur procedere etiam si non 29
fuerit iustificata causa in appellatione expressa,
Achilles de Grassis *in dec* 17. *de attentatis.* † Deci- 30
moseptimò procedit etiam, si inhibitio ema-
nauerit. ad instantiam intrusi contra dispo-
sitionem; *capitu si contra quot, vt lite pend lib.* 6.
Crescentius *in decis.* 142. Riccius videndus *sub*
d. collect. 1469.

Qui etiam, *dicta collect.* 1745. intelligit pro- 31
cedere regulam quamuis in dubio inhibitio
præsumatur, superuenisse post actum pro eius
validitate. Achilles de Grassis *in decis. fin hoc tit.*
Seraphin. *dec.* 1116. Thesaur. *decis.* 48. Hartaman
hoc tit.

Ex prædictis infero quod excommunicatus 32
qui attentauit contra formam inhibitionis
totalis,

totalis, non absolultur, nisi purgatis prius attentatis, vt fuit in Rota resolutum in vna aquinat. beneficij 11. Decemb. 1579. coram Illustrissimo Seraphin. vt patet in eius, *decis.* 43x. refert Riccius sub dicto, versiculo, *quamuis dicta, decision.* 1745. qui in versiculo, *tandem*, pro ornamento materiæ attentatorum, alia tradit aduertit iam supra in præfatis quæstionibus expedita.

33 Vnum tamen notabis quod clausula illa, *appellatione proposita compescenda*, operatur; vt possit fieri executio, quæ non veniat per viam attentati reuocanda, Caputaquen *in decis.* 134. *p.*3. Riccius *sub dicta collect.* 1743. alia de inbibihibitione videbis, *sub cap. vt nostrum, hoc titulo.*

34 Ad secundam quæstionis partem, quibus pœnis puniatur attentans, & Iuxta Textum nostrum ex Doctrina Baldi, & Riccij, Iuxta ea, quæ dixi, *suprà sub cap. grauis de restit. spoliat. quæst.* 7. *à num.* 9. videbis in quibus fructibus puniatur: & Rota *decis.* 54. *de sententia, & re Iudicata in antiquis*, quam sequitur Riccius *collect.* 556. *in fine*, dicit quod attentans lite pendente debet in fructibus condemnari, tam perceptis, quàm eorum, qui percipi potuerunt Iuxta ea, quæ de spoliante dixi, *in dicto cap. grauis*, late, hæc enim fructuum condemnatio rectè pœna appellatur argumento, Textus *in l. nemo rem.* §. *si post moram, ff. de verb. obligat.* Puteus *decis.* 5. Cassador. *decis.* 6. *num.* 3. *sub titulo de prabend.* relati à Menochio *de recuperandæ remed.* 10. *à num.* 55. cum aliis Balboa *in cap.* 1. *hoc tit. sub num.* 41. Lancelot. *de attent. p.* 3. *cap.* 31. *à num.* 17.

35 Item ex Glossa *in dict. cap. non solum, hoc tit.* verbo, *reducendum*, in versiculo, *dictamen*, appellans si innouet aliquid, appellatione pendente priuatur beneficio appellationis, & in causa principali procedi poterit appellatione non obstante, Bonacos *tom.* 2. *comm. opin. lib.* 7. *tit.* 21. *num.* 2. *pag.* 303. Barbosa *in dicto cap. non solum, hoc tit. num.* 18. cum multis Barbosa *in dicto cap.* 1. *num* 41. sub versiculo, *sexto*, ex Textu, *in cap. an sit* 42. *hoc tit*, vbi Doctores.

36 Item attentans debet puniri in condemnatione expensarum quas soluere tenetur appellanti: ita Cassador. *decis.* 13. *num.* 2. *sub hoc titulo de restriptis*, qui praxim esse Rotæ testatur, vt in causa attentatorum fiat expensarum condemnatiò, quoties reuocantur attentata per dicta, *in dicto cap. grauis sub dicta quæst.* 7. *à num.* 9 & ex dictis latè, *in cap. finem litibus de dolo, & contumacia*, & earum condemnatio fit à Iudice etiam parte non petente, Guido *dec.* 405.

37 Quarto tenetur attentans, ad omne id, quod interest appellanti, nihil fuisse nouatum, nec id, interest, appellatione fructuum continetur vt declarat Assignius *in praxi*, §. 32. *cap.* 4. & facit quod dixi etiam de spoliatore, qui etiam ad omnem causam tenetur, *in dicto cap. grauis de restitut. spoliator.* docent, Ripa *in l. naturaliter*, §. *nihil commune, ff. de acquirenda possess.* Parisius *cons.* 1. *à num.* 146. *lib.* 1. Rolandus *cons.* 53. *nu-*
38 *mero* 15. *lib.* 2 Paleotus *decision.* 272. † Et facit quia malus est in attentantis odium, quam spoliatoris, vt iam supra dixi, cum attentans simul, & eadem tempore Ius, Iudicem, & partem offendat, vt vulgò notatur, *in cap.*
39 *cordi, hoc tit. lib.* 6. † Sed in Iudiciis restitutoriis certum est fructus, & omne id quod interest venire, cum sit restitutio in pristinum statum repositio, Iuxta vulgata Iura, quæ adduxi *suprà in Rubric. cap.* 1. *cap.* 5. cum aliis, *de restitution. spoliator.* ergo & in attentatis id potius venire dici debet.

Quinto punitur in eo quod attentans nulli- 40
ter agit, resoluit Balboa *in dict. cap.* 1. *hoc tit. num.* 41. *in princ.* ex eo etiam induces contractus super re litigiosa factos, nullius momenti esse Iure ipso regulariter ex *l. fin. Cod. de litigiosis*: argumento eorum, quæ adduxi, *suprà in Rubr & tit. vt lite pendente, & in cap. pen. de foro compet.* *q.* 14. 16. & 17.

Sed nullitas actus agentis pœnam quodam 41
modo videtur respicere vt notatur, *in c. dispendia* § *fin. de restriptis lib.* 6. *l. senatus, ff. de contrahenda emptione.* & aduertunt, Cassiodor *decis.* 6. *sub tit. vt lite pendente*, Alciatus *respons.* 2. *num.* 27 *lib.* 2. Mandosius *in regula de minoribus quæst.* 6. *num.* 1. Boërius *decision.* 1. *num.* 16. vbi rectè aduertit: tunc nullitatem pœnam esse, quando fit in odium partis; secus verò quando nullitas resultat ex aliquo processus defectu.

Sexto in eo punitur attentans, quod si atten 42
tando possessionem alicuius adeptus sit, eadem possessione spolietur, quamuis spoliatus alias etiam fur, & prædo esset restituendus in odium tamen attentatis, & in eius pœnam Iura huiusmodi intruso restitutionem denegant, vt resoluit Cassador. *decis.* 5. *sub tit. de restit. spoliator. & decis.* 9. *num.* 3. *sub tit. de causa possessionis.*
† Quoniam possessio attentata restitutionem 43
meretur, vt resoluit Aymon Crauera *cons.* 248. *num.* 5. *lib.* 1. quod ita sæpe Iudicatum fuisse, à Rota, ex multis retulit Lancel. *dict. cap.* 31. *n.* 180. cum multis sequentibus.

Septimò punitur attentans, nam si Iudicio 44
pendente finium regundorum rem super qua agitur attentando inuaserit, non solum tenebitur rem occupatam, verum etiam tantumdem de suo ei qui fuerat passus attentata restituere, vt probat Textus *in l. si constituis, Cod. finium regund.* ibi tantum, *agrimodum, quantum adimere tentauit*: tradunt Iulius Frontinus, *in Cod. Theodosiano pag.* 170. Hieronimus de Monte *de finibus regundis, cap.* 34. *num* 9. Menoch. *de recup. rem.* 9. *q.* 50. *n.* 132.

Ad tertiam, & vltimam quæstionis partem, 45
in quo Iudex attentans puniatur, supposito eo quod dixi, *in cap. cum teneamur* 17. *hoc tit. & suprà*, quatenus Iudex à quo potest innouare appellatione pendente, absque periculo attentatorum; ad propositum verò nostræ quæstionis quando male agit attentando; respondeo quod si innouet in criminalibus, debet, puniri pœnis seuerioribus, quia si v. g. reum condemnatum ad mortem, necauerit, mortive tradiderit, pendente appellatione, lege Iulia, *la* 1. *ff. ad l. Iuliam de vi publica*, vel si illum verberauerit, iusseritve quid fieri; Etenim legis Iuliæ pœna erat damnato, à qua, & igni interdicere, *l. qui dolo, ff. ad leg. Iuliam de vi publica*, cuius loco successit deportatio, vt ibi declarat Glossa in verbo, *aqua, & igni*, Pichardus per Textum, *ibi in* §. *item lex Iulia de vi* 7. *de publicis Iudiciis*. Et hanc Doctrinam mirabilem dicit Guido Papæ *tract. de appellat. quæst* 2. & *quæst.* 120. Boërius 153. *num.* 4. quod intelligit Balboa *in d. c.* 1 *hoc tit. num.* 42. † Sic de Iure Ciuili, nam Iure 46
Canonico

mitius agitur, cum Iudice attentante post appellationem, ;si quidem eo casu sola depositionis pœna plectendus est ex *cap. decreto 2. q. 6.* Vide Doctores *in cap. de priore 31. hoc tit.*

47 Iu causis verò ciuilibus Iudex attentans, pendente appellatione; punitur in 30. pondus auri, *l. quoniam Iudices*, vbi omnes *Cod. de appellation.* Romanus *cons. 501. num. 2.* quamuis hoc solùm Iure Ciuili procedat, vt dicit Balboa *in dicto cap. 1. hoc tit. num. 43.* addens Iure Canonico esse arbitrariam pœnam applicandam Iudici attentanti, ex textu *in cap. de priore hoc tit.* vbi Barbosa *num 4.* agit de pœna depositionis contra non admittentem appellationem in causa criminali.

48 † Quod si Iudex pendente inhibitione innouaret, incurreret pœnas in ipsa inhibitione expressas, de quibus agit latè Lancelotus *de attentatis, p. 2. c. 20. de attentatis post inhibitionem præfatione q. 5. n. 188.*

AD TEXTVM
IN CAPITE LII.
Dilecti, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

3 *Appellari potest iudicialiter, & extraiudicialiter à præcepto facto, sub pœna excommunicationis.*

1 PEr Textum hunc potest agi de appellantibus ad sedem Apostolicam; ad quod applicabis dicta *suprà dicto cap. 7. hoc tit.*

2 † Item & de accipientibus iter ad eam, quod est appellare de facto, de quo latè dico *infrà in cap. vnico de Clericis peregrin.* notaui plura *in cap. meminimus 9. in cap. sugestum 15. & alibi in hoc tit.*

3 Et quatenus hic Barbosa *num. 4.* dicit, vt possit iudicialiter, & extraiudicialiter appellari à præcepto factu sub pœna excommunicationis. Et quod appellatio suspendat in tantum, vt si Iudex excommunicaret, excommunicatio esset nulla: ad vberiorem cognitionem adiunges quæ dico *infrà in capite pastoralis, §. verum hoc titulo.*

AD TEXTVM
IN CAPITE LIII.
Pastoralis, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. PEr Textum hunc late potest agi de clausula *appellatione remota*, & de aliis clausulis ad idem tendentibus; sed vt hoc benè intelligas, adjunges quæ dico *infra in cap. inquisitioni 71. hoc tit.*

Ad §. verum, eiusdem Textus.

PRÆMISSVM.

I. AD hunc Textum possunt adjungi vniuersa, quæ egi de attentatis, appellatione pendente, *suprà in cap. bona 51. hoc tit.* sed quia hic Textus exorbitat à regula generali de reuocandis attentatis, appellatione pendente, & determinet, quod etsi excommunicatus ab excommunicatione appellet, possit nihilominus denunciari, & beneficij redditibus spoliari, ideò adjunges plura notata *sub quæst. 1.* & aliis eiusdem Textus *in dicto cap. bonæ memoria*, quibus patet multa, appellatione pendente, posse fieri à Iudice à quo absque periculo attentatorum, ex Iuribus ibi adductis, etiam in Ecclesiasticis causis; imò, & in reformatione possessionis turbatæ, vt latè tractaui, *in cap. cum teneamur 17. hoc tit.*

II. Et quatenus hic agit Textus de pœna priuationis fructuum contra excommunicatos, & alios censura inodatos imposita, de quo plura ex pluribus scribit, *hic* Barbosa, quæ magis spectant ad tractationem, *de sententia excommunic. & eius effectibus*, & à quibus priuet; ideò ad *ibi*, dicenda te remitto in eo titulo; interim applicabis plura quæ scripsi sub repetitione Textus *in cap. 1. de Iudiciis*, aliqua *in cap. cum non ab homine 10.* plura, *in cap. intelleximus 6. eodem*, *alia sub tit. de exceptionibus*, & alia inquam, *in cap. ad probandum 24. de sententia & re iudicata*, & *alibi*, sæpiùs dispersim, vbi de pluribus dubiis.

III. Et an excommunicato liceat appellare, nec ne adjunges quæ adduxi *suprà in Rubrica quæstione 1. versic. ad secundam.*

QVÆSTIO I.

Quare interposita appellatione, possit Iudex à quo declarare, seu denuntiare aliquem esse excommunicatum cum appellatione pendente, nihil nouandum esset: Et quare ea pendente potuisset priuare excommunicatum appellantem à fructibus sui beneficij, & aliis prouentibus cum ex tali facto denegata appellanti excommunicato defensione exiguum, & attentatum admitteretur contra Iuris regulas?

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus renunciari quasi etiamsi appellauerit à sententia excommunicationis fructibus beneficij priuari, numero 2.*

3 *Appellatio à sententia censurarum, non operatur effectum suspensiuum.*

4 *Censura prolata post interpositam appellationem est omnino nulla, nec impedit vt presbyter celebret, & n. 5.*

5 *Irregulariù*

5 *Irregularis Clericus non fiet, qui post appellationem à sententia excommunicationis contra se latam, appellat, existimans valide appellare, etsi pronunciatum fuerit inualide appellasse.*

6 *Excommunicationis lata sententia ante appellationem valet ipso Iure.*

7 *Appellatio à sententia excommunicationis, permittitur cum effectu deuolutiuo, & de ratione num. 8.*

9 *Denunciatio excommunicationis iam lata non suspenditur per appellationem, & refert se ad sententiam canonis, n. 10. 12. 13. 14. vbi ad casus.*

10 *Declarans nihil noui addit.*

11 *Declaratio non mutat essentiam, aut naturam depositionis.*

12 *Appellatione pendente à censura lata, non solùm poterit fieri denunciatio, sed & poterit Iudex venire ad agrauationem, absque periculo attentati.*

15 *Excommunicatus maiori excommunicatione, priuatur fructibus beneficij, nec lucratur quamdiu est in ea, itidem priuatur decimis, & obligationibus personalibus mortuariis, & emolumentis, num. 17. etiam si pratendat se per iniuriam, & iniustitiam excommunicatum, num. 18. quid in praxi, num. 20.*

16 *Prouentuum appellatio est generalis, & comprehendit naturales, industriales, ac artificiales fructus; imò & pensiones, & distributionum etiam.*

19 *Excommunicatus, ne fame pereat, est alendus ex fructibus sui beneficij, etiam si ab eis sit priuatus.*

20 *Excommunicatus non priuatur beneficij fructibus ante excommunicationem obtentis.*

1 HÆc duo dubia ab vna radice pendent, & sic sub vna declaratione, & interpretatione, venient intelligendo; imo & ab eadem pendet intellectus nonnullarum difficultatum, quæ subsequentur, igitur contra decisionem huius Textus, & aliorum similium, faciunt quæ longo calamo congessi, *sub cap. bona 51. hoc titulo*, vbi de innouatis, appellatione pendente, reuocandis quare nunc restat dicere de fundamento Pontificis in nostro Textu, quod satis deprehendi videtur ex verbis, ibi, *Nos itaque quod cum executionem excommunicatio secum trahat, & excommunicatus per denunciationem, amplius non ligetur ipsum excommunicatum denunciare potest, vt ab aliis euitetur.*

2 Ob idque Doctores communiter docent, quod etiam si appellatum sit à sententia excommunicationis, excommunicatus possit denunciari, & fructibus beneficij priuari, vt obseruant latè, Couarrouias *in cap. alma mater 1. p.* §. 10. *num.* 4. Guttierrez *in quæstionibus Canonicis, lib. 1. cap. 1. à num.* 90. Suarez *de censuris, disputat. 3. section.* 6. Auila *de censuris 2. p. cap. 5. disput. 5. dubitatione* 11. Balboa *in cap. 1. hoc titulo, à numero* 55. Graña *ibi, num.* 12. Farinacius *in praxi crimin quæst.* 101. *limit.* 13 *num.* 66. & 68. latè Alex. Trentacinq. *resolution. lib 2. sub hoc tit. resol. 5 a princ* & Scaccia *de appell q* 17. *limit.* 22. cum pluribus aliis, Barbosa, *hic*, Videndus *à n.* 5.

3 Et ad clariorem explicationem prædictæ conclusionis, & eius veram decidendi rationem, præmitto dicendum quod appellatio à sententia censurarum, non operatur effectum suspensiuum, in quarum vsu peculiariter aliqua obseruantur quæ in sententiis, & appellationibus aliarum rerum, non ita obseruantur; vt obseruat, Vbomesius *hic*. † Primum 4 quod si post interpositam appellationem prefertatur, censuræ sententia erit omnino nulla, ita vt non indigeat appellationis remedio ex Textu *in cap. ad præsentiam suprà, hoc titulo*, vbi potest sic excommunicatus, si Clericus fuerit presbyter, pendente appellatione, sine alicuius irregularitatis incursu celebrare; & prosequi officium suum In diuinis, vt tradunt, Francus *ibi, num.* 3. 4. & 5. Lancelotus *de attentatis, p. 2. cap. 12. limitation. 26. num.* 5. Sigismund. Scaccia *de appellat. quæst. 17. limitat. 22. num.* 54. Farinacius *in fragment. criminal. p. 2. littera, l. n.* 327.

5 Vnde sequitur quod nec etiam censeatur Clericus irregularis, qui post appellationem illegitimam ab excommunicationis sententia contra se latam existimans validam esse suam appellationem ante absolutionem obtentam celebrauerit, etiam si postea fuerit pronunciatum suam appellationem non habuisse firmitatem ex Glossa singulari verbo, *in officiis, cap. solet de sentent. excommunic. lib.* 6. Nauarrus *in cap. cum contingat. de rescriptis, remed.* 3. versiculo, *secunda*, Soleedus ad Bernardum Diez *in pract. cap. 33 littera, A*, versiculo, *nec etiam Clericus, in nouis.* editione, Lancelotus *ad decretales collect. 25. num.* 6. Spino *de testamentis Glossa* 11. *Rubrica num.* 29. versiculo, *patet igitur*, & *n.* 44.

6 Secundùm nempe quod ante appellationem lata sententia excommunicationis ipso Iure valet, adeo; vt eius effectus, (v. g. denunciatio) sequenti appellatione non impeditur, nec suspenditur, quamuis in aliis causis omnem executionem remoretur appellatio, *cap. venientes de Iureiur.* Iuxta communem Doctorum sententiam, *hic*, vt iam retuli, quibus addo Dueñas *regula* 41. *num.* 8. Maranta *in speculo, p. 3. partis 6. princ. quæst. 2. num.* 267. non enim amplius per denunciationem excommunicatus ligatur, vt tradunt, Romanus *cons.* 48. *in secundo dubio*, Suarez *de censuris disp. 3. sect. 10. sub num.* 16. Ioannes Valer. *de different inter. vtrumque forum*, verbo, *excommunicatio differentia* 11.

7 Quare pro vera decidendi ratione: etsi Accursius in *l. fin. Cod. si à non compet. Iudice*, existimet in casu, de quo loquimur, omnino appellationem denegari: tamen verius est appellationem à sententia excommunicationis permitti cum effectu deuolutiuo, Iuxta plura, quæ assignaui, *sup. in Rub.* & *in cap. 11. hoc titulo*, vbi anumerando casus infinitos, in quibus denegatur appellatio, hoc est respectu effectus suspensiui, nonquam, verò quoad effectum deuolutiuum, & in terminis nostris probat Textus, *in c. per tuas de sent. excomm.*

8 Ex ea ratione quia sic Iure Pontificio statutum est, propter Ecclesiæ Authoritatem, & clauium, quæ in vsu censurarum consistunt, vt magis timeantur, habeanturque in maiori reuerentia, ne ex contemptu ipsarum amplius ligetur contemnens: docet Balbua *in d c. 1. hoc tit. sub n.* 56. inferens ideo excommunicationem dici medicinalem, *ex c. 1 de sent. excomm. lib.* 6. prosequitur Graña *in d c. 1. sub n.* 12. dicens idem procedere, quia est etiam data in correctionem eius, qui excommunicatur,

nicatur, ne prætextu friuolæ appellationis impediatur correctio, indeque sublatam esse appellationem, vt in omni correctione *cap. ad nostram* 3. *cap. reprehensibilis* 26. *hoc tit.*

9 Ex quo fit ad nostrum textum, vt denunciatio excommunicationis latæ hic per appellationem, non impediretur: nam cum sit actus consequentius ad excommunicationem quasi quid excommunicationi annexum, & accessorium per appellationem, non est cur suspenderetur, sicut nec suspenditur excommunicatio lata ante prædictam appellationem, vt latius considerat Balamera *decisione* 411. qui aliam adjicit rationem, scilicet denunciationem non esse actum Iurisdictionalem, Asinius *in praxi*, §. 7. *cap.* 5.

10 *limitatione* 136. † Etenim denunciatio, hoc est declaratio se refert ad sententiam Canonis, & retrotrahitur ad illam, adnotata *in cap. cum tu*, & ibi Doctores, *de vsuris*, Ioannes Miles, verbo *declaratio retrotrahitur*, Parisius *consil.* 65. *n.* 5. *volumine* 1. vis ergo declarationis virtualiter, continetur in ipsa excommunicatione, iam lata, quia declarans nihil noui addit. *l. heredes palam*, §. 3. *sed etsi notam*, vbi Bartol. Paulus de Castro & alij, *de testamentis*, Parisius *consil.* 65. *num.* 5. & 6. Socinus *consil.* 95. *num.* 75. & 76. *volum.* 3. Menochius *consil.* 753. *n.* 20.

11 Et confirmatur quia declaratio non mutat essentiam, aut naturam dispositionis, Rolandus *consil.* 15. *num* 27. *volum.* 3. Menochius *consil.* 331. *num.* 100. & *consil.* 360. *num.* 5. & *consil.* 443. *n.* 7. Barbosa *hic sub num.* 5. versic. *excommunicatus.*

12 † Et ex eadem ratione, pendente appellatione, non solùm poterit fieri denunciatio, sed, & poterit Iudex venire ad aggrauationem, absque periculo attentati, docet Balboa *in d. cap.* 1. *n.* 57. *hoc tit.* ex Lancelloto *de attentatis*, *p.* 1. *limitatione* 21. *num.* 13.

13 Imò, & plures relati, *hic* à Barbosa *n.* 6. dixerunt quod appellatio non impedit, quin is, contra quem lata est sententia excommunicationis, possit denuntiari excommunicatus, vt ab omni-

14 bus euitetur. † Et adjunges quæ ex multis refert Ceuallos *in pract. q.* 897. *ex num.* 1005. *vsque ad* 1019. vbi à *n.* 1010. dicit quod declaratoria non suspenditur per appellationem, quia est actus executionis ibi videndus, vbi agit de casu quodam nimis litigato in Ecclesia Toletana.

15 Ad secundam quæstionis partem, iam ex dictis facilis est intellectus; est enim verum quod excommunicatus priuatur fructibus beneficiorum, nec eos lucratur, quamdiu est in excommunicatione, scilicet maiori, etiam occulta, licet id in sententia non exprimatur: tradunt Couarruu. *lib.* 3. *Var. cap.* 13. *num.* 8. Lancellot. *de attent. lite pend. cap.* 12. *limit.* 21. Becellenein. *de charitatiuo subsidio q.* 33. Suarez *de cens. disput.* 13. *sect.* 2. Antonius Ricciulus latè videndus *de iure personar. lib.* 4. *cap.* 14. *à princ.* cum multis alijs Barbosa *hic n.* 7. qui *n.* 8. cum Mandosio in Glossa *facultatem*, verbo *prouentus*, Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellar.* §. 7. *proœm.* 197. & cum Garcia *de beneficiis* 1. *parte*, *cap.* 5. *à num.* 131. & *parte* 7. *cap.* 13.

16 *num.* 114. † dicit quod cum prouentuum appellatio, de qua hic fit lata, & generalia sub tali voce comprehendi omnes fructus, non solùm naturales, & industriales, sed etiam artificiales; & sic fructus pensionis; imò & distributionum quotidianarum; eo quod veniant appellatione prouentuum Ecclesiasticorum, vt docuit Co-

uarruuias *dicto cap.* 13. *sub numero* 8. versiculo *duodecimo*, Marcus alterius *tractatu de censuris*, *tom.* 1. *libro* 2. *disputatione* 6. *cap.* 8. versiculo *ad dubitationem*, Moneta *de distribution. quotid. p.* 2. *cap.* 15. *num.* 13. † Ricciulus *dicto cap.* 14. *num.* 7. & 8. 17
qui resoluit etiam pariter priuari omnibus, & quibuscumque redditibus, qui ex bonis Ecclesiæ proueniunt, vt sunt decimæ, obligationes etiam personales, mortuaria, & emolumenta sigilli.

Imò addunt Panormitanus *hic num.* 6. Fran- 18
chis *num.* 4. & 17. Barbosa *num.* 9. Suarez *dicta sectione* 2. *ante num.* 10. Moneta *dicta quæstione* 15. *numero* 9. Ricciulus *d. cap.* 14. *num.* 13. hæc omnia procedere etiam si prætendat se excommunicatum per iniuriam, & iniustitiam, & propterea ab excommunicatione sit interposita appellatio, quia nihilominus appellatione pendente prædictis omnibus priuatur, vt clarè probare videtur ex nostro textu. † Et quando sic ex- 19
communicatus alendus veniat ex prædictis fructibus, nonnulli hic agunt, & Glossa *hic* verbo *subtrahuntur*, dicit quod si non habet aliud vnde viuat ei interim prouidendum esse, & sic Surdus *de alimentis titulo* 8. *priuilegio* 83. *num.* 14. Velascus *consult.* 1. *n.* 3. Suarez *dicta sectione* 2. *à numero* 11. docent excommunicatum fame periturum, esse alendum de redditibus beneficij: alia tradit omnino notanda Barbosa *hic* ex multis *à num.* 10.

Maius dubium est an priuetur fructibus be- 20
neficij ante excommunicationem obtenti, & affirmatiuam sententiam ex nostro textu ducent Fillucius *tomo* 1. *tractatu* 12. *cap.* 5. *n.* 129. Vgolinus *de censuris tomo* 61. *cap.* 12. Couarruuias *lib.* 3. *variar. cap.* 13. *num.* 8. Suarez *de censuris disp.* 13. *sect.* 2. Toletus *lib.* 1. *cap.* 13. Sed Coninch. *de Sacram. disput.* 14. *dubio* 9. *num.* 81. Hurtado *disput.* 6. *de excommunicat. difficult.* 1. *num.* 1. cum Vasquez & Nauarro, dicit excommunicationem maiorem non priuare fructibus beneficij, ac proinde excommunicatum posse adhuc licitè percipere fructus sui beneficij, dummodo posse, aut per vicarium satisfaciat officio, & merito quia excommunicatio ex eo quod generaliter est priuatio communionis fidelium, non priuat dictis fructibus, quia perceptio eorum, non est communicare cum fidelibus, non enim excommunicatio priuat illis Iure aliquo particulari, quia si aliquo maximè ex textu nostro, in quo id contineri negat, cum tantum fiat hic sermo de subtractione facienda per Iudicem media sententia noua, super addita excommunicatione, quia Pontifex tantum interrogat de primo dubio, iam *à num.* 1. agitato, supponit excommunicatum spoliari, non inquam ipso facto spoliatum, & addit Hurtado quod, etsi de rigore Iuris excommunicatus eo ipso absque noua sententia Iudicis, esset priuatus fructibus beneficij, non tamen consuetudine priuatur. Hanc opinionem, vt probabilem admittit Præpositus *in* 3 *p q* 2. *de excommunicat. dub.* 11. *num.* 68. & Marcerius *in* 3. *p q.* 21. *dub.* 2. *num.* 6. & si contrarium sequatur dicit tamen non solere excommunicatum priuari, & sic posse se conformari huic consuetudini, videbis Dianam *p.* 3. *tract.* 9. *re.* 104.

QVAESTIO II.

An appellatio à declaratoria incursus censurarum, vel denunciatione operetur suspensionem: An declaratus per cedulones: incurrisse aliquam excommunicationem, si intra terminum appellauit, possit liberè cum omnibus communicare: Et an post recusationem dormitet excommunicatio: Et an petenti reuocationem attentatorum possit objici excommunicatio, vbi de aliis ad Textum?

SVMMARIVM.

1 Cap. peruenit 13. hoc tit. n.2.
2 *Appellatio à sententia, qua quis declaratur excommunicatus, suspendit declarationem, secus si declaratur, vt euitetur, & de differentia vtriusque: n.3.4.& n.7.& 11.*
3 Cap. is cui, §. fin. de sententia excommunicat. lib.6. & in hoc, §. verum, num.4. 5. 6. 7. & 8,
4 *Excommunicatus notorius, non obstante appellatione poterit declarari, non sic, si dubius sit, n.5.& 6.*
6 *Appellatio à sententia declarationis, seu denunciationis potentior est, quam ea, quæ interponitur ante sententiam excommunicationis.*
8 *Appellatio è pœna legis non admittitur, benè tamen à sententia Iudicis declarantis aliquem in eam incidisse.*
9 *Appellatio, quæ impedit, de Iure declarationem censuræ, non impedit, vt Iudex laicus inhibeat Ecclesiasticum.*
10 *Declaratus vt excommunicatus per cedulones, poterit cum omnibus communicare, si intra terminum appellauit.*
12 *Appellatio à sententia Iudicis declaratoria, suspendit, & deuoluit causam.*
13 *Recusatio facit suspendere excommunicationem, & censuram ac appellatio.*
14 *Excommunicatio num queat opponi petenti reuocationem attentatorum, & n.15.*
16 *Exceptio excommunicationis, potest objici agenti interdicto.*
17 *Appellatio interposita, antequam Iudex ferat excommunicationem impedit incursionem eius, nisi Iudici concessum sit, vt ea non obstante procedat.*
18 *Excommunicatio lata post appellationem est nulla, vtpotè lata, non Iudice.*
19 *Appellatio ab excommunicatione admittitur ad effectum deuolutiuum, cum Iudex ad quem possit excommunicatum absoluere.*
20 *Appellari potest à præcepto facto, sub pœna excommunicationis.*
21 *Apppellatio admittitur quando excommunicatio contineret intolerabilem errorem, item si sit lata post legitimam appellationem.*
22 *Retractatio locum non habet quando extrema sunt vitiosa.*
23 *Fictio non operatur, nisi manente æquitate.*

1 AD primam difficultatis partem, & si ex doctrina Textus nostri, & eius generalitate, videatur dicendum excommunicatum, non obstante appellatione posse denunciari, vt iam dixi *quæst.*1. vt ab aliis euitetur eo quod secum trahit executionem paratam, vt ibi dixi, nec per denunciationem amplius excommunicatum ligari quod videtur turbari ex Textu *in cap. peruenit 13. hoc titulo*, quatenus ex eo deprehenditur, scilicet quod appellatio à declaratoria operetur effectum suspensiuum, si clarè constat, & notoriè declarandum, incidisse in excommunicationem, quod si dubium esset an inciderit, vel eius excessus publicus non sit, & notorius deferendum esse appellationi ait Textus *ibi*, & cauendum à declaratoria.

Verùm vt hæc difficultas clarescat, ac sedetur, 2
existimo faciendam esse distinctionem inter appellationem à sententia, qua quis declaratur, seu denunciatur excommunicatus, aut in excommunicationem incidisse, & inter appellationem à sententia, quaquis denunciatur excommunicatus, vt euitetur; ita vt in primo casu, ad quem reducitur decisio Textus *in dicto cap. peruenit*, appellatio à declaratotia suspendat declarationem ipsam; ita vt appellatione pendente sic declaratum exequi omnia valere, quæ possent, si declaratio non præcessisset, vt tenet glossa verbo *priuatos in cap. cupientes, §. quod super viginti de electione lib.6.* Zabarella *in Clem.1. in fine de sequestr. possess. & fruct.* vbi Imola *in fine*, Decius *in cap. reprehensibilis, à num.20. hoc tit.* Couar. *in cap. alma mater p.1. §.10. num.4. versic. & esse*, Suarez *de censuris disp.3. sect.6. sub num.6.* Bonacina *eodem tract. disp.2. quæst.3. punct.1. §.1. sub num.2. versic. quarto*, Lancelotus *de attentatis p.2. cap.12. limit.22. post num.18.*

Sed obstat Textus *in cap. is cui, §. fin. de sent. excommunic. lib.6. & in dicto §. verum* hîc quatenus 3
ex his deprehenditur illa verò conclusio quod appellatio à sententia pronunciante aliquem esse excommunicatum, non suspendit ipsam excommunicationem. Sed respondent Doctores longè dissimiles rationes considerari inter appellationem à sententia excommunicante, & appellationem à declarante incurrisse censuram, inter quas præeminet illa quod sententia quotiescumque fertur excommunicationis: iam constat apertè illum, in quam lata est deuinctum esse excommunicatione ita prolata, quæ siue iusta, siue iniusta timenda vtique est, *c. sacro de sent. excommunic.* cum vero declaratoria profertur, quia denegatur crimē petratum, ob quod censura infligitur à Iure, in cuius criminis probatione, & declaratione error contingere potuit, nimirum si appellatio non suspendit sententiam excommunicantem, vtique verò declarantem, incursam esse censuram Iuris: sic Felin. *in c. præterea, versic. & ideo, n.6. de sponsalib. & in c. Rodulphus, n.43. de rescriptis*, & sic Barbos. *in d. cap. peruenit, sub n.5.* resoluit Textum illum loqui iuxta hanc primam resolutionem, cumque esse declarandam prædictam resolutionem; ita vt procedat, quando esset dubium, an inciderit quis in excommunicationem: nam tunc appellatio à declaratoria incursus censurarum suspendet ipsam declarationem, vt præcitati resoluunt.

At si notoriè constet incidisse quem in excom- 4
municationem, veluti ob manifestam Clerici percussionem, vel ob transgressionem alterius legis, poterit non obstante appellatione declarari, vt facilè deprehenditur ex verbis Textus illius ibi, *Non permittas, quin eos excommunicatos denuncies, ipsosque facias sicut excommunicatos cautius*

cantisus euitari, quia vt Barbosa *ibi*, exponit *dicta num.5. circa finem*, Textus ille loquitur in secundo casu de publico, & notorio delinquente, quia constituit duo capita alterum, vt denuncietur alterum, deinde vt denunciatus vitetur intelligendo verbum illud *denuncias*, denunciatione, quæ sapit declaratoriam, ita quod nisi denunciatio respiceret declaratoriam incursus, sed publicationem per cedulones frustra adjicerentur illa verba, *ipsosque facies sicuti excommunicatos euitari*, concludit enim vt primo declarat incurrisse, deinde verò vt faciat euitari.

5 Vnde cum Felinus *in capite cum non ab homine non de Iudiciis*, Dueñas *regula 41. numero 8.* Francus *hîc numero 27. quæstione 6.* Capicius *decisione 1. numero 19.* Balboa *in capite 1. hoc titulo, numero 59.* dixerint, vt doctrina Textus nostri non procedat quando quis appellasset à declaratoria sententia, qua Iudex à quo declarat aliquem incidisse in excommunicationem à Iure vel ab homine latam, quia à declaratione excommunicationis incursæ appellatio admittitur, & si non admittatur à sententia excommunicationis, vt copiosè probat Antonius Gabriel *libro 6. commun. sub titulo de regulis Iuris, conclusione 3. numero 50.* vt probant etiam relati a Zenedo *in practic. quæstione 45. sub numero 45.* videtur intelligendos sub prædicta distinctione, & quo pacto hoc intelligatur declarat optimè videndus Lancelotus *de attentatis 2. part. cap. 12. limitat. 11. ex num. 21.* & videbis etiam quæ adducit idem Zenedus *collect. 42. ad decretal. n. 2.* vbi quo pacto appellatio impediat denunciatio-

6 nem. † Et aduertit *dicta quæst. 45. num. 46.* vt potentior sit appellatio à sententia denunciationis, vel declarationis, quam illa, quæ interponitur ante sententiam excommunicationis, colligens ex Cardinali *in Clementina 1. §. si quis quæst. 11. de sequestrat. possess. & fruct.* aliis ostendit Humada *in l. 21. tit. 9. glossa 1. num. 10.*

7 In secundo autem casu, videlicet quando quis appellat à sententia, qua denunciatur excommunicatus, adhoc, vt euitetur nulli dubium esse aduertunt Doctores his talem appellationem, non suspendere huiusmodi denunciationem, ex aperta decisione nostri Textus, Dueñas *d. reg. 42. limit. 8.* Lancelotus *dict. cap. 12. limit. 21. in princ.* Couarr. *in cap. alma mater part. 1. cap. 10. n. 4.* versic. *& esse hanc opinionem*, Guttierrez *Canonic. lib. 1. cap. 1. num. 90. cum sequent.* Scaccia *de appellation. quæst. 7. limitatione 22. num. 4.* Campanil. *in diuersorio Iuris Canonici Rubric. 11. cap. 15. à num. 4.* cum aliis idem Barbosa *hîc num. 6.* idem *in dicto cap. peruenit, num. 6.* & sub relata distinctione existimant intelligi Textum *hîc*, & Textum *in dicto cap. peruenit*, Marcus Alterius *de censuris, tom. 1. disp. 5. lib. 3. c. 3.* versic *quarto dubitari potest*, Vgolin. *de cens. tabula 1. cap. 11. §. 1. sub num. 10.* agens de hoc, de Textu illo præcipuè quando respondet Textui nostro, supponens Textum illum loqui in declaratoria, & nostrum Textum in denunciatione, vt euitetur, supponens etiam decisioni illius Textus, præterea extra casum notorij per appellationem impedimenti denunciationem faciendam non aduersari Textui nostro habenti locum in denunciatione per cedulones, qua non amplius illa ligetur, & propterea non impediatur per antecedentem prouocationem, & Suarez *de censuris* id ipsum significat, *de cens. disp. 3. sect. 15. sub num. 6.*

Nec his omnibus obstat dicere ex prædicta doctrina posse appellari à sententia Iuris, seu à pœna legis contra id, quod adduxi *supra in cap. 3. hoc tit. quæst. 3. circa finem*, ex Textu *in cap. quia nos hoc tit. & l. si qua pœna, ff. de verb. signif.* quia respondeo hoc in casu potius esse appellare à sententia hominis declarantis illum incidisse in pœnam Iuris, vt aduertunt Abbas *hîc num. 6.* Barbosa *num. 3. in fine*, Vgolinus *de censuris tab. 1. cap. 11. §. sub n. 10.* quia licet à sententia Iuris non appelletur, benè tamen queit appellari à sententia Iudicis declarantis aliquem in pœnam legis incidisse, vt notat Nauarrus *de censuris consilio 6. num. 5. in fine*, iuxta distinctionem allatam de appellante à lege, vel à declaratione pœnæ ipsius legis, dixi *in dicto capite 3. hoc titulo, sub quæstione 3.* versic. *ad tertiam.* 8

Pro complemento infero quod vbi prædicta appellatio impedit de Iure denunciationem, hoc est declaratoriam prædictam, poterit Iudex sæcularis concedere inhibitionem aduersùs Iudicem Ecclesiasticum ne ipsum denunciet, sic vt verius existimauit, Zenedus *in practicis, quæst. 45. sub num. 46.* cum iustè appellanti, non sit denegandum brachium sæculare, quo tutius à violentia Iudicis Ecclesiastici liberetur per dicta *suprà in cap. 2. de Iudiciis, quæst. 19.* & per Aufted. *in Clement. 1. de officio ordin.* 9

Ad secundam partem quæstionis cuius resolutio pendet ex dictis, respondeo posse illum, qui declaratus est per cedulones incurrisse in aliquam excommunicationem cum omnibus communicare, si intra terminum appellauit, docent Marcellus *in praxi Iudiciali fori Ecclesiastici capite 1. numero 5.* ante illum Genuensis *in praxi Archiepiscopali capite 21. numero 1.* omnino videndus Ioannes Vterius *in differentiis vtriusque fori, verbo excommunicatio differentia 6.* Megalius *in 3. parte libro 3. quæstione 1. capite 1. numero 7.* Bonacina *de censuris disputatione 1. quæstione 2. puncto 2. num. 8.* Gordono *in summa tom. 1. lib. 7. q. 3. cap. 5. num. 31.* Barjola *in aphorismo littera E*, verbo *excommunicatio*, §. 8. † Et ex Theologis Abila *part. 2. cap. 5. disp. 5. dub. 11. conclus. 2.* vbi sic asserit appellatio suspendit declarationem excommunicationis, vt si v. g. Iudex declarat me incurrisse in excommunicationem latam ab homine, vel à Iure, & ego appello à declaratione, allegans quod non feci id propter quod erat imposita excommunicatio, vel quod factum est dubium; talis appellatio suspendit declarationem, iuxta relatam Glossam *dict. cap. cupientes, §. quod si per viginti*, verbo *priuatis de elect. lib. 6.* Diana cum aliis multis relatis à Zenedo *suprà quæst. 45. n. 45.* deducens sic denunciatum non esse vitandum post appellationem, addens cum eodem Abila, & Nauarro *consil. 22. et consil. 20. de sent. excommunic.* quod licet à facto verò notorio non possit appellari possit tamen appellari à sententia Iudicis declarantis factum esse notorium, quia posset Iudex hoc iniustè declarasse. 10 11

Imo & Hurtado *de excommunicatione disput. 3. difficultate 4.* ait quod appellatio à sententia Iudicis declaratoria, non solùm deuoluit causam ad superiorem sed etiam suspendit eam sententiam, quia sententia declaratoria, non secum trahit executionem. 12

Ad tertiam quæstionis partem, an post recusationem dormitet excommunicatio, suppositis, quæ adduxi latè *cap. 4. de foro competenti*, de 13

effectibus recusationis, & qualiter æquiparentur appellatio, & recusatio, vt ibi quæst.41. dicendum est; & sicut Francus in cap. cum speciali col. fin. hoc titulo; negatiuam sententiam sequatur, idem procedere in recusatione, ac in appellatione ex Nauarri doctrina in cap. cum contingat de rescriptis col.134. eo quod dormitat Iurisdictio, iuxta nostrum Textum, & ex dictis suprà quæst.1. & patet ex l.29.tit.9. part.1. vbi Gregorius verbo ssalce, Dueñas regul.42. num.8. Ceuallos in pract. quæst.228. quibus addo Dianam dict. part.5. tractat.9. resol.30. vbi dicit quod idem quod dictum est suprà in præcedenti dubio, de appellatione dici debet, de recusatione Iudicis excommunicantis, quia eadem est ratio: & cum multis aliis idem Ceuallos quæst.897.num.1018.& 1019.

14 Ad quartam quæstionis partem, an petenti reuocationem attentatorum possit objici excommunicatio. Et in hoc puncto dicit, Decius cons.200. col. fin. versiculo secundo, vt petenti attentatorum reuocationem, non possit objici excommunicationi exceptio, quia ista petitio, saltim in appellatione Iudiciali, sapit naturam defensionis, quæ excommunicaio permittitur, vt patet ex Textu in cap. intelleximus de Iudiciis, & ex his, quæ ego latissimè dixi, & confirmatur ex adductis suprà in Rubrica quæst.1. versiculo ad secundam, sequitur Andreas Valensis in Rubrica hic §.16. sub num.3. versiculo rursus, vbi expendens, num.4. ait sic procedere in appellatione Iudiciali, quia cum extrajudiciali appellatio, præsertim quæ à parte interponitur, non tam sit appellatio, quam prouocatio ad causam, cap. cum sit 5. versiculo si verò hoc titulo, & pro actione magis sit leg. qui appellat.29. ff. de Iudiciis.

15 † Verius videri quod in huiusmodi extrajudiciali appellatione petenti reuocationem attentatorum obstet exceptio excommunicationis, quia illa verè agenti objicitur, non autem defendenti, secus autem in ea, quæ à Iudice imponitur præsertim in mixta executione, quia cum sit quoque species defensionis verius videtur exceptionem excommunicationis non posse mo-
16 rari attentati reuocationem. † Verùm addit quod agenti interdicto, potest objici exceptio excommunicationis; quia pro actore habetur, iuxta Textum in dicto cap. intelleximus, & in cap. cum inter de except.

17 Notandum verò est pro majori intellectu Textus nostri appellationem legitimam, id est factam ex rationabili causa, antequam Iudex ferat absolutè excommunicationem ipso facto, ob peccatum factum impedire incursionem excommunicationis maioris, nisi quando Iudici concessum est, vt non obstante appellatione procedat in causa, vt constat ex Textu nostro in principio, quia, vt hic dicitur per appellationem à puncto appellationis, eximitur quis quoad eum articulum à potestate Iudicis, & eius potestas dormitat, & vt dicitur in cap. si
18 à Iudice 10. eius Iurisdictio suspenditur. † Et sic infert Diana dicta parte 5. tractatu 9. dicta resolut.30. in fine, excommunicationis lationem post appellationem factam esse nullam, vt pote factam à non Iudice, seu à Iudice suspenso, & dormitante: ita ille ex Textu nostro.

19 Decisionem, seu regulam nostri Textus limitat Scaccia de appellation. quæstione 71. limitatione 22. numero 34. quem sequitur hic Barbosa sub numero 3. primo, vt appellatio admittatur ad effectum deuolutiuum, vt iam dixi sub quæstione 1. in tantum, quod superior ad quem est appellatum; potest excommunicatum absoluere, nec tenetur illum remittere absoluendum Iudici à quo, quod si velit poterit illum remittere.

Et idem Scaccia limitat. numero 47. in præcepto facto sub pœna excommunicationis, quia ab huiusmodi præcepto potest Iudicialiter appellari, & extrajudicialiter, taliterque appellationem suspendere præceptum illum, quod si Iudex excommunicaret, excommunicatio esset nulla, & confirmatur ex dicendis infrà de excommunicatione lata sub conditione. 20

Item numero 53. ipse Scaccia limitat quando excommunicatio contineret intolerabilem, & patentem errorem, & expendit Gratianus regula 172. numero 3. veluti si dixisset excommunico te, quia credis in Deum, vel quia facis eleemosynam. 21

Quartò ibi, Scaccia dicta quæstione 71. limitatione 22. numero 54. limitat in sententia excommunicationis lata post legitimam appellationem, & patet ex dicta quæstione 1. & limitat ibi numero 6. in interdicto. Alias plures limitationes refert Gratianus dicta regula 171. & 172. ibi videndas, quas colligit à Gregorio Lopez in lege 6. lege 11. parte 1. titulo 9. Felino in capite 2. de sponsalibus, numero 4. & agens de regula Bernardus Diez, & Luco in regula 39. ponit Felinum, qui quatuor modis eam limitat in capite Parochianos de sententia excommunicationis, quem aliter interpretatur idem Graaianus dicta regula 17. sub numero 1. alia adducens per sex, num. sequent. vbi ponit sex limitationes, siue declarationes. 22

Adjunges hic, & ad Textum in capite preterea 40. hoc titulo, quæ congerit Riccius collect. 1171. ad Textum in leg. fin. ff. rem ratam haberi, vbi dicitur, vt retrotractio locum non habeat, quando extrema sunt vitiosa, quia huiusmodi retrotractio non fit nisi per fictionem. † Fictioque non operatur; nisi manente æquitate ex Cassad. in decisione 5. nec procedere in præjudiciam tertij, cui medio tempore Ius quæsitum est, Magon. decis. Incens.22. Peguer. in decisione 48. quod etiam intelligit secundo in conditione causali, & mixta, secus in potestariua, quæ non retrotrahitur, & 3. intelligit in casu, Afflictis, decisione 287. Applica hæc addicta infrà quæst.4. versic. ad secundam. 23 24

QVÆSTIO

QVÆSTIO IV.

An si in puncto, & momento concurrant simul excommunicatio, & appellatio præsumatur, quod excommunicatio præcesserit: Et an si per denunciationem excommunicationis lata in plus ligaretur appellans suum effectum, operetur appellatio: Et an appellatio suspendat, quominus absolutio ab excommunicatione valeat: Et an appellatio impediat incursionem suspensionis, seu interdicti Ecclesiastici: Et an cessatio à Diuinis suspendatur appellatione interposita?

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non currens cum ipsa excommunicatione, præsumitur posterior in foro conscientia: quid in foro exteriori, n.2.*
3 *Appellans cum Iudex legit sententiam, antequam accedat ad Verbum* excommucieo, *vel econtra, dum exprimit appellans Verbum appello Iudex de excommunicat.*
4 *Iudex cum clausula* appellatione remota, *potest probabiliter excommunicare appellantem.*
5 *Probare debet referens se excommunicatum post appellationem.*
6 *Appellatio præcedens declaratoriam non impediat, vt Iudex vltro procedat.*
7 *Appellatio suspendit excommunicationis effectum, si per denunciationem excommunicatus ligaretur in plus.*
Cap. tua de sententia excommunic.
8 Cap. quia fronte 25. hoc tit.
9 *Appellatio non impedit, quominus absolutio ab excommunicatione lata suum operetur effectum, & quod excommunicatus, humiliter eam petens absoluatur, n.10.*
11 *Excommunicatus si appellat, post decem dies, debet, Iudex, ex æquitate admittere eius appellationem, sed non defendet se in expensis parti debitis.*
12 *Excommunicatus, si non appellat intra decem dies, dempto absolutionis effectu, auditur tantùm per viam querelæ, & ad quos effectus & num.13.*
14 *Appellatio à censura suspensionis, non æquè operatur ac in excommunicatione, à numero 21. vbi cum distinctione: & quid de denunciatione, seu declaratione, num. 22. 23. & 24.*
18 *Appellatio ab interdicto Ecclesiastico, cum non suspendit in spiritualibus, non sic in temporalibus, n.19.*
20 *Cessatio à Diuinis quid, & in quo differat ab interdicto, n 21.*
21 *Appellatio sequens non suspendit cessationem à Diuinis.*
22 *Cessatio à Diuinis post appellationem, non est nulla, non sic interdictum, nisi cessatio habeat Iuris effectus, n.23.*

AD primam quæstionis partem, quia benè Decios *in capite super eo numero 2. hoc titulo,* Ioannes Baptista *in suo erario commun. littera A,* Fermosin. de Exceptionibus,
verbo *appellatio, numero* 199. quos refert Gratianus *regula* 171. *numero* 4. latè agunt benè differentes, nunquid appellatio, nunquid verò excommunicatio, prius præsumatur; ideo iam breuiter respondeo cum Sigismundo, Scaccia *de appellatione, quæstione 17. limitat.*22. *num.*57. vbi dicit quod si in puncto, & momento simul concurrant appellatio, & excommunicatio præsumatur quod excommunicatio præcesserit, ob idque appellationem reddi sine effectu suspensiuam in foro conscientiæ, quia in isto foro semper præsumitur pro validitate excommunicationis. † Sed in foro Iudiciali ait præsumi 2
quod præcesserit appellatio; quia debet fieri benigna interpretatio. † Et *numero* 58. expli- 3
cat quid in casu, quo Iudex legebat sententiam excommunicationis, & pars antequam proferret Verbum *excommunico* appellauit, vel è contra, dum pars appellabat exprimendo suam appellationem, Iudex eum excommunicauit. † Qui 4
etiam *numero* 56. resoluit Iudicem cum clausula, *appellatione remota*, posse etiam excommunicare probabiliter appellantem, quando illa appellatio, non reperitur expressè approbata: refert etiam Barbosa *in cap. ad præsentiam* 16. *hoc titulo, num fin.* † Qui *sub numero* 4. cum Rebuffo *in* 5
tractat. nominat. quæstione 14. *numero* 23. & eodem Scaccia *dicta limitat.*22. *num.* 57. ait quod referens se excommunicatum post appellationem, debeat hoc probare ad tradita *suprà in cap. fin. de iureiurando.* Ex quibus probatur.

Et ad aliam quæstionem quid autem, si appel- 6
latio præcesserit declaratoriam, vt puta si citatus quis fuerit ad videndum declarari incurrisse in excommunicationem Iuris, & appellauerit an Iudex vltrò procedere, & declaratoriam proferre possit: de qua difficultate agunt Alterius *de censuris, disputatione* 5. *libro* 3. *capite* 5. versiculo *quarto dubitari potest*, Campanilus *in diuersorio Iuris Rubrica* 11. *capite* 15. *numero* 60. versiculo *quod si*, quæ omnes difficultates satis intelligendæ veniunt ex dictis *suprà difficultate* 1. *&* 2.

Ad secundam difficultatis partem, respon- 7
dent Doctores quod quando per denunciationem, excommunicatus in plus ligaretur, tunc appellatio suspendat effectum eius; ita vt limitetur Textus nostri doctrina, vt v. g. in specie Textus *in capite tua de sententia excommunicationis*, vbi incendiarij, & alij, de quibus *ibi*, eo plus ligantur per denunciationem, & publicationem, quod ex tunc absolui non possunt, nisi à Pontifice, & ideo talis denunciatio fieri non posset, appellatione pendente, vti doctè considerat Francus *hic quæstione* 4. *numero* 15. Balboa *in capite* 1. *hoc titulo, numero* 58. & est ratio, nam in his casibus verè videtur innouare Iudex à quo denunciando excommunicationem, eum ex ea denunciatione plus grauetur, quam antea in excommunicatione grauatus erat, quod pendente appellatione, fieri non potest; & sic Zenedos *ad Decretales, collect.* 42. *numero* 5. referendo plures Doctores, attestantes excommunicatum post appellationem denunciari posse ait procedere quando per talem denunciationem in plus non ligatur.

Ad tertiam quæstionis partem, quæ depen- 8
det ab intellectu Textus *in capite qua fronte* 25. *hoc titulo*, vbi Doctores plura solent dicere, sed ad

9 propoſitum noſtri dubij. † Reſpondetur ſpeciale eſſe, quod appellatio non impediat, quominus abſolutio excommunicationis valeat, vt copiosè explicat Lancellotus *de attent. appellat. pend. cap. 11. limit. 23. per totam*, nam ſicut excommunicatio ſemel lata ligat, non obſtante appellatione, poſtea interpoſita; ſic etiam abſolutio verè abſoluit, non obſtante appellatione, deinceps ſubſequuta, quia pari paſſu currunt abſolutio, & excommunicatio; imò fauorabilior debet eſſe abſolutio: argumento textus, *in l. Arrianus, ff. de actionibus, & obligat.* vt rectè explicat Vuemeſius *in d. cap. qua fronte*, Balboa *in d. cap. 1. numero* 61. & hunc intellectum ſequutus Graña ex eodem Lancelloto *in d. cap. 1. num. 14.* defendit prædictum Ius ſingulare ex dicta *l. Arrianus*. Secundò quia nullius intereſt excommunicatum non abſolui, cum per abſolutionem nihil noceat, propter cautionem, de qua ibi. Tertio propter periculum, quod ex mora imminet, nec in peccato homo decedat.

10 Et verum eſt etiam quod non obſtante appellatione excommunicatus humiliter contumaciam remittens abſolui poterit, nam cum excommunicatio medicinalis ſit ad reprimendam excommunicati contumaciam, *cap. multi 2. quæſtione 1.* æquum eſt, vt remiſſa contumacia excommunicatio relaxetur; quæ omnia inde oriuntur, nam excommunicationis ſententia, nunquam tranſit in rem Iudicatam, quominus ſemper poſſit retractari, *capite ad reprimendam de officio Iudicis Ordinary*, nulla obſtante conditione.

11 Notabis verò pro complemento huius dubij, quod excommunicatus ſi appellet poſt decem dies, debeat Iudex ex æquitate admittere appellationem, vt per praxim Epiſcopalem, verbo *appellatio, §. 11. pagina* 13. tradit Barboſa *in dicto cap. ad reprimendam, numero* 5. non inquam poterit ſe defendere in expenſis parti aduerſæ debitis ratione contumaciæ vt docet Antonius Ricciulus *de Iure perſonarum, & extra grem. Eccleſia exiſtent. lib. 4. cap. 63. n* 20.

12 Secundò notatur, *ex dicto cap. ad reprimendam in gloſſa ſuſpendatur*, ibi, *per appellationem*, quod excommunicatus, niſi appellet intra decem dies, dempto abſolutionis effectu, non auditur per viam appellationis, ſed per viam ſimplicis querelæ. Abbas *ibi numero* 6. verſiculo *ſed quoad alios effectus*, & *in cap. conſanguinei de ſentent. & re Iudic, num. 9.* vbi Felinus *num. 2.* Antonius Ricciulus *d. libro 4. cap. 63. num. 8. & 9.*

13 † Intelligentes quoad effectus tantùm concernentes partis intereſſe: alia addit videnda Barboſa *in d. cap. ad reprimendam, n. 8. & 9.*

14 Ad quartam quæſtionis partem, an appellatio impediat incurſionem cenſuræ, ſuſpenſionis, aut interdicti Eccleſiaſtici, & communiter Doctores reſpondent idem, ac de excommunicatione dictum eſt: ſic Haumada *in l. 21. tit. 9. p. 1. gloſſa 1. numero* 10. Zenedus *in practicis, quæſt. 44. num. 46.* & idem eſſe dicentes in aliis cenſuris interdicti, ſuſpenſionis, quæ licet non ſuſpendantur per appellationem poſtea interpoſitam: tamen ſuſpendere dicunt denunciationem, hoc eſt declarationem cenſuræ; & ſic ſi declaratus ſe ingerat diuinis, non efficeretur irregularis.

15 Ego tamen exiſtimo reſpondendum eſſe ſub diſtinctione, nam & ſi Turrianus *libro 4. diſputatione 41. dubio 2.* notat abſolutè ſuſpenſionem non eſſe validam, ſi feratur poſt interpoſitam appellationem, iuxta communem opinionem Doctorum, *in cap. 1. de ſentent. excommunicat. libro 6.* vt habetur, *in cap. is cui eodem*, vbi ſi appellatio ſequatur poſt latam ſuſpenſionem, non impedit effectum, & hanc opinionem dicat probabilem Diana *parte 5. tractatu 10. reſolut. 16.* quia videtur ſermo de ſuſpenſione, ſicut de excommunicatione, Faber *de cenſ. in 4. ſentent. diſtinct. 25. quæſtione 1. diſputatione 6. cap. 1. numero* 47. vbi aſſerit requiri, vt ſuſpenſio feratur ante appellationem, vt tollatur iuriſdictio; ſi autem appellatio ſequatur ſententiam, non impedire effectum ſuſpenſionis, ſicut nec excommunicationis ex *d. cap. is cui.*

16 Tamen in ſuſpenſione non æquè abſolutè prædicta opinio, ſicut de appellatione ab excommunicatione ſequenda eſt, & ſic procedendum cum ea diſtinctione, nempe quod ſuſpenſio ab officio, & ingreſſu Eccleſiæ, non ſuſpenditur per appellationem ſubſequentem quia ſecum executionem defert, vt patet ex *d. cap. is cui.* Tamen de ſuſpenſione à beneficio, vt ex eodem *capite colligitur*, nam cum ibidem ſingulariter dicatur ſuſpenſionem ab officio, & ingreſſu Eccleſiæ non ſuſpendi per appellationem ſubſequentem, eſt de aliis ſuſpenſionibus contrarium dicendum: quare Nauarrus dixit omnem ſuſpenſionem per appellationem ſubſequentem ſuſpendi, præter ſuſpenſionem ab officio, & ingreſſu Eccleſiæ, docent Coninch. *de Sacrament. diſputatione 4. dubio 4. numero* 29. Auila *de cenſ. parte 3. diſputatione 3. dub. 4. concluſione* 1. vbi etiam docet quod ſuſpenſio à voce actiua, & paſſiua ſuſpenditur per appellationem legitimam ſubſequentem, & idem tenet Hurtadus *de cenſuris in communi, difficultate* 15. *numero* 110. vbi excipit ſuſpenſionem à beneficio, & ab aliis diſtinctis ab officio, & ingreſſu Eccleſiæ per ſequentem appellationem ſuſpenditur, vt *in d. cap. is cui el 2. 20.* dum dicitur ſuſpenſionem, & beneficio Eccleſiæ non impediri per ſequentem appellationem, & id tacetur de ſuſpenſione à beneficio, & ab aliis: docet etiam Alterius *de cenſuris, tomo 1. lib. 3. cap. 1. quæſtione 7. & tomo 2. diſputatione 3. capite* 1. vbi doctè hanc pertractat quæſtionem, & hoc pacto intelliguntur Lapus, Abbas: Archidiacon. Geminian. Ioannes Andreas, Ancharranus, Dominicus Monach. Franciſ. Stephanus Coſta, & Barboſa *in d. capite is cui, numero* 2. Viuianus *in rationali, libro 5. pagina* 318. Alagona *in compendio pag.* 782. Ximenez *in concord. p. 1. & 1.*

17 Et licet etiam quidam Doctores iam citati diſtinguant inter ſuſpenſionem à beneficio, & à fructibus beneficij, dicantque ſecundam ſuſpendi per appellationem ſubſequentem, non tamen primam, ſed non inſpicitur Ius in quo fundetur, vt autumat Diana *d. reſolut. 16. poſt medium*, & viceuerſa ego admitterem ex textu noſtro. Nec etiam eſt Abbas admittendus, dum *in cap. 2. de Clerico excommunicato miniſtr.* & *in cap. ſæpè hoc tit. libro 6.* voluit eſſe intelligendum de ſola ſuſpenſione, quæ fertur ob contumaciam, non de illa, quæ eſt pure pœna: ita Diana *d. reſolut. 16. in princip.* vbi dicit hanc diſtinctionem aliis non placere.

18 Et pro complemento noto cum eodem Hurtado *de cenſ in communi. dicta diffic. 15. num. 100.* quod appellatio facta poſt latam ſententiam

cenſuræ

censuræ (id est vt ego intelligo suspensionis) eam nequeat impedire modo dicto, sic & nec eius denuntiationem; quia denuntiatio est quid accessorium ipsius censuræ incursæ ante appellationem, ac proinde eam sequi, iuxta dicta *suprà sub quæst.* 1. per Textum nostrum; & hoc iuxta distinctiones suspensionis à beneficio, vel officio & ingressu Ecclesiæ.

19 Ad quintum de interdicto dices quod cum relata porrigantur ad interdictum Ecclesiasticum post quod interponitur appellatio, tamen quoties interdictum respicit ad temporalia ad beneficium, ad Pontificalia, & vsum Pallij, quia in istis appellatio suspenderet sententiam interdicti, de quo Barbosa hîc, *sub num.* 5. versiculo *pariter limitat* Sigismund Scaccia *de appellat. quæst* 61. *limit.* 22. *numero* 6. *& ipse quæstione* 3. *num.* 97. *&* 98.

20 Et econtra tamen his exceptis procedet in eo, sicut in excommunicatione ex Textu *in cap. ad hæc* 37. *hoc Titulo*, vbi Franchis *num.* 3. declarat, vt procedat in sententia interdicti in spiritualibus, & diuinis officiis, quia in istis non impeditur effectus per appellationem: Sequitur Scacia *de appellat. q* 3. *num.* 65. *&* 67. & cum aliis Barbosa *in dicto cap. ad hæc*, *num.* 1. *&* 2. vbi ex eodem Scaccia *num.* 68. *& quæst* 17. *limit.* 21. *num fin.* limitat quoties interdictum respiceret alia vnde si Iudex interdixisset tibi ingressum ciuitatis, seu Palatij; appellando à tali interdicto suspenderetur effectus sententiæ; Item idem procedere in interdicto à beneficio, aut à Pontificalibus, seu ab vsu Palatij.

21 Ad sextam quæstionis partem an cessatio à Diuinis suspendatur per appellationem postea interpositam, & videbatur dicendum idem, quod de interdicto; Est enim cessatio similis admodum interdicto Ecclesiastico, quia est suspensio organorum Diuinæ laudis locum decreta, vt colligitur ex *cap. irrefragabili de officio ordinarij in* §. *cæterum cap. si Canonici*, *cap. quamuis eodem tit. cap. dilect.* 35. *hoc tit.* vbi Abbas refert alios Couart. *in cap. Alma mater p.* 2. §. 2. *num.* 1. vbi addit in multis differre interdictum & cessationem.

22 Vnde infero cum Panormitano *in dicto cap. dilectis colum. pen.* cessationem à Diuinis per appellationem sequentem non suspendi; quia est quid facti, non item interdictum ex dictis, quod est quid iuris; illa enim & si suspendat Officia Diuina, sed non reddit, aut efficit ipsum locum interdictum, quod secùs in interdicto, vt docent præcitati, & Panormit. & alij *in dicto cap. dilectis*, videbis Gonzal à Villadiego *de irregularitate cap. de interdicto ad finem*, Couarr.

23 *suprà* in versic. *ex quo.* † Vbi accipit eam opinionem in eum sensum, vt cessatio à Diuinis post appellationem decreta minime sit nulla ipso iure, cum ad factum pertineat, & ideo habeat effectum; Siquidem non obstante appellatione, nihilominùs à Diuinis cessatur, non item in interdicto, quod cum iuris sit eius effectus ipso iure cessat si post appellationem decretum fuerit.

24 Et addit ipse Couarr. vt quoties ipsa cessatio à Diuinis habuerit aliquos iuris effectus; tunc erit inanis per appellationem præcedentem; Et sic ait eam esse solùm differentiam quod cessatio à Diuinis nullum, aut paucos inducit iuris effectus; interdictum autem aliquot excommunicatio plures sic intelligens quod de cessatione solet adnotari post Panormitanum, & alios.

QVÆSTIO IV.

An Sententia excommunicationis in absentem latam, habeat illico executionem paratam: Et an excommunicatio sub conditione lata suspendatur, interposita appellatione: An excommunicatio conditionalis retrotrahatur: Et an vbi Sententia per appellationem suspensa est, conualescat per desertionem appellationis: Et an Debitor sit excommunicatus, elapso termino prorogationis à Creditore factæ: vbi de absolutione data sub conditione: Quid si censura sub forma disiunctiua feratur?

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio in absentem lata habet executionem paratam.*

3 *Appellatio suspendit effectum excommunicationis lata sub conditione, etiamsi Iudex eam tulisset sub ea forma* nisi satisfeceris intra mẽsem ex nunc sit excommunicatus, n. 3. & *& etiam suspendit præceptum eius & obligationem exequendi n.* 4. *fallit nisi debitor consenserit, num.* 5.

4 *Appellatio taliter suspendit effectum lata censura sub conditione, vt nec peccetur non exequendo mandatum.*

5 *Appellatio à censura sub conditione lata potest interponi illico, & medio tempore, conditione pendente, num.* 7.

8 *Appellatio à censuris potest interponi post tempus præfixum à iure; secus in aliis sententiis vbi de differentia: Et idem procedet post desertam appellationem, & renuntiationem eius, num.* 9.

10 *Censura lata sub conditione non ligat illum in quem lata est si mutet forum ante conditionis euentum, & idem procedit si interim Iudex, qui eam tulit moriatur, num.* 11. *vel desinat esse Iudex, n.* 12.

13 *Censura lata sub conditione de futuro omninò impertinens sub Iudice est, an nulla, an tantum sit iniusta.*

14 *Sententia lata circa res extra censuras; conualescit appellatione deserta*, num sequent, *& quæ sit differentia.*

15 Cap. licet 14. de sentent excommunicat. libro 6. *latè intelligitur* num. sequent. & num. 24.

16 Cap. 5. cap. sæpè 44. hoc Titulo Clem. sicut eodem, l. si Præses, Cod. quomodo, & quando Iudex, authentica ei qui l. fin. §. illud: Cod. de tempor. appellat. l. 2. tit. 36. lib. 4. recopilat.

17 *Impedimento resistente actui sublato, nihil proponitur quod impedimento eius validitatem.*

18 *Damnatus furti si appellet, & appellationem deserat, retro infamis censetur: & n.* 25.

25 L. furti, §. si autem suprà num. 18.

 26 *Censura*

26 *Censura à Iudice lata, si Debitor intra certum terminum non soluat eo transacto non obligat; si ante Creditor Debitori terminum prorogasset num 27. secus si post, vide n. 30. vbi de absoluto ad reincidentiam.*
28 *Prorogatio termini à Creditore facta, vt soluat eo transacto liberat Debitorem, vt incurrat censuram à Iudice antea latam, vt intra certum terminum solueret, & de ratione, num. 29. & 30.*
31 *Absolutio Sacramẽtalis data sub conditione nulla est, non sic absolutio à censura num. 32. & de ratione differentia, n. 34.*
33 *Absolutus pro certo tempore, si eo elapso reincidat si non satisfecerit est licita.*
35 *Absolutio à censura sub conditione non est actus illorum, qui non recipiunt diem nec conditionem.*
36 *Sententia diffinitiua nequit ferri sub conditione, secus interlocutoria; quid si sub conditione extrinseca num. 37. & 38.*
37 Cap viduum 2. q. 6. l. 1. §. viduum, ff. quando appellandum sit.
38 Cap præterea 40. hoc tit.
39 *Absolutio de futuro valet excommunicationis, veluti* si intra mensem satisfeceris.
40 *Censura potest fieri sub forma disiunctiua.*
41 *Absolutus ad reincidentiam, num ne incidat in censuram vtrumque probabile.*

1 DE excommunicatione in absentem lata notaui *suprà in cap. 5. §. præterea*, & ad primam quæstionis partem respondebis ex dictis *suprà in cap. 1. de Iudiciis q. 26*, vbi affirmaui sententiam excommunicationis latam in absentem habere etiam executionem paratam, etiam ex doctrina Textus nostri, & *cap. præterea* 40. *hoc Titulo.* Et vt vberius expendas leges quæ adducit Balboa *in dicto cap. 1. de Iudiciis à num. 47. & à num.* 51.

2 Ad secundam quæstionis partem, an excommunicatio sub conditione lata suspendatur appellatione, quod idem de aliis censuris inquirimus, & breuiter iuxta Doctorum mentem, *in cap. præterea* 40. *hoc tit.* dicendum est effectum censuræ non procedere, aut consequi, etiam conditione impleta, quasi appellatum esset ante excommunicationem: Nam si in contractibus conditio postea retrotrahatur, secùs vero in excommunicationis sententia: vt *in dicto cap. præterea*, aduertunt Baldus, & Francus; Lapus *allegat.* 73. *num.* 4. Ioannes Andreas *in cap. is cui* 20. *de sentent. excommunic. lib. 6.* Balboa *in dicto cap. præterea*, omnino videndus vbi alij repetentes longè agunt, idem *in cap. 1. hoc Titulo num.* 60. pluribus adductis Barbosa *in dicto cap. præterea num.* 4. cum Couarr. Guttierrez, Lanceloto, & aliis, & cæteris cumulatius Vgolinus *de censuris tab* 1. *cap.* 13. §. 18. *num.* 10. probat etiam hanc conclusionem Textus *in cap. Romana*, §. *caueant hoc tit. lib. 6.* quibus omnibus addo Dianam *p. 5. tract. 9. resol. 64.* vbi ait non de hoc dici suspensam censuram vsque ad aduentum conditionis, cum solùm censeatur habere effectum, quando conditio extitit, & tunc censetur proferri à Iudice, & non tempore pronuntiationis, vt docent Couarr. *in cap. Alma mater* 1. *p.* §. 10. *num.* 6. Vgolinus *suprà tab.* 1. *cap* 2. §. 2. *num.* 3. notabis dicta *suprà q.* 2. *in fine*, versic. *adiunges*, vbi de retrotractione, & ratio est; Nam cum prior sententia conditionalis nihil sit operata ante expletam conditionem & tempore quo conditio impletur per appellationem sit iam suspensa iurisdictio, rectè dicitur appellationem censuram suspendere, vtpotè si lata fuisset post appellationem interpositam; iuxta iam dicta *à quæst.* 1. & colligitur ex *dicto cap. præterea*, *cap. cum contingat de officio deleg. cap. per tuas de sententia excommunicationis cap. solet eodem tit. lib. 6.* tradit Balboa *in dicto cap. præterea à num.* 21. & ibi *num.* 24. Hurtado *de excommunicatione disp.* 13. *difficult.* 4. *num.* 11. Auila *p. 2. cap. 5. disp. 5. dub.* 11 *concl.* 3 † Qui docent cum 3
Gutt. *in Canon. lib. 1. cap. 4. n.* 20. hanc doctrinam procedere etiam si Iudex dicat nisi v. g. satisfeceris intra mensem ex nunc sit excommunicatus; Nam licet verbum *ex nunc* sit præsentis temporis, denotat tamen futurum effectum; Sic etiam docent *in dicto cap. præterea, Innocent. num.* 4. versic. *item eligendo*; Abbas *num.* 11. Barbosa *sub num.* 4. Ancharranus *cons.* 158. *à num.* 20. *& cons.* 213. *num.* 5 Cardinalis *cons.* 119. *post n.* 4. Decius 213. *num.* 5.

Et adeò verum est, vt per huiusmodi appel- 4
lationem, non solùm suspendatur censura, sed eius præceptum, aut obligatio exequendi id quod sub censura præcipitur; itavt impleto termino in tali sententia præscripto non solùm non incurratur censura, sed etiam non peccetur, non exequendo mandatum; quia appellatio suspendit vtrumque; vt docent Franciscus Suarez *de censuris, sect. 6. disp.* 3. Balboa *in dicto cap. præterea sub dicto num.* 24. Barbosa *dicto n.* 4. in versic. *amplia.* † Et limitat cum Guttierez 5
dicto cap. 4. lib. 1. Canon. num. 26. nisi Debitor ab initio consensisset, vt post diei vel conditionis euentum, si non soluerit possit excommunicari ponens exemplum in pensione.

Dubium tamen est an prædicta appellatio 6
possit fieri toto tempore, quo conditio non est impleta, vel solùm intra decem dies, vt fieri solet aliarum sententiarum appellatio ex *cap. quoad consultationem de re iudicata*, & videtur negatiuè respondendum iuxta quæ latè adduxi *in cap. 4. hoc tit.* & Abbas dicit *in dicto cap. præterea* faciendam esse intra decem dies, quia est ius generale.

Sed contrarium docuit Glossa *ibi*, quam se- 7
quuntur Nauarrus *in cap. cum contingat de rescriptis causa* 18. Præpositus *in dicto cap. præterea num.* 15. Mar. Socinus *in cap. sacro, num.* 125. *de sent. excommunic.* Couarr. *in dicto cap. Alma p.* 1. §. 10. *num.* 6. Marcus Elterius *de cens tom. 1. disp.* 5. *lib. 3. cap.* 1. versic. *quinto dubitatur*, & vt satis tutam, & probandam magis dicit Suarez *disp.* 3. *sect.* 6. Diana *dicta p. 5. tract. 9. res.* 64. sub versic. *sed difficultas*, quam probat per verba *dict. cap. præterea* ibi *medio tempore*; hoc enim dicit est totum illud tempus, quo conditio non est impleta, antequam sententia illa non est simpliciter sententia, sed secundùm quid, ob id mirum non esse docens si non comprehendatur sub iure, & lege generali. Cornejo *in 3. part. Diui Thomæ tract. 5. de cens, ingen. disp. 4. dubio 2. q.* 1. Turrianus *de cens lib. 1. disp. 3. dubio* 3.

Vnde Auila *de censuris dict. p. 2. cap. 5. disp.* 5. 8
dubio 11. *conclus* 3. notat quod licet ab aliis sententiis appellandum sit intra tempus à iure præfixum, scilicet intra decem dies, sed ab excommunicatione sufficiat appellari post tempus præfixum;

fitum à iure ad appellandum : Sequitur Diana *dicta resol.* 64. versic. *vnde*, & tradunt differentiæ rationem, quia ad excommunicationem requiritur contumacia, quæ reperitur tempore impleta conditionis, & non retrotrahitur ad tempus, in quo prolata est sententia. Nec debet audiri Vgolinus *de cens. tab.* 1. *cap.* 20. §. 6. *num.* 3. Qui ab hac doctrina M. sentit propter diuisionem *dicti cap. quoad consultationem de sent. & re iud.* vbi oppositum videtur statui, quod vt obseruat Cornejo *dict. tract.* 5. *de cens. disput.* 4. *dubio* 2. *q.* 1. decisio illius Textus est intelligenda de aliis sententiis Iudicialibus, in quibus non interuenit aliqua censura.

9 Et Auila *de censuris dict. p.* 2. *cap.* 3. *dubio* 11. *versic. contrarium tenendum*, Bonacina *eodem tract. disp.* 1. *q.* 1. *puncto* 2, *num.* 3. Zened. ad textum *collect.* 8. *in fine*, docent idem obseruandum esse post desertam appellationem, & renuntiationem illi factam, de qua desertione, seu appellatione dixi *suprà sub cap.* 17. *hoc tit. q.* 1. versic. *ad tertiam*, & *in Rubrica quæstione* 2. versic. *ad secundam*.

10 Ex quibus infero quid sit dicendum ad dubium, an si pendente conditione ille : in quem censura lata est forum mutet, adueniente conditione censuram nihilhominùs incurrat : Et quid si conditione pendente Iudex moriatur, & ad primam eam non incurrere dicendum est; quia si appellatione interposita eam non incurrit, & multomelius forum mutando ad ea. quæ dixi *suprà in cap. pen. & fin. de foro compet.* & de hac dixi *ibi quæst. fin.* quam resolues, & *ibi*, de Balboa *in cap.* 40. *hoc tit. num.* 37. & si Diana aliter sentire videatur *vbi suprà*.

11 Et ex eadem ratione idem videtur respondendum; quia mortuo Iudice nondum effectum sortita censura cessat omninò à cessante Iudice proferente : Et sic ex multis rationibus negatiuam sequitur sententiam Cornejo *in* 3. *p. Diui Thomæ de censuris in genere tract.* 5. *disp.* 4. *dubio* 3. *q.* 3. & 5. † Sed de hoc dubio latè Balboa *in*

12 *dicto cap. præterea* 40. *hoc tit. à num* 43. qui etiam *num* 47. agit de alia quid quando Iudex & si non moriatur dasinit esse Iudex ante conditionem impletam, & simili modo resoluit, illum vide bis.

13 Infero secundo ad aliud dubium quod si conditio esset de futuro, & omninò impertinens an censura esset valida, & idem Cornejo negatiuè respondet cum Hugolino, & Suarez *vbi suprà*, quia hoc esset abusus potestatis spiritualis, cui rationi Turrianus *de cens. lib* 1. *disp.* 3. *dub.* 3. non assentitur, cum videatur probare tale m excommunicationem non esse nullam, sed tantùm illicitam; quia Iudex potest facere suum consensum dependentem à qualibet conditione, ergo talis actus cum alias non sit irritus positiuo iure habebit effectum, Diana existimat vtramque sententiam probabilem esse, *dicta resol.* 64. *in fine p.* 5. *tract.* 10. quod non apparet quo iure irritus ille actus.

14 Ad tertiam quæstionis partem an appellatione deserta conualescat sententia, & quod sententia excommunicationis sub conditione lata non conualescat, iam suprà probaui in versic. *& Auila*, quod verum est quantomnis alia quælibet sententia, appellatione suspensa, ea desertaconualescat ex adductis *suprà sub cap.* 4. & 5. & alibi *sub Rubr.* ad quod videbis Balboam *in cap.* 4. *eodem*, *à num.* 43. & 45. Et ad propositum *num.* 48. & 49. † Et huius dubij vera responsio 15 pendet à vero intellectu Textus *in cap. licet* 14. *de sent. excommunic. lib.* 6. *cum dicto cap.* 4. & 5. *hoc tit.* probat enim Textus ille quod sententia excommunicationis lata post appellationem legitimam, etiam postea appellatione deserta non conualescit,

Et licet *suprà* de vero intellectu latè dixerim, 16 cum ei obstent iura *in dicto cap.* 5. *cap. sæpè* 44. *hoc tit. Clem. sicut eodem*, *l. si Præses*, *Cod. quomodo*, & *quando Iudex Auth. ei qui l. fin.* §. *illud Cod. de tempor. appellat l.* 2. *tit.* 18. *lib* 4. *recopilat.* quibus probatur, quod si appellans non prosequatur appellationem in termino præscripto maneat firma sententia, & transeat in rem iudicatam; Etenim qui debito tempore appellationem non prosequitus est, ac si à principio non appellasset ex *dicto cap.* 4. *cap.* 5. *hoc tit.* vt ibi dixi, sed non data appellatione absque dubio valet excommunicatio ergo.

Et confirmatur, quia sublato impedimento 17 actui resistente nihil proponitur quod impediat illius validitatem, vt in proposito aduertit Glossa verbo *prouocationis in l. furti*, *ff. de his qui notantur infamia*, cum ergo lex appellationem temonerit, quæ impediebat excommunicationis validitatem omninò debuit conualescere.

Confirmatur secundò, quia si alias damnatus furti appellet, & postea appellationem deserat retro infamis efficitur, *dict. l. furti*, §. *si autem in dicta dict. Glossa* verbo *prouocationis*, quæ Textum intelligit de tempore lapso ad prosequendam appellationem ergo similiter excommunicatus, qui appellationē non fuit prosequutus retrò excommunicatus debuit censeri, vt per Glossam *in dicto cap. licet*, verbo *conualescat*, & Glossa verbo *sententia in dicto cap. sæpè* 44 *hoc tit.* 18

Balboa inquam *in dicto cap.* 4. & 5. *hoc Titulo* 19 *num.* 48. refert nonnullos communes intellectus, primus vt Textus *in dicto cap. licet* loquatur de excommunicatione lata post interpositam appellationem, quæ vt iam dictum est, cum nulla sit à principio deserta appellatione non potuit conualescere : Textum verò *in dicto cap.* 5. *hoc titulo* cum aliis loqui tantùm de sententiis latis, à quibus ante earum executionem fuit appellatum; Nam si contingat vt appellatio deseratur; Tunc seuera manebit sententia exequibilis, ac si ab ea appellatum non esset : Ita communiter Doctores *in dicto cap. licet*, Lapus *allegat.* 1. *num.* 10. Domin. *cons.* 99. *num.* 4. Couarr. *in cap. Alma Mater* 1. *p.* §. 10. *num.* 6. Nauarr. *in cap. cum contingat re rescript. rem.* 2. *n.* 10.

Hunc intellectum improbat ipse Balboa *in dicto cap.* 4. & 5. *hoc tit. num.* 49. Nam si verus 20 esset sequeretur quod si ante sententiam diffinitiuam appellatum esset, eo casu sententia post appellationem lata etiam sequuta desertione non conualesceret, quia talis sententia proculdubio nulla fuit Iure Ciuili attentato *l. ante sententiam*, *Cod. quorum appellat.* quod est contra Textum *in dicto cap.* 4. & 5. Siquidem talis sententia deserta appellatione conualescit : Vnde Balboa iure singulari interpretatur Textum *in dict. cap. licet*, dicens ipsum, & alia iura similia non procedere in sententia excommunicationis, quæ fertur interposita appellatione, & postea sequatur desertio, affertque differentiæ rationem, qui in aliis sententiis appellationis desertio operatur

operatur validitatem sententiæ ratione cuius-
dam retrotractiuæ fictionis, qua retro fingitur
nunquam fuisse appellatum, de quo ipse latis-
simè prosequitur *in dicto cap. preterea* 40. *hoc tit.*
*à num.*11. quam non admittit in spiritualibus
præcipuè in censuris, vbi veritas attenditur, &
vbi fictioni locus non est, vt notarunt Archidia-
conus *in cap. vnico de voto lib.*6. Couarruuias, &
Nauarrus, vbi idem Nauarrus *in manuali cap.*27.
per Textum *in dicto cap. licet*, quam ponderat
idem Balboa *suprà in dicto cap.*4.

21 Et pro hac solutione ponderatur alia pecu-
liaris ratio, nam fictio in æquitate fundatur, *l.*
postliminium 19. *ff. de captiu. & postlim. reuers. l.*
qui in vtero 7. *ff. de statu homin.* Bartolus *in l. si is*
qui pro emptore, *num.*67. vbi omnes, *ff. de vsu-*
capionibus, sed iniquum esset retrotrahere ex-
communicationem ad tempus latæ sententiæ,
à quo tempore is, qui excommunicatur non
fuit contumax, at sic est quod contumacia ad
excommunicationem omninò desideratur *cap.*
Episcopi 8. *& ibi glossa* 11. *quæst.*3. & dixit latè
per Textum *in cap. de Iudiciis*, ibi ergo mirum
non est quod sequuta desertione excommunica-
tionis sententia conualescat quæ amplius iuuan-
tur ex doctrina Textus nostri, & vera eius deci-
dendi ratione adducta *sub quæst.*1.

22 Verùm Barbosa *in dicto cap. licet de sententia*
*excommunicationis sub num.*3. aliter his intellecti-
bus non admissis, Textum illum interpretatur,
nullam nempe constituens differentiam inter
sententiam excommunicationis, seu alias cen-
suras addens prædictas solutiones rem non ape-
rire autumans ex illo Textu satis deprehen-
di, vt per appellationem legitimè interpositum,
de qua ibi, suspendatur Iudicis Iurisdictio à quo,
& sic durante eius suspensione actus quoscum-
que factos à Iudice nullos esse, iuxta doctrinam
Glossæ verbo *suspensi in cap. cum non ab homine illo*
per Textum *titulo in cap. cum dilectus* 8. *de ætate,*
& qualit. ordin. versic. *quia nobis*, vbi Glossa
verbo *cessauimus*, de consuetudine, ac proinde
tam excommunicatio, vel quæuis alia censura,
quam cæteros actus gestos ab eodem valere non
posse ait, & per consequens nec ex post facto
conualescere, vt colligit ex illo Textu, & ex re-
gula non firmatur.

23 Et prædictum intellectum dicit verum esse.
sensus illius Textus absque speciali ratione, vt
satis voluerunt Glossa ibi dicto verbo *conuales-*
cas, & dicto verbo *sententia*, & *ibi*; communi-
ter Doctores, Lapus etiam, *vbi suprà*, Præpo-
situs *in dicto cap. sepè num.*36. *hoc titulo*, dicit.
etiam Barbosa esse de mente Nauarri *vbi suprà*,
& impugnat relatam explicationem Balboæ, &
Couarruuias, ex eo quia *in dicto cap. licet*. cen-
sura non valuit propter defectum Iurisdictionis
in excommunicante, vtpote lata à Iudice sus-
penso modo resoluto, dicens ad propositum il-
lius Textus nihil facere quod censura patiatur
necne fictionem,

24 Et idem Barbosa sic resoluens respondet etiam
ad iura, & fundamenta contraria, iam adducta
ad primum dicens non esse sublatum impedi-
mentum quando appellatio deseritur, quamuis
enim sublatum fuerit respectu aliorum, quæ Iu-
dex à quo ex post facto iam suspensus temere
gessit in præjudicium appellationis, quam sup-
ponit legitimè interpositam fuisse.

25 Nec pugnare ait secunda difficultas ex *dicta l.*
furti, cum fateatur damnatum furti, si appel-
lauerit, & postea appellationem deseruerit retro,
infamem fieri, qua infamia illa à principio si-
mul cum ipsa condemnatione injuncta est in qui-
bus terminis habetur proinde, ac si non appel-
lasset, ex eo, quod appellationem deseruerit.
non enim in illis terminis ipse loquitur, sed in
excommunicatione, quæ non à principio, sec
post appellationem legitimè interposita, ex post
facto fuit prælata, iuxta Textum *in dicto cap. li-*
cet, sed præter *suprà*, adductos illum Textum
interpretatur Graña *in dicto cap.*4. *&* 5. *hoc titulo*,
*num.*11. iuxta differentiam relatam à Couarru-
uias, Balboa, & aliis, quæ ad est inter senten-
tiam excommunicationis & alias sententias, præ-
ter censuras, in quibus fictio retrotractationis
admittitur.

Ad quartam quæstionis partem de creditore 26
terminum prorogante, sunt diuersæ opiniones,
si v. g. Iudex præcipiat Petro, quod Ioanni sol-
uat centum intra 20. dies sub excommunicatio-
tionis pœna, & postea debitor creditori termini
prorogationem Concedat, etenim Decius, &
Innocent. *in dicto cap. preterea* 40. *num.*4. & Bal-
boa *num.*36. Baldus *in cap. venerabilem* 34. *num.*16.
de electione. Felinus *in cap.*8. *num.*5. *de Iureiuran-*
do, dicunt excommunicationem non incurri à de-
bitore à die termini per Iudicem assignati, sed
à die termini à creditore prorogati per Textum
in l. cum stipulatus sententiam 130. *ff. de verb. obli-*
gat. vbi termini prorogatio impedit obligatio-
nis effectum, & pœnam stipulationis commit-
ti notat Alciatus *in l.*63. *Parerg. cap.*10. *l. sed &*
si manente 5. *ff. precario l. qui ad certum* 15. *ff. locati*;
vbi prorogatio termini non percensetur facta
cum omnibus qualitatibus præcedentis obliga-
tionis ad quod dictum applicabis plura quæ ad-
duxi *suprà sub cap.*1. *& Rubr. de dilation. & sub*
*cap.*1. *& penult. de Iureiurando.* † Et sic Huguli- 27
nus *de censuris tab.*1. *cap.*20. §. 6. *num.*5. dicit posse
creditorem terminum prorogare; ita vt adue-
niente conditione, & primo termino à Iudice
concesso, censura non obliget, docent etiam
Nauarrus *in manuali cap.*27. *num.*14. Siluester
verbo *excommunicatio* 2. *num.*1. *casu* 13. Gaspar
Hurtado *difficult.* 5. *de cens.* & alij communiter.

Tota ergo difficultas est, quid si debitor non 28
soluat in secundo termino prorogato, & in hoc
puncto respondent omnes ferè Doctores non
incurrere talem censuram, si prorogatio facta
fuit à creditore Iudice ignorante, quia proro-
gare, aut suspendere censuram, est actus Iuris-
dictionis, quam non habet creditor: latè idem
Vgolinus *lib.*1. *de cens. cap.*11. *num.*20. cum mol-
tis, quos sequitur. Et absolutè hanc opinionem
docent Bartolus post alios *in l.*1. §. *& post operis,*
*num.*6. *ff. de noui operis nunciatione*, vbi Alexand.
& Iason. hanc quæstionem exornat, dixit com-
munem Couarruuias *in cap. quamuis pactum in*
*princ. num.*6. Gutierrez *de Iuramento confirmat.*
1. *part. cap.* 49. *num.* 12. Spino *de testamentis glos-*
sa 11. *Rub. num.* 43. cum aliis Ceuallos *in pract.*
quæst. 493. sic tenens contra Innocentium *in dicto*
cap. preterea, cuius opinionem dixit communem.
Cardinalis *in Clement.* 1 §. *nos itaque*, *quæst.*6.
*num.*18. *de Iureiurando*, *& cons.*9.

Et hæc mihi vera videtur in praxi admittenda 29
quando ante diem termini fuit facta prorogatio,
secus si iam dies cessit, Felinus *in dicto cap. de Iu-*
reiurando, *num.*5. versic. *ad idem*, & ita in Ru-
brica

brica de Iudiciis num. 3. Guttiertex *in can. quaſt.* 3. *p. cap.* 1. *num.* 2. *&* 3. Ceuallos *ſuprà*, non enim vt ego exiſtimo intereſt ad talem termini ptorogatiooem ſeieotia, aut ignorantia Iudicis; quia ex quo Creditor ſuſpendit termioum, ereditur vtique ſuſpenſum à Iudiee; eo quod Creditor ad cuius inſtantiam lata fuit excommunicatio, voluit prorogare terminum; Ob idque ait Cornejo *in* 3. *p. Diui Thomæ, tract.* 5. *de cens. in genere diſp.* 4. *dubio* 2. *q.* 3. illam effectum habere ſi in ſecundo termino prorogato debitor non ſoluat vt alia ratione motus docet Suarez *de cens. diſp.* 3. *ſect.* 6. *num.* 11. Diana verò *p.* 5. *tractatu* 9. *reſol.* 65. vtramque dieit ſenteotiam non carere ſua probabilitate.

30 Itaque Barboſa *in dicto cap. præterea* 40. *n. fin.* eum Caldas Pereita *de emptione, & venditione cap.* 13. *num.* 66. dixit quod Debitor, cui Creditor prolixus terminum ſolutiooi præſtitum prorogauit, & diſtulit, dilatione priore peodente in excommunicationis ſententiam non incidat à qua prius fuerat cum reincidentia abſolutus à Iudiee Eecleſiaſtico.

31 Ad quintam de abſolutione ſub conditione lata, vt benè diſſoluas dubium eſt, an ſicut *in dicto cap. præterea* 40. *hoc tit.* ſententia excommunicationis ferri poteſt ſub conditione, poſſit etiam ferri ſub conditione abſolutio; adeo vt ſicut impleta conditione, cenſura incurritur eadem impleta contingat abſolutio, & dubium facit pro negatiua; quia ſicut abſolutio Sacramentalis data ſub conditione nulla eſt; ita & abſolutio à cenſura; quia vtraque abſolutio eſt actus legitimus, non recipiens diem, aut conditionem: Quo argumento talem abſolutionem ſic poſſe fieri, negarunt Antonius *in* 3 *p. tit.* 24. *cap.* 77. §. 1. Siluester verbo *abſolutio el* 1. *num.* 19. *& abſolutio el.* 3. ſimpliciter affirmantes abſolutionem ſub conditione dari non poſſe in futurum, & Auila *de cenſuris p.* 2. *cap* 7. *diſp* 3. *dubio* 15. docuit abſolutionem ſic factam eſſe illicitam; quia eſt contra rationem; quod manet in ſuſpenſo eſſe tamen validam, vtpotè nullo iure irritam. Et in hanc videtur inclinare Villalobos *in ſumma tractatu* 16. *tom.* 1. *difficult.* 22. *num.* 3.

32 Sed verior eſt contraria ſententia, nempe poſſe abſolutionem cenſuræ impendi ſub conditione; Nam ſicut excommunicatio ita fertur ſic & abſolutio, eſt enim vt *ſuprà* dixi fauorabilior abſolutio excommunicatione: docent Nauarrus *in cap.* 1. *de pœnit. diſt.* 6. *in princ. & num* 64. *& in manuali cap* 26. *num.* 12. Couart. *in cap. Alma mater* 1. *p* § 11. *num* 6. quos ſequitur Suarez *de cenſuris diſp.* 7. *num.* 3. *ſect.* 8. *num.* 7. Balboa *in dicto cap. præterea num.* 49. Tamburio. *de cenſ. lib.* 2. *diſp* 24. *dubio* 1. Hurtado *de excommunic. diſp.* 14. *diff.* 2 *n.* 1. Cooinch. *de Sacram. diſp* 14. *num.* 218. Præpoſitus *in* 3 *p. q.* 1 *de cens. in communi dub.* 15. *num* 110. Enriq. *lib.* 13. *cap* 29. *n* 4.

33 Et probat Pater Vaxquex quem refert Diana *p.* 5 *tract.* 9. *diſp.* 14. à ſimili de eo, qui abſoluit pro certo tempore, quo elapſo reincidit, ſi non ſatisfecerit, eſt enim abſolutio tali modo conceſſa; non ſolùm valida, ſed licita; quia abſolutio ſic facta nullo irritatur iore, ac proinde impleta conditione, ſub qua fuit facta habebit effectum tollendi excommunicationem, & probatur nec eſſe probibitam iure poſitiuo, cum nullum ſit quod eam impediat, nec naturali; quia ſic abſoluere non eſt contra rationem, ſicut nec excommunicare ſub conditione *ex dicto cap. præterea.*

34 Nec obſtat æquiparatio de abſolutione Sacramentali, quæ oon impenditur ſub cooditione: Hæc enim nunquam ſic impenditur, quia nuoquam forma Sacramentalis effectus pendet à futuro, cum vel illicò dum profertur proſit, aut oon: Hæc enim procedit ab ioſtituto Chriſti noo ab inteotiooe Mioiſtri, quod non procedit in cenſura quæ eſt quædam humana ſeotentia iure poſito introducta, ſicut & ipſa ſeotentia cenſuræ: Et ideò eius effectus pendet à voluntate ipſius abſoluentis, qoi effectum conditione adiecta ſuſpendere poteſt, tuoeque talem abſolutionem pendere vſque ad tempus cooditioois.

35 Nec iſte dicitur actus legitimus; qui nec recipit diem, aut conditionem; qoia Regula hæc ſolùm procedit reſpectu oonnullorum actuum, veluti emancipatione, acceptilatione, & aliorum quos enumerat Gloſſa *in l. actus legitimi de Reg iuris* itadit Balboa *in dicta cap. præterea n.* 50. *in fine, & num.* 20.

36 Nec his obſtar dicere ſententiam excommunicationis ferri non poſſe ſub conditione ex *cap. biduum* 2. *q* 6. *l.* 1. §. *biduum, ff. quando appell. ſit*, quia reſpondeo procedere in ſententia diffinitiua lata ſub conditiooe, non inquam in ſeotentia interlocutoria, quam ſub conditione ferti poſſe teſtatur Gloſſa *in dicto cap. biduum*, Bart. *in l. à Diuo Pio*, §. *in venditione num.* 1. & *ibi* Iaſon *num.* 17. cum aliis Balboa *in dicto cap. præterea num* 19. dicens Textum illum loqui de interlocutoria qualis eſt excommunicationis ſententia, vt probat Gloſſa verbo *ſententia in dicto cap. biduum*, *Gloſſa in ſumma* 2. *quaſt.* 2. *Gloſſa in cap. decernimus* 3. *quaſt.* 9. Abbas *in dicto cap. præterea num.* 14. Felinus *in Rubrica de re iudicata num.* 15.

37 † Et reſpondetur ſecundò contraria loqui de ſeotentia lata ſub conditione extrinſeca, quæ non eſt neceſſaria de natura actus, v. g. ſi Iudex ſoluere iuſſerit, ſi nauis ex Aſia venerit

38 Sed Textum *in dicto cap. præterea*, cum ſimilibus loqui quando ſententia fertur ſub conditione intrinſeca, quæ omoinò ad actum eſt neceſſaria, vt ſi iuſſerit intra 20. dies ſoluere ſub pœna excommunicatioois, & hoc modo, vt *ibi* aduertunt Abbas *num.* 10. Decius 9 Balboa 19. *in fine* ſententia diffinitiua poteſt ferri ſub conditione: argomento Textus, *in lege à Diuo Pio*, §. *in venditione, ff. de re iud.*

39 Itaque Barboſa *ibi num.* 3. reſoluit cum multis ex adductis *ſuprà*, & cum Marco Alterio, & Antonio Ricciulo *de Iure perſonarum extra gremium Eccleſia exiſtent. lib.* 4. *cap.* 66. improbant Silueſtrum Angelum, quod valet excommunicationis abſolutio ſub conditione de futuro, veluti ſi intra menſem ſatisfeceris.

40 Ad ſextam quæſtionis partem, an cenſura feratur ſub forma diſiunctiua, iuxta Inquiſitionem *dicti cap. præterea*, videbis Suarex *de cens. diſp.* 3. *ſect.* 2. *à num* 10. vbi & ſi referat nonnullos dicentes nihil operari, ſic latam ob incertitudioem, vt ſi dixerit Iudex *maneat excommunicatus, vel ſuſpenſus*, vel ſub determinata ſpecie, vt ſi ſuſpendat ab officio, vel à beneficio, inter quos Hugolinus *de cens. tab.* 1. *cap.* 20, §. 3. *numero* 4. Nauarrus *capite* 27. *numero* 161.

mero 161. qui citat Panormitan. Tamen reuera affirmatiua ſententia ſequenda eſt; quia intentio Iudicis ea eſſe videtur, vt altera partium executioni mandetur eam relinquens eligendam arbitrio rei, vt quam maluerit partem illius pœnæ eligat, & acceptet: Sic accipitur ex *dicto capite præterea hoc Titulo*, in verſiculo *niſi Sempronio*, *& in capite à crapula de vita, & honeſt. Clericorum*, in verſiculo *ſi quis autem*; Etenim ſi quis condemnetur, vt ſoluat centum, vel publicè flagelletur, ad vnum præcisè tenetur: probat omninò videndus Suarez *vſque ad num.* 61. *dicta ſectione* 2. vbi etiam ſic practicari in præſtandis indulgentiis, aut abſolutione Sacramentali.

41 Solent etiam Doctores per Teatum *in dicto capite præterea de appellat. hoc Titulo*, diſputare de abſolutione cenſuræ ad reincidentiam, de quo Balboa *ibi*, *à numero* 51. Sed quia ego *ſuprà* de exceptionibus notauerim; vbi de hoc puncto, & cum vberius; & propriè agendum eſſet *in capite* 6. vbi notaui de exceptionibus, ideò interim videbis Dianam *parte* 5. *tractatu* 9. *reſol.* 15. vbi agit de eo dubio an vt abſolutus ad reincidentiam; in cenſuram reincidat, ſit neceſſaria noua culpa, & pro negatiua, & affirmatiua ſententia probabiliter loquitur cum Propoſito *in* 3. *parte quæſtione* 1. *de cenſuris in communi dubio* 15. *numero* 113. notant ergo Hurtado *de excommunicatione diſputatione* 14. *difficultate* 3. *numero* 11. Diana *vbi ſuprà in fine*, ex Suarez contra Auilam quod qui poteſt abſolutè abſoluere, poteſt etiam ad reincidentiam, quamuis excommunicare non poſſit, quia abſoluens ad reincidentiam, non eſt qui ſecundo excommunicat, ſed ille, qui ſecundo excommunicauit: Aliqua dico de quæſtione ſequenti in fine.

QVÆSTIO V.

An vbi cauſa non fuerit finita per executoriales excommunicatio lata pro executione primæ, aut ſecundæ Sententiæ, à qua appellatum fuerit, ſit nulla; An ſi Epiſcopus poſt ſententiam diffinitiuam depoſitus appellauerit à ſententia poßit appellatione pendente ſuum officium exercere: vbi an hoc contingat in quolibet officiali, qui ab excommunicatione appellauit, & an appellans generaliter à ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, ſuſpendat cenſuram: Et an ſublata verbi gratia ab Epiſcopo ſuſpenſione ad reincidentiam, ſi detur interim appellatio ſuſpendat ſententiam, ne poſtea ſuſpenſio contrahatur, & idem quæritur de interdicto, vbi de aliis dubiis remiſſiuè?

SVMMARIVM.

1 Cap. ad præſentiam hoc tit.
Excommunicatio lata pro executione, aut ſecunda ſententia à qua appellatum eſt nulla ſi cauſa fuerit finita per executoriales, non ſic abſolutio num. 3.

2 *Dictio* niſi feceris, niſi comparueris intra tres dies *eſt conditionalis.*

3 *Appellans abſolutus ab excommunicatione, manet, non obſtante appellatione Aduerſarij.*

4 *Epiſcopus depoſitus poſt ſuam interpoſitam appellationem, poteſt ea non obſtante depoſitione ſuum officium exercere, non ſic in excommunicato num.*6.

5 *Canonicus quia appellauit à ſententia depoſitionis interim poteſt eligere, & teſtimonium ferre, limitatur; num.*6.

7 *Suſpenſus licet appellet adhuc remanet ſuſpenſus, niſi ſuſpendatur in pœnam, n.*8.

9 *Officialis quilibet appellans à cenſuris, nequit officium exercere, nec ſi appellet à ſententia ſuper officiis temporalibus num.*10.

11 *Appellatio generalis, & vaga ab excommunicatione, ſuſpenſione, vel interdicto ante eorum probationem eſt valida.*

12 *Appellatio interpoſita ab Epiſcopo ſublata ſuſpenſione ad reincidentiam facit vt iterum non contrahatur ſuſpenſio, numero* 13. *niſi num* 14.

15 *Appellatio interpoſita, ſublato interdicto loci, aut perſona ad reincidentiam num procedat, ac in ſuſpenſione.*

16 *Abſolutus ad reincidentiam, vt reincidat in cenſuram, opus eſt noua Iudicis declaratione.*

17 *Appellari poteſt iudicialiter, & extraiudicialiter à præcepto facto ſub pœna excommunicationis, & in qualibet cenſura lata ſub conditione num.*18.

19 *Excommunicatus eſt qui non appellat, ſeu non paret præcepto facto ſub pœna excommunicationis, niſi per impotentiam non paruerit.*

20 *Iudex Eccleſiaſticus declarando aliquem eſſe excommunicatum poſt interpoſitam appellationem, an faciat vim, vel abſoluendo Reum à cenſuris, non obſtante appellatione* remiſſiuè.

21 *Iudex Eccleſiaſticus, an faciat vim procedendo per declarationem in cauſa executorialium, appellatione remota, vel procedendo ad taxationem expenſarum, poſt appellationem à ſententia executionis.*

22 *Canonicus excommunicatus poſt appellationem percipit diſtributiones quotidianas, ſeu alia cenſura inodatus, num.*24.

23 *Expulſus à capitulo ſi appellat, aut incarceretur percipit ſicut antea.*

25 *Declarari poteſt poſt excommunicationem, non obſtante appellatione poteſt non parens literis Apoſtolicis, quid de declaratione excommunicationis contenta in iure, vel hominis præcepto, n.*6. *quid ſi publicetur ab ordinario vel delegato, num.*7.

AD primam quæſtionis partem excommunicationem eſſe nullam reſoluunt Doctores per Teatum *in cap. ad præſentiam hoc Titulo*, vbi Francus *& in cap. ſæpè*, vbi Gloſſa verbo *rata*, *num.*8. *& in cap. peruenit in* 3. *notab. eodem Titulo*, Lapus *allegat.* 1. *num.* 2. Angelus *conſil.* 188. Franchis *in cap. ſolet de ſent. excommunic. lib.*6. Rota *in deciſione* 20. *de appell. in nouis*, 1
quod

quod procedit etiam si appellatio fuerit extraiudicialiter interposita, quia interim excommunicatio fulminata, nulla est ipso Iure. Franch. *in cap. bonæ conclus.* 2. *num.* 35. *hoc tit.* idemque dicendum, si appellatio fuerit interposita ab interlocutoria: nam censuræ postea fulminatæ non ligant, & veluti attentatæ reuocantur, tam coram Iudice ordinario appellationis, quàm per viam violentiæ, cum Iudex Ecclesiasticus faciat vim exequendo, appellatione remota, vt pluries fuit Iudicatum in Rota, & tradit; Lancelot. *p.* 2. *cap.* 12. *ampliatione* 8. *numero* 3. quæ intelliges de censura fulminata post appellationem, quia si purè lata esset ante appellationem valeret ex Textu nostro, & ex iam dictis, nisi lata esset sub conditione ex *cap. praeterea* 40. *de appellat.* de quo latè dixi, *quæstione præcedenti:* cum multis resoluit, Ceuallos *in practicis, quæst.* 897. *à num.* 14.
2 † Quia illa dictio, *nisi feceris, nisi comparueris infra tres dies,* est conditionalis, vt tradunt Decius *ibi in* 1. *notabili* per illum Textum, Lapus *alleg.* 73. *n.* 4. Rota *in fine de dolo in nouis.*

3 Hanc vero conclusionem non procedere in absolutione ab excommunicatione, quia interim appellatus remanet absolutus, non obstante aduersarij appellatione: docent Francus *in cap. qua fronte, quæst.* 4. *num.* 35. & hic in vltima quæstione per Textum nostrum; Ceuallos *suprà numero* 1017. vbi addit nec à tali sententia absolutionis debeat admitti appellatio, vt tradit Guid. Pap. post Innocentium *in cap. ab excommunicatione de rescriptis*, Antonio Nicell. *de sententia excommunicationis*, quia semper Iura sunt fauorabiliora ad absoluendum, quam ad condemnandum, & per consequens nec per viam violentiæ appellans debeat audiri, cum nullum damnum patiatur in causa principali, propter absolutionem, vt iam etiam, liquet in *suprà* adductis.

4 Ad secundam quæstionis partem, breuiter Glossa sub versic. *rata manet sententia, in cap. sæpe* 44. *hoc tit.* verbo, *sed pene Episcopum aliquem,* dicit quod Episcopus, qui post sentẽtiam depositionis appellauit depositus possit pendẽte appellatione suum officium exercere, & ad hoc hanc Glossam dixit notabilem, & singularem Couarruuias *lib.* 1. *variar. cap.* 16. *num.* 11. *ad finem,* Lancelotus *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *de attent. appellat. pend. limit.* 16. *num.* 6. Barbosa *in dict. cap. sæpe num.* 6. Sigismund. Scaccia *de appellat. quæ-*
5 *stion.* 13. *num.* 72. † Vbi similiter idem respondit de Canonico, qui per sententiam fuit depositus, quia potest appellatione pendente eligere, & testimonium ferre, Guttierrez *in pract. p.* 1. *quæst.* 39. *num.* 9. late, & bene Azeuedus *in l.* 1. *num.* 16. *tit.* 7. *lib.* 3. *recop. & in l.* 14. ibi sic tenens contra Auendañum: tamen idem Guttierrez dicit vt si considerentur, *leges* 12. *tit.* 5. *lib.* 3. *recopilat. l.* 26. *tit.* 23. *lib.* 4. quæ disponunt *en los Alguaciles, y Iueces residenciados*, quid sit faciendum.

6 Et hæc, quæ procedunt in deposito, appellatione pendente depositionis, vt possit depositus exercere suam Iurisdictionem, limitantur vt non habeant locum in sententia excommunicationis quia licet excommunicatus appellet, non inquam poterit continuare, Lancelotus *dict. cap.* 12. *limit.* 26. *num.* 7. ideoque licet appellet, remanet excommunicatus ex Textus nostri ratione, iam *quæst.* 1. adducta, & insequentibus: & sic Lancelot. *in præf. à n* 99. Scaccia *d. q.* 3. *n.* 76.

Deinde limitatur in sententia suspensionis, quia licet suspensus appellet, appellatione pendente, remanet suspensus, Abbas *in dict. cap. sæpe n.* 15. Barbosa *num. fin. in fine,* Lancelotus *dict. cap.* 12. *in præfatione, num.* 104. *limit.* 1. Miles verbo, *appellatio,* sicut, *sub num* 27. Scaccia *dict. quæstion.* 3. *num.* 77. 7

Vbi *numero* 78. sub limitat, vt nec procedat, quando suspensio infligitur alicui in pœnam, & hæc late vera esse apprehendes ex iam adductis *q.* 1. 2. *&* 3. 8

Ad tertiam quæstionis partem, an hoc contingat in quolibet officiali, qui ab excommunicatione appellauit, & quantùm ad alias sententias præter censuras, nemini dubium est, vt si officialis appellet, in tempore ad appellandum, constituto nullo modo amittat sui offi. ij exercitium, de quo longe agens, est videndus Ioannes Gutierrez *pract. p.* 1. *quæst.* 39. † Dicit verò, *num.* 4. quod ille, qui priuatur ab honoribus futuris, etiamsi appellet ad noua officia eligi, vel aspirare non possit, & *num.* 4. quod officialis condemnatus, etiam appellans in illis officiis, quæ cursu temporis consumuntur, non est sustinendus in eis quia alias esset illusorium Iudicium & alia expecificans refert Videndus idem Guttierrez de quo aliquid dixi, *suprà,* in latrone appellante, & in aliis, sed de officiali post censuram appellante facilis est resolutio ex iam ante actis à quæstione 1. 9 10

Ad quartam quæstionis partem, an si quis appellet generaliter à sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, suspendat censuram, dubium faciunt adducta, *in cap.* 1. *de libelli oblatione, & in cap.* 2. *hoc tit.* vbi de appellatione generali, & vaga, admittenda, vel non, de qua etiam *sub cap.* 7. vbi de appellante ad diuersos Iudices, quibus suppositis, & secundùm principia adducta in illis locis, quorum nonnulla repetit Diana *p.* 5. *tractat.* 9. *resol.* 12. vbi respondet secundùm distinctionem Iuris Ciuilis, aut Canonici, vt secundùm illud valeat, secundùm nostrum Canonicum Ius, non item ibi enim refert Decium dicentem, *in cap. consuluit, num.* 4. *&* 5. *hoc tit.* illam appellationem in vsu Iuris Pontificij in vtilem non esse, huiusmodi enim appellatio generalis facta simpliciter ad Iudicem competentẽ, etsi omisso medio ad Papam fieri possit, vel ad eius legatum, tamen in dubio præsumitur facta ad proximum Iudicem superiorem, cum voluntas appellantis non debeat præsumi suspensa, & in determinata, eo in casu hanc Doctrinam probabilem vocat Diana *suprà,* & valde probabilem quia qui appellat verbis generalibus, debet adire Iudicem competentem proxime superiorem, non verò maiorem, omisso medio, etiam si ad illum prouocare potuisset: alia tradit de appellatione alternatiua, *ibi,* in versic. *sed quid,* de qua dixi, *sup. in cap.* 2. *de libelli oblat.* 11

Ad quintam quæstionis partem, an v. g. sublata ab Episcopo suspensione ad reincidentiam, si detur interim appellatio, suspendat sententiam, ne postea contrahatur suspensio, & licet negatiuam sententiam loquens de interdicto, dicat Alterius, *de censuris, tomo* 2. *disputat.* 8. *cap.* 6. cum Calderino *de interdicto p.* 2. *in fine, num.* 31. † Tamen idem Alterius *disput p.* 2. *in dubio de suspensione,* & Bonacina *de cens. disput.* 3. *puncto* 1. *num.* 4. 12 13

num. 4. docent affirmatiuam, nempe interpoſita appellatione ſuſpendi ſuſpenſionis effectum, quia Epiſcopus nunquam poteſt tollere ſuam cenſuram, niſi eam penitus tollat: quare ſi appelletur, & iuſta ſit appellatio, cenſura manebit ſuſpenſa. † Deinde quia in ſententiis cenſuratum primus actus non poteſt ſeparari à ſecundo, ideſt ſubſtantia ſententiæ, quæ eſt primus actus, ſeiungi nequit ab effectu eiuſdem ſententiæ, qui eſt ſecundus actus, quia cenſuræ, vt iam ex Textu noſtro dictum eſt, trahunt executionem paratam, & idcirco Epiſcopus non poterit tollere effectum ſententiæ, remanente ſubſtantia.

14 Quare ſi ſuſpendit ſententiam, eam penitus extinguit; & ſic ſi poſtea ſuſpenſus appeller, talis appellatio habebit vim, ne ſuperior poſſit iterum ferre cenſuram, niſi antea cognoſcatur de appellatione, iuxta Textum *in c. dilectus, §. quia vero, hoc tit.* & ſic tenent Diana *p. 5. tract. 10. reſol. 18. in fine*, cum Abbate *in c. ad hoc n. 5. hoc tit.* dicens contrariam eſſe probabilem, ſed potius huic adhærere.

15 Vnde etiam de interdicto Eccleſiaſtico idem dicendum exiſtimo ea Doctrina Textus noſtri ob eandem rationem, ac de ſuſpenſione dictum eſt; etſi Calderinus *in d. tract. de interdicto p. 2. in fine, num.* 31. dicat quod interdictum perſonæ ſuſpendi non poteſt, ſicut nec excommunicatio, ſed tantum interdictum loci; & *num.* 32. addit appellationem interpoſitam in caſu propoſito, nō poſſe ſuſpendere effectum interdicti pro tempore futuro, ex ea ratione, quia quando interdictum non tollitur, ſed remanet habitu, & impeditur, ne producat effectum in actu; ob idque tranſacto tempore ſuſpenſionis, non ferri nouum interdictum, ſed illud idem numero, quod erat ante ſuſpenſionem, & remanſit, ſaltim habitu, ligans, operatur ſuos effectus, ſicut prius, indeque ſequi, vt appellatio ſit ſequens interdictum, quæ cum ſequens ſit nonquam, vt ex Textu noſtro apparet, ſuſpendit cenſuram, adhuc tamen, etſi vtraque ſententia probabilis ſit, exiſtimo pendere ab illa quæſtione, quam *ſuprà*, quæſtione præcedenti notaui ex Diana *d. p. 5. tract. 9. reſol. 15. an vt abſolutus ad reincidentiam, reincidat in cenſuram ſit neceſſaria noua culpa*.

16 Et pro vtraque ſententia adducit Doctores, & adhuc magis vrget Balboa *in c. 40. hoc tit.* legend. *à num.* 51. & melius, *à num.* 54. vbi agit de dubio, an ſic abſolutus, tranſacto, ipſo Iure, reincidat, aut deſideretur noua iudicis declaratio. & licet, ex *c. ad reprimendam de officio ordinarij, & c. ad noſtram el. 1. de iureiur. cap. quaſt. 21. hoc tit. lib.* 6. pro ſecunda ſententia, nempe, vt deſideretur noua declaratio, definiri videatur: tamen ipſe, *n.* 55. probat ex multis ipſo Iure incurri; at cum nihil loquatur de appellatione interpoſita, medio illo tempore, quo abſolutus eſt à cenſura, ideo reſoluet vt dictum eſt.

17 Pro complemento notabis appellati poſſe Iudicialiter, & extra Iudicialiter à præcepto facto ſub pœna excommunicationis, vt iam dixi: *ſuprà* taliterque appellationem prodeſſe, vt ſi Iudex excommunicaret, eſſet nulla excommunicatio, Mar. ta *de iuriſdict.* 3. *p. c.* 12. *n.* 3. & 4. Salgado *de protect. Reg. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 19. Farinac. *in praxi, quaſt.* 101. *num.* 70. Barboſa *in c. dilecti* 5. *hoc tit. n* 4.

18 Et Scaccia *de appell. quaſt.* 17. *limit.* 22. *num* 47. vbi *n.* 49. amplitat locum habere in qualibet ſententia cenſuræ Eccleſiaſticæ lata ſub conditione, quia ſuſpenditur, ſi ante conditionis euentum appelletur, vt dixi, *quaſt.* 3. † Et *n.* 50. declarat quod 19 licet quis non appellando, & non parendo præcepto facto ſub pœna excommunicationis ſit excommunicatos tamen non ſit excommunicatu ſi per impotentiam illi non parnerit, & *num* 51. declarat vt excommunicatus ſub conditione, non dicatur excommunicatus, ante conditionis euentum, de quo iam dixi, *ſub dict. quaſt.* 3. ad Textum, *in d. c. præterea* 40. *hoc tit.*

Item poſſes applicare ad hanc tractationem ſe- 20 quentes quæſtiones, quas refert, & tractat, Ceuallos *de cognit. per viam violem. p.* 2. *quaſt.* 139. vbi an Iudex Eccleſiaſticus declarando aliquem eſſe excommunicatum, poſt interpoſitam appellationem, faciat vim: & an faciat vim abſoluendo reum à cenſuris, non obſtante appellatione, quas quidem de facili reſolues, ex iam adductis in præcedentibus quæſtionibus, & de prima dixit etiam, *quaſt.* 35. † Et ad aliam, *ibi quaſt.* 36. 21 an Iudex Eccleſiaſticus faciat vim procedendo per declaratoriam in cauſa executorialium, appellatione remota, ſed eam etiam de facili reſolues ex dictis, *vbi ſuprà*, & ipſum ibi videbis; & ipſum etiam videbis, *quaſt.* 159. an Iudex faciat vim procedendo, ad taxationem expenſatum poſt appellationem interpoſitam à ſententia executionis, de qua, *hic* Decius in verſic. *poſtremo*, Butrius *num.* 4.

Item Riccius *in collect.* 696. ſuper Textum, *in* 22 *dict. cap. dilecti* 2. *hoc tit.* agens quod excommunicatio lata poſt appellationem, eſt ipſo Iure nulla, infert quod Canonicus taliter excommunicatus, percipit diſtributiones quotidianas, Monalius *conſ.* 110. *p.* 2. quod notat Riccius ad ornatum Gloſſæ *hic*. † Addens procedere quem- 23 admodum percipit etiam expulſus à capitulo, qui inſeruire alias ei ſolebat, non obſtante quod in carceratus inſeruire ei non poſſit. † Et am- 24 pliat procedere in qualibet cenſura in ſpecie cum Saito *in deciſ.* 3. *hoc tit.* † Sed limitat primo in 25 contemnente patere notorie litteris Apoſtolicis, quia etiam poſt appellationem excommunicatus declarari poteſt; pulchre Vetal. *in deciſ.* 314. † Limitat ſecundo vt declaratio excommunica- 26 tionis contentæ in Iure, vel in hominis præcepto, ſuſpendatur per appellationem; refert deciſum ipſe, *in deciſ.* 18. *Curia Archiep. Neapol.* 28. limitat etiam 3. vt non obſtante appellatione, poſſit excommunicatus publicari, quando fit per ordinarium, ſecus in delegato, Achilles de Graſſis, *in deciſion.* 4. *de ſententia excommunicat.* Cappell. Tholoſ. *in deciſion.* 199. & de ratione diuerſitatis pulchrè Maynardus *libro tertio*, *deciſion.* 28. & cum his finitur Textus iſte die 31. Iulij 1654.

AD

AD TEXTVM IN CAPITE LIV.

Solicitudinem, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. SVb littera huius Textus comprehenditor materia, *in cap. pastoralis in §. verùm*, à versic. *sane*, & ibi, *appellantem reputans contumacem ipsum excommunicationis vinculo innodauit*, & ibi, *Quod post appellationem legitime ad nos interpositam ipsum excommunicauerat.* II. Item de materia reuocandi attentata potest adiungi per verba ibi, *& petens se ad eum statum*, de qua latissime egi, *in c. bona 51. hoc tit. & in c. 17.*

III. Item hic potest etiam adiungi, quæ latè adduxi, de appellatione ad Papam omisso medio, vt colligitur, ex versic. ibi, *Duobus coram Episcopo litigantibus, alter eorum ad sedem Apostolicam appellasset*, de quo dixi latè, *in cap. 7. hoc tit.*

IV. Et in versic. *Si vero Notorium existeret, quod mandatum Episcopi indiscretum fuerat, vel iniustum, cui non tenebatur subditus obedire*: adiunges quæstionem, *in cap. olim 17. de restit. spoliator. quæst.* 1. an excommunicationis sententia à Iudice incompetenti lata, seu per aliquot dies obseruatur à non subditis, tribuat incompetenti Iurisdictionem.

V. Materia præcipua, quæ hic seder, pertinet ad illam, ex quibus præsumatur quem suæ appellationi renunciasse, & hic exemplificat in illo, qui coram Iudice inferiore super concernentibus ipsam appellationem comparet; ad quod applicabis quæ dixi, *in d. c. cum teneamur 17. quæst.* 1. versic. *ad tertiam*, & alia, quæ congessi, *in Rubr. quæst.* 2. versic. *ad secundam*, & adiunges notata, *suprà in cap. dilecta 39. hoc tit.* & ad plura, *in c. 5. hoc tit.* versic. *ad vltimam.*

VI. De protestatione, & eius vi agunt Doctores, *in c. cum M. Ferr. de const. & in c. fin. hoc tit.* vbi dico.

QVÆSTIO I.

An appellans, si compareat coram Iudice à quo appellauit, videatur appellationi renunciasse, etiam si protestetur ei non renunciare: Vbi de aliis renunciandi modis?

SVMMARIVM.

1 *Renunciasse videtur appellans sui appellationi, si compareat coram iudice à quo super tangentibus ipsam appellationem, etiamsi aliud prastetur, secus si super aliud negotium, num.* 2.

3 *Renunciatum tacitè appellationi videtur quoties appellans comparet coram iudice à quo, & petijt prorogationem, vel si causa non fuit commissa, n.* 4.

4 *Renunciatum appellationi videtur tacitè, si appellans compareat, & si iudex nihil fecerit, item etsi compareat coram alio iudice superiore iudici appellato, num.* 6. *& etiam si eius procurator compareat, n.* 7.

8 *Renunciasse beneficio tacite videtur qui consensit, vt alteri conferatur.*

9 *Renunciasse tacitè videtur rei iudicata, qui petijt vt post illam producantur iura, & dentur articuli.*

10 *Renunciasse tacitè videtur decimus qui consentit, vt alius eas exigat.*

11 *Actus subsequens non præsumitur factus ex errore.*

12 *Pandecta quæ in vsu non est seruanda.*

13 *Renunciasse videtur Dominus directus iuri dicendi de caducitate recipiendo Canonem.*

14 *Renunciare tacitè appellationi videtur, qui post appellationem petit terminum ad soluendum, vel si partem spoliat aduersam, n.* 15.

16 *Puniri quis debet in eo in quo deliquit.*

17 *Priuilegio dignus non est qui eo abutitur.*

18 *Appellans semel, etsi redeundo ad iudicem, videatur renunciasse appellationi si postea grauatur in sententia poterit nihilominus appellasse.*

19 *Renunciasse appellans non videtur, etsi reddat ad iudicem à quo in casibus, n.* 20. 21. 22. 23. 24. 25.

27 *Priuilegium renunciatur, quando videntur, remissiuè.*

IAm in præfatis locis, satis superque dixi qualiter appellãs censeatur siue appellationi renũciasse, siue expresse; siue tacitè nũc vero breuiter Iuxta Textum nostrum respondeo, vt si appellans compareat coram Iudice à quo super tangentibus ipsam appellationem, videatur appellationi renunciasse, etiamsi protestationem mittat, quod non videatur prædictam comparationem se velle appellationi renonciare, quia prædicta protestatio, tanquam facto contraria non releuat, *l. cũ plures, § locator, ff. locati.* † Si enim actus, super quibus comparet, non sunt omnino appellationi contrarij, veluti si post appellationem ab interlocutoria cum protestatione compareat appellans coram Iudice à quo ad prosequendum negotium principale vtilis erit talis protestatio ad excludendam appellationis renunciationem, vt optime docet Scaccia *de appell. q. 17. limit. 2. n. 43.* è contra tamen si compareat super negotiis tangentibus ipsam appellationem, ei renunciasse videbitur coram Iudice à quo comparendo, vt docet Salgad. *de reg. protect. p. 1. c. 5. n. 76. p. 164.* Ruginel *de appel. §. 9. Glos. 1 n. 41.* versic. *insuper*, Lancel. *de attent. p. 2. c. 12. de attent. appel. pend. in præf. à n. 15. & ampl. 2. in pr.* cum multis aliis Barb. *hic n.* 3. quibus addo Riccium *coll.* 1428. ad textum nostrum, vbi reddit rationem, secundum Rubinum *in dec. 91.* quia per posteriorem actum contrarium videtur recessum à priori. 1 2

Vnde infero primo quod tacitè videtur renuntiatum appellationi, quoties appellans comparet coram iudice à quo, & petijt prorogationem, vt fuit resolutum in Rota Romana in vna Locana caritatiui subsidij 27. aprilis 1551. coram ACoiã bono, & facit decis. Veralli 29. p. 1 † Imo secundo addit Riccius cum eodem Verãl. *in dec. 31 & 32.* vt censeatur etiam tacite renunciatũ appellationi, si causa non fuit infra decem dies commissa † Et tertio ampliator etiam si Iudex nihil fecerit, quia sufficit, quod pars coram eo comparuerit: sic Scaccia *dict. quæstion. 17 num. 15.* † Et etiam si compareat coram alio Iudice illius Iudicis, à quo, superiore ad quem: tamen non 3 4 5 6

7 sit appellandum. † Et ampliatur quarto, etiamsi
eius procurator compareat coram iudice à quo,
sic idem Scaccia *d.q.17.n.18.*

8 Et Riccius ampliando, *in dict. collect.* 1428.
Textum nostrum confirmat eius regulam, ex
sequentibus, primo quod qui consensit, vt be-
neficium suum conferatur alteri, tacitè vide-
tur renunciasse illud ex Rota *in dec. 3. de renun-*
9 *ciatione in nouis* & Mobed *in decis.* 335. † Secundo
quod tacitè censetur renunciasse rei Iudicatæ pa-
tiendo, vt post illam produeantur Iura, & den-
tur articuli; *diuersor. in decis.* 39. & 114. *p.* 1. Mo-
10 hed. *in decis.* 39. † Tertio quod quis tacitè cen-
setur renunciasse decimis patiendo, vt alius illas
11 exigat, Veral. *in decis.* 241. *p.* 2. † Imo quarto
infert Riccius cum Castillo *in decis.* 34. quod
actus subsequens non præsumitur factus ex er-
12 rore. † Quinto quod pandecta, quæ nun est in
vsu, vel vsum habet contrarium, non sit seruan-
da; idem *decis.* 66. & Riccius cum eo, *suprà dicta*
13 *collect.* 1428. † Vbi sexto cum Monter, in de-
cis. Aragon 3. infert quod Dominus directus re-
cipiendo canonem, censetur, renunciasse Iuri di-
cendi de caducitate.

14 Sed ad propositum qualiter, & in quibus ca-
sibus censeatur tacite appellatum renunciasse,
dixi *suprà in Rubric. dict. quæstione* 2. versiculo, *ad*
secundam, & colliges ex dictis, *in cap. personas.*
cap. 5. hoc titulo, Item tacitè renunciare videtur,
si post appellationem petat terminum ad soluen-
dam summam in sententia comprehensam, *l. ad*
solutionem, C de re iud.

15 Imo etiã tacitè renunciat, si post appellationẽ
partẽ spoliat aduersã, quia si ille appellationi suæ
nõ defert, nec Iudex, nec pars aduersa deferre de-
bet, *c. an sit* 42. *hoc tit.* vbi notaui, talisque appella-
tionis renunciatio, eiusque beneficij probatio,
16 maxima nititur ratione. † Quia in eo debet
quis puniri, in quo deliquit, & similimodo la-
borans de eodem, non potest obijcere morbo.
17 † Nec dignus est priuilegio qui eo abutitur, *cap.*
significasti de diuer. cap. personas 20. *de testibus, cap.*
frustra de vsuris, l. 2. Cod. si minor se maior: plura cu-
mulat ad propositum Gonzalez *in reg. 8. Cancel.*
18 *Glossa* 27.

Vnum tamen notabis ex Textu *in cap. dile-*
cta 31. quod qui semel appellauit, & postea re
deundo ad Iudicem à quo appellationi renun-
ciare videatur: tamen si deinde grauatur in
sententia; poterit nihilominus in eadem causa
iterum appellare, ex ea ratione, quia licet quis
comparendo coram Iudice à quo, censeatur re-
gulariter renunciare appellationi interpositæ:
tamen non censetur renunciare appellationi in-
terponendæ, id est iuri appellandi, vt notaui,
sup. in cap. dilecta 39 hoc tit. per Textum, *ibi*, vbi
Barbosa cum multis, *num.* 1. & 2. inter quos Fe-
linus *in cap. gratum de officio deleg sub num.* 6. Ga-
briel *lib. 2. commun opinion. sub hoc tit. conclus.* 2.
limit. 1. *num* 5. & 6. Sigismund. Scaccia *de apllatio-*
nibus, quæst. 17. *limit.* 2. *num.* 26, vbi refert alios
contrarium tenentes.

19 Vnde etiam relatam nostri Textus regulam
etiam declarabis, nam non procedet, si Iudex
postquam grauauit, & pars appellauit, citet
appellantem ad videndum se grauari, & re-
grauari, & appellans compareat, & petat pro-
rogari terminum, quia tunc non videtur renun-
ciarum appellationi docet Scaccia *dict quæst.* 17.
20 *limit* 2 *num.* 20. † Sed videtur contradictum, *su-*
prà, in versiculo, *vnde.* † Item Scaccia limitat, 21
sup. num. 21. etiam quoties appellans comparat
coram Iudice pro reuocatione grauaminis, &
ad docendum de grauamine, quod videtur con-
firmari ex dictis, *suprà in cap. 17. hoc tit.* † Item 22
& *num.* 26. limitat in appelatione interponenda.
† Et *num.* 51. quando Iudex à quo reijcit com 23
parationem. † Et quando Iudex à quo detulit 24
appellationi ibi, *num.* 54. † Idem Scaccia *n.* 57. 25
quando Iudex à quo dolosè induxisset appel-
lantem ad comparendum, & faciendum actum.
† Et *num.* 58. quando actus fieret ab aliquo ap- 26
pellantis amico, vel filio, & in aliis declarat num.
sequent. reperit, *hic* Barbosa *num.* 3.

Applicabis hic Textum, *in cap. suborta* 21. *de re* 27
iudicata, quatenus loquitur de renunciatione pri-
uilegij per vsum contrarium: aliqua dixi, *in cap.*
pon de rescript & infra sub tit. de confirmatione vtili
vel inutili.

AD TEXTVM
IN CAPITE LV.
Dilectis filiis, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

I. TExtvs iste duo continet principalia, & generalissima materiæ, primũ quod appellatio legitimè interposita, facit, vt negotiũ principale cum accessoriis deferatur ad Iudicem ad quem, ad quod adiunges dicta *sup. in Rub. & in c.4. & 5.* cum aliis, *hoc tit.* sed an fallat videbis Textum, *in c. cum teneamur* 17. *hoc tit.* & quid in separatis articulis adiunges dicta *sub eadem. Rub. q.6.* versic. *ad quartam*, ibi, *articuli & in c.7. q.2.* versic. *ad vltimam.*

II. Alterum vero principale quod agitur in hoc Textu, est nempe quod sententia excommunicationis & interdicti lata post appellationem, non tenet; sed quia hæc pars satis manet tractata, *sup. in c. pastor.* 53. *§. verum, hoc tit.* ideo de ea nihil illud inquiro. III. Et ad bonam quæstionem, an si Episcopus suspendat in casu, quo sibi licet interdictum ad tempus & medio tempore fuerit appellatum, appellatio suspendat interdictum: agit latè *hic* Barbosa Vidend. *n.* 7. sed satis expensum manet, *sup. in d. §. verum sub q.4.* vbi de absolutione ad reincidentiam.

IV. Expendit huius Text. materiam Balboa *in c.1. hoc tit. & in c. præterea* 40. *eodem:* Et ad quæstiones idem, *in c.2. de ordine cognit.*

V. De cessione à Diuinis per hũc Text. an de ea intelligatur, Barbosa *hic à n.8.* & Cou. *in c. alma mater, p.2. c.1. §.2. à n.1.* VI. Et ad quæstionẽ, *hic in §. quia vero*, idem, *ibi à n.4.* VII. Ad aliam quæstionẽ, *ibi in §.4 p.2. à n.7.* & ante. VIII. Et de interdicto Ecclesiastico dixi supra, *in cap.9. de iureiur. q.6.* & videbis quæ disputat, *hic* Barb. *à n.2.* vbi disputat an Episcopus suspendere possit interdictum ad tempus, *vsque ad n.6.*

IX. Et ibi, in versic. *cũ interim, appellatione interposita*, & ibi, *ad nos interposita nihil debuit innouari:* hic adiungere poteris integram attentatorum materiam, de qua, *sup. in c. bona* 51. *hoc tit.* aliquid, *in cap.* 17.

AD

AD TEXTVM IN CAPITE LVI.

Vt nostrum, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Innouata post inhibitionem, seu auocationem causarum reuocantur, sicut ea, quæ appellatione pendente.*
2 *Inhibitoria conceditur cum causa cognitione, seu nouo libello.*
3 *Inhibitionis aliquæ quæstiones, iam tractatæ alibi hic assignantur.*
4 *Auocatio, & inhibitio differunt, & quæ vtraque, & à quibus iudicibus dimanent, num. 5.*
6 *Inhibitionis materiam qui Doctores tractent.*
7 *Auocationis materiam qui Doctores scribant.*

1 HIc sedet materia auocationum, causarum, seu inhibitionum, Iudicum inferiorem per superiorem factam, quæ multum ad similatur naturæ appellationis; de qua latè in Rubrica, & titulo, hoc dicimus. Et quia sicut appellatione pendente, seu interposita ad superiorem, quid quid per inferiorem à quo innouatur, debet remedio attentatorum reuocari, ita similiter continget, vt eodem remedio reuocetur quidquid post inhibitionem, aut auocationem causæ à Principe factam fuerit attentatum, seu innouatum, vt suadent verba Textus nostri ibi, *Vt si post secundum mandatum*, & ibi, *traditionem sigilli dicto H. à te cognoscerent esse factam, eam decernerent irritam, & inanem, de quo late dixi in cap. bona 52. hoc tit.* & in terminis de attentatis, in-
2 hibitione pendente, ibi, *quæst. 5. à num. 1.* † Et vt concedatur inhibitoria, requiritur causæ cognitio; seu nouus libellus, *in dict. quæst. 12. c. tuam de ordine cognit.* versic. *ad tertiam*, & versic. *ad vltimam.*

3 Ad quæstiones de auocatione, seu inhibitione videbis quæ iam alibi dixi: Et quod inhibere possit Iudex laicus, Ecclesiastico ne se ingerat in his, quæ spectant ad Iurisdictionem secularem illi interdictam dixi in *cap. 3. de ordine cognit quæst. 12. à num. 8.* Et quod sufficit cognitio summaria, vt inhibitoria discernatur ab Ecclesiastico contra laicum, dixi *dict. quæst. 12. à num. 14.* Et qualiter inhibitionis literæ discernantur contra iudicem à quo, & eius Tabellionem, *& de praxi in foro sæculari*, & Ecclesiæ dixi *in cap. fin. de libelli oblat. quæst. 4. §. 2. num. 15.* ad alia, *in dict. cap. 3. de ordine cognit. dict. q 12.* Et an Iudex à quo possit inhibere Iudici à quo in Iudicio possessorio, dixi *suprà in cap.* cum teneamur 17. *hoc tit. quæst. 1.* versic. *ad secundam:* quod Prætor non possit auocare causas vulgò *de sacas* de quibus eius locum tenens incepit cognoscere dixi, *in dict cap. fin. de libelli oblatione, quæst. 4. §. 21. num 11.* Applicabis quæ adduxi, *in c. 1. de iudic. quæst. 19.* Et *in c. qualiter 17. eodem sub, q. 1. 3. & 5.*

4 Ad explicationem huius Textus dixi nonnulla *in c. exhibita de iudiciis, quæst. 2. à num. 1. & ibi, num. 9.* Sed quod auocatio, & inhibitio differant inter se patet, nam auocatio dicitur illa, quæ fit à Iudice superiore, seu à Principe, respectu Iudicis eius inferioris, vt hic in Textu nostro, inhibitio vero, vt apparet ex quæstionibus citatis contingit de vno Iudice ab alio, qui cum sit competens, vult alium, vt incompetentem expellere, & inhibere à cognitione, vt facile deprehendes ex longe adductis, *in tit. de iudiciis, & in tit. de foro compet.* & alibi sæpè: Quod verum est, etsi videam promiscue inter Doctores auocationis, & inhibitionis materiam tractari. † Vel Iuridice dices inhibitoriam decerni inter 5
Iudices ordinarios à superiore; videlicet contra inferiores, vt videbis ex Textu, *in cap. Romana hoc tit. lib. 6.* in versic. *si vero*: & auocationem causæ solum fieri à Papa, seu à Principe manu superiori, vt hic in Textu nostro: argum eorum, quæ dixi supra, *in Rub. de supplicat.* à versic. *supplicatio quid sibi velit.*

De inhibitione, & quibus in casibus fieri pos- 6
sit videndi sunt Ioseph. de Sesse in suo speciali tractatu de inhibitione, Couarruuias *in pract. cap. 35 num. 4.* versic. *sic etiam*, Parladorius *lib 2. rerum quotid. cap. fin. p. 5. §. 11. num. 29.* Caldas Pereira *de potest eligendi, cap. 5. num. 10. & quæst. forens. lib. 1. quæst. 25. num. 27.* Petrus Barbosa *in l. Titia, ff. soluto matrim. n. 38. & 54.* Mendez à Castro *in praxi Lusitana, lib. 2. cap. 11. à num. 13.* Bernardus Grauæ *ad pract. Cameræ imperialis, lib. 1. conclus. 144 sequent.* Farinacius *in fragm. Crimin. p. 2. littera I. à num. 512. vsque ad 539.* Riccius bene, *collect. 204.* item latè agit Ripol *var. c. 3. de iudice imcompetente*, post inhibitionem, Valenzuela *cons. 95.*

De auocatione causarum agunt Doctores per 7
Textum nostrum, & quod Princeps supremus causam motam coram inferiore ad se aduocare possit, docent Antonius de Petra *in tract. de potest* Principis *cap. 6. num. 69.* Bernardus Grauæ *ad practicam imperial cameræ. lib 1, conclus. 4.* Barbosa *in l si quis postea quam, num. 17. ff. de iudiciis*, & de auocatione causarum per Iudicem supremum, Narbona *in l. 59. tit. 4. lib. 2. recopil. Glossa 1. à num. 195.* benè, & distinctè Couarruuias *pract. cap. 6.* alij referuntur infra *quæst 4. versic. ad vltimam*, igitur sub nostro Textu nonnulla de inhibitione Iudicum inferiorum, & de auocatione causæ dicam quibus fiet optime gradus ad intellectum harum tractationum: Et in nonnullis causis procedit reseruatio, auocatio, vel cognitio per Pontificem, iuxta quæ adduxi per Textum nostrum, & Trident. *in cap. 20. sess. 24.* dixi supra, *in cap. 1. de foro comp. quæst. 3. & à num 7.*

Et adiunges dicta *infra in cap. de confirmationibus 2. de confirm. vtili vel inutili, quæst. 1.* versic *ad secundam*, vbi de auocatione per impositionem manus Papæ, & aliqua etiam vbi *sub c. penult.*

Quæstio I.

An inhibitio detur per laicum contra Ecclesiasticum, vel è contra: Et an Vicarius Generalis possit inhibere foraneum: Et qualiter à conseruatoribus detur inhibitio: Quid possit Iudex incompetens post inhibitionem: Et quando per appellationem Iudex ad quem inhibeat Iudicem à quo: Et de aliis?

Summarium.

1 *Inhibere potest Ecclesiasticus iudex laicum in concernentibus ad eius cognitionem, & è contra laicus Ecclesiasticum in mere profanis causis, n.2.*

3 *Inhibitio datur sine causæ cognitione in casu notorio.*

4 *Inhibitio contra ius, & iurisdictionem laici decreta, est nulla, nec causat attentata, nec ligat manus iudicis, si non Canonice decreta sit, num.5.*

6 *Inhibitio iusta, sine iniusta est timenda, sicut excommunicatio, & quando sic procedat. num.7. quid si causa sit mixti fori, numero 8.*

8 *Laicus iudex potest cognoscere, cum agitur de excludendo patrono ab ipso iure patronatus: & num sit competens super causis beneficialibus, si collatio beneficij pertinet ad Regem, num.10.*

9 *Inhibere num possit Ecclesiasticus iudici laico, cum agitur de possessoriis beneficialium.*

11 *Vicarius Generalis Episcopi potest inhibere foraneum, n.12.13.*

12 *Vicarius foraneus reputatur pro delegato cum certæ causæ sint ei comissæ sed Vicarius Generalis dicitur ordinarius index.*

14 *Inhibitio potest decerni à conseruatoribus contra ordinarium, si non sit dubium de superioritate, secus si non constet, donec causa competentiæ fuerit determinata, num.16.*

15 *Inhibitio trahit secum decretum irritans.*

17 *Inhibitio nulla, & iniusta, & contra ius idem iudicium pariunt.*

18 Trident. cap 14. sess.7. & cap.10. sessione 24. & in cap. 1. sessione 13. remissiuè.

19 *Ordinarius iudex potest procedere contra conseruatorem, siue delegatum excedentem metam sua commissionis, & contra executorem deputatum pro bullis pensionum.*

20 *Dictorium quod par in parem non habet imperium, quando non tollat iudici ordinario cognitionem.*

21 *Ordinarius index potest punire Principis delegatum delinquentem in causæ processu, & abutentem iurisdictione.*

22 *Conseruatores debent procedere, iuris ordine seruato.*

23 *Inhibere potest iudex laicus Ecclesiasticum proferentem aduersus laicum excommunicationem in diem, aut sub conditione si interim sit ab ea appellatum.*

24 *Inhibitiones à laicis non solent concedi aduersus Ecclesiasticos iudices, donec prius ex meritis processus sibi constet appellationes iniuste denegatas fuisse.*

25 *Iudex ad quem, quando per appellationem inhibeat iudicem à quo, remissiuè: & quando possit inhibitionem decernere, id est quo tempore, n.28.*

26 *Inhibitio, vt queat dici Canonica, debet habere citationem, quorum interest: & quando Canonica dicatur, n.29.*

27 *Archiepiscopus antequam inhibeat suffraganeo, quid prius consideret.*

39 *Inhibitio cessat, cum iurisdictio est dubia, item post conclusum in causa, n.1.*

32 *Inhibitio cessat in personis extraneis: & quando nullitas fuit in iudicio deducta, n.33.*

34 *Inhibitio cessat in Cardinalibus.*

35 *Inhibitio num locum habeat, quando eodem die, quo lata est sententia reperiuntur litteræ inhibitionis præsentatæ.*

36 *Attentasse num dicatur, qui habita inhibitione à Rota ibit ad consilium Regium pro manutentione suæ possessionis.*

AD primam quæstionis partem, & ad alias 1
vt bene respondeas leges quæ dixi supra, *in cap. tuam de ordine cognit. tota quæst.* 12. *à num.* 1. vbi egi de quæstione, an Iudex Ecclesiasticus faciat vim inhibendo sæculari, qui incidenter cognoscit de causa Matrimonij, vel è contra, *à num.* 8. Igitur illis suppositis dicendum est breuiter quod in criminalibus Ecclesiasticis, & generaliter, vbi Iudici Ecclesiastico est reseruata cognitio, non possit Iudex laicus, etiamsi præueniat in causa cognoscere de meritis ipsius; & tunc rectè inhiberi eum posse ab Ecclesiastico procedendo per censuram. † Sicut in casu con- 2
uerso, si Iudex Ecclesiasticus procedat in causa mere temporali, inter laicos potest Iudex laicus inhibere Ecclesiastico, taliter, vt si ipse procedat ad vlteriora, sit casus notoriæ violentiæ, implorato Regis auxilio, voluit Ceuallos *in pract. quæst.* 897. *à num.* 986. probans prædictam conclusionem ex Innocentio, quem allegat Baldus *in margarita*, verbo *iudex*, & verbo, *laicus*, Cepola *consil. crimin.* 10. *num.* 2. Glossa *in cap. decernimus de sent. excommunic. lib.*6. Boërius *decis.* 114. *num.*2. † Et addit, Ceuallos *nu-* 3
mero 988. quod etsi regulariter loquendo, nunquam detur inhibitio sine causæ cognitione: tamen hoc fallere in casu nostro, quod expendes, Iuxta quæ dixi, *in d. c. tuam de ordine cognit. d. q.* 12. *versic. ad tertiam.*

Sed si inhibitio concedatur contra Ius & ad- 4
uersus Iurisdictionem, de qua laicus est Iudex competens, de Iure, vel de consuetudine talis inhibitio, vti non Canonicè facta erit nulla, & per consequens, & excommunicationis pœna; qua iubetur Iudici sæculari, vt desistat à causa, Baldus *in l. consulta, num.* 1. *ff. de testament.* vbi Salicetus *num.*3. tradit, Marta *de iurisdict. p.*3. *c.* 41. *num.*11. Et sic inhibitio non canonicè facta, non inducit actus nullitatem, nec causat attentata; etiamsi adiecta inhibitione non fuisset appellatum: docent, Abbas *in c. cum venissent, num.* 4. *de restit. in integrum*, Decius *consf.* 460. *num.* 20. Parisius *consf.* 108. *num.* 11. *volum.* 1. Rolandus à Valle *consf.* 77. *num.* 26. † Quia inhibitio non 5
Canonicè decreta, non ligat Iudicis manus,

Rota

Rota *in decis.48. hoc tit. in nouis.* Parisius *cons.* 188. *num.9. &* 21. maximè quando notoriè constat de iustitia inhibitionis, vt docet Rota *in decis.75. de appell.* in antiquis.

6 Et quod dicitur nempe, vt inhibitio iusta, siue iniusta est timenda, sicut excommunicatio: intelligunt Doctores, quando Iudex sæcularis habet Iurisdictionem ab Ecclesiastico, & tanquam executor suorum mandatorum, vt tradunt Baldus *in l.1. in fine, Cod. quomodo, & quando index*, Socinus *cons.99. num.2. volum.3.* Marsil.

7 *singul.*490. † Sed Ceuallos *dict. quæst* 897. *à numero* 993. vt verius intelligit procedere illam doctrinam in casibus prohibitis de Iure Canonico, in quibus, nec habet Iurisdictionem, nec præuentionem, vt *in cap. si iudex laicus de sententia ex-*

8 *communic. lib. 6.* † At verò si causa sit mixti fori non esse validam talem inhibitionem, ait vt potest contingere in causa Iurispatronatus, quando agitur de priuando patrono ob aliquam causam, quia tunc Iudex laicus est competens, *vt in cap. significauit defectibus*, vbi Felin. Lambert. *de iure patronatus lib.3. quæst 9. in princ. articulo*, quia cum tractetur de excludendo patrono ab ipso Iure patronatus laicus Iudex potest cognoscere: alia tradit videnda idem Ceuallos, quæ poteris deducere ex his, quæ adduxi, *in cap. quanto 3. de iudiciis:* & de multis casibus mixti fori dixi *in c. cum sit generale de foro comp.* vbi prædicta Doctina valet exemplificari.

9 Alia etiam tradit videnda ibi, *à num* 997. Ceuallos *dict quæst.*897. nempe, vt Ecclesiasticus nequeat inhibere laico cognoscenti de possessoriis beneficialium, quia huiusmodi possessoria, sunt temporalia, ad quod videbis quæ dixi suprà, *in c. fin. de iudiciis, quæst.2. per totam.* vbi latissimè dixi,

10 *de his possessoriis.* † Etiam addit ipse Ceuallos *à num.*999. esse Doctores existimantes secularem esse Iudicem competentem super causis beneficialibus, etiam de proprietate tractetur, dummodo collatio beneficiorum pertineat ad Regem, & prosequitur vsque ad 1002. vbi dicit contrarium practicari eo, vel maxime quod Ius, seu priuilegium Pontificis, sit solum præsentendi, aut nominandi tantum prælatos ad prælaturas; sed collationem præbendæ tantum pertinere ad Ecclesiasticum, vt aduertit, Marta *de iurisdict. p.2.c.39. & c.40.* & ibi *à n.*17. omnino videndus; sed tu poteris resoluere ex his, quæ adduxi suprà, *in d c. quãto 3. de iud q 3. de iud. q.5.* vbi dixi de quæstione, an laicus Iudex possit aliquando beneficia cõferre, & esse Iudex super causis beneficialibus.

11 Ad secundam quæstionis partem, an Vicarius Generalis possit inhibere foraneum, & affirmatiuè respondetur, quia sicut potest appellari à sententia eius ad Vicarium Generalem, vt tradit. Rota *in decis.3. num.8. de officio Vicarij in nouis.* Abbas *in cap.* relatum, *num* 8. versiculo, *hinc est de officio delegati*, similiter inhibitoriam concedere poterit Vicarius Generalis aduersus foraneum, quia in præuentione, & appellatione, est superior, Rota *diuersor. decis.*1131. *p.3.* Mohedan *decis.5. hoc titulo*, Marchesanus *de commis. 2. com-*

12 *mis. appellat. cap. 9. sub num* 19. † Et confirmatur quia vicarius reputatur pro delegato, potest appellari à Vicario foraneo, ad Vicarium Generalem ordinarium, vt tradit Baldus *in l. a proconsulibus, num.1. in fine ff. hoc titulo*, & ex eo dicitur delegatus quia causæ certæ ei sunt commissæ circa personas, vel res, vt tradit Ancharranus *in clement.2. num.7. de rescriptis.* † Quod non procedit in Vicario Generali ordinario, qui non habet causas limitatas, nec territorium, & sic dicitur ordinarius Sigismund. Scaccia *de appellat. quæst.7. num.*28. dicit sic Iudicandum quando casus occurrat, Ceuallos *de cognit. per viam viol. p.2. quæst.* 148. vbi dicit ita de facto contigisse inter Vicarium Generalem Toletanum, & Vicarium Foraneum, *de cindad Real*, super quadam portionariorum Toletanæ Ecclesiæ causa, in qua cum per vim ad hanc Regiam cancellariam fuisse allata, fuit remissa tota causa ad Vicarium Generalem Toleti. 13

Ad tertiam quæstionis partem qualiter à conseruatoribus, detur inhibitio, vt bene, vt discrete expendas adiunges hic quæ iam late dixi, de potestate, & Iurisdictione horum Iudicum conseruatorum, *in cap. de foro compet. quæst.12. per totam* & alibi: solent ergo à Iudice conseruatore dari mandata inhibitoria, vt ordinarius non cognoscat in causa; & quia non est leue dubium qualiter operentur, & quando, dico resolutiue; quod inhibitio consideratur duplici modo, primo quando Iudex qui dat inhibitoriam est superior, de cuius Iurisdictione, & superioritate nulla est dubitatio, & tunc litteræ inhibitionis erunt obediendæ, aliter vt omnia acta post inhibitionem sint nulla, & attentata, vt fuit Iudicatum, in vna toletana Canonicatus 1. Februarij 1595. & in vna consentina 1445. tradit Flaminius *de resign lib.2. quæst.3. num* 91. in tantum quod ea quæ de Iure non sunt attentata, subjiciuntur huiusmodi vitio post inhibitionem, vt probat, cum multis Ceuallos *in pract. dicta quæst.*897. *à num.*744. vbi *à num* 748. dicit etiam procedere, si sententia sit executoria, & inhibitio fuerit intimata ante executionem, vt docet Thesaurus *decis.49. per totam.* † Ex eo quia inhibitio trahit secum decretum irritans, & qui vt docet, Lancelotus *de attent. cap. 50. ampliat* 1. quod à principio erat licitum post inhibitionem sit illicitum, & prosequitur idem Ceuallos cum multis ab eo relatis, & probatur ex adductis, *in cap. bonæ* 51. *hoc tit. quæst.5. à num.*1. 14 15

Secundo autem modo consideratur inhibitio, quando non constat de Iurisdictione, imo super ea vergit lis, & controuersia; & in hoc casu non poterit Iudex delegatus, nec conseruator inhibere Iudici ordinario, donec causa competentiæ fuerit terminata, & si de facto inhibitio data fuerit, non est ei parendum, cum potius ordinarius, quam conseruator habeat fundatam Iurisdictionem: sic Rota *in decis.58. hoc tit. in nouis. & in 75. eodem in antiquis*, Surdus *cons.*424. *num.35. lib.3.* Mandosius *in tract. de inhibitionibus, quæst.*28. *num.2.* Vantius *de nullit ex defectu Iurisdict. n.*148. Couarruuias *in pract quæst.24. num.2.* † Et idem Iudicandum de inhibitione nulla sicut iniusta, & contra Ius: docent Surdus *dict. cons.* 224. *num.*54. Abbas *in cap.2. de in integrum, restitut.* per Textum ibi, *num.5.* Marta *de iurisdict.2. p. cap.4.* vbi explicat an quilibet Iudex possit cognoscere an sua sit Iurisdictio, & an possit ab altero inhiberi; ad quod adiunges, d *in cap. pen. de foro comp. quæst.*16. 16 17

Alia plura tradit Videnda Ceuallos; vbi supra *à num.*754. expendens, *à num.*759 *Trid. in cap.*14. *sess.* 7. ibi, *inhibitionibus aduersus præmissa nequaquam valituris, & in cap.10. sess* 24. ibi nulla inhibitio, *executionem quoque impediat, & in c.1 sess.*13. 18

AAa 4 ibi,

ibi, *Nec Epiſcopus nec Vicarius appellationi huiuſmodi tanquam friuolæ deferre teneatur, ſed ea, ac quacumque inhibitio ab appellationis iudice emanata, nonobſtante, ad vlteriora valeat procedere,* quibus in locis eſt videndus Barboſa, & ante eum Farinac. & Marcilla.

19 Poteſt enim ordinarius Iudex procedere contra Iudicem delegatum, ſiue conſeruatorem, qui excedit metam ſuæ commiſſionis, & Iuriſdictionis, vt tradit Gigas *de penſion. quæſt.* 70. contra executorem deputatum in bullis reſeruationis penſionis, quia ſi contra penſionarium nullitet, & de facto procedat contra formam mandati, tunc poterit adiri ordinarius, vt cognoſcat de prædicta nullitate: docent Dominicus *in cap. ſtatutum, §. fin. in fine de reſcriptis, lib.* 6. & Buttius *in cap. ſtuduiſti num.* 6. *de officio delegati*, vbi dicit quod licet inferior Iudex non poſſit ſe intromittere de
20 geſtis à ſuperiore. † Quia par in parem, non habet imperium nec minor in maiorem, vt dixi ſupra, *ſub cap.* 7. *hoc titulo*, & probat Textus, *in l. & eſt receptum ff. de receptis arbitris*, ſed illud procedere, vbi geſta per ſuperiorem ſunt valida, ſeruata forma commiſſionis, ſecus ſi nulla, quia tunc non tollitur ordinarij inferioris cognitio; & examinatio, vt quotidie practicatur contra Iudices executores Regios, qui excedunt tramitem ſuæ commiſſionis: tradit Auiles *in cap. prætor, cap.* 1. *num.* 33 Gloſſa *verlamando*, Montalbus *in l.* 4.
21 *tit.* 7. *lib.* 1. *fori leg. Gloſſa fin.* † Vbi tenet quod ordinarius poteſt punire delegatum Principis delinquentem in cauſæ proceſſu, & abutentem Iuriſdictione ex Textu, *in Authentica*, vt Iudices ſine quoquo ſufragio, §. *volumus collect.* 1. & cum infinitis alia adducens probat, Ceuallos *d. quæſtione* 897. *à num.* 765. adducens, *à num.* 772. rationem, quia quando talis delegatus, vel conſeruator excedit modum agendo contra Iuris formam, & ſuæ particularis commiſſionis, illud facit tanquam priuatus; & ſic ceſſat eius delegata Iuriſdictio.

22 Verum ad tollendas prædictas controuerſias inter Iudicem ordinarium, & delegatum, diſpoſuit ſacrum concilium, *in cap.* 14. *ſeſſ.* 14. de qua *dixi in dict. cap.* 5. *de foro competenti, à num.* 42. *& à num.* 43. quod debent conſeruatores procedere, Iuris ordine ſeruato; & quod poſſint recuſari dixi *in cap.* 4. *eodem titulo quæſtione* 43.

23 Ad quartam quid poſſit Iudex incompetens poſt inhibitionem, iam ſatis ex prædictis apparet, & comprobatur ex dicendis; ſed notabis ſequentia quod optime queit Iudex laicus inhibere Eccleſiaſticum, quando iſte aduerſus laicum proferr ſententiam excommunicationis, non pure, ſed in diem, vel ſub conditione, ſi hoc, vel illud fecerit, ab huiuſmodique ſententia fuerit appellatum, ante diei, vel conditionis euentum, quam appellationem validam eſſe affirmant Lancelotus *de attent.* 2. *p. cap* 12. *in præfat. n.* 101. *& limit.* 11. *ex num.* 30. Couarruuias *in cap. alma mater, p.* 1. *num.* 4. §. 10 verſic. *imo licet*, Guttierrez, *lib.* 1 *Canon. cap.* 4. *ex num.* 14. cum aliis, Zenedo *in practic quæſt.* 45. *num* 47. inferentes, nam ſicut huiuſmodi appellatio ante aduentum conditionis interpoſita, ſuſpendit ſententiam excommunicationis prolatam; ita ſimiliter nec Eccleſiaſticum procedere poſſe; ob idque poſſe laicum illum inhibere, ne aduerſus ſic excommunicatum appellantem aliquid attentet.

Notabis ſecundo quod Iudices laici nunquam ſoleant inhibitiones concedere aduerſus Eccleſiaſticos Iudices, quin prius ex meritis proceſſus ſibi conſtet iniuſte appellationes eſſe denegatas ab ipſis Eccleſiaſticis, quæ alias erant de Iure admittendæ, cenſent Couarr. *ſup. num.* 3. Portel *in ſchol ad Molin in* §. *iudex, num.* 24. Zenedus *ſuprà dict. quæſt* 45. *num.* 48. vbi alia tradit; *& n.* 49. docet de praxi Regni Aragoniæ ad tollendam inhibitionem. 24

Ad quintam quæſtionis partem, quando per appellationem Iudex ad quem inhibeat Iudicem à quo: ex dictis ſufficienter colliges, & tradit, Riccius *collect.* 204. ad Textum, *in cap. Romana, §. ſi verò cum aliis, hoc tit.* igitur notabis ſequentia ad hoc, vt intelligas, quando habere poſſit, vel non locum inhibitio. † Igitur ad hoc vt queat dici legitima, & Canonica, debent partes, quarum intereſt citari, Michael Graſſis *tom.* 2. *comm. opin. lib.* 7 *tit.* 14. *num* 159. *pag.* 270. Vant. *de nullit. ex defectu iuriſdict. ordin. n.* 55. Auend. *de exequend. mandatis, p.* 1 *cap.* 22. *num.* 10. Couarr. *in pract. c.* 24. *num.* 3. Minſing. *cent.* 3. *obſeruat.* 87. Surd. *conſ.* 224. *num.* 41. Guttierr. *de iuram. confirm. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 31. Gratian. *reg* 169. Bernard. *reg.* 376. tradit Riccius *vbi ſuprà*, verſic *quæro*, ex Rota *in deciſ.* 26. idem, Riccius confirmat, *collect.* 203 ad Textum, *in l. de vnoquoque. ff. de re Iudicata*, vbi congerens caſus, in quibus neceſſaria eſt citatio, idem de hoc aſſerit: Videbis Ripol *var. c.* 3. *à n.* 198. 25
26

Secundo antequam Archiepiſcopus inhibeat ſuffraganeo, debet conſiderare, an per appellationem, ſit deuolutum negotium, & cauſa, & an appellatio ſit legitime interpoſita, Stephanus Quaranta *in ſumma Bull.* verb. *Archiepiſcopi authoritas, num.* 18. verſiculo, *ſecundo principaliter*, Barboſa *in d. c. Rom.* § *ſi vero, hoc tit lib.* 6. 27

Tertio quod in caſibus à iure prohibitis, poſſit Iudex ad quem inhibitionem decernere, ſtatim poſtquam cognoſcere ceperit, verum recipienda ſit appellatio: ſic probat Textus *in dict c. Romana*, § *ſi autem*, vbi Barboſa, *num.* 12. dicit innouari, *per Trid. ſeſſ.* 22. *de reform. c.* 7. tradunt, Abbas *in c. cum ſpeciali*, §. *porro, n.* 6 *hoc tit.* Octauian. Veſtrius *lib.* 7. *c.* 3. *n.* 11. 28

Quarto quod Canonica inhibitio, dicitur quoties ea facta fuit præuia cauſæ cognitione, ad hoc vt appellatio ſit recipienda ex cauſa probabili, vt iam dixi, & docent Couarruuias *in d. c.* 24. *pract. num.* 3. verſic. *tertio*, Barboſa *in dict. cap. Romana, n.* 11. agit bene Ripol *var d. c.* 3. *à n.* 189. *&* 198. vbi dicit quod in notoria Iuriſdictione, non eſt neceſſaria cauſæ cognitio, vt pote iam explicui, in verſic. *ad ſecundam.* 29

Vnde euenit vt ceſſet inhibitio, primo quando Iudicis Iuriſdictio eſt dubia, vt colligitur ex adductis in hac quæſtione; interim non eſt inhibendum, donec de Iuriſdictionis veritate cognoſcatur: docent Minſing. *cent.* 3. *d. obſern.* 87. & iam relati, & Riccius *d. collect.* 204. in verſic. *ceſſat.* † Qui dicit etiam ceſſare ſecundo poſt concluſum in cauſa ex Rota *dec.* 29. *ſub tit. de dolo, & contumacia in antiquis*, vbi id limitat in caſu eiuſdem Rotæ *dec.* 30. 30
31

Ceſſat etiam inhibitio in perſonis extraneis, quia colligitantibus tantum ſit inhibitio idem Riccius ſupra ex eadem Rota *in d. tit. de dolo deciſ.* 58. † Item ceſſat quando nullitas fuit in Iudicio deducta & eius probatio requireret altiorem indaginem Minſing *cent.* 4. *obſer.* 64. † Ceſſat & 32
33

quinto

quinto in Cardinalibus, qui non inhibentur ob reuerentiam, Rota *in decis. 25. de dolo*, sicut nec Cardinalis inhibet alteri Cardinali ibidem, *in decis.* 31. eadem Rota, & Riccius supra.

35 Dubium tamen est an locum habeat, vbi si lata est sententia in eodem die, reperiuntur præsentatæ litteræ inhibitoriales, & non apparet de proprietate temporis; & in hoc casu Rota censuit inhibitionem esse subsequutam, tum propter validitatem sententiæ, tum etiam ad euitandum delictum, vt refert Achiles *in decis. fin. eodem tit.* sed Riccius dicit *sub dict. collect.* 204. versiculo, *quæro lata*, hanc decisionem non esse sine scrupulo, ideoque senatum Pedmont. attentata difficultate, voluisse sequi quandam mediam viā, tenendo prædictam opinionem, sed cum temperamento, vt appellator ex officio in integrum restitueretur; & sic restitutus fuit ad prosequendam appellationem, prout testatur Thesaur. *in decis.* 40. tradit idem Riccius dicens, quod cum hæc quæstio tractaretur, ipse cum aliis superuenit, casu Rom, Anibal, fontanetosa adolescens studiosissimus, qui audita discussione allegauit, *decis.* 387. Afflictis quæ visa fuit ab omnibus commendata.

36 Dubium etiam est numquid dicatur attentasse, qui habita inhibitione à Rota ibit ad consilium Regium pro manutentione suæ possessionis, & Achiles de Grassis *in dec. 36. hoc tit.* negat, ad quod gesta post inhibitionem vocentur, vt attentata, etiam si appellatio appareat friuola, & multo magis si sit dubium, dixit Peguera *in decis.* 189. Riccius supra, versic. *quæro num*, ad quod videbis adducta supra, *in cap. bona* 51. *q.* 5. *à n.* 1. *hoc tit.*

QVÆSTIO II.

An si inhibitio fuerit notificata notario causæ valeant gesta per iudicem ignorantem: Et an sit differentia, inter inhibitionem simpliciter factam & inhibitionem cum clausula irritanti: Et an inhibitio possit fieri ex solo iudicis officio qui sint inhibitionis effectus, & de aliis remissiue: Et an Ecclesiasticus inhibere queat sub aliqua pœna: Et an concedatur inhibitio generalis?

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio, quæ non fuit notificata, non inualidat gesta per iudicem ignorantem, nisi facta fuerit motu propio ipsius inhibentis, n.* 2.

3 *Inhibitio simpliciter facta non annullat gesta per iudicem primitiuum ignorantem eam, secus si fiat cum clausula irritanti, n.* 4 *&* 5.

6 *Inhibitio reddit nulla gesta post citationem, & facit illicitum, quod antea licitum erat, n.* 7.

8 *Gesta appellationis causa, absque inhibitione valent, & si veniunt reuocanda, secus si præcesserit inhibitio, n.* 9.

10 *Corrigere potest iudex à quo sententiam, si inhibitio, non interuenerit.*

11 *Inhibitionis tenor est semper attendendus, quia si ea respiciat certum locum, non porrigit effectum vltra.*

12 *Inhibitio non conceditur post rem iudicatam, si extra curiam petatur inhiberi iudex etiam si quis petat audiri per viam ordinariam, aut prætextu nouorum instrumentorum.*

13 *Inhibitio non ligat tertium, sed tantum collitigantes.*

14 *Inhibitus iudex nequit procedere ad vlteriora, si vna parte prætendente coram seculari, inhibitionem tolli, altera appellante.*

15 *Iudex Ecclesiasticus inhibens potest laicum inhibitum mulctare pœna excommunicationis.*

16 *Inhibitio generalis non datur in causis Ecclesiasticis sed tantum, vbi præcessit sententia diffinitiua, aut prouisio habens difinitiua vim.*

17 *Inhibitio quandoque resoluitur in vim citationis.*

AD primam quæstionis partem respondeo valere gesta per Iudicem ignorantem, cui non fuit notificata inhibitio etiamsi nota esset suo notario: docent Couarr. *in pract. q.* 9. *n.* 7. versic. *secunda conclusio*, circa medium, dicens necessariam esse scientiam huius inhibitionis: tradit, & sequitur Ripol, *var cap.* 3 *à n.* 202. cum Decio *in cap. si duobus num.* 12. *hoc tit.* Romano, *singul.* 57. *&* 566. per Textum, *in l. si forte. ff. de officio præsidis*, cumque prædictus Iudex ignorauerit prædictam inhibitionem, eo quod sibi non fuerat præsentata, clare dicendum venit gesta per iudicem post inhibitionem, ea sibi non intimata, nec notificata valere. † Nisi facta fuisset motu propio ipsius inhibentis, nam hæc ligat Iudicem ignorantem, & facit vt absolutè, per eum gesta nulla iudicentur, secundum plura, quæ ad hoc institutum refert Couuarr. *d. c.* 9. *n* 7. versic *secunda conclusio*. 1 2

Ad secundam quæstionis partem respondeo magnam esse differentiam, quia si simpliciter inhibitio prouideatur non annullat gesta per Iudicem primitiuum, si ipse ignorauit inhibitionem, Glossa communiter recepta, *in c.* 1. verbo, *referri. de concessione prubendæ, lib.* 6. Textus *in cap. dudum. §. considerantes, & in cap. penult. de prubendis, lib* 6. Innocent. & Felin. *in c.* 2. *de constit.* Decius *in c. cæterum de rescriptis.* † Quod si fiat cum clausula irritanti, afficit negotium, etiam ignorante iudice inhibitionem, adeo omnia post eam facta sint ipso iure nulla, siue hæc clausula sit apposita motu proprio Iudicis, vel ad partis petitionem: sic Ripol *d. lib.* 1. *var. cap.* 3. *n.* 205. *&* 204 ex mente relatorum. 3 4

Ad tertiam quæstionis partem, etsi ex dictis videatur, vt possit inhibitio decerni ex mero Iudicis officio, tamen Egidius *decis.* 157. Petr. Gregor. *de appell. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 21. quos refert, & sequitur Ripol *var d. c.* 3. *n.* 227. docent eam esse decernendam ad partis instantiam, quia debet præiudicium à parte allegari, Iuxta tradita per Bald. *in l.* 1. *in fine. ff. quomodo & quando iudex.* 5

Ad quartam quæstionis partem, qui sint Inhibitionis effectus respondebis ex dictis supra, & iterum discrete respondeo, primo quod gesta post citationem, & inhibitionem sunt nulla, *ex c. non solum, hoc tit. lib.* 6. de quo dixi late supra, *in d. c. bona, q.* 5. *à n.* 1 probat cum multis. Ripol *d. c.* 3. *var. n.* 186 † Secundus effectus est, vt faciat illicitum, quod antea licitum erat, vt iam *sub q.* 1. *dixi*, quia ligat manus personæ inhibitæ, cum inducat nullitatem actus facti post eam: tradunt Mandosius *in tract. de inhibition. q.* 1. *n.* 3. Lancelot. *de attentatis in præf.* 2 *p. 2. de attent. post inhibitionē.* Philippus 6 7

8 lippus Francus *in c.paſtor.hoc tit.n.5.* † Tertius ef-
fectus eſt, quod ſi introducta ſit appellationis
cauſa; abſque inhibitione, valent omnia geſta;
non obſtante appellatione, licet veniant reuo-
canda, de quo dixi ſupra, *in d. cap. bona ſub dict.
quæſt.* 5.

9 Tamen ſi præceſſerit inhibitio, omnia poſt eam
facta, nulla dicuntur ipſo iure, Philipus Francus
10 *in d.c.bona n.33.hoc tit.* † Et Ripol *ſup.d.c.3.n.*286.
vbi addit ex Lancelot. *ſup.c.*20. vt poſſit Iudex à
quo corrigere ſententiam, ſi inhibitio non inter-
11 uenit, ſecus ea non interueniente. † Quartus eſt
quod ſemper ſit attendendus tenor inhibitionis,
quia iuxta illius tenorem procedit effectus,
veluti ſi inhibitio reſpiciat certum locum,
nam extra illum non produnet effectum ali-
quem, veluti ſi apponatur in inhibitione clauſu-
la cum facultate inhibendi in curia, quia tunc
non poterit inhibere extra curiam Caſador. *de-
ciſ.4.n.1.* Mandoſ. *de inhibit.q.3. n.3.* Ripol *ſuprà,
num.*288.

12 His addo poſt rem Iudicatam, ſi extra curiam
petatur inhiberi Iudex, non concedi inhibitio-
nem, etiamſi petat quis audiri per viam ordina-
riam, *l. poſt rem ff. de re Iudicata*, vel prætextu in-
ſtrumentorum de nouo repertorum, *l. ſub ſpecie,
C. de re iudic. l. ſub prætextu, C. de tranſact.* & vtro-
bique Doctores, *c. ſuborta de re iud.* vbi dixi, *l.15.
tit.11.p.3.* Zepola *conſ.180.n.5.p.2.& conſil.ciuil.13.
n.9.* Ceuallos *in pract.q* 840.*n.*8. Puteus *deciſ.Ro-
tæ 20.lib.1.dec.301.n.2.& 3.lib.2.* Valenzuela cum
aliis, *conſ.68 n.38.*

13 Secundo addo quod ſi vnus euocauerit cauſã, &
obtinuerit inhibitionem, ſi lis contra tertiũ mo-
ueatur, non poſſit tertius iuuari ea, quia hæc in-
hibitio ſolum liges colligantes, cum inter ipſos
facta cenſeatur, ob idque tertio non iuuare quaſi
res inter alios acta, *c. Rom. §. in alium, hoc tit. lib.6.*
vbi Philippus Franc. Ripol, *var.d.lib.1.c.3.n.225.*
Surd. *dec.*307.

14 Tertio addo quod ſi vna pars prætendat co-
ram Iudice ſæculari tolli inhibitionem curiæ
Eccleſiaſticæ, & pars, quæ inſtauit, inhibitionem
à prouiſione inhibitionis, non poſſit Iudex inhi-
bitus procedere ad vlteriora: docet Ripol *d. c. 3.
lib.1. var. n.*226. extra dictis per Antonium *in c.
tuam q.2. de ordine cogn.* Alex. *conſ.63.in cauſa & lite
verteme.vol.3.* Iaſon *in l.1. col.1. C. de bonor poſſeſſ.*
ſecundum tabulas.

15 Ad quintam quæſtionis partem, an dum Ec-
cleſiaſticus laicum inhibet, poſſit aliqua pœna
eum coercere; reſpondeo poſſe Iudicem Eccleſia-
ſticum ſub pœna excommunicationis inhibere
Iudici laico: docent Innocent. quem Baldus alle-
gat, *in ſua margarita*, verſic. *index*, & verſic. *laicus
ſi reum*, Cepola *conſ.crim.10.n.2.* Gloſſ. *in c. decerni-
mus de ſent.excomm.lib.6.* Bald. *in l. conſulta dualia
n.1.C. de teſtament.* Boër. *dec.114.n.4* Ripol *d lib.1.
var.n.212.vbi n.223.* cum Rota *dec.58. hoc tit. in
nouiſ.n.4.* ait quod ſi hæc excommunicatio Iuri-
ridice, & Canonice poſita non fuerit, non ligat
manus Iudicis ſæcularis.

16 Ad ſextam quæſtionis partem, an generalis
inhibitio admittatur, vt reſpondeas, adiunges no-
tata ſuprà, *in cap.2. & c.7 hoc tit.* item & *in c.2. de
libelli oblatione*, vbi an admittatur appellatio ge-
neralis, ſeu alternatiua, & ſic breuiter ad dubium
præſens reſpondeo in cauſis Eccleſiaſticis non
dari inhibitionem generalem, ſolum enim datur,
vbi præceſſit ſententia diffinitiua, aut prouiſio
habens vim diffinitiuæ, cuius grauamen nequeat
poſtea reparari, vt fuit deciſum per concilium;
trid.ſeſſ.24.cap.20.de reformat. & ibi declarationes
Sacræ Rotæ Romanæ congeſtæ per Balboam,
verbo *à diffinitiua vim habente*, & verbo, *à diffiniti-
ua reparari nequeat, n.19.* & in terminis, Ripol *d.
lib.2.var.c.3.n.228.& 229.* ipſum videbis ad alios
caſus, ſi legas ibi, *à n.173. ad 232. & a n.284.* † Qui 17
n.220. dicit vt quandoque inhibitio reſoluatur in
vim citationis, ſi pars compareat coram Eccleſia-
ſtico Iudice de ſuo Iure deducens: & cum hic
tranſeo ad auocationis materiam.

QVÆSTIO III.

An auocatio cauſæ ſemper fiat à Principe ſupremo, vel an poſſit exerceri inter alios Iudices inferiores: Auocatio cauſæ facta ad alterius petitionem quonam modo ſit intelligenda: Et an auocatio cauſæ, quæ fit cum decreto irritanti, operetur amplius, quam ea, quæ fit motu proprio: Et an auocatio cauſarum ſpiritualium, ad laica Tribunalia vetita ſit, ſub cenſura Bullæ cœnæ ſi cauſæ auocentur tantum à Iudicibus ſedis Apoſtolicæ: Et an iudices laici auocantes ad ſe cauſas Eccleſiaſticas excuſentur ex tolerantia ſummi Pontificis?

SVMMARIVM.

1 *Auocationis definitio.*
2 *Auocatio propriè fit litis pendentis, n.3.*
3 *Cognitio in quibus caſibus pertineat ad ſedem Apoſtolicam,* remiſſiue.
4 *Auocandi cauſarum ius tantum ſpectat ad Papam, & ad Principem ſupremum: & in praxi competit etiam aliis, à num. 6.*
5 *Papa concurrit cum quolibet ordinario iudice.*
6 *Epiſcopo queit auocare, cauſas quæ vertuntur coram ſuis vicariis: expenditur, numero 7.& 8.*
7 *Auocandi ius competit omnibus, quibus ius tollendi, & reuocandi facultas eſt, quæ auocatio eſt potius aſſumptio cauſæ, n.8.*
9 *Auocatio cauſæ à quo tempore ſortiatur effectum num.14.*
11 *Iuriſdictio acquiritur per præſentationem reſcripti.*
11 *Delegatus iudex non accipit iuriſdictionem, ante commiſſionis præſentationem.*
13 *Executor iuriſdictionem exercere nequit, dum ei litteræ præſentatæ non ſunt, etiamſi ſciat facultatem competere.*
14 *Executor gratiæ etſi acquirat iuriſdictionem à tempore, datæ illam, tamen exercere non poterit ante præſentationem litterarum.*
15 *Auocandi iudicis acta valent, dum auocatio ei intimata non ſit, etſi ſciat expeditas contra ſe litteras auocationis, n.16.17.*
16 Cap. audita de reſtit. ſpoliat.
17 *Auocatoriæ litteræ habent tacitam conditionem, ſi is, pro quo ſunt expeditæ, velit iis vti.*

18 Cap 2. de officio deleg.
19 L. si forte, ff de officio Præsidis.
20 Cap. si duobus de appell. lib. 6.
21 *Auocatio causæ cum decreto irritante, actus annullat, & afficit ignorantes, & inscios: expenditur, n. 22. & 23. etiamsi adsit iusta ignorantia & probabilis, n. 24.*
23 *Clausula* decreti, irritantis, *afficit ignorantes siue ad petitionem partis, aut efficio iudicis, & operatur à die data, num. 25. etiam quoad Papam, nisi faciat contra decretum motu propio, num. 26.*
27 *Clausura decreti irritantis in auocatione causæ extenditur ad executorem apostolicum, quocumque modo emanauerit, etiam causa non cognita.*
28 *Auocatione vti nolens, facit vt omnia gesta valeant, non obstante decreto irritanti.*
29 *Decretum irritans nihil operatur, nisi is, pro quo fuit appositum acceptauerit, ac vti eo velit, & de eo opponat.*
30 *Decretum irritans non ampliat dispositionem, nec operatur in fauorem tertij, n. 31.*
31 *Decretum irritans obtentum in gratia de aliquo beneficio obtenta, non afficit ordinarij manus, si non sit reseruatum, nec vltra alium modum, præter expressum, num. 32. & censetur sub repetitium, positum in gratia subreptitia, num. 33.*
34 *Irritans decretum deficit non subsistente causa principali, cui coheret, & adiectum conditionali dispositioni redditur conditionale, n. 35. nec operetur, non verificata conditione, num. 36.*
37 *Auocatio causæ non procedit motu proprio, nisi habita scientia iudicis inferioris, à quo auocatur, n. 38.*
39 *Iurisdictio semel data alicui, non censetur reuocata, donec ipse habuerit reuocationis cognitionem, etiamsi fiat motu proprio, n. 40. nisi fieret propter delictum, n. 41.*
41 *Tempus quando currat iuxta clausulam ex motu proprio.*
43 *Clausula* motu proprio, *non tanti est effectus, ac clausula decreti irritantis.*
44 *Auocatio causæ Ecclesiasticæ facta à iudicibus laicis sedis Apostolicæ, num prohibeatur, sub censura Bullæ in cœna, n. 45.*
45 *Particula aliis non sit repetitiua similium.*
46 *Auocatio causæ non fit à iudice laico ex negligentia iudicis Ecclesiastici.*
47 *Auocantes laici Iudices ad se causas Ecclesiasticas, non excusantur ex tolerantia summi Pontificis.*

1 VT ad primam quæstionis partem, & alias respondeatur præmitto dicendum quod auocatio est litis pendentis coram inferiore ad Principem, vel ad superiorem, absque pronocatione, facta translatio: sic Rebuffus *in tractat. de euocation. quæst. 2. super leges Regias*, Couarruuias *pract. cap. 9. num. 1.* qui eam sic definit ex Textu nostro, & ex *l. iudicium soluitur, ff. de iudiciis*, & ex
2 his, quæ virobique scripserunt Doctores. † Dicit enim vt litis pendentis fiat euocatio propria, siquidem lis, quæ nondum pendet, minime dicetur auocari: argument. Textus *in c ad dissoluendum de sponsimpub. l. decem, ff. de verb. oblig.* Textus in specie ista, *in c. Ecclesia in 2 vt lite pendente.*

Quare etsi iam late, *in cap. 2. de foro compet. sub quæst. 3. à num. 7.* dixerim de casibus, quibus in prima instantia ad sedem Apostolicam, cognitio pertineat, vel ad alios iudices ex commissione speciali præter Iudices ordinarios, vel in quibus ordinarij non habent cognitionem: tamen reuerà solum ille casus spectat ad Textum nostrum, & ad materiam de qua nunc loquimur, quando scilicet iam causa pendente, coram Iudice inferiore fit auocatio à Principe, seu Pontifice. 3

Vnde iam ad primam difficultatis partem videtur ex nostro Textu dicendum non omnibus iudicibus superioribus, sed tantum Papæ, aut Principi hoc Ius auocandi pertinere. & facit Trid locus, *in c. 20. de reform. sess. 24.* in illis verbis, *Nisi ex vrgenti, & rationabili causa iudicauerit summus Romanus Pontifex, per speciale rescriptum sanctitatis suæ manu propria subscribendum committere, aut euocare;* quo in loco, cum agat de Iurisdictione Iudicis ordinarij, dicit eũ nõ cognosceret si alias à Papa alij cognitio cõmittatur vel causa, quæ pendet iam coram inferiore per eum auocetur suo speciali rescripto: ergo cum nulli alio superiori concedatur, facultas expediendi simile auocationis rescriptum sit, vt tantum Papæ, aut Principis supremo, hæc auocatio causæ pendentis concedatur, & non aliis iudicibus; & confirmatur ex adductis supra, *in cap. 7. hoc tit.* † Et ex eo quia Papa concurrit cum quolibet Iudice ordinario; eoquod omnium sit ordinarius, & Iudex supremus, vt tradit Ioannes Vbamesius *hic n. 3.* 4 5

Tamen etsi hæc vera sint adhuc video Doctores tenere, vt hæc auocatio locum etiam habeat, respectu etiam aliorum, veluti de vicariis Episcoporum, à quibus Episcopi causas coram eisdem vicariis vertentes in qualibet Iudicij parte; adsẽ auocare possunt, vt probat hic Abbas *n. 1.* Decius *n. 1.* Franch. & alij, Gemin. *in cap. fin. de officio ordinarij, lib. 1.* Couarruuias *in pract. dict. cap. 9. num. 1.* versic. *primo hinc deducitur,* Auendañ. *de exequend. mandatis p. 1. cap. 5. num. 11.* Scaccia *de iud cap. 66. num. 10* circa finem, *lib. 1.* Iacob. Laurent. *de iudice suspecto. cap. 4. n. 7. ad med* Gonzalez *in reg. 8. Cancel. Glossa 52. n. 28* fuit expresse decisum per Rotam in vna valent. Iurisdiction. die 20. Maij 1591. teste Cardinali Seraphino *decis. 948. tom. 1 per totam.* 6

Cuius rei hæc videtur ratio potissima, quia licet huiusmodi auocandi potestas, sit supremæ potestatis iudicium, vt proxime dictum est; nihilominus ea potestas omnibus illis, quibus Iudices tollendi, & reuocandi facultas est, libere competit, *dict l. iud. soluitur 38. ff. de iud.* Sed cum Episcopus Vicarium ab eo deputatum ad libitum reuocare valeat, vt communis sententia profert, & tradit Narbona *in l 59. Glossa 2. n. 100.* cũm pluribus aliis, *lib. 2. tit. 4. recop.* quod latissime comprobabis ex his, quæ adduxi, *in c. 4. de foro compet. q. 12.* vbi agẽs de illa quæstione, an recusato Episcopo, censeatur recusatus eius vicarius, vel ècontra; ideo fiet, vt Episcopus auocet causas à suo Vicario, cum vt ait Couarruuias *vbi suprà*, quia cum libere Episcopus suo Vicario Iurisdictionem commiserit; & ob id sit idem Tribunal, non esse mirum, vt Episcopus à Vicario suo possit causam auocare, & ita in hoc casu practicatur. † Et mihi videtur hanc non esse proprie auocationem causæ pendentis, sed assumptionem cognitionis, hoc est examinationis eiusdem causæ à Vicario agitatæ, qui vices gerit Episcopi in eodem Tribunali 7 8

Tribunali vt postea de locum tenente prætoris,
videbis quæstione sequenti secundum distin-
ctionem praxis antiquæ,& modernæ.

9 Ad secondam quæstionis partem , quomodo
sit intelligenda auocatio causæ ad alterius peti-
tionem , & multi existimant sufficere , vt Iudex
inferior , cuius Iurisdictio reuocatur , habeat
scientiam huiusmodi reuocationis: sic Domini-
cus *cons* 47. Imola , & Decius *in cap. caterum* ,
num. 8. & addit, Ripa *in cap. cum M. de constit.*
num. 196. hanc opinionem esse receptam , apud
curiam Romanam , vt tandem aliud sit concedi à
summo Pontifice imperanti secundum rescri-
ptum , & secundos Iudices simpliciter , aliud
reuocari priorem Iudicum Iurisdictionem , ab
eisque auocari causam , eum in hoc posteriori
casu ex Authoritate Textus nostri, possit defen-
di , & probari , quod sufficiat scientia hu-
ius reuocationis , vt Iudex non valeat vl-
terius de causa cognoscere , nec tractare.

10 Coutrariam nempe opinionem , vt oon tol-
latur Iudici cognitio, donec qui impetrauit auo-
cationem , & obtinuit , voluerit ea vti , hoc est
dooec fuerit per impetrantem reuocatio ei ob-
iecta , & exhibita Iuxta Textum *in cap. andita de*
restit. spoliat. tenent ibi Abbas,Innocentius, An-
tonius , Cardinalis, & Felinus *in cap. caterum de*
rescriptis ' hanc dicit communem Ripa , *vbi su-*
prà , Couarruuias *dict. cap.9.pract. num* 9.vbi di-
cit hauc magis conuenire reipublicæ vtilitati,ne
illusio fiat facilime causarum , litiumque difini-
tionibus, sic deducens *ex cap. gratum de officio de-*
legat. cap. super eo el 2. hoc tit. vbi Præpositus *no-*
tabili vltimo , Archidiacon. *in cap. is qui de pro-*
curator in 6. Baldus *in l. mandatum, colum. penult.*
*Cod. mandati,*idem Baldus *in l.1.Cod.vt lite pend.*
Decius *cons* 295 *col.*2. imo, & Imola sequitur ex-
pressim *in d.c.caterum.*

11 Et confirmatur, nam per præsentationem res-
cripti , aut priuilegij, est acquisita Iurisdictio Iu-
dici , Garcia Gironda *de priuileg. sea exempt. nu-*
mero 1237. nec enim delegatus habet causæ po-
testatem , aut exercitium , ante litterarum præ-
sentationem , Menochius *de adipisc. remed.* 4. *à*
*num.*410. non enim Iurisdictio in actu datur ante
expeditionem , Flamin. *de resignat. benef. lib.* 7.
12 *quæst.* 21. *num.* 13. † Et demum quod quilibet
Iudex delegatus , non respicit potestatem, exer-
citium , nec Iurisdictionem , ante commissionis
præsentationem , vt tradunt Cassan. *cons.* 1. *nu-*
mero 18. Guid. Papæ *quæst.* 586. Antonius Ga-
briel *comm. opinion. lib.* 2. *de executione rei Iudica-*
13 *ta conclusione* 3.*num.*4. † VbI *num.* 6. subdit hoc
procedere etiam si executor sciat facultatem sibi
competere , sed nondum sibi litteræ præsentatæ:
late Salgado *de protectione Regia tom.*1. *disp.* 599.
num. 2. & Nicolaus Garcia *de benef. p.* 6. *cap.*2. *à*
14 *num.*7. † Vbi addit quod licet executor gratiæ
acquirat Iurisdictionem à tempore datæ ; illam
tamen exercere non possit ante præsentationem,
& receptionem litterarum ; & *num.* 61. tenet ge-
neraliter procedere in quolibet Iudice delegato,
vt pariter ante præsentatas litteras delegatorias,
non habeat exercitium Iurisdictionis: refert,& se-
quitur Barbosa *in cap.* 11. *hoc tit. à num.* 4. & fa-
ciunt quæ notanter dico. *suprà in cap.9.cap.*15. *de*
elect. cap. auiritia eodem , lib. 6. *& in clem. ininste*
de elect.

15 Ita dixit , Rebuffus *tom.* 1. *ad leges gallicas*
tractat. de auocationibus , in præfatione , quæstion. 5.
num. 23. quod ante præsentationem , & rece-
ptionem litterarum , & voluntatis auocantis,
non dicatur Iudex cognoscens habere notitiam
auocationis , & *num.* 24. resoluit quod si Iudex
auocationem sciuerit ante litterarum præsenta-
tionem ei factam , adhuc acta valeant , imo *in*
tractat. nomin. quæst. 14. *num.* 71. dixit senten-
tiam latam à primis Iudicibus reuocatis , ante
notitiam reuocationis valere : tradit Barbosa *in*
cap. andita 4. *de restitutione spoliator. num.* 2. † Et 16
sic colliges ex *dict. cap. andita* , in verbis ibi, *nul-*
latenus reuocare teneris , valere processum,& om-
nia acta , Iuxta priores litteras per Iudicem re-
uocatum in litteris posterioribus , ante earum-
dem litterarum præsentationem , & receptio-
nem ex Glossa in verbo , *receptionem* , & *ibi*, Ab-
bas , alij cum multis aliis , barbosa *num.* 4. *ex l.*
si forte 17. *ff. de officio cius* , vbi intelligit proce-
dere in quibuscumque litteris euocatoriis.
† Huiusmodi enim litteræ habent tacitam , & 17
subintellectam conditionem ; scilicet si is , pro
quo emanarunt eisdem vti velit , vt colligitur ex
dict. cap. audita, qui magis de expressa , quàm ta-
cita reuocationi agit , vt ex eo notant omnes,&
in dict. cap. caterum , & Conarruuias *in dict. c.* 9.
practic. versic. *quinta conclusio*, vel vt addit Bar-
bosa dici potest dari reuocationem potestatis ,
& Iurisdictionis interim tamen sub illa tacita ,
& sub intellecta conditiooali , si ijdem litteris
impetrans vsus fuerit:alia tradit in confirmatio-
nem *ibi* , in versic. *amplia.*

Nec obstat Textus *in cap.* 5. *de officio delegat.* 18
per quem nonnulli dicunt sufficere scientiam
reuocationis aliunde collectam , quia responde-
tur verbum ibi, *innotuerit*, referendum esse ad no-
titiam legitimam,& secundùm Ius, quæ habetur,
& colligitur ex præsentatione , & intimatione
reuocationis, † Ita expendens Textum à con- 19
trario sensu, *in dict. l si forte ff. de officio Præsid.*

Et secundo non obstat Textus *in cap si duobus*, 20
in princ. hoc titulo, quia ipse non agit de reuocatio-
ne per litteras facta, sed de Iurisdictione suspen-
sa per appellationem,apud Iudicem interpositam
in qua specie siquidem à consensu partis , non
dependet meritò absque alia intimatione, & op-
positione litterarum , satis est quod Iudex sciat
citatum legitimè appellasse : sic eius expositores
intelligunt.

Ad tertiam quæstionis partem , an auocatio 21
causæ , quæ fit cum decreto irritanti , operetur
amplius, quàm ea quæ fit motu proprio; respon-
detur quod auocatio causæ, cum decreto irritan-
ti, habet eam vim, vt acta Iudicis inferioris post
illam etiam ignorantis , sint omnino nulla , hæc
enim clausula (vt vulgò dicitur) ex Glossa
communiter recepta, *in c.*1. verbo, *referri de con-*
cessione præb in 6. *& in c. si postquam de præb.* & Tex-
tus optimus *in c. dudum, §. consideramus, & in c. pen.*
*eodem tit. lib.*6: *c si eo tempore*, verbo , *ignoranter de*
*electione, lib.*6. ignorantes, & inscios prohibitione
afficit ; notatur etiam, *in cap si beneficia de præben-*
dis, lib 6 probat cum multis Couuarruuias omni-
no Videndus *dict. cap* 9. *pract. num.*7. Staphileus
de litteris gratiæ & institia fol. 41. † Et addit Bar- 22
bosa omnino Videndos *clausula* 40. *à numero* 7.
eos afficere non solùm si adsint ea verba , *vel*
ignoranter contigerit attentari , vt *in dicto cap.*
si eo tempore , verùm etiamsi non adsint ex
dicto

dicto c. si postquam, *& dicto cap. dudum*, *& cap. si beneficia de præbend.* Cassador. *decisione* 12. *n.* 5. *super Reg.* Couarr. *in cap. Alma Mater p.* 1. §. 10. *à num.* 4. Bonacos *comm. opinion. lib.* 1. *tit.* 18. *num.* 5. Flamin. *de resignation lib.* 5. *quæst.* 6. *à num.* 220. *& lib.* 11. *q.* 4 *n.* 44. *& quæst.* 13. *n.* 86. Farinac. *in fragm. crim. p.* 1. *lit. C*, *num.* 672. Ceuall. *in pract. q.* 903. *num.* 13. & hi omnes cum multis aliis.

23 Et in terminis nostri dubij Panormit. Imola, Felin. *n.* 18. & Decius *n.* 6. *in c. cæterum de rescriptis*, Ripa *in dicto c. bum M*, *de constit. n.* 196. Abbas *in cap. audita de rest. spoliat.* Dominicus *in cap.* 1. §. *ex parte de concessione præbendæ lib.* 6. ex quibus deducitur idem esse, siue clausula apposita fuerit motu proprio, siue ad petitionem partis, qui litteras à Principe impetrauit. † Et ampliant Doctores non solùm procedere, si adsit præsumpta scientia, verùm & si sit ignorantia probabilis, ac iusta non excuset ex *dicto c. si beneficia.* † Taliter vt à die datæ huiusmodi decretum operetur suum effectum, etiam ante scientiam priuilegiati, aut prouisi, & etiam ante constitutionis publicationem: quæ non requiritur ad huiusmodi effectum.

24

25

26 Et procedere dicunt Doctores, quos sequitur Barb. *dict. clausf.* 40. *à n.* 8. etiam quoad Papam, nisi faciat contra decretum motu proprio, vel ad instantiam partis ex certa scientia cum clausula derogatoria ipsius decreti: Ita ille ex multis, quos refert contrà Gonzal. *ad Reg.* 8. *Cancell. Gloss.* 67. *n.* 24. Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *cap.* 1. *à n.* 19. *ad* 30. Mart. *clausf.* 191. aliàs 255. *à num.* 1. Men. *cons.* 83. *n.* 23. Ricc. *collect. decis. p.* 5. *col.* 1596.

27 Et ampliat idem Barb. *n.* 11. etiam quoad executorem Apostolicum, & *ibi n.* 12. ait, vt procedat siue decretum emanauerit motu proprio, siue ad instantiam partis, siue iustè, siue iniustè, atque etiam siue causa non cognita, vt post alios tradunt Gabriel *comm. opin. lib.* 6. *de clausf. concl.* 3. *n.* 3. Monet. *de commun. vltim. volunt. c.* 7. *n.* 232. *&* 233. & Barb. cum infinitis *dict. clausf.* 40. *à n.* 13. limitat quadrupliciter hunc casum decreti irritantis, qui *n.* 2. ponit vnum effectum, & *n.* 18. alium *n.* 32. *& n.* 33. *& à n.* 34 expendit vsque ad decem effectus prædictæ clausulæ.

28 Quare iam ad propositum dicẽdum est quod si is, cuius causa, & in cuius fauorem causæ auocatio fiat, ea nolit vti, aut eidem renuntiauerit, tunc valere quidquid à Iudice factum fuerit, non obstante decreto, quod irrita decernit in contrarium acta, Dominic. *in c.* 1. *d.* §. *ex parte de concess. præben. lib.* 6. *col. penult.* quem sequi videntur Felin. & Dec. *in d. c. cæterum de rescript.* cuius opinionem probat latè Couarr. ex his quæ tradit *in c. quamuis pactum lib.* 6. *de pact.* 2 *p.* §. 2. *n.* 6. ipse *in d. cap.* 9. *pract. sub num.* 7. versic. *quid si*, & faciunt quæ longè adduxi *suprà in cap, si diligenti de foro comp.* & facit etiam; quia constat, vt huius decreti vis remittatur ex Principis voluntate, si ei pars renunciet, cum pars in sui ipsius fauorem sic obtinuerit; Ob idque parte renuntiante debet in Principe, & legis Conditore idem admitti, cuius voluntas debet considerari, vt ad eum effectum non obliget: Ex aliis probat videndus Couarruuias *sub dicto num.* 7. *pract. c.* 9.

29 versic. *deinde.* † Et confirmatur; quia decretum irritans nihil operatur; nisi is pro quo fuit appositum acceptauerit, secundùm Puteum *decis.* 130. *num.* 3. *lib.* 1. *in correctis*, & eo vti velit, ac de eo opponat Gonzalez *in Reg.* 8. *Cancellariæ Gloss.* 67. *num.* 52. Barb. *in Clem.* 1. *de concessione præbendæ num.* 7.

Notabis verò pro intelligentia prædictæ clausulæ, primùm quod decretum irritans non amplict dispositionem principalem; sed tanquam accessorium illius naturam sequatur. Nec operetur quando est ex causa falsa adiectum. † Item quod positum in fauorem vnius operetur in fauorem alterius; Et quod obtentum in gratia de aliquo beneficio obtenta, vti de reseruato, non afficiat manus ordinarij, si non sit reseruatum. † Quintò vt illud decretum irritans nihil operetur, ad hoc vt expresso vno modo vacandi veniat alius non expressus. † Et quod appositum in gratia subreptitia, & nulla pariter subreptitium sit, & nullum tanquam dependens ab illa Gonzalez *Gloss.* 67. *in dicta Regul.* 8. *Cancell. à num.* 55. *ad* 67. cum aliis idem Barbosa *in dicta clausula* 40. *à num.* 47. 30 31 32 33

Iterùm notabis, vt non subsistente gratia principali, cui cohæret decretum irritans, & ipsum decretum deficiat Geminian. *in cap. præsenti in principio*, versic. *nota quod* vbi Franc. *in* 3. *notabili de officio deleg. lib.* 6. Puteus *decis.* 108. *lib.* 3. *in correctis* Gabriel *dict. conclusione* 3 *n.* 82. † Barbosa *suprà* cum aliis *num* 54. qui *num.* 55. addit cum Doctoribus per Textum *ibi in Clem.* 1. *de concess. prælend.* vbi Glossa verbo *per ordinarium*, Gonzalez *dict. Gloss.* 67. *num.* 52. Moneta *vbi suprà cap.* 7. *num.* 254. & cum aliis quod decretum irritans adiectum conditionali dispositioni, ipsum etiam conditionale reddatur, &, suspendatur eius effectus in euentum conditionis. 34 35

Et addit Rota apud Farinac. *decis.* 516. *num.* 4. *p.* 1. *recent.* vt non operetur in concessione conditionali, non verificata conditione; Videbis ipsum Barbosam cum multis aliis *in Clem.* 1. *de concess. præb. num.* 6. 36

In secundo autem casu, quando fit auocatio motu proprio expressè, & absque decreto irritanti dixerunt nonnulli, vt reddatur omninò nullum quidquid post illam actum fuerit à Iudice inferiore, etiam ignorante: Sic Imola *in cap. cæterum de rescripi. & in cap. cum contingat eodem*, Francus *hic*, *num.* 8. ex ratione responsi huius Textus, Dominicus *cons.* 47. quasi hæc sit maxima huius clausulæ *motu proprio*, dicit communem Petrus Rebuffus *super leg. Regias tit. de euocation quæstione* 3. *num.* 19. Adducens ad hoc Francum *hic*. 37

Sed Abbas, Anton. Felin. & Decius *in d. cto cap. cæterum*, Innocent. *in dicto cap.* 1. *de concess. præb. lib.* 6. Præpos. hîc *col. vltima*, Petr. Rebuff. *in dicta quæst.* 3 & Couarr. *dicto cap.* 19 *pract. sub num.* 7. versic. *secundo* & in versic. *sed & falsam*, docent necessariam esse scientiam huius auocationis, quoad Iudicem inferiorem, vt nullum sit, quod postea ipse Iudex fecerit; & comprobatur maxima ratione. † Vt appatet ex Textu *in l. si fortè*, *ff. de officio Præsidis* cuius meminere Romanus *in singul.* 57. *&* 566. Felinus *in dicto cap. cæterum num.* 11. Decius *in cap. si duobus hoc tit. num.* 12. scilicet vt iurisdictio semel data, & competens alicui non censeatur ab eo reuocata, donec ipse habuerit reuocationis cognitionem, & scientiam, & quia, vt ait Couarr. reprobans contrariã opinionem, nullibi in iure huius clausulæ tantus effectus probetur † Et optime, 38 39 40

ac ex propofito agens in verfic. *igitur*, concludit
quod reuocatio iurifdictionis, etiam fi motu
proprio fiat non habet effectũ, donec ipfe cuius
reuocarut poteftas, eiufdem reuocationis habue-
rit fcientiam, fic probans ex *c. 1. §. ex parte, de*
41 *conceffione prebenda lib.6.* † Quo in loco, *& in §.*
adyciebatur, adnotat prædictam Regulam non
admitti, vbi reuocatio fieret propter delictum;
quia in hoc cafu ipfo iure abfque vlla fcientia;
etiam ignorante eo, cui nata erat iurifdictio, tol-
litur omninò ea, & ab eo prorsùs auferrur, & re-
fert ad fic probandum multos, & *n.* 8. alia dicit
explicans; vt non obftent addens aliquid *ibi fub*
dicto n 8. in verfic. *tertia conclufio.*

42 Vnde iuxta Textum *in clem 1. de concef. preben-*
da, notauerunt Anton. Gabriel *comm. lib.6. tit. de*
clauf. concluf.5 n 92. Moneta *de commut. vltimar.*
voluntatum, c.7. n 92 & Barb *in d. Clem. n.11.* quod
ex claufula *motu proprio*, non currat tempus à die
notitiæ vacarionis in loco, iuxta Textum *ibi*, fed
43 tantùm à die fuæ fcientiæ. † Quare in propo-
fito noftræ quæftionis dicendum eft non tanti
effectus effe hanc claufulam *motu proprio*, ac pri-
mam claufulam decreti irritantis: multa de vtra-
que claufula congerit videnda Barb, *dict. claufu-*
la 40. & clauf.79. vbi n.79 de hoc cafu.

44 Ad quartam quæftionis partem, an auocatio
caufarum fpiritualium ad laica Tribunalia ve-
tita fit fub cenfura Bullæ Cœnæ, fi caufæ auo-
centur tantùm à Iudicibus Sedis Apoftolicæ;
In quo cafu affirmatiuè refpondent Alterius, &
Vgolin. quos citat, & fequitur Bonacin. *in Bulla*
Cœna tom. 1. disp. 1. q. 15. puncto 1. num. 7. quæ
Bulla vtitur his verbis *ab Auditoribus Commiffa-*
riis noftris, aliifque Iudicibus Ecclefiafticis, vbi
notanda eft illa particula *aliis*, quæ eft repetiti-
ua, & relatiua fimilium, ex *cap. fedes de refcriptis,*
45 *& ex l. quidam relegatus, ff. de rebus dubiis.* † Ta-
men Filiucius *tom.2. tract. 16. cap. 10. num. 250.*
Soufa *in Bulla Cœna c.15. n.1.* Pichardus *can. 14.*
q.7. num.1. & Diana *p.3. tract.2. ref. 55.* docent
contrariam fententiam putantes dictam auoca-
tionem vetitam effe, etiam fi caufæ Spirituales
auocentur ab aliis Iudicibus Ecclefiafticis, re-
fpondentes ad argumentum contrarium prædi-
ctam particulam *aliis*, non femper effe repetiti-
uam fimilium, vt patet *in l. fi fundus fub condi-*
tione 15. §. libertas; ff de leg. 1.

46 Dubium tamen eft, an hæc etiam auocatio
caufarum vetita fit, etiamfi Iudices Ecclefiafti-
ci fint negligentes in cognofcendo de huiufmo-
di caufis fpiritualibus, & vt exactè refpondeas
recurres ad ea, quæ latè dixi *in cap. qualiter, &*
quando de Iudiciis fub quæft. 3. à verfic. *nunc, &*
q. 3. & 6. & Diana *vbi fuprà* negat cum Marta,
Reginaldo, & Duardo contra Ceuallos, Couarr.
Menochio, Diaz, vbi dicit non obftare Textum
in cap filiis, vel nepotibus 16. quæft. 7. cap. fi quis
cum Clerico 11. q. 3. cap. Adminiftratores, cap.
Princeps 23. q.5. eo quod inibi tantùm probatur
poffe Principem Laicum admonere Ecclefiafti-
cum de iniquè adminiftrata iuftitia, non autem
poffe auocare ad fe caufam Ecclefiafticam, vel
quod Canones illi funt abrogati, de quorum
verò intellectu, & aliorum iurium dixi *in dicto*
cap. qualiter, & vberrimè *in cap. 2. quæftione 19.*
vbi de auocatione caufarum per viam recurfus
ad Regia Tribunalia.

47 Ad vltimam quæftionis partem; an Iudices
Laici auocantes ad fe caufas Ecclefiafticas ex-
cufentur ex tollerantia Pontificis, vt benè ex-
pendas iterùm repetesque adduxi *fuprà in dicto*
cap.2. de Iudic. quæft. 19. & hic tantùm referam
quæ tradit Diana *dict. p. 3. ref. 56. tract. 1.* nempe
vt Coriolanus *in Bulla Cœna ad finem*, & alij
quos refert Ceuallos *de cognition. per viam vio-*
lentia, Gloffa B, num. 42. affirment excufari;
Sed ipfe cum Bonacina *in dicta Bulla tom. 3. di-*
fputatione 1. quæftione 15. puncto 4. §. 3. num. 5.
Alterio *de cens. lib.5. difputatione 15. cap. 2.*
col 5. verfic. *animaduertit*, Duareno *in dicta*
Bulla can. 15. quæftione 13. num.11. Filiucio *tom. 3.*
tract. 16. num. 150. negat quia fimplex tolleran-
tia, faltem dum Superior commodè obftare
non poteft, priuilegium non inducit; ex *cap.*
cum iam dudum de prebend. Tum quia nulla
adeft tollerantia, cum fummi Pontifices in
Bullæ Cœnæ Domini excludant omnes præ-
textus.

QVÆSTIO IV.

An auocatio caufæ fieri queat à Prætore refpe-
ctu fui locum tenentis: An ab Archiepifco-
po refpectu fuffraganeorum, An Audito-
res Regij, & legatus Romani Pontificis
habeat ius auocandi, & an Duces,
Marchiones, Comites, & alij domini Vaf-
fallorum queant auocare caufas à fuis Iu-
dicibus ordinariis per eos electis, feu con-
firmatis: An auocatio habeat locum in cau-
fa Hærefis: Et de aliis ad materiam fpe-
ctantibus?

SVMMARIVM.

1 *Auocare poterat antiquitus Prætor caufam à locum tenente: Quid hodie poft legem Regiam n.2. & in praxi n.3.*

4 *Archiepifcopus cognofcit pluribus in caufis fuffraganeorum ex priuilegio num. 9. quid de auocatione num.6.*

5 *Auocatio caufarum quit fieri à Iudicibus fuperioribus quando adeft iufta caufa.*

6 *Auocatio caufæ ab Epifcopo, & eius Vicario non permittitur Archiepifcopo, & Metropolitano, & de ratione n.7.*

7 *Iurifdictionem quis non habet in fubditis eius, qui ei fubditus eft.*

8 *Archiepifcopus nequit ordines conferre intra Diœcefim fuffraganeorum.*

10 *Metropolitanus verus eft, vt nequeat tractare nullitatis caufam fubditorum fui fuffraganei num. 12. vbi fallit in Superiore, qui poteft adiri abfque appellatione.*

12 *Auocandi ius non habent Auditores Regij caufas à Iudicibus inferioribus, nifi ex fpeciali Regis decreto.*

13 *Auditores Regij poffunt in prima inftantia de pluribus caufis cognofcere.*

14 *Auocatio non folet fieri quando caufa eft inftructa coram primo Iudice.*

15 *Auocare nequeunt Marchiones, Comites, Duces, & Domini Vaffallorum caufas pendentes coram fuis ordinariis Iudicibus, fallit in locis ordinum militarium, numero 16. & 17.*

17 *Duces,*

17 *Duces, Marchiones, Comites, & Domini Vassallorum queunt auocare causas à suis Iudicibus ordinariis, quando eorum est nominatio, & electio; secus aliter num. 18.*

18 *Duces, Marchiones, Comites, & Domini Vassallorum nequeunt tractare principaliter causam nullitatis super lite cœpta coram Iudice a populo electo.*

19 *Auocare nequeunt causas ab inferioribus, nec Papa legatus, etiam de latere, nec Nuncius, nec quilibet alius Gubernator.*

20 *Auocatio causæ ab Inquisitoribus in causa heresis num habeat locum, & quid de praxi Hispanica, num. 21.*

22 *Auocatio causarum est duplex expressa, aut tacita, n. 23. vbique vtraque & n. 27.*

24 *Auocari causa intelligitur, ex quo Papa, siue Princeps ad se auocauit, seu illam delegauit, num 25. 26. & 27.*

25 *Manus inferiorum ligantur eo ipso quod Papa ad se aliquod negotium reuocat, n. 26.*

26 *Papa manus impositio in cognoscendo auocat causam, etiam in signatura, num. 28.*

29 *Collatio noua censetur renalidari, ex quo prima facta a Papa fuit nulla.*

30 *Auocatio à Principe facta non prorogatur ad Iudicē alium inferiorem absque eius consensu.*

31 *Causa semel ad Curiam delatam nunquam exiit Curiam, nisi remittatur rursus per Principem Iudicem ordinarium.*

32 *Auocata causa censetur per solam commissionem remissione.*

33 *Auocatio causæ facta proprio motu distat à facta ad partis petitionem.*

34 *Auocatio debet fieri de tota causa, vt rectò Iudex successor iudicet.*

35 *Auocatio vt valeat debet signari propria Pontificis manu.*

1 AD primam partem quæstionis, vt exactè respondeas, adiunges quæ latè adduxi *in c. 4.*
de foro comp. q. 13. vbi an recusato Prætore, recusatus censeatur eius locum tenens, quia idem est
Tribonal quid hodie, eo qood locum tenentes
Prætorum Regiorum nominentur à Consilio
Regis supremo, non ab ipso Prætore, de quo *ibi*,
& secundùm distinctionē, de qua latè *ibi* ad propositom nostri dubij, & antiquitùs vt DD. docēt
posse auocationem facere, id sanè probant ab
eadem doctrina; quia Episcopi auocant causas à
suis Vicariis: sic Couar. *in pract. c. 4. num. 3.* contra
Auend. *de exequendis mandatis 1. p. c. 3.* qui in vers.
sexto deducitur, affirmat etiam posse Correctorem
seu Prætorem facere prædictam auocationem se
intermittendo ad cognoscendum quandocumque voluerit, præsertim cum potestas huius auocationis proueniat ex libera reuocandi facultate.

2 Sed cum iam hodie ex noua pragmatica sanctione anni 1618. à Catbolico Rege Philippo III.
promulgata, adimatur Prætoribus facultas constituendi, & nominandi locom tenentes, ea tantùm reseruata his, qui à Consiliis Regis in supremo Castellæ Senatu sunt, vulgò *a el concejo de Camara.* ideò fiet indubitatum secundùm Narbon.
in l. 59 gloss. 1. lib. 2. tit. 4. recop. num 203. vt sublata
fuerit à Prætoribos prædicta facultas reuocandi
locum tenentes, ac proinde auocandi causas eorum, cum iam cesset ratio, qua omnis auocandi
potestas Correctori competens nitebatur: ita ille
& confirmatur ex adductis *de recusat. sub d. c. 4 de*
Permosin. de Exceptionibus.

foro compet. q. 13. † Tamen in praxi audiui per ali- 3
quos Prætores contrarium practicari, & videtot
facere pro eorum fundamentali ratione, nam non
obstante nominatione Consilij, adhuc Prætor,
& eius locum tenens, sunt idem Tribunal, cuius
superior est Prætor ad similitudioem Episcopi,
respectu Vicarij, vt dixi *in dict quæst. 13. & supra*
quæstione 1.

Ad secundam quæstionis partem an possit 4
Archiepiscopus causas suffragaoeorum auocare
videtur affirmatiuè respondendum ex notatis
suprà in c. 1. de foro comp sub. q 3. vbi enumeraui
plures Iudices, qui præter Episcopos, & ordinarios cognoscunt de diuersis causis in prima instantia, & in terminis de Archiepiscopo respectu
suffraganeorum Episcoporom, & subditorum
eorum, colligitur *ex c pastor. de officio ordin* ex
Textu *in c. singulas el. 19. q. 3. & cap. singulas el. 29.*
q. 1. & ex c. quia cognouimus 10. q. 3 & ex aliis quæ
adduxi *suprà in d. c. 1. de foro comp. sub q. 1. à n. 4.*
ad 8. quibus probaui pluribus in casibus cognoscere Archiepiscopum in prima instantia: ergò
& poterit ad se ex iusta causa auocare causas à
suis suffraganeis Episcopis.

Et comprobari videtur, quia Ciriac. *p. 3. con-* 5
trou. 515. a n. 1. absque distinctione Iudcum videtur probare com Lancel. *de attentatis p. 2. c. 10.*
n. 56. & Mathe. *in tract. commis. vtriusque signatura*
p 2. tit. de commis. auocat. caus. c. 1. sub n 7. in prima
impressione & n 20. in vltima, à quibusuis Iudicibus superioribus posse fieri auocationem causarum, quando adest iusta causa, veluti si sit publica, aut grauis & magna, vel quia subsit legitima
Iudicis suspicio, vt notat Rebuff. *in tract de euict.*
art. 1. q. 6 n. 37. & q. 5. n 66. tom. 1. ad const Gallicas.

Tameo in casu nostro dicendum est prædi- 6
ctam auocationem non permitti Archiepiscopo
& Metropolitano, cum Archiepiscopus sit Iudex
quoad Episcoporum subditos tantùm ex caosa
appellationis *c. Romana hoc tit. lib. 6.* vbi DD. ob
idque nisi ad Deum sit appellatum, non posse
causas tractare inter subditos Episcoporum, qui
ad eios Metropolim pertinent, vt notant omnes
in d. c. pastor. de officio ordin. cap. 1. de foro compet.
lib. 6. cap. venerabilibus de sent. excom lib. 6.

Et facit, quia constat quem non habere iuris- 7
dictionem in subditos eius, qui ei subiectus est,
& ideò licet Episcopus sit subiectos Archiepiscopo Metropolitano, non ex eo sequitur quod
Archiepiscopus habeat iurisdictionem inter
subbitos Episcopi; Aliàs quam per appellationem probant DD. in præcitatis locis, & Couar.
multis adductis ad propositum *in c. 9. pract. n. 1.*
per Textum in l. Modestinus vbi Glossa, & Alciat.
ff. de verb. signif. † Et per Glossam & Textum vbi 8
DD *in c. 1.* verbo *agant de offic ordin. lib.* 6 quæ scribit Metropolitanū non posse dare Ordines intra
Diœcesim suffraganeorum ipsius suffraganei
subditis Domini per Textum *ibi in cap. cum*
nullius, de tempor. ordin. libro 6. Glossa insignis *in Clementina fin. de priuileg.* verbo *etiam*
celebrare.

Nec obstat relata in principio, quia illa lo- 9
cum habent media appellatione, vel quando per
Priuilegium Archiepiscopo datum sit, vt cognoscat inter suffraganeos, hoc est sub litos
sui suffragaoei Episcopi, iuxta dicta *in dicto*
cap. 1. de foro comp. sub dict. q 1. † Nec obstant 10
etiam Panormit. qui *in c. in litteris de officio deleg.*
& in c. dilecto hoc tit. probare conatur asseueran-

do Metropolitanum tractare posse inter subditos suffraganeorum de nullitatis causa principaliter absque appellatione proposita, quod videtur annotate ex Bart. *in l. si expressim, ff. hoc tit. col. pen.* scribente causam nullitatis posse non tantum examinari apud Iudicem, qui sententiam pronuntiauit, sed & apud Superiorem, *l.*
11 *absentem, ff. hoc tit.* & aliis. † Sed respondetur hoc verum esse in Superiore, qui potest adiri absque appellatione, non autem in eo, qui tantum est Iudex ex appellationis causa, vt probatur *in cap. 1. de officio deleg.* ita aliis adductis respondet Couarr. *dicto cap. 9. sub num 2.*

12 Ad tertiam quæstionis partem an auditores Regij, & legatus Pontificis habeant iussa vocandi, & respondendum est negatiuè, quia nisi per appellationem nequeunt ad se auocare pendentes causas apud alios Iudices ordinarios inferiores, docent Montagna, & Boërius *in tract. de authoritate magni consilij*, Rebuff. *in tract. de euocation. q. 5. num. 47.* Couarr. *dict. cap. 9. pract. num. 3.* scribentes non solùm denegari respectu Auditorum Cancellariarum Vallisoletanæ, & Granatens. & aliarum audentiarum Regiarum; sed etiam respectu Concilij Regij Castellæ: & Supremi: Non enim possunt Regij Iudices; etiam Supremi auocare causas iam pendentes coram aliis Iudicibus inferioribus absque speciali Regis consensu, & decreto ex Textu optimo, *in l. solent, §. si autem* ibi, *non autem debent inconsulto Principe hoc facere*, & si fortassis magni consilij Iudicibus hoc ex consensu Principis permitti videatur, cum sæpiús ad se causas auocent.

13 Nec obstat dicere posse Regios Auditores in prima instantia de pluribus causis cognoscere, veluti in casibus pupillorum; viduarum, miserabilium; & in aliis casibus vulgò *de corte*, vt dixi *in c. ex tenore 11. c. ex parte 15. de foro comp.* quia respondetur hoc verum esse; quia prima instantia eis omninò est reseruata, & oblata à Iudicibus aliis ordinariis inferioribus; Sed nos loquimur quoties iam causa pendente coram ordinario inferiore voluissent isti Regij Auditores auocare, quia ex quo cœpta est debet ibi finiri: argumento eorum quæ adduxi latissimè *in cap. pen. de foro comp.* tradit Couarr. *suprà*, & facit quod nouissimè tradit Ciriac. *dict. controuersia 515. n. 9.* dicens *ex cap. venerabili 37. de offic. deleg.* non potuisse auocare causam, de qua ipse agit; quia non erat amplius integra cum iam coram primis Iudicibus fuisset iudicatum
14 pro eodem examine. † Non enim auocatio causæ solet fieri quando causa est iustructa coram primo Iudice, Marchesan. *de commis. auocatio causar. c. 1. n. 5.* Lancelot. *de attent. p. 1. c. 10. n. 24.* Ciriacus *suprà num. 12.*

15 Ad quartam an Marchiones, Duces, Comites, & alij Domini Vassallorum possint causas auocare; & negatiuè respondetur; non enim possunt isti causas pendentes coram Iudicibus ordinariis suis Vassallis ad se auocare, eo quod isti Iudices ordinarij ab eo firmam Iurisdictionem habeant, quod etiam si ad plebis electionem per ipsum Dominum confirmentur, & constituantur; nihilhominùs eis liberum sit iudicare absque impedimento, & auocatione prædictorum: non enim ante appellationem ad ipsos propositam habebunt potestatem cognoscendi de causis coram Iudicibus ordinariis pendentibus, *Authentic. de defensor. Ciuitatum, §. nulla, & §. iurisiurandi*, docent Paul. Castrens. *in l. nemo, Cod. de iurisd.* sequitur Auend. *de exequendis mandatis Regiis c. 6. n. 28.* Couarr. *dicto c. 9. pract. n. 4* vbi dicit taliter in Regiis Tribunalibus esse receptum, vt passim auocationes istæ litteris sub Sigillo Regis decretis omninò prohibeantur.
† Nisi in quibusdam locis, quorum iurisdictio 16
militaribus ordinibus Diui Iacobi Calatrauæ, & alcanteræ competit, quia in his certis olim diffinitis casibus auocatio permissa est, quæ dedit causam innumeris controuersis quæstionibus, & quærelis frequentissimè ad Curiam Regis deferendis.

Verùm si Dux, Marchio, Comes, aut Dominus voluerit auocare Iurisdictionem, & causam 17
ab illo Iudice, cui aliquis eorum liberè, & ipse solus Iudicem constituit, ac creauit in oppido; tunc quia tota ab eo dimanat iurisdictio; ideò ab eo poterit auocari absque vlla Iudicis, & subditorum iniuria: docent Ioann. Montagn. *in tract. de auth. consilij, & ibi* Boër. *n. 158.* Angel. *in l. Iudicium soluitur, ff de Iud.* Couarr. *d. c. 9. pract. n. 4.* Rebuff *probat ration. in tract. de euocat p. 5. in princ.* & faciunt dicta de auocatione, quam facit Episcopus à suo Vicario, vt dixi *suprà q. 1. in princ.* nam quemadmodùm sic inter illos contingit; quia est vnum, ac idem Tribunal: ita debet procedere in hoc casu, nam tales Iudices sic à Dominis creati vulgò vocati) *alcaldes maiores, o juezez de apelacion*) eandem iurisdictionem constituunt cum suis Dominis.

Vnde euenit vt Dux, Marchio, Comes, qui iurisdictionem habent non possint causam principaliter nullitatis tractare super ea lite, quæ semel 18
apud Iudicem ordinarium ab ipso populo electum cœpta fuit, cum de hac causa non possit aliquis horum cognoscere aliter, quam per appellationem, vt dixi in versic. *ad quartam*: sic docent Couar. *d. lib. 1. pract c. 9. sub n. 2. in fine* Auend. *de exequendis mandatis Regiis c. 5 n. 4.* secùs tamen procedere respectu aliorum Iudicum ab ipsis nominatorum, vt in dicto versic. *verum*, num. præcedenti.

Delegatos verò Romani Pontificis dicendum est non posse auocare ad se causas pendentes coram Iudicibus ordinariis, cum sit locus præuentioni inter eum, & ordinarios *c. si à sede de preb. lib. 6* Specul. docet expresè *delegato, § nunc ostendendum, vers præmissi*, Abbas *in c. 1. de officio deleg.* Domin *in c. 1. de foro comp. lib. 6* Ripa *in c. cum M, de const. n. 195.* Couar. *d c. 9. pract. n. 3.* versic. *quarto* Narb. *in l. 59. tit. 4. lib. 2. recop. glossa 1 sub n. 198.* vbi denegat, nec admittit prædictam auocationem in legatis, etiam de latere, nec Nunciis, Gubernatoribus Ecclesiasticis: aut aliis quarumcumque facultatum vigore vindicare volentibus, cum id expressim interdictum sit in Trid. *sess. 24. cap. 20.* in versic. *Episcopos.* 19

Ad quintam quæstionis partē an auocatio habeat locū in causa hæresis, respōdetur, vt cum in aliqua speciali causa esset aliquis deputatus inquisitor, specialiter tunc, & si aliis inquisitoribus collegis, eadem potestas competat generaliter; tamen quia censetur per prædictam specialem delegationem interdicta potestas aliis Inquisitoribus procedendi in illa speciali causa commissa, & delegata, ideò omnes alij silere debeant; Ita vt solùm procedat Inquisitor specialiter in illa causa delegatus: Sic notant Doctores ad Textum nostrum, & ad Textum 20

in

in cap. ſtuduiſti de efficio deleg. inter quos Deciua
conſ. 137. *in princ.* Caret. *in tract. de hæreticis*
num 83. verſic. *item non poteſt procedere*, Fran-
ciſcus Pegña *in addition. ad Eimericum in directo-
rio Inquiſitor.p.*3. *q.*46. verſic. *ſed obiter*, vbi am-
pliat hanc concluſionem, etiam quod Inquiſi-
tor generalis iam in illa cauſa procedere inee-
piſſet ante factam à Papa ſpecialem delegatio-
nem: proſequitur Farinac. *de hæreſi q.* 186. §. 2.
num. 25. addens vt tunc Inquiſitor ſpecialis ſic
deputatus poſſit vti omnibus actitatis, & in-
centis ab aliis Inquiſitoribus, euſque compel-
lere ad ſibi exhibendum omnes proceſſus, &
ſcripturas; Sigiſmund. Scaccia *de Iudiciis cau-
ſarum Ciuil. & Criminal. & Hæretical. cap.* 67.
*num.*10. Alia addit idem Farin. *in dicto num.* 25.
verſic. *prima*, & in verſic. *nec obſtat.*

21 Sed an hoc queat obſeruari in praxi In Re-
gnis Hiſpaniæ, vbi cauſæ hæreſis taliter ad
Tribunalia Inquiſitionis ſpectant, & ad eorum
Inquiſitores: vt ſemper ibi tractentur, nec con-
tingat de aliqua ſpecialiter tractari per delega-
tionem, nec auocari à Domino Inquiſitore Ge-
nerali, & conſilio Sanctæ Inquiſitionis Supre-
mo, niſi aut remedio appellationis, vel habita
priùs cognitione per Inquiſitores, vel adiecto
conſilio petatur remiſſio, vel ab ipſis Inquiſi-
toribus fiat ſecundùm ſtylum Sancti Officij,
quem hic non refero, ſecundùm quem iam diu
vidi in hoc Valliſoletano ſecreto obſeruari.

22 Ad vltimam quæſtionis partem, vt hanc ma-
teriam abſoluam, ſuppoſitis quæ de materia
auocationis latè recenſent iam *ſuprà in princ.* ad-
ducti; videbis latè agentes de materia Aufrer.
*deciſ.*480. Guid. Pap. *deciſ.*440 Hieron Gonzal.
*ad reg.*8. *Cancel Gloſſa* 52 *per totam*; Vbameſium
hic Marchen. *de commiſ.* 1 *p. c.* 4. *de commiſ. auo-
cat. cauſ. per totam*, vbi latiſſimè Ciriac. *dict. con-
trouerſ.* 515. Azeued nonnulla ad praxim addu-
centem *in l.* 11. *tit.* 5. *lib.* 3. *recop. à n.* 1. Riccium
*collect.*64. *ad Textum noſtrum*; Ideò nunc breui-
ter pro perfecta cognitione huius materiæ ad-
iungo ſequentia.

23 Primò quod auocatio, de qua loquimur eſt
duplex, alia expreſſa, alia verò tacita, expreſſa
dicitur quoties Princeps cauſam coram aliquo
Iudice pendentem ab eo auocat, iuxta Textum
noſtrum. Tacita quando ſcilicet Princeps cau-
ſam coram Iudice ordinario cœptam aliis ſcien-
ter delegat, & committit, ex hoc enim videtur
tacitè auocare à Iudice ordinario *c.cæterum de re-
ſcipt.* Innocent. & alij, præſertim Ripa *in c.cum
M. de conſt. n.*198. Rota *in nouis deciſ.*67 *hoc tit.*
Staphil. *de litteris gratia, & iuſtitiæ pag.*172. Couar.
dict.c 9.*pract.n* 4 verſic. *his equidem* ibi videndus
*à n.*5. vbi multa vtilia congerit ad perfectam co-
gnitionem huius materiæ.

24 Secundò quod vbi primum Princeps, aut
Pontifex auocauit ad ſe cauſam, & illam delega-
uit, cenſetur ſuper illa ſubſtituiſſe omnem Iuriſ-
dictionem cuiuſcumque Iudici ordinario, Maranta
*de ordin. Iudic. diſp.*6. *n* 21. Rebuff. *tom.* 3. *ad leges*
25 *Galliæ tract. auocat n.*110. Barb *hic n.*6. † Et probat
Narbon. *in l.* 59. *lib* 2. *tit.*4. *recop Gloſſ.*1 *n.*169. di-
cens vt eo ipſo quod Papa ad ſe aliquod negotiū
reuocat, ligantur manus inferiorum; itavt validè
nihil amplius in ea cauſa per inferiores fieri queat.
& hic vbi Innoc. Franc. Abbas *n.*1. Decius *n.*1. ſic
probans ex Textu *in c.*1. *c.*2. *de confirmatione vtili,
vel inutili*, & ex Textu optimo *in extrauag. ad Ro-*

man 5. *Rom. de præb. inter communes* quibus ita pro-
bat plura ſubtiliter congerens Gonzal. *ſuprà in
d. reg.*8. *Cancell. Gloſſa* 52. *præcipuè n.*7. Vbam. *hic,*
*n.*6. † Etenim Papæ manus appoſitio, ſeu auoca- 26
tio in cognoſcendo de aliqua cauſa, auocat illam
ab omnibus quibuſcumque inferioribus ordina-
riis, itavt ab eiſdem poſt modum geſta nulla fir-
mitate reuocentur: ſic DD. per Textum *in c.licet
de offic. deleg.* Innoc. *in c.cum M. de conſt.* Aufrer. *ad
Cappell. Tholoſ.* verſic. *& ideo ſicut Papa.* Lancelot.
de attent. p. 2. *c.*10. *n.*13. Gonzal. *d. Gloſſa* 52. *n.*27.
Narbon. *ſuprà n.*198. dicens in Papa ſpecialiter
inductum, cum ab eo omnium inferiorum iuriſ-
dictiones dimanarent, videbis dicta *ſuprà in c.*1.
*de foro comp. à n.*7. & 8.

Non ioquam refert, vt auocatio ſit expreſsè 27
facta, nec ne, nam quamuis tacita fuerit auocatio
non ſecùs ordinarij manus ligantur virtute illius
auocationis, ac ſi expreſſe facta fuiſſet, tuneque
fieri tacitè, vt iam dixi: veluti ſi Papa manus ap-
ponat in aliquo negotio, vel cauſa, quæ manus
appoſitio dicitur tacita reſeruatio, ita Gonzalez
*d. Gloſſ.*52. *n.*4 Narbon. *d. Gloſſ.*1. *n.*197. ob idque
Barb. *hic, n.*15. dixit cum eodem Gonzal. *d. Gloſ-
ſa* 52. *n.*31. Camil. Borrell. *in ſumma omnium deci-
ſion tit.* 4. *n.*11. quod ſi Papa manum appoſuit in
aliqua commiſſione ſignanda per talem ſignatu-
ram, voluit totum negotium ad ſe auocare, & in-
feriorum manus ligare. † inferens *ibi* cum Flam. 28
de reſig. benef. lib. 2. *q.*20. *n* 6. & cum aliis.

Quod ſi prima collatio per Pontificem facta, 29
ob aliquod impedimentum fuit irrita, cenſeatur
reualidatio, ſeu noua collatio reſeruari eidem
Pontifici, etiam nulliter manus opponenti.

Tertiò quod vbi Princeps aliquod negotium 30
ad ſe auocauerit, & ſuæ cognitioni reſeruauerit
non admittatur prorogatio in aliumquemcum-
que Iudicem ſine conſenſu Principis reſeruatoris
ſic Barb. *n* 3. cum Petro Barb. *in l.*1 *ff de Iud. art.*4.
*n.*42. quod adiunges ad tradita *ſuprà in c. ſignifica-
uit de foro comp.* vbi plura de prorogatione. † Et 31
addit cum Couarr. *in pract d.c.*9. *n.*5, & cum Hy-
pol. *ſingul* 301. Menoch *conſ.*340. *n.*49. quod cau-
ſa ſemel ad Curiam delata, nunquam exiit Cu-
riam, niſi à Principe rurſus ad Iudicem ordina-
rium remittatur, & ſic Puteus *in deciſ.*240. *lib.*2.
quem ſequitur Ricc. *collect.* 64. ad Textum no-
ſtrum dicit vt cauſa ſemel auocata cenſeatur
ſemper auocata.

Quartò notatur quod per ſolam commiſſio- 32
nem reuiſionis cenſeatur cauſa auocata, & affir-
mat deciſum Magon. Rot. Flor. *in dec.*70. Ricc *in
collect.*64. *ad Textum noſtrum.* † Vbi addit cum Pe- 33
tro de Beu. *in dec. Benon. n* 42. quod auocatio cau-
ſæ facta proprio motu diſtat ab illa, quæ fit ad
partis petitionem, quod notabis ad dicta *ſuprà
q.*1. ſub verſic. *ad tertiam*, ibi *In ſecundo autem caſu.*

Quintò vt iam dixi notandum eſt quod auo- 34
catio ſoleat fieri de tota cauſa, vt Iudex ſucceſſor
queat rectè iudicare toto negotio perſpecto iux-
ta Textum *in l. in ciuile* 23 *ff. deleg.* tradunt Re-
buff. *in tract. de euoc. art.* 1 *n.*95. *t.*1. *conſt. Franc.* Ci-
riac. *d. controu.* 515. *n.*13. & 14. † Et quod auoca- 35
tio vt valeat, debeat propria Pontificis manu
ſubſcribi dixi *ſuprà in d. c.*1. *de foro comp. dict. q.*3.
n 8. & refert, ac tenet Narbona *in dicta l.*59. *tit.*4.
lib. 2. *recop. Gloſſa* 1. *num.* 204. ex Trid. *in dicto
cap.*20. *ſeſſ.*24. verſic. *an cauſarum auocationes.*

QVÆSTIO V.

An beneficium maneat affectum, seu auocatum per resignationem factam in Curia, in qua Papa semel manum apposuit?

SVMMARIVM.

1 *Auocatum beneficium ad Curiam quando censeatur* remissiuè.

2 *Deuoluta quando dicatur causa ad Curiam* remissiuè.

1 HAnc quæstionem mouet, & resoluit agens ad vtramque partem *hic*, Barbosa *num.* 7. vbi videbis, interim videndi sunt Garcia *de beneficiis p.* 5. *cap.* 1. *à num.* 55. Gonzal. *in Regul.* 8. *Cancel. Glossa* 51. *num.* 49. Flamin. *de resignation. lib.* 11. *q.* 2. *num.* 4. alios congerit Barbosa, vbi loquitur sub distinctione.

2 Ad dubium quando causa dicatur deuoluta ad Curiam dico *infrà in cap. venerabilis de confirmat. vtili, vel inutili*, per quem agit omninò videndus Riccius *collect.* 1805. ad illum Textum.

AD TEXTVM IN CAPITE LVII.

Oblatæ, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. HVius Textus materia quatenùs spectat ad terminum appellationis prosequendæ: satis, superque tractatur *in cap* 4. *cap.* 5. *& cap.* 8. *hoc Titulo.* II. Et quia hic agi potest de prorogando, aut coarctando termino ad prosequendam appellationem, dices, vt dixi in dictis iuribus, vbi notaui plura *sub tit. de dilationibus.*

III. Et in versic. ibi *nostras ad vos litteras, &* & ibi *nulla in posterioribus litteris de prioribus habita mentione, &c.* Per hæc verba adiunges materiam Textus *in cap. cæterum de rescriptis*: Applicabis ad quæstiones suprà *in cap. fin. vt lite pendente nihil innouetur q.* 1. *&* 2.

IV. Et ibi *nisi possit eum legitimè recusare*, de materia recusationis, & de causa legitima dixi *in cap.* 4. *de foro compet.*

V. Et ibi *superior Iudex terminum prouide moderari, ne gregi dominico diu desit cura Pastoris*, adiunges ad hæc verba notata suprà *in cap. peruenit* 28. *hoc Titulo.*

QVÆSTIO I.

An si appellans non prosequatur appellationem, possit appellatus eum preuenire supplendo appellantis negligentiam, vel Præueniendo eius diligentiam, & an rescriptum impetratum ab appellato præueniẽdo appellationem sit ipso iure nullum, & & debeat fieri mentio appellationis, & an prædicta prauentio locum habeat, si minor, & breuior terminus quam ordinarius, sit appellanti victo aßignatus?

SVMMARIVM.

1 *Appellans damnatus debet defendi aduersus astutiam appellantis num.* 2.

3 *Appellatus quando appellanti claudat viam prosequendæ appellationis, & cuius Iudicis arbitrio num.* 4.

5 *Appellatus preuenit appellantem reprehensa eius negligentia, qui nec ad dimidium fatalis causam introduxit & coram Iudice prouocato, excepta recusatione n.* 6. *&* 7.

7 *Appellatus præueniens appellantem quibus gaudeat effectibus num* 8.

8 *Appellatus, qui litteras impetrauit si non vult appellationem prosequi, poterit tunc eam prosequi Reus appellans coram Iudice impetrato, & econtra num.* 9.

20 *Præueniri quit terminus appellationis, statutus à lege, non si ab homine.*

11 *Prascriptum ab appellato impetratum, praueniendo appellationem, non est nullum ipso iure, sed ope exceptionis.*

12 *Rescripta ad lites, tunc erunt nulla, si opponatur.*

13 *Appellatus datis Apostolis, num statim possit impetrare commissionem.*

14 *Breue appellationis à Nuncio Hispanico impetrato, qualiter practicetur.*

15 *Rescripti, aut litterarum impetratio num debeat appellationis mentionem facere, num.* 16. 17. *vbi de differentia à diffinitiua, & ab interlocutoria num.* 18.

19 *Glossa hic intelligitur verbo* prioris.

19 *Prauentio ab appellato cum appellante, num locum habeat quando terminus breuior sit appellanti victo assignatus.*

AD primam difficultatis partem pro intellectu Textus nostri, leges quæ adduxi *suprà in cap.* 5. *hoc Titulo q.* 4. in versic. *ad secundam*, in versic. *ad tertiam*, & in versic. *ad quartam*, & quia frequentissimus sit casus propositus in quæstione, nec de eo ita curetur Iure Ciuili, ac caueetur Iure Canonico, nec cum dicta sit sententia hoc, vel illo quæsito colore, vt quia fortè Reus in expensis quoque condemnatus non fuit, aut non maiori supplicio damnatus appellatus ipse interponit quoque appellationes, & litteras impetrat, & causam ad suum Iudicem defert veri Appellatoris, & Pontifex in præsenti inquit vera appellatione, magno cum eius incommodo, & præiudicio supplantata. † Ideò per nostrum Textum celeri astutiæ appellati resistitur, & verus appellans defenditur damnatus ad hoc, vt gaudere possit termino, 2

&

& dilatione, ad prosequendam appellationem sibi indultis, vt latè explicaui *sub dicto cap.4.5. & 8. hoc titulo*, considerauit specialiter Pichardus *in manuduct. ad praxim parte 4. §. 3. per totum.*

3 Sed cum Victori appellato permittatur prædicta præueniendi potestas, si terminus vnius anni, aut biennij longior visus sit ad prosequendam appellationem ex nostro Textu, sed non quidem quandocumque in principio huius fatalis termini, sed cum aliqua maturitate, vt non nimium appellatus præcurrat, vt habetur hic. Et quamuis ex constitutione Iustiniani *in Authent.de his qui ingrediuntur ad appellandum, §. volumus* ibi, *ita vt vnus fortè supersit negotio mensis, collat.5.* conuenientissimum dicit Pichardus *vbi suprà dicto §.3. à num.17.* vt videatur accipi id de eo tempore quod sub fine biennij est, non præcisè ad postremum illius mensem addens Iustinianum ibi verbo illo *fortè*, non restrictionis, sed exempli causa meminisse, vt rectè aduertit Pontifex hic, vbi nullam fecit mentionem mensis huius, nec rem ad mensem restrinxit.

4 Et cum hic Pontifex dicat ita demum partem appellatam intra terminum constitutum à lege commissionis, litteras impetrare, *dummodo nimium non præcurrat, vt appellantem in commissione impetranda supplantet.* Ideo dicit Pichardus *in dicto §.3. 4.parte manud.ad praxim, sub dicto num.17.* non ab errore, qui hoc arbitrio superioris relinquat, qui personarum negotij, & temporis, qualitatibus inspectis, pro sua religione arbitretur, an nimium, vel non nimium præcurrere dicatur, de quo dixi *sub dicta quæst.4. cap.5. hoc titulo*, in versic. *ad tertiam*, & versic. *ad quartam*, & meminit *hic* Barbosa *n.4. & 5.* cum Scaccia, & aliis, & cum eo adduxi in locis relatis, qualiter practicetur in curia Romana.

5 Imo idem Pichardus dixit *in dicto §.3. sub n.5. ad finem*, nihil vetare hanc præuentionem posse fieri, quandocumque post lapsum dimidium temporis assignati, quasi tunc satis accidentet reprehensa appellantis negligentia, qui nequidem ad dimidium fatalis temporis causam introduxit, sic probans expresè ex Textu *in l.1. §.fin.* ibi, *Cum dicit tempus nec adiicit, diem sine dubio ostendit esse in Ius dicentis potestate quem diem præstituat, ff. de Iure deliberandi*, & pro extordinarione commendat videri Felinum *in cap. ex tenore de rescriptis*, Freder de Senis *cons. 28.* Roman. *cons.483.* Calderinum *cons. 14. de rescriptis* & quæ ipse adduxit Pichardus *in disputat. de mora; num.102.*

6 Igitur dicendum est posse in majori, & longiori appellantis negligentia; præuentionem ab ipso appellato victore fieri, vel appellationem coram Iudice prouocato inducendo, & per agendo, aut litteras impetrando, non quidem super sententiæ obseruatione, vt in casu Textus nostri nullo Iure factum fuisse ostendatur, quia vt considerat Pichardus *in manud. ad praxim, dicta 4. part. §.3. num.18.* illius nulla vnquam potest esse præuentio, nondum deserta appellatione, sed super commissione causæ ad aliquem Iudicem per superiorem dandum, vel super citatione ad comparendum coram prouocato.

7 Sed si dubites de effectu huius impetrationis; respondebo illum nempe esse; vt quamuis appellans in diligenti suæ appellationis prosecutione potuisset, vel prouocatum Iudicem habere, vel alium ab eo ad postulationem ipsius, delegatum num debeat illum agnoscere, & causam appellationis peragere coram eo, quem victor, seu appellatus, sic præueniendo impetrauit, tamen illi superesse potestatem recusandi, si ex iusta causa eum suspectum habeat, deducit Pichardus *dicto §.3. sub dicto num.18. in fine*, deducens sic, & patet ex Textu nostro in versic. *ita quod si appellans voluerit in causa appellationis procedere, oportebit eum agere sub Iudice, sic obtento, nisi possit eum legitimè recusare.* † Et ego addo aliam 8 effectum ex aliis sequentibus verbis, nempe vt si appellatus, qui litteras impetrauit non vult prosequi appellationem; tunc ipse reus appellans possit prosequi appellationem ipsam coram Iudice impetrato, vt patet ibi, *quod si agere noluerit appellatus, potest nihilominus prosequi causam ipsam maximè si sentiat sibi ex dilatione imminere grauamen.* † Quod idem poterit appellatus fa- 9 cere, si appellans non vult causam prosequi, coram Iudice impetrato, & hoc duplici modo interpretor verba prædicta.

Ad secundam quæstionis partem postquam 10 Riccius *in collect.1346. ad Textum nostrum*, dixit cum Maynardo *decis.100. lib.1.* quod possit præueniri terminus appellationis statutus à Iure; secus verò si fuerit statutus ab homine docet inferendo. † Quod rescriptum impetratum ab ap- 11 pellato præueniendo appellationem iuxta Textum nostrum sit nullum ope exceptionis, non autem ipso Iure: sic cum Puteo *decis.141. lib.2. & decis.5. hoc titulo*, ex ea ratione, quia regulariter quando dicitur rescriptum nullum, intelligitur ope exceptionis, nisi dicatur ipso Iure quam rationem tradidit dicendo in propriis nostris terminis, Crescent. *decis.4. de rescriptis.*

Et probatur secundo quia regulariter rescri- 12 pta ad lites ita demum sunt nulla, si opponatur, Besignet *decis.13. hoc tit.* Deinde probatur, ac colligitur ex Textu nostro ibi, *obtinere non debent aliquam firmitatem:* probat Riccius *suprà*, addens per verbum *infinitum*, quod importat exceptionem ad glossam *in l.criminali, Cod.de Iurisdictione omnium Iudicum*, ita probari secundùm quam decidit Rota *in decis.48. de rescriptis in antiquis*, & idem Riccius limitat hoc in casu decis, Crescent. *9. hoc tit.*

Et quod praxis Textus nostri suprà adducta, 13 non obseruetur in Curia Romana, in qua appellans statim datis Apostolis, possit impetrare commissionem: probat idem Riccius *dicta collect.1346.* ex Rota eiusdem vrbis in Cauilitana Iuris ingrediendi 1580. Aprilis 27. coram Seraphino, vt patet in eius *decis.455.* & ex Rota *in decis.16. hoc tit.* ex ea ratione, vt citius imponatur finis litibus, & circuitus euitetur, Iafredus *decis.458.* & tradit *hic* Barbosa *num.6. & 7.* vbi tradit ex Marchesano *de commission part.2. §.vnico, num.34. & 35.* in commissionibus causarum extra curiam non derogari Textui nostro, nisi vtraque pars appellauerit, quia derogari poterit, ne continentia causæ diuidatur, dixi iam *sub dicto cap.5. hoc tit. sub dicta quæst.4.* † Tamen video 14 quotidie de praxi, vt si vnus v. g. appellat ab ordinario, seu Metropolitano, & impetrat litteras vulgò *breue*, ad vnum v g. Iudicem synodalem existentem in vno Episcopatu, pars appellata solet aliud impetrare, primum reformando;

& tunc praxis, quam sæpius expertus sum, est vt nuncius causam reuocando illam faciat prosequi coram suo auditore: aut ibi in Curia Matriti nominat aliquem ex Protonotariis Clericis ibi existentibus, vt determinet; deinde alium, & ad vltimam sententiam eius auditor finit litem nisi pars condemnata appellet ad Rotam Romanam.

15 Ad tertiam quæstionis partem ao impetratione litterarum debeat fieri meotio, siue ab appellante, siue ab appellato. Et quod requiratur mentio probari videtur ex *cap. ex parte el* 1. *hoc titulo*, *lib.6. in cap. bone in fine, de confirmat. vtili, vel inutili*, & probat Pichardus *in manud. ad praxim dicta* 4. *part.* §.3. *num.*10. indubitanter
ter sic procedere in appellatione ab interlocutoria, quæ non tam libero pede currit, nec eadem
facilitate admittitur vt ipse prosequitur *ibi in* §.11.
vt videbis infrà ex notatis *in cap. vt debitus hoc*
16 *titulo*. † Tamen in impetratione litterarum super causa appellationis à diffinitiua eius mentionem non esse necessariam, magis probat Philippus Francus *hîc*, vbi dicit, vt sufficiat exprimere se habere causam contra talem, quia causæ appellatione, tam illa, quæ ex prouocatione, quam quæ ex prima actione, & instituitur continetur.

17 Verùm Pichardus agens suprà eios sententiam non admittit, nisi futtè impetratione Iudicis à Papa, qui perinde ex appellatione, vt ex prima actione, omissis mediis adiri potest dicens in eo sic impetrato posse tollerari; in alio tamen superiore prouocato, seu addito non æque permittendum videri, eum regulariter adiri non possit, nisi per appellationem, *cap. cum in Ecclesia* 38. *dicto cap. vt debitus hoc titulo*, nam tunc mitum non erit, si appellationis mentio; fieri debeat, vt inde euidentius constet an ad eum appellari potuerit, an appellandi occasio fuerit, an potius simulata appellatio: confirmatur ex adductis *in cap. præcedenti à quæst.*3. vbi de auocatione causæ egi, item & de ratione differentiæ, adjunges quæ suprà adduxi *in Rubrica sub quæstione* 5. vbi dixi de diff tentia proponendi appellationem à diffinitiua, & ab interlocutoria sententia.

18 Et ex prædictis apparet qualiter debeat intelligi Glossa *hîc*. verbo *prioris*, per quam notat Barbosa *num.*9. cum Palacios *in repet. capit. per vestras de donat. inter*, *notab.*4. *num.*16. verbo *cogitatam*, quod vt valeat rescriptum, oportet fieri mentio specifica de appellatione, & sic i'e statu causæ, qua etiam de re, & quæ in impetratione rescripti delegatorij exprimi debeant late Doctores *in cap. bona de confirmatione vtili vel inutili*.

19 Ad vltimam quæstionis partem, an locum habeat præuentio, de qua hic cum à Iudice à quo breuior terminus pro prosecutione appellationis assignatur, vel possit appellatus illico eam præuenire, non expectato arbitrio Iudicis, vel tempore, de quo iam dixi *suprà* in versic. *ad secundam*, quo in dubio scribit Pichardus *in dicto* §. 3. *manud. ad praxim part.*4. *num.*19. cum Federico de Senis *cons.*108. & 173. sanè huic appellanti beneficium legitimi temporis, quod reliquum est liberum esse permittendum vt non possit præueniri nimium præcurrendo, angostias autem temporis per Iudicem præscripti effectum esse sortitas, per introductionem causæ aote breuius statutum tempus, vt inde deserta non possit dici appellatio, vsque adeo, vt eo casu non sit appellanti necessarium exprimere sibi breuius tempus, statutum fuisse, quia illius effectus iam consumatus est, quo nondum consomato, non posset petere litteras, non facta mentione breuioris temporis statuti, quia neuter litigantium illum præuenire potest ex *cap. sæpè* 44. *hoc titulo*, illo verò elapso, nulla est exprimendi necessitas, nec residui legalis, quia nullo termino à Iudici statuto, legitimus manet, & omni appellationi cohæret ita ille.

AD TEXTVM
IN CAPITE LVIII.
Per tuas, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Absens quando condemnetur*, remissiuè *numero* 2. 3. & 4.

AD Textos huius materiam, quatenus 1
probat quod si altera pars se absentar,
potest Iudex principale negotium diffinire, si post litem contestatam fuerit appellatom
adjunges quæ adduxi *suprà in cap.*1. *de Iudiciis*,
vbi latè dixi de Cobuldeo Episcopo contumaci-
citer absente, & condemnato atque punito.
† Deinde adjunges quæstionem de qua *in cap.* 2
veritatis de dolo & contumacia, vbi egi de dubio
an absens condemnari possit *ibi quæst.*7. † Et ad- 3
junges quæ notaui *in cap. prout eodem titulo*, &
ibi adducta *in Rubrica*, & *in titulo*, vbi egi de
contumaci, non veniente ad Iudicium puniendo. † Ad quæstionem, an deserta censeatur ap- 4
pellatio, si die assignata, appellans non comparuit.

QVÆSTIO I.

An in causa appellationis requiratur litis contestatis?

SVMMARIVM.

1 *Contestatio litis num requiratur in causa appellatione* remissiuè.

HÆc est propria dubitandi thesis ad nostrum 1 Textum, sed de ea dixi *suprà in Rubrica de litis contestatione quæst.*4. aguot multi quos refert *hîc* Barbosa *num.*1. & 2. inter quos videbis Couarruuias *in cap. Rainaldus de testam.* §.2. *num.*1. vbi expendit

AD TEXTVM
IN CAPITE LIX.
Vt debitus honor, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

3 *Interlocutoria sententia, quando habeat vim diffinitiua: & an liceat prosequi causas: & de aliis quæstionibus remissiuè, sub num. 4. 5. 6. & 7.*

5 *Appellasse in scriptis num videatur qui grauaminis causas expressit in schedula* remissiuè.

6 *Causa semel ad Curiam relata, num reddeat ad inferiorem: & quid vbi appellatio non est iustificata* remissiuè.

8 *Rescripti validitas num respiciat ad tempus data, aut præsentata* remissiuè.

9 *Rescriptum vbi impetratur, debet facere mentionem de lite pendente.*

10 *Appellatio censetur permissa, nisi in casibus, vbi specialiter prohibetur, numero* 11. 12. 13. & 14.

1 COmuniter docent Doctores textum nostrum esse clauem appellationis materiæ; & sic quæ dicta sunt, & dici valent in sequentibus iuribus poterant hic peragi; sed quia de adductis in eis, & in aliis capitibus dispersim inuenies satis agitatum; ideo ex animo volui hic per verba, seu partes designare, quæ ad hanc tractationem spectant. Igitur in versic. *vt debitus honor, deferatur Iudicibus*, quid sibi velit, dixi *supra in cap. suggestum* 15. versic. *ad tertiam*.

2 Etenim præcipua huius textus materia consistit in iustificanda appellatione interposita ante sententiam diffinitiuam, appellando ab interlocutoria, & quando id liceat quæ exprimi debeant, vt ea appellatio iustificetur, dixi *suprà in cap. exhibita, quæst.* 2. nonnulla, *in cap. Venerabilis* 20. *de Iudiciis*; item & *suprà in Rubric. q.* 5. versic *ad quartam*, vbi de differentia interponendæ appellationis à diffinitiua, vel interlocutoria: aliqua notaui *suprà in cap.* 12. *hoc tit.* quæ hic reseruaui extendenda. Sed quia ex nostris nouissimè plura iura congerunt, & expendunt *hic* Balboa, & Graña, idem Balboa *in cap. super eo* 12. ideo ad dicta per eos te remitto, & addo quæ cum multis congerit vtrobique Barbosa, in quo differant diffinitiua, & interlocutoria: & de materia textus nostri Rodriguez *de ordin. processu cap.* 12. *à num.* 2. *de appellatione ab interlocutoria:* latè Narbona *in l.* 59. *tit.* 4. *lib.* 2. *recopilat. à*
3 *num.*104. *glossa* 1. † Quando interlocutoria habeat vim diffinitiuæ Riccius *collect.* 193. & an liceat prosequi causas appellatione ab interlocutoria, vel grauamine minus expressas; idem Ricc. *collect.* 171. *ad aliam collect.* 641. super Tridentin. *sess.* 13. *can.* 1. & de aliis casibus, vbi appellatio ab interlocutoria admittitur; idem Riccius *collectanea* 1306. ad textum, *in l.* 1. *ff. hoc tit.* Et an appellari possit ab interlocutoria, habente vim diffinitiuæ, & de casibus, vbi sic contingere potest, videbis benè per Barbosam cum multis ab eo relatis, *à num.* 4. & 5. cum sequentibus vsque ad finem. Et ad quæstionem an Iudex Ecclesiasticus faciat vim non admittendo appellationem ab interlocutoria; per quam tacitè, vel expressè declaratur Iudex competens, Ceuallos *de cognitione per viam violentia* 2. *p. q.*156. adjunges Gratianum *disceptat. forensium, cap.* 25. *à num.* 1. de intellectu huius textus Graña *in cap. olim* 7. *de except. num.*4.

Et per hunc textum egit de commissionibus appellationum Riccius *collect.* 1729. super doctrina Franch. *hic*, an liceat appellare à quocumque grauamine de Iure Ciuili, aut Canonico; idem Riccius *collect.* 1980. ad textum *in l.* 2. vbi glossa *Cod. de Episcopali audientia*, & *in collect.* 204. ad textum, *in Clem. appellanti hoc tit.* vbi an sententia interlocutoria queat iustificari ex nouis actibus. Item applicabis quæstiones sequentes, nempe an appellans probare debeat, si iuste appellasse, &c. Vel an Iudex teneatur regulariter admittere appellationem ab interlocutoria: de quæstionibus his dixi, *suprà in Rub. quæst.* 1. versic. *ad tertiam*, & versic. *ad quartam:* an appellans ab interlocutoria, debeat facere in scriptis, videbis dicta *suprà in Rub. q.*6. *à num.*1. 4
† Et an si appellans viua voce grauaminis causas in schedula proponat, videatur in scriptis appellasse, Cancerranus *decis.*6. & sic applicabis dicta *in cap.*1. *de libelli oblatione*, an sit libellus in scriptis offerendus, & sic proferenda sententia. De cognitione sententiæ diffinitiuæ, vel interlocutoriæ simul per superiorem Gutierrez *practic. lib.*4. *quæst.*45. & an fiat vis non admittendo appellationem ab interlocutoria qualib[illegible] Ceuallos *de cognitione per viam viol. p.*2. *q.*49. *vbi à num.*6. declarat textum nostrum, de q[illegible] ergo dixi *suprà in cap.*1. *de dilat. quæst.*1. *num.*21. applicabis quæ congerit Barbosa *in cap.* 20. *sess.*24. *Tridentin.* 5

Et ad bonam quæstionem an causa semel ad Curiam delata reddat ad Iudicis inferioris cognitionem: & quid vbi appellatio non est iustificata, optimè Couarruuias *cap.* 9. *pract. num.*5. & 6. à versiculo *prima conclusio*, vbi agit per textum nostrum. 6

Et an tertius appellans à diffinitiua teneatur causam exprimere, disputat Balboa *in cap.*17. *de re iud.* & colliges ex his, quæ *ibi* dixi. 7

Et ibi, *quod ad superiorem Iudicem nuntium destinauerit, aut litteras impetrauerit ab eodem, prinsquam delegato fuerint assignata:* adjunges ad hæc verba aliqua, quæ notaui *suprà in cap. oblata* 58. *hoc tit.* vbi de rescripto, sed an in eo tempus datæ, aut præsentatæ debeat præualere, videbis *suprà in cap. caterum* 4. *cap. capitulum Sancta Crucis de rescriptis*, & *in cap.*2. *de Officio deleg.* de quibus Doctores latè agunt *ibi*. 8

Videbis quæ, & quos congerit Gratianus *Regula* 404. qui *regula* 405. agens etiam de regula, vt rescriptum, vbi impetratur, debeat facere mentionem de lite pendente, id probat per nostrum textum in verbo *si dicat*, sed proprius de hoc egi *in cap. fin. vt lite pend. nihil innouetur q.* 1. & 2. notaui *in cap. oblate* 58. *hoc tit.* sed proprius de tempore datæ in rescriptis, egit ipse Gratian. *Regula* 451. 9

Et ibi, *cum autem ex rationabili causa*, ex hoc versiculo poteris adjungere plura, quæ adduxi *in Rubrica hoc tit.* & *in cap.*11. vbi de casibus in quibus Iudex ad quem, vel remittit causam Iudici à 10

quo

quo; eo quod appellatio fuit friuola, vel quia non obstante appellatione ipse Iudex à quo exequitur sententiam, à qua appellatum est; & sic Barbosa *hic à num.* 13. dixit quod etsi appellatio in omni casu regulariter sit permissa, nisi expressè reperiatur prohibita; ideo *num.* 14. *vsque ad* 18. congessit casus, in quibus, vel non defertur appellationi, seu ea non obstante proceditur ad sententiæ executionem, quæ satis sunt declarata in locis relatis: ad intellectum videbis Ceuall. *de cognit. per viam viol. glossa* 6. *p. à n.* 82. vbi intelligit textum hunc.

11 Et ibi, *in expensis alteri parti condemnet; alioquin ipse procedet*: per hæc verba satis colligitur, vt friuolè, seu malè appellans, sit in expensis condemnandus: ad hoc adjunges plura, quæ adduxi de condemnatione expensarum, *in cap. finem litibus de dolo*, & ibi, *ad quæstiones quæst.* 6. *à num.* 1. & ibi in versic. *ad tertiam*: alia adduxi, *sub cap. grauis de restit. spol.* nonnulla notaui, *suprà in cap. suggestum* 4. & alibi.

12 Et ibi, *satis constitutionibus causis ad Sedem Apostolicam referendis*, quæ causæ in prima instantia spectent ad Papam, dixi *suprà in cap.* 1. *de*
13 *foro comp. q.* 3. *à num.* 7. † Et de quibus causis immediatè, vel omisso medio appelletur ad Pa-
14 pam, dixi *in cap* 7. *hoc tit.* † Videbis nonnulla, quæ annotaui, *suprà in cap. vt nostrum* 56. *hoc tit.* vbi egi de inhibitione Iudicis inferioris; item & *à quæst.* 3. de auocatione causarum facta, vel à Papa, vel à Principe.

AD TEXTVM IN CAPITE LX.

Cum cessante, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Regula cessante causâ, cessat effectus, intelligitur de causa finali, etiam in foro animæ.*
2 *Suspicio cessat cessante causâ suspicionis.*
3 *Lex, aut priuilegium non cessat cessante vnâ de duabus causis, in quibus nititur. Cessatio obligationis qualiter contingat remissiuè.*
5 *Iudex à quo appellatum est, si desistit à grauamine imposito, cuius ratione appellauit aliquis potest in causa procedere.*

1 IN primis hoins textus verbis agitur de Brocardico, *quod cessante causâ, cesset effectus*, de quo latè Tiraq. *in tract. cessante causâ, & de Iure primogen. quæst.* 40. *à num.* 160. Dueñas *Regula* 82. Caldas Pereira *de potestate eligendi cap.* 10. *à n.* 2. Scaccia *de appellat. quæst.* 5. *à num.* 127. Sanchez *de Matrimon. lib.* 8. *disput.* 30 *à num.* 12. & *in præcepta Decalogi tomo* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 42. vbi intelligit de sola finali causa, & procedere etiam in foro animæ Tiraquellus *d. tract. cessante p.* 1. *num.* 17. cum aliis Barbosa *hic à num.* 2. vbi *n.* . ait cum
2 eodem Tiraquello *d. p.* 1. *n.* 226. † Et *a num.* 127. cessante causa suspicionis, cessare ipsam suspi-
3 cionem. † Et infert etiam cum Palacios Rubios, vt si lex, vel priuilegium duabus nitatur vna ratione, non cessat priuilegium: ad quod adjunges dicta *in cap. cum dilect.* 6. *de dolo, & contumacia ibi quæst.* 1. † Et de cessatione obligatio- 4
nis dixit Barboa *in cap.* 8. *de Iureiur. à n.* 75. & 80. & sic egi *suprà in cap. veniens* 16. *de Iureiur. q.* 1. versic. *ad secundam*, & versic. vltimam, vbi egi de dubio, an votum inualidetur, quando culpa vouentis cessauit causa finalis: & quid si resiluisset. Applicabis aliqua quæ dixi, *in cap. super literis de rescriptis*, vbi de causa, *impulsiua & fin.* & *cap. veniens* 16. *sub quæst.* 1 & 2. vbi de causa cessante impulsiua aut finali.

Et in versic. *statuimus*, & ibi, *& sano vsus con-* 5
silio ab huiusmodi comminationis effectu destiterit libere in causæ cognitione procedat, non obstante, si à tali, vel interlocutione fuerit appellatum: per hæc verba præcipua conclusio nostri textus est, vt Iudex à quo, qui grauauit aliquem ex litigantibus, non obstante appellatione grauati, si ipse Iudex desistat ab eo, quod interloquendo imperauit; potest nihilominus procedere in causa principali, quæ coram eo pendet, nam adhuc Iudex causæ; tum etiam quia cessante causâ cessauit appellationis effectus.

Et occasione præcedentium verborum, possu- 6
mus *hic* adjungere tractationem de appellatione ab interlocutoria, seu diffinitiua, qua *suprà in cap. vt debitus hoc tit.* aliqua notaui, *suprà in Rub. quæst.* 5. versic. *ad quartam*.

Et ibi, *dummodo, non sit aliex causa legitimè* 7.
suspectus: hic potest adjungi materia recusationis Iudicum ad suspicionem malè iudicantium, de qua dixi latissimè, *in cap.* 4. *de foro compet.* & videbis notata, *in cap. seq.*

Et ibi, *ne processus negotij friuolis appellationi-* 8
bus retardetur, Iudex à quo prosequitur causam, non obstantibus appellationibus friuolis, & notaui, *suprà in d. cap. vt debitus honor.* in versic. *& ibi cum autem*, de quibus late, *in Rubrica*, *& in cap.* 11.

Ad quæstiones nempe, vt sententia interlocu- 9
toria bis confirmata, transit in Rem Iudicatam, Gratianus *Regula* 419.

QVÆSTIO I.

An cessante ratione legis, cesset ipsa lex; Et in quibus causis cessante causâ, cesset eius effectus: An Iudex à quo possit reuocare sententiam interlocutoriam à se latam: Et an diffinitiua reuocetur ab eodem?

SVMMARIVM.

1 *Lex cessat cessante legis ratione in generali, non in casu particulari, n.* 4.
2 L. quod pactum, ff. de pactis.
L. adigere, §. quamuis, ff. de Iurepatronatus.
3 L. 1. in fine, ff. de Minoribus, n. 4.
5 *Cessante causa priuilegij, compromissi, donationis, & aliorum casuum, cessat eorum effectus, n.* 6. 7. 8. 9. 10. 11. *&* 12. *fallit num.* 13. *&* 14.
13 *Pater immunitatem habens ob numerum liberorum fruitur ea, etiam eis mortuis.*
14 *Legatum relictum alicui sub conditione ingressus, num debeatur, non facta professione.*
15 *Sententia interlocutoria potest, quandoque ab eodem*

eodem Iudice ferente, reuocari etiam si sit transacta in rem iudicatam n.16. & num. seq. Et an prima per secundam contrariam, censeatur reuocata, n.20. quid de lata consensu partium, num.13. aut ex relatione peritorum, n.24. num ex eisdem actis, num. 29. fallit à n.30.

17 *Iudex à quo potest suam sententiam interlocutoriam reuocare semel, & iterum, & non pluries, n.18. & 19. & etiam sine causa, n.21. quid parte non citata, n.22. etiam si Iudex sit delegatus, aut executor, n.25. & etiam contradicentibus partibus, n.26. & 27. quid de successore, n.28. & n.38.*

31 *Sententia interlocutoria habens fataliter vim diffinitiua, vt post se non spectet ad aliam diffinitiuam, nequit ab eodem Iudice reuocari, & exemplificatur, n.32. non aliter, n.33.*

34 *Sententia interlocutoria executioni mandata, non reuocatur à proferente expenditur, & declaratur, n.35. 36. & 37.*

38 *Index potest reuocare, latam sententiam interlocutoriam officio Iudicis mercenario, non nobili, sed non vbi detulit appellationi, n.39. 40. & 41. nisi partes consentiant, n.42.*

42 *Iudex à quo post inhibitionem Iudicis ad quem, non reuocat sententiam interlocutoriam, nisi minus legitimè, n.43. vbi aliis modis.*

44 *Sententia interlocutoria, qua pronunciat Iudex se incompetentem, quando ab eodem reuocari queat, n.45. 46. & 47.*

48 *Sententia diffinitiua nequit reuocari ab eodem Iudice: fallit à n.49. in lata praetextu falsorum instrumentorum, n.50. vel contra notorium facti, n.51. aut si est nulla, & iniusta, n.52. & 53. vel suspecta de fraude, n.54. aut per falsos testes, & instrumenta, n.55.*

56 *Sententia lata ex praesumptionibus, potest retractari; item ex consilio Doctoris, n.57.*

58 *Iudex potest eodem die suam sententiam supplere in accessoriis, & reuocare latam incontinenti, n.56.*

59 *Iudex potest interpretari, & declarare suam sententiam.*

60 *Reuocatio sententia, contingit, quando parte non opponente Iudex admisit aduersarium ad probandum de iniquitate sententia, & probauit eam.*

1 AD primam quaestionis partem communiter Doctores respondent ex Textu *in l. quod dictum, ff. de pactis, l. adigere, quamuis, ff. de Iure patron.* quibus, & aliis congestis ab Euerardo in centuria legali loco à cessatione rationis deducendo quandam regulam generalem, scilicet *vt cessante ratione legis, cesset ipsa lex.* Verùm quia Euerardus non satis istam difficultatem attingat, existimo eam procedere, quando cessat ratio legis generaliter, secus scilicet in casu particulari, vt docent Aretinus *in l.1. col 5.* versic. *tu autem aduerte, ff. de vulgari*, Tyraquellus *tract. cessante causà limitat.32.* Couarruuias *in cap. cum esses, num.9. de testament. & in 4. de sponsalibus partè 2. cap.6. §.9. num.8.* quorum fundamentum est *in Clementina ad nostram de haereticis, & in l.1. in fine, ff. de minoribus.*

2 Sed huic intellectui obstare videntur praedicta Iura *l. quod pactum, & in dicta l. adigere, §. quamuis*, quatenus loqui videntur in particulari casu, in quo etiam alij Textus concordantes. Ergo si
cessaret ratio in illis casibus particularibus, cessaret legis dispositio, quod fieri potest, vt declaratio subsistat, quia sic cautum est, vt cessante ratione legis in vno actu particulari, non
cesset lex. † Cumque haec difficultas diù tor- 3
serit, Faquineo *lib.10. controuersiarum cap.75.* ex
consilio cuiusdam discipuli sui satisfacit ex doctrina Textus *in dicta l.1. in fine, ff. de minoribus*, quatenus ibi, cauetur, vt res minorum, solent committi aliorum administrationi, licet rem suam benè gerant, nam cum id pertineat ad vnius, vel alterius minoris personam, eueniret vtique, vt & si legislator sciret aliquos fore minores industrios, atque sagaces; voluit tamen res minorem ab aliis gubernari, quia plerumque fragile est minoris consilium, & multis captionibus expositum, vt dicit Consultus *in dicta lege 1.*

Vnde, & si v. g. in Titio esset ratio ista, vel 4
in Caio minoribus propter sagacitatem eorum, non tamen cessare legis dispositionem dicendum est, quia cessat ratio in casu particulari, non autem generaliter in omnibus, at *in dicta l. adigere, §. quamuis*, ratio legis non cessat in vno, vel altero casu particulari, nec in aliis Iuribus, quae possunt in contrarium adduci: sic resoluit Faquineus *suprà*. Et vt vberius resoluas leges quae dixi *suprà in cap. translato q.3. de constit.93.* versic. *ad secundam*, & satis declaraui *suprà in cap. cum venissent 12. de Iudiciis. quaest.3.* vbi quando scilicet lex negatiuè id est in casu particulari, quando vero contrariè, id est, communi, vbi an epicheia & interpretatio ad leges idem sint.

Ad secundam difficultatis partem, vt respon- 5
deam ad regulam, cessante causà, cessat eius effectus, plures adducam casus, quibus ea exemplificatur, igitur infertur primo quod cessante causa priuilegij, cessat & priuilegium, Maynardus *decis.29. lib.3.* † Secundo quod compro- 6
missum, quod vigore constitutionis Regni Neapol. inter affines, cessat affinitate extincta, vt colligitur ex Capicio *decis.7.* † Tertio quod do- 7
natio facta ob ingressum Monasterij, cessat, causa non sequuta, Gratianus Rota Marchiae *in decis.42.* † Quarto infertur quod donatio facta 8
abeunte in bellum, reuocatur, eo reuerso, Chacher. *decis.102.* cum sequenti. † Quinto quod 9
assensus limitans ad tempus, non extenditur vltra tempus, Surdus *in decis.189.* † Sexto quod 10
licentia concessa ad tempus, similiter vltra illud minimè extenditur; idem Surdus *in decis.203.*
† Septimo quod minori succedenti post conclu- 11
sum in causa, non conceditur beneficium ex ea ratione, quia cessat laesio quae est beneficij causa, Afflictis *in decis.112.* † Octauo quod bene- 12
ficium denegatur minori, qui factus est maior lite pendente, hoc intelligit Riccius *collect.443.* ad Textum nostrum alios casus adducens in casu Afflictis *in decis.100.*

Tamen haec regula limitatur primò, vt mi- 13
nimè procedat immunitate, quae alieni conceditur ob numerum duodecim liberorum, quia etiam ipsis mortuis frui potest: tradit pulchrè Surdus *in decis.123.* quod notat Riccius *dicta collect.443.* ad ampliationem Textus *in l. si quis decurio, Cod. de decurionibus lib.10.* † Secundo in legato ali- 14
cui sub conditione ingressus relicto, quia debetur etiam non facta professione, quod intelligit Riccius *vbi suprà in fine in casu Gratiani, Rota*

Marchiae

Marchia in decis. 53. commendans, vt videatur ad hoc pulchra decisio Surdi 123.

15 Ad tertiam quæstionis partem respondeo breuiter, quod sententia interlocutoria potest reuocari per eundem Iudicem ex hoc nostro Textu; vbi Doctores, *l. quod iussit, ff. de re Iudicata, l. diem proferre in principio, ff. de arbitris, & Iure Regio ex l.*2. *tit.*22. *p.*3. vbi benè Gregorius Lopez *l.*5. *tit.*13. *lib.*1. *fori*, Gratianus *regula* 420. vbi notat ex *l.*5. *tit.*2, *lib.*1. *fori*, id procedere, vsque ad triduum, & ita practicari. Sed quod possit quandocumque interlocutoria retractari, docet ordinatio Lusit. *lib.*3. *tit.*65. *in princ.* Surdus *de alimentis, titulo* 9. *quæstione* 7. *numero* 7. Gratianus *discept. forens. cap.*147. *num.*11. *& cap.*155. *à n.*16. Lancellotus *de attent. parte* 2. *cap.*12. *limitat.*1. *à num.*12. Tuschus *in pract. concl. tom.*7. *littera S, concl.*115. Scaccia *de appellat. quæst.*19. *rem.*1. *concl.*5. *ex num.*13. *& quæst.*17. *limit.*47. *membro* 1. *ex n.*30. cum aliis Barbosa *hic n.*22. & faciunt iura, *in l. dicetur. § fin. cum l. sequenti, ff. de arbitris, cap. si à iudice hoc tit. lib.*6. *cap. qualiter, & quando el* 1. *de accusation. cap. fin. hoc tit. lib.*6. *l. post sententiam*, vbi Doctores, *Cod. de sent. & interlocut.*
16 Glossa *in dicto cap. fin. de appellat.* † Comprobat pluribus Salgadus *de protectione Regia*, omnino videndus, *p.*1. *cap.*5. *à num.*5. Vbi refert plures alios vnanimiter dicentes posse Iudicem quandocumque post decem dies datos ad appellandum reuocare, & reponere suam sententiam interlocutoriam ante diffinitiuam, ex ea ratione quia quamuis quoad partes, transeat in rem iudicatam, sed nullo modo, quoad ipsum Iudicem.

17 Imo & Stephanus Gratianus *discept. forens. dicto cap.*155. *à num.*16. post plures relatos dixit quod Iudex non solum semel, sed etiam pluries, & si millies, possit suam interlocutoriam reuocare; hancque opinionem seruare Cameræ auditores Apostolicæ, de cuius stylo testantur Vestrius, *in praxi lib.*8. *cap. pen. vt lite pend.* Gallesius *ad formam Cameræ oblig. Rub.* reliqua *de processu*, *num.*29. Angelus, & aliqui, quos refert Iason *in dicta l. quod iussit sub num.*43. versic. *secunda*, Petrus Surdus *consil.*188. *num.*15. Mandosius, qui veriorem dicit, *in forma* 9. *commis.* in
18 verbo *admittit in fine.* † Sed Petrus Bezu *in d. dicta l. quod iussit*, quem refert *ibi*, Iason *sub num.*13. versic. *tertio fuit*, docet non posse eam reuocare, nisi semel, refert Tiraquellus *in l. voues*. *§. hoc sermone*, *n.*45.

19 Verùm Salgadus *dicto cap.*5. *à num.*11. *&* 13. Scaccia *de appellat. dicta quæst.*19. *rem.*1. *concl.*6. *num.*63. versic. *infero*, Barbosa *hic sub num.*23. Tuschus *practic. concl. littera S, conclusione* 115. *tomo* 7. *num.*8. & alij docent non primam esse amplectendam sententiam, tanquam nimis latam, nec secundam tanquam limitatam, sed quod semel; & iterum tantum possit Iudex reuocare suam interlocutoriam; ita vt si à grauamine appelletur illud reponat, etsi ab altera parte à repositione appelletur, iterum repositionem reuocare possit: sic Bartol. *in dicta leg. quod iussit, num.*17. *col.*3. versic. *quæro an Iudex*, & *ibi* alij, Socinus *in leg. post sententiam col. fin.* versic. *quinto quæro*, quoties, *Cod. de sent.* Canonistæ hic, Tiraquellus, *vbi suprà*, qui referens dictas tres opiniones, nullam sequitur.

20 Et hæc sententia intelligitur non solùm quando Iudex expresse reuocauit interlocutoriam, sed etiam quando tacitè, nempe si faciat actum ei contrarium, docuit Cardinalis Zabar. *cons.* 32. *num.*3. plenissimè Alex. *cons.* 84. *consideratis à num.* 9. versic. *principaliter*, Tuschus *in pract. conclus. tom.*7. *littera S, conclus.*115. *à num.*2. vbi *num sequentibus*, plura constituit huius rei exempla cum prædicto Alexandro, Salgadus *vbi supra dicto capite* 5. *à numero* 17. Et an per secundam interlocutoriam prima reuocata censeatur scribunt Panormit. *cons.*20. *num.* 2. *volum.* 2. & *ibi cons.*41. *num.*1. Felin. *in cap. inter monasterium de re iudicata num.*4. latè de materia Aretin. *consil.*20. *&* 106. *&* 1019. Alex. post Baldum *in l. si pacto quo, Cod. de pactis, & in l.* 1. *§. nunciatio, ff. de noui operis nuntiatione* Ludouic. Roman. *cons.* 220.

Iterùm ampliatur: Nam vt ait Caldas Pereira 21
*quæstion. forens. lib.*1. *q.*9. *num.*3. Iudex etiam sine causa poterit reuocare sententiam interlocutoriam, & *num.*4. dicit quod appellatio interposita non impedit sententiam interlocutoriam reuocari, & *num.*5. quod etiam Iudicis Successor reuocare potest; sequitur Barbosa *hic num.* 14. dicens idem fuisse cautum apud Lusitanos *per ordin. Reg. lib.*5. *tit.*65. *§.* 4. *&* 5. Sed multi relati à Gratiano *Regula* 420. probant sine causa reuocari non posse alias appellari valeat, contra quos facit Barbosa *hic num. fin.* ex Textu nostro versic. *liberè*.

Sed nunquid possit talis interlocutoria reuo- 22
cari parte non citata, negat Abbas *in cap. finem litibus de dolo num.* 36. vbi benè agit. † Et quid 23
si sententia lata fuit consensu partium, idem Abbas est videndus *in cap significante num* 4. *&* 5.
de dolo. † Quid tamen de interlocutoria lata 24
ex relatione peritorum in arte, benè per Iason. Balbum *in decis.* 241. *& in decis.* 264. *ibi videndum.*

Igitur Salgadus *dicto cap.*5. *à num.*6. dixit eam 25
reuocationem posse fieri non solùm à Iudice ordinario, verùm etiam à delegato ex Textu nostro, vbi omnes docent, & quod etiam id facere possit Iudex Executor mixtus secundùm Ripam *in dicta l. quod iussit num.*14. *ampliatione* 5. Scaccia *de appellationibus dicta quæstione* 19. *rem.* 1. *conclus. sub num.*22. ad quod applicabis quæ adduxi de Executore mixto *in cap.* 5. *de re iudic.* & etiam Arbiter *l. dicetur, §. fin. cum l. sequenti, ff. de Arbitris*, ad quod adiunges quæ de istis Arbitris dixi *in cap. quanto* 3. *de Iudiciis.*

Imò docent Doctores prædictam interlocu- 26
toriam posse illos Iudices reuocare, etiam inuitis renuentibus, & contradicentibus partibus in his nempe casibus, quibus sibi reuocare licet de iure, licet alias dicatur quod Iudex nullum possit actum facere, nisi ad petitionem partis: latè probat Philippus Francus per Textum nostrum in verbo *liberè num.* 4. per nostram etiam Textum Bartol. *in dicta l. quod iussit*, & Bald. *in l.*1. *Cod. sententiam rescindi non posse*, Scaccia *de appellat. q.*16. *rem.*1. *conclus.*5. *num.*17. Gratianus *discept. forens tom.*1. *cap.*155. *num.*21. Petrus Surdus *cons.*167. *sub num.*19. *tomo* 2. Caldas Pereira
*dicto lib.*1. *quæstion. forens. num.*3. † Sed an par- 27
tes possint compellere Iudicem ad sententiæ interlocutoriæ reuocationem; benè Angel. *con-
sil.*200. † Et an verò Successor possit reuocare 28
sententiam sui Antecessoris, Angelus *cons.* 260. refert Gratianus *dicta Reg.* 420. *num.* 2.

Sed quod ex eisdem actibus sententia inter- 29
locutoria

locutoria possit reuocari, docent Matthæus de Afflictis decis. Neapol.79. num.3. Gratianus dicta regula 420. num.1.

30 Sed cum prædictam regulam duodecim modis limitet Felinus in dicto cap. qualiter, & quando el.1. de accusation. & antè eum eodem modo limitauerit Alex. in dicta l. quod iussit col.3. vbi Ripa vndecim modis ampliat, & limitat tredecim modis, & Philipp. Francus hîc quatuordecim modis restrinxerit, & Præpositus modis viginti duo, de quibus latè loquitur Bernardus Diez in regula 352. cum duabus sequentibus & ibi Salced. optimè docens ibi in addition. ideo hîc de nonnullis fallentiis hîc loquar.

31 Primo limitatur quando interlocutoria sententia habeat vim diffinitiuæ, nam tunc Iudex eam reuocare non poterit, quod est intelligendum in ea sententia interlocutoria, taliter habente vim diffinitiuæ, vt post se non expectet aliam sententiam diffinitiuam: sic Salgadus cum pluribus ab eo adductis dicto cap.5. à num.26. omnino videndus, qui componit desidium Doctorum: sequitur Barbosa hîc, nam si tenera interlocutoria sententia finem imponat Iudicio, aut processui, non est cur à prædicto Iudice queat reuocari, quia per eam fuit Iurisdictio finita Iudicis à quo, non enim potest Iudex reuocare, & reponendo, Iurisdictionem reassumere, & in causa procedere.

32 † Veluti sese Iudicem incompetentem declarat aut appellationem esse desertam, aut non Iudicem, aut quod super libello, non sit procedendum, vel quando reus absoluitur ab obseruatione Iudicij, quia hæ interlocutoriæ habent diffinitiuæ vim: videbis Abbatem, Philippum Francum, & alios hîc, & cum pluribus Salgadum dicto cap.5.num.30.

33 Et sic etiam poterit reuocare Iudex sententiam interlocutoriam vim habentem diffinitiuæ, si fuerit per grauatum ab ea appellatum; eo quod tunc appellatio addat robur ad reuocandum, & procedendum in causa, vt eleganter considerant Capicius in decis.1. incipit causa, num.27. & 29. Lancellotus de attentatis 2. part. cap.12. limit.1.num.18. & 53. Salgadus dicto lib.1. de Regia protect. dicto cap.5. num.29. qui hoc dictum corroborat ex aliis, quæ congerit à num.30. Et hoc modo, etsi appellatum fuerit ab interlocutoria, erunt intelligendi, Maranta de ordine Iudicior. 5.part. part.6. princip.actu 1. de sententia, num.7. Iafredus Balbus in decis.459. quos refert Gratia-
34 nus dicta regula 420. num.9. † Secundo limitatur quando interlocutoria sententia est executioni mandata, Baldus in dicta leg. quod iussit num.16. versic. quæro an inuitus, Alexander num.14. limit.9. Socinus num.30. & 35. Iason sub num.32. Ripa num.29. ff. de re Iudicata, Philipus Francus hîc num.20. limit.9. Barbosa num.28. ex ordinatione Lusitana tit. 65. & 66. §.3. Salgadus de Regia
35 protectione dicto lib.1. cap.5. à num.45. † Quod ampliatur, siue sit executioni mandata à Iudice, vel aperta, Cardinalis, & Alexander, & Francus hîc Scaccia hoc tit quæst.17. à num. 62 allegat plures alios Tuschus practicar. conclus tom 7 littera S, conclus.115.n.45.& cum aliis Salgado dicto cap.5.à num.48. qui num.50. cum eodem Scaccia num.66.
36 Lancelloto n.24.& 25. † Declarat non procedere quando ex partium consensu fieret reuocatio, vel nisi reuocaretur cum causæ cognitione, secus si absque causæ cognitione, quia tunc à tali
37 reuocatione permittetur appellatio. † Item quando ipsa interlocutoria executioni mandata nulla esset & inualida, vtputa si fuisset lata sine causæ cognitione, & sine citatione, aut alium Iuris defectum pateretur, quia tunc ipsam poterit Iudex reuocare quantumuis sit executioni mandata, Felinus in dicto cap. qualiter de accusat. Fallentia 5. numero 15. limitat.3. Iason in dicta leg. quod iussit, numero 31. versiculo limita, & intellige, Scaccia de appellat. quæstione 17. sub numero 68.
† Qui etiam, q.19. num.1. concl.6. num.33.& cum 38
eo Salgadus suprà num.54. docet vt possit Iudex reuocare latam sententiam interlocutoriam officio Iudicis mercenario deseruiente actioni propositæ; non tamen quando officio Iudicis nobili, putà super decretis interponendis; & sic intelliges quæ docent Guid. Pap. singul.853. Guttierrez in Authentica Sacramenta puberum, num.37. & alij relati à Gratiano dicta regula 420. sub numero 7.

Item relata regula limitatur principaliter, vbi 39
Iudex appellationi ab interlocutoria detulerit, eo quod à se abdicauit iurisdictionem, saltem quoad exercitium, nam tunc interlocutoriam reuocare non poterit, nec reponendo reassumere iurisdictionem semel abdicatam, Abbas hîc n.15. Francus num.14. limitat.5. Scaccia de appellat. dicta quæst.17. à n.42. † Qui cum Geminiano. & 40
aliis id intelligit, siue ante traditionem Apostolorum delatoriorum, siue post, & Cardinalis. Tuschus practic. conclusione, tomo 7. littera S, conclusione 115. numero 28. & 29. in versic. sub extende. Secundo ampliat etiam post tempus dandorum Apostolorum, quorum eorum negatio, aut non datio, habet vim dilationis, vt dicit idem Scaccia: tradit Salgadus cum multis dicto cap.5. à n.37. † Vbi num.39. cum Scaccia suprà 41
num.64. dicit hoc non procedere, si de consensu partium, Iudex reuocaret, vel quando deferre non debuit, & minus legitimè, & ab huiusmodi delatione fuerit appellatum: sequitur Barbosa hîc num.26.

Etiam limitatur prædicta principalis conclu- 42
sio, postquam Iudex ad quem inhibuerit, quia tunc Iudex à quo minimè poterit suam reuocare sententiam. Scaccia de appellat. dicta quæst.17.n.59. Salgad. dicto cap.5. à num.41. † Vbi sublimi- 43
tat, quando inhibitio est minus legitima, vel nulla, sicut nec poterit, vbi transacti sunt decem dies ex Gratiano disceptat. forens. dicto c.155. num.35. vel fuerit interlocutoria geminata, Calderin. Pereira de potest. nomin. cap.2. n.38. Barb. hîc num.27. Lancellotus de attentatis 2 p. cap.12. limit.1. num.21. Abbas hîc num.16. & tenet Philippus Francus num.16. respondendo contrariis, vbi dicit posse reuocare, non solùm post inhibitionem, sed & post citationem, Decius num 53. licet vtramque opinionem videatur approbare Scaccia dicta quæst.17. num.59.

Dubium verò est, an Iudex, qui pronunciauit 44
se esse incompetentem possit eam interlocutoriam sententiam reuocare, & negatiuè respondent Abbas hîc sub n.11.& 12. Cardinalis Alex. sub num.40. fallent 2. Felin. in dicto cap. qualiter, el 1. de accusat sub num.9. fallentia 7. Guido Pap. tract. de appellationibus, q.80. n.53. tom.3. fol.59. Bartolus. Iason, & alij in dicta l. quod iussit, ff. de re iudicata; ita vt si Iudex de facto reuocet, istam interlocutoriam dicatur nulliter reuocari: sic Guido Pap. vbi suprà, Scaccia hoc tit. quæst.19. rem.1. concl.6 à num.52. qui num.53. hoc extendit

in delegato, qui non poteſt tenocate prædictam
intetlocutotiam, etiam de partinm conſcoſu,
ſecundum Iaſon in dicta l. quod iuſſit, n.26. vetſic.
iſtam concluſionem in fine, Philip. Francum hic ſub
45 num.11. † Et idem Seaccia addit n.57. quaſt.19.
hanc doctrinam procedere, quaudo delegatus
declatauit ſe incompetentem ſuper cauſa priocipali,
non tamen quando declarauit ſe ſuper aliquo
articulo dependcoti à priocipali; quia tunc cum
non expitauit Iuriſdictio puterit reuocare: ſic
46 docnit cnm Ripa, Alex. & Felino. † Sequitur
Salgad. de Regia protectione part.1. cap.5. à num.31.
& 36. vbi declatat procedere cooclusionem in
interlocutotia, pet quam finitur Iuriſdictio, oiſi
ab ea fuetit appellatum, quia tunc poſſet eam reuocare,
Decius hic n.40. & 42. Burtius n.10. col.4.
Abbas ſub n.12. Cardinal. Alex. ſub n.4. cnm mul-
47 tis aliis idem Salgad. qui ex aliis ſub n.34. † Vbi
adducit prædicta intelligi in Iudice delegato,
non ſic in Iudice otdioatio, de quo dicit vt poſ-
ſit eam teuocate intetlocutotiam ſeotentiam in
quolibet caſu: ſic cum plutibus ex antiquis, &
docet contta alios Sigiſmund. Scaceia de appel-
lation. dicta quaſt.19. rem.1. concluſ.6. à num.55.
latè defendit, & explicat Rebuffus in dicta leg.
quod iuſſit num.106. leges eundem Salgadum de
protectione Regia p.3. cap.18. vbi latiſſimè ſeribit,
Tuſchum pract. concluſ. tom.7. lit. S. concluſ.115.
num.44. cum Romano, conſ. 358. in fine.
48 Ad vltimam quæſtionis partem, an diffinitiua
reuocetur ab eodem Iudice ad quem ex dictis
teſpondebis negatiuè, & ex Texiu vulgari in
l. poſteaquam, ff. de re Iudic. & in l. Paulus eodem
tit. quod etiam in ctiminali procedit vt in l. mo-
ris, §. ſed enim, & in l. Diui fratres, ff. de pœnis &
de Iure Regio in l.3. & 4. tit.22. part.3. vbi benè
Gregor. Lopez probat Gratianus regula 421. &
eſt ratio, quia ſi id non permittitur in intetlocu-
toria habente vim diffinitiuæ, vt iam latè dixi
in verſic. ad tertiam, nec locum habere in reuo-
catione diffinitiuæ.
49 Sed quia Felinus in dicto cap. qualiter 17. de
accuſationibus num.25. hanc conclutionem limi-
tat octo modis, & Ripa in dicta leg. quod iuſſit, ff.
de re Iudicata, limitet nouem modis, & Præpo-
ſitus hic, limitet duodecim modis, col.17. & An-
tonius Gomez. lib.3. variar. cap.53. à num.61. quas
etiam adduxit idem Rebuſtus in dicta l. quod iuſſit
& leges Gallia tract. de ſententia art.3. gloſſa vnica
tom.3. & Betnatdus Diez, & eius additionatot in
regula 160. & faciant pluta quæ addnxi ſuprà in
cap. ſuborta 18. de ſententia & re Iudicata, vbi abundè
dixi, aut notaui de reſtitutione aduetsùs ſenten-
tiam, ſeu de eius retractatiooe; ideo breuitet li-
buit tantum ſequentia ſubſcribere.
50 Igitur dicendum eſt primò, vt quoties ſenten-
tia eſt lata prætextu falſorom inſtrumentotnm,
eſt tetractanda, de quo dixi ſuprà in dicto cap. ſub-
orta: videbis Felinum in cap. in litteris num.6. de
officio deleg. vbi beoè loquitur Philippns Decios,
Hypolitus in l.2. num.31. Cod. ad legem cornel. de-
ſicariis, & in l.1. §. fin. num.53. & deinceps, ff. de quæ-
ſtion. & in l. vnica, Cod. de rapt. Virgin. num.146.
& 147.
51 Secundo quando eſt lata contta notorium
52 facti, vt benè tradit Betnatdus Diez. † Et ob
id tettio tetractari valet, quando ſententia eſt
nulla, qoæ poteſt tenocati, eſt alia iuſta ab eo-
dem Iudice profetri, Didacus deel Caſtillo in
l.35. Tauri num.5. & in l.1. Tauri, Gluſſa Caſtenos
in fine col.3. cui addo Text. in l.5. tit.13. lib.1. fori,
Antonius Corſetus verbo ſententia, in ſingulari,
quod incipit ſententia corporis afflictina, & inci-
pienti ſententia poteſt reuocari, cum ſequentibus,
Guido Pap. in ſingul.547. & 486. Nicol. Bellin.
conſ.2. num.3. † Item valet retractari, qoando 53
noturiè apparet ſententiam eſſe iniuſtam Hypo-
litus in practica crimin. §. per tunc à num.11. & in
ſingul.473. ad quod applicabis dicta in cap.1. de
re Iudicata.
Quinto qnando ſententia eſſet ſuſpecta de 54
fraude per Textum in l.1. ſi ſponſus §. ſi vxor, ff. de
donat inter virum, & vxorem, videndus Saliect.
in l. falſam n.2. quod ſi ex falſis inſtrument. & in l.1.
Cod. hoc tit. benè Alexand. conſ.90. num.1. lib.1.
& conſilio 63. numero 16. volumine 4. omnindò
videndus conſ.69. num.4. part. Socinos 3. in regu-
la 450. verbo ſententia. † vbi tradit regulam 55
quod ſenteotia lata per falſos teſtes, vel inſtru-
mentnm poteſt tetractati.
Sexto potetit retractari quando eſt lata ax præ- 56
ſumptionibus qnia poteſt ſioe appellatione te-
tractari, ex validiori præſumptione: ſic docet
Hypolitos, vbi ſuprà in dicta l. vnica Cod. de raptu
Virgin. 146. & 147. † Qui etiam, & ſeptimo de- 57
clarat quando ſententia eſt lata ex Concilio Do-
ctoris, nam ſuper poteſt tetractari ſine appella-
tione, ſi aliud conſilium petitioris in contrarium
adſit qood dixit teceptum Decius in cap. propoſui-
ſti, num.13. de probat. & vii ſiogularia notat
Gratiaoos dicta regula 421. num.4.
Octauo nam poteſt Iudex ſententiam ſuam 58
ſupplere io acceſſoriis ſaltim eodem die, & duo-
bus modis amplians, & tribus ſublimitans Ber-
nardus Diez tenet in regula 160. vbi eius addi-
tion. † Imo ipſe Hypolitos conſ.137. num.37. 59
aliter declarando, dixit quod poteſt iudex ſen-
tentiam latam in continenti tenocare, cominu-
nem opinionem oſtendunt Tytaquellus lib.2.
de retractn, §.1. gloſſa 5. num.17. Philippus De-
cius in leg. ſi fugitiuis, num.83. Cod. de ſeruis,
fugitiuis, & conſilio 306. num.4. † Imo etiam 60
vt poſſit Iudex interpretari, & declatare ſuam
ſentcotiam docuerunt Betoatdns Diez, regu-
la 367. & benè Matienc. in l.9. tit.4. gloſſa 4. num.1.
lib.5. recopilat. de quo erit videndus Alciatus in
leg.1. gloſſa 1. ad finem, ff. ſi certum petatur
Nono procedet reuocatio ſententiæ, quando 61
parte noo opponeote Iudex admiſit aduerſarium
ad probandum de iniquitate ſententiæ. & pro-
banit eam: ſic doceot Nicol. Bellon. dicto conſi-
lio 1. num.3. Gratianus dicta regula 421. num.10.
vbi commendat videndus Gomez. in cap cum in
multis, num.26. de reſcriptis lib.6. & Couarruuias
lib.1. variar, cap.1. num.4. Dinum, & ibi Boërium
in addition. regula quod ſemel de regulis Iuris lib.6.
Matantam de ordine Iudicior.3. part.9. part. princ.1.
actu de ſententia à num.7. & ad omnia videbis
Bartol. de ordine Iudicior. num.23. Panotmitanus
conſ.192. num.3. Volum.1. & in conſ.20. num.3. eo-
dem libro.

AD TEXTVM IN CAPITE LXI.

Cum speciali, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Recusationis plures quæstiones hîc insinuantur* remissiue.

1 COMMVNITAR per Textum nostrum
agunt Doctores de recusationis materia, sed
quia abunde de ea egi *in cap. 4. de foro compet.* ideo
ibi reperies quæstiones litteræ huius Textus ac-
commodius, quare de ea vlterius non scribo. In-
terim ad plures præter ordinarios hic, adjunges
quæ etiam Doctores referunt *in cap. secundo re-
quirus hoc tit.* Bilboam *in cap. 12. hoc tit.* vbi agit de
dubio, quod appellatio, & recusatio æquiparan-
2 tur. † An sententia lata post recusationem, sit
ipso Iure nulla, Riccius *collect.* 1823. *collect.* 102.
qualiter intelligatur super Rubricam huius tituli.
3 † An tota Synodus recusari queat, dixit Balboa
4 *in cap. 1. de Iudiciis, num.* 18. & 20. † An periti
queant recusari, idem Balboa *in cap. 4. de probat.*
5 *à num.* 25. † Ipse Balboa *in cap. 6. hoc tit. à num.* 3.
agit de alia quæstione, an possit aliquis ex eo quod
appellauit in vna causa, Iudicem ipsum, vt sus-
6 pectum recusare. † An Cardinales si sint Iudi-
ces queant recusari Diana *p. 5. tract. 2. resolut.* 307.
an per iustam recusationem Episcopi, eius, Vica-
rius recusetur, Narbou. *de appel. Vacary ad Episco-
pum part. 2. n.* 132. ad materiam Menochius *lib. 5.
de arbitrio cent. 2. casu* 121. Couarruu. *in pract. c.* 26.
videbis Riccium *collect.* 83. de aliquibus causis re-
7 cusandi ipse *collect.* 445. † Ad nonnulla quomo-
do, & per quos cognoscatur de recusatione ipse
collect. 770.
8 Et quando exceptio recusationis opponatur
ipse Riccius *collect.* 1082. dixi *in Rubr. de except.*

QVÆSTIO I.

An Iudex quilibet etiam Regius supremus recusari queat, si se excuset horis consuetis à præstandis audientiis vlli coram se litigatorum?

SVMMARIVM.

1 *Recusationis materia ex proposito tractata* in cap. 4 de foro competent. *tit. de casu recusati Auditoris Vallisoletani.*

2 *Suspectus nolens gratas audientias horis debitis diei præstare litigatoribus, vt suspectus recusari valet Iure ciuili, & Diuino, n.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.

3 *Porta aperta Iudicum sunt litigatoribus portus, & præsidium.*

4 *Dauid Rex petiit, os ad os loqui cum Deo.*

5 *Vox viua magis explicat animum.*

6 *Absalon ad fores ciuitatis audiens accedentes, fuit causa disturbij inter Regem eius Patrem, & Regnum.*

7 *Princeps instructus ad Iustitiam reddendo se difficilem Vassallis, redditur iniustus.*

8 *Audientia est à Iudicibus personaliter danda litigatoribus, n.* 9.

9 *Debitum ex officio præstare negans, vim infert.*

10 *Iudex etiam ex leui, & modicâ causa queit recusari.*

LIcèt abunde recusationis materiam tractaue- 1
rim *suprà in cap. 4. de foro competent. per varios
casus & quæstiones*, & pro decidendo huic oblato
faciant quæ *ibi*, dixi *quæst.* 32. *num.* 19. *de recusan-
do Iudice*, qui opinionem habet scriptam in libro
quem composuit. Et *ibi quæst.* 34. *num.* 2. de Iudice
qui intempestiuè declarauit votum suum, *ibi
quæst.* 11. *num.* 6. de Iudice, qui fuit solicitator, vbi
num. 4. de illo, qui fuit assessor, vel consultor, in
causa, & de aliis causis inimicitiæ, vt ibi latè dixi
in aliis quæstionibus. Nec casus iste in mentem
veniret, quousque die 20. Februarij huius an-
ni 1658. audiui à D. D. Christophoro Moscoso,
& Cordoba Consilij supremi Castellæ & inqui-
sitionis condignissimo, prudentissimo, & litte-
ratissimo Consiliario suo tempore Vallisoleti
oblatum, & intentatum à D Gregorio Gallo equi-
te burgens. in ea cancellaria litigatore contra
D. D. Antonium de Valentia Auditorem Re-
gium (quem cognoui, & alloquutus fui nolen-
tem ei horis consuetis gratas audientias præstare,
illique respondentem, vt sibi per Epistolam, aut
per amicum dubia suæ litis propalaret; & quia
tantus vir mutuauit mihi allegationem, quam
tunc temporis scripsit; ideo ad litteram referens
eam, à difficultate me expediam.
Igitur ille vir doctus affirmans in terminis 2
eam excusationem præstandi audientias gratas,
esse iustam recusandi causam, vt in terminis
probarunt Scipion Rouito *consil.* 8. *n.* 1. & 5. &
Thesaurus *decis. pedmont,* 1. *num.* 35. discursum
probat, primo eo quod litigantes habent Iure
omni Ius, vt gratis ab auditoribus, & Iudici-
bus coram quibus litigant, audiantur, apertis
portis suarum domorum iuxta verba Imperato-
ris Theodosij *in lib. 1. tit. 7. sui Codicis*, ibi: *non sit
venale Iudicis verbum, non ingressus redempti, non
vitio ipsa præsidis cum pretio equè aures indicantis
pauperrimis, & diuitibus reseruentur*; itavt in omni
hora diei portæ debeant esse Iudicis apertæ omni
litigatori, exceptis horis nocturnis, & meridia-
nis prandendi, vt declarauit, *l. 1. Cod. Theodos.
tit. de officio Iudicis*, ibi: *nec horis meridianis à li-
tigantibus visitantur*: sic cum Ioanne Langleo 2.
Semestrium cap. 1. fol. sibi 88.
Secundo, quia vt refert Plutarchus *in suis* 3
Problem. Roman. assueuerant etiam in nocte ha-
bere portas apertas, vt essent portus, & præsi-
dium egentium, vt tradit Bobadilla *lib. 5. polit.
cap. 14. num.* 93. cum aliis.
Tertio probat ille Doctor ex Diuino Iure per 4
verba Psalm. 142. ibi: *Domine exaudi orationem
meam, auribus percipe obsecrationem meam*: quibus
Rex Dauid videtur significare, quanta sit diffe-
rentia audiendi personaliter, aut per tertiam
personam, quasi exposceret, tu Domine audi
me, ne me remittas ad alium, quia idem non est;
cum aliter eadem persona, cui interest, sit repræ-
sentatura suum Ius necessitatem, & postulatio-
nem, quam alia tertia, cui interesse non aduenit:
etenim, vt ait Borcholten *lib. 2. consf. 10. fol.* 146.
Nulla est clarior probatio ea, quæ fit viuæ vocis 5
oraculo; imò D. Hieronymus ait, *nescio quid la-
tentis energia viua vox habet.*

6 Quarto comprobat facto Absolon prætensoris Israël, qui attendens Patrem eius grauiter occupatum in Bellis, non posse Vasallis gratas, & continuas audientias præstare, nec eius familiares ad illas obligari, liberaliter præstitissent ipse tamen positus ad fores Ciuitatis, vbi negotiantes concurrebant, videns eos ægrè ferentes, quia non audiebantur, sic alloquens blande dicebat: *videntur mihi sermones tui boni, & iusti, sed non est, qui te audiat constitutus à Rege*, & expendens cum Velazquez *Psalmo* 100. *versic.* 1. *lectione* 9. *num.* 6. *& lib.* 5. *annotat.* 11. & cum D. Ioanne de Solorzano *emblema* 60. sine dubio mihi videtur vestram rationem esse abundantem; sed quia vos non audit qui debuerat, non vobis facit Iustitiam, factamque scripturam dicere ibi hac loquutione, & facto Absalon sollicitare corda virorum, à quo rebellio magna fuit orta, qua Rex & Regnum periclitabatur magnopere, ponderans tales effectus prouenire à grata audientia, præstita siue negata.

7 Quinto ex his altiùs probans, adducit D. Moscoso verba D. Ambros. *lib.* 2. *de officiis* ibi, *licèt sit Princeps instructus ad Iustitia opem, si difficilem sanè accessum faciat, erit tanquam si fons aquæ præcludatur, quid etiam prodest habere sapientiam, & iustitiam, si additum ad iustitiam negat*, item adducit alia verba, quæ refert Petrus Gregor. *lib.* 50. *syntagm. c.* 1. *n.* 17. *de maximo Tyrio* ibi, *constituto Iudicio, reus agitatur, nimis onerosus vtique erit is Iudex, qui minimè vtrique dicendi per se locum assignet in hoc potius*
8 *Tyrannum, quam Iudicem præbens.* † Etenim pergens ait audientiam præstandam à Iudicibus futuram esse, vt partes illis alloquantur personaliter, non per Epistolam, aut tertiam personam, cum in ea loquutione assecuretur intelligentia negotij, & solatium litigatorum.

9 Quare vltimò vt comprobat sententiam relatam, adducit doctrinam Barbosæ *de pensionibus, quæst.* 6. *num.* 20. Sesse *de inhibition. cap.* 9. *p.* 3. *n.* 33. Caldas Pereira cum aliis *lib.* 4. *de extinctione emphyteusis. cap.* 3. *num. fin.* dicentium quemque turbare, vimque inferre negantem debitum, nec velle soluere; & sic Iudicem prætendentem se liberare à majori sui officij pensiune, quæ consistit in audientia libenter præstanda, ad quam ex relatis se obligatum dicit, vt aliter iustæ quærelæ præbeat occasionem, & manifestet euidentem indignationis suspicionem cum litigatore.

10 Et ego eam sententiam amplectendo, amplius confirmo ex his, quæ cum multis dixi *in dicto cap. siquis contra Clericum* 4. *de foro comp. quæst.* 58. *n.* 10. *&* 11. nempe causas legitimas recusandi Iudicem, non solùm esse, eas quæ expressè in Iure reperiuntur, sed quamlibet aliam similem, expressam, aut majorem, verùm & modicam, siue leuem suspicionis causam; quia nimis grauè, & periculosum & coram Iudice suspecto litigare. Quis inquam negare poterit illum D. Antonium de Valençia Auditorem Regium Vallisoleranum se grauiter suspectum præstitisse illi D. Gregorio Gallo equiti D. Iacobi negantem gratam audientiam super sua litè præstare, eique respondentem, vt per Epistolam, aut tertiam personam, animi sui motum explicaret. Et pro latiori enodatione adjunges *hic* quæ dixi *sub dicto cap.* 11. *de foro comp.* vbi de forma recusandi auditores Regios latè egi.

AD TEXTVM

In §. Porro eiusdem Textus.

PRÆMISSVM.

I. PER Textum hic primo dicitur, quod in notoriis non admittitur appellatio, de quo dixi *suprà in Rub. quæst.* 4. versic. *ad primum*, & versic. *ad secundam*, alia dixi *in ea Rubrica*, *& in cap.* 11. *eodem*, in quibus non admittitur. II. Et quod in dubiis appellatio admittatur dixi *in eadem Rubr.* III. Et *ibi quæst.* 2. vbi egi de illa, an queat appellari à sententia lata secundum opinionem probabilem. IV. Et quod appellatio sit defensionis species dixi *in eadem Rubr. in princ.* aliqua *sub quæst.* 1. *à num.* 1. cum pluribus *hic*, Barbosa *à num.* 12. V. Et quod causa probabilis appellationis exprimi debeat, docet hic Pontifex in versic. *probabilem*, ad quod notabis adducta *in c. vt debitus honor hoc tit.* 6. VI. Et ibi *& tunc, & habuerit aduersarium intrà terminum vsque ad prosequatur.* adjunges quæ latè dixi *suprà in cap.* 4. *&* 5. *hoc tit* vbi de termino assignando ad prosequendam appellationem, quo transacto, Iudex à quo procedet.

VII. Et ibi, *nullo aduersario comparente, Iudex ex officio procedet*, hoc resolues per dicta in dictis locibus, & *suprà in cap. sollicitudinem* 54. *hoc tit. & in cap. constitutus* 45. *& alibi.*

VIII. Et in versic. *cæterum has duas constitutiones præmissas, nolumus ad regulares extendi*, occasione huius versiculi adjunges dicta *suprà in c.* 3. *hoc tit.* vbi quod non appelletur à correctione regulari. IX. Ad quæstionem ad excludendam partis appellationem, sufficiat confessio Iudicialis, Balboa *in cap.* 4. *de Iudiciis num.* 64. & quæ ibi, dixi aliquid notaui *suprà in Rubr. quæst.* 4. versic. *ad secundam.*

AD TEXTVM

IN CAPITE LXII.

Cum Causam, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

6 *Subdelegare possunt Papa, vel Principis legatus.*

DIVERSA possent hic agregari, tam de litis contestatione per confessionem, de 1
qua dixi *sub Rubr. de litis contestatione.* † Item de 2
renocando errore, seu confessione erronea, *in c. fin. de confessis.* † Item de proponendis in Iudi- 3
cio exceptionibus dilatoriis, vt in *Rubr. de except.* † Item quod delegatus nequit alium subdelegare, nisi ad certos casus, veluti ad recipiendos testes: notaui *suprà in cap.* 18. *de re Iudicata.* & vt per Iura nota *suprà de officio deleg.* alia notat *hic*, Barbosa.

Ad quæstiones an Iure antiquo fuisset necessaria expressio causæ ab in ... ocutoria: applicabis notata *suprà in dicto cap vt debitus* vbi

Barbosa

Barbosa de illo dubio agit *à num.35.* † Et quod sub delegare possint delegatus Papæ, vel Principis, Gratianus *regula* 443. per nostrum Textum.

AD TEXTVM
IN CAPITE LXIII.
Dilecto Filio, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

I. AD Textum hunc applicabis notatas *suprà in dicto cap. vt debitus honor* de quo Balboa *ibi à n.35.* II. Per hunc Textum agunt Doctores de modo interponendæ nullitatis, an principaliter, an incidenter, & videbis quæ latè adducit Couarruuias *in pract. cap.14. num.7. & 8. & toto cap.15.* & applicabis nonnulla dicta *suprà in cap.1. de re Iudicata*, aliquid de nullitatis exceptione, *sub Rubrica de exceptionibus.* III. Et in versic. *vel alias legitimas exceptiones coram ipsis executoribus, &c.* executores quas exceptiones admittant *suprà in cap. de cætero de re Iudicata.*

AD TEXTVM
IN CAPITE LXIV.
Nicolao, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

2 *Mandatum procuratorium qualiter intendatur.*

1 PRæcipva materia huius Textus reducitur ad ea, quæ dixi *suprà in cap.4. & cap.5. & cap.8. hoc tit.* vbi de termino ad prosequendam appellationem, & ad illod, quod si appellans mittit procuratorem ad prosequendam eam, tantum in aliquo articolo condemnetur appellatio in expensis, adiunges notata *suprà sub hoc titulo*, vide *cap.16.* & quæ adduxi de condemnatione expensarum *in cap. finem litibus de dolo, & contumacia*, expendit Barbosa *hic num.2.*

2 † Ad intellectum, & quæstionem qualiter mandatum procuratorium extendatur, egit Faquineus *lib.2.controuersiar. cap.94.* per Textum hunc, vbi expendit dicens loqui hunc Textum de rebus, ac negotiis separatis, ac diuersis, nec se inuicem contingentibus, aut connexis, aliud est enim Iudicem impetrare, aliud verò litem instituere, quamuis impetratio Iudicis viam aperiat ad litis institutionem; & sic procurator non extendit suum mandatum, vt colliges ex Textu *in l.1. §. igitur ff. de exercitoria actione, l. sed si tantum, & l. ex hoc iure vtimur ff. de solutionibus.*

AD TEXTVM
IN CAPITE LXV.
Sua nobis, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. PEr Textum hunc competit agere de vitibus ad appellandum permissis in Iure in qualibet causa, siue Ecclesiastica, siue sæculari, cum eius littera videatur ad omnes apta, & sic ego breuiter quæ in praxi admittuntur exponam. II. Et applicabis quæ adduxi *suprà in cap. vltra tertiam 55. de testibus*, vbi an quis ad probandum vltra tertiam probationem admittatur.

QVÆSTIO I.

An in vna causa, liceat tertio prouocare, seu quot vices: Et an admittatur secunda supplicatio: Et an aduersùs tertiam sententiam, nullitas opponi possit, ita vt retractetur eius executio: An sententia interlocutoria bis confirmata, transeat in rem Iudicatam.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio in vna causa bis tantùm permittitur, nec tertio prouocari licet etiam rescripto Principis, aut Pontificis num.2. & 3.*

4 *Appellatio tertia non admittitur, etiam quoad effectum suspensiuum, & de pœna tertio prouocantis num.5.*

6 *Appellatio tertia admittitur, si in eadem causa aliquid sit super additum iudicialiter, & quare num.7.*

8 *Appellatio tertia admittitur à sententia tertia lata super desertione appellationis, item si Iudex declarauerit in tertia sententia, alias duas num.9.*

10 *Appellari potest millies aduersis sententiis, si millies grauetur, pars vtraque potest bis appellare.*

11 *Appellari potest à sententia declarante, tres, vel duas esse conformes tertius potest quandocumque appellare: explicatur num.14. & 15.*

16 *Supplicatio locum habet à sententia Principis non appellatio.*

17 *Supplicatio habet locum, quoad effectum suspensiuum, in quibus casibus cum habet appellatio: fallit num.18. 19. & 20.*

21 *Supplicatio secunda non admittitur à sententia reuisionis: fallit n.22. & in quibus causis, n.23.*

24 *Supplicatio secunda quando liceat in criminalibus, quando in ciuilibus de Iure nostro Regio n.25.*

26 *Valor rei litigiosæ consideratur secùndum tempus porrecti actionis libelli.*

27 *Supplicatio secunda, quando admittitur est solitum ad Regem, & qui tunc Iudices nominentur.*

28 *Supplicare licet secundo in duobus casibus in audientiis Regiis, n.29.*

30 *Supplicatio non dicitur à sententia prima con-*

firmatoria lata in Cancellariis duarum aliarum sententiarum latarum à Iudicibus aliis inferioribus : fallit si ambæ, aut vna earum fuisset reuocata, n.31.

51 *Supplicatio secunda non admittitur à sententia secunda confirmatoria, seu renocatoria lata in Cancellariis Regis.*

33 *Executoria datur in fauorem eius, qui secundam obtinuit sententiam in Cancellaria*

34 *Sententiæ conformes quæ dicantur, n.35. & duæ faciunt rem Iudicatam, n.36.*

35 *Conformitatis effectus verificatur, si in substantia idem continetur.*

37 *Nullitas aduersùs tres sententias conformes, non impedit earum executionem, & si post admittitur, nisi exactis manifestè constet, n.38. aut esset iniusta, n.40. aut si victor patiatur, vt victus opponat de nullitate, numero 46.*

39 *Commissio ad exequendas tres sententias conformes, intelligitur de validis.*

41 *Nullitas, quæ prouenit ex defectu Iurisdictionis potest opponi contra tres sententias conformes : expenditur, n.42. & 43.*

44 *Nullitatis exceptio quando impediat executionem sententiæ.*

45 *Tertius potest opponero de nullitate sententia, . comparens pro suo interesse, & impedire executionem trium conformium.*

47 *Sententia interlocutoria bis confirmata, transit in rem Iudicatam, sic, vt nec exceptio nullitatis admittatur, n.48. & n.49.*

50 *Reuocari sententia interlocutoria, tantum bis potest, non millies, & semel in Portugalia, num.51.*

52 *Appellatio tertiò denegatur, etiam in sententiis, quæ non transeunt in rem Iudicatam.*

53 *Restitutio num elidat vim trium sententiarum concordantium*

1 AD primam quæstionis partem, & si Vbamesius hic contendat Iure Ciuili, nullum
esse præfixum numerum appellationum : tamen
constat de eo Iure, & de nostro Pontificiò per
Textum nostrum esse taxatum numerum earum,
& cupiēs Ciuile Ius litigatorum calumnium, qui
in numeris appellationibus interpositis in infinitum, lites protrahebant cohibere, semel dumtaxat appellare permisit ; ita vt iubeat super
actum gemino Iudicio, si appellauerit possessione excidere, iuxta Textum *in l. vnica de possess. ab eo qui bis prouocauit in Cod. Theodosiano*, per
quem Textum notat Cujac. *in paratlita, & posth. ad tit. cod. ne liceat in vna, eademque causa*, repellit ergo Iustinianus tertiam appellationem.
2 † Quod itidem hoc Pontificio Iure, etiam ex
Textu nostro videtur decretum, cui concinit
Textus *in cap. directè hoc tit.* & Textus *in l.25. tit.23. part.3. l.5. tit.17. l.2. tit.16. lib.4. recopilat.* vbi id Iudicibus superioribus tribuitur, vt ab
eorum sententiis secundo supplicare nefas non
sit : sic ordinarij in prædictis locis, Couarruuias
pract. cap 15. & num.9. & cap.25. per totum, Paz
in praxi 1. tomo part.6. cap.3. num.9. Guttierrez
lib.1. pract. cap.96. num.5. & sequent. Tuschus in
verbo *appellatio conclus.401. ex num.13. & conclus.403. per totum*, Donellus *lib.18. comment. cap.1.* latè Gabriel 1. *commun. tit. de executione rei Iudicata concl.1.* alij relati à Zenedo *collect.19. ad Clem* Ceuallos *de cognit per viam viol. art.2.*
cap.126. num. 11. & alij relati à Doctoribus *hic*,
& in præcitatis Iuribus.

Et in tantum verum esse docent, vt nec Papa, 3
nec Princeps per viam rescripti ex ordinaria potestate possit concedere tertiam appellationem,
Marchesanus *de commis. per nullitatem cap 2. sub num.1. fol.140.* Scaccia *hoc tit. quæst.17. limit.1. num.1.* qui *num.3.* extendit principalem resolutionem, tam in diffinitiua, quam interlocutoria, de qua dico *infrà*, in versiculo *ad vltimam*.

Ampliatur secundo, ita vt appellatio tertia 4
non admittatur, etiam quoad effectum suspensiuum, si essemus in aliquo casu, in quo liceret
appellare à tribus sententiis conformibus, quia
nihilominus appellatio non impediret executionem : sic idem Scaccia *dicta quæstione limitat 1. num.11.* Barbosa *hic sub num.2.* † Et quod ter- 5
tio non prouocetur de pœna aduersùs sic prouocantem cautum est, etiam Alarici Italorum
Regis edicto, vt testatur Casiad. *lib.9.*

Hæc tamen dicta oportet, vt declarentur pro- 6
cedere quando ab vna, eademque sententia, &
super eodem negotio nihil addito, siue diminuto
appellatio interponeretur tertia, nam si contingat
vt tertia sententia plus cōtineat tum super nouo
grauamine illato, reuera appellatio alia admittetur. † Quia respectu illius est tantùm prima 7
sententia, docent Maranta *de ordine iudicior. part.6. tit. de appellat num.281.* Vbamesius, Paz, &
Couarruuias, *suprà*, Alexand. *cons.77. lib.2.* Tuschus *dicta conclus.403. num.2.* imo Couarruuias
rem hanc eruditè exemplis illustrat. Etenim vt
ait Vbamesius *hic num.4.* & Pichardus *in manuduct. ad praxim part.4. §.13. à num.2.* vt procedat nostra conclusio requiritur, vt sit vna, eademque
causa, nam incidentes articuli, non vnius, sed
singularum causarum, singulæ vocem obtinent,
ac subsunt.

Obidque Rota decidit *decis.417. in antiquis*, 8
quam sequitur Couarruuias *dicto cap.25. pract. num.5.* quod si à duabus sententiis, in eadem
causa latis appellatum sit à tertia super desertione
appellationis lata, tunc reuera admittatur tertia
appellatio. † Imo & idem procedere, si Iudex 9
declarauerit in tertia sententia alias duas præcedentes esse nullas, quia tunc à tali declaratione
appellare licet, vt probat *suprà* Pichardus *sub num.2.* & constat ex *decis. Rota 424. in antiquis*,
verbo *proximè*.

Vnde dixit Scaccia *dicto cap. 17. limitation. 1.* 10
à numero 18. & 40. quod aduersis sententiis potest millies appellari, si millies grauaretur, etiam
in vna, eademque causa. † Et *num. 42.* addit 11
quod vtraque pars potest bis appellare. † Et 12
num.49. quod potest appellari à sententia declarante tres, vel duas esse conformes, & *num.50.*
quod potest inhæreri appellationi aduersarij, de
quo dixi *sub Rubrica quæst.6. & num.62.* quod potest dici post tres sententias de notoria nullitate,
& iniustitia.

Imo idem Scaccia *dicta quæst.17. dicit num.63.* 13
quod potest tertius quandocumque appellare :
quare adjunges quæ latè adduxi *suprà in cap.17. de sententia, & re Iudicata*, vbi egi latè de tertio ad
Iudicium veniente. † Et in terminis, vt nostra 14
procedat conclusio debet procedere in ea, qui
nominatim grauatus est sententia, nam alioqui
si tertius voluerit impedire appellationis remedio, executionem tertiæ sententiæ benè poterit,

15 terit. † Aut si id velit etiam nullitatis remedio, Paz *vbi suprà*, quod procedet si tertius Ius sibi competens antea ignorasset, quia si litis conscius fuisset, & denuo illam causam instaurare desideraret, merito repelli scribunt Pichardus *d.* §.13.*p.*4. *manud. n.*4. Couarr. *dicto cap.*15. *n.*8. *&* 9. videndus.

16 Ad secundam partem quæstionis, an admittatur supplicatio secunda, vt expendas, adjunges quæ notaui *suprà in Rubrica in princ.* in versic. *supplicatio, cum num. seq.* vbi dixi quid sit *supplicatio.* Sed quia communiter Doctores aduertunt dari primam supplicationem, & aliquoties secundam: duxi ergo hic de vtraque breuissimè prælibare; igitur à sententia Principis non appellatur; vt contingit à sententia aliorum Iudicum inferiorum, ex eo quia cum non detur alius Iudex Principe superior, ideo ab eo appellatur; sed quia potuit controuersiam finiendo, vt homo, & male informatus grauare aliquam ex partibus litigantibus; ideo oportuit, vt remedio supplicationis ad ipsum moderetur damnum parti illatum, colligitur de nostro Iure Regio *in l.*17. *tit.*23. *part.*3. Doctores per argumentum textus, *in cap. si quando de rescriptis.*

17 Vnde regulariter sequitur dicendum, vt in quibus casibus habet locum appellatio, & quoad effectum suspensiuum itidem supplicatio, & è contra, Azeuedus *in proœmio*, & *in l.*1. *tit.*19.
18 *lib.*4. *recop.* † Fallit in audientiis, vbi supplicatio nullitatis, seu recursus non admittitur à sententia; quas Iudices pronunciant causæ, *l.*4.
19 *tit.*4. *lib.*7. *recop.* † Nec quando declaratur super vi ab Ecclesiastico illata, Curia Philippica
20 *p* 1. *de instantia*, §.4. *num.*2. † Quod idem contingit in sententia prima super quantitate parua ex *l.*9. *tit.*17. *lib.*4. *recopil.* argumento eorum, quæ adduxi, *suprà in cap.*11. *hoc tit.* alia adducit omnino videnda Curia Philippica *in d.* §.4. vbi à quibus Iudicibus, & in quibus casibus admittatur, vel non prima, siue secunda supplicatio, cum leges ad praxim.

21 Igitur regula est, vt fas non sit secundo supplicare à sententia reuisionis, post aliam primam supplicationem, Guido Papa, *q.*189. *num.*12. *& quæst.* 345. Auendañus *de secunda supplicatione, numero* 1. *&* 5. Gaillius *lib.*1. *practic. cap.*155. *num.* 3. facit textus, *in l.*5. *tit.*17. *l.*2. *&* 19. *lib.*4.
22 *recop.* † Fallit tamen in casu, *l. Segouian.* quæ extat, *in l.*1. *& per totum*, *tit.*20. *lib.*4. *recopilat.* vbi prosequitur Azeued. & latè Auendañ. *à n.*2. *suprà*: fusissimè loquitur Paz *in praxi* 1. *tomo p.*7. *cap. vnico*, vbi videbis quæ desideraueris, post quos videbis Curiam Philippicam *dicta p.*1. *de secunda instantia*, §.5.

3 Non enim in omnibus casibus, seu causis, nec ab omnibus licebit supplicare secundo, nec ab omnibus sententiis, & sic docet Pichardus *in manud. p.*4. §.22. *n.*1. *&* 5. quod debeant causæ ciuiles esse ex, *l.*11. *tit.*20. *lib.*4. *recopilat.* Auendañ. *suprà num.*16. item quod debeant esse eius quantitatis, quam requirit, *l.*9. *eiusdem tituli*, antiquata ea taxatione, quam induxerat, *l.*7. *eodem tit.* obseruat Paz *suprà à num.*63. *&* 86.
24 Azeuedus *in dicta l.*7. † Et quod in criminalibus secunda supplicatio non admittatur, quantum ad pœnam earum, de qua agitur principaliter patet ex *l.*9. *tit.*10. *lib.*4. *recopilat.* sed quantum ad partis inter esse benè admittetur, cum id patetur accessoriè, & incidenter, *l.*3. *dicto tit.*20. Curia Philippica *dicto* §.5. *num.*4. qui addit in fine, vt, etsi in principali causa denegetur, secunda supplicatio admittatur in accessoria, vt in liquidationibus, & aliis similibus.

Et addit *num.*9. ex *dicta l.*9. quod in Iudicio 25
rei petitorio, non habet locum secunda supplicatio, nisi causa sit nimis ardua, & magni valoris simul; veluti apud *nos de tresmil doblas que cada vna valle, vn Castellaño, el qual vale diez y seis Reales*, Couarr. *de veterum numism. cap.*6. *num.*3. apud Indos debet esse causa, *de diez mil pesos*, ex *l.*13. *Iulia*, Curia Philip. *vbi sup. n.*5.
† Et Paz *dicto cap. vnico*, *p.*7. docet, quod va- 26
lor rei litigiosæ consideratur secundum tempus porrecti actionis libelli, & non de tempore sententiæ.

Etenim supplicatio secunda solùm permissa 27
est ad Regem, quando ea conceditur, & tunc nominantur Iudices supremi existentes in Curia Regia, Pichardus *vbi suprà dicto* §.22. *sub n.*4. vbi videtur dicere, vt in audientiis aliis sic non procedat ex Paz *dicto cap. vnico, p.*7. *tom.*1. *n.*22.
† Tamen in dictis audientiis Regiis posse in 28
duobus casibus secundo supplicari, primo quando in secunda sententia primæ confirmatoria, adhibita fuit noua condemnatio, seu declaratio super aliqua noua petitione, vel si fuit aliquis casus omissus, super quo nondum habita erat sententia. † Secundo quando 29
aliquis, qui non litigauerat, venit, vt tertius oppositor, seu fuit citatus ad litigandum, tunc enim, ille seu eius contrarius poterit supplicare, siquidem horum respectu illa fuit tantùm sententia primæ instantiæ: alia adducit videnda Paz *in practica* 1. *tom. p.*6. *cap.*1. *n.*1. Curia Philippica *suprà dicto* §.4. *num.*6. & faciunt dicta *suprà in principio de appellatione.*

Pro praxi breuiter notabis ex *l.*15. *tit.*23. & 30
*l.*4. *tit.*24. *p.*3. *l.*5. *tit.*17. & *l.*2. *tit.*19. *lib.*4. *recopilatione*, & *lege* 5. *titulo* 5. *libro* 7. *recopilation.* quod si ab inferioribus Iudicibus veluti *de los alcaldes ordinarios de los lugares*, appelletur ad Cancellarias, seu Regias audientias, tunc si prius ab inferioribus de gradu in gradum fuerunt latæ duæ sententiæ confirmatoriæ, & ab vltima appelletur ad dictas audientias, & inibi ambæ, aliæ sententiæ confirmentur, non esse admittendam supplicationem ab ea; imò potius est danda executoria pro omnibus; nam aduersùs tres sententias conformes, nec admittitur appellatio, nec supplicatio. † Tamen si 31
ambæ prædictæ sententiæ confirmatoriæ fuerint in Cancellaria reuocatæ, seu vna eorum, tunc à sententia lata in audientia reali admittetur appellatio, vel supplicatio, non autem erit locus appellationi, seu supplicationi, à secunda Cancellariæ sententia reuocatoria, vel confirmatoria.

Quod si lis ex noua actione, & libello inci- 32
piat agi in Cancellaria, vel audientia Regia, tunc à sententia prima, vulgò *de vista*, est supplicationi locus, sed non à sententia secunda confirmatoria, vel reuocatoria iuxta textum, *in l.*2. *tit.*19. *lib.*4. *recopil.* †. Ex quo prouenit cum 33
in audientia reali lis fuit determinata per sententiam secundam vulgò *de reuista*, statim danda est, & liberanda executoria, cuius virtute executioni mandetur, iuxta textum, *in l.*3. *tit.*17. *lib.*4. *recopilat.* non obstante qualibet exceptione, seu oppositione; etsi post eius executio-

nem, debeat admitti, & supplicari, in casibus iam adductis per Curiam Philippicam *dicto* § 4. *num.* 4 *&* 5. Alia inquam, quæ spectant ad hoc dubium: præcitati agunt latissimè.

34 Sed si dubites quænam dicantur sententiæ conformes, respondeo illas verè dici, quæ conueniunt in qualitate, & substantia, Rugiuel *in hoc tract. de appellat.* § 12. *Glossa* 1. *num* 10. versic. *omnesque* Thesaut. Fossan. *decis.* 228 *num.* 2. Scaccia *q.* 17. *de appellat. limit.* 1. *num* 21. Barbosa
35 *hic num* 3. † Quia ad effectum conformitatis sufficit quod in substantia idem contineat, Baldus *in l. Creditor*, §. *cum de sorte num* 1. *ff. solut.* Rota apud Farin. *decis.* 98. *num.* 4. *p.* 1. *recent.* & quod non adsit deformitas circa substantiam, & qualitatem principalem, Alex. *cons.* 77. *num.* 3. Versic *sicut ergo lib* 2. Rota *dicta decis.* 98. & in vna Brachareus. fructuum 18. Aprilis currentis anni 1625. coram R. P D. Burato: Videbis Conarr. *dicto cap.* 25. *pract. num.* 5. *&* 6. expendit cum multis aliis Barbosa *in Clem.* 1. *de re indicata*
36 *num.* 11. † Et Barbosa *in dicta Clem.* 1. *num.* 8. cum Rota apud Farin. *p.* 1. *recent. decis.* 647. *num.* 1. dicit quod in Vrbe Romana duæ sententiæ conformes faciunt rem iudicatam inter Ciues, & credit sic in omnibus Curiis obseruari.

37 Ad tertiam quæstionis partem, an aduersùs tertiam sententiam nullitas possit opponi; itavt tres sententiæ confirmatoriæ; seu tertia executioni mandatæ queant reuocari, & quia de hoc iam dixi *suprà in cap. quoad consultationem de sentent. & re indic.* Ideò breuiter dico ex Textu *in Clem.* 1. *de sententia, & re indicata*, quod si quis in beneficiali, vel alia qualibet causa tres reportauerit sententias contra se in petitorio, vel possessorio, non admittatur ad agendum de nullitate ipsarum, vel alicuius ex eis, donec huiusmodi sententiæ plenariæ fuerint executioni mandatæ; docent ibi antiqui Doctores, & hic; & inter modernos Socin. *Reg.* 162. Olanus *in antinom. lit E*, *num.* 23. Michael Grassis *tom.* 2. *commun lib.* 7. *tit.* 16. *num.* 116. *pag.* 282. Pichard. *ibidem lib.* 8. *tit.* 28 *pag.* 326. Guttierrez *pract. lib.* 1. *q.* 96. *à num.* 5. Menoch. *de arbitrariis casu* 9. *per totum, & casu* 202 *n.* 52. *& cons.* 345. *à num.* 39. *& cons.* 353. *à num.* 40. Marchesanus *de commis. p.* 3. § 4. *cap.* 4. *pag.* 139. cum aliis Mascardus *conclus.* n. 86 *à num.* 3. Ceuallos *in practicis quæst.* 808. *num* 98. *&* 104. *& q.* 830. *num.* 52. latè Tuschus *tom.* 2. *lit C. conclus.* 374 *à num.* 1. vbi multipliciter ampliat Stephanus Gratianus *discept forens. cap.* 42. Gonzalez *in Regula* 8. *Cancel. Glossa* 56. *num.* 67. Caldas Pereira *quæstion. forens. lib.* 1. *q.* 36. *num* 7. quibus addo Ceuallos *de cogn. per viam violentiæ q.* 126. *p.* 2. *à num.* 11. Pichardus *in manud. ad praxim p* 4 §. 13. *num.* 5. vbi reddit rationem; Nam æque necessarium vt malitiis hominum obuietur.

38 Hæc tamen doctrina sic firma fallit in casu, quo exactis manifesta constet nullitas: Sic Couarruuias *dicto cap.* 25. *practicar. num.* 3 Mexia *ad legem Toleti ad* 1. *fundam p.* 2. *num.* 26. Guttierrez extendens hanc Regulam ad quoslibet alios casus, eoque modo limitans, *vbi suprà* facit Textus *in l.* 2. *tit* 17. *lib.* 4 *recopilat.* optimè expendit idem Ceuallos *dicta quæst.* 126 *sub dict.*
39 *num.* 12. à versic. *vlterius* & *n.* 13. *&* 14 † Videndus Barbosa cum multis *in dicta Clem.* 1. *de re indicata num.* 5. vbi cum Gonzalez *in dicta Regula* 8. *Cancell. Glossa* 57. *num.* 20. docet commissionem ad exequendum tres sententias conformes intelligi de validis. † Et sic dixit Ric- 40
cius *collect.* 2050. ex Franco ad Textum *in cap. dilecti hoc tit.* nullitatem quæ opponitur aduersùs sententiam Sacri Consilij impedire executionem, vbi ex eisdem actis esset cognoscibilis; secùs si requireret probationem extrinsecam, Ioseph. Ludouic. *in decis. Rota Lucens.* 24. Gaillius *obseruat.* 4. *lib.* 1. Minsing. *decis.* 94. *cent.* 4. Intrigliol *decis.* 10. Sed si executio esset irretractabilis, tunc etiam illa probatio eam impediet, Rubin. *decis.* 91. & idem fore si esset euidenter iniusta; quia tunc æquipatatur nullitati, Barz *in decis.* 23. in qua notoria nullitate poterit super ea pronuntiare: etiam parte non opponente, vt decisum refert Minsing. *decis.* 20. *cent.* 1. Riccius *suprà dicta collect.* 250.

Secundò in nullitate quæ prouenit ex defectu 45
iurisdictionis, quæ potest opponi etiam contra tres conformes sententias: ita docent Aucharranus *cons.* 62. *num.* 3. versic. *non obstat* Gigas *de pension. q.* 100. *num.* 10. Hypolitus *cons.* 81. *à n.* 37. Couart. *dicta cap.* 25. *num.* 4. Perez *in l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 3. *ordinam. pag* 600. Guttierrez *dicto lib.* 1. *pract. q.* 96. *num.* 8. Tuschus *dicta conclus* 374. *n.* 5. Franciscus Marcus 469 *in fine p.* 1 Barbosa *in dicta Clem.* 1. *de re indicata num.* 7. idem cum aliis probat Pichardus *dicto* §. 13. *num.* 7. † Sic ta- 42
men qui Iudex sententiam tulit, nusquam in ea causa iurisdictionem habuit, & si sententiæ tempore fuerit extincta, tunc nullitatis exceptionem esse reiiciendam, vt post longam disputationem distinguit Couarr. *dicto cap.* 25. *pract.* à quo accepit Guttierrez. † Imò & Ceuallos 43
dicta quæst. 126. *num.* 12. *declara tamen* dicit defectum iurisdictionis talem esse debere, vt consensu partium suppleri non posset; Alias enim ait si coram Iudice incompetente lis ageretur, videri inductam prorogationem, colligit ex *lege* 1. *ff. de Iudiciis*, & cum multis ab eo relatis.

Imò idem Ceuallos latè probans cum multis 44
ait exceptionem nullitatis impedire executionem sententiæ, quando executio retractari non possit; licet alias non impediret, *& num.* 14. idem dicit quando infertur præiudicium irreparabile.

Tertiò limitatur prædicta Regula in tertio, 45
qui pro suo interesse comparet; quia iste potest opponere de nullitate sententiæ, iuxta quæ latè adduxi *suprà in cap.* 17. *de sententia, & re indicata*; potest enim impedire executionem trium sententiarum conformium, Couarr. *dicto cap.* 15. *pract. num.* 9. Michael de Grasis *tom.* 3. *commun. opinion. lib.* 7. *tit.* 26. *num.* 115. versic. *secundo limita, & num.* 120. Barbosa *in dicta Clem.* 1. *n.* 3. idem Ceuallos *dicta quæstione* 126. *à num.* 16. vbi benè expendit.

Quartò limitatur si Victor est passus, quod 46
per victum probetur nullitas, quia ad impediendam executionem sententiæ, debet pronuntiari super ipsa nullitate, & tunc impedietur executio, tradit Barbosa *in dicta Clementina* 1, *de re indicata num.* 4. Hypolit. *cons.* 19. *n.* 9.

Ad vltimam quæstionis partem an sententia 47
interlocutoria bis confirmata transeat in rem iudicatam, & pro affirmatiua sententia respondendum est: Itavt ampliùs reuocari nequeat ex Glossa *in Clem. fin.* verbo *super eam hoc tit.* Panormit. *in cap cum cessante col.* 4. *hoc tit.* Felinus

in

in cap. qualiter el 1. de accusation. num. 13. vbi bis limitat attestans se vidisse millies in practica, Maranta *de ordine Iudicior. 3. p part. 6. princip.* primo actu de sententia *num. 9.* communem testatur Villalobos *in ærario commun. opin.* versic. *sententia num. 31.* cum multis aliis Gratian. *Regu-*
48 *la 419.* † Sic amplians vt nec exceptio nullitatis admittatur, vt communiter teneri docet Couarr. *in practic. dicto cap. 25. num. 3.* versiculo *quinto.*

49 Et videtur prædictum confirmari ex adductis *suprà à num. 1. de sententia diffinitiua*, quare dixit Sigismundus Scaccia *de appellat. q. 17. limitat. 1. num. 3.* vt dictum de sententia diffinitiua intelligatur etiam in interlocutoria; Imò Pichard. *in manud. dicta p. 4. §. 13. num 5. in princ.* docens tres sententias conformes irretractabiles esse, idem sentit si id etiam contingeret in interlocutoriis; quia inter interlocutorias, & diffinitiuas hac in parte nihil interest, Maranta *de ordine Iudic. suprà n. 264* Cou. *dicto num. 3.*

50 Et sic licet Stephanus Gratianus *discept. forens. cap. 147. num. 11. & in cap. 154. à num. 16.* dixerit vt interlocutoria sententia millies reuocari possit; Tamen, vt iam dixi regulariter Iudex non poterit, nisi bis suam sententiam interlocutoriam reuocare, Pichardus *tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 8. num. 26. pag. 244.* & Barbosa *in dicta Clem. fin. hoc tit. num fin.* dicit vt soleat Glossa *super ea*, de qua ibi notaui ad hoc quod interlocutoria geminata reuocari amplius non possit, quamuis alias semel pronuntiata reuocari rectè valeat, sicut docent Caldas Pereira *de potestate eligendi, seu nominandi cap. 2. num. 38.* Stephanus Gratianus *dicto cap. 155. num. 26.*

51 † Sed attenta ordinatione Portugal *lib. 3. tit. 65. §. vltimo* interlocutoria sententia semel tantùm reuocari poterit, vt testatur idem Barbosa sic adducens ex parente suo *in commentar. ad eundem Titul. 66. in princ. num. 3.* videndus *ibi sub num. 3.*

52 Et Barbosa *hic* ex Scaccia *dicta quæst 17. n. 6.* dicit tertiam appellationem denegari etiam in sententiis, quæ non transeunt in rem iudicatam.

53 An verò restitutionis beneficium trium concordantium sententiarum vim elidat: Tradunt Vbamesius *hic num. 5.* Azeuedus *in l. 2. tit. 17. lib. 4. recopilat.* notat Pichardus *dicto §. 13. in fine*, & quid si aduersùs sententiam Sacri Consilij petatur restitutio in integrum, an impediatur executio, latè. Thesaurus *decision. 181.* de quo dixi.

AD TEXTVM IN CAPITE LXVI.

Dilecti, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. HVIVS Textus omnimodam, & integram materiã, quæ spectat ad appellationẽ omisso medio peregi *suprà in cap. 7. hoc Titulo* II. Et quatenùs in versic. *quocirca mandamus, quatenus sententias post huiusmodi appellationem latas in eos denuntietis penitus non tenere*, repetes quæ de reuocatione attentatorum dixi *suprà in cap. bona 51. hoc tit.* & notata *in cap. 1. eodem.*

AD TEXTVM IN CAPITE LXVII.

Ex Parte, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Mater potest esse Procuratrix filiorum suorum: quid in Iudicio remissiuè, & de aliis, numero 2. 3. 4. & 5.*
6 *Fœmina non incarceratur pro debito administrata Tutelæ.*
7 *Mater per transitum ad secundas nuptias amittit filiorum tutelam.*
8 *Pronuntiatio tacita sufficit ex processu ad vlteriora super emergentibus.*
11 *Appellatio admittitur si Iudex pronuntiat se competentem tacitè, vel expressè Textus noster intelligitur.*

AD hunc Textum plura adnotari poterant; 1
quia potest de illo disputari, an mulier quæ habet tutelam filiorum suorum possit esse Procuratrix, & affirmant Dueñas *Reg. 311. limit. 11.* Barbosa *hic num. 2.* sed quia Gutierrez *de Tutelis p. 1. cap. 8.* agit de Matre, vel Auia Tutrice relicta, eum *ibi* videbis nec ad longum scribo, item pondero, quod & si reuera Tutrix esse possit.

Dubium tamen est an Procuratrix in Iudicio 2
cum mulieribus id prohibitum vulgare in iure reperiatur per ea quæ dixi *suprà in cap. cautam 9. de Iudiciis*, vbi adduxi illud quod mulieres prohibentur esse in Iudicio, ne irreuerenter cogantur esse in cætibus virorum *ibi q. 12. à num. 6.*
† Ad quod etiam adiunges, & videbis quæ 3
latissimè adduxi *in cap. tum litteris 33. q. 3. per totam*, vbi dixi de quæstione an mulieres Testes esse possint in Iudicio, & in versic. *ad secundam à num. 37.* quid in Testamentis, vbi expendi relatum antiquitatis dictorium; & an Testes possint esse contra Clericos dixi *in c. de cætero 14. eodẽ tit. q. 1.* † Et an mulierũ consuetudines faciant 4.
statuta, dixi *in cap. illud de præsumpt. q. 4.* † Et 5
an matres pro filiis, aut filiabus possint esse Testes, dixi *in cap. super eo 11. de Testibus*, ex quibus omnibus proportionabiliter explicatis, respondebis ad punctum adductæ difficultatis.
† Sed an fœmina pro debito pecuniario in carcerem mitti possit, etiam ratione administratæ 6
Tutelæ, agit ex Textu nostro Couarr. *lib. 1. variar. cap. 1. num. 3* vbi negat: notabis dicta *infrà. sub cap. cum dilecta 4. de confirmatione vtili* in versic. *ibi qui vero.*

Et in versic. *& prædicti filij eius sub potestate,* 7
per quæ verba notant Doctores relati hic à Barbosa *n 3.* quod mater ipso iure per transitum ad secundas nuptias amittit filiorum Tutelam, de quo dico latissimè *in cap. penultimo, & fin. de secundis nuptiis.*

It ibi in versic. *sed quia dicti Iudices* cum Do- 8
ctores ex hoc versiculo notent, vt cum pluribus refert

de exceptionibus num. fin. in fine, expendens Textum *in dicto cap. vt debitus*, *& in cap. ex parte 67. hoc tit.* dicit Textum nostrum agere de temporis exceptione, quæ non impedit quominùs de principali causa agatur.

5 Et quia hîc in versic. *carnes vendere*, notant Doctores quod Clerici habent ius vendendi carnes, de quo Tiraquell. *de nobilitate cap. 27. n. 8.* Boërius *decis. 225. num. 4.* Barbosa *hic num. 2.* ideo applicabis quæ longè noto *infrà in cap. pen. & cap. fin. de vita, & honestate Clericorum.*

6 Et in versic. *alibi quam in stallis hîc*, Barbosa *n. 3.* dicit cum Couarr. *in Reg. possessor p. 2. §. 4. num. 1.* Sebastiano Nebio *in l. si quisquam 7. ff. de diuersis, & temporalibus præscriptionibus*, Gregorio Lopez *in l. 2.* verbo *otorgamiento tit. 3. p. 5.* quod potest concedi priuilegium, vt in tali loco, & non alibi carnes vendantur, vel quod quis solus piscetur in certa parte Maris.
7 † Et occasione huius versiculi possunt hîc adiungi practicabiles quæstiones, quas ad longum agitat Guttierrez *lib. 4. pract. q. 32. 33. 34. 35.* vbi in summa an Domini temporales possint facere molendinos; & furnos, & prohibere vicinos, & vassallos alios facere, vel ad alios ire ad coquendum, de quibus aliqua dixi *sub tit. de constitut. cap. 6. & 10.* & de Macello carnium, seu Tabernæ *ibi q. 14. à num. 1.*

8 Et quod Baro non possit facere Tabernam, & cogere, vt omnes transeuntes eant ad hospitandum in ea prohibens omnibus suis Vassallis nequaquam etiam consanguineum hospitio excipiat: tradit Barbosa *hic num. fin. in praxi Episcopi p. 1.* verbo *Barones §. 4.* & annotatum cum Guttierrez de molendinis, & furnis: tractarunt Hostiens. & Ioannes Andreas *hic*.

AD TEXTVM IN CAPITE LXX.

Interposita, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

3 *Probatio incontinenti facta ad appellationem probandam est, cum appellans ostendit scripturam, vel aliud documentum, item si ex actis resultet num. 4.*

1 Textvs huius materia satis expenditur in notatis *suprà in cap. vt debitus 59. hoc tit.* & in locis *ibi* assignatis, vbi de causa probanda ad iustificandam appellationem interpositam: aliqua notabilia refert Barbosa *hic*.

2 Et cum *num. 5.* agat de oblata probatione, & eius prærogatiuis; Ideò adiunges quæ notaui, & dixi *suprà in cap. litteras, & alibi* de probatione incontinenti facta, à quibus releuer, & ad
5 quid prosit. † Igitur ad propositum Barbosa *hic, num. 6.* cum Scaccia *de appellat.* & aliis; dicit etiam vocari probationem incontinenti ad appellationem prosequendam, cum appellans ostendit scripturam, vel aliud documentum nondum de actis; quod & si requirat aliquam discussionem causæ; Tamen facit magnam præsumptionem.

Et quod ratio appellandi in promptu, dicitur si ex actis resultet euidens iniquitas Sententiæ. 4
Et Balboa *in cap. olim. 7. de exception. à n. 14.* agit de probanda causa coram Iudice appellationis.

Ad §. eidem, eiusdem Textus

PRÆMISSVM.

I. Ad §. hunc notabis dicta de Procuratore *suprà in cap. Nicolao, & in cap. significante 69.* & applicabis nõnulla adducta *sub cap. 5. hoc tit.* & aliqua notata de litteris impetratis ad litigandum *in cap. 63. hoc tit.* & videbis *suprà in cap. 58.*

Ad §. ille denique huius Textus.

PRÆMISSVM.

I. Per hunc §. agitur de appellante, qui renuntiauit appellationi, ad quod applicabis adducta *suprà in Rubrica q. 2. & in cap. 17. hoc tit. q. 1.* versic. *ad tertiam*, & suprà *in cap. ad sollicitudinem 54.* Et ibi *in legitimis expensis condemnandus*: Ad hæc verba applicabis dicta in præcitatis locis, & *in cap. finem litibus de dolo*, & alibi *hoc tit.*

Ad §. Sanè parato huius textus.

PRÆMISSVM.

I. Ad hunc §. applicabis notata *suprà in c. per tuas 58. hoc tit.* vbi de appellante, qui se absentauit, & qualiter Iudex in negotio procedat, & ad quæstionem *in cap. 4. hoc tit. quæst. 1.* versic. *ad quintam.*

II. Et in versic. *quia*, & ibi *non est rigor iuris*, applicabis quæ dixi suprà latè *in cap. 2. de re iudicata.*, vbi an rigor, vel æquitas in Iudiciis præferatur.

AD TEXTVM IN CAPITE LXXI.

Inquisitioni, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. Per textum hunc agitur legitimè de effectu clausulæ *appellatione remota*, de qua dixi latè *in cap. 4. de foro competenti quæst. 44.*

II. Et ad quæstiones an Princeps possit appellationem tollere, vel committere causam cum clausula *appellatione remota*, dixi *suprà in Rubr q. 1. à num. & 5.* versic. *ad sextam*, & alibi, *& in cap. 11. h. tit.*

Qvæstio

cultarem, in quantum est remedium auferendæ oppressionis, iuxta dicta, *in princ. Rubr. & in dicto cap.* 7. Baldus *in cap. an sit, num.* 2. *versic. item nota*, Marchesanus *dict. p.* 1. *num.* 24. qui addit, *num.* 94. quod concessa personæ delegati non
8 transeat ad subdelegatum. † Ideo tantum respicere ad litigantes, non quoad tertium, Couarruuias *pract. cap.* 15. *num.* 5. Puteus *decis.* 147. *lib.* 2. *in correct.* Barbosa *in dict. clausula* 9. *n.* 5. & 6. & nouem effectus congerit idem Barbosa *dict. clausula* 9. legendus Riccius *collect.* 135. *ad Textum, in l.* 1. §. *interdum, ff. à quibus appell. non liceat, & collect.* 1081. ad Textum *in cap. pastoralis*, §. *præterea de officio deleg.* & patent alij effectus ex locis iam assignatis, quos non transcribo seu repeto.

9 Vnum tamen aduertendum est singulare, quod Iudex datus, etiam cum hac clausula defetendo appellationi, ex ignorantia Iuris, vel ex propria voluntate faciat, vt sententia ab eo lata suspendatur, pro quo sunt consulendi, Geminian *in cap. cum appellationibus*, §. *si vero, num* 2. *hoc tit lib.* 6 Francus *in cap. pastoralis, num* 6. *versic. quarto quæritur*, & *ibi*, Imola *num.* 6. Ioan. Anton. de Sancto Gregor. *num.* 39. *hoc tit. in antiquis*, Anton. Gomez. *variar. tom* 3. *cap.* 13. *n.* 32. Marchesan. *dict. p.* 8. *de commiss. pag* 303. *num.* 81.
10 *in vltima impressione*. † Vbi addit quod si suam sententiam exequatur appellatione pendente,
11 non attentauit. † An tamen prædicta clausula intelligatur de omni appellatione, etiam legitima, an verò tantùm friuola, iam *suprà*, diximus in locis relatis quod tantùm de friuola, & quare explicui supra, *in c.* 15. *hoc tit.*

12 Sed quod ea clausula habeat locum, etiam in causa reconuentionis, notant Parlador. *rerum quotidianarum*, *p.* 5. *lib.* 2. *cap. fin.* §. 10. *num.* 14. Scaccia *de appellationibus, quæst.* 17. *lib.* 17. *n.* 23. Barbosa cum Marchesano, *dict. clausula* 9. *num.* 4. Riccius in locis adductis, & alij com-
13 muniter. † Sed an per talem clausulam intelligatur sublata recusatio dixi *sup. in c. postremo, hoc titulo*.

14 Ad tertiam quæstionis partem, an scriptum in principio, seu in fine, vel inter aliqua capitula referatur: ad præcedentia, videtur distinguendum, *vt suprà, à num.* 1. Et sic breuiter nunc dico quod referrur ad præcedentia, & sequentia ex Textu *in l. quisquis, Cod. si certum petatur*, & *ibi*, Bald. *& in l.* 1. §. *filius inter medias, ff. de liberis, & posthum. & in l. fin.* & *ibi*, Bartol *ff. de rebus dubiis*, *& in l. talis scriptura ff. de leg.* 1. vbi notant Bartol. & DD. Tenios *hic*, *& in cap. secundo requiris*, vbi omnes Bartol. & Baldus *in l. quisquis, ff. de leg.* 3. Bartol. *in l. avia in princ. ff. de condition. & demonstrat. & in l. si quis ex argentariis*, §. *si initium, col.* 1. *ff. de edendo*, Roman. *cons.* 118. *num.* 3. *& cons.* 480 *num.* 7. Doctores, *in l. si idem cum eodem*, §. 1. *ff. de iurisdictione omnium iudicum*, Matienz. *in l.* 2. *Gloss.* 1. *n.* 8. *tit.* 4. *lib.* 5. *recopil.*

15 Hanc tamen regulam limitat septem modis Iason *in dict. l. talis scriptura, num.* 37. octo modis limitat Felinus *in cap. causam à num.* 4. *de rescriptis*, 12. modis limitat Iason *in l.* 1. *Cod. de liberis præteritis column.* 2. & limitat modis 22 Portius *in suis regulis lib.* 2. *conclus.* 38. *clausula*, & Anton. Gabriel *lib.* 6. *de clausulis*, limitat modis 36. *conclus.* 9. alios quamplures refert regu-
16 lam limitantes, Gratianus *regul.* 412. † Vbi, *Fermosin. de Exceptionibus.*

num. 1. in versic. *Aduertendum*, cum infinitis ab eo relatis, aduertit quod clausula generalis, siue in principio, siue in fine, siue in medio apponatur, nunquam ad specificata refertur, vt bene ostendit Iason *in l. deli clausula, num.* 4 *ff. de verbor. obligat. & in l. qui Roma*, §. *duo fratres, eodem titulo numero* 47. Igitur vt ad plura respondeas de clausula in principio, vel in medio vel in fine posita, legas cum multis, Barbosam *clausula* 69. 70. & 71. vbi ad saturitatem.

Ad quartum quid operetur clausula in fine 17 posita, iam videbis ex adductis *suprà*, & breuiter cum Riccio dico quod refertur ad omnia, Riccius *collect.* 399. ad Textum *in dict. l. talis scriptura, ff. de leg.* 1. vbi limitat cum Capicio *in decis.* 108. vt colligitur ex prædictis, alias clausulas ponit, quas, *ibi*, videre poteris, & non repeto, cum ad rem non faciant, & de aliis, sicut de aliis multis bene loquatur Barbosa *in d tract. de clausulis*: & quia de hac clausula longissime diait Barbosa *clausul.* 71. ad illum te remitto.

Ad quintam quæstionis partem, an appel- 18 latione prohibita, concedatur reuisio, dixi, *suprà*, de reuisione sententiæ, *in Rubr. de re iudic. quæst.* 3. *à num.* 14. Vnde ad propositum breuiter dico, vt prohibita appellatione à sententia præfecti prætorio, non censeatur prohibita reuisio per Iura, *in l.* 1. §. *bis cunabulis, ff. de officio præfecti prætor*, *& in l.* 1. *Cod. de sentent. præfect. præt.* ponit Riccius *collect.* 255 exemplum in sententia, S. C Neapol, cum Vincent. de Franch. *decis.* 148. & Capicio *decis.* 144. item in sententia Curiæ Delphin. Guid. Pap. *decis.* 40. † Et 19 ampliat Mastrillus *decis.* 158. circa medium, vt etiam appellatione deserta detur reuisio, & refert decisum de stylo illius Senatus Neapol. quando causa est deserta, propter modicum tempus.

Imo ampliatur vt detur reuisio reuisionis, 20 Thesaurus *in decis.* 246. quod subampliat Guid. Pap. *in decis.* 365. etiam si in rescripto Principis caueatur; vt non detur, nisi vnica reuisio. † Et 21 addit, Afflictis tempora fatalia non currere in causa reuisionis, *decisione* 78. sed hodie secus, vt tradit, Grammat. *decis.* 23.

Sed quod reuisio post tres sententias confor- 22 mes, non concedatur, docent, Mastril. *decision.* 158. Francus Marcus *in decis.* 55. Valascus *in decis.* 51. vbi ponit quindecim alios casus, in quibus denegatur reuisio. † Et est ratio quia 23 quando appellatio est prohibita de Iure, vt in hoc casu, tunc non habet locum reuisio, secus si sit appellatio prohibita ob præeminentiam Tribunalis, vt proprie loquuntur relata Iura.

Vnde dubium est, vt si caueatur aliqua Re- 24 gia pragmatica, quod qui nihil probauit in causa principali, si condemnetur in expensis, & appellaoit non audiatur in causa appellationis, nisi refusis expensis, habeat locum in causa reuisionis, & negant Riccius *dict. collect.* 255. *in fine*, Afflictis *in decis.* 231. alia de reuisione scribit Ciriacus *tom.* 1. *cont.* 181. & 185. vbi an aduersarius possit adhærere reuisioni sententiæ ab altera parte & obtinere reformationem illius: Et quod reuisione petita, non retardetur sententiæ executio.

Vnde dubitabis an prædicta clausula, *appella-* 25 *tione*

DDd

tione remota, censeatur sublata supplicatio ad su-
periorem, & respondeo eam non tollere, do-
cent Scaccia *de appell. quæst.* 17. *limit.* 15. *num.* 8.
Marchesſ. *de commiſ. p.* 1. *pag.* 297. *à num.* 38.
26 † Tuscus *littera, A, conclus.* 400. *num.* 24. vbi
num. 12. post Lapsum ait, *alleg.* 123. *num.* 3. in
fine hanc clausulam in rescripto nihil operari,
si litteræ sunt nullæ quamdiu nullitas durat: alia
27 tradit Barbosa *dict. clausul.* 9. *à num.* 28. † Vbi
num. fin. addit clausula, *Omni, & quacumque ap-
pellatione remota*, omnes, & quascumque appel-
lationes esse remotas, & quod prohibita appel-
latione in causa principali, stante hac clausula,
censeatur prohibita in causa accessoria, & è con-
tra, ita cum Scaccia & Marchesano, & *nume-
ro* 29. dixit, quod illa clausula, *appellatione
remota*, non auferat restitutionem in in-
tegrum.

28 Ad sextam quæstionis partem, clausula *non
obstante tali lege*, quid operetur, & vt breuiter
respondeas, præmittes quæ longe scribit Bar-
bosa cum infinitis ab eo relatis; *clausula* 82. vbi
de clausula, *non obstantibus*, *Et* 83. vbi de clau-
sula, *non obstantibus priuilegiis. Et* 84. vbi de
clausula, *non obstantibus statutis Ecclesiæ. Et* 85.
vbi de clausula, *non obstantibus quibuscumque pa-
ctis*. Et 86. *non obstante collatione alteri facta*
Et 87. *non obstante quacumque consuetudine*, Et 88.
non obstante quacumque præscriptione.

29 Igitur ad propositum nostri dubij Guttierrez
in l. nemo potest de leg. 1. *not.* 3. *à n.* 179. *&* 75.
vbi dicit quod clausula, *non obstantibus, &c.* non
tollit priuilegia redacta in corpore Iuris, nec
priuilegia Principis, quæ transierunt in vim
contractus, precio mediante, vel obseruitia,
vel ad pias causas; quinimo eis sine iusta causa
30 Principis derogare non possit. † Et *à num.* 166.
quod clausula, *non obstantibus quibuscumque statutis*
priuilegiis, vel consuetudinibus contrariis, con-
firmatione Apostolica; vel alia firmitate rouo-
catis, cum decreto, & aliis non comprehendit
31 Iurata. † Et *num.* 170. Quod clausula, *non ob-
stantibus*, per viam legis, siue iuris, tollat statu-
32 ta Iurata. † Et *num.* 173. quod clausula, *non ob-
stantibus*, non tollat constitutiones conciliorum
nam vt illis derogetur, oportet earum fieri spe-
cialissimam mentionem: alia adducit, *à dict.
num.* 166. quæ à Barbosa abundantius recolliges
de quibus non plus loquor, cum deuieot à clau-
sula, de qua nos, *hic.*

33 Ad vltimam quæstionis partem, an qui iu-
rauit non appellare, audiatur appellans, de hac
difficultate loquitur ex proposito Ceuallos cum
multis ab eo relatis. Sed quia hæc quæstio redu-
citur ad id, quod diximus, de eo, qui renun-
ciauit appellationi, *suprà in Rubr. sub quæst.* 2. *&
c.* 17. *quæst.* 1. *vers. ad tertiam*, & *in c. sæpe* 44. *hoc
tit.* ideo ad *ibi* dicta recurres, quæ confirmari
poterunt, ex his, quæ adduxi, *in cap. si dili-
genti de foro compet.* vbi de renunciante cum Iu-
ramento Iuri pro se introducto, & *in toto tit. de
iureiurando*, vbi qualiter Iurans obligetur ad-
implere.

34 Ex his iam ad effectus repetitionis clausula-
rum poteras peruenire, sed breuiter cum Ceual-
los longè agente, *quæst.* 905. *in pract. à num.* 1. dico
clausularum præcedentium virtutem esse qua-
druplicem, declarandi, restringendi, supplen-
di, ampliandi; Et quod qualitates positæ in vna
clausula, repetitæ censeantur in aliis, vbi eadem
est ratio, vbi *num.* 10. ex quibus verbis inducа-
tur. † Dicens, *num.* 11. quod ob tres causas 35
repetitio excluditur. Prima quando est diuersitas
orationis. Secunda quando est separatio dispo-
sitionis & temporum. Tertia quando datur di-
uersa, vel aduersa ratio, probat cum multis vi-
dendus.

AD TEXTVM
IN CAPITE LXXII.
Vna sententia, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.

I. HVIVS Textus materiam in-
tellexit, præter ordinarios,
hic, Balboa; sed quia iam, *in
Rubrica*, dixerim, *quæstion.* 6.
versiculo, *ad tertiam*, quod
appellatio vnius, prosit aliis
litis consortibus: quando id contingat. II. Et
in c. quoad consultationem de sentent. & re iud. q. 5.
à num. 1. vbi numquid sententia mereatur exe-
cutionem contra vnum ex correis, qui non ap-
pellauit, si ab aliis fuit appellatio interposita;
ideo alia hic non subscribo.

AD TEXTVM
IN CAPITE FIN. hoc Tit.
PRÆMISSVM.
SVMMARIVM.

1 *Metus iustus non obligat iurantem, & quibus
probetur testibus, n.* 2. 3. *&* 4.

COmmodè in hoc Textu per verba primæ, 1
*Si iustus metus, quominus appellares te excu-
sat*, poteris adiungere quæ latè adduxi, *in cap. si
vero, & in c. verum de iureiur.* vbi dixi de iusto metu
qui iurantem non obligat adimplere promissum:
& num testibus deponentibus de metu, plus cre-
datur, quam deponentibus de libertate, dixi *in c.
in nostra* 32. *de test. q.* 24. *num* 45. versic *alia.* † Item 2
adiunges ea quæ adduxi, *suprà in c.* 4. & 5. *ibi. sub
q.* 1. versic. *ad quartam*, vbi de causis, ob quas feria-
lia prorogari possunt. † Item adiunges omnia 3
illa, quæ adduxi, *suprà in c.* 4. *vt lite non contestata*,
vbi de eo, qui propter locum non tutum compa-
rere citatus in iudicio non tenetur, notaui, *suprà*
ad nostram materiam, *in c. ex parte* 48. *hoc tit.* † Et 4
ibi, *coram iudice à quo*, quod appellatio sit inter-
ponenda coram iudice à quo, dixi *sup. in dict. c.* 4.
hoc tit. aliquid de protestatione, *in c.* 4. *de except.
quæst.* 1. versic. *ad septimam*. Et suprà, *in c. sollicitudi-
nem* 54. vbi de renunciata appellatione ex facto
& contrario, & comparatione coram iudice à
quo.

Qvæstio I.

Quare metus iustus, cadens in virum constantem, faciat, vt post tempus legis, quis poßit appellare, cum certum sit, vt valeant gesta per metum, etsi actione quod metus causa veniant rescindenda: Et an carceratus iniuste, poßit post tempus appellare: Et an sint aliæ causæ, quibus iustus ineutiatur metus, seu impedimentum, ad hoc, vt post tempus legis, poßit quis appellare: Et qualiter qui appellare non audet coram Iudice, debeat animum appellandi protestari coram testibus?

SVMMARIVM.

1 *Metu gesta rescinduntur actione quod metus causa.*

2 *Appellaturus post lapsa tempora non admittitur.*

3 *Appellare desinens à sententia iudicis metu, habetur pro appellante.*

4 *Iudices impedientes, vt litigantes appellent, puniuntur.*

5 *Matrimonium, & sponsalia metu facta non valent ipso iure.*

6 *Appellare impeditus, seu prosequi appellationem tempus ad appellandum, auditur, num. 7.*

7 L. fin. §. illud, Cod. de temporibus appellat.

8 *Metus iustus excusat appellantem, & eius consanguineos, nisi iusto incuteretur à iudice, num. 9.*

10 *Metus iustus excusat appellantem, non solum si à iudice inferatur, verùm, etsi ab altero & etiamsi cui opus est appellandi, fuerit causa ipsius metus, n. 11. 12. 33 vbi de iusta causa protestationis.*

11 L. 27. tit. 23. p. 3.

13 *Carceris metus, qualis appellare desinentem excuset.*

14 *Appellare censetur impeditus paupertate, impoßibilitate, & ex aliis causis.*

15 *Appellare non audens debet allegare, & probare causam sui impedimenti*, num. sequent.

16 *Protestari debet non audens appellare, de incusso sibi metu in præsentia bonorum virorum.*

17 *Protestatio habetur pro facta, si appellaturus, ob iustum metum, non audeat eam proponere coram iudice à quo.*

18 *Appellari regulariter queis coram honestis viris, & à n. 10.*

19 L. cum quidam 7. ff. de appell.

20 *Textus noster intelligitur*, L. 2. Codice de his, qui per metum Iudicis, numero 21. 22. 23.

26 *Protestatio à non appellante, propter metum, non est cur debeat iudici intimari, nisi tantum vt reuocentur attentata, num. 27. & quid fiat in praxi, numero 28. & 35.*

29 *Protestatio non appellantis ob metum, debet fieri coram duobus saltim viris honestis, aut coram vna publica persona, n. 30.*

31 *Viri boni coram quibus protestatio fiat a non appellante: qui dicantur, relinquitur iudicis arbitrio.*

32 *Appellans coram honesta persona, & non coram iudice non inuento, aut causa metus, non tenetur repetere appellationem coram eo, cessante metu aut impedimento.*

33 *Impeditus comparere, propter impedimentum, tenetur protestari, si iustum est.*

36 *Protestatio num, vt valeat aduersus actus, debeat sæpius repeti, n. 37.*

37 *Protestatio vt valeat, debet esse circa rem, & factum, quod ea egit: expenditur, num. 39 quid si compatitur cum ea, n. 40 aut est contrarium, n. 41. quid si fiat ad tollendam mentem, & præsumptionem, n 42. & qualiter intelligantur hæc n. 44.*

42 *Protestatio non cessat ex actu dubio.*

Ad primam quæstionis partem, videtur contra Textum nostrum respondendum, ex *l. metum 9. §. ex hoc edicto, ff. quod metus causa*, vbi quod omnia, quæ metu facta sunt actione quod metus causa rescinduntur: Ergo videtur vt allegans metum, cuius causa non appellauit, nequeat audiri, nisi obtenta prius ad appellandum restitutione: Ergo si in tempore ordinario non appellauit à sententia contra lata, ipsa merebitur executionem, vt transacta in rem iudicatam, ex adductis supra, *in cap. quoad consultationem 15. de sententia & re iudic. & in cap. 4. & 5. hoc tit.* 1

† Non enim aliquis post lapsa tempora ad appellandum, debet admitti ex Textu, *in l. 1. l. 2. Codice de his, qui per metum iudicis non appellauerunt*, non alia ratione, nisi quia metus à Iudice non iustè allegatur, sed vanus præsumitur, apud quem omnia tuta reputantur, nihilque credi suspectum ex periculo metus, *l. non est verosimile, ff. quod metus causa*; imo etsi Iustus metus fuisset non appellans haberet transacto tempore ad appellandum rem Iudicatam aduersùs se, & regulam quod facta per metum valeant, etsi actione quod metus causa, valeant rescindi, iuxta quæ latè seripsi, *in c. verum 15. de iureiur.* 2

Adhuc verò in proposito, de quo loquimur dicendum est, quod qui iusto metu constrictus non appellat, habeatur pro appellante, *d. l. 2. Cod. de his, qui per metum iudicis non appell. l. 22. in fine tit. 23. p. 3.* Bart. *in l. 1. §. si quis ff. hoc tit.* Greg. *in d. l. 22. & in l. 27. tit. 23. p. 3.* & apparet ex verbis Textus nostri, ibi, *ad appell reputaris beneficium conuolasse.* Et ratio quia cum omnibus grauatis, & oppressis in causis maioribus, aut minoribus, aut criminalibus liberum sit litigantibus appellare per late dicta, *sup Rubr & in c. 11. hoc tit.* nisi specialiter prohibeatur modus; de quibus, *ibi*, dixi. † Sequitur vt cum prohibitum sit Iudicibus vim, metum, minasve appellantibus inferre adeo, vt si quis Iudex appellationem prohibuerit legum latores se vltores esse profiteantur, *l. minnime 12. l. si quis 30. Codice, hoc titulo*, vt appellare libere impeditus ex causa metus, possit quandoque appellare, etiam transacto tempore ad appellandum à Iure stabilium, de quo late dixi, *in cap. personas 4 hoc tit.* 3 4

Et cōfirmatur ex his, quæ de spōsalibus, & matrimonio per metū factis, seu celebratis; quæ ipso Iure nulla sunt, vt dixi, *in d. c. metū*, vbi etiā de aliis 5

Fermosin. de Exceptionibus.

casibus, in quibus omnimoda libertas desideratur in operantibus, vt valida sint, ad eo vt metu interueniente, sint nulla, & sic cum appellandi actus sit in ordine ad defensionem, vt late iam dixi in Rubrica euenit, vt ex quo metus interuenit, propter quem grauatus non appellauit in termino, post terminum, cessante metu, seu impedimento, admittatur appellans; ita vt ei non sit opus restitutione aliqua ex causa metus.

6 Vlterius confirmatur ex his, quæ late adduxi, *suprà in cap. 5. hoc titulo, sub quæst.* 15. versiculo, *ad quartam*, vbi de casibus, vbi qui prosequi appellationem non potuit in anno primo fatalium, vel in termino assignato, secundum qualitatem personarum causæ, & distantiam loci, post annum audiatur appellans; & idem, *in cap. ex ratione* 8. *eodem*, vbi qui in biennio prosequi appellationem non potuit per tempus aliud in triennio, potest eam prosequi.

7 Et sic quamuis *in l. fin. §. illud, Cod. de temporibus appellat.* ibi, *vel aliam inexorabilem causam subsequutam*, & in præcitatis Iuribus, & *alibi sæpe sub, hoc titulo*, Iura loquantur in eo, qui propter impotentiam, vel aliud, quoduis iustum impedimentum, non fuit prosequutus appellationem, audiatur iterum, atque iterum, vt ibi dixi idem à paritate rationis est procedendum de eo, qui appellare non potuit intra triduum, intra quinque dies, seu intra decem, Iuxta quorum dierum teminum appellaturo assignatur terminus appellandi, docet hic in terminis, Balboa *num. 9. ex reg.* Textus, *in l. si procuratorem* 8. § *si ignorantes, ff. mandati*, ibi, *quid tamen si paupertas*, extendens id ad quodcumque aliud impedimentum: *argum. l. 2. §. quod diximus, ff. si quis cautionibus*, disputant, Afflictis *decis.* 59. Decius *cons.* 357. Tiraquell. *de retractu linagier*, §. 9. *Glossa* 3. *& vltima*, *numero* 9. Mascard. *de probat. volum.* 1. *conclus.* 110. *à num.* 70. & de pluribus videbis, *suprà in dict. cap. 5. quæst.* 1. versiculo, *ad quartam*, vbi videbis.

8 Itaque Barbosa *hic*, dum, *à num.* 3. refert modos quibus, Iustus metus incutitur dicit, *num.* 1. *&* 2. vt iustus metus incussus appellanti illum excuset, ne appellet coram Iudice à quo: sic ex Sanchez *lib.4. de matrim. disput.4. n.4. in fine.*

9 Vbi dicit idem si metus incutiatur consanguineis appellantis, *& disp.8. n.8.* resoluit, quod si iustè Iudex metum incuteret non excusaret appellantem.

10 Vnde iam incidimus in dubium, an Textus noster intelligatur de metu incusso ab ipso Iudice, qui cognouit de causa, vel etiam intelligatur, si ab altero litigante, vel aliunde metus appellaturo incutiatur, & in hoc dubio, & si ex *dict. l. 1. Cod. de his, qui per metum iudicis non appell.* & ex inscriptione illius tituli, item & ex *l. cum quidam 7. de appellation.* & ex Textu nostro tantùm de metu incusso à Iudice, ex cuius causa grauatus non appellat, sit intelligendum reuera, si contingeret, vt ab altero metus, seu vis esset illata, seu appellaturus impediretur, detineretur ve, aut retineri mandaretur, alione quouis modo minatus sit, quominus non appellaret, reuera, etiam possit transacto termino appellare. Et comprobatur hic intellectus ex verbis Textus nostri, vbi præcisè non apparet loqui de metu Iudicis, sed indeterminate de iusto metu, & consequenter vtrumque comprehendere metum, scilicet à iudice illatum, & ab altero ex litigatoribus. † Et 11 expressius sic patet ex verbis, *dict. l.* 27. *tit.* 23. *p.* 3. in versiculo, *o decimos que si la parte agrauiada de el Iuiçio dixese eprobasse que no oso tomar dezada, o sequirla por miedo que le feriam, o mataria, o le prenderiam, que le deue oir el Inez, à si como si se vbiera alcado*: ita docet, *hic* Balboa, vbi *num. 6. in fine*, credit potius ex facto litigatoris, quam Iudicis hunc Textum intelligi, sicut, & aliæ decisiones, ne aliàs ex proprio facto, & fraude huiusmodi commodum appellationis omissæ consequatur: argumento Textus *in l. itaque fullo, ff. de furtis.* † Quod amplio 12 etiam si ille, cui opus est appellare, fuerit causa ipsius metus, siue inferatur à partibus, earumve consanguineis, Franchis *hic num.* 2. *&* 4. Barbosa *num.2. in fine*, Scaccia *de appellat. quæst.*6. *num.*15. *&* 16.

Ad secundam quæstionis partem, an iniustè 13 carceratus, possit post tempus appellare, hæc difficultas pendet ab illa, an metus carceris iustus dicatur, de quo *in c. verum 15. de iureiur. sub q. fin.*

Et quatenus hac in re sit controuersia, numquid iste metus iustus, & sufficiens videatur, ac reputatur, illumque indistinctè iustum esse authumauerint relati à Corduba *in summa q.* 171. *puncto* 1. Guttierrez *de Iuramento confirm p.1. c.15. num.5.* Marienco *lib.5. comp. tit.1. in Rubrica, Glossa num.*189 Et sic dixerit Antonius Gomez. *lib.5. variar. cap 9. num.*10. quod iniustè detentus, & incarceratus, etiam post decem dies à tempore mandati de capiendo, vel à tempore capturæ, possit semper appellare, quia grauamen est continuum, & successiuum, vt singulariter docent Bald. *in l. 2. Cod. de Episcopali aud. 3. col. quæstion.* 2. Doctores *in cap. ex parte el 1. hoc tit. & in c. dilectus el 2. de rescriptis*, & alij multi ex antiquis relati ab eodem Gomezio, quomodo etiam Balboa *hic sub num.* 3. interpretatur, de carcere scilicet diuturno, & vinculis atrocibus, vt ostendit Sanchez *de matrimonio, lib.4. disput. 5. num.9.* ad hoc nempe vt iustus metus reputetur, accedens in virum constantem: sed concludit quod ad effectum appellandi cuiuslibet metus carceris, Iustus reputetur ad appellandum; ob idque non amplectitur Salon *de iustitia & iure lib.4. q.2. art.1. ad secundum*, & alios hunc casum intelligentes de carcere perpetuo: vide quos *hic* refert Barbosa *num.*14.

Ad tertiam quæstionis partem, breuiter 14 respondeo plures alias causas dari, in quibus, aut impossibilitate, paupertate, aliove impedimento, nequit aliquis proponere suam appellationem coram Iudice à quo intra terminum à lege decretum, Iuxta quæ adduxi, *suprà in dicto cap. quinto, hoc titulo, quæstione prima*, versiculo, *ad vltimam.*

Ad vltimam quæstionis partem, vt respon- 15 deatur aduertes, non inquam sufficere allegationem partis dicentis se impeditum appellare intra tempus, ad tradita, *in cap. fin. de iureiurando*, nisi itidem probet metum, impedimentumve, aut causam non appellandi in termino. † Quare ad propositum, 16 vt

vt constet de metu appellaturo incusso, ne appellaret, intelliges variis modis decisum reperiri, primo vt appellaturus faciat protestationem in præsentia bonorum virorum, vt voluit Imperator *in dict. l. 2. Cod. si per me-*
17 *tum iudicis non appellat.* † Quare ad praxim dixit Scaccia *de appellat. quæstion. 6. numero 9.* quod si quis ob iustum timorem, timeat facere protestationem coram Iudice à quo, protestatio habeatur pro facta; satisque esse, vt appelletur coram viris honestis, præmissa ea, scilicet protestatione, quod non
18 audet appellare coram iudice a quo. † Et sic dixit Riccius *collect. 1355.* ad Textum nostrum posse regulariter appellari coram honestis viris ex decisione Rotæ relata à Cassadoro *decis. 3. hoc tit.* & addit ex Cappella Tholosana, vbi Aufrer. *in dec. 28.* huiusmodi appellationem habere vim legitimæ, ac veræ appellationis.

19 Sed Textus inquam, *in dict. l. cum quidam 7. ff. hoc titulo*, dicit eam protestationem non ad bonos viros reddi, sed publicè illam posse fieri ait, & hoc quando cumque, sed intra legitima tempora ad appellandum concessa ex *dict. l. 2.* & sic Balboa *hic sub numero 7.* vt qui iusto metu interueniente appellare non audet, protestetur de metu, & protestando metus causam alleget, adiuncta quoque causa, cur appellare velit, veluti in illis casibus, in quibus causa rationabili expressa appellandum est, vt contingit regulariter in appellatione ab interlocutoria Iuxta ea, quæ notaui in locis adductis, *in cap. vt debitus honor, hoc tit.*

20 Hæc tamen omnia videntur turbati ex Textu nostro, quatenus dicit hanc protestationem Iudici esse intimandam, si eius possit haberi copia, expressis appellationis causis, quas debet exprimere in ipsa antecedente protestatione, vt probat Textus *in dict. l. 2.* quare ad praxim docuit Scaccia *de appellationibus, dict. quæst. 6. numero 8.* quod si condemnatus non audeat ob iustum metum appellare, tunc posset omitti appellatio, & sufficere quod is dicat iudici à quo Domine Iudex grauasti me in hoc, & hoc adducens talia grauamina ad illos, quibus liceat appellare, quia adductio talium grauaminum, habetur pro sufficienti appellatione, stante Iusto appel-
21 landi timore. † Et sic videtur vt non præquiratur præstatio coram viris honestis, nisi fortè in casu, quo Iudex à quo haberi non possit, vt insinuant verba Textus nostri ibi, *Coram iudice à quo appellasse volueris, vel si habere ipsius copiam nequiuisti in præsentia bonorum virorum, contestatione super hoc proposita, causas appellationis exprimendas.*

22 Et sic docuit Riccius intelligendum Textum nostrum, *dict. collect. 1355. & in decis. Archepisc. Neapol.* 190. quando copia Iudicis à
23 quo haberi non posset. † Secundo intelligit Textum nostrum, si infra tempus non potest adire iudicem ad quem ex Rota Marchia *in decis.* 100.

24 Et quod quando Iudex non reperitur, sufficiat facere diligentiam in domo Auditoris, & petere Apostolos à Notario, & dimittere appellationis schedulam, tantum est in Rota Romana in vna Canonic. Sancti Andreæ 4.

Fermosin. de Exceptionibus.

Martij 1545. coram Rauellarens. vt pateat in recollect. Puteus *in decis.* 17. † Tertio quod 25
talis protestatio intimetur Iudici, & parti, Riccius *suprà.*

Hæc tamen in praxi videntur difficilia, nam 26
est in admiratione cur hæc protestatio coram Iudice fieri debeat, vel saltem ei intimare, nam qui coram Iudice à quo debet protestare se per metum non appellare, facilius appellationem formaliter interponeret; eo quod in vtroque idem sit periculum: qua ratione dicit, *hic* Balboa *num.* 8. protestationem, etiam data Iudicis copia, faciendam non esse, sed indistinctè coram honestis personis fieri posse ait, ex *dicta l. 2. Codice si per metum iudicis, & ex dicta l. 22. titulo 23. part. 3.*

Quod si admisso non obstat dicere, quod ta- 27
lis protestatio, seu appellatio debeat intimari Iudici, aut parti quia hoc intelligitur sic necessarium, quoad effectum, vt reuocentur attentata, vt dicit decisum, *in decision. 38. hoc titulo in nouis.* & tradunt Riccius *dicta collect. 1355.* sub versiculo, *verum*, & Mynsing. *obseruatione 44. cent. 4.* ex ea ratione, nam ignorans, non dicitur contemnere, Bellam. *decis.* 340. Rota *decis. 3. de causa possess. & propiet.* non enim dicitur attentare Iudicem, à quo, qui est ignarus appellationis interpositæ, Iuxta quæ dixi latè, *in cap. bona 51. hoc titulo.*

Et sic existimo omnia præfata requiri, ea 28
nempe digestione, seu ordine primo, vt appellatio sit interponenda coram Iudice, si haberi potest, aliàs enim, vel si ob timorem iustum appellaturus non audeat accedere; tunc subsequitur, vt faciat protestationem coram honestis viris, hoc est coram publicis personis, aut coram Iudice cuiusque fori, & tempore congruo infra decem dies, vt docet, Scaccia *de appellat. dicta quæstione 6. à numero 11.* sequitur Barbosa *hic num. 23.* Itaque pars iuste timens de Iudice, potest appellare coram probis viris, licet adsit Iudex, Surdus *consilio 228. numero 15.* Scaccia *quæstion. 6. num. 11.*

Dubium tamen est ex Textu nostro, an suf- 29
ficiat vt hæc protestatio fiat coram vno tantùm; & videtur vt coram pluribus fiat, coram duobus saltim ad tradita, *supra in cap. 28. de testibus*, vbi dixi latè de numero testium ad probandum, & sic Tiraquellus negat, vt queat fieri coram vno, *in l. si vnquam*, verbo, *susceperit filios*, & probari videtur ex Textu nostro, ibi, *In præsentia bonorum virorum contestatione super hoc proposita.* Tamen generali consuetudine admissum est, & moribus receptum, vt coram quacumque publica persona interposita appellatio, siue facta protestatio sufficiens sit, & hoc siue tutus sit additus, siue non siue ante lapsum temporis, quo appellare licuit, protestatio Iudici intimetur, siue non vt aduertunt, Decius *in cap. suggestum, hoc titulo*, Vbamesius *hic num. 5.* Barbosa *num. 21.* Francus *quæst fin.* Abbas *num. 3.* Butrius 14. Decius 4. Maranta *de ordine iudic. cap. de appellat. part. 6. numero 133. in fine.*

Quod ego intelligo cum Sigismundo Scac- 30
cia *de appellat. quæstion. 6. numero 23.* nempe, vt sit

DDd 3 protesta-

protestatio fiat coram persona publica, vt notario, Tabellione, tunc sufficiat vt fiat coram vno, secus si fieret coram aliis honestis personis fidem publicam non habentibus, iuxta ea, quæ scripsi, *suprà in cap. quoniam contra* 11. *de probat.* in verbis ibi, *iudex semper adhibeat publicam personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter vniuersa iudicij acta conscribant*, & idem Scaccia *num.* 24. agit de dubio numquid sufficiat vnus, & Notarius.

31 Quod si dubites etiam boni viri qui dicantur dicit Menochius *de arbitrariis casu* 69.*num.*3.hoc Iudicis arbitrio relinqui: sequitur Barbosa *hic num. fin.* vnde si honesta persona esset aliàs inhabilis, non sufficeret protestatio coram ea facta, vt puta si esset excommunicatus quia tunc non potest indici vir honestus, Riccius *dict. coll.*1355. versiculo, *tertio*, ipse *in decis.*90. vbi allegat eundem Menoch. *de arbitr. cent.*1. *d. casu* 69.

32 Item dubitabis quid faciendum cum quis appellanit coram honesta persona, eo quia non inuenerit Iudicem, an si Index rederit, teneatur redire ad appellandum coram eo; & quid si quis appellauerit coram honestis viris, propter metum, & postea cessat metus, & cum in hoc secundo casu non teneatur iterum appellare coram Iudice, vt tradunt Scaccia *dict. quæst.* 6. *de appellat. num.* 27. Barbosa *hic sub num.* 22. sic videtur dicendum, etiam in primo; sufficit enim appellanti suam interposuisse appellationem sufficientem, secundum temporis occurrentia, ad hoc vt valeat videbis eundem Sigismundum *dict. q.*6. *à num.*25.

33 Vides ergo iam quod impeditus comparere, propter impedimentum, tenetur præstari, si iustum est, vt per Caldas Pereira *de renouat. emphyteut. quæst.* 6. *num.* 15. quia deficiente persona, cum qua actus debuit geri, est necessaria protestatio, vt per Tiraquell. *de retractu tit.* 1. §. 9. *Glossa* 3. *n.* 2. Barbosa *hic num.* 26. Item requiritur, vt talis protestatio contineat causas iustas. Iusta autem causa dicetur si sub sit metus iustus ex Textu nostro, secundùm quem decidunt Rota *dec.*50. Riccius *d. coll.*1355. versic. *quarto*, Scaccia *d. q.*6. *n.*11.

34 Item requiritur vt non sufficiant decreta, quæ spectant ad Iudices, pro vt possunt admittere appellationem, si & in quantum litteras citatorias, aut inhibitorias committere, quia hæc propriè sunt Iudicis partes, vt est punctualis decisio, & videnda de Amatis refert Barbosa *hic num.* 10. *in fine*, Riccius *dict. collect.*1355. versic. *tandem*, qui etiam dicit, in princ. quod innouata, pendente hac appellatione, sunt etiam reuocanda, quemadmodum si essent innouata, pendente appellatione, iuxta dicta *in cap. bonæ* 51. *hoc tit.* in terminis Rota *decis.* 38. *alias* 309. *hoc tit.* quod intelliges, vt *suprà* dixi, si talis appellatio sit intimata Iudici, vel eius aliquo modo habeat scientiam.

35 Notabis verò quod si in praxi soleant protestantes suam protestationem repetere, etiam sub ea charta, aut scriptura dicendo se toties protestari; ita vt semper sit vna plus protestatio, contra quemcumque actum, qui intenditur elidi protestatione: tamen reuera semper vna protestatio formiter facta, iuxta præquisita adducta sufficiet, docent Tiraquell. *de retractu dict. titulo* 1. §. 9. *Glossa* 3. *numero* 22. se-

36 quitur Barbosa *hic dict. num.* 26. *in fine*. † Et Scaccia *de appellat. quæst.* 15. *à n.* 181. vbi videbis, agit de dubio, an & quando appellans impeditus ad euitandam desertionē causæ appellationis, debeat protestari & sæpius protestari; Rota verò apud Paulum de Rubeis *dec.*29.*n.*19 *& decis.*21.*num* 12.*tom.*2.*diuers. alias p.*6.*recentior.* dixit quod protestans, si non repetat in omnibus protestationem, censetur ab eo recessisse, quod non implicat dictis & adiunges dicta, *infra quæst.*3.

Notabis secundò quod vt protestatio valeat, 37
debet esse circa rem, & factum, quod ea eget, nam contraria facto, non valet, nec suffragatur Mantica *decis.* 100. *num.* 2. Surdus *decision.* 246. *num.* 4. Farinacius *p.* 4. *consil.* 30. *num.*111. Campanil *in diuers. iuris Canon. Rubr.* 11. *cap.* 13. *numero* 185. Marcus Antonius *variar. resolut. lib.*1. *resolut.* 55. *num.* 9. Barbosa *in cap. cum M. de constit. num.* 4. & probat Textus *in l. cum plures*, *§ locator*, *ff. locati*, *cap. gratum de officio deleg.* declarant multipliciter Surdus *cons.*371. *num.*67. *volum.* 3. *& decis.* 70. *num.* 8. *& decis.* 246. *numero* 4 Cardinalis Tuschus *pract. concl. iur. tomo* 6. *littera*, *P*, *conclus.* 499. *per totam*, Polyd. Ripa *obseruat.*194.

Vincent Caroc. *in singular. suis singul.* 278. vbi 38
intelligit quando protestatio vere facto contraria est, secus si præsumptiuè tantùm, & est ratio, quia protestatio tollitur, & cessat per actum subsequentem, contrarium Signor. *de homod. consil.*75. *num.*21. *&* 22. versic. *præterea non obstant*, Surdus *cons.* 8. *num.*28. *& cons.*136.*num* 42. Menoch. *consil.*375.*n.*275. *& n.*28. Rota *dec.*539. *n.*6. apud Farin. *p.*1.*recent.*

Sed si factum compatitur cum ipsa protesta- 39
tione non tolletur. Surdus *cons.* 143. *n.* 58. *&* 59. vel quando ille actus fit cum protestatione de non recedendo, Decianus *cons.*13.*num.* 25. *&* 26. *lib.*2. † Et sic quod dictum est tolli protestatio- 40
nem per actum subsequentem, intelligitur, quando est contrarium, & quando actus verè est contrarius. † Quod si fiat ad tollendam mentem, 41
& præsumptionem, quæ resultaret ab ipso facto contrario, tunc bene operabitur, & valet, Alex. *cons.* 130. *in fine num.*16. versic. *quia vt dicit, lib.*4. quem refert Cardinal. Tuschus *littera*, *P*, *conclus.*944. *num.* 38. sequitur Barbosa *axioma* 194. *protestatio*. † Vbi addit, *num.* 4. quod actus du- 42
bius, non facit recedere à protestatione: sic cum Bart *in l. non solum. § morte*, *n.*29. versic. *tunc*, vbi Alex. *num.* 15. *&* 16. Iason *num.* 14. *ff. de noui operis nunciatione*, Tuschus *sup. n.*23.

Hæc tamen intelliguntur vt non procedant in 43
his, in quibus factum dependet à voluntate sola ipsius protestationis, quia tunc attenditur protestatio contraria facto in præiudicium ipsius protestantis, Bartol. *in l. qui in aliena*, §. *Celsus*, *ff. de acquirenda hæredit. in d. l. non solum*, *§ morte*, cum aliis idem Barbosa *sup. dict. axiom.*194. *n.*6. Vbi secus dicit quando factum non pendet totum à voluntate protestantis, vt refert Tuschus *d. concl* 944. *littera*, *P*, *num.*41. de quo Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *præsumpt.* 97. *num.* 16. *& lib.* 3. *præsumpt* 45.*n.*22. Sigismund. Scaccia *de iud. lib.*1. *cap.*11.*num.*58.

QVÆSTIO

Quæstio II.

An protestatio necessaria, sit omni impedito, seu tantùm quando impedimentum procedit à metu, vel vi: Et an protestari queat absque consensu eius, cui protestatur: An protestatio annullet actum sequentem: Et an valeat facta, absente parte: Et qualiter iudex ad mortem condemnans protestetur, vt fugiat irregularitatem?

SVMMARIVM.

1 *Protestatio appellaturo est necessaria omni impedito appellare metu, minis, iudicis toruo vultu, vel ex antecedente consuetudine, male tractandi, & ex aliis impedimentis,* num. 2. 3.

3 *Protestatio non est necessaria ad excusationem impediti, sed vtilis.*

4 *Metus probatur protestatione.*

5 *Protestare an sufficiat sine consensu eius, cui protestaturi expenditur.*

6 *Protestationi videtur consentire qui tacet.*

8 *Protestatio annullat actum sequentem, si fiat incontinenti in actibus dependentibus à voluntate protestantis: quid si ex interuallo, &* num. 9.

10 *Contractus sequens declaratur ex contractu præambulo.*

11 *Præambulum factum ad actum, si alius actus sequens ex interuallo fiat intelligitur præambulum repetitum.*

12 *Fœmina protestans non contrahere matrimonium sine licentia patris, & quod aliàs sit nullum, num si contrahat sine prædicta protestatione sit nullum.*

13 *Protestans se nolle matrimonium contrahere, aut profiteri liber manet.*

14 *Protestatio facta absente parte, num præiudicet,* num. 15. 16.

15 L. cum plures, §. locator horrei, ff. locati, num. 16.

17 *Protestatio qualiter, & quando sit necessaria, respectu iudicum Ecclesiasticorum, & inquisitorum damnantium reos ad pœnam sanguinis, cuius executio competit laicis Iudicibus,* num. sequent. *& quæ ista sit,* numero 18. *&* numero 24.

20 *Protestatio necessaria non est, quando accusatio proponitur coram Ecclesiastico iudice.*

21 *Protestans Clericus cum aliquem accusat, si iudex pœnam sanguinis imposuerit contra iustitiam ab irregularitate excusabitur, &* num. 24.

22 *Prælatus etiam Episcopus temporalem iurisdictionem habens non incidit in irregularitatem, quamuis alteri committat causam, in qua postea ingeratur pœna sanguinis.*

23 *Inquisitores cum tradunt reos hæreticos comburendos à iudicibus laicis, qualiter prestentur.*

25 *Protestatio facta ab accusatoribus, & iudicibus, vt effugiant irregularitatem, ob pœnam sanguinis, prodest etiam si fiat ficto animo, & quare,* n. 26 *&* 27.

27 *Irregularitas non imponitur ob intentionem, & actum internum.*

28 *Protestatio non requiritur vt fiat in scriptis.*

29 *Protestans se non in iudicem consentire, non impeditur eius declaratoria etiam si ante alia exceptione vsus sit.*

30 *Protestatio conuenit vt fiat pluries.*

31 *Protestans se non petere quod plus in libello petiit excusatur à pœnis impositis contra plus petentes.*

AD primam quæstionis partem, videtur ref- 1
pondendum, ex Textu nostro, prote-
statio solum habeat locum, quando ex cau-
sa metus quis nequit actum facere, & sic
quod in metu ad eius probationem, & non
ad aliud, sit protestatio necessaria, affirmat
communiter teneri, Hieronimus Cagnolus
in l. in omnibus, *numero* 13. vbi Francus à
Ripa *num.* 92. *ff. de regulis iuris*, refert Gra-
tianus *regula* 395. *in fine*. Sed cum iam, *sub q.* 1.
dixerim Textum nostrum procedere æquè, etiam
in eo, qui propter impotentiam non appellauit,
ex *l. fin.* §. *illud*, *Cod. de tempor. appellat.* & *c. ex
ratione* 8. *hoc tit.* bene Balboa *hic n.* 9. vbi etiam
num. 4. dixit Textum nostrum procedere, veluti
ex minis Iudicis, toruo vultu, vel ex anteceden-
te consuetudine male tractandi, eos qui appel-
lant in præsentia Magistratus, etiamsi vnicum
eius rei extaret exemplum, ex qua possit etiam
exemplum desumi: argumento Textus *in l si quis
fugitiuus, ff de edilitio edicto*: videbis Sanchez *de
Matrimonio lib.* 4. *disputat.* 6. *quæst.* 4. *num.* 24.
& quod dicit, Alexand. *in l. de pupillo* 5. *si
quis ipsi prætori, ff de noui operis nunciat.*

Cumque protestatio sit necessaria impedito, 2
vt dixi *sub dict. quæst.* 1. & probent Panormit.
per Textum *ibi in cap sciscitatus de rescriptis*, Fe-
linus *in cap. ex transmissa de præscription.* vbi Pa-
normit. post Innocent. Bernardus Diez de Luco
in regula 125. vbi eius additionator, qui refert
Petrum Rebuffum super leges Gallicæ *in tractat.
de excusation. à num.* 51 *tom.* 3. vbi regulam con-
trariam ponens, scilicet quod impedito prote-
stari non sit necessarium, eam amplians quatuor
modis, & bis limitans, vt pote defendit, & se-
quitur eum Pinelo Mariene. *in l.* 8. *tit.* 11. *Glos-
sa* 9. *num.* 6. *lib.* 5. *recopil.* quas regulas in suo
sensu ambas veras esse dicit Gratian. *regula* 393.
& primam limitat, Felinus *suprà*, modis
tribus.

Ob idque ad declarationem dicendum est 3
protestationem non necessariam esse ad excusa-
tionem impediti, sed vtilem esse, quia ex pro-
testatione impedimentum probatur, eo quod
protestatio seruet Ius protestanti, vt bene tra-
dunt, Hypolitus *cons.* 92. *num.* 8. cum infinitis
idem Gratianus *num* 1. in versic. itaque, *dict. re-
gula* 395. Balbus *de rescript. p.* 2. *partis* 6. *princ.* 3.
casu num. 6. Cassaneus *in consuetud. Burgundiæ
Rubr.* 5. §. 20. Glossa *en quelle ait empesquement,
num* 1. cum aliis, Guid. Pap *singul.* 942. §. 2. Di-
dacus Couarruuias *in* 4. *peu.* 2. *cap.* 8. §. 5. *num.
fin.* † Vbi tradit metum probari protestatione, 4
bene Robertus Marant. *in praxi p.* 6. *in* 2. *actu de
appellat. num.* 219. & 220. Boërius *decis* 4. *num* 8.

 latissimè

latissimè Tiraquell. *lib. 1. de retractu*, § 9. *Glossa 3. à n. 19.*

5 Ad secundam partem quæstionis dicunt Speculator *titulo de fideiussore*, §. 1. versiculo, *quod si fideiussor*, Bartolus *in dict. l. non solum*, §. *morte*, *ff. de noui operis nunciat.* Antonius *in cap. cum M. Ferrar. de constitut. num.* 6. & 8. & alij. quod protestare non sufficit: nisi adsit consensus eius cui protestatur: sequitur Gratianus *regul.* .96. hoc dictum limitat duodecim modis Præpositus *in cap. solicitudinem, collect.* 19. *hoc titulo*, videndi Ludouicus Rom. *consil.* 311. Franciscus Ripa *in dict. cap. cum M.* Alex. *cons.* 78. alij ex
6 antiquis relati à Gratiano *supra*. † Vbi ex Hypolito *in l. vnius*, § *fin. num.* 39. *ff. de quæstion.* tradit tacentem protestationi, videri consentire, de quo faciunt regulam in contrarium cum quatuor limitationibus, Bartol. Socinus *reg.* 406. *protestatio*, & melius Bernard *in regula* 616. *protestatio*, & ibi, Salced, quod latissime, prout solet, descripsit, Couarruvias *in 4. decret. p. 2. cap. 2. num. 3.* videndus ipse ad materiam, *p. 2. 6. 3. § 5. num. 11.*

7 Et Alciatus *in cap. cum contingat. num. 2. de iureiurando*, ex Baldo *in l. Cleri, Cod. de fideicommiss.* adducit metum reuerentialem vxoris erga maritum, etiam protestatum in absentia mariti, contractum non rescindere, de quo dico, in versiculo; *ad quartam*. Et in puncto nostri dubij Gratianus *dict. regul.* 396. notat, *num.* 1. cum Bartol quod si protestatio fit ad tollendum, seu limitandam obligationem de futuro, & obligatio contrahitur ex alicuius actus præcedentis necessitate, tunc in protestatione, non requiri consensum illius, cui protestatur, & referens contrariã sententiã ex Iasone; ad quod videbis Gloss. *in l fin. §. item si prædixerit, ff. nautæ caupon & stabular*: Bartoli tamen opinionem, & non cauillando, defendit ipse Gratianus ex *l. 26. tit 8 p. 5.* ibi, *el primero es si anteque lo reciua, le dice que guarde bien sus cosas, que non quiere el fertenido de las peccbar si se perdieren.*

8 Ad tertiam quæstionis partem, an protestatio annullet actum sequentem, & in hoc puncto videtur ex adductis, *sub quæstione* 1. acta post eam esse nulla, aut reuocanda, vt attentata, & nihilominus video duos dicendi modus in hoc dubio, primum ita protestationem impedita, & annullare actum sequentem contrarium, si ea fiat incontinenti, & in actibus dependentibus à voluntate protestantis, secus si ex interuallo: argumento eorum, quæ adduxi, *in cap. litteras, cap. transmissa.* vbi de effectu probationis oblatæ incontinenti, aut factæ ex interuallo, & in terminis tenet Bartolus *in l. qui aliena.* §. *Celsus, ff. de acquirenda hæreditate*, vbi Alexand. & Iason *numero* 8. dicunt hanc esse communem, quam tenet etiam Bartolus *in l. item quia, ff. de pactis, & in dict. l. non solum*, §. *morte, ff. de noui operis nunciatione*, vbi Alex. & Iason *num.* 13. Ripa *in dict. cap. cum M. n. 10 t. de constit.*

9 Sed quod dicta protestatio, etiam facta ex interuallo, sufficiat, vt annullet actum contrarium, tenet Baldus *in dict.* § *morte*, Baldus, & Aretinus *in l. Titia*, §. 1 *ff de verb.* idem Aretinus *in l qui in aliena*. §. *Celsus, ff. de acquirenda hæreditate*, Baldus *in L. pacta nouissima, Cod. de pactis*, Alexandrinus *in cap. solicitudinem, quæ*
10 *stion.* 6. versiculo, *ex interuallo, hoc tit.* † Et ratio est secundum Angelum *in dict. l. pacta*, quia contractu præambulo; idem Angelus *in l. si quis cum aliter, ff. de verb.* Baldus, & Salicetus *in l. per retentionem, Cod. de vsuris.* † Vbi di- 11
cunt quod quando fit aliquod præambulum ad actum, si alius actus sequens ex interuallo fiat, intelligitur præambulum repetitum in contractu sequenti.

Itaque ex prædicta ratione notabiliter Cassa- 12
neus *in Cathal. gloriæ mundi in parte* 12. consideratione vltima, versiculo, *hinc sumpta*, dicit quod si fœmina protestetur non contrahere vnquam Matrimonium sine licentia patris, & quod alias sit nullum, & contrahat sine prædicta protestatione, censeatur virtualiter, & essentialiter repetita, & Ceuallos *in practic. quæstion.* 489 *in fine*, affirmant semel habuisse de facto, visumque fuisse Iudici valde subtile, & curiosum, licet pro contraria opinione Iudicauerit, quæ tutior est, & sic mihi prima probabilior, & magis iuridica videtur. † Et quod 13
protestans se nolle Matrimonium contrahere, aut proficisci, liber maneat, dixi *in Rubrica de litis contest. quæstione 9. numero secundo.*

Ad quartam quæstionis partem, de facta ab 14
seme parte quod non præiudicet, dixit Decius *in dict. cap. cum M. num. 30. de constitut.* hic intelligens, *l cum pluribus, §. locator horrei. ff. locati.* † Sed Ripa *in dict. cap. cum M. numero* 39. 15
Paulus *in l. cum fundus, §. 1. ff. si certum petatur*, Iason *in dict. l. non solum § morte num.* 15. Alciatus *in l 40. ff. de verb signif* Gobeanus *lib 2. lectionum cap.* 13. Cotiasius *in l. si tam Augusti, ff. de seruit.* Afflictis *decision.* 365. *num.* 16. Gomezius *in l. 61. Tauri, numero* 5. Ceuallos *in pract. quæst.* 490. aliter eam legem interpretantur, nempe vt ibi non valuerit protestatio, quia sublata fuit per contrarium factum (scilicet per acceptionem mercium) & faciunt dicta, *supra quæstione* 1. à versiculo, *notabis*, sub versiculo, *ad vltimum*: videbis Textum, *in l. 7. titulo 14. p. 7. lib. 26. titulo 8. part. 5.*

Prima tamen opinio, etsi ad intellectus, *dict.* 16
l. cum plures non applicetur, videtur esse vera ex dictis, *supra*, in versiculo, *& Alciatus*, vbi metus reuerentialis vxoris erga maritum protestatus, etiam in absentia mariti contractum non rescindit, quod singulare verbum vocat, & communem decisionem. Abbas *in cap. causam matrimonij de officio delegat.* vbi moderni, tradit Gratianus *dicta regula* 390. *in fine.*

Ad vltimam partem quæstionis, admodum 17
communissimam in Iudicibus Ecclesiasticis, & inquisitoribus damnantes reos ad mortem, cuius executio fit per Iudices laicos Regios, & protestantur timentes irregularitatem, ne in eam incurrant, breuiter respondeo vsum huius protestationis esse communissimum. Et cum de hac quæstione agant Doctores per Textum, *ibi in cap. 2. de homicidio, lib. 6.* quos congerit Barbosa *num. 1. & 2.* loquentes de protestatione facienda ab accusatore in causa sanguinis.
† Quæ est ea nempe, *Domine peto curo mihi* 18
satisfactionem, vel restitutionem exhiberi à Titio, qui mihi damnum intulit, protestorque me nulla ratione intendere pœnam sanguinis, mutilationem, vel mortem: ste Bonacina *de irregularit. disput.* 7.

19 *putat. 7. punct. 9. num. 2.* † Barbosa cum eo, *in dict. cap. 2. num.* 8. vbi dicit tacitam protestationem non sufficere, *ibi*, cum Salcedo *in praxi cap.* 101. obseruans praxim iam receptam esse, vt protestatio fiat in limine querelæ, vel accu-
20 sationis, qui etiam. † Barbosa *in dict. cap.* 2. cum eudem, Salcedo *dict. cap.* 101. *num.* 14. dicit necessariam non esse protestationem, quando accusatio coram Ecclesiastico proponitur, etiamsi delictum sit enormissimum quia Ecclesiasticus Iudex non solet, imo tenetur effugere condemnationem facere ad mortem, seu mutilationem.

21 Vnde notatur quod Clericus accusando aliquem pro delicto, quo pœna sanguinis non imponitur, præmissa protestatione, citra vindictam sanguinis, si Iudex pœnam sanguinis imposuerit contra iustitiam, ab irregularitate excusabitur, Farinacius *in fragm. crimin. p.* 1.
22 *littera, C, à num.* 412. † Imo prælatus etiam Episcopus temporalem Iurisdictionem habens, non incidit in irregularitatem, quamuis alteri committat causam, in qua postea ingeratur pœna sanguinis, Farinacius *in frag. dict. littera, C, num.* 385 Barbosa *in dict. cap. 2. de hom. lib 6. numero* 12. *&* 13. Bonacina *de cens. disputat.* 2, *quæst. 4. punct. 1. num.* 25. vbi cum pluribus ab eo relatis; multa inquam congerit videnda pro intellectu, *dict. cap.* 2. Couarruuias *in clem si furiosus p 2. § 5 à num.* 1. vbi loquitur de protestatione ab aduocatis facienda in limine libelli accusatorij.

23 Iam ergo ad difficultatem de protestatione facienda à Iudicibus Ecclesiasticis damnantibus ad mortem, vt contingit quotidie per inquisitores aduersùs hæreticam prauitatem, respondeo sic in praxi constitui ex regula Textus *in cap nouimus de verb. signific.* nempe quod post condemnationem hæreticorum, eos tradunt Iudici sæculari, & eum rogant ne morte, aut membri mutilatione eos afficiat, & probat Textus de Iure Regio *in l. 60. tit. 6 p.* 1. cuius praxis meminit directorium inquisitorum, dum refert sententiarum formulas, docet Couarruuias *in dict. clement. si furiosus, p. 2 §. 5. num.* 7. versiculo, *decimo quarto*, vbi & si satis tutum appellet, ipse tamen tutius scribit, si inquisitores non traderent sic condemnatos Iudici sæculari, sed eos condemnarent coram Iudice laico, atque ita damnatos à propria Iurisdictione dimitterent, & deinque statim Iudex sæcularis morti, & igni traderet, vt Henriquus notat, *in cap. ad abolendam de hæreticis*, quem sequitur Ioannes Igneus *in l. 5. §. cum domnus, ff. ad Silanianum, num.* 37. Et in terminis agit Villalobos *p. 1. summ. tract. 21. de irregularitate dificult.* 25. vbi *num. 8. & 9.* agens de hoc casu inquisitorum allegans iuris praxim ex *dict. cap. noui*, ex versic. in verbo, *Clericus*, & in versic. *pro quo*, sed dicit cum Pegna in dict. directorio, iam ex bullis Pauli V. & Pij V. non indigere inquisitores prædicta protestatione imo & de rigore Iuris idem dicit etsi bonum sit vt protestentur.

24 Etenim licet Iudex iustissime aliquem morti tradens proprio Iudicio, & sententia absque dubio sit irregularis: tamen Iudex qui delinquentem, Iuxta Iuris regulas Pontificias, tradit Iudici sæculari, protestans ne eum morti tradat, aut mutilatione membrorum puniat, irregularis non est, eniuis ea est ratio, quia cum talis irregularitas sit de Iure positiuo, eodem Iure potest auferri: alia tradit videnda, Couar. *ibi*, de eo, qui consulit, vt aliquis martyrium subeat.

Sed ad propositum, etsi nonnulli existi- 25
ment, quod si ficto animo, tam accusatores, aut Iudices, quàm alij talem protestationem faciendo, non excusentur ab incursu irregularitatis, quia mendax, & fallax est, nec talis Ius Canonicum requirit, ad irregularitatis labem excusandam, vt docet Nauarrus *in manuali, cap. 27. num.* 226 Salcedus *in praxi dict. cap. 101. num.* 25. versiculo, *sed opinio*, Zenedus, & alij ab eo relati ad Sextum *collect.* 12. *num.* 2.

Tamen verior est contraria affirmatiua, nem- 26
pe vt ea protestatione, sint liberi ab incursione irregularitatis, quia protestatio ficta tantùm valet apud Iudicem ignarum fictionis, quantum valeret, si ex animo, & non fictè fieret.

Secundò quia Ecclesia non imponit irregu- 27
laritatem ob intentionem, & actum internum, sed propter omissionem protestationis. Tertio quia versamur in materia pœnali, in qua benignior pars est accipienda: argumento, *cap. in pœnis de regulis Iuris*, in qua benignior pars est accipienda: quare sic merito docent, Couarruuias *in 4 p. 2. dict. §. 4. num.* 1. Vgolinus *de cens. & irregularit. cap. 6. §* 8. Molina *de iustit. tomo 2. tractat. 1. disputat* 8. *num.* 4. Bonacina *de cens. disputat. 7. dict. puncto 2. numero* 11. qui alia tradit, quæ repetit, Barbosa *in dicto capit. 2. de homicidio sub numero* 9.

Vnùm pro complemento huius materiæ de 28
protestatione notabis non esse necessarium protestationem fieri in scriptis, quia nullo Iure probatur scripturam requiri: sic tradit, Vgolinus *suprà dicto capit. 6. §. 7.* Barbosa *in dict. cap. 2. de homicidio, numero 8. in fine.*

Et pro generali hac tractatione adiunges quæ 29
supra adduxi, *in cap. significasti* 18. *de foro comp. q. 3. n.* 6. nempe quod protestans se in iudicem non consentire, nõ impeditur eius declinatoria, etiamsi alia exceptione vsus sit: Et quod protestatio necessaria sit, & quando fiat ad excusandum impedimentum, dixi *in cap. venerabilis* 10. *de iudiciis, quæst. 3. num.* 4. † Et *ibi num* 7. quod con- 30
ueniat, vt pluries fiat, item & *in cap. 4. de foro compet. quæst. 21 num.* 19. dixit quod debet esse specifica in quolibet actu. † Et *in cap. 1. de plus* 31
petitionibus, quæst. 4 num. 11. quod protestans se non petere, quod plus in libello petit, excusatur à pœnis impositis contra plus petentes.

Qvæstio

QVÆSTIO III.

An protestatio, seu interpellatio vnica sufficiat, vt dicatur stare per iudicem, quominus causam expediat?

SVMMARIVM.

1 *Protestatio, seu interpellatio non sufficit vna, vt iudex constituatur in mora si causam non expedit.*

1 SVppositis quæ adduxi, *sup quæst.* 1. *n.* 36. nunc video in hoc dubio dissentire Doctores, sed praxi receptius est quod vt superior requisitus ab inferiore constituatur in mora, requiratur multiplex interpellatio, iuxta Textum, *in c.*1. *de supplenda negligentia prælator* quem ad hoc notat, Butrius *in c. cum causa de officio deleg. & in c. ex litteris*, vbi Imola *de constit.* Ioannes Andreas *in cap. dilecto*, Abbas *in cap. ex parte, hoc tit.* concludentes posse appellari à negligentia Iudicis, si ter requisitus distulerit pronunciare, concordat Textus *in cap. si quis ergo* 2. *quæst.*7. *& in Auth. statuimus in fine, Cod. de Episcopis, & Clericis*: faciat etiam Textus *in l. fin.* §. *illud, Cod. de tempor. appellat.* vbi summa ope debet appellans niti, vt intra fatalia terminetur appellationis causa, quo fit, vt sæpius debeat interpellare, quoniam is, qui semel interpellauit non dicitur summa ope niti, sicut dicitur de petente Apostolos, quos appellans debet de iure instanter, & sæpius petere, *l. vnica, Cod. de libel. dimiss. Canonicata in cap. post appell.* 2. *q.*6. *cap. ab eo*, & *ibi*, Glossa *de appell. lib.* 6. per quæ iura hanc opinionem tenuit Baldus *in* §. *sin autem vtraque*, vet sic. *vt autem appareat*, *Cod. de iudiciis*, vbi dicit quod ad hoc vt appareat stare per iudicem, debet apparere de instantia, & solicitudine partis, ideoque erunt necessariæ protestationes, & requisitiones. Et clare probatur ex *Authentica si appellatione in fine*, *Cod. de temporibus appellat.* vbi reprobata opinione Bartoli dicit non sufficere semel interpellare, cum hoc non sit summa ope niti: sequitur Rota *decis.*65. *in fine, in nouis.* Salicetus *in dict.* §. *illud col.* 2. *in fine*, dicens hoc communiter tenere DD. & ex aliis multis fundamentis hoc sequitur Chacherranus *decis.* 11. *à num.* 6. *vsque ad* 9. qui à versiculo, *non obstat*, respondet fundamentis contrariis Bartoli, & Paris de Puteo, & aliorum, quæ plena manu retulit; *à num.*1. & sic video in praxi receptum, & leges, Scacciam *de appellat. quæstion.* 15. *à num.* 181.

AD TITVLVM ET RVBRICAM
De Clericis Peregrinantibus.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Titulus de Clericis peregrinis non ordinandis in quo differat à titulo de Clericis peregrinantibus.*

2 *Peregrinans in genere quis dicatur, & quis in specie dicatur peregrinans, & peregrinare ad sedem Apostolicam*, *n* 3.4.

4 *Peregrinare specialissimè dicitur qui iter arripit ad sedem Apostolicam causa appellandi.*

1 QVID ad Rubricam spectat, *sub lectura c. vnici huius tit.* expenditur, & licet, *suprà in lib.* 1. *decretalium*, harum sit titulus 22. de Clericis peregrinis non ordinandis, non conuenit in aliquo cum titulo nostro, eo quod ibi, agitur de Clericis peregrinis, hoc est alieni Episcopatus, & Iurisdictionis non ordinandis ab eo Episcopo, qui eos subditos non habet. Titulus verò noster agit de Clericis peregrinantibus respectu litium, quatenus respectu peregrinationis gaudent, vel non gaudent aliquibus litigantium priuilegiis: sic Valensis, & communiter alij, *in Rubr. de Clericis peregrinis non ordinandis*, §.1. *in fine.*

Notabis verò quod peregrinans in genere dicitur quicumque per aliena loca peragrans proficiscitur; etenim peregrini Romanis fuerunt qui ciues Romani non erant, *l.*6.§. *solemus, ff. de heredibus instit. l.*1. *Cod. eodem*, seu qui Ius ciuitatis non habebant, vt quia latinæ essent conditionis, vel penitus alienigenæ; indeque peregrinitas statum, & conditionem peregrinorum significat, Valensis *hic sub n.*1. 2

Sed ad propositum de quo loquimur peregrinans specialiter capitur pro eo, qui ad sedem Apostolicam proficiscitur, siue ex causa peregrinationis ad limina Apostolorum, vt dixi, *supra sub c.* 4. *de iureiur.* siue ex alia, vt tradit hic, & *in c. meminimus* 9. *c. suggestum* 15. *c. dilecti* 58. *de appell.* propriè dicitur peregrinare qui iter arripit ad sedem Apostolicam, causa appellandi, & prosequendæ appellationis in Curia Romana, secundum aliqua quæ adduxi *in c.*7. *hoc tit.* & Barbosa *hic*, in præmisso congerit Doctores scribentes de hac Rubrica: Et pro ampliori enodatione adiunges quæ dixi, *in d. tit. de Clericis peregrinis.* 3

QVÆSTIO

Qvæstio I.

An vnus ex litigantibus eo quod à iudice inferiore, sit condemnatus, censeatur se munire appellationis remedio, si solùm iter arripuit ad sedem Apostolicam, absque vlla alia protestatione, seu animi sui declaratione: Et an debeat per se iter facere, aut sufficiat mittere nuncium cum mandato: Et si illico intra decem dies iter non arripiat, censeatur appellationi renunciasse: Et numquid de hac itineris arreptione, debeat in scriptis apud acta constare: Et an innouata post itineris arreptionem, seu in tempore illud arripiendi, debeant, vt attentata reuocari: Et an arreptio ad alium iudicem, præter Papam, idem operetur?

SVMMARIVM.

1 Cap. meminimus 9. de appellationibus, numero 10. cap. suggestum 15. eodem, num.10.

2 *Accedentes ad sedem Apostolicam cum rebus suis, sunt securi sub eius protectione, & eis ablatum interim restituitur, & sub num.22.*

3 *Innouandum nil est contra peregrinantem ad sedem Apostolicam.*

4 *Itineris arreptio quæ fit ad Papam ante cœptam causam, suspendit iurisdictionem inferioris, si fiat ex iusta causa, n.6. & n 9. quid si ex malitia, n.10.*

5 *Peregrinatio ad Papam habet vim appellationis.*

7 *Fugiens à carcere arripiendo iter ad superiorem non dicitur fugere, sed haberi, ac si suam appellationem interposuisset.*

8 *Itineris arreptio ad Papam, releuat ab onere petendi Apostolos, & sufficit absque verbo*, appello, *n.20.*

9 *Priuilegium datum itineranti ad Papam locum non habet post citationem, aut post notitiam, quam habuit itinerans litterarum impetratarum ab aduersario, secus econtra.*

10 *Textus noster intelligitur*, cap. dilecti, n.12.18. cap.1. eod.

11 *Itineris arreptio prodest etiam si fiat per nuncium missum à parte, n.12.*

12 Cap. ad hæc de appell. c. constitutus eod.

13 *Itineris arreptio ad Papam vim appellationis habebit, dum in ea seruentur solemnia quæ in appellatione, n.14.15.*

16 *Itineris arreptio ad Papam prodest etiam si de ea per scripturam non constet in actis, & quare, n.18.19.20.*

18 *Facta magis efficaciora sunt ad declarandum animum, quam verba.*

19 *Verba quandoque sunt falsa, facta vero nunquam.*

20 *Itineris arreptio vocatur tacita, & latens appellatio.*

21 *Innouata post itineris arreptionem, debent attentatorum remedio reuocari.*

22 *Excommunicatio lata post itineris arreptionem, quasi nulla reputatur.*

23 *Itineris arreptio, etsi supponat idem, quod appellatio debet semper ad Papam fieri, non ad alium iudicem inferiorem, n.25.*

25 *Itinerum reparatio quæ remissiuè.*

His enim dubiis integra Textus nostri, & tituli materia claudi valet sufficienter; & quoad primum quatenus ex hoc Textu nostra sola itineris arreptio inducat, ac habeat appellationis effectum, videtur quod non ex Textu, *in c. meminimus 9. de appellat.* vbi etiam post itineris arreptionem procedi valet adhuc in causa. Deinde quia si peregrinaturus ad Papam iter arripiat post citationem, vel notitiam litterarum, delegatus Iudex in causa debet procedere, cuius Textus decisio magis dubia redditur ex Textu *in c. suggestum 15. de appell.* dum probat non esse necessarium citationem præcessisse arreptionem itineris, ad hoc vt de legati Iudicis Iurisdictio suspendatur. Et tunc etiam ex versic. *quod si in dict. c suggestum*, dum probat vt non tantùm citatio sufficiens sit ad impediendum effectum itineris arreptionis, verùm sufficere litterarum notitiam vt pars non possit Romam petere. 1

Vt ergo ad Textus nostri materiam facilius accedas præmissis, *suprà in princ.* adductis dico quod qui accedunt ad sedem Apostolicam cum rebus suis sunt securi sub eius protectione, etsi quid eorum durante itinere ablatum fuerit est illis restituendum. † Quia contra peregrinantem ad sedem Apostolicam, nihil est innouandum: sic ex Textu nostro colligunt Abbas Innocent. collect. Bellam. Ioannes Andreas Zabarela, Imola, Anan Hostiens. Butrius, Ancharranus, Baldus, Viuiamus, Graña, & Barbosa, Balboa *in c. suggestum & c. meminimus de appell.* 2 3

Notabis primo ex Textu nostro quod arreptio itineris, quæ fit ad Papam ante cœptam causam, suspendit Iurisdictionem inferioris, siue sit ordinarius, siue delegatus, & tuetur Papa itinerantem, vt per Mil *in repertorio*, verbo, *appell. vim obtinet el.2.* Sigismund. Scaccia *de appell. quæst.6. num.44* Barbosa *hic num.2.* † Habet enim talis peregrinatio, seu profactio effectum, & vim appellationis, quia sicut appellans eximit se à iurisdictione Iudicis à quo, & se confert in Iurisdictionem, & tutelam Iudicis ad quem, vt late dixi, *sub Rubr. & tit. de appell. & ibi c.4. 5. & 7.* cum aliis, ita etiam qui post causam motam ad sedem Apostolicam proficiscitur, licet vere non appellet: tamen per inde se confert cum omnibus rebus in protectionem summi Pontificis, atque si vera appellaret, quoad articulum superquo appellaret ex hoc nostro Textu nam ex quo iter arripit censeatur appellare ipso facto quod plus est appellare, quam verbis ex *c. dilecti 52. de appell.* Rota *dec.54 aliàs 385. si appelletur, n.1. de appell in nouis.* Francus *in d. c. dilecti, n.1.* Cardinalis *num.4.* 4 5

Dictum est enim vt itineris arreptio habeat vim appellationis ad Papam post causam cœptam, quia si fieret ante cœptam causam, non haberet appellationis vim, quamquam si ex iusta causa facta fuerit, suspenderet Iurisdictionem iudicis inferioris; idem Valensis videndus *hic in Rub. §.1. sub n.2. & 4.* 6

Vnde fit vt qui fugit à carceribus iter ad superiorem arripiendo non dicatur fugere, sed haberi 7

beri ac si suam appellationem interposuisset ad eum: sic *praxi Episcop. p.* 1. verbo, *carcer*, §. 10. Marcus Antonius Genuens *in pract. Eccles. quaest.* 741. *à num.* 3. Barbosa *in dict. c. dilecti de appell. n.* 3.

8 Item notabis quod praedicta itineris arreptio, non solùm habet appellationis vim, sed releuat etiam ab onere petendi Apostolos de quibus dixi *in Rubrica de appell. sub quaest.* 5. tradit Scaccia *de appell. quaest.* 6. *num.* 42. Barbosa *in dict. cap. suggestum* 15. *eodem*. Valensis *sup. sub num.* 3. sic referens ex Innocentio, & tenet Anchartanus *in c.* 6. *n.* 3. *notab.* 4. *de appell. lib.* 6.

9 Deinde quod priuilegium datum itineranti ad curiam Papae, vt interim non possit in patria conueniri, non habet locum quando iter arripit, postquam fuerit citatus, vt dixi vel habuerit notitiam litterarum, quas aduersarius impetrauit à Papa; sed si iter arripiat antequam sit citatus, vel prius quam habuerit notitiam litterarum, tunc habebit praedictum priuilegium, ne possit conueniri in patria, vt colligitur, *dict. c. meminimus*, vbi Zabatella *num.* 2. Decius *num.* 3. *& à num.* 9. Barbosa *num.* 1. Scaccia *de appell. quaest.* 5. *num.* 44. versiculo, *aduerte secundo*, applica dicta, *in c. fin. de foro compet.*

10 Ex quibus facilis est intellectus ad Textum nostrum cum, *dict. c. meminimus*, *& dict. c. suggestum*: nam Textus iste procedit quando quis Romam petit iusta quaerella, & appellatione tacita, seu praesumpta interueniente iuxta Textum *in c. dilecti*, *& cap.* 1. *de appellat.* sic Graña *hic num.* 3. *in fine*, Textum vero, *in dict. c. meminimus*, cum eodem Textu *in c. suggestum*, à quo recipit integram declarationem, vt rectè, & nouissime aduertunt Balboa *in dict. c. meminimus*, *num.* 13. & Graña *hic* Videndus *à dict. num.* 3. *ad* 7. quando post citationem, seu praeuentam causam ab inferiore ordinario, seu delegato per citationem, aut litterarum notitiam, dolo, malitiaue iter ad Papam arriperetur: alia pro intellectu dictorum iurium leges apud ipsos, & Valensis *in Rubr. hic num.* 3. in versiculo, *dixi*, in fine, vbi bene, & breuiter explicat, & ad casus huius praeuentionis adiunges quae latè adduxi, *in c. pen. de foro à quaest.* 1. aliqua dicunt Graña *dict. num.* 3. Balboa *suprà num.* 6.

11 Ad secundam quaestionis partem an peregrinaturus ad effectum, de quo agimus debeat ipse itinerare ad Papam, vel eius curiam, an autem sufficiat, vt mittat nuncium, siue procuratorem, & in hoc puncto dixit Scaccia *de appell. quaest.* 6. *num.* 43. quem sequitur Valensis *in Rub. hic sub num.* 3. *circa finem*, quod vt itineris arreptio habeatur loco appellationis, debet grauatus proficisci, ad hoc vt Pontifex eum tueatur, non autem eum, qui nuncium mittit, quod suadetur ex titulo; & Rubrica hac.

12 Verum alij dicunt sufficere hanc itineris arreptionem fieri per nuncium missum ad Romam ex cap. ad haec, cap. constitutus de appellat: sic Balboa *in dict. cap. meminimus* 9. *eodem tit.* probans quia nihil interest per se, aut per nuncium quis iter ingrediatur, ex *l.* 1. *deiecisse*, *ff. de vi*, & vi armata, imo & Textum, *in dict. c. dilecti eodem tit.* loqui de nuncio misso ad sedem Apostolicam; non vero de appellante iter arripiente, de quo nulla ibi fuit quaestio, vt hic

Et hoc mihi in iure conducibilius videtur: argumento eorum, quae adduxi *suprà in cap.* 7. *hoc titulo.*

Ad tertiam quaestionis partem, respondeo quod sicut ad hoc vt appellans audiatur coram iudice ad quem appellat, debent aliqua interuenire, vt haec itineris arreptio habeatur appellationis loco, vt dixi, sequitur vt quoties itineris arreptio ad sedem Apostolicam, habet appellationis vim, debeant in ea seruari solemnia, quae seruari debent appellatione. † Et sic 13 14
sicut ad hoc vt appellatio legitime procedat, debet hoc nostro Iure intra decem dies à pronunciatione, & notificatione sententiae latae interponi, ex dictis *suprà in cap. personas* 4. *hoc tit.* ita similiter ea itineris arreptio, debet executioni mandari intra illos decem dies ad appellandum datos, sic in terminis docent, Scaccia *de appell. dict. quaest.* 6. *num.* 42. Barbosa *in dict. c. suggestum de appell. num.* 2. *in fine*, Valensis *in Rubr. hic sub num.* 2. † Et ob id existimo esse 15
obseruanda ea quae adduxi, *suprà in cap.* 5. *&* 8. & alibi quae spectant ad prosequendam, & terminandam appellationis causam, item & quemadmodum appellatio iudicatur deserta de quo dixi *sub Rubr. in quaest.* 2. *& sub dicto cap.* 5. *& sub cap.* 17. *& c.* 44. ita accidat in eo, qui etsi arripuerit iter, tamen non prosequatur causam, censeatur renunciasse priuilegio Textus nostri indulto arripienti iter ad Papam, seu ad eius curiam: aliquid Balboa *in dict. cap.* 9. *num.* 9. *de appell.*

Ad quartam quaestionis partem, an de tali 16
itineris arreptione, debeat in scriptis apud acta constare, & videtur quod sic ex dictis *suprà in cap. quoniam contra falsam* 11. *de probationibus*, *sub quaestione prima*, vbi dixi de actibus Iudicialibus, qui solent in actis redigi: aliquid dixi, *suprà in Rubric. de appellat. quaestione sexta*, *numero primo*, & sic dixerunt multi necessum esse, vt scripto, expressis appellationis causis, id Iudici à quo intimetur, & more ordinariae appellationis petantur Apostoli, Iuxta Textum *in cap.* 1. *de appellation. libro sexto*, resoluit copiose ex nouioribus Marcus Antonius Natta *consilio* 606. & confirmatur, nam alias ipsa nuda itineris arreptio continetet in se non leue dubium, an videlicet ad Papam arripiens iter pergat appellationis prosequendae causa, an vero ob causam alterius cuiuscumque rei argumento Textus nostri.

Tamen respondeo quod cum facta magis declarent voluntatem, quam verba, vt 17
colligitur ex verbis Textus, *in dicto cap. dilecti*, ibi, *& in ipsos propter ipsam causam ad Romana Ecclesiam venientibus*, vbi notat Glossa, verbo, *non posuerit*, & ibi, *Facto prouocare*, *quam verbo*, vt tradunt Balboa *in dicto capit. meminimus*, *sub numero nono*, Graña *hic sub numero quarto*, Barbosa *in dicto capit. dilecti sub numero* 2. vbi cum multis probat referens ex aliis vt plus sit aliquid aprobare factis, quam verbis.

Item & quia facta sunt magis efficaciora ad declarandum animum facientis quam ipsa verba. † Et ex eo, 18 19
etiam quia verba quandoque sunt falsa,

facta

facta verò nunquam. Ideò dicendum est quod si constet ex causa grauaminis illati grauatus iter arripiat ad Papam, satis intelligatur animi sui motum declarari, taliter vt si non exprimat verbum *appello*, ipsa itineris arreptio eum habear pro appellaote; vt iam adduxi ex Textu nostro, & aliis, Guid. Pap. *decis.* 436. *num.* 104. & suprà relati.

20 Quare dixit Baldus *in dicto cap dilecti* 52. *de appell.* hunc appellandi modum per itineris arreptionem vocari tacitam latentem, & interpretatiuam appellationem.

21 Ad quintam quæstionis partem expressè respondetur in Textu nostro, nempè vt innouata post itineris arreptionem debeant attentatorum remedio reuocari ex doctrina eorum quæ latè adduxi *suprà in cap. bona* 51. *de appellation.* Sic docet Valensis in Rubrica *hic num.* 3. id probans; Nam quemadmodum Iudex à quo pendente appellatione, seu tempore ad appellandum nihil nouare possit quoad Articulus eius, qui Romam proficiscitur ad Sedem Apostolicam; adeo vt quidquid post arreptum iter ablatum, vel substractum fuerit ei restitui debeat.

22 Sic etiam Balboa *in dicto cap. meminimus*, *num.* 8. *de appellation.* intelligit Textum *in dicto cap. dilecti*, vbi excommunicatio Archiepiscopi post iter arreptum quasi nulla reputetur: Nam in censuris Ecclesiasticis id obseruatur: vt latè post appellationem interpositam non ligent ex his, quæ longè dixi *in cap. Pastoralis*, §. *verum de appellationibus*, vbi videbis de ratione.

Ad vltimam quæstionis partem, an hæc iti- 23
neris arreptio supponat idem quod appellatio si fieret ad Iudicem alium inferiorem à Papa, veluti si ex Episcopo ad Archiepiscopum; itavt ea itineris arreptio habeatur tanquam appellatio, & pro affirmatiua sententia faciunt quæ dixi *suprà in cap.* 7. *de appellation.* vbi quod non est appellandum omisso medio nisi ad Papam, seu Principem vt ibi dixi: ergo si appellatio ad proximum superiorem interponitur, & quæ dicimus de itineris arreptione eodem metro currant, euenit, vt etiam habeat locum respectu Iudicum inferiorum.

Tamen verius est in hoc casu ex Texto nostro 24
ex dicto cap. dilecti, *dicto cap. meminimus*, & *cap. sugestum de appellationibus* hanc itineris arreptionem per priuilegium concessum peregrinantibus ad Apostolicam Sedem fuisse concessam; itavt quisquis peregrinetur ad eam, eo fruatur indulto, & non alius, vt expendunt communiter Doctores hic, & in aliis iuribus adductis, & in expresso inter modernos obseruant Graña hic *num.fin.* ante eum Balboa *num.* 11. vbi *num.* 7. declarat iura prædicta, vt etiam *suprà in* 1. *p. quæstionis* retuli, & ex his ad alia subtiliter poteris respondere quæ circa hunc punctum disputari offerantur.

Hic posses adiungere quæ scribit Narbona 25
de reparatione itinerum *in l.* 58. *tit.* 4. *lib.* 2. *recopilat. Glossa* 1. & 2.

AD RVBRICAM ET TITVLVM,

DE

CONFIRMATIONE VTILI, VEL INVTILI.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Titulus de confirmatione vtili, seu inutili quem ordinem dicat ad præcedentes, & n.4.*

2 *Confirmare significat simul firmare, reprobare, & innouare, aliquando significat confirmationem electionis num. 3. & quid hic num. 4.*

5 *Confirmatio sententiæ vtilis, quæ dicatur, quæ inutilis n 6. & n. 10.*

8 *Confirmatio duplex. alia quæ dicitur communis, alia ex certa scientia num. 9. & de vtriusque differentia num. 10. & q. 1.*

10 *Confirmatum ex certa sciencia à Papa firmum manet.*

1 EXISTIMO meliùs sub hac Rubrica posse declarari, quæ ad finem huius Tituli spectant, quam ex singulis capitibus sub ea contentis; Nam cum ordo compilatoris decretalium fuerit præcipue in hoc secundo libro ordinarim proponere omnia quæ spectant ad lites in Iudicio assignatas, & discussas, & peruenerit ad titulum de seotentia & re iudicata, aduersùs quam solent partes grauatæ quærellare nullitatis exceptiooem allegantes, seu appellantes ex causa grauaminis sibi illati ad Papam, seu ad alios Iudices competentes; ob idque conuoler ad Titulum de appellationibus, sub quo plura dixi de Iudice Superiore à quo grauamen sententiæ latæ ab inferiore reparetur, contingatque vt iste, seu alij Iudices appellationis confirment sententias in prima instantia latas vtiliter, vel inutiliter; Ideò optimè ordinem sequendo Compilator descripsit hanc Rubricam, & Titulum.

2 Quare & si confirmare idem significet, ac simul firmare, & in iure aliquando idem significet quod approbare, seu innouare, iuxta *cap. 1. in princ. de locato cap. 1. de trenga; & pace*, vbi Glossa verbo *confirmet*, & io hoc sensu videantur loqui aliqua capitula huius Tituli.

3 Aliquando significet confirmationem, quæ fit circa electionem, seu institutionem alicuius beneficij, de cuius natura *suprà in Titulo de electione, de institutionibus, de concessione præbendæ & de Iurepatronatus.* Itemque accipiatur pro Sacramento Confirmationis; de quo *in cap. quanto de consuetudine, & in capite 1. de Sacrament. non iterandis.*

Tamen propriè hic accipitur pro actu Iudi- 4
cis appellationis, qui confirmauit Sententiam
Iudicis inferioris, à qua coram eo erat appella-
tum: Sic sentit Valensis *hic num. 1*, vbi de præ-
dicto ordine allocutus addit sæpè cõtingere sen-
tentiam, seu processum Iudicialem non semper
retractari à Superiore Iudice, siue Summus
Pontifex sit, siue alius ad quem appellatum est,
sed econtra confirmari sententiam in prima in-
stantia latam, veluti pronuntiario Iudex Supe-
rior benè iudicatum, & malè appellatum.

Cumque hæc Rubrica inscribatur de confir- 5
matione vtili, vel inutili, existimo iuxta prædi-
cta sic intelligendum, nempe quod si secundùm
Iuris Regulas benè iudicauit Iudex à quo, &
Superior sententiam ab illo latam confirmet,
vtiliter faciat, & hanc vocari confirmationem
vtilem. † Quod si Iudex à quo malè iudicaue- 6
rit, & Iudex ad quem appellatum est confirmet
sic iudicatum inutiliter quidem faciet, & ob id
dicetur inutilis talis confirmatio, vt potest con-
tingere iuxta dicta *in cap. 1. de sententia, & re
iudicata*, vbi egi de lata sententia contra ius le-
gis, siue constitutioois, seu contra ius litigato-
ris. Indeque orietur vt aduersùs senteotiam inu-
tiliter confirmatam quærelletur, seu secundo
appellet pars grauata, indeque veniat vt incida-
mus in Regulam Textus *in cap. sua nobis 65. de
appellationibus*, vbi egi de vicibus interponendi
appellationem, vel supplicationem per litigan-
tes grauatos.

Sed quia sub Rubro huius Tituli confirma- 7
tio ampliùs sonet; Ideò secundùm eum nihil
aliud erit, *quam per Superiorem facta corrobora-
tio Iuris quocumque modo quæsiti*: Sic de mente
Bartoli *in lege si expressim, num. 17. ff. de appel-
lation.* Abbatis *in dicto cap. 1. numero 5. de trenga
& pace, & in cap. 2. hoc Titulo* Castaldo *de Im-
perio quæstione 17. numero 5. & quæstione 5. nu-
mero 4.* Abilesio *in capitibus prat. 17. numero 13.*
definit Barbosa *hic numero 5. in fine, & in cap. 4.
num. 8.*

Et pergens *à n.6* dicit prædictam confirma- 8
tionem reperiri in duplici discrimine, nam quæ-
dam est simpliciter facta, hoc est in forma com-

muni

muni, vbi etiam intelligitur in dubio, *ex dicto cap.2· hoc tit.* & hæc sic dicitur veluti quando Superior non præcedente causæ cognitione actum ab inferioribus gestum confirmat, & de hac dicit loqui Textum *in cap. examinata* 3. *hoc tit.* & Textum *in cap. quia diuersitatem in principio de concess. præb. cap.* 2. vbi Glossa ne Sede vacante *cap. ex parte* 12. iuncta Glossa verbo *confirmat de constitutionibus cap. quia intentionis* 29. *de priuilegiis*, & qualiter accipiatur dico *quæstione* 1.

9 † Alia dicitur confirmatio ex certa scientia, quando scilicet fit cum perfecta notitia totius negotij, & omnium earum circunstantiarum, veluti quando tenor totius priuilegij, aut instrumenti inseritur in ipsa confirmatione, de qua loquitur *cap.*1. *cap. veniens de transactionibus, cap. pen. hoc tit. Clem.*1. *de Iudiciis* & de vtriusque differentia dico *infrà sub dicta quæst.* 1. & præter alios de hac decisione benè Riccius 1593. *ad hanc Rubricam.*

10 Nunc verò aduertes multùm interesse, an aliquid confirmetur à Summo Pontifice: An ab alio inferiore; Nam quod Pontifex ex certa scientia confirmauit, siue sit sententia, siue arbitrium, siue priuilegium, siue quid aliud illud firmum manet ex Textu *in dicto cap. dilecta* 4. *& dicto cap. pen. hoc tit.* nec mutari, vel de eo per inferiorem aliquem amplius cognosci poterit; nisi ex speciali Pontificis mandato, *cap.* 1. *&* 2. *hoc tit.* & hæc dicitur vtilis confirmatio; Sic tradit Valensis *in Rubr. hic num.* 1. versic. *multùm* inducens ex Textu *in cap. vt nostrum* 56. *de appellationibus*; Sic etiam haberi, vt postquam Pontifex reuocauit ad se negotium aliquod, ita ligentur manus inferiorum, vt nihil vlterius validè in eodem negotio per eos fieri possit, de qua causarum auocatione dixi ibi latissimè quod si velles applicare ad hunc Titulum alia de materia confirmationis: leges multa quæ congerit cum pluribus D. Iuan. del Castillo *sub quæst.* 89. *controuers. pag.* 278.

QVÆSTIO I.

An vbi confirmationis mentio non sit, intelligatur de confirmatione ex certa scientia, vel in forma communi: Et quæ sit differentia inter vtramque: Et an facta in forma communi præstet præscribendi causam: Et an confirmatio generalis extendatur ad illicita?

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio in dubio intelligitur de ea, quæ fit in forma communi facta ex certa scientia fit cum perfecta cognitione totius negotij, vel si inseritur clausula ex certa scientia num.* 2. *exemplificatur n.*3. *&* 4.

5 *Confirmatio ex certa scientia, non censetur ex eo quod in lege statuto, seu rescripto fiat mentio.*

6 Cap. Apostolicæ 21. de præbendis.

7 Cap. quia diuersitatem de concessione præbendæ, & num.10.

8 L. Priuilegia 11. Cod. de sacros. Eccles.

9 *Confirmatio communis non præiudicat, nisi in minimis, nec confirmat alium actum, quam alias validum, & num.* 10. Fermosin. de Exceptionibus.

11 *Confirmatio communis quoad actum administrandi vàlet: & gesta ratione publici officij præstat que authoritatem administrandi, quando alias administrari non potest ante confirmationem.*

12 *Confirmatio in forma communi, & ex certa scientia conueniunt, eo quod vtraque tribuit authoritatem actui, qui confirmatur, & vsucapiendi conditionem, num.* 13. *differunt n.*14.15. *& à n.*24. *vbi latè.*

14 Cap. examinata hoc tit.

15 *Confirmatio ex certa scientia facit firmum, & validum actum: quamuis nullum.*

16 *Confirmatio dicitur fieri in forma communi quando Pontifex non benè instructus confirmat Contractum, & Priuilegium in eo statu, vt antea erat.*

17 *Confirmatio dicitur in forma communi facta etiam si fieret ex certa scientia, dum tamen in eo non sit insertus tenor Priuilegij, vel Contractus, aut rei confirmatæ, & innotuerit Papæ contra alios, num.* 18. *&* 20. *vbi expenditur.*

14 *Clausula* motu proprio, *& ex certa scientia non tollit defectum intentionis.*

20 *Clausula* ex certa scientia, *quos habeat effectus, & quibus clausulis assimiletur.*

21 *Confirmatio ex certa scientia à Pontifice facta habet vim nouæ concessionis, quando confirmat id quod est inualidum.*

22 *Confirmatio in forma communi, & si confirmet actum, prout erat, vtilis est cum præstet maiorem authoritatem eidem actui, & num Iudex inferior de confirmatio à Principe in forma communi cognoscat num.*23.

24 *Confirmatio facta in forma communi num præstet causam præscribendi, & si eam præstet si facta sit ex certa scientia n.*25.26.28.

27 *Innouatio priuilegij num addat aliquid confirmationi.*

28 *Confirmatio generalis non extenditur ad illicita, sed ad statuta licita, & honesta, & iuri non contraria, num.*31.32.34.

30 *Confirmatio generalis statutorum, priuilegiorum, seu alterius dispensationis non confirmat aliquid illicitum, nec quæ sunt contra libertatem Ecclesiasticam.*

32 *Confirmatio generalis ne dum facta in forma communi, sed ex certa scientia solùm refertur ad statuta quæ sunt licita, & iusta, vbi quid si fiat causa cognita.*

33 *Iuramenta super illicitis non obligant.*

34 *Papa non præsumitur confirmare Simoniacam permutationem.*

35 *Scientia certa non præsumitur, nisi probetur quid esse confirmatum cum ea.*

AD primam quæstionis partem ex hoc puncto verius est vt dicamus quod in dubio 1 censeatur facta confirmatio in forma communi; Quia confirmatio tunc censetur facta ex certa scientia, quando fit cum perfecta notitia totius negotij, & omnium eius circunstantiarum, vt iam dixi, vt quando tenor priuilegij, aut instrumenti inseritur in ipsa confirmatione *cap. dilecta* 4. *& cap. pen hoc tit.* ibi, *ad maiorem rei euidentiam litteris confirmationis tenor compositionis insertus* Decius *in cap porrecta n.* 15. *hoc Titulo* Romanus *cons.* 336. Molina *de primogenitis lib.* 2. *cap.* 7. *numero* 9. Mascardus *de probationibus*, EEe 2 *conclus.*22.

conclus. 22. † Vel quod inseratur clausula *ex certa scientia*, Balbus *decis.* 191. Riccius *collect.* 1591. ad hanc Rubricam Barbosa *in dicto cap. cum dilecta num.* 13. vbi existimat.

3 Vt ad hoc quod rescriptum dicatur ex certa scientia duo copulatiuè requirantur, vnum vt totius tenor inseratur, vel clausula *ex certa scientia*, alterum vt cum eo causæ cognitio concurrat; Alioquin vno istorum deficiente gratia in forma communi intelligatur obtenta, Parisius *cons.* 33. *n.* 51. *lib.* 8. Alex. *cons.* 128. *n.* 18. Abbas *in cap. examinata hoc tit.* vbi Decius *notab.* 2. *n.* 7. multis aliis probat ipse Barb. *in d. c. cum dilecta n.* 13. *&* 14. vbi *num.* 15. refert ex *decis. Rotæ* 1619. apud Farin. *decis.* 192. *n.* 3. *p.* 1. *recent.* ibi breue autem Clementis fuisse concessum ex certa sciẽtia, & non in forma communi visum fuit, tum quia in eo fuit narrata substantia breuis Leonis decimi in eo confirmati; tum etiam quia breue emanauit rematurè discussa ex Sentent. S. D. N. Cardinalis Burgensij, & Blancheti, & maximè stante clausula *ex certa scientia* apposita in ipso breue, vt multis adductis Doctoribus comprobat ipse Barbosa *dicto n.* 15. & multis aliis idem Barbosa *in dicto cap. venerabilis* 8. *hoc Titulo, num.* 2.

4 Sed in terminis: de quibus agimus nihil horum proponitur; quia sumus in dubio, vt patet in proposita quæstione: ergò & confirmatur, quia concessio Principis in dubio, dum aliud non exprimitur, ita interpretari debet, vt nullum præiudicium tertio irroget, sed confirmatio concessio est, & sumus in dubio, ergo irrogabitur tertiò maximum præiudicium, si intelligatur facti ex certa scientia; & probat Textus *in c. quia licet in corrigendis.* versic. *quia tamen de officio ordinarij glossa penult. in c. dudum* 31. *de decimis*, & sic in dubio censeri confirmationem in forma communi: probant Glossa *pen. in l. ex verbis* 14. *Cod. de donat inter*, Innoc. communiter receptus *in d. c. dudum*, Felin. *in c. cum venissent de Testib. num.* 2. Decius *in c.* 2. *hoc tit. n.* 7. vbi Barb. *n* 3. cum multis ab eo relatis, & iuuat maxime Textus *in c. ex parte* 12. *de const.* & Textus *in d. c. dudum*, vbi fit mentio confirmationis, & tamen non de illa, quæ ex certa scientia decernitur, sed de illa, quæ in forma communi, & facit Textus *in cap.* 2. *de rescriptis*, vbi si rescriptum prohibet causæ cognitionem, est de falsitate suspectum.

5 Vnde non obstant dicentes vt si in lege statuto, rescripto, aut alia dispositione fiat mentio de confirmatione, intelligatur de confirmatione ex certa scientia, veluti si Papa dixisset simpliciter *confirmamus*, ex eo quia verbum hoc ex proprietatis sermone importat quod res remaneat firma & ex Textu *in c. Apostolicæ* 22. *de præbendis lib.* 6. vbi proponitur confirmatio Pontificis simpliciter facta, & tamen ibi insinuatur factam ex certa scientia, item ex Textu *in cap. quia diuersitatem* 5. post principium de concessione præbendæ. Quia respondeo ad primum verbum *confirmamus*, in dubio autem firmum reddere iuxta propriam ipsius actus naturam, vt si actus à parte antea valeat firmior reddatur; Sin autem sit nullus talis permaneat interim dum aliud non apparuerit de potestate, & mente confirmantis; sed non inde sequi de confirmatione ex certa scientia esse intelligendum quæ ampliùs operatur, vt dico *infrà* in versic. *ad secundam.*

6 Et ad Textum *in dicto cap. Apostolicæ* ibi vltra illud verbum *reperiri* alias coniecturas; quibus deprehenditur Papa ex certa scientia confirmasse prouisionem legati, vt patet ex verbis ibi *authoritate nostra*, vt intelligit Glossa ibidem, verbo *confirmamus*, Decius *in Rubr. hic n.* 3. † Et 7
ad Textum *in dicto cap. quia diuersitatem*, dici debet ibi non fuisse restrictiuè concessam confirmationem, vt ex aduerso ponderatur, sed solùm declarari naturam confirmationis in forma communi, quæ est confirmate res partium sicut iustè, & pacificè possidentur; ita Barbosa *in cap.* 2. *hoc tit.* versic *qua retenta num.* 4. *in fine*, vbi colligit ex illo relatiuo *qua* posito in eo Textu.

Vnde infertur breuis intellectus ad Textum 8
in l. Priuilegia 12. *in princ. Cod. de Sacris Eccles.* dum ibi Imperator simpliciter confirmat priuilegia retrò concessa Ecclesiis, vt intelligatur de forma communi, vt per Bart. Alex. & alios, quos ibi sequutus fuit Petrus Barbosa *in fragm. ad illum Textum*, cuius posterior pars in hunc sensum traditur ab Augustino Barbosa *in dicto cap.* 2. *hoc tit. num.* 4. *in fine.*

His tamen omnibus obstat quod confirmatio 9
facta in forma communi ex certa scientia tribuit ius, & confirmat quod nullum est vt cum Cardinali, Abbate, & aliis resoluit Decius *in dicto cap.* 2. *num.* 6. *hoc tit* cui dubio respondet Guttier. *consilio* 1. Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 16. 23. *&* 24. hoc dictum procedere quando est modicum præiudicium; Secùs si graue, ac enorme fuerit, & idem Guetierrez plenè fatetur *ibi*, *à num.* 5. confirmationem Pontificis, quæ est in forma communi nihil iuris tribuere; nec operari confirmationem actus nullius, sed tantùm præstare robur actui, alias valido: de quo Decius *in cap.* 2. *hoc tit. num.* 5. Gaillius *lib.* 1. *obseruat.* 1. *num.* 3. † Cum multis aliis Barbosa *in* 10
cap. examinata 7. *hoc tit. num.* 3. vbi resoluit confirmatum sic remanere in eo statu, in quo erat de tempore confirmationis; Vide etiam dicta per Barbosam *in dicto cap. cum dilecta n.* 21. cum multis ab eo relatis. † Fallit tamen quia non 11
procedit quoad facultatem administrandi, nam eam tribuit, & valent gesta ratione publici officij, ex quo confirmatio putabatur legitima, Abbas *in cap. cum super num.* 6. *de causa possession. & prop.* quem sequitur Rebuffus *ibidem in Glossa* 1. versic. *quoniam ad confirmationem*, vbi quod præstat authoritatem administrandi, quando alias confirmationem administrari non posset, & versic. *quarta limitatio* dicit quod actus gestus per confirmationem valeat: si fuit habitus pro tali.

Ad secundam quæstionis partem de differen- 12
tia inter vtramque confirmationem, dico quod & si conueniant huiusmodi confirmationes in eo, quod per vtramque tribuitur authoritas, & robur actui, qui confirmatur *in cap quis nesciat* 11. *dist. Glossa* verbo *communi in dicto cap. quia diuersitatem de concessione præbendæ.* † Item, 13
& in eo; quia per vtramque tribuitur vsucapiendi conditio, vt dico *infrà* in versiculo *ad tertiam*, ex Textu *in capite examinata hoc Titulo.*

Differunt tamen in eo quod confirmatio in 14
forma communi actui; alias nullo, non tribuit validitatem *ex dicto capite examinata*: Sic intelligendo, vbi Glossa 2. Abbas & Decius *numero* 2. Beroius 26. & omnes *sub hoc tit. cap.* ex

ex parte 12. de constit. cap. 2. ne Sede vaccante, Barbosa hic num. 8. & in dicto c. cum dilecta 4. hoc tit.
15 num. 21. vbi cum multis probat. † Sed confirmatio ex certa scientia actum, quamuis nullum firmum facit, & validum c. 1. de transact. Glossa verbo Ecclesia, in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. Glossa verbo confirmatum post medium in c. cum accessissent eodem tit. Pauinus de officio, & potest capituli Sede vac. p. 2. q. 8. num. 12. Petrus de Vbaldis de collect. num. 44. Laudensis de principibus q. 490. Petrus de Biazio de electione p. 3. cap. 44. ex num. 10. Guttierrez cons. 11. ex num. 5. Barbosa in dicto cap. cum dilecta n. 18.

16 Igitur dicendum est vt confirmatio dicatur fieri in forma communi quando Pontifex de negotio non benè instructus confirmat contractum, & priuilegium in eo statu, & prout antea erat vt iam dixi, vt probat Textus in dicto c. quia post diuersitatem de concessione prabendæ, in versic. non obstante ibi sub forma communi, quæ confirmat beneficium, & prabendas, sicut iustè, & pacificè possidemur, & in dicto cap. examinata ibi, confirmauerat illud sicut prouidè latum, Barbosa in dicto cap. cum dilecta num. 12.

17 Item addo tunc dici fieri in forma communi, etiamsi dicatur fieri ex certa scientia, dum tamen tenor priuilegij, vel contractus, aut rei confirmatæ incertus non sit, resoluit Barbosa in dicto c. cum dilecta num. 17. cum Garcia de benef. p. 3. c. 2. num. 250. & confirmatur ex dicto Guttierrez dicto cons. 11. num. 6. qui cum Alex. cons. 1. num. 35. lib. 5. dicit quod confirmatio facta probatur in forma communi, etiamsi in ea facta sit mentio iustæ concessionis, & facit econtra, quia alias vt dicatur facta ex certa scientia debet innotescere Papæ totus tenor, Seraphinus in Rota decis. 981. num. 2. Barbosa in dicto c. cum dilecta hoc tit. num. 14. ipse de dictionibus & clausulis clausula 25. latè Cauedus Lusitan. decis. 2. in princ. p. 1. vbi à num. 7. & per tres decisiones sequentes prosequitur tres confirmationis modos, alia multa refert Riccius omninò videndus dicta collect. 1592. ad nostram Rubricam.

18 Vnde & si in proposito dixerint nonnulli illam dici confirmationem ex certa scientia, in qua est insertus tenor rei confirmatæ, vel saltem narrat eius substantiam ex Rota diuers. decis. 455. nu. 3. p. 2 & referat Riccius d collect. 1592. pluries per Rotam decisum signanter loquens imò & eadem diuers. in decis. 780. p. 1. teneat idem, vbi nec insertus est tenor, nec narrata substantia si tamen sit apposita prædicta clausula ex certa scientia: Tamen ex dictis hoc vltimum periclitari videtur nisi totus tenor innotuerit Papæ, præcipue si dicta clausula ex certa scientia laboraret defectu intentionis ob tertij præiudicium, Rota in vna Calciaten 16. Ianuarij 1587. coram de Rubeis, Riccius suprà in versic. non tamen.

19 Vbi refert ex vna Mediolan. fructuum 24. Aprilis 1592. coram Blanquero fuisse resolutum clausulam motu proprio non tollere defectum intentionis: Bellamera in decis. 392. & 475. nec etiam clausulam ex certa scientia; quia non operatur quoad ea quæ sunt, ita Cardinalis Puteus in decis. 70. num. 4. lib. 3.

20 Sed Barbosa in dicto c. cum dilecta num 17. in fine. Gabriel comm. tit. de clausulis conclusion. 1. à num. 71. Guttierrez dicto cons. 11. num. 13. Molina dicto lib. 1 cap. 7. de primog. num. 15. Sic distinguunt quod vel agitur de dicta confirmatione ex certa scientia ad effectum confirmandi actum nullum, & tunc rectè dici quod per eam clausulam actus nullus reddatur validus si Princeps vero similiter de nullitate habeat notitiam; secùs vbi agitur de ea clausula ad effectum tollendi defectum intentionis, & subreptionis, & secundum hanc distinctionem procedere Sacræ Rotæ decisiones, & de pluribus effectibus prædictæ clausulæ: Tradunt Doctores per Textum infrà hoc tit. in cap. venerabilis, vbi cum infinitis Barbosa à num. 7. qui num. 8. dicit eam æquiparari clausulæ de plenitudine potestatis, & habere vim clausulæ motu proprio, & clausulæ pro expressis, vbi à num. 9. scribit de effectibus, quos operatur, & limitat à num. 11. quatuordecim modis vbi desinit operari quos ibi videbis. † Et 21
idem Barbosa in dicto cap. dilecta num. 19. & 20. cum multis probat quod confirmatio ex certa scientia à Pontifice facta habet vim nouæ concessionis, quando confirmat id quod est inualidum, & ob id non dici simplicem confirmationem, sed ampliationem, & nouam concessionem.

Igitur resolues quod & si confirmatio in forma communi non reddat actum validum: Sed illum confirmet, prout erat, nec extendat confirmatum, nec augeat vltra quod in confirmato continetur, vt multis probat idem Barbosa in dicto c. cum dilecta 4. hoc tit. n. 10. & 21. sed non dici inutilem, & otiosam huiusmodi confirmationem, cum faciat actum, quem confirmat maioris authoritatis, id est magis timeatur per Textum in c. quamquam. 13, dist. Gloss. in c. 1. hoc tit. quia funiculus triplex difficile rumpitur cap. 1. de trenga, & pace. 22

Et quia per confirmationem videtur quod Princeps actum suum faciat ex l. 1. C. de veteri iure enucleando, & sic videri vt Iudex inferior de tali confirmato in forma communi cognoscere non possit iuxta Textum in c. 2. hoc tit. & ex adductis sub Rubr. hac in princ. in versic. nunc verò, & per tradita de auocatione suprà in c. vt nostrũ 56. de appell. tamen Barb. in d c. cum dilecta sub n. 22. dicit hoc merito per communem contradici; aliterque intelligi Textum in dicto cap 2. & in dicta l. 2. tribuit etiam, vt iam dixi facultatem administrandi. 23

Ad tertiam quæstionis partem an confirmatio facta in forma communi præstet præscribendi causam, & pro affirmatiua sententia, nempe vt tribuat facultatem præscribendi: docent Decius in c. 2. n. fin. hoc tit. Rebuff. de forma mandati, Gloss. confirmatione in fine, Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. n. 54. & c. 7. n. 11. Gonz. ad Reg. 8. Cancel glossa 45. §. 1. n. 46. Cord. in praxi Iudicum, verbo confirmatio, n. 4. Caued Lusit, decis. 2 n. 2 p. 2. Fr. Eman. q. Reg. tom. 1 q. 8. art. 4. Barb. in c. examinata hoc tit. n. 4. qui in d c. cum dilecta adducens aliquos huius sententiæ n. 13. sic probantes per Textum in c. dudum de deamis. in fine, ex Innocentio. in cap 1. eodem, existimat non esse firmum illius Textus fundamentum, eo quod B ttrius intelligat Textum illum loqui ex certa scientia confirmantem, quem sequuntur Alexander cons. 39 num 10. volum. 4. Auiles cap. 23. Prætor verbo praueer, num 7. itavt si diligentiùs attendatur, magis probat eum confirmationem non tribuisse causam præscriptionis. 24

Fermosin. de Exceptionibus. EEe 3 Vnde

25 Vnde Suarez *de legibus lib.8. cap.20. num.7.* & Frater Emannel Rodriguea *dicta q.8. Art.2. in fine*, post Cordubam improbant effectum illum: scilicet vt interrumpat inuocatio præscriptionem inceptam contra priuilegium, veluti si non esset in vsu per spatium viginti annorum, & superueniret innocatio; Per eam enim videri de nouo incipere priuilegium, & opus esse, quod ex nunc noua incipiat præscriptio, vel saltem tempus eius non computetur, nisi à facta
26 ipuouatione. † Et prosequens Barbosa *in dicto c. cum dilecta sub n.23.* dicit qood & si talis obseruatio notabilis, sit quoad innouationē factam ex certa scientia, sed minime applicari posse innouationi, seu confirmationi factæ in forma communi, quæ confirmat, seu innouat actum provt est, & nihil mutat de eo statu, in quo antea erat, & consequenter non auferre ius parti quæsitum ex inchoata præscriptione, nec eam interrumpere, esse de intentione Pontificis innouantis iuxta rationem, cum innouatio sit regulanda ad instar confirmatioois factæ in forma communi, etiamsi gratiam, & concessionem ipsam recipiat nouum ius non tribui ex allegato Suarez *dicto cap. 20. num. 5.* vbi aduertit hunc modum innouandi priuilegia in vsu non esse.

27 Nec aliud significat proprietas verbi *innouare*, quod videtur aliquid superaddere confirmationi; quia respondet Barbosa *sub dicto cap. cum dilecta num. 23. circa finem*, in versic. *nec aliud* concedendo totum in innouatione, quæ fit ex certa scientia, & respectu eorum, de quibus Pontifex, aut Princeps plenè fuit informatus, & notitiam habuit, & nihil concludere respectu eorum quæ ignorauit, atque ideo nec in coofirmatione in forma communi, iuxta Regulam Textus *in l. cum Aquiliana, ff. de transact.* Nec etiam ait nouum esse, sed ex stylo vsitatissimum Romanæ Curiæ geminare voces; quæ eundem habent sensum; veluti concedo fructus, redditus, emolumenta, &c. Et Rota *decis. 114. p.2. recent. num. 4.* dicit confirmationem non operari circa non expressa, & circa quæ sunt aliena
28 à mente confirmationis. † Itaque conclndo, vt si sit vera doctrina; nempe vt confirmatio facta in forma communi præstet præscribendi causam procedere ex alio fundamento, quam ex *dicto cap. dudum de decimis*; quo probant Doctores adducti.

29 Ad qnartam quæstionis partem an confirmatio generalis extendatur ad illicita; Igitur ex Textu *in cap. ad nostram 5. hoc tit.* respondeo negatiuè, vt docent Alex. *cons. 39. num. 10. vol. 4.* Auiles *ad cap. Prætor 17.* verbo *proueer, num. 7.* Ioseph Se se Aragon *decis. 93. num. 5.* Imò nec intelligi confirmara per simplicem confirmationem; id est in forma communi, quæ sunt iuri contraria, Dueñas *Reg 131. in princ.* Imò nullum dicitur quod confirmari nequit Menochius *consil. 351. num. 19.* Molina *de primog. lib. 2. cap. 7. n. 7.* Surdus *de aliment. tit. 8. priuileg. 22.* Bernardus Graue *ad practicam Cameræ Imperial. lib. 2. conclus. 1. à num. 32.* Caldas Pereira de potestate nominandi in responso pro Duce Pasttanæ versic. *qua sententia.*

30 Vnde confirmatio generalis statutorum, vel priuilegiorum, seu alterius dispensationis non confirmat aliqnid illicitum: docent Felinus *in c. Ecclesia Sancta Maria de const. num. 4.* Baldus *in l. omnes populi n. 37. ff. de iustitia, & iure*, vbi qnod Papa in generali confirmatione statutorum non censetur confirmare ea, quæ sunt contra libertatem Ecclesiasticam: sequitur Felinus *suprà.* † Socinus Iunior *cons. 32. num. 43. lib. 3.* 31
vbi dicit qood confirmatio generaliter facta refertur ad statuta licita, & honesta, & non ad illicita, sic loquens de confirmatione statutorum Bononiæ, docet etiam Rolandus *cons. 29. à n. 32. lib. 1.* vbi quod non refertur ad statuta iniusta & illicita, nec ad ea, qnæ sunt iuri contraria, cum intelligatur talis confirmatio per obreptionem impetrata, Bartol. *in l. 1. num. 1. ff. de his quæ sunt sui, vel alieni iuris*, vbi ait quod si Papa confirmat omnia Priuilegia alicui Ecclesiæ, seu Ciuitati concessa videatur confirmare quæ sunt iusta argumento *l. 1. §. 1. ff. de his quæ in Testam. delentur cap. 1. de Iureiur. lib. 6.* Baldus *in cap. 1.* per quos fiat inuestitura super feudis.

Et hæc dicta non solùm procedent in confir- 32
matione generali; qnæ simpliciter lata est in forma communi, sed etiam si fiat ex certa scientia, nam si sit generalis solùm referretur ad statuta, quæ suor iusta, & licita dixit Parisius *cons. 33. lib. 3. num. 53.* vbi *cons. 106. num. 6 dicto lib. 3.* ait qnod vt cootrarium dici possit requiritur, vt sit ex certa scientia, & causa cognita: Nam alias dicta confirmatio generalis, etiam ex certa scientia non referretur ad statuta, quæ disponunt contra Ius Diuinum, Naturale, Canonicum, seu Diuile, Cinus *in l. cum oportet num. 24 Cod. de bonis quæ liberis*, vbi quod si Princeps confirmat omnia Prioilegia, videtur confirmare iusta, non iniusta: latè videndus Gottierrez *de iuramento confirmat. 1. p. cap. 38 num. 6.* Idem docet Rota *decis. 780. p. 1. diuers. num. 6.* hæc & alia congerit videndus Barbosa *in dicto cap. ad nostram hoc tit. num. 4.*

Et in confirmationem, & longiorem tracta- 33
tionem adiunges qnæ suprà retuli *de Iureiur. in diuersis capitibus in cap. 12. §. illi, cap. sicut 13. c. veniens 16. c. quanto 17. cap. venientes 19. cap. ad nostram 21. c. quintanallis 23. c. quēadmodum 25.* & ibi *in §. illud, cap. sicut 27. & 29.* & in aliis illius Tituli, vbi dixi non obligare iuramenta præstita super rebus illicitis, & iniustis. † Et 34
addo prædictis Caputaq. *decis. 204. p. 1.* & sic Verallus *decis. 203. p. 1.* Riccius *collect. 894.* ad Textum *in l. adoptio non iure facta, ff. de adoptionibus*, dicentes Papam non præsumi confirmare simoniacam permutationem.

Et pro complemento eorum quæ dixi in tota 35
hac quæstione, aduerto dicendum quod certa scientia non præsumitur, nisi probetur per allegantem cum ea confirmatum esse à Papa, seu Principe confirmante, & in impetrante rescriptum, seu confirmationem vetius est, cum sit aduersùs ipsum præsumptio, patet ex his, qnæ docent Innoc. *n. 1.* Hostiens. ad finem, Ioannes Andreas *n. 3.* Abbas in fine, Decius *n. 9. & 10.* Barbosa *num. 2. in cap. porrecta 6. hoc tit.* Sanch. ad Præcepta Decalogi *tom. 2. lib. 7. cap. 29. numero 144. in fine.*

Qvæstio II.

An actus denominetur à Confirmante: An Papæ confirmatio, etiam ex certa scientiâ prosit in defectum substantialium: Et an suppleat omnino Confirmatio defectus existentes in confirmato supplementum: Et an si Confirmatio sit obtenta, ex certa scientia possit nihilominus de ea ab inferiori tractari: Vbi de nonnullis requisitis, circa concessionem Confirmationis.

Svmmarivm.

1 *Confirmans quando faciat vt actus denominetur ab eo, vel non num.1.*

3 *Confirmatio Papæ ex certa scientia, non prodest in defectum substantialium nec verificatur in praeiudicium tertij, num.4. nisi modicum sit num.5. & expenditur num.6.*

6 *Confirmatio ex certa scientia supplet substantialia, & solemnitates sanat, quando processum est parte citata, & cum causa cognitione, alias non & num.7.*

8 *Confirmatio ex certa scientia dispensat super inhabilitate, tollit citationem partis, & tollit omnis erroris præsumptionem num.9.*

10 *Iudex inferior non potest cognoscere de confirmatione summi Pontificis, nec illam interpretari num.11. nisi fuerit de re litigiosa, vel fuerit subreptitia, num.14. vel si fiat speciali mandato Papæ, num.15. & de ratione. num.16. expenditur, sub num.17. & 18. limitatur, num.20. conclusio.*

11 *Præscriptum Pontificis vera est constitutio.*

12 *Interpres legum est tantùm qui illis authoritatem præstat.*

13 *Statuta confirmata à Papa dicuntur Papalia.*

15 Cap. illa ne sede vacante, cap. quia diuersitatem de concessione præb.

18 *Iudex inferior semper de subreptione rescripti cognoscit, etiam si ex certa scientia, n.19.*

20 *Inferior potest agnoscere de actibus separatis à confirmatione Pontificia, n.21. & 22.*

21 *Possessor beneficij à sede Apostolica confirmatur, si nouum crimen committat poterit coram inferiore accusari, & ab eo puniri, & priuari.*

22 *Confirmatio Ius quæsitum corroborat, sed ad illa, quæ de nouo accidunt, & ad separata, & incognita, non extenditur.*

23 *Appellans ab ordinario potest de delicto commisso ab eo puniri.*

24 *Confirmata dispositio à Principe ex certa scientia, nequit infringi, nullitate allegata.*

25 *Confirmatio superioris, validat concessionem, nulliter obtentam.*

26 *Actus redditur maioris authoritatis confirmatione, etiam si fieret per inferiorem, n.27.*

28 *Citari debet pars ad videndum actum non confirmari ex mera principis liberalitate, num.29. aut in paruo praiudicio, n.30.*

31 *Pensionis modificatio facta ex certa scientia, non citata parte, valet.*

32 *Citatione opus non est, cum innouatur priuilegium, si fiat innouatio per eum, qui illud concedere potest.*

33 *Confirmationis tempus est attendendum.*

34 *Confirmatio Papæ operatur, vt pacta tendentia ad cultum Diuinum à Papa confirmata, debeant ab altera parte obseruari, alia etiam contra dicente.*

35 *Confirmatio nihil operatur, si prima dispositio sit nulla, & quando actus esset nullus ex defectu consensus.*

36 *Clausula ex certa scientia in quibus non operetur,* remissiuè.

AD primam quæstionis partem an actus de 1
nominetur à confirmante, respondeo denominari, veluti cum actus non valet, & indiget approbatione, vt notat Bart. *in l. more, num.5. ff. de Iurisdict. omn. Iudic.*

Tamen si illum confirmans prout est, non 2
intendens de nouo facere tunc non denominari à confirmante, probat cum eodem Bartolus Faquin. *lib.13. controuers. cap.29.* sub versic. *secundo*. vbi adducit Textum *in cap. examinata 7. & in cap. fin. hoc titulo.*

Ad secundam quæstionis partem, an Papæ 3
confirmatio etiam ex certa scientia prosit in defectum substantialium; cui difficultati, quia ex adductis *sub quæstione præcedenti*, satis responderi valet, ideo generaliter respondebis Papæ confirmationem etiam ex certa scientia non prodesse in defectum substantialium, Rota *decis.230.* in nouis incipit *Papa confirmat*, Felinus qui multa exornat *in cap.2. de rescriptis num.51.* Gratianus
regula 336. † Vbi *n.1.* ait sic etiam confirmatio- 4
nem Papæ licet ex certa scientia nunquam in præjudicium tertij verificari, vt benè aduertit Ferdinandus Loaces super noua paganorum conuersione *responso 5. colum.67. num.20.* de quo latè Ioannes Orolius *in l.1. §. si is pro quo, ff. quod quisque Iuris, num.1.* Burgos de Paz *cons.25. n.45.* Molina *de primog. lib.2. cap.7. num.2.* Tuschus
Littera C, conclus.240. à n.38. cum aliis. † Bar- 5
bosa *in cap. penultim. hoc titulo*, vbi refert quod aliquid operatur, quando de modico, vel leui præjudicio partis, secus si de maximo, sic *n.19.* cum aliis, & hoc quidquid dicat Modernus *de Iurisdict. parte 4. cent.1. casu 176. num.2.* & videbis quæ congerit, Barbosa *clausula 59. n.29.*

Tamen Barbosa in puncto difficultatis nostræ 6
de clausulis *clausula 59. sub num.44. & 45.* cum Gabriel Moneta, & Brunor. à Sole dicit eam non procedere quoties sint substantiales defectus Iuris tantum positiui si constiterit de his, Principem notitiam habuisse, secus in defectibus naturalibus, quamuis etiam adsit clausula *supplentes omnes, & singulos defectus*; imo suppleri substantialia, & solemnitates sanatque quando processum fuit parte citata, & cum causæ cogni-
tione, alias non ipse refert ex D.Brunor. † Qua- 7
re benè stando in hoc puncto potuerunt Sebastianus Vantius *tract. de nullit. in Rubrica*, quibus modis sententia nulla, *num.14.* & alij infiniti relati à Gratiano *dicta reg.336.* limitare duobus modis quod pro regula stabilitum fuit quod alias pro vna ex limitationibus ponit, Barbosa *in dicta clausula 59. qui postquam, à num.1. posuit 23.* effectus dictæ clausulæ *ex certa scientia, à num.29. vsque ad 57. ponit.22.* limitationes, in quibus illa clausula non operatur; & deinde, à *num.58.* ponit modos, & præsumptiones, per quos prædicta clausula in esse videtur, quæ omnia non repeto, cum ibi ad Satietatem possis legere: aliqua congerit *in c.8. hoc tit. à n.*.

Ad tertiam quæstionis partem cum clausula ex certa scientia dispenset super inhabilitate, citationem partis tollat, actum nullum, & inualidum confirmet, remoueatque omne Iuris obstaculum, vt ex multis refert & sequitur Barbosa *in dicto cap. venerabilis* 8 *hoc tit. num.* 10. sic videtur, vt operetur in confirmante supplementum defectus: vnde Tuschus *in pract. Lit. C, conclus.* 140. *num.* 17. à quo non dissentit Matta *de Iurisdict. p.* 4. *cent.* 2. *casu* 176. *num* 4. & cum aliis Barbosa *dicta clausula* 59. *num.* 21. docet vt illa clausula censeatur Princeps dispensare, cum impetrante super inhabilitate, & sic docet in terminis ad propositum dubij Riccius *collect.* 894. ad Textum *in l. ad-*
9 *optio non Iure facta, ff. de adoptionibus* † Etenim confirmatio ex certa scientia tollit omnis erroris præsumptionem, Barbosa *in dicta clausula* 59. *num.* 25. & *in dicto cap.* 8. vbi *num.* 14. limitat si constet de errore, & *num.* 16. vbi etiam dicit, quod non supplet erroneam, vel falsam informationem.

10 Ad quartam quæstionis partem an si confirmatio sit obtenta ex certa scientia possit nihilominus de ea ab inferioribus tractari, & adiunctis ad hanc quæstionis partem quæ adduxi *suprà in cap. cum venissent* 12. *de Iurisdict. præcipuè q.* 2. vbi egi de illa an inferior possit cognoscere de dubiis priuilegiorum, respondeo nunc breuiter sub duplici distinctione, qua nonnulla Iura intelligentur. Est ergo regula constituta ex *cap.* 1. *cap.* 2. *cap.* 3. quod Iudex inferior non potest cognoscere de confirmatione summi Pontificis, nec illam interpretari, & iuuant etiam Iura *in cap. præceptis* 12. *dicto cap. postquam* 3. *cap. cum in cunctis* 7. *§. cum verò cap. cum transmissam* 15. *cap. qualiter* 17. *cap. nihil est delectis*, *cap. ex parte de constitution. cap.* 2. *de rescriptis*, *cap. quoniam*, Abbas *cap. pastoralis*, *§. præterea de officio deleg. cap. ex litteris* 3. *c. accepimus* 4. *cap. inter intellectos* 6. *de fide Instrumentorum*, *cap. cum iam dudum de præbendis*, *cap. super eo*, *cap. licet de crimin. falsis*, *cap. olim*, *cap. ex parte de verborum significatione*, *cap. auaritiæ*, *cap. fin. de elect. lib.* 6. *l. Aurelius*, *§. testamento*, *ff. de liberali causa*, *l. si quis priore*, *ff. ad Trebellian. leg.* 3. *§. missum*, *ff. de Carboniano edicto.*

11 Et ratio primæ conclusionis partis ea est, quia cum rescriptum Pontificis vera sit constitutio *l.* *ff. de const. §.* sed quod Principi inst. de Iure naturali, & de constitutione nulli liceat iudicare; *cap. in istis* 4. *dist.* ita similiter de rescripto confirmatorio aliquem cognoscere posse, seu illud interpretari dicendum est ex *dicto cap. olim, dicto*
12 *cap. ex parte de verborum significatione.* † Cum solum legum sit interpres qui illis authoritatem præstat *cap. inter alia*, *§. vt igitur de sententia excommunicationis*, *l. leges sacratissimæ l. penultim. & fin. Cod. de legibus*: sic docent communiter Doctores.

13 Et confirmatur quia statuta confirmata à Papa dicuntur Papalia Honded. *consf.* 5. *in fine*, *lib.* 1. Marescot. *variarum resol. lib.* 2. *cap.* 6. *ex num.* 10. Seraphinus *decis.* 155. *num.* 1. *& decis.* 794. *num.* 16. *Rota decis.* 369. *num.* 3. *& decis.* 461. *num.* 1. *part.* 1. diuers. & in Balneoregien bonorum coram Cardinali Pamphilo apud Marchesanum *de commis. p.* 2. *pag.* 152. *sub. num.* 2. versic *& cessat* Cauallerius *decis.* 257. *num* 3. *& decis.* 423. *num.* 5.

14 Sed prædicta conclusio non procedit quando facta est confirmatio de re litigiosa, vel ea fuit subreptitia, quibus in casibus potest cognoscere inferior de tali Pontificia Confirmatione ex *d. cap.* 1. 2. *& 3. hoc tit.*

Vel si fiat de speciali mandato Pontificis ex 15
ex d. cap. 2. *hoc tit.* quomodo lucem accipiunt textus, *cap. illa ne Sede vacante*, *cap. quia diuersitatem de concessione præbendæ*, quatenus per illa iura solet dici, vt confirmatio Principis nunquam soleat impedire inferioris cognitionem; procedunt ergo sic non obstante Confirmatione in forma communi: ita Graña *in cap.* 1. *hoc titulo*,
num. 4. *in fine.* † Nec obstant quæ congerit Graña 16
in d. cap. 1. *hoc tit. à num.* 5. vbi ipse respondet Iuribus, quæ his limitationibus videntur impugnare, qui *sub num.* 2. præstat rationem his, quia confirmatio rei litigiosæ seu subreptitiæ nulla est, *ex cap. causam quæ el de Testibus*, Glossa verbo *moniter*, & *cap. ad aures* 8. *cap. super litteris de rescriptis.*

Vnde cum numero præcedenti ex dictis Iuri- 17
bus scripta sit exceptio regulæ in prædictis tribus casibus, rei litigiosæ, subreptionis, siue mandati, dicendum est firmam esse regulam, non posse inferiorem cognoscere circa actum confirmatum, vt docet Glossa *ante pen. in cap. vlt.* 11. *dist.* verbo *communi*, *d. cap. quia diuersitatem*, vbi Imola *num.* 19. cum multis Graña *in d. cap.* 1. *quibus addo*, Barbosam ibi, *sub num.* 1. & *sub* versic. *dum textus*, & suadetur ex eo, quia vbi Pontifex, vel similis superior manum apponit, censetur ad se negotium auocare, ac subinde auferre inferioribus cognoscendi potestatem: argumento textus, *in cap. vt nostram* 56. *de appellationibus*, vbi dixi latissimè de causarum auocatione, cum his, quæ Gigas *de pensionibus*, *q.* 69. *num.* 1. Couarruuias *pract. cap.* 9. *num.* 1. faciunt Iura, *in cap. nomen Presbyteri* 2. *quæst.* 1. *cap. multum stupeo* 3. *quæst.* 6. *cap. licet de officio delegati*, *considerat.* Barbosa *in d. cap.* 1. *hoc tit.* quam doctrinam cum aliis ibi admittit Graña *num.* 6. eam limitans cum Abbate *num.* 2. Verolo *num.* 17. *&* 32. quando inferior cognoscit, non de re ipsa, sed de subreptione Confirmationis, seu priuilegiis, vel rescripti, quia tunc cognitio illa non prohibetur inferiori.

Vnde quamuis proprium sit, & peculiare so- 18
lius Confirmationis *ex certa scientia*, hunc producere effectum, ne inferior valeat, se intromittere circa causam confirmatam vt minus benè existimauerint Glossa verbo *confirmatum in cap. cum accessissent de constit.* Glossa *vlt. in cap. ea, quæ de re iudicata*, vbi Abbas *n.* 3. Glossa verbo *Confirmatione*, *in cap. examinata hoc tit.* Glossa 2. *in cap. Venerabilis hoc tit.* Glossa 1. *in cap.* 1. *ne Sede*
vacante. † Tamen quoad partem subreptionis 19
Graña, nullam constituit differentiam inter rescripta, & Confirmationes ex certa scientia, quia semper Iudex inferior de subreptione cognoscit, sic probans ex generalitate, *d. cap.* 1. *&* 2. huius tituli: alia in comprobationem prædictæ regulæ adducit Barbosa *sub dicto cap.* 1. *num.* 1. in versic. *vnde fit.*

Ex his infero prædicta procedere tantum in 20
illis, quæ pertinent ad ipsam confirmationem, sed limitari in his, quæ de nouo emergunt, & ab actu confirmato sunt omnino separata: argumento eorum, quæ adduxi, *suprà de appellat. quæst* 5 vbi de separatis, & connexis, tunc enim poterit inferior, non obstante quacumque Con-
firmatione de illis cognitionem assumere. † Ve- 21
luti

luti si possessor beneficij à sede Apostolica confir-
matus nouum crimen committat, quia tunc po-
terit, non obstante confirmatione coram inferio-
re accusari, ab eo puniri, & priuari, Abbas *in
cap. per tuas de maiorit. & obed. num.4.* Barbosa *in
dicto cap.1. hoc tit. sub num.1.* versic. *intellige*
22 † Vbi etiam probat ex eo, quia confirmatio, Ius
quæsitum corroborat, sed ad illa, quæ de nouo
accidunt & separata sunt, non extenditur, nec
ad incognita, & colligit, *ex cap.2. de renunciatio-
ne, cap suggestum de decimis, cap. per tuas,* juncta
23 *regula cap. fin. de officio Vicarij, lib.6.* † Et con-
firmatur ex textu, *in cap. praterea 22. de appellat.*
vbi appellans ab ordinario potest postea de de-
licto commisso ab eo puniri: videbis quæ ibi
notaui: applicabis dictum *infrà in cap.1. quæst.1.*
versic. *ad secundam*, sub versic. *inferius quarto.*
24 Ad quintam partem de requisitis vllis circa
concessionem confirmationis, iam ex adductis
satis percipies, & addo quod si Princeps confir-
mauerit aliquam dispositionem ex certa scientia,
non potest amplius allegari nullitas illius dispo-
sitionis Man. *decis.43.* Riccius *collect.894.* ad Tex-
tum *in l. adoptio non Iure facta, de adoptionibus.*
25 † Obidque videmus vt confirmatio superioris,
validet concessionem nulliter obtentam, Cappel-
la Tolos. *in decis.432.* & per eam tuetur posses-
26 sionem Balbus *in decis.23.* † Itaque fit vt ex con-
firmatione actus reddatur maioris autoritatis,
27 Franciscus Marcus *decis.330.* † Quod procedit
etiam si confirmatio fieret per Iudicem inferio-
rem, Gailius *lib.2. obseruat* 1.
28 Sed notabis ad propositum quod debet citari
pars ad videndum actus confirmari, Gailius *ob-
seruat 1. lib.2.* sed tenuit contrarium Guido Pap.
decis.477. pro quo faciunt Abbas *in cap. cum olim
de re Iudicata* Romanus *cons.369. in quinto dubio* &
alij quos refert Gabriel *lib.2. commun. tit. de cit.
conclus. num.26. & tit. de clausul. clausula 1. n.11.*
29 vbi alios refert contrarium sentientes. † Sed ip-
se prædictas opiniones conciliat, vt hæc vltima
præcedat in actu, qui ex liberalitate mera Prin-
cipis proficiscitur, vt collatio beneficij, in qua
citatio non requiritur *cap. licet de probat. lib.6.*
posterior in actu decisioo Iuris contradictoris, in
quo regulariter citatio requiritur *l. de vnoquoque
ff. de re Iudicata*, & iuxta ea, quæ adduxi *suprà*
30 *in cap. penul. de foro competent.* † Vel quod prior
intelligatur in magno præiudicio, posterior au-
tem in paruo Romanus *cons.369. circa primum
num.29.* versic. *non est dubium*, colligit, Cardina-
31 lis Tuscus *lit.C. conclus.340. num.25.* † dicens
modificationem pensionis factam, etiam non
citata parte valere si ex certa scientia: sequitur
Barbosa *clausula 59. numero* 8. & sic intelliges
dictum Riccij *sub dicta collect.894.* versic. *ad
praxim.*
32 Notandum vero est quod si innouetur priuile-
gium, non est opus citatione partis, si innouatio
fiat per eum, qui de nouo illud concedere potest,
& in renouatione Ius tantum antiquum confir-
matur, Franciscus Marcus *decis.456.* Balbus *de-
cis.25.* Riccius *suprà* versic. *secundo* quod adiunges
ad Textum *in cap. cum dilecta hoc tit.*
33 Sed nunc tempus concordiæ confirmationis
attendatur, an autem ipsius concordiæ: videbis
Caputaquen *in decis.205. part.1.* qui *in decis.209.
part.2.* dicit esse attendendum confirmationis
tempus, refert Riccius *suprà* in versic. *num autem*
34 † Vbi addit cum Crescent *dec.1.* de pactis vt con-
firmatio Papæ operetur quod pacta tendentia
ad cultum Diuinum confirmata à Papa, de-
beant ab altera parte obseruari, etiam alio con-
tradicere.

Verum si prima dispositio sit nulla, nihil 35
operabitur confirmatio, Rubinus *decis.17.* item
quando actus esset nullus ex defectu consensus,
cum tunc confirmatio subsequens nihil operetur,
Crescent. *decis.1. de confirmatione vtili, vel inutili,*
Riccius *suprà*, & de alijs dixi *suprà*, aliaque plu-
ra. in quibus non operetur clausula ex certa
scientia, ponit Barbosa *sub dicta clausula 59. ali-
qua, sub dicto cap. penult. hoc tit.* ibi videnda.

QVÆSTIO III.

An confirmatio priuilegiorum referri queat ad ea, qua in vsu non sunt: Et an causa semel commissa in Curia, semper remaneat in ea, aut ex certa scientia extrahatur ab ea: Et an semper verum sit, vt si confirmatio obtenta sit subreptionem, vel obreptionem ex certa scientia, habeat Iudex inferior de ea cognoscere: Et quid operetur contractum, seu priuilegiorum confirmatio: an priuilegiorum innouatio idem sit quod confirmatio?

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio priuilegij ex certa scientia innouat illud, quod non est in vsu, secus si talis confirmatio esset generalis priuilegiorum, num.*1.

3 *Confirmatio generalis qua potest referri ad priuilegia valida, & ad ea, qua non sunt in vsu, prima tantum claudit: expenditur, num.4 & 5.*

5 *Clausula* constituo, *requirit Iudicialem indagationem, & causa cognitionem.*

6 *Causa semel commissa in Curia nunquam ab ea extrahitur nisi ex certa scientia Papa.*

7 *Causa semel affecta Curiali semper remanet.*

8 *Confirmatio obtenta per obreptionem, vel subreptionem, potest à Iudice inferiori competenti cognosci.*

9 *Rescriptum impetratum contra stylum, & consuetudinem Principis est suspectum.*

10 *Falsi suspicio habetur pro falsitate ad tollendam fidem litteris, & ad puniendum.*

11 *Falsitatis suspicio in litteris Apostolicis sufficit ad capiendum & incarcerendum.*

12 Cap.2. de rescriptis.

13 *Falsarios punire spectat ad Papam in rebus ad se pertinentibus.*

14 *Rescripti falsitas ad delegatum spectat.*

15 *Confirmatio à religioso obtenta super administratione temporali, præsumitur subreptitia, vel adepta falso rescripto, & dicitur inutilis, num.*16.

17 *Confirmatio etiam Pontificis facta in fauorem regularis de aliquo beneficio manuali potest adhuc reuocari ab Abbate, & Pralato, nisi fieret ex certa scientia, num.*18. vide infra cap. 1 quæst.1. num.9.

19 *Clausula ex certa scientia, non tollit vitium subreptionis, nisi Princeps sufficienter informatus processerit.*

20 *Clausula*

20 *Clausula ex certa scientia non operatur in dispensationibus sine causa factis*

21 *Clausula ex certa scientia quando non operatur etiam de plenitudine potestatis.*

22 *Clausula motus proprij non tollit falsitatem, & si pinget vitium subreptionis.*

23 *Confirmatio facta per Papam ex certa scientia validat inuestituram alias inualidam, & quando contingat.*

24 *Clausula ex certa sciẽtia non validat confirmationem subreptitiam, nisi in his quæ consistunt in Iure, secus si in facto.*

25 *Confirmatio contractus quid operetur.*

26 *Conuentio inualida, consensu superioris validatur id est confirmatur num. 26. & 29.*

27 *Confirmatio priuilegij nullum ius tribuit, sed quod antea erat conseruat, & confirmat num. 29.*

28 *Confirmans corroborat nil addens de nouo.*

30 *Innouatio priuilegiorum idem est ac confirmatio, quæ nihil addit de nouo: intelligitur à num. 31.*

31 L. dies 4. ff. de damno infecto.

32 L. adoptio 30. de adoptionibus, l. 1. ff. de confirm. tutore, l. 12. & 3. Cod. eodem remissiuè.

33 Cap. veniens 8. de transact. cap. fin. de sortilegiis, cap. si Apostolicæ 22. de præb.

1 IN *cap. cum dilecta 4. hoc tit.* agit Barbosa de prima quæstionis parte, & de clausulis, clausulas *à num. 54.* & vtrobique præstat responsum ex alio Pontificis Iulij. 2. incipiente *militantis Ecclesiæ agro*, relato à fratre Emanuel Rodriguez *tom. 1.* Bullarum *pag. 570.* vbi cum Sixtus IV. confirmasset ex certa scientia per illa verba, *& de nouo concedimus priuilegia minoribus fratribus concessa*, fuit ab eodem Iulio quæsitum, an huiusmodi confirmatio comprehendat ea priuilegia, quæ iam in vsu non erant, cui dubio ipse Iulius negatiuè respondet cui est contrarius collector priuilegiorum mendicantium provt refert Frater Emanuel Rodriguez *quæst. regul. tom. 1. quæst. 8. art. 2,* ad finem.

2 Sed ego in hoc dubio dicẽdũ existimo, vt si appareat Pontificem ex certa scientia certioratum, quod aliqua priuilegia non erant in vsu ea confirmasse per illam clausulam, *ex certa scientia innouamus, & de nouo concedimus*, aut per verba similia nouum robur, nouamque validitatem eis tribuere: tunc illa priuilegia etiam non vsitata confirmare, etiam si de certa scientia aliundè non appareat, quando apponuntur in aliquo certo priuilegio: tamen si confirmatio sit generalis, non specificato aliquo priuilegio, hinc ea confirmatio per relata verba non sufficiet eo quod referatur ad plura, inter quæ possunt esse valida priuilegia, & inualida: sic Barbosa omnino videndus *vbi suprà.*

Et pro hac distinctione facit doctrina Antonij
3 de Butrij, per Textum ibi, *in cap. dudum, num. 15. de decimis*, & quod notat Abbas, & Doctores per Textum *in cap. 1.* versic *nec constitutiones*, de his, quæ fiunt à majore parte capit. & *in cap. 1. de Iureiurando, lib. 6.* nam quoties confirmatio generalis potest referri ad priuilegia valida, quæ in vsu sunt, & ad inualida, vel quæ alias non sunt in vsu circa illa tantum operabitur: videbis Alex. *consil. 30. num. 10. volum. 4.* Abiles *in cap. 17. prætor*, verbo *preuenir, num. 7.* post alios, Caued. Lusit. *decis. 3. n. 5. p. 2.* Rota *decis. 11. n. 3. p. 1. recent.*

Nec obest dicere vt quoties Pontifex adijcit 4
confirmare *ex certa scientia*, intelligatur confirmasse omnia priuilegia retro lata; quia respondeo non ideo sequi ex certa scientia fecisse qualis debet adesse iuxta iam suprà adducta: nam ex illa confirmatione generali, & non specificato aliquo priuilegio speciali, non præsomuur satisfuisse de singulis informatum provt requireretur, aut expediebat econtra præsumi defectum intentationis respectu eorum, quæ vel iniusta sunt, vel per non vsum sublata, quia vt iam adduxi clausula *ex certa scientia*, non aufert defectum illum intentionis. † Et facit pro hac parte quod 5
dicunt Doctores de clausula *constito*, quæ requirit Iudicialem indagationem, & causæ cognitionem, Gratian. *discept. forens. cap. 961.* Rota apud Cencium *post suum tract. de cens. decisione 8. n. 8.* cum aliis Barbosa *clausula 25. n. 5.* qui ad propositum, *in dicta clausula 59. n. 54. in medio*, dicit, vt respectu eorum, de quibus Pontifex non habuit notitiam, magis reducatur ad confirmationem in forma communi, & iuxta hanc receptissimam traditionem respondisse Iulium II. & idem ad litteram transcripsit, *in dicto cap. cum dilecta hoc tit. à n. 28. & 29.*

Ad secundam quæstionis partem an causa se- 6
mel commissa in Curia, semper remaneat in ea, aut ex certa scientia extrahatur ab ea, & suppositis quæ adduxi, *suprà in cap. vt nostrum 56. de appellat.* vbi de auocatione causarum respondeo ex Riccio *in collect. 1805. super cap. Venerabilis hoc tit.* quod semper remanet in Curia, & hic procedere, vt ab ea nunquam extrahatur, nisi ex certa scientia Papæ: sic tenet Rota *in decis. 48. de rescriptis in antiquis*, & *in decis. 1. de elect. in nouis*, & *decis. 43. de appellat. in nouis. & 23. eodem in antiquis*, & *decis. 3. de appellat. in nouis*, nec amplius perago, cum de auocatione ad Curiam dixerim, *sub dicto cap. 56.* Aliqua dico infrà *in cap. 1.* versic. *ad secundam.*

Et Riccius *collect. 1452. dicto cap. 1. & 2. hoc* 7
tit. versic. *infertur quinto*, dicit quod manus appositio Papæ, facit quod causa semel affecta, semper remaneat curialis: sic cum Mohed *dec. 12. de re Iudicata*, Rota *dec. 2.* & *in decis. 43. de appellat. in nouis in dec. 23. de rescriptis.*

Ad tertiam applicando *dicta suprà c. 1.* versic. 8
ad quartam, breuiter respondeo, vt si confirmatio sit obtenta per obreptionem, vel subreptionem, possit quilibet Iudex inferior, & competens de ea cognoscere per textum, *in cap. bonæ memoriæ, cap. ad nostram, cap. porrecta, cap. examinata hoc tit.* quia quod Summus Pontifex re non satis cognita, provt se habet, aut habebat, sed vel falso narrato; vel vero suppressio confirmauit, non intelligitur confirmasse, qui si rem plene intellexisset, non fuisset confirmaturus, *cap. super litteris de rescriptis* cum vulgatis Valensis *in Rubr. hic n. fin.* versic. *dixi.* † Quare Mascardus 9
de probat. conclus. 1269. num. 5. Flamin. *de resig. lib 8. quæst. 7. num. 103.* dixerunt quod rescriptum impetratum contra consuetudinem, & stylum Principis, est suspectum de falso.

Imò idem Mascard. *concl. 747. num. 2.* Farinac. 10
p. 4. consil. 60. n. 214. dixerunt quod suspicio falsi habetur pro falsitate, non solum ad tollendam fidem litteris, sed etiam ad puniendum, & idem Farin. *de falsitate, q. 151. p. 1. n. 32.* Rebuffus *in praxi benefic. tit. oppon. quæ contra Bullam possunt, numero 20.* Bucanotum. *de different. inter Iudicia ciuilia,*

Ciuilia, & Criminalia different. 53. *num.* 8. Bar-
11 bosa *in dicto cap porrecta num.*3. dicunt. † Quod
suspicio falsitatis in litteris Apostolicis sufficit
ad capiendum, & incarcerandum suspectum de
tali falsitate.

12 His obstat Textus *in cap.* 2. *de rescriptis*, vbi
dum opponitur falsitas contra rescriptum, tunc
Iudex inferior debet remittere impetrantem ad
Pontificem, sed responderut ibi non fuisse fa-
ctam remissionem, vt Pontifex de falsitate ipsa
cognosceret, de qua iam inferior cognouerat;
Sed tantum fuisse factam remissionem, ad hoc
vt qui falsitatem commisit per Sedem Aposto-
13 licam pœnis legitimis puniretur. † Cum ad
Pontificem spectet falsarios punire in rebus ad
se pertinentibus ex Textu *in cap. memoria* ; §. 1.
dist. 19. *cap. ad falsariorum* 7. *de crim. falsi*, vbi
14 Doctores, & Graña *in cap.* 1. *hoc tit. num.*9 † Et
quod ipsa rescripti falsitas ad delegatum spectet,
dixit Textus *in dicto cap. super litteris*, *de
rescriptis.*

15 Ex dictis prouenit vt si Religiosus impetra-
uerit cõfirmationem super administratione tem-
porali tacito quod esset regularis, non valeat
tanquam subreptitia; quod si expresserit, di-
cendum est falsum præsumi rescriptum; quia
Summus Pontifex non consueuit tale quid con-
cedere *ex dicto cap. ad nostram*, *& in dicto cap.
porrecta*, vbi ordinarij antiqui, & moderni, pro
quo faciunt quæ dixi *suprà in cap.* 9. *de Iudic. à
quæst.* 1. *& cum aliis*, *& quæst. fin. & in cap. ab
eodem à q.* 1. docet Andreas Valensis *in Rubr. hic
16 n. fin.* versic. *hinc.* † Vbi versic. *& hæc*, addit
hanc dici confirmationem inutilem; quia vt li-
cet non statim sit ipso iure nulla; Tamen per
exceptionem repelli secundùm ea quæ dixit *in
tit. de rescriptis*, & ego aliqua sub *tit. de ex-
ceptionibus.*

17 Vnde infero vt integrum sit Abbati reuocare
ad nutum sicut antea licebat nominationem be-
neficij manualis, regularis, concessionéve ab
ipso factam etiam si accessisset Pontificis confir-
matio, quia per simplicem confirmationem non
censetur Pontifex velle rei naturam variare, at-
que ita ex beneficio, & peculio ad nudum Præ-
lati reuocabilis constituere rem ab illo irreuo-
18 cabilem. † Secùs quando Pontifex ex certa
scientia confirmat, sic docent per Textum, *in
cap. porrecta hoc tit.* & per Glossam *confirmatur
ibi nisi euidenter appareat quod ex certa scientia* Ab-
bas ibi *num.*4. Zabar. *in fine*, Decius *n.*8. Barbo-
sa *n.* 5. Miles *in repert.* verbo *beneficium num.* 9.
versic. *beneficia manualia*, licet per Papam Selua
de beneficiis p. 3. *quæst.* 68. *num.* 1. Rebuffus *de pa-
cificis possessor. num.* 290. Gigas *de pensionib. q.* 15.
num. 3. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 22. *q.* 10.
& p. 2. *lib.*8. *cap.*7. *q.* 11. Sanchez *in Præcepta De-
calogi tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *num.*130. Frater Ema-
nuel Rodriguez *quæstione regular. tom.* 1. *quæst.*34.
Articulo 2.

19 Igitur dicendum est etiam vt clausula *ex certa
scientia* non tollat vitium subreptionis, nisi
Princeps sufficienter informatus processerit:
quia tunc omne vitium subreptionis cessat, sic
intelligendi sunt Garcia *de beneficiis p.* 3. *cap.* 2.
num. 233. & Rodolphin. de Suprema; seu abso-
luta Principis potestate *cap.*5. *num.*13. & in ter-
minis declarant Alex. *cons.* 116. *volum.* 2. *in fine.*
Corneus *cons.* 313. *num.* 10. *volum.* 4. Cephalus
*cons.*617. *num.*27. *volum.*5. Rodolphin. *dicto c.*5.
*num.*13. Clorit. *resp.*1. *p.* 1. *num.* 30. Barb. *clau-
sula* 39. *num.*50. † Vbi *num.* 51. cum Marta *de* 20
clausulis, *clausula* 73. *num.* 12. & cum Moneta
addit prædictam clausulam non operari in di-
spensationibus sine causa factis.

Imò Gutierrez omninò videndus *cons.* 11. *à* 21
num. 3. videtur sentire cum Rolando à Valle
cons 2. *num.*157. & pluribus sequentibus dicente
quod confirmatio quamuis fuerit facta cum
clausula *ex certa scientia*, & de plenitudine pote-
statis si fuit subreptia, quia continebat falsa
narrata, eo quod impetratione expressit non di-
cenda, & tacuit exprimenda, nihil operetur.
† Et ibi *num.* 263. in clausula *motus proprij* con- 22
cludente, vt quamuis purget vitium subreptio-
nis, non tamen tollat falsitatem causæ expressæ
Imperatori.

Et *num.* 162. asserente cum Paulo de Castro 23
quod tunc confirmatio facta per Papam ex certa
scientia validat inuestituram, alias inualidam,
tanquam inualidam, volens eam facere validam
confirmasset, & volens alteri præiudicare, se-
cus si illam confirmasset tanquam validam,
ignorans illam inualidam, & se alteri præiudi-
care; quia non fuit aliquid expressum de inua-
liditate, vel de præiudicio quod alteri fiebat;
Nam tunc non præsumitur tollere suppressos,
& tacitos, & alicui præiudicare.

Et confirmatur ex dicto Baldi *in l. fin num.* 7. 24
Cod. de sententiam passis, vbi tenet quod confir-
matio subreptitia, etiam in clausula *ex certa
scientia* facta non valet; quia prædicta clausula
nihil operatur nisi in his, de quibus præsumitur
habere scientiã certam, sicut sunt ea, quæ consi-
stũt in iure, non autem operatur in iis, quæ Prin-
ceps præsumitur ignorare, prout ea quæ sunt
facti: sic Guttierrez *dicto cons.*11. *num* 17. viden-
dus *num.*18. & cum multis docet Molina *de pri-
mog. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 15. etenim si preces verita-
te nituntur, valebit rescriptum, alias secùs
modo dicto, vt expressè docet Textus *in cap.
venerabilis hoc tit.* ibi *mandamus.*

Ad quartam quæstionis partem quid opere- 25
tur contractum, seu priuilegiorum confirma-
tio, & quatenùs ad contractus satis colliges ex
his quæ adduxi suprà de Iureiurando, vbi plu-
ra de Iuramento confirmatorio ibi, *in cap.* 1. *cap.
debitores* & in aliis illius tituli notaui resolutiuè
ad plures quæstiones ibi *in cap. cum contingat*, &
nonnulla *in cap. si diligenti de foro comp.* † Et 26
sic videbis ex Textu *in cap.* 2. *de pactis* quod con-
uentio inualida per consensum Superioris vali-
datur, id est confirmatur; aliquid dico infrà *in
in cap.* 1. *q.* 1. *num.* 1.

Et eodem modo dicendum est confirmatio- 27
nem priuilegij nullum ius tribuere; Sed quod
antea erat confirmare, & consetuare ex Textu,
in cap. præscriptis ibi, non nouum aliquid 15 *distinct.
cap. inter dilectos* versic. *cæterum de fide instrum.
ibi confirmari tanquam prius habita donari*, *cap.
quia diuersitatem in principio de concessione præbend.
ibi non obstante confirmatione.* † Etenim qui con- 28
firmat corroborat nihil addens de nouo, vt
docent Menoch. *cons.*191. *num.*46. *& cons.* 1. *n.*6.
*& cons.*351. *num.*19. Gutierrez *pract. lib.*3. *q.*17.
*num.*40. *& num.* 121. *& q.* 23. *num.*6. Bernardus
Graue ad practicam Cameræ Imperialis *lib.* 2.
conclus. 1. *num.* 11. Ioseph Sesse Aragoniæ *decis.*15.
num. fin. Cabed. Lusit. *decis.* 1. *num fin p.* 2. de-
clarando, vt per Rotam *decis.*123. apud Farin.
p. 1.

p.1. recent. & patet ex iam adductis, *suprà in*
29 *principio huius Rubricæ.* † Sed vt videas quid operetur confirmatio contractuum, & priuilegiorum, & quando tribuat nouum Ius, vel non Gailius *lib.2. obser.1.* per totum, vbi leges, & quæ Doctores adducunt in prædictis locis, & *in cap.1. cum dilecta 4. hoc tit.*

30 Ad quintam quæstionis partem an priuilegiorum innouatio idem sit quod confirmatio, & videtur dicendum quod sit, nam sicut dictum est quod confirmatio nouum Ius non tribuit, sed solum antiquum, conseruat, seu corroborat, ita similiter innouatio priuilegiorum, quæ nouum Ius non tribuit, sed solum antiquum conseruat textus, *in dicto cap. cum dilecta 4. hoc tit. cap. ex parte 13. cap. quia intentionis 29. de priuilegiis,* docent Doctores ibi, & Abbas *in dicto cap. cum dilecta 4.* Socinus *à num.10.* Barbosa *num.5.* Graña bene disputans Frater Emanuel Rodriguez *tom.1. regul.quæst.8. art.2.* Suarez *de legibus lib 8.cap.20. per totum,* Menochius *de Arbitrariis casu 202.* idem *consil.191. num.96.* Guttierrez *lib.3. pract. quæst.17, num.40.* Molina *de primogeniis dicto c.7. lib.2. num.4.* Gonzalez *in regula 8. Cancell. gl.45. §.1. à n.56.* Couarruuias *in pract. cap.15. num.6.* Mascardus *de probat. concl.44.* & est ratio quia superior priuilegium aliquod ignotat, seu aliquam rem confirmat, non habet in mente aliquid de nouo constituere, sed tantum Ius prius quæsitum corroborare.

31 Et licet aui nominis *innouatio* videatur hoc turbari per textum, *in l. dies 4. in princip. ff. de damno infecto,* quæ nouam concessionem præstat: tamen non difficulter respondebis dicendo nos loqui de casu quando vetustate priuilegij charta sub cura legentibus apparet, innouatur, quia tunc nihil aliud erit, quam ipsius priuilegij confirmatio ex his, quæ adduxi *in cap.2. & cap. fin. de fide instrum.* secus tamen esse quoties fiat innouatio pro ipsius gratiæ, & priuilegij validitate, nam tunc negari non poterit, vt aliquid noui addat: ita Graña omninò legendus *in cap.*
32 *cum dilecta num.3.* vbi *à num.4.* † Alia Iura in contrarium ponderata expendit veluti Textum *in l. adoptio 30.ff. de adoptionibus, l.1 ff. de confirm. Tutore, l.1.2. & 3.Cod. eodem,* vbi cauetur quod confirmatio sæpe cadit super actu inualido faciens illud validum, & respondet hoc impropriè contingere, & non iuxta naturam confirmationis, quæ nihil innouat, sed tantum validum corroborat, quod ego intelligo de confirmatione, seu innouatione in forma communi, secus de ea, quæ fit ex certa scientia, & intentione specifica confirmantis, iuxta tale adducta, ad quæ reducuntur quæ congerit Graña *in dicto cap. cum dilecta, num.4. & 5. & sub distinctione ibi, num.6.* componit aliam difficultatem, *ex cap. Venerabi-*
33 *lis 8. hoc tit.* † Et *à num.7. & 8.* expendit alias ponderationes ex textu, *in cap. veniens 8. de transactionibus,* & *in cap. fin. de sortilegiis,* vbi videbis, & *ibi num.9. 10.* expendit iura, *in cap. si Apostolicæ 22. de præb.* & *in cap. quia diuersitatem de præb.* ad quæ responsum, & intellectum præbui, *suprà sub quæst.1.* & cum his satis explanata remanent quæ spectant ad hanc Rubricam, imò & ad veram speciem, seu intellectum cuiuslibet capitis nostri tituli; ob idque si sub litera cuiusque alia videris quæ longè agi possint illa omnia apparebunt extranea, & impropria ad materiam Confirmationis vtilis, seu inutilis, de qua nos hucusque egimus. Quare tantum de vnoquoque paraphrasim faciam aggregando nonnullos Doctores, qui aliquas quæstiones agunt prætextu Iurium *sub hoc tit.* contentorum.

AD TEXTVM IN CAPITE I. Hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Litigiosa res quæ propriè dicatur, & de aliis* remissiuè *n.3. 4. 5. & 6.*

QVÆ spectant vt cognoscat inferior de re confirmata Papa, & quando possit ratione rei litigosæ, seu subreptionis rescripti iam dixi, *suprà sub quæst.2.* in versic. *ad quartam,* & *sub quæst.3.* in versic. *ad tertiam.* † Sed quia occasione huius textus in verbo *si quis rei litigiosæ,* possumus agere de agnoscendo quæ propriè dicatur res litigiosa, & de effectu litigij præter adducta hic à Barbosa, vbi non pauca congerit: leges quæ dico *suprà in Rub. & tit.* de alienatione rei causa mutandi Iudicij. † Interim vide ad quæstiones quæ dixi, *suprà in Rubric. & tit.* vt lite pendente, & ibi *sub cap.1. sub quæst.1.* an litigiosi vitium duret, instantia perempta. † Et an litigiosi vitium liget Clericos, etiam quoad pœnas ciuiles. Et ibi *in cap. Ecclesia 3. eodem tit.* an alienans rem litigiosam, teneatur aliam substiuere ibi *quæst.2.* † Et ibi, *quæst.1. cap. fin.* egi de quæstione an priuilegium impetratum, non faciens mentionem de litis pendentia irritum sit. † Et *quæst.2.* quid quando lis esset deserta an valeat, non faciens mentionem de ea. Ad alia communia huic *cap. & cap.2. sequenti,* dico ibi, & *sub tit. de rescriptis.*

Right-margin numbers beside the lines above: 1, 2, 3, 4, 5, 6.

AD TEXTVM IN CAPITE II. De Confirmationibus, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

I. AD textum hunc applicabis eadem, quæ adduxi, *sub cap.1. relato,* & quæ dixi, *suprà in cap. cum venissent 12.* & ibi, *quæst.2. de Iudiciis,* & quæ dico, seu notant Doctores, *in cap. super litteris 20. de rescriptis,* vbi de impetratis per falsi suggestionem. Et *in cap. nostrum de appellationibus,* vbi de auocatione causarum per Papam seu Principem.

QVÆSTIO I.

An partes poßint petere à Iudice confirmari contractum per eas celebratum : Et an ex appositione manuum Papæ super dispositione alicuius beneficij operetur, vt illud dicatur affectum, vbi de aliis?

SVMMARIVM.

1 *Hæres missus in possessionem bonorum defuncti, edicto Diui Adriani potest petere confirmationem missionis.*
2 *Contractus vt confirmetur à Iudice potest per partes peti.*
3 *Detentator rei à qua petitur reuocari per Aduersarium si petit in detentatione confirmari ex causa legitima, Iudex eum debet confirmare.*
4 *Beneficium affectum dicitur ex appositione manus Papæ, vel si eum dat in commendam, etiamsi administratio, & commenda cesset, n. 5.*
6 *Beneficium remanet affectum eo quod Papa concedit alicui mandatum de prouidendo, & ex decreto apposito per Papam de eo dimittendo in manibus eius num. 7.*
8 *Deponi non poterit causa delicti per ordinarium, qui fuit ordinatus à Papa impugnatur n. 9.*
10 *Mentio in rescripto debet fieri de affectione ratione manus appositionis Papæ, sicut ex expressa reseruatione.*
11 *Causæ omnes ex Tridentino sunt cognoscendæ in prima instantia ab ordinario: fallit in beneficiis reseruatis manus appositione.*
12 *Affectio per manus Papæ de beneficio cessat ex quo sortita fuit semel effectum, & quando possessionem inficit vacantis, aut vacaturi beneficij num. 13.*
14 *Manus Pontificis appositio non derogat indulto concesso alicui Cardinali, nisi facta mentione expressa, vel si esset in præiudicium concordatorum num. 15.*
16 *Reseruatio per appositionem manus Papæ non intrat in beneficiis Iurispatronatus, laicalis, vel mixti.*
17 *Papæ manus appositio non reseruat quando posita est ad alium diuersum effectum, quam conferendi.*

1 AD primam quæstionis partem viso quod adduxi *suprà q. 3.* versic. *ad quartam, in principio*; nunc verò dico vt cum possit hæres intentare remedium *leg. fin. C. de edicto Diui Adriani*, tollendo scilicet vt mittatur in possessionem bonorum defuncti, vt iam dixi sub *cap. 9. de prob. & 7. de re iud.* ita similiter possit petere se confirmari & defendi authoritate Iudicis in sua possessione, quam habet vt expressè, & notabiliter determinat Cinus *in l. 1. Cod. de Carboniano edicto col. 1. in fine n. 6.* Aluaric. *col. 2. medio* Iacob Butrig. *in princ.* Bart. *col. 1. num. 1.* Baldus *col. 1. in princ.* Paulus *col. 1. num. 2.* Alex. *in princ. num. 2.* Corneus *col. 2. in princ.* Iason. *col. 2. in fine*, & hoc quidquid teneat Romanus cum infinitis aliis ex antiquis defendit Anton. Gomez & ibi Ahillon.
2 cum multis *l. 45. Tauri sub num 193.* sub versic. *septimo.* † Et facit Textus expressius *in l. si quis Cod. de Decurion. lib. 10.* vbi probatur quod partes possunt petere à Iudice confirmari contractum per eas celebratum, licet de se fuerit validus, & ad hoc illum Textum dicit vnicum Barrol. ibi *n. 1.* & Plat. *in 2. colum. in princ.* Iason. *in l. 1. Cod. de Carboniano edicto*, pro quo facit. dictum Innocentij *in hoc cap. 2.*

Et vlterius confirmatur ex notabili sententia 3
Angeli *in l. si finita post princ. n. 2 ff. de damno infecto*, vbi dicit quod quando quis est inuenta, & de tentatione, vel possessione rei, & petitur ab aliquo Aduersario reuocari, quia fortè est nulla vel non ritè apprehensa possit detentator; vel Possessor petere quod non reuocetur; Imò quod confirmetur per Iudicem si alleget, vel probet causam per quam esset sibi de nouo danda, & Iudex in tali casu confirmare debet; Sic etiam tenent Paul. de Castro *in l. qui bona fide, §. fin. num. 4. ff. de damno infecto*, & dicit esse menti tenendum, & hoc pluries practicari, tenet etiam Angel *in §. quadruplici 14 colum. n. 36. in medio Inst. de action.* Alex. qui meliùs, & notabiliùs quam alius loquitur in puncto *in lege si finita col 2. num. 5.* Sequitur alia addens Gomesius *suprà.*

Ad secundam partem difficultatis breuiter 4
dico quod ex appositione manus Papæ super dispositione alicuius beneficij operetur, vt illud dicatur affectum: Sic Riccius *collect.* 1452. ad Textum hunc, & ad Textum *in cap. 1. hoc Tit.* & confirmatur ex his quæ adducit Barbosa *in cap. vt nostrum 56 de appellat. toto num 7.* vbi longè agit de puncto, an, & quando beneficium remaneat affectum per resignationem factam in Curia, in qua Papa semel manum apposuit, de quo videbis Garciam *de beneficiis p. 5. cap. 1. à num 155.* Flamin Paris *de resignat. lib 11. q. 2. num. 4.* Gonzalez *in Regula 8. Cancell. glossa 52 num. 48* & quæ adduxi suprà de auocatione causarum per Papam *in dicto cap. vt nostrum à quæst. 3.*

Ex quibus infert Riccius quod si Papa dat in 5
commendam aliquod beneficium, vel in eo administratorem apponit, quod ex appositione manus Papæ in dicta commenda remanet beneficium affectum, vt cessante commenda, vel administratione Papa solus prouidere debeat, Casad. *decisione 2. de præb.* Puteus *decisione 168. libro 1.*

Infertur secundò quod eo ipso quod Papa 6
concedit alicui mandatum de prouidendo de certo beneficio, etiam ante vacationem, quod quamuis alias beneficium non sit reseruatum, nec vacauerit in mense reseruato: quod ex dicta appositione manus tale beneficium remanet affectum. Rota iuncta additione Papazoni. *dec 10. de præb. in nouis.* Riccius vbi suprà.

Infertur tertiò quod ex decreto apposito per 7
Papam aliquid de dimittendo beneficio in manibus eius remanet affectum, vt solus ille possit conferre pro illa vice etiam si non dimitteret Rota *decis. 14 de rerum permutat. in antiquis*, & fuit decisum in vna Compostolan. Canonic. 10. Maij 1600. coram Lancelotto.

Infertur quartò quando Ordinarius à Papa 8
licet ex eo non sit exemptus à iurisdictione ordinaria iuxta Textum *in cap. per tuas de maioris & obed.* Tamen non poterit ordinarius per delictum ordinari degradationem requirens illum ab ordine deponere ratione dictæ manus appositionis Capel. Tholos. vbi *addition. decis. 293.*

9 Riccius *suprà*. † Sed hoc videtur non sic tenendum, ex eo quod institutus, vel confirmatus à Papa in beneficio, quod consueuit ad Abbatis nutum prouideri; si delictum priuatione dignum committat; Tunc quantumcumque in perpetuum sit collatum, poterit ab Abbate illo priuari; quia solùm respectu præteritorum est præclusa via inferioribus; Ob idque nequibunt de viribus collationis, aut confirmationis cognoscere; secùs respectu delicti de nouo superuenientis: Sic docent *in cap.* 1. *hoc Titulo*, Butrius *num* 6. Abbas *num*.8. Zabarela *in princ.* Imola *num.* 4. *in fine*, Decius *num.* 57. *&* 58. Barbosa *num fin.* Auiles *in repertor.* verbo *beneficium num.*26. Alphonsus Villagutierr. *de extensione legis pœnalis in materia*: Conatus *conclus.* 5. *num.*133. Sanchez *in precepta Decalogi tom.* 2. *lib.*7. *cap.*29. *num.* 133, & faciunt dicta *suprà quæst.* 2. versic. *ad secundam* in versic. *ex his infero, & quæst.* 3. *num.*17.

10 Infero quintò ad alia nempe. vt pariformiter sit facienda mentio de affectione ratione manus appositionis Papæ, sicut de expressa reseruatione, alias gratiam esse nullam, Mohedam *in decis.*9. *de præbend.* Riccius *dicta collect.*1455.

11 Vbi infert etiam ad Concil. Trid *sess.*24. *Can.*20. *de reformat.* disponens quod omnes causæ sint in prima instantia cognoscendæ coram loci ordinario, vt minime locum habeat in beneficiis reseruatis. ratione manus appositionis Papæ, de quo ipse Riccius latè *in decis.* 21. *Curia Archiepiscop. Neapol.* vbi fuit declaratum per Sacram Congregationem Trid. per hæc verba *de affectis, aut reseruatis beneficiis si agitur, tunc causa in Curia committitur*, & ad hoc adiunges quæ adduxi *suprà in cap.* 1. *de foro competenti sub q.*1. *à num.*7. & aliis, adiunges dictum *suprà quæst.*3. versic. *ad secundam.*

12 Prædicta verò limitantur: Primo quando affectio ex appositione manus Papæ semel fuit sortita effectum per prouisionem subsequutam; nam tunc expirat, & non obstabit quoad futuras vacationes, Rota *decis.* 13. *&* 14. *de præb. in antiquis*, aliquid per Casador *in decis.* 4. *de causa possess. & prop. & in decis.*9. *de præb.* Riccius *dicta*

13 *collect.* 1452. versic. *nunc* † Vbi cum Puteo *decis.*17. *lib.*2. *& in decis.*180. *lib.*3. *limitat.* Secundò quod quamuis manus appositio Papæ inficiat etiam possessionem hoc tamen procedere quoad benuficium vacaturum, secùs quod iam vacans.

14 Tertio limitatur quando ex tali manus appositione resultaret derogatio indulti concessi alicui Cardinali, nisi expressa fieret mentio de illo ac derogatio, Caputaq. *decis.*82. *p.* 2. Puteus *decis.*141. *lib.*2. Riccius *suprà*, versic. *limita tertiò*,

15 † Vbi in versic. *limita quarto*, cum Puteo *decis.*206. *lib.*3. etiam limitat quando ex tali appositione manus Papæ resultaret præiudicium concordatorum: quia tunc nulla inducitur affectio, quæ confirmantur ex sæpius dictis suprà in Rubrica vt confirmatio in præiudicium alterius non operatur,

16 Limitatur quinto in beneficio iurisPatronatos laicalis, vel mixti, Nam sicut in illis non intrat expressa reseruatio, sic etiam non intrat tacita ex Pontificia manus appositione, vt fuit latè resolutum in Rota Romana in vna firmin. *beneficij* 13.1596. coram Illustrissimo Pamphilo: ad quæ applicabis quæ dixi *suprà in cap. quia V*, *q.*24. vbi *de subrog. & in Rubr. vt lite pendente.*

Sextò, & vltimò limitantur, quando Papa manum apposuit ad diuersum effectum, quam conferendi, nam tunc minimè manent ligatæ manus ordinarij: quia ratione respectus consideratur effectus, nec actus factus ad vnum effectum, debet alium diuersum operari, Rota *decis.*14. *&* 15. *de prabendis in nouis*, Riccius *in dicta collect.* 1452. *in fine*, à quo ferè hæc mutuaui quæ ex proposito congerit ad Textum nostrum & *dict. cap.* 1. ob quod libuit hic dictare, cum sic digesta, & congesta alibi non inuenies. Et pro perfecto intellectu omnium, iterùm repetes quæ suprà notaui ex Barbosa *in dicto cap. vt nostrum* 56. *de appellat. num.* 7. *&* 8. vbi explicat *extrauag. ad Romam.* §. *Romani quoque de præb. inter communes.* 17

AD TEXTVM IN CAPITE III.

Bonæ memoriæ, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Confirmationis littera super Sententia à qua erat appellatum non valent, si appellatus malitiosè præuenit appellantem, si tamen faceret mentionem de appellatione valerent, numero* 2. 3. 4 *&* 5.

TExtvs huius littera diuersa continet pro contextura, & si pro eius conclusione reducatur ad supradicta duo capita 1. & 2. præcipue ad secundum, quatenùs sub eo agitur de cognoscente Iudice inferiore propter subreptionem rescripti, non obstante manus appositione Papæ, & sic agit Textus de ea conclusione; quod litteræ confirmationis super sententia, à qua erat appellatum non valeant si appellatus malitiosè præuenit appellantem, & quod alias pendeant donec de appellatione cognoscatur. † Igitur vt litteræ valerent, debuit fieri in eis mentio appellationis interpositæ, Palacios *in repet. cap. per vestras de donat. inter* *n.* 4. *&* 16. Barbosa *hic num.* 1. *&* 2. vbi *num.* 3. addit cum Scaccia *de appellation. q.*1. *sub n.*8. quod appellatio extraiudicialis non comprehenditur in rescripto de appellatione, & de natura vtriusque iudicialis, & extraiudicialis, dixi *suprà in Rubr. de appell. in princ.* Et hæc confirmantur ex generalitate Textus ibi, *respondemus igitur quod posteriores debent praiudicium generale*, quæ limitatur in illis verbis *dummodo nihil diceretur de litteris confirmationis expressa.* Cuius occasione recurres ad ea quæ dico *suprà in cap. cæterum* 4. *de rescript.* vbi de mentione facienda primi rescripti in secundo impetrato, ad hoc vt litteræ priores per posteriores derogentur. 1 2

Et in versic. ibi, *& intra* 10. *dies ille, contra quem sententiatum fuerat ab illa sententia appellauit*, & ibi *cæterum appellans statim ad Apostolicam Sedem adrepto itinere, &c.* Per hæc verba posset de duobus inquiri, nempe de appellatione interponeuda intra decem dies; de quo dixi *suprà* 3

in

in c. personas 4. de appell. item & de appellatione quæ intelligitur interposita per arreptionem itineris ad Papam, de quo dixi plura *suprà in c. vnico de Clericis peregrinantibus*; & notaui *in c. 9. c. 15. cap. 52. de appell.*

4 Et ibi *Aduersarius ipsum cautè præueniens*, quod appellatus cautè appellantem præueniens sit remouendus, dixi *suprà in capite 5. de appellation. sub quæst. 4.* & notaui *in cap. oblata 57. eodem titulo.*

5 Et ibi in versiculo *Iudices tamen nihilhominus executioni Sententiam mandarunt*, & ibi *donec de iniqua Sententia cognitio plenior habeatur*: Per hæc verba notat Barbosa hic *numero fin.* cum multis quod attentata pendente appellatione sunt ante omnia reuocanda; Sed quia ego latè de hoc puncto dixi *in cap. bona 51. de appellat.* ideò recurres ad ibi dicta.

AD TEXTVM
IN CAPITE IV.
Cum dilecta, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.
SVMMARIVM.

2 *Testes valetudinarij, & alij, de quibus timetur, recipiuntur ad litem nondum contestatam remissiuè.*
3 *Mulier num pro aliis queat in Iudicio postulare; quid pro filio num. 4.*
6 *Locus tutus qualis dicatur remissiuè.*
9 *Vxor num sine licentia viri queat esse in Iudicio remissiuè.*

1 REGVLA Textus nostri resoluitur in id, nempe: vt innouatio priuilegij ius nouum non tribuat; nec antiquum confirmet; Sed si quod competebat confirmet, quæ satis expenditur, tam ad confirmationem, quam innouationem ex dictis *suprà in Rubrica*, & ibi *quæstione 3.* versic. *ad quintam*, vnde iam nonnulla *ad paraphrasim.*

2 Ibi *nos igitur attendentes, quod Iure Ciuili sit statutum, vt quando periculum tertium formidatur: ne veritas occultetur: & probandi copia fortuitis casibus subtrahatur, etiam lite nondum contestata, Testes valetudinarij, & alij de quibus ex aliqua rationabili causa timetur ad Testimonium admittantur.* De causa recipiendorum Testium lite non contestata dixi latè in Titulo vt lite non contestata, non procedatur ad Testium receptionem.

3 Et ibi *quia vero*, & ibi *eandem Abbatissam Procuratricem ipsius duximus statuendam*, an mulieres possint agere, & pro aliis postulare in Iudicio, adiunges quæ dixi *suprà in capite 9. de Iudiciis*, & ad plura applicabis dicta *in capite tam litteris 33. quæstione fin. de Testibus*: Et applicabis adducta *in capite nonit de Iudiciis, quæstione 9. à numero 25.* an mulieres aliquam Iurisdictionem possint exercere.

4 Nonnulla notaui *suprà in capite ex parte 67. de appellationibus, numero 1.* & hic Decius *numero 15.* Probat quod Fœmina etiam pro filio pupillo in Iudicio non admittitur; Ad quod videbis Textum *in lege alienam, Codice de Procurator. lege qui absente eodem, lege fœmina, ff. eodem, lege 5. Titulo 5. parte 3.* Et Iason *in dicta lege alienam*, limitat nouem modis Petrus Dueñas *in Regula 311. limitation. 14. modis*: plures ad prædictam regulam refert Gratianus *Regula 110.*

Et ibi *vt cum aduersus Romana Ecclesia possessiones, & iura, non nisi centenaria currat præscriptio*, qualiter hoc intelligatur dixi latè *in capite ad audientiam 13. de præscription. & in cap. cum verbis 14. eodem.* 5

Et ibi *volentes*, & ibi *mandamus quatenus locum tutum, & commodum eligens recipias Testes* de hoc loco tuto ad actus iudiciales faciendos videbis quæ latè dixi *sub capite 4.* vt lite non contestata, non procedatur ad Testium receptionem. 6

Et ibi *quos ad præscriptionem probandam, vt interruptionem ostendendam*, & ibi, *nisi probata fuerit interruptio*, de probanda vsucapione, seu præscriptione dixi latissimè in toto Titulo de 7
præscription. † Et qualiter interrumpatur 8
præscriptio, & ex quibus videbis quæ ibi dixi *in capite illud 8. capite ex transmissa 10. de præscription.*

Hic potest disputari de quæstione an vxor sine licentia viri possit esse in Iudicio, de qua dixi *suprà in dicto capite 9. de Iudiciis quæstione 12.* & disputauit per hunc Textum idem Gratianus *dicta Regula 110.* vbi breuiter ex multis resoluit; Etiam poteris adiungere quæ adduxi *in capite 13. de probation.* vbi latè dixi de authoritate, & probatione antiquæ Scripturæ. 9

AD TEXTVM
IN CAPITE V.
Ad nostram, Hoc Titulo.
PRÆMISSVM.

1. AD Textum hunc applicabis dicta *suprà in Rubrica, tam de confirmatione generali quam speciali*, & quæ ibi adduxi de confirmatione illicita, ita etiam & de confirmatione statutorum, aut legis; Item & de confirmatione regularis ad beneficia, seu administrationem: Vide dicta *quæstione 3.* versiculo *ad tertiam.*

AD TEXTVM
IN CAPITE VI.
Porrecta, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.

I. De huius Textus materia dixi *sub dicta Rubrica*, & applicabis notata *suprà in cap. ad nostram 5. hoc tit.* vide *dicta in Rubrica q.3.* versic. *ad tertiam.*

QVÆSTIO VNICA.

An litteræ Pontificiæ, quæ sine hisce verbis expediuntur seruus seruorum Dei, *careant fide: Et an argui possint falsitatis.*

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Pontificiæ expeditæ sine verbis* seruus seruorum Dei, *carent fide, suntque falsitatis suspectæ, eo quod non sunt expeditæ, & confectæ iuxta Curiæ stylum, num.1.*

2 *Litteræ Episcopi expeditæ sub verbis*, seruus seruorum Dei, *carent fide, numero 4.*

3 *Clerici Dei serui appellantur.*

4 *Vestium colore quo vtuntur Principes nequeunt, vti alij inferiores.*

1 Respondet Quintilianus Mandosius in Glossa *faciat*, Regem in verborum *seruus seruorum Dei*, litteras istas falsi esse suspectas, eo quod secundum Curiæ stylum non sint confectæ ex authoritate Glossæ *hîc*, in versiculo *confirmatur*, & ex Glossa ordinaria *in capite causam quæ in secundo*, in verbo *ratione de rescript.* & ex Textu *in leg. sacri affatus*, vbi Baldus *in principio, Cod de diuersis rescriptis*, Ludouicus Romanus *consilio 376. numero 12.* versiculo *secunda ratio*, Abbas *ad cap. ex parte 2. numero 2. de officio Iudicis delegatus* Felinus *ad cap. ex parte 1. numero 16.* versiculo *stylus de rescriptis.*

2 Et prædicta sententia placere videtur Anastasio Germonio *de indultis Cardinal. §. seruus seruorum Dei, à num.24.* ex alia Mandosij sententia qui quærendo an, & Episcopus valeat in suis litteris hac dicendi formula vti *seruus seruorum*
3 *Dei*, concludit ipsum non posse. † Quia licet omnes præsertim Clerici Dei serui sint, Deoque obsequi; & seruire profiteantur, ac Dei serui appellantur. *cap. Cleros post principium 21. distinctione cap. si* versiculo *fin. distinct.40. capite penult. 54. distinct. cap. Diaconi sicut 93. distinct. cap. secundum Apostolum de præbendis, cap.1. de Clerico venatore*, & aliis pluribus locis Episcopum tamen eo titulo vti non posse *seruus seruorum Dei*,
4 † Quia vt quemadmodum inferioribus non licet vti in vestibus colore, quo induitur Princeps ita nec nuncupationibus, titulis, ac quibusdam propriis, & particularibus loquendi, & scribendi formulis, quod ante Mandosium adnotauisse Gomezium in repetitione *ad cap.1. num.10 de const. lib.6. compertum est.*

AD TEXTVM
IN CAPITE VII.
Examinata, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, vel arbitrium contra formam Iuris non valet, & si confirmetur à Papa in forma communi.*

2 *Arbitrium quid sit, quid verò laudum* remissiuè.

Textus iste videtur esse Innocentij III: 1
Pontificis, sicut Textus *in cap. examinata de Iudiciis*, vbi agitur de vice Domino, de quo etiam hîc. Est ergo ea ex hoc Textu conclusio quod sententia, vel arbitrium latum contra formam Iuris, non valeat, licet sit confirmatum à Papa, quod intelliges de confirmatione in forma communi, iuxta quæ latè adduxi *suprà in Rubrica tam in principio, quam in quæstionibus*, secus si ex certa scientia, & sufficienti Papæ cognitione, vt ibi distinxi.

Nunc autem ad Textum, vt plenè intelligas 2
quid sit arbitrium; quid verò laudum, videbis suprà per DD. *in tit. & in Rub. de arbitris*, de laudo contra formam Iuris, dixit Balboa *in cap.1. de re Iudic.* vbi ego latè de sententia contra leges, seu Ius litigatoris lata: videbis eundem *in cap.2. de Iudiciis, à num.80. & 155.* & videbis quæ Doctores *in cap.7. & 10. de constit.* de hoc Textu videbis quæ latè docet Felicianus de Vega *in c.3. de Iudiciis, à n.102. & ad 108.* & applicabis nonnulla, quæ adduxi ibi de arbitrio Ioris, & de arbitratore: vnde iam breuiter ad sequentes quæstiones.

QVÆSTIO I.

An quando committitur causa arbitris de Iure, & de facto, teneantur partes stare sententiæ pro lata contra Ius: Et an nullitati sententiæ possit renunciari?

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ latæ contra Ius non tenentur partes stare quando committitur causa arbitris de Iure, & de facto.*

2 *Compromissi forma est sequenda.*

3 *Laudum super non comprehensis in compromisso est nullum, nec valet, & si per partes fuerit emologatum, valet tamen in vim pacti, sed in hoc casu est necessarius simultaneus partium consensus.*

4 *Renunciari valet nullitati sententiæ: fallit in laudo nullo ex defectu compromissi numero 5. & in nullitate, quæ surgit ex incompetentia Iudicis.*

6 *Renunciari*

6 *Rennatiari nequit actus, quando non est annullatus partis fauore.*
8 *Rennuntiari nequit nullitati, de qua contrahentes disponere non possunt.*
8 *Renuntiari num possit defensionibus in ciuilibus, & in criminalibus.*

1 AD primam quæstionis partem respondet Decius hic quod nun, & fauent Bart. *in l. diem proferre, § stari, ff. de arbitris*, dixerunt communem Barbatia *cons.3. volum. 4. num. 10.* Felinus *in cap. ius naturale col.4. dist. 1.* Corneus *cons.177. volum. 2. col. 6. littera Z*, & Iuannes Baptista *in repetitione leg. omnes Populi col 2. de Iustitia, & iure*, Loaces *in princ Instituta, de Iure naturali, numero* 129. Quam Sententiam vt veriorem in Iudicando, & consulendo admittit Ceuallos *in pract. quæst.* 414. Et si Iason *in lege qui Romæ, §. duo fratres num. 9. ff. de verb.* dicit communem opinionem Canonistarum, quam fatetur Felinus *hic, num.6.* & Bartolum communiter reprobari: de hoc enim vberius *in dicto tit. de arbitris*; vbi ago in arbitro iuris, & arbitratore: Quare nec ampliùs insisto.

2 Non desinam repetere quæ cum multis notat hic Barbosa *num. 2.* Primò per verba ibi *contra formam iuris & compromissi*, quod à forma com-
3 promissi non est recedendum. † Et quod laudum super non comprehensis in compromissu est nullum: Item & quod non valet etiam si per partes fuerit emologatum, valere tamen scribit in vim pacti: & addit vt in hoc casu sit necessarius simultaneus partium consensus, quia ab initio interuenerit, quæ latiùs expenduntur sub *dicto Titulo*.

4 Ad secundam partem quæstionis respondet Panormit. *hic, & in cons.92. num.1. lib 1.* vt renuntiari possit nollitati sententiæ, vt tenet Glossa per Textum *ibi in lege 2. Cod. communia vtriusque Ind.* verbo *socy*, Angelus *in l. tale pactum, §. qui prouocauit col. 10. ff. de pactis, & cons.97.* Bernardus Diez *in Regula* 498. vbi Salcedu *in addition.* multos referens magis communem esse ostendit, & fatetur eam Ferdinandus Loaces *de matrim. p.4. num 47. fol. 75.* & vt magis communem videtur amplecti Alex. *in l. quod iussit num.42. ff. de Iudiciis*, Gratianos sic constituit pro Regula 402,

5 Verùm ad propositum Textus nostri limitatur quando laudum esset nullum ex defectu compromissi, etiamsi pars iurasset non dicere laudum nullum, Angel. *cons.* 184. sequitur Socinus *cons. 299. num. 1. volum.2.* dicit commonem Aluerius de Rosas *in l. societatem, ff. pro Socio*, Boërius *in decis.284. num.18.*

6 Secundò limitatur in renuntiatione alicuius actus quando non est annullatus partis fauore; Nam ei renuntiari non potest Glossa per illum Textum *in l. à Diuo Pio. ff. de re indic.* Alexand. *in l. iuris gentium, §. ait Prætor, ff. de pactis*, Philippus Decius *in l. in ambiguis, §. non est nouum, num. 11. ff. de Reg. iuris*, vbi aliud esse affirmat, quando lex actum annullat in pactis fauorem; quod vtrumque comprobabis ex his, quæ latè adduxi *in cap. si diligenti de foro competenti à q. 1.* & applicabis dicta *in cap. 1. de re iudicata*: vbi de sententia contra ius constitutionis, aut contra ius Litigatoris.

Tertiò limitatur in nullitate quæ surgit ex 7
incompetentia iudicis, iuxta Glossam singularem *in Clem. 1. in fine, de sequestratione.* Baldus *in l. eius, § sicut, ff. de Testam.* Sequitur Corroboran. Guillelm, Bened. *in repetitione; cap. Rainucius de Testam.* verbo *mortuo*; Itaque Testatore *l. 1. num.* 113.

Quartò limitatur in nollitate, de qua con- 8
trahentes disponere non possunt, vt tradit Panormitanus *hic col. fin.* sequitur Gutierr. *in lege nemo potest, ff. de leg. 4 numero* 397. refert, & sequitur Gratianus *Regula* 502. vbi refert Philippum Francum limitantem *in cap. dilecto de appellation col. 32. quæstione* 50. Felinum *in capite significasti, numero 7. col. 3. & numero 12. de foro competenti*, Abilesium *in tractatu de Sindicatu, capite 3.* Glossa *el descargo numero 2.* quatuor alus modis etiam regulam limitantes.

Imò & idem Auiles tradit, an defensionibus 9
possit renuntiari, & quid in Ciuilibus, & quid in Criminalibus; Et licet practica se se habeat, vt possit Reus defensionibus renuntiare, dicit Gratianus se nescire cum Iure Diuino, & humano: id etiam prohibitum sit, quod amplius resolues ex nonnullis dictis sub Rubrica, & nonnullis iuribus *suprà de appellationibus*, vbi appellationi, quæ defensio est possit renuntiari: Alia sub *Titulo de exceptionibus*: An exceptioni reoontietur, & alibi quæ applicabis.

AD TEXTVM
IN CAPITE VIII.
Venerabilis, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. IN Texto hoc quatenùs agitur de confirmatione ex certa scientia, iam ex dictis sub Rubrica latè videbis quando operetur; quando verò non, satis ibi, & *quæstione 2. & 3.* plura congetit Barbosa *hic. à num. 7.* idem de clausulis *clausula* 59.

II. Et in versic. *ibi, quod inter ipsos, & vos, super quibusdam decimis, mediante Albanen. Episcopo tunc Apostolica Sedis legato amicabilis compositio*, de amicabili compositione in rebus Spiritualibus videbis quæ Doctores addocunt *in cap. super eo de transactionibus.*

Qvæstio I.

An ex aliquibus poßit cognoſci confirmationem factam eſſe ex certa Papa ſcientia: Et ex quibus poßit cognoſci: Et quando cauſa dicatur devoluta ad Curiam?

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ex certa ſcientia qualiter in litteris expeditis ineſſe probetur*, *numero* 2. 3. 4. 5. & 7.

6 *Confirmatio non poteſt dici ex certa ſcientia, non obſtante oppoſitione eius, niſi totus tenor Papæ innotuerit, & fuerit inſertus.*

7 *Princeps dicitur facere ex certa ſcientia, quando facit cum cauſa cognitione, maximè ſi ex interuallo facit*, *numero* 8. *vel ſi fuit de omnibus certificatus, vel quando inter partes contradicentes reſcripſit*, *num.* 8. 9. & 10.

11 *Deuoluta cauſa, ſiue auocata quando intelligatur*, *num.* 12. 13. & 14. *vbi quando in petitorio: quid in poſſeſſorio ibi.*

15 *Deuoluta cenſetur cauſa, ſi Iudex à quo præfigit terminum appellationis.*

16 *Deuoluta non dicitur cauſa, ſi citatio fuerit exequuta in perſonam procuratoris reuocati: qualiter deuoluatur ex partis conſenſu*, *numero* 17.

18 *Beneficiales cauſæ ſunt periculoſæ ſi in eis non ſeruatur Iuris ordo, debentque committi Doctoribus Ciuilibus in Iure Canonico.*

1 AD primam partem quæſtionis ſuppoſitis
antea adductis de clauſula *ex certa ſcientia,*
ſub Rubrica præcipuè, *quæſtione* 1. aduerto primo
vt prædicta clauſula in eſſe videatur, & probetur,
ſi Princeps ſit in litteris exprimat Gloſſa
verborum *litterarum in fine*, *cap. ſtatutum in
princ. de reſcriptis*, *libro* 6. Abbas *in capite examinata
in fine hoc titulo*, Barboſa *in capite cum
dilecta hoc titulo*, *numero* 15. *ipſe in clauſula* 59.
num. 58.

2 Secundo ſi fuit certificatus de natura negotij,
cap. paſtoralis, *§. præterea de officio deleg.* Tuſ-
3 cus *littera C*, *concl.* 341. *n.* 1. † Vbi *n.* 10. extendit
etiam quando Princeps ad informationem magiſtratus
aliquid concedit, quia cenſetur ex cer-
4 ta ſcientia concedere. † Et Alex. *conſ.* 133. *ſuper
quæſitis num.* 14. verſic *ad hoc etiam accidit
lib.* 5. ampliat vt ſi Princeps aliquid facit cum
iuramento, cenſeatur facere ex certa ſcientia
cum iuramentum habeat vim clauſulæ derogatoriæ.

5 Item prædicta clauſula ineſſe videbitur, ſi
Princeps in confirmatione inſerat confirmatum
integrum Abbas *in cap. examinata*, & hîc *n.* 2.
Tuſcus *dicta litt. C*, *concluſ.* 341. *num.* 7. Riccius
collect. 1562. cum aliis Barboſa *dicta clauſula* 59.
6 † Vbi cum Seraphino *deciſ.* 122. ait confirmationem
non poſſe dici ex certa ſcientia, non obſtante
oppoſitione eius; niſi totus tenor Papæ
innotuerit, & fuerit inſertus: ſequuntur idem
Riccius *dicta collect.* 1592. in medio Garcia *de
benef. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 233. & dixi ſub dicta Ru-
bric. † Et idem Barboſa *dicta clauſ.* 59. *num.* 63. 7
cum Alex. *conſ.* 122. *num.* 2. *lib.* 4. addit quod
Princeps dicitur facere ex certa ſcientia, quando
aliquid facit cum cauſæ cognitione. † Et Tuſ- 8
cus *dicta concluſ.* 341. *num.* 9. & 10. hoc intelli-
git maximè quando ex interuallo facit, quia
magis operatur validitatem, & certam ſcien-
tiam. † Et *num.* 11. ait ſufficere quod faciat 9
mentionem in reſcripto de proceſſu appellatio-
ne, & meritis, & *num.* 12. idem eſſe dicendum
aſſerit quando Princeps fuit de omnibus certi-
ficatus. † Vel quando inter partes contradi- 10
centes reſpicit ex certa ſcientia; Nam ſi non ſit
expreſſa prædicta clauſula ait Barboſa *in l. ſi quis
poſteaquam num.* 126. *ff. de Iudiciis* vt ſufficiat de
illa tacitè conſtare.

Ad ſecundam quæſtionis partem quæ pro- 11
prius ſpectat ad dicta *ſuprà in cap. vt noſtrum de
appellat. à q.* 3. vbi latè dixi de auocatione cauſa-
rum per Principem factam, hîc reſpondeo ex
Riccio ſcribente occaſione Textus noſtri *in col-
lect.* 1805. quam facit hîc dicendo cum eo, &
Rota *deciſ.* 27. *de reſcriptis in antiquis*; ſcilicet
dari duos modos, vnum ſecundùm formam
Textus *in cap. ſtatuimus de electione lib.* 6. alium
ſecundùm Clem. cauſam eodem. † Item vt ſe- 12
cundo cenſeatur cauſa deuoluta ad Curiam, ſi
Iudex detulit appellationi, eadem Rota *in de-
ciſ.* 16. *eodem tit. de appellat.* † Tertiò quando 13
per ſpecialem Papæ commiſſionem in Curia
tractanda commiſſa eſt, nec tunc quoad deuo-
lutionem quærendum ſit de executione citatio-
nis; quia quoad eam non eſt neceſſaria, Bellam.
in deciſ. 576. Rota *in deciſ.* 6. *de dolo, & contumacia
in nouis, & in deciſ.* 28. *in antiquis, & in deciſ.* 1.
de procurat. in nouis. † Quartò vt cenſeatur cau- 14
ſa deuoluta ad Curiam in petitorio, ex quo in
poſſeſſorio tres latæ ſententiæ ſunt in cauſa, Ro
ta *in deciſ.* 8. *de ſent. & re iud. in nouis.* Verum ſi
cauſa ſit agitata in petitorio, & poſſeſſorio in
partibus; & appellatum ad Curiam, in qua vi-
gore appellationis proceſſum ſit in vtraque ſen-
tentia, in petitorio eſt nulla; quia quoad peti-
torium, nunquam fuit deuoluta, nec cauſa
fuit in Romana Curia commiſſa, Rota *in de-
ciſ.* 3. *de re iud. in antiquis.* † Quintò cenſetur 15
cauſa deuoluta, ſi Iudex à quo præfigit termi-
num appellationis, Rota *in deciſ.* 24. *de appellat.
in nouis.*

Sed non dicetur deuoluta ſi citatio fuerit de 16
exequuta in perſonam procuratoris reuocati,
licet reuocatio eſſet incognita Iudici, & parti,
Rota *in deciſ.* 3. *de reſcript. in antiquis.* De effecti-
bus autem qui ſubueniunt, ob id quod cauſa
cenſetur deuoluta; tradit eadem Rota *in deciſ.* 1.
de elect. † Sed cauſa quomodo poſſit deuolui 17
ex conſenſu partis ad Iudicem, qui non habet
aliam iuriſdictionem, ſcripſit Egidius *in de-
ciſione* 25. & quomodo introducatur in Ro-
mana Curia ponit Rota, quam refert Riccius
ſuprà.

Et idem Riccius *dicta collect.* 1805. *in fine.* no- 18
tat cum Rota *in deciſ.* 27. *de procurat.* quod cau-
ſæ beneficiales dicuntur magnæ, & periculoſæ
quemadmodum cauſæ conſiſtoriales, ſi ordo
iuris in eis debitè non ſeruetur: ſic eadem Rota
in deciſ. 93. *in antiquis de reſcript.* Imò eadem
Rota

Rota *in decis.* 84. *de rescriptis in antiquis*, dicit quod debent committi in Iure Canonico, & Ciuilibus Doctoribus secundùm natratiuam earum.

AD TEXTVM

IN CAPITE FIN.

Hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

2 *Patriarchale Ius quare sit* remissiuè.
3 *Legali collatio qualiter practicetur in beneficiis remissiuè.*

1 Textvs iste quatenùs sub hoc Titolo debet expendi iam satis suprà in Rubrica explanatos manet, sed quatenùs improbat collationem legati, spreto Iudiee ordinatio Collatore possent bic considerari quæ scribunt Doctores *in Titul. de prab. instit. & concessione prabenda.*

2 Et qoatenùs hie agit Pontifex de Iure Patriarchali in conferendo, & io aliis: vbi etiam dieo de Coostantinopolitano.

3 Item etiam, & si hic improbetur collatio legati adhoc possunt aliqua facere circa prooisiones beneficiorum, quia hac occasione poteris applicare ea quæ scribit Garcia latè de beneficiis circa beneficia, quæ prouidet; & confert Nuntius Apostolicus existens in bis Regnis Castellæ, & Hispaniæ *5. p. cap.* 3. vbi de facultate legali, & *ibi* §. 1. vbi de facultate Nuncij Apostolici, & ibi *in cap.* 4. *de ordinario Collatore* cum multis ab eo relatis.

4 Et ibi *ipsi Patriarcha reuerentiam, & obedientiam exhibere curetis* de iorisdictiooe primæ instantiæ bic potest adiici secundùm dicta *sub Titulo de Iudiciis & foro competenti*, & *sub Titulo de appellation.*

5 Item & quod dixi *in cap. cum non liceat* 12. *de præscriptionibus*, vbi oumquid possit præscribi obedientia aduersus ordinarios.

QVÆSTIO I.

An occasio, & causa eadem sint: Et qualiter fructus Ecclesiastici beneficij sint diuidendi inter defunctum, eiusve hæredes, & successores in eo: An Papa sine causa possit aliquem beneficio priuare: Et quando dicatur confirmatio, & collatio ex certa Pontificis scientia?

SVMMARIVM.

1 *Occasio, & causa non sunt idem, & si reuera occasio contineat remotissimam causam.*
2 *Peccata in se, aut in causa, in quo differant.*
3 *Fructus beneficij qualiter diuidantur inter defunctum, eiusque heredes, & successores* remissiuè.
4 *Priuare an possit Papa aliquem sine causa à beneficio* remissiuè.
5 *Dispositio Principis quando disponit contra Ius naturale, & Diuinum, num in dubio præsumatur esse cum iusta causa.*
6 *Confirmatio, & collatio, quando dicatur ex certa Pontificis scientia.*

De primis duobus agit hîc Barbosa, de primo *à numero* 2. dicens, vt occasio sit latissimè intelligenda, ita vt comprehendat quamlibet occasionem siue ratione, & sic deferre à causa, quæ propriè per se ordinatur ad aliquid, sed ait, vt occasio contineat etiam remotissimam causam, & remotam, & non rationabilem Tuschus *tomo* 1. *libro* 2. *Littera D*, *conclusione* 318. *numero* 2. qui aliud addit *numero* 4. de occasione latè agit Tiraquellus *in tractatu cessante causa limitatione* 13. *numero* 3. hæc, & alia dicit Barbosa † Quibus addo quæ possent bîc adduci de peccatis in se, seu in causa proxima, vel remota quæ reseruo disputanda ad titulum de pœnitentiis. 1 2

De secunda parte agit hîc latissimè Barbosa *sub numero* 4. à versiculo *pro complemento*, vsque ad finem omnino legendus. Sed quia iam latè dixi de hac diuisione fructuum beneficiorum *in capite quia v. de Iudiciis*, *quæstione* 16. & melius *quæstione* 17. ideo ad ibi dicta te remitto. 3

Ad tertiam quæstionis partem, iam dixi *in capite conquarente de restitutione spoliatorum quæstione* 3. vbi quid de Episcopo, & de ea per Glossam bic egit Abbas *hic numero* 10. † Et etiam poterit hîc adiungere aliam quæstionem, an in dispositione Principis in dubio præsumatur iusta causa, quando disponit contra Ius naturale, vel Diuinum, loquitur de ea additio ad Abbatem hîc. & de vtroque dubio videbis quæ scribit cum moltis Ceuallos *in pract. quæstione* 528. & 529. & de hac secunda dixi suprà *in capite* 2. *de causa possess. & proprietat. quæstione* 8. *à numero* 4. & videbis *num.* 2. ibi. 4 5

Ad

Ad vltimam quæstionis partem, vt benè respondeas videbis Sanchez in præcepta decalogi *tom.2. lib.7. cap.29. num.144. & poteris benè ex*pendere ex adductis *in Rubrica quæst.2. & 3. & ex dictis cap. præcedenti*, & cum his absoluitur *liber 2. Decretalium* die 31. Augusti 1654.

Quidquid in hoc Tractatu de Exceptionibus, Sententiis & Appellationibus dictum est, obtestor obnoxia piissimæ Sacro-sanctæ Matris Ecclesiæ Censuræ.

INDEX

INDEX
RERVM ET MATERIARVM
Quæ continentur in hoc Volumine De Exceptionibus Libri VI. Decretalium.

Salatia

Appellationis

Arbiter.

Arbitrium

Denuntiatio

Declinatoria

Exemptus.

Expensa.

Expressum.

Expulsus.

Extrauagans.

F

Factum.

Falsitas.

Famulus.

Fatalia.

Fatalia

Gratia

 à iudici

Declaratio

Iudicium.

Index Rerum,

Litterarum

Prælatus

Præscriptio

Priuare,

Priuilegium.

Priuilegiatus.

Probatio.

Processus

Procuratio.

Procurator.

Professio.

Prohibitio.

Prolatio.

Pronunciatio.

Pronunciari.

Sublegare

Index Rerum,

Tenebræ

Terminus.

Tertius.

Tertius

Testamentum.

Testis.

Thesaurarij.

Titulus.

Transgredi.

Transigi.

Transactio.

Transitus.

Transportatio.

V.

Vsucapionis

F I N I S.


BR